# SYLVESTRINAE
## Summæ, nitori ſuo reſtitutæ,
## Pars Secunda,

Ab Reuerendo patre SYLVESTRO Prierate, abſolutiſsimo Theologo, ex ſacra Prædicatorum familia, ſacri Palatij magiſtro digniſsimo edita. Cum Argumentis huic poſtremæ editioni additis, ac INDICE bipartito, qui, vti Summa, bipartitus eſt.

*Omnia, collatis veteribus exemplaribus, multò quàm antehac caſtigatiora reddita.*




LVGDVNI,
Apud Ioannem Frellonium,
M. D. LIIII.

# SYLVESTRINAE

## Summæ, nitori ſuo reſtitutæ, Pars Secunda,

Ab Reuerendo patre SYLVESTRO Prierate, abſolutiſsimo Theologo, ex ſacra Prædicatorum familia, ſacri Palatij magiſtro digniſsimo edita. Cum Argumentis huic poſtremæ editioni additis, ac INDICE bipartito, qui, vti Summa, bipartitus eſt.

*Omnia, collatis veteribus exemplaribus, multò quàm antehac caſtigatiora reddita.*




LVGDVNI,

Apud Ioannem Frellonium,

M. D. LIIII.

## De Iactantia.

1 *Iactantia, cuius ſinitio hic luculentè traditur, tum verbis, tum factis conſtat: at quæ in verbis conſiſtit, propriè: quæ factis, impropriè dicitur.*

2 *Iactantia, quæ & vanitatis & cupiditatis filia eſſe dicitur, modis peccatum mortale efficitur tribus.*

1 IACTANTIA, † ſecundũ ſanctũ Thomam ij.ij.q.cxxij. à iactando dicta, eſt vitium, quo quis ſe effert ſuper id, quod in eo eſt, vel homines in eo eſſe opinantur, ad ſimilitudinem eorum quę volumus iactare, quę ſcilicet leuamus in altum. & conſiſtit propriè in dictis: impropriè verò in factis: ſicut cùm quis ſe effert veſtibus & alijs pompis. & ex ſuperbia oritur, ſicut ex cauſa motiua, ſecundum eundem ibi. aliquando ex vanitate, ſicut ex fine, aut ex inani gloria, ſcilicet frequentius: aliquãdo etiã finaliter procedit ex cupiditate acquirẽdi diuitias. vnde & à Greg. ponitur filia vtriuſq;.
2 Et † vt dicit, eſt peccatũ mortale tribus modis. Primò, quãdo eſt cõtra gloriã Dei, ſicut dixit Tyrus Eze.xxviij. Deus ego ſum. Et multi ſe iactãt de peccatis mortalib⁹. Secũdò, quãdo eſt cõtra honorẽ aut charitatẽ proximi, ſcilicet in notabile prȩiudiciũ. Tertiò, quando procedit ex ſuperbia quę ſit mortale peccatũ, vel ex inani gloria mortali. adde aut generaliter ex quocũq; mortali fine.

## De Ieiunio & Abſtinentia.

1 *Ieiunium ab ieiuno inteſtino dictum quandoque impropriè & ſecundum ſpiritum, quandoque propriè aſſumitur, & ad corporis macerationem refertur.*

2 *Ieiunium, iuxta triplicem legis, ſcilicet naturæ, veteris, & humanæ differentiam, tripartitum eſt: ad ieiunandi autem cauſas relatum, bipartitum: ſicuti etiam cum ad ciborum delectum refertur.*

3 *Ieiunium naturæ, item & eccleſiæ quidnam ſit, clarè oſtenditur: quorum autem vſus aut eſus idipſum diſſoluat, ſubinde traditur. Deſinitio autem ab Iſidoro tradita, qualiter ſuppleri, perfici ac intelligi debeat, ibidem habetur: quibus Gofredi finitio Ieiunij ad idem ſubijcitur.*

4 *Ieiunium, an ſub præceptum eccleſiæ, conſilium aut prohibitionem, & quibus diebus cadat? Ieiunium autem ad peccati emendationem expectatam, aut ſatisfactionem, relatum ad legis naturæ præcepta: temporis autem ac ieiunandi rationis deſinitio, ad Iuris poſitiui diſpoſitionẽ pertinet. At in quibus ſcriptura nihil certi ſtatuit, in his populi mos, Dei mos eſt.*

5 *Quibus tẽporibus ex eccleſiæ præſcripto ieiunare quis obſtringi dicatur. Et an Ieiunium peruigilij Pentecoſt. & quod exultationis dicitur, ſit de præcepto? Et quid de eo, quod in aduentu Dominico fieri ſolet, ac pariter Rogationum tẽpore?*

6 *Ieiunare diebus Dominicis, an ſit peccatum?*

7 *Conſuetudo num ad ſtatis diebus ieiunandum quem obliget, aut eũdẽ à ieiunio excuſet, & ſoluat? Et an ad nõ Indigenas, & tranſmeãtes, aut ibidem inhabitandi cauſa cõſidentes, porrigatur? Et quid de conſuetudine laicorũ, num clericos liget?*

8 *Conſuetudo in his, quæ indicta ſunt, ieiunijs, nihil poteſt. Et id quatenus accipiendum, ex Panorm. Cuius limitationes viciſſim ab Authore limitantur.*

9 *Ieiunij integritas in quibus conſiſtat? Et qua ratione ieiunãdũ, aut quomodo reſpectu vnicæ comeſtionis ieiuniũ perfringatur? Et nũ lectores, aut ſeruitijs præſtãdis deſtinati, præguſtantes, aut propter inſtantẽ neceſſitatem à menſa ſedẽtes mox regreſſuri, ieiunium ob repetitã comeſtionem infringere dicitur? Et quid de eo qui aut vinũ aut ceruiſiam ſub noctẽ, aut mane bibit, aut electuaria delectationis cauſa comedit?*

10 *Comeſſatio ſerotina, ſi quando id facere expediat, quibus conſtare debeat?*

11 *Ieiunium quo ad edendi horam definitam, qualiter obſeruandum ſit? vbi dies artificialis primùm in duodecim horas, deinde in quatuor partium dimenſionem diducetur.*

12 *Ieiunãti quænã ad comeſtionẽ hora definita ſit? Et q horã præuenit, nũ peccato ſe alliget? nu.13. Et qd ſi differatur, nu.14.*

15 *Ieiunanti carnium eſus interdictus. Et quid de ouis, lacte, caſeo, & ſimilibus? In his autem conſuetudinem, quæ lex in hoc habetur, maximè ſpectandam.*

16 *Ouorum ac caſeorum quibus vſus eſt conceſſus, an lardi quoque vſus conceſſus intelligatur? Et quid de Britonib. qui butyro veſci conſueuerunt?*

17 *A ieiunio, qui ætate, labore, aliáve cauſa rationabili, ſoluti ſunt, à carnibus, lacticinijs, & ouis ex voluptate tempore Quadrageſimæ ſibijpſis non temperantes, ad mortem peccant. Quod locum habet & in alijs Eccleſiæ ieiunijs.*

18 *Præceptum ieiunij quamnam ætatẽ liget? & ibi quòd Auricularis ſacerdotis, aut Prælati in ſubditos arbitrio committendum numquis ex habitudine ad ieiunium potens ſit.*

19 *Ieiunia ex præcepto indicta, num trãſferri, redimi, aut commutari ex ſuperioris permiſſione diſpentionéve, aut ſine ea poſſint? Et an alius à Papa ſoluere ac diſpenſare queat? Et quid de his quæ ex voto ſuſcepta ſunt? Et ibidem regula ſuper ſolutione ieiunij. num.20.*

21 *Obligati ad eccleſiæ ieiunium, ſi citra Canonis ſolutionem, illud violent, num mortaliter, & quoties peccent. Et quid ſi de ieiunio non cogitans illud infregerit? num certè quod dici reliquum eſt, ſi ieiunarit, noxa eximetur.*

22 *Ieiunij infractor, an alio die ieiunare teneatur? Et num quoties, quo die ieiunium violarit, comedet, toties noxius fiet?*

23 *A ieiunio quinam liberi ac immunes ſint? Et quæ cauſæ excuſationem præſtent? vſque ad num.27.*

24 *Peregrinatio non neceſſaria à ieiunando non liberat: nec excuſantur operarũ ſuarũ locatores, qui hac lege conducti ſunt, ſi ieiunium nõ obſeruent. Et ibidẽ circa artifices & operarios Eugenij Papæ circa ieiuniorum nõ obſeruationẽ, modificatio.*

25 *Fœminæ, quanquam à votiuis & voluntarijs ieiunijs maritis ipſis renitentibus, excuſationem mereantur, non tamen æquè in his, quæ ab eccleſia indicta ſunt: niſi euitandi ac depellendi ſcandali cauſa maritis audientes ſint.*

26 *Prædicatio non neceſſaria à ieiunio prædicationem non eximit. Et an qui ex vegrandi maceratione & corporis attenuatione ad opera ex officio debita impotens redditur, peccet.*

27 *Carnes die veneris comeſſe, ſine infirmitatis aut alia iuſta ratione peccatum eſt. Et quid ſi eodem die Natales Dominici occurrant? Et quid ſi quis voti reus eſt, de non eodem die carnibus edendis, an certè in Domini natalibus, veſci citra ſolutionem poſſit? Et qui vouit oua non comeſſe, an & carnes quoque non eſſe vouiſſe intelligendus ſit?*

28 *In Francia ac Cathalonia die ſabbati carnibus veſci ex conſuetudine ac vſu receptus eſt: at qui aliò ſe transferunt, vbi is mos receptus non ſit, ſi veſcantur, peccant. Et qui eò commigrant, vbi id receptum eſt, veſcentes peccati participes non fiunt, quamlibet apud ſe id receptum non ſit.*

IEIVNIVM, † ſecundum Panor. in rub. de ob. ieiu. di- 1
citur à quodam inteſtino ſic vocato, eò quòd vt plurimum vacuum ſit & exinanitum, & ſumitur quandoque impropriè & ſpiritualiter: & ſic eſt abſtinentia à vitijs, ſecundum illud Iſa.lviij. Nonne hoc eſt ieiunium quod elegi? diſſolue collationes impietatis, &c. & propriè ſiue corporaliter: & ſic eſt ſubtractio vel priuatio cibi ac potus. Ieiuniũ autẽ propriè eſt multiplex.

2 Nam † ſi diuidatur ſecundū leges, q̄bus indicitur, eſt triplex. ❡ Primū, eſt ieiuniū legis naturalis, quod eſt quoddam generale, id eſt, ſubtractio cibi ac potus, nō habēs determinatū modum, vel diē, vel horā comedēdi, vel cibi quantitatē: ſed ſecundū quod ratio dictat ad carnem domandā. ❡ Secundū, eſt legis veteris, in qua erat ceremoniale præceptū ieiunādi certis diebus, ex cauſis quas ponit Hieronym. diſt. lxxvj. c. ieiunium. ad quod modò non tenemur: q̄a ceremonialia ceſſauerunt. ❡ Tertiū, eſt legis humanæ: de quo infrà p̄ totum. Si verò diuidatur ſecundū cauſas ieiunādi, ſic eſt duplex, vt dicitur ſecūda ſecundæ, q. cxlvij. & iiij. diſt. q. iij. arti. j. q. ij. ſcilicet luctus, id eſt, cū amaritudine peccatorū & præſentis vitæ: & exultationis. quæ duo ſic intelligo, vt ieiuniū luctus ſit ad ſatisfaciendū pro peccatis præteritis, vel ad cauēdum futura. Ieiuniū verò exultationis ſit ad mentem in diuina leuandā. ❡ Si verò diuidatur ſecundū modos abſtinēdi à cibis, ſic etiā eſt duplex, ſcilicet naturę & eccl'ię ſecunda ſecūdæ. q. cxlvij. & iiij. diſt. viij. q. j. art. iiij. Eſt

3 † autē ieiuniū naturæ, quo q̄s ieiunus dicitur ante cibū ſumptū illa die: etiā ſi poſtea pluries comeſtur⁹ ſit: quod quia dicitur ex priuatione cibi præaſſumpti, ideo quelibet cibi ſumptio hoc ieiuniū ſoluit. Ieiuniū verò eccl'iæ eſt, quo dicitur q̄s ieiunās ſecundū modū ab eccl'ia inſtitutum ad carnis afflictionē: quod quidē manet etiā poſt vnicā comeſtionē: nec ſoluitur niſi p̄ ſecundā ſumptionem illorū, quæ in cibū & refectionē de ſe cōſueuerunt aſſumi: ideóq; ea quę propter alios cibos accipi cōſueuerunt vel digerēdos, ſicut electuaria: vel deducendos per membra, ſicut potus vini aut aquæ, hoc ieiuniū nō ſoluunt, quāuis nutriāt aliquo modo. hæc ex illo. Et ſic patet ſecundū mentē eius quomodo ieiuniū eccl'ię debeat diffiniri & gloſſari, vel perfici diffinitio Iſidori dicētis, quòd ieiuniū eſt parſimonia victus abſtinētiáq; ciborū: quia ſcilicet addēdū eſt, ſecundū ordinationē vel cōſuetudinē eccl'iæ, id eſt, ſemel tantū in die naturali ſumēdo cibū per modū cibi. Et ſatis concordat Pan. vbi ſuprà, & & ſimiliter Gofr. dicens ꝙ eſt ſubtractio prādij & poſt cœnā cuiuſlibet cibi priuatio vſq; in diē ſequētē: & abſtinētia à carnibus & trahentibus ſeminalē originē ab ipſis: vt à lacte, caſeo & ouis. quæ diffinitio elicitur ex diſ. iiij. c. deniq;. & recitatur ac declaratur à Pan. vbi ſuprà: pro quo etiā aduerte primò ꝙ ſecundū Gregorium, prandiū in hora nona apud antiquos vocabatur cœna: quia ſcilicet nulla cibatio ſequebatur, & ſecundò ꝙ abſtinētia à carnibus & reliq̄s cōpetit ſolùm ieiunio Quadrageſimali: alijs autē ieiunijs ſecundū cōſuetudinē regionis: quod Iſidorus notauit in parſimonia ciborum.

4 ❡ Primò † verò quæritur, vtrū & quādo ſiue q̄bus diebus ieiuniū cadat ſub præcepto eccleſiæ, vel ſub cōſilio, vel ſub prohibitione? Et dicit Sanctus Thomas, ſecunda ſecundæ, quæſt. cxlvij. ꝙ ieiuniū inquantū pertinet ad neceſsitatē correctionis peccati, vel ſatisfactiōis in pœnitentia, vel ad eleuationē mentis in ſpiritualia: ſic in cōmuni cadit ſub pręcepto legis naturę: ſed determinatio tēporis & modi ieiunādi cadit ſub pręcepto iuris poſitiui: q̄a ab eccl'ia ſic ſtatutū eſt, ſcilicet vt aliquibus dieb⁹ fideles ieiunēt. quod patet. Primò, q̄a dicitur diſ. xj. ꝙ in his rebus in q̄bus nihil certū Scriptura ſtatuit, mos populi mos Dei: nec refert vtrū voluntas principis verbis aut factis declaretur. ff. de legi. l. de q̄bus. vnde obligat rationabilis & præſcripta cōſuetudo: diſt. ij. c. illud. & c. illa. Secūdò, q̄a hoc videtur expreſſe præcipi. de cōſecr. diſt. iij. nō liceat. & c. non oportet. & c. placuit, & diſt. v. quadrageſima. ❡ Quibus † autē diebus ex mandato eccleſiæ q̄s teneatur ieiunare: dico quod in infrà ſcriptis. Primò in Quadrageſima tota, exceptis dn̄icis diebus, de conſecr. diſt. v. quadrageſima. & de conſecr. diſt. iij. non liceat. Secūdò in quatuor temporibus. diſt. lxxvj. ſtatuimus. de quibus in hoc verſu: Vult crux, Lucia, cinis, & chariſmata dia, Vt ieiunetur quarta ſequēs Feria. id eſt, ieiuniū quatuor tēporū celebretur prima quarta feria, quæ ſequitur feſtū ſanctæ crucis de mēſe Septēbris, & feſtū ſanctæ Luciæ & cinerū & Pentecoſtē. Tertiò in vigilia Pentecoſtes, vt not. diſt. lxxvj. c. de ieiunio. & licet Grat. ead. diſ. in. §. neceſſario. teneat ꝙ ſit de cōſilio, verius tamen eſt quod ſit de præcepto, ſecundū Io. glo. ibi in d. §. & allegat. d. c. de ieiunio. Sed ego dico primò ꝙ non eſt de præcepto ex iure canonico ſcripto, vt tenet Grat. quia ſecundū Sanct. Tho. ſecūda ſecundę, q. cxlvij. art. v. Ad tertiū, ieiuniū exultationis nō eſt in præcepto eccleſię: & tale eſt nō ſolū quod eſt in vigilia Pētecoſtes, ſed & quod euenit intra octàuas eiuſdē: vt idem dicit in iiij. diſt. xv. q. iij. arti. iij. q. j. ad quintū. Dico ſecundò ꝙ eſt de præcepto: vt dicit Ioā. nō ex ratione eius, ſed propter generalē cōſuetudinē fidelium. Quartò in vigilia natiuitatis Dn̄i noſtri Ieſu Chriſti: extrà eo. c. j. Quinto in vigilia Aſſumptionis beatæ Mariæ: vt in d. c. j. nō autem in vigilia natiuitatis eiuſdē ſecūdū Petr. de Palu. & cōmuniter Doct. licet Arch. in ſecūda parte. tit. vj. dubitet. Sextò in vigilia Io. Baptiſtæ, & Laurētij & Omniū Sanctorū ex generali eccleſiæ cōſuetudine, ſecundū Innoc. & cōmuniter Doc. licet nullo iure inueniāt expreſſum. Septimò in omnibus vigilijs duodecim Apoſtolorū: præter vigiliā Philippi & Iacobi ac Ioan. Euāgeliſtæ: extra eo. conſilium noſtrū. & ſunt hæ, ſcilicet Sācti Matthiæ, de qua ſuprà, Biſſextus, Petri, Pauli, Iacobi, Bartholomæi, Simonis & Iudæ, Andreæ & Thomæ. dicit tamen Petr. de Palud. ꝙ vigilia Bartholomæi, Iacobi & Mathiæ eſt de præcepto ſolùm vbi eſt conſuetudo: ſed primum eſt tutius, cōmunius & magis iuridicū. Si tamen prædictarum vigiliarum aliqua in Dominica euenerit, ſabbato præcedenti ieiunāda eſt. extrà eod. ca. j. & ij. Ex conſilio autem, & nō de præcepto eccleſiæ ieiuniū indicitur in Aduentu Dn̄i. ſecundum cōmunem opi. doctorum: de quo in c. conſilium. extrà eod. & in Rogationibus, de quo in c. rogationes. de conſe. diſt. iij. & in quarta ac ſexta feria, vt in c. ieiunia. eadē. diſt. & in omnibus ſabbatis, vt in c. ſabbato. ead. diſt. Ex † prohibitiōe vero eccleſiæ quis ieiunare nō debet in die dominico, de conſecr. diſt. v. quadrageſima. vbi dies dominicales ſubtrahuntur ab obſeruātia ieiunij quadrageſimalis: & à fortiori in alijs tēporibus: & diſt. xxx. ſi q̄s presbyter. [illegible] de S. Thom. in iiij. diſt. xv. & ij. ij. q. cxlvij. dicit ꝙ qui in die ieiunaret quaſi agēs cōtra cōſuetudinē populi Chriſtiani, vel ex ſuperſtitione, peccaret. quod intellige [illegible] ieiunāte ad afflictionē: q̄a ieiuniū luctus non licet tempore lætitiæ, id eſt, tēpore Paſchali vel in Dn̄ica: vt [illegible] ij. ij. vbi ſuprá. Secus ſi q̄s ieiunaret ſine ſcādalo ieiunio exultationis: q̄a non peccaret: & idē ſi ieiunaret ad [illegible] tatē, vel ſtudiū, vel ad mortificationē corporis, quæ [illegible] ferri nō pōt propter præſentē carnis petulātiam vel huiuſmodi. ❡ Secūdò † queritur, qn̄ q̄s circa ieiuniū obligetur, vel de obligetur, ſeu excuſet ex cōſuetudine [illegible] duo. ❡ Primū. Secundū Pet. de Pal. in iiij. diſt. xv. [illegible] nia cōſuetudinaria ipſa cōſuetudo ligat, etiā ſi ſcriptū non dicat. ar g. c. in his rebus. diſt. xj. vnde ſi in aliqua diœceſi conſueuit certo die ieiunari, tenentur ieiunare illi de diœceſi ſiue indigenæ: ſicut & ſi epiſcopus ieiuniū indiceret. alienigenæ verò ſi veniunt animo habitandi, ex tunc ligantur ieiunio conſuetudinario ſicut & ſcripto. Si autem tranſeant ſolùm, nō ligātur cōſuetudinibus & ſtatutis terræ, licet in comedendo cauere debeāt à ſcādalo: quia ſi eſca fratrē meū, &c. arg. di. xij. illa. Secundū Arc. tamen conſuetudo laicorum non ligat clericos, nec clericorum ſecularium religioſos, quia diſtincti ſunt modi abſtinentiæ inter hos tres ſtatus: & plures abſtinentias habent clerici quàm laici, & religioſi quàm clerici ſeculares. vnde non oportet quòd ad eorum ieiunia ligentur, quorum etiam conſuetudinibus à ſuis ieiunijs non abſoluuntur, ſecundum regulā iuris. Quem non honoro, nec onero.

8 ❡ Secūdum. † Vbi ieiunium eſt iure ſtatutum, Hoſt. in c. ij. extra eo. dicit quòd in ieiunijs ſolennibus, id eſt, per eccleſiam indictis, nihil poteſt facere conſuetudo. quod Pan. verum limitat primò quantum ad ieiuniū tollendū ex toto ſine cauſa rationabili: ſecus quantum ad interpretationem qualiter ſit explendum, puta quo ad cibos, horam, collationem, & huiuſmodi: quia cōſuetudo eſt optima legum interpres. Et ſecundò, niſi papa ſciret & toleraret. vnde in d. c. ij. facit magnum feſtum de quadam gloſ. ibi dicente quòd conſuetudo eſt ieiuniorum relaxatiua. Ego verò primam limitationem approbo, & ſimiliter ſecundam cōcurrentibus duobus. Primò quòd papa toleret ſine reclamatione: ſecus vbi reclamaret per prædicatores, ſicut vbique facit de ieiunio Quadrageſimæ quod à minori parte fidelium ſeruatur, & tamen conſuetudo non excuſat. Secundò quòd conſuetudo talis ſit apud timoratos, & non eos qui non ieiunant, credentes tame & ſciētes ſe ieiunio obligatos: quia non eſt conſuetudo, ſed corruptela. Vnde ſecundum Archid. excuſantur indigenæ terræ vbi viri timorati nō ieiunāt in vigilijs Iacobi, Bartholomæi & Mathiæ: non autē ſi non ieiunent ribaldi: & ſimiliter excuſantur à ieiunio ſuæ terræ alienigenæ alió ſe transferentes animo habitandi: nō autē ſi trāſeant ſolùm, ſicut nec ad illius terræ ieiunia ligātur.

9 ❡ Tertiò † cùm de integritate ieiunij ſecundum Richard. in iiij. tria ſint, ſcilicet comeſtio vnica, determinata hora comedēdi, & abſtinētia à carnibus, ouis & lacticinijs in Quadrageſima: quęritur qualiter ſit ieiunandum vel frangatur ieiunium quantū ad vnitatem comeſtionis? Et dico multa. ❡ Primum. Circa iſtud varia fuit doctorum opinio: nam aliqui dicunt nullo iure caueri quòd ſemel tantū in die ieiunij comedatur: & conſequēter liceret pluries in die comedere ſine fractione ieiunij, modò fiat ex cauſa rationabili, & ſecundum conſuetudinem eorum quibus conuiuitur. quam opinionem ſequitur Panor. in rub. de obſer. ieiun. quia, inquit, cùm non habeamus ius ſpecificum, recurrendum eſt ad conſuetudinem loci. & facit cap. vtinam. diſtinct. lxxix. ex quo infert ad collationem ſerotinā vt j. particula iij. Pro hac opinione facit quod not. Innoc. in d. rubr. quod prandere pluries in die eſt contra conſuetudinē approbatam eccleſiæ: & ſic videtur ſentire quòd non ſit contra ius ſpecificum: & idem ibi dicit quòd Ciſtercienſes licitè ſtatuerunt quòd ſeruitores in die ieiunij aliquid ſumant, ſcilicet ante prandium. item quòd ſeruientes dominis faciendo credentiam ieiunium non ſoluunt. Alij verò dicunt quòd geminata comeſtio ieiuniū ſoluit: quia eccleſiæ vniuerſalis cōſuetudo, quæ p̄ lege habenda eſt, ſic obtinuit vt ſemel tantū comedatur. quam opinionem ſequitur Gofred. & communiter Theologi in iiij. diſt. xv. Pro hac facit quòd fideles communiter pluries in die bibunt ſine cōſcientia frangendi ieiunium, non autem pluries comedunt. Sanctus Thom. autem has opiniones concordat, dicens quòd ieiunium ſoluitur ſi comedatur pluries per modū cibi: nō autem ſi per modum medicinæ, id eſt, ad reparandum ne potus noceat, vt Archid. doctè & eleganter exponit. Igitur non frangunt ieiunium propter pluralitatem comeſtionū qui comedunt in ordine ad potū, vt infrà particula tertia: nec lectores aut ſeruitores prægustantes, aut qui ſurgunt à menſa propter inſtantē neceſsitatem denuò regreſſuri vt prandeant: quia tota eſt vna comeſtio & vna menſa, ſecundum Rod. ſcilicet propter continuum exercitium circa prandium, vel ex intentione interrumpentis: nec faciētes credētiam quo ad carnes in Quadrageſima: quia hoc non eſt per modum cibi: nec qui mane vel ſero bibit vinum vel ſeruiſiam, aut comedit electuaria delectationis cauſa ſecundum Richard. quia ſcilicet hoc non ſit per modum cibi. nec ſecundū Petr. de Palu. qui non propter famem aut voluptatem, ſed timore deficiendi præ anxietate in die ieiunij ficus vel porrectam vel aliquid huiuſmodi prælibaret ante horam comeſtionis quaſi per modū medicinæ. Frangit verò ieiuniū quicunque aliquid comeſtibile vel potabile ſumeret extra prandium in fraudē, id eſt, ad ſubleuādam non quidem debilitatem, ſed famē, vt ponit Archidiac. quia iſte ex ſua intentione pluries cibatur ſumendo aliquid per modum cibi. ❡ Secundum. Licet potus aliquo modo nutriat: tamen ſecundum S. Tho. quia magis ſumitur ad corporis alterationem & digeſtionem ciborum quàm ad nutrimētum licitum eſt ieiunantibus pluries intra diem vnam potare: licet immoderantia circa hoc poſsit eſſe peccatum & meritum ieiunij perdere. Et idem dicit Petr. de Pal. ſcilicet quòd potus ieiunium non ſoluit: ſiue poſt ſiue ante prandiū niſi fiat in fraudem, id eſt, ad ſubleuandam famem. Et idem Alb. & Pet. & Ric. dicens de bono & æquo magis abſtinendum eſſe à potu vini, ceruiſiæ, & huiuſmodi in mane quàm in ſero: quia tunc vt plurimum nocet ſtomacho ieiuno. Et ſi, vt iſti dicunt, licitus eſt mane potus etiam vini ſine fraude. licitum etiam aliquid ſumere pro ſtramento potus ne obſit: modò ceſſet omnis fraus circa intentionem, & indiſcretio circa quantitatem. Et hoc expreſsè tenet S. Tho. in iiij. diſt. xv. in q. de ieiunio. art. iiij. q. licet non loquatur de pane & fructibus vel herbis quæ communiter veniunt in cibum hominis, ſed de electuarijs & huiuſmodi medicinalibus. ❡ Tertium. † De collatione ſerotina generaliter ſciendum eſt 10
quòd quædam, ſunt quæ nec ſumuntur nec ſunt ordinata principaliter ad nutriendum, licet nutriant aliqualiter, vt potus etiam vini & electuaria, & aliæ medicinæ & huiuſmodi: de quibus intelligitur quòd ex ſenſualitate ſumpta non frangunt ieiunium: quædam verò ſunt ordinata principaliter ad nutriūdum, quæ in cibum ſumi conſueuerunt, vt panis: & ſecundum Pet. de Pal. & fructus & herbæ principaliter panis. De primis ergo & de ſecundis, excepto pane, non eſt dubium quòd licitè de ſero ſumuntur cauſa medicinæ, id eſt, ne noceat potus: licet non per modum cibi. ſed & ſi non ſumantur per modum medicinæ, ſecundum Arch. piè interpretandum eſt rōne conſuetudinis, quæ ea de cauſa videt̄ introducta. q̄d etiam ſentit Panorm. quia conſuetudini ſtandum eſt, ex quo ius non eſt in oppoſitum: quod ſecundum eos limitatur, niſi fiat exceſſus in quantitate vltra conſuetum, vel niſi fiat in fraudem, id eſt, ſtudioſè ad nutriendum contra famem. ſecus ſi ſtante quantitate conſueta fiat ad alium rationabilem finem: puta ad dormiendum, ad ſuſtentandum naturam, aut vocem conſeruandam, & huiuſmodi: imò & ſi ex ſenſualitate, imò ex ratione famis ſecundum mentem Panormitan.

quia ſufficit non exire terminos conſuetudinis.vnde dicit Di
rec. ſecundum quoſdam poſſe ſtatui vt in ieiunio eccleſiæ
bis comederetur,ſed parum.De pane tamen dicit Arc.quòd
eius buccella ieiunium ſoluit.ſed ex S.Tho.& Pet.de Pal.&
alijs doctor.præcipuis hæc diſtinctio panis ab alijs,quæ ve-
niunt in cibum hominis, haberi non poteſt,niſi de congruo.
vnde quia circa hoc legem aliam præter conſuetudinem nõ
habemus:dico quòd vbi eſt conſuetudo,licitè ſumitur panis,
ſi aliud non habetur : vel ſi habetur,illud ſtomacho nocet,
vel non reparat ſufficienter contra potum.Imò etiam licet
eo caſu vbi eſt conſuetudo de non ſumendo panem : quia in
foro conſcientiæ conſuetudo non obligat , niſi inquantum
legiſlator intendit,vt patet ex dictis s̃. Conſuetndo. §.xiij.
qui non intendit vt ſine pane bibas,quando ſine pane potus,
quo indiges,obeſſet: vt quia fructus non habes: vel ſi habes,
non habes ſtomachum fructibus opportunum. ¶Quartò
11 †quæritur qualiter ieiunandum ſit quantum ad horam co-
medendi? Et dico multa. ¶Primum.Dies artificialis ſecun-
dum Aſtrologos habet duodecim horas inæquales,quarum
extrema ſunt ortus & occaſus Solis: medium verò ad quod
ſexta terminatur,eſt punctus meridiei. Totam autem diem
artificialem partimur in quatuor partes æquales , quarum
duæ ſunt ante meridiem,& duæ poſt:& quarũ quælibet con
tinet horas tres:ex quo fit vt horas numeremus per triplici-
tates,id eſt , accipiendo extrema illorum quatuor partium,
& dicendo,tertia,ſexta,nona,& duodecima . Et ſic factum
eſt vt primum trium horarum ſpatium poſt meridiem dica
tur hora nona:& aliud immediatè præcedens dicatur hora
ſexta:ita quòd hora ſexta finitur in puncto meridiei : & ibi
12 incipit nona. ¶† Secundum. In iure ſcripto nulla hora eſt de-
terminata comedendi in die ieiunij : niſi hora veſperorum
tempore quadrageſimali:vt de conſecr.diſt.j.ſolent . & per
Pan.in rub.de ob.ieiu.vnde in hoc conſuetudo eſt lex & ſta-
tutum eccleſiæ:& hoc ſecundum omnes eſt vt hora nona co
medatur.Sed quia hora nona dicitur & in prin.& in fi.S.Th.
in iiij.diſt.xv.q.iij videtur velle quòd in omni ieiunio pran-
dendum ſit hora nona completa,id eſt,hora tertia poſt me-
ridiem:quod Pet.de Pal.verum dicit quo ad ieiunium qua-
drageſimale tantùm:quo ad alia verò dicit licitum eſſe pran
dere in principio nonæ:id eſt,in meridie: ſed quia hic lex eſt
conſuetudo,conſuetudini ſtãdum eſt populi Dei in omni ie-
iunio,vt in meridie,non per aſtrolabium , ſed groſſo modo
13 computato comedatur.diſt.xj.in his. ¶† Tertium. Præueni-
re notabiliter horam comedendi,ex cauſa rationabili,ſecun
dum Inno.in rubr.de obſerua.ieiun.non eſt peccatum:& ſic
dicit debere intelligi cap.ſolent.de conſec.diſt.j.quod intel-
ligo verum in his qui ſunt obligati ieiunare ſi interueniat ſu
perioris poſsibilis haberi cõmodè diſpenſatio.Sine cauſa ve-
rò ratiõabili prẹuenire horam etiam per notabile ſpatium,
Sum.Ange.dicit eſſe veniale tantùm,allegans.§.alias ea de-
mum.xxv.diſt vbi dicit Ang.quòd ſi quis corpore ſanus alijs
ieiunantibus prandere voluerit,ſcilicet ante horam,eſt pec-
catum veniale,ſed vt dicit glo.Augu.loquitur de ieiunijs vo
luntarijs,non de neceſſarijs.Vnde ſecundum Pet.de Pal.eſt
mortale.& idem dicit glo.in d.§.alias.& videtur eſſe text.in
d.cap.ſolent.quòd licet ſecundum d.Sum. loquatur de conſi
lio:tamen hoc nec certum eſt nec probabile. Poteſt tamen
ſecundum Pet.de Pal.circa horam diſpenſari propter debi-
litatem,vel electionem,vel iter,aut alias pias cauſas.
14 ¶Quartum.† Tardare ieiunium poſt nonam quantumcun-
que tardetur,non eſt peccatum , ſecundum omnes Doctor.
15 niſi fieret ex aliqua ſuperſtitione. ¶Quintò † quæritur,qua-
liter ſit ieiunandum quantum ad abſtinentiam carnium &
huiuſmodi? Et dico multa. ¶Primum.Eſus carnium in omni
eccleſiaſtico ieiunio interdictus eſt , & illud frangit ſecun-
dum omnes doct.eſus verò ouorum & lacticiniorum inter-
dictus eſt in quadrageſima:vt diſt.iiij.denique.non autem in
alijs ieiunijs ſecundum Pet.de Pal.& S.Tho.& communiter
doct.niſi conſuetudo hoc habeat, quam vbique ſeruandam
in ieiunijs dicit Aug.Amb.& Hier.diſt.xij.illa. & diſt.lxxvj.
vtinam.vnde in omnibus ieiunijs præter Quadrageſimam,
iſta comedi poſſunt, vbi conſuetudo eſt quòd comedãtur.
Vnde ſecundum Petr.de Palu.is cui iniunctum eſt ieiunare
ſimpliciter, non tenetur niſi à carnibus abſtinere. Sed & ſi
alicubi ſit conſuetudo quòd non comedantur, Sum.Angel.
non putat frangi ieiunium ſi comedantur nõ ex gulositate,
ſed ex cauſa rationabili . Sed quia conſuetudo in his eſt lex,
dico quòd ex hoc ieiunium frangitur : nec excuſatur come-
dens à mortali , niſi ſicut excuſatur ieiunium frangens: de
quo infrà §.ix. ¶Secundum.† Tenet Hoſt.in Sum.eod.titul. 16
quòd cuicunque conceditur vſus ouorum & caſei,conceſſus
intelligitur vſus ſaginminis ſiue lardi:arg.cap.presbyter.diſt.
lxxxij.& ibi glo.& idem Pan.in cap.conſuluit.de Iudæ. licet
tunc non ſit licitum vti carnibus : quia quaſi mutando for-
mam videtur rei ſubſtantia immutata . ¶Tertium. Secun-
dum Petr.de Pal . Britones comedentes in Quadrageſima
butyrum,videntur excuſari:quia in illis partibus , in quibus
eccleſia diſpenſare poteſt,ſciendo & diſsimulando diſpenſat,
ſi tamen ita diſsimulat quòd nec punit excommunicatione,
nec prohibet verbo , alioquin cùm ad correctionem tenea-
tur,participaret in crimine . vnde fornicationem ſimplicem
& ſi non puniat,prædicat tamen eſſe illicitam. Vnde cùm ec
cleſia ſileat,nec eis prohibeat,nec prędicet eos malè facere,
& ſi aliud priuilegium non habeant,excuſantur.hæc ex illo.
¶Quartum.† Secundum Arch. qui excuſatur à ieiunio pro- 17
pter ætatem & laborem vel aliam cauſam rationabilem:&
poteſt in Quadrageſima vti quadrageſimalibus cibis:& vti-
tur carne,lacticinijs vel ouis ex voluptate, vel incuria,mor-
taliter peccat.& idem dicit de quocunq; comedente carnes
in alijs ieiunijs eccleſiæ. ¶Sextò † quærit quando,id eſt,qua 18
ætate ex præcepto ſit ieiunandum? Et dico duo,quantum ſci
licet ad iuuentutem & ſenectutem. ¶Primum . Qua ætate
incipiat quis obligari ieiunio.Io.And.Inno.ſuper c.conſilium.
de obſeruantia ieiuniorum.multas recitat opi.in nulla ſe fir
mans.Opinio autem Inno.in rub.de obſ.ieiu.eſt,quòd tenea
tur omnes ſanæ mentis,doli capaces,potentes ieiunare,cùm
peccare poſsint,& peccata deflere:de delic.pue.c.j.& idem vi
detur tenere Supp.tanquam tutius contra Roſ.& Sum.Ang.
Sed veritas & communis opinio eſt,quam ponit S.Thom.&
Pet.de Pal.& Archi.quòd poſt finem tertij ſeptennij,id eſt,
poſt xxj.annum:quia licet antea teneatur quis carnem ſub-
iugare ſpiritui:non tamen per hoc medium:propter indigen
tes multo cibo ad nutrimentum & augmentum.Nec tamen
eſt ſimile ſecundum Pet.de indigentibus multo cibo ad ge-
nerationem:quia diebus ieiunij coniuges abſtinere debent à
coitu , & ſemel in anno ſufficit fœcundare , & cum ieiunio
plus abundat ſemen quàm ſit neceſſe . Quia tamen circa il-
lud tempus quidam alijs ſunt fortiores ſecundum eundem
Pet.de Palu.relinquitur arbitrio confeſſoris & conſilio me
dicinæ ieiunare vel non:& in religionibus diſcretioni præla-
torum ſecundum Veruec . Profeſsi tamen regulam, in qua
præceptum eſt aliquibus diebus ieiunare,ad hoc obligantur
ante dictam ætatem. ¶Secundum . In ſenibus nullum tem-
pus ab aliquo determinatum eſt,in quo ab obligatione ieiu-
nij abſoluantur.vnde excuſari poſſunt eo modo quo infirmi
& debiles,de quibus eſt eadem ratio,ſecundum Innocen. &
Alien.ratione verò ſenectutis tantùm nõ excuſantur,ſi ſunt
ad ieiunium fortes.Richard.tamen in iiij.dicit non obligari
nimium ſenes,id eſt,decrepitos:quia propter debilitatem ca
loris indigẽt crebro refici:cuiuſmodi ſunt regulariter qui ſe
ptuageſimum annum compleuerunt ſecundum medicos: &
gloſ.in procemio vj.ad quod facit illud pſalmi , Anni noſtri
in ipſis ſeptuaginta annis.& l.fin.C.qui ætate.lib. x.iuncta l.
ij.§.fin.ff.de decur. vbi maior lxx.annis excuſatur à muneri-
bus perſonalibus,& à fortiori à ieiunio, quod eſt maximum
19 onus. ¶Septimò † quæritur,vtrum ieiunia, quæ ſunt de præ-
cepto transferri poſsint aut redimi vel commutari cum di-
ſpẽlatione vel ſine? Et dico multa. ¶Primũ. Ieiunia ab eccle
ſia præcepta de die in diem transferri poſſunt ex cauſa ſe-
cundum Innocent. in d.rubr. ſicut ſi feſtum accidit ſecunda
feria,vigilia ieiunatur in ſabbato, & non in dominica : extra
eod.cap.j.& ita pari ratione ſi vigilia accidat in feſto ſolenni
propter eius venerationem poteſt priori die ieiunium expli-
cari,ſicut in Francia vbi ſunt eccleſiæ ſancti Quintini,vigi-
lia omnium ſanctorum ieiunatur die præcedenti: quod Pa-
nor.in d.rub.limitat, modò fiat authoritate epiſcopi:arg.c.
ij.de obſer.ieiu.in fin. ¶Secundum. Quantum ad redemptio-
nem ieiuniorum eccleſiæ Innoc.& Panormit. in d.rubr. te-
nent quòd aliquis citra papam diſpenſare nõ poteſt,niſi cau-
ſa ſit in debente ieiunare : ex cauſa autem poteſt epiſcopus
diſpenſare,& in bonum aliud compenſare:& cauſa ſatis ſuf-
ficiens eſt debilitas perſonæ ex defectu naturæ vel exteriori
proueniens exercitio:imò ſecundum Archidia.eſt etiam vti-
litas publica:puta bona & neceſſaria prædicatio, vel diſcur-
ſus propter neceſsitatem vel vtilitatem eccleſiæ,quam ieiu-
nij commutationem Sum.Roſ.intelligit nõ poſſe fieri pro-
pria authoritate: quod verum eſt vbi dubium eſſet an cauſa
excuſaret à ieiunio nécne: ſecus vbi eſſet manifeſtum : vt j.
§.ix.In ieiunijs autẽ ad quæ quis ſe voto obligauit,diſpenſa-
re poteſt epiſcopus , etiam ſine cauſa exiſtente in vouente,
modò illud,in quod ſit commutatio,ſit melius,id eſt , acce-
ptius Deo:vt in cap.j.de vot. Quæ verò imponuntur in pœ-
nitentia, redimi poſſunt authoritate ſuperioris , vel etiam
æqualis confeſſoris:de quo ſuprà Confeſsio. j.§.xxvij. ¶Ter
20 tium.† Quantum ad diſpenſationem ſuper ſolutione ieiunij
talis regula ſeruanda videtur ex mente omnium doct.Si cer
tum eſt quod quis ieiunare non poſsit:ex cauſæ euidentia po
teſt quis ieiunium propria authoritate dimittere ſecundum
Veruec. & omnes.Si verò ſit dubium : conſulendus eſt vir
bonus & peritus,puta medicus aut confeſſor vel alius. & ſi
iudicio eius cauſa eſt euidens,iterum poteſt quis propria au
thoritate dimittere , ſecundum mentem eiuſdem Veruec.
quia eo caſu cauſa eſt euidens: ſi verò ipſe ſit dubius,oportet
adire ſuperiorem , id eſt, epiſcopum vel proprium ſacerdo-
tem,qui declarare poteſt authoritatiuè diſpenſando in du-
bio.Limita tamen totam regulam ceſſante ſcandalo : quia
etiam cauſa extante euidente in ſe vel aliquibus : ſi inde ali-
qui ſcandalizarentur,petenda eſſet diſpenſatio. ¶Quartum.
Superior à quo in ieiunio eccleſię huiuſmodi diſpenſatio pe
tenda eſt,ſecundum Hoſtien .in cap.conſilium.eod titul. eſt
epiſcopus, nec ſufficit licentia ſimplicis ſacerdotis etiam ex
iuſta cauſa , niſi ſumma neceſsitas immineat : ita quòd ſine
periculo ad epiſcopum recurſus haberi non poſsit. Rod.au-
tem ſentire videtur quòd hoc poſsit proprius ſacerdos qui
eſt iudex ordinarius conſcientiæ:quia dicit quòd arbitrio bo
ni viri potius quàm per doctrinam generalem limitandum
eſt pro quanta neceſsitate ieiunium ſit ſoluendum.S.Tho.



autem in iiij.diſtin.xv.tenet quòd ſacerdos poteſt diſpenſa-
re,& prælatus in religione:adde verò tu quòd medicus po-
teſt declarare:& ſimiliter quantum ad carnes comedendas
diebus prohibitis:peccat tamen medicus ſine cauſa rationa-
bili vel ſaltem dubia,ſecundum Archid.talia mandans:arg.
xxiij.q.j.quid culpatur. ¶Octauò † quæritur, vtrum obligati 21
ad ieiunium eccleſiæ & illud ſine diſpenſatione ſoluentes,
peccent mortaliter,& quoties? Et dico multa. ¶Primum.Se-
cundum Card.in cle.j.de obſer.ieiu.frangens ieiunium eccle
ſiæ ad quod tenetur ,non peccat mortaliter,niſi ex contem-
ptu vel inobedientia hoc faciat:puta quia non vult ſe ſubij-
cere præcepto.& dicit hoc tenere Archid. in §.alias ea de-
mum.diſtinct.xxv.qui tamen ibi recitat Ioan.de Fan.hoc te-
nentem.Et iſtam opinionem ſequitur Sum. Ang.contra Ro
ſel.& Supple.addens vel nec ex conſuetudine,vt infrà,Inobe
dientia. Sanctus Thom. verò dicit quòd peccat mortaliter,
qui hoc facit ex contemptu , vel ſic quòd impediatur finis
quem intendit legiſlator:non autem qui ex cauſa rationabi-
li.& intendit ſecundum Archidiac.illud quod ſentit Petr.de
Palu.& gloſ. in d.§.alias. & communis opinio, ſcilicet quòd
hoc non eſt mortale,niſi ex contemptu:vel ſcienter ſine cau
ſa rationabili vera vel æſtimata.vnde ſecundum Petr.de Pa
lu.ſi hoc fiat ex cauſa ſufficienti non eſt peccatum: ſi ex cau
ſa non ſufficienti,ſed ſupple,quæ credatur ſufficiens, eſt ve-
niale , vt legentes Inſtituta in completorio ſi ſine cauſa eſt
mortale,ſi aduertit eſſe diem ieiunij. ¶Secundum.Secũdum
Petr.de Palu.qui mane comedit de ieiunio non aduertens:ſi
quidẽ ſcire tenebatur quòd eſſet ieiunium , non excuſatur à
fractione eius,nec tamẽ eadẽ die ieiunare tenetur, cùm iam
ſit,inquit,obligatus ad ieiunandum in alia:& ſi nõ liceret ſi-
bi plus comedere nimiũ grauaretur:nec cùm toto hoc eſſet
ieiunium propter nimiam anticipationem:ſed ſi nõ teneba-
tur ſcire,nõ reputatur fractio ieiunij.vnde ac ſi eſſet ieiunus
poteſt illa die ieiunare comedendo ſua hora pro prandio:
quia ieiunium homini indictum non ſoluitur niſi per actum
humanum,qui requirit intentionem & deliberationem ve-
ram vel præſumptam.hæc ex illo.ſed vide particula ſequen
ti. ¶Tertium.† Qui non ieiunat vna die,licet videatur ad ie 22
iunium teneri in alia per Pet. de Pal. & tex.in cap.j.de obſ.
ieiun.tamen dico oppoſitum per cap.ij.eod.tit.vbi ieiunium
frangentibus non imponitur vt alio die ieiunent.ad quod fa-
cit quod not.Innoc.in c.j.de celeb.miſ.de eo qui officium di
miſit,qui illud reſumere non tenetur:quaſi ſit ſeruitus cuiuſ
cunq; diei. Nam ſi teneor præſtare operas certo tempore,
& impedior:non ſum obligatus alio tempore: quia nõ ſunt
eædem operæ,ſed variantur ex tempore : vt eſt textus not.
in l.ſi non ſortem.§.libertus.ff.de condictione indeb.& ſi re
linquitur mihi vſusfructus per biennium proximè futurum,
& impedior:non poſſum petere vſumfructum alterius bien
nij:quia non eſt idem vſusfructus.l.ſi vſusfructus mihi.ff. de
vſufruct. & redi. & habit.& textus cap.j. debet intelligi de
tranſlatione facienda ex cauſa propter ſolẽnitatem. ¶Quar
tum.Fractor ieiunij pro qualibet vice qua comedit in die ie
iunij vltra vnam vicem,peccat mortaliter, ſecundum Ioan.
de Neap.in quol.quia iſtud præceptum reducitur ad negati
ua,ſcilicet ne comedas niſi ſemel: quod verum eſſet ſi nouo
contemptu ſemper comederet:aliàs autem verius & cõmu-
nius eſt dictum Dur.in iiij.quòd tantùm ſemel peccat morta
liter:aliter obligaretur ad impoſsibile:quia ex quo ſemel ie
iuniũ fregit, illa die ieiunare non poteſt in Quadrageſima:
tamen ſecus vbi ieiunare poteſt alia die:vnde quot dies quis
omittit, tot peccata committit. ¶Nonò † quæritur,quæ ſint 23
perſonæ excuſatæ,vel cauſæ rationabiles excuſantes à ieiu-

nio?Et dico multa.¶Primum ad cognoſcendum quis poſsit
&teneatur,vel non poſsit,ſiue non teneatur ieiunare, acci-
pienda eſt regula,& maximè quæ ex S.Thom.in iiij.colligi-
tur,talis ſcilicet quòd quilibet poteſt & debet conſeruare ſi-
bi vitam & robur neceſſarium ad ea quę ſibi incumbunt fa-
cienda neceſſariò pro vita vel officio vel ſocietate cõuiuen-
tium,vel reſpectu eorũ quæ facere poteſt meliora ieiunio:
intelligendo tamẽ primò quòd incumbere dicitur neceſſa-
riò aliquid quãdo aliàs eſſet notabile damnum vel incom-
modum:& ſecundò intelligendo de officio & ſocietate quã
quis relinquere non poteſt ſine periculo vel incommodo:vt
quia fortè incideret in latrones, ſi ſolus eſſet:vel quia vix poſ
ſet viuere ſi officium desereret : vt curſor , vel laborator,&
huiuſmodi : & tertiò quòd in omnibus dubijs circa prædicta
ſtandum eſt arbitrio boni viri:vt dictum eſt ſuprà.§.vij.par-
ticula iij.¶Secundum.Iuxta mentem Sanct.Tho.ij.ij.q.cxl-
vij.& iiij.diſt.xv.peregrinantes,aut multum laborantes,qui-
bus neceſsitas imminet tunc faciẽdi magnas dietas,vel mul-
tum laborandi,ſi volunt ſe & ſuos ſuſtentare , vel nõ incur-
rere notabile detrimentum ſui ſtatus,& cum lahore,vel iti-
nere nõ poſſunt obſeruare ieiunium,excuſantur:aliàs ſi poſ-
ſent vtraque facere commodè,tenentur ieiunare:& ſimiliter
ſi poſſunt iter differre,& ſubtrahere,vel minuere laborem:
24 ita vt poſsint ieiunare ſine detrimento ſui ſtatus.Et † addit
Petr.de Pal.quòd ſi peregrinatio non eſt neceſſaria, peccat
illam aggrediens indiſcretè,id eſt,eo tempore quo ieiunan-
dum eſt : ea tamen aggreſſa licet incompoſsibile ieiunium
frangere:ſicut licet infirmo ex ſua culpa durante infirmita-
te.Addit etiam Sanct.Tho.quòd nolentes conducere opera-
rios , niſi ieiunium frangant,non ſunt immunes à culpa,niſi
fortè ſit cauſa neceſſaria quę feſtinationem operis expoſcat:
item quòd ex parte operantis intentio maioris lucri non ne
ceſſarij nõ excuſat.Adde quòd Eugenius iiij.anno M.ccccxl.
circa hoc fecit magnã modificationem:indulgens quòd arti
fices laborioſa opera exercẽtes,& ruſtici ſiue diuites ſint ſiue
pauperes,non teneantur ad ieiuniũ ſub præcepto : vt refert
Sum.Roſ.& aliàs à viris doctis audiui.Quod aũt de labora-
toribus dixit ſanctus Thomas:intellige etiam de itineranti-
bus cauſa lucri.¶Tertium.Curſores, ſi hoc exigit ſuum cur-
rere pręteritum vel futurum,excuſantur à ieiunio:& hoc ſe-
cundum Petrum de Pal.non ſolùm ſi ſine tali officio viuere
non poſſent:quia tunc excuſaret paupertas:ſed etiã ſi aliter
poſſent viuere,ſed non æquè bene: quia aliud eſt de illis qui
ad certum diem ſe locant,qui non debent ſe locare, niſi tũc
poſsint ieiunare,ſi aliàs habent vnde viuant: aliud de eo qui
locat ſe ad totum annum & ad totale ſeruitium:quia ſi exci-
peret quòd nunquam diebus ieiunij itineraret, non inueni-
ret receptorem.¶Quartum. Excuſantur etiam pauperes qui
ſufficientem cibum pro vna refectione habere nõ poſſunt:
& ſimiliter quando propter præcedẽtem inediam ieiunium
nunc ferre non poſſunt,ſecundum Sanct.Thom.ij.ij. vbi ſu-
prà.Sub quo etiam ſecundum Archi. videtur poſſe compre-
hendi illos,qui nec poſſunt parare:nec habent parentes ne-
ceſſaria ad ieiunium.¶Quintũ.Excuſantur ſimiliter ſecun-
dum Veruec.prægnãtes & lactãtes ſi debilitas eas impediat:
vel ſi ex hoc timetur de periculo earum aut aborſu vel defe
ctu alimenti pueri:imò ieiuniũ debent dimittere.¶Sextum.
Excuſantur etiam infirmi & debiles,qui ſi neceſſariũ cibum
vna vice ſumerẽt,obeſſet:pro quo tamen ſtatur arbitrio bo-
ni viri,ſecundum Archi.¶Septimum.Excuſantur etiam ſe-
25 nes & paruuli,vt ſuprà dictum eſt.§.vj. ¶Octauum.† Excu-
ſantur etiam vxores ſecundum Inn.& Panor.in rubr.de ob.
ieiu.contradicentibus viris quo ad ieiunia votiua ſeu volun-
taria xxxiij.q.vlt.manifeſtum non autem quo ad indicta ab
eccleſia:quia magis vicario Dei obediendũ eſt quàm man-
tis iniuſtè pręcipiẽtibus.xj.q.iij.Iulianus. niſi inde inter ipſas
& maritos ſcãdalum oriretur:puta verbera,blaſphemię,odia
notabilia : quia tunc ſaltem ex licentia ſacerdotis poterunt
frangere.ar.c.vt cõſtitueretur.diſt.50.in fin.quia pręceptum
iuris poſitiui nõ obligat aliquem cum ſcandalo:vt in cap.ij.
de no.oper. nunt.&.c.nihil.de præſcr. ¶Nonũ.† Excuſantur 26
etiam prædicatores ſi eorũ prædicatio ſit neceſſaria ex offi-
cio:puta ex obediẽtia,vt patet ex dicta maxima:vel etiam ſi
non ſit neceſſaria ex officio,ſed tamẽ ſit neceſſaria ex caren
tia prædicantium:aut magna ſiue excellẽti vtilitate:quia ie-
iunium alia opera meliora non impedit,dicente Sanc.Tho.
in iiij.quòd ſi abſtinẽtia ſit tãta quòd homo ab operibus me-
lioribus impediatur,quamuis ad ea de neceſsitate nõ tenea-
tur indiſcretũ eſt ieiuniũ,etſi nõ illicitũ.Et in quinto quolib.
arti.xviij.dicit quòd ſi quis in tantũ virtutẽ naturæ debilitet
per ieiuniũ & alia huiuſmodi,quòd nõ ſufficiat debita opera
exequi : puta prædicator prædicare, doctor docere, cantor
cantare,& ſic de alijs,abſq; dubio peccat.hæc ille, qui loqui-
tur de prædicantibus & docentibus ex debito.Si autẽ aliquis
voluntariè prædicet,id eſt,non miſſus:aut ideo miſſus, quia
vult mitti,& ſua prædicatio non ſit neceſſaria: quia alij ſunt
qui æquè bene poſſunt ſupplere vel melius, non video quo-
modo ſit tutus ſi ieiunium frangat:quia non eſt neceſsitas:
vnde talis debet alijs operibus vacare.¶†Decimò generali- 27
liter quæritur,quid iuris de abſtinentijs alijs à ieiunio?Et di-
co multa. ¶Primũ. Comedere carnes ſexta feria ſine cauſa
infirmitatis eſt mortale.de cõſ.diſt.iij.de eſu carnium, quod
tamen fallit ſi ſit dies natiuitatis Domini:quia tunc licitè ab
omnibus comedũtur:niſi ab his qui voto vel regulari obſer-
uantia ad non comedendum tenerentur de obſer.ieiun.cap.
finali. & multo magis quando natale eſt in die ſabbati.Ex
quibus elici poteſt,primò quòd die feſto non ſolùm ſpiritua
liter,ſed etiam corporaliter poſſumus honeſtè lętari in cibis
& veſtibus ad ſolennitatem diei: & ſecundò quòd prælatus
in religione potens diſpenſare in eſu carnium , poteſt cum
ſuo ſubdito diſpenſare feria ſexta ſi ſit natale : quia cum ibi
ſint duæ prohibitiones,ſcilicet eccleſiæ & religionis,ſubla
ta prima per eccleſiã ſtat ſolùm ſecũda,ſuper quam põt præ
latus.Nec obſtat quòd eccleſia cum iſtis non diſpenſat:quia
verũ eſt quãtum ad obligationẽ voti & religionis:non quo
ad obligationem eccleſiæ. vnde ſi cum tali fiat diſpenſatio
in voto,iam poterit comedere carnes,ſi deinde natale veniat
in feria ſexta.¶Secundum. Qui vouit non comedere oua in
feria ſexta:ſi ſit dies natalis Domini , non poteſt ſecundum
aliquos comedere carnes:quia abſtinentia ouorum includit
abſtinentiam carnium,non ecõuerſo. Vnde qui vouit abſti-
nere ab ouis , etiam vouit abſtinere à carnibus. Ego diſtin-
guo:quia ſi habitualiter intendebat ſe eo caſu velle priuare
carnibus:vt quia ſi hoc memoriæ occurriſſet,hoc deliberaſ-
ſet:non poteſt comedere. Si verò intendebat ſe non priuare
poteſt:quia tantum obligatur quantum intendebat. Si verò
non ſcit diſcernere vtrum ſic vel ſic non comederet, non
propter dictam rationem quæ potius eſt ad oppoſitum:quia
priuans ſe minus dilecto,nõ priuat ſe dilecto magis:ſed licet
quia in dubijs tenenda eſt via ſecurior , de ſpon.iuuenis:ſed
quia hoc nõ eſt neceſſarium,ſed ſufficit eligere tutam:ideo
contra faciens non eſſet iudicandus de mortali,niſi forma-
tione erroneæ conſcientiæ. ¶Tertium † Comedere carnes 28
ſabbato vbi non eſt conſuetũ,eſt mortale.de con.diſt.v.quia
diès.non autem vbi eſt conſuetudo comedendi: vt in Fran-
cia,Cathalonia,& alijs partibus: quia ſtabitur conſuetudini
diſt.xij.illa autem.& idem Panor. in cap. ij.extra eod. Ad c.
autem,ſabato.de conſ.diſt.v.dic quòd loquitur de conſilio,
ſicut cauetur de die mercurij : & idem de cap . quia dies. de
conſ.diſt.iij.de quo vide gloſſam in cap. de eſu.de conſecrat.
diſtinct.iij. in qua habetur quòd ibi de eſu carnium dicitur
incipere diem à termino cœnæ,eſt cõſilium.ſecundum Dir.
autem incipit à media nocte præcedente vigiliam : & durat
vſq; ad aliam mediam noctem ſequentem.¶Quartum.Qui
carne die ſabbati in ſuis partibus comedere conſueuerunt,
comedendo in partibus alijs,vbi hoc non eſt conſuetum , ſe-
cundum Dir.peccant.d.cap.quia dies.xij.diſ.illa.à contrario
ſenſu:quia qui de patria vbi hoc non eſt conſuetum veniunt
ad illam vbi hoc eſt conſuetum animo habitandi ſcilicet
totaliter , comedendo non peccant : niſi adſtringantur voto
vel abſtinentia regulari:extra eodem cap.fina.Multa etiam
pertinentia ad abſtinentiam à carnibus,habes infrà Religio.
per totum.

## De Ignorantia.

1 *Ignorantia,quæ propriè ſcientiæ priuatio eſt, nonnunquam & neſciẽtia & error, latius ſumpto verbo,dicitur.Et ea quoque tripertita eſt.*
2 *Quæ propriè ignorantia dicitur,eadem quoque in tria genera diducitur.Aut enim bona,aut mala,aut neutro modo,& indifferens eſt.*
3 *Ignorantia mala multiplex quoque dicitur: idq; tum ex parte rei ignoratæ, tum ex parte actus,quem ignorans elicit, aut ignorat:& deniq; ex parte ignorantis.Et vnaquæq; ſecundum ius aut factum, circa quæ verſatur,multifariam ſeſcernitur.Et ibi clarè quid vnumquodq;.*
4 *Ignorãtiæ primo,ſcdo,ac tertio modis acceptæ,qui ſint effectus*
5 *Ignorantiæ ex parte ignorãtis,multiplex eſt differẽtia: cuius partes identidem diuiſiones ac ſubdiuiſiones recipiunt. Quibus etiam alia quoq; ſpecies additur,quæ prauæ electionis dicitur: ex qua malus omnis ignorans cenſetur. Dicitur autem propriè ex cauſa peccati veniens inconſideratio.*
6 *Scire quiſq; ea tenetur,ſine quorum cognitione actum ex officio aut præcepto debitum nemo rectè exercere poteſt. Vnde quæ fidei ſunt & iuris vniuerſalia præcepta ſcire omnis homo tenetur:quo ad alia verò quiſque ſingulatim quæ ad officium vel ſtatum ſuum pertinent ſcire debet.Et quid de præceptis eccleſiæ,& de horum intellectu.*
7 *Ignorantiam peccati cauſam eſſe poſſe,non tamen quamlibet. Ea autem peccati cauſa eſſe dicitur,quæ ſcientiam actus peccati prohibitoriam tollit.*
8 *Ignorantia non quæuis peccatum eſt.ſed ea , quæ eorum quæ quis ſcire tenetur.Nec ignorans quouis tempore actu peccat, ſed tum demum,cùm ſcientiam acquirendi tempus eſt.*
9 *Ignorantia quantum ad legem diuinam pertinet quatenus excuſare dicatur?Et quæ ſint in hoc conſideranda.*
10 *Ignorantia non excuſat à peccato in parte illud minuendo. Et ibidem quòd illa ſola peccatum minuere poteſt,quæ peccati eſt ratio : ea tamen à peccato ex toto non excuſat:quoniam eatenus voluntarium peccatum minuit,quatenus voluntarium quoq; minuit.Quæ ſi voluntarium non minuat,nec peccatum quoq; minuet.Quot modis autem ignorantiæ peccatum minuens contingere poſſit,hic apertè traditur.*
11 *Ignorantia facti à iuris pœna in animæ foro quatenus ac quemodo excuſet,aut id minimè , eleganti diſtinctione planum facit.Et qui diligentiam circa factum adhibet, ſi quid præter agentis propoſitum contingat,imputari ipſi non debet.*
12 *Ignorantia iuris quomodo à pœna eiuſdem iuris in animæ foro excuſet,aut contra?*
13 *Ignorans ſummi Pontificis conſtitutionem ex negligentia, an ſi contra illam faciat ,excuſetur à culpa, abs qua excuſatur,ſi ſufficienti impedimento diſtrictus, illam ſcire nequiuerit.Et qui vult ignorantiam ad deuitandam pœnam probare, audiendus eſt.Quod limitat,niſi ſint prælati,officiales& medici & huiuſmodi,qui ea exercere habent,quorum ignorantia notabile damnum proximo illatura eſt.*
14 *Ignorantia in humano iudicio,ſiue foro contentioſo,qualiter à pœna excuſet?Et qui agit contra aut Dei,aut naturæ legem pœnam legis poſitiuæ annexam ignorans, ex huiuſmodi ignorantia eam effugit.*
15 *Sententijs per ſtatuta ordinariorum,an ignorantes ligentur? Et ibidem huius declaratio & limitatio . Et ſubinde ſi Papæ generalis conſtitutio aut ſtatutum factum damnatum includat,qui cõtrà facit regulariter ob ignorantiam nõ excuſatur.*
16 *Mulieres ac monachi ab ignorantia iuris excuſationem minimè habent: quando ipſius iuris quotannis in locis vbi agunt, publicatio fit.Et ibidem argumentum à contrario ſenſu apud Canoniſtas non perpetuum.*
17 *Scoti fundamentum, quo Summa Roſella aduerſus Ang.Sum. vſa eſt , conuellitur . Et ſubinde,qualiter regula , quæ habet, quòd facti,non iuris ignorantia excuſet,intelligi debeat?*
18 *Conſtitutio generalis vel prouincialis, vbi in contra facientibus dolum expreſſim, aut tacitè requirit,in ignorantibus locum non habet:quoniam ab eius pœna excuſantur, quanquam factum damnatum huiuſmodi conſtitutio contineat.*
19 *Conſtitutionem,aut ſtatutum dolum expreſsè requirere,aut tacitè qualiter intelligatur?Et quid ſi ignorans in leui,aut leuiſsima fuerit culpa:qualiter tum puniatur, criminaliter ne, an ciuiliter?*
20 *Iuris ignorantiam quo ad fructuum conſecutionem bonam fidem non adimere . Et huius ibidem limitatio. Legis autem aut iuris ignorantia poſt tempus abs quo ligare occœpit,non præſumitur.*
21 *Concluſiones deciſiuæ ex his quæ de ignorantia dicta ſint, quænam colligantur ? Et ibidem de his,qui aduerſus extrauagan .Pauli,Ambitioſe committunt.*

IGNORANTIA † licet propriè ſit priuatio ſcientiæ:ta 1
men largè quandoq; ſumitur pro neſcientia,quę negatio
nem ſciẽtiæ importat,quæ & in lapide & in angelis,ſecũ-
dum Theologos,& in natura hominis integra quo ad aliqd
eſſe poteſt.quãdoq; etiam largè ſumitur pro errore,ſcilicet
habitu ſcientiæ falſæ. ¶Vnde conſueuit dici quòd ignoran-
tia eſt triplex.Prima ſcilicet negationis, qua ſciẽtia negatur
nec tamen aptitudo ſciendi ponitur.Secũda,priuationis, qua
ſcientia negatur,& aptitudo ſciendi ponitur . Tertia prauæ
diſpoſitionis, quæ ponit errorẽ ſcientiæ rectæ contrarium.
2 ¶†Sed nunc intendimus de ignorantia propriè, quæ eſt pri-
uationis:& eſt propriè priuatio ſcientiæ poſsibilis adipiſci.Et
hæc in genere eſt triplex:quædam ſcilicet bona,qua ſcilicet
ignorantur ea,quæ ſcita eſſe poſſent occaſio peccati:vt diſt.
xxviij.quãuis.quędã verò mala,qua ſcilicet quis ignorat quę
ſcire tenetur.alia nec bona nec mala,qua ſcilicet qs ignorat
quæ ſcire neq; expedit neq; tenetur,ſicut ſunt loquutiões &
particularia facta hominũ ad ſe nullo modo pertinentiũ:pu
ta loquentium in India.Sed nunc intendimus de ignorantia
mala . Et hæc ſi diſtinguatur ex parte rei ignoratæ eſt du-
plex:quia quædã eſt ignorantia iuris , qua ſcilicet ignoratur
aliquod ius : vt ſi neſcio me poſſe ſuccedere cognato meo
decedenti.ff.de iur.& fac.igno.l.j. quæ ignorantia diuiditur,
ſicut & ius ignoratũ:quod eſt multiplex,ſcilicet naturale,di-
uinum,humanum,tam ciuile, quàm canonicum, & munici-

pale.Quædam verò eſt ignorantia facti:vt ſi neſciam illum
deceſsiſſe,qui mihi cognatus eſt:vel aliquid ſimile:quę igno
rantia diuiditur ſicut & factum,quod eſt multiplex, ſcilicet
factum neceſſarium ad ſalutem,vt quòd Chriſtus ſit paſſus.
& neceſſarium ad officium: vt in presbytero manuum im-
3 poſitio: & factũ propriũ ac alienum.¶†Siverò diſtinguatur
ex parte actus quem ignorans elicit vel imperat eſt triplex,
ſcilicet antecedens,& cõcomitans,& ſequens.quã diſtinctio-
nem vide diffusè.xij.q.vj.art.viij.Vbi Sanct.Tho.dicit quòd
ignorantia ad actumvoluntaris ſe habet cõcomitanter quan
do eſt de eo quod agitur:& tamen ſi ſciretur, nihilo minus
ageretur:ſicut ſi volens occidere hoſtem occidat illum cre-
dens ſe occidere ſeruum.Si verò habet conſequenter inquan
tum ipſa eſt voluntaria,vel quia voluntas in ipſam fertur vo
lens ignorare.quo caſu ignorantia eſt affectata,vel quia nõ
curat ſcire quod ſcire poteſt & debet:ſic eñ nõ agere & nõ
velle voluntariũ dicitur:vt cùm quis actu nõ cõſiderat,quod
cõſiderare poteſt & debet, quæ eſt ignorantia malæ electio
nis ex habitu vel paſsione proueniẽs,ſiue quia notitia,quam
debet habere,acquirere non curat:quomodo ignorãtia vni-
uerſalium iuris dicitur voluntaria, quaſi per negligentiam
proueniens:antecedenter verò ſe habet, quando non eſt vo
luntaria,& tamen eſt cauſa volendi quod aliàs homo nõ vel
let: ſicut cùm quis ignorat aliquam circunſtantiam actus
quam ſcire non tenebatur:& ex hoc aliquid facit quod non
faceret ſi ſciret:puta cum adhibita diligentia proijciens ſa-
gittam interficit tranſeũtem neſciens aliquem trãſire.Igno
4 rantia†igitur primo modo non inducit ad volendum,ſed ac
cidit ſimul aliquod eſſe factum & ignoratum: & non facit
inuoluntarium:quia nihil cauſat repugnans voluntati,ſed fa
cit non voluntarium, quia ignoratum non poteſt eſſe voli-
tum.Secundo autem modo non cauſat inuoluntarium ſim-
pliciter:quia eſt volũtaria:ſed ſecundũ quid,inquantum præ
cedit motum voluntatis ad aliquid agendum, qui non eſſet
ſcientia præſente.Tertio autem modo cauſat inuoluntariũ
5 ſimpliciter.hęc ex illo.Si†verò diſtinguatur ex parte ignorã
tis:ſic eſt valde multiplex ſecundum diuerſos gradus negli-
gentiæ & culpæ in ſciendo ea quæ ſuut iuris aut facti. Nam
quædam eſt ignorantia affectata: illa ſcilicet qua quis non
vult ſcire quod tenetur,ſed placet ipſum neſcire vt liberius
peccet conſcientia non repugnante.Quædam verò non eſt
affectata:& iſta eſt duplex:quia quædam eſt inuincibilis, id
eſt,humano ſtudio inſuperabilis:ſiue quia nullo modo ſupe-
rari poteſt,vt ea quæ eſt in pueris & amentibus:ſiue quia ſu
perari poteſt,ſed cum maxima difficultate,vt in ſenſu debi-
libus. Vnde ſecundum Veruec. dubitans & conſulens viros
doctos falsè conſulentes,laborat ignorãtia inuincibili.Quæ
dam autem eſt vincibilis.Et iſta eſt duplex:quia quædam eſt
craſſa & ſupina,quę de mente Doct.eſt illa,qua quis ſcienda
non ſcit ex negligentia lata ſiue latæ culpæ: vt quia non ſcit
publica & manifeſta,quæ omnes ſciunt,ad ſimilitudinem ho
minis craſsi & ſupini, qui non videt etiam poſita coràm.
Quædam verò non ſupina.Et iſta eſt duplex:quia quædam
eſt improbabilis,qua ſcilicet quis ignorat probabile,id eſt,
id quod omnes vel maior pars ciuium ſcit. ff. de iuris & fac.
igno.l.regula. §.ſed facit.Quædam verò eſt probabilis:qua
ſcilicet quis ignorat improbabile, vt eſt illud quod omnes
vel maior pars ignorat.Et iſta de mẽte docto.videtur etiam
diſtinguenda:quia aliquando ex leui,aliquando ex leuiſsima
aut nulla procedit à diſcendi negligentia. ¶Præter omnes
tamen recitatas ignorantias eſt ignorantia prauę electionis:
ſecundum quam omnis malus dicitur ignorans,tertio Ethi.
qua ſcilicet id quod in vniuerſali ſcitur eſſe malum, in par-
ticulari creditur bonum:ſicut qui fornicatur,fornicationem
quam aliàs ſcit eſſe peccatum & malum, hic & nunc credit
bonum:ſed hæc non eſt ignorantia propriè,ſed inconſidera-
tio veniens ex cauſa peccati,id eſt,ex habitu vel paſsione vel
aliquo ſimili prohibente rationem à conſideratione actuali.
¶Primò†verò quæritur, quæ ſint illa quæ quiſq; ſcire tene-
tur?Et dicit San.Tho.ij.ij.q.lxxvj.artic.ij. quòd quiſq; tene- 6
tur ſcire illa,ſine quorũ ſcientia actum debitum exercere re
ctè non poteſt.vnde omnes tenentur ſcire ea quæ ſunt fidei
& vniuerſalia iuris præcepta:ſinguli verò ea quæ ad eorum
ſtatum vel officiũ pertinent:non autẽ theoremata geome-
trię,vel particularia cõtingẽtia,niſi in caſu.hæc ille.Sed in-
tellige quòd quiſq; tenetur ſcire ea,quæ ſunt fidei eo modo
quo ſuprà,Fides.§.iij. dictũ eſt. & vniuerſalia iuris pręcepta,
id eſt decalogũ,quantũ ſcilicet ad ſubſtantiam, vt ſciatur quod
furtum eſt peccatum,& huiuſmodi,non autem quantum ad
ordinem.Quantum autem ad præcepta eccleſiæ quiſq; te-
netur ſcire ſolùm ea quæ non poteſt ſine lata negligentia
ignorare:vt quod clericus non ſit cedendus, & huiuſmodi:
pro leui autem non tenetur quis de mortali regulariter. de
quo vide ſuprà,Culpa.§.ij.& iij.¶Secundò†quæritur,vtrum
ignorantia poſsit eſſe cauſa peccati?Et dicit Sanct.Tho.ij.ij. 7
q.lxxvj.art.j.quòd ſic per accidens,ſicut remouens prohibẽs:
quia eſt priuatio ſciẽtiæ perficiẽtis rationem, quæ prohibet
actũ peccati,inquantũ dirigit actus humanos:& hoc ſiue ſit
ignorantia vniuerſalis principij:vt quòd pater nõ ſit occidẽ-
dus.ſiue particularis circunſtantiæ:vt quòd hic ſit pater:quia
ſecundũ vtranq; ſciẽtiã ratio eſt actus diſſectiua. Igitur non
quælibet ignorantia eſt cauſa peccati: ſed illa tantùm quæ
tollit ſcientiam prohibentem actum peccati:vnde ille,cuius
voluntas ſic eſt diſpoſita,quòd nõ prohiberetur ab actu par-
ricidij,etiam ſi patrem agnoſceret,ignorantia patris non eſt
cauſa peccati:ſed cõcomitanter ſe habet ad peccatum, ideo
quòd talis non peccat propter ignorantiam,ſed ignorans.iij.
Ethi.hæc ex illo.¶Tertiò†quæritur,vtrum ignorãtia ſit pec 8
catum?Et dicit S.Tho.ibi.art.ij.quòd nulla ignorantia inuin
cibilis,id eſt,ſtudio inſuperabilis,eſt peccatum, quia non eſt
voluntaria: nec imputatur ad negligentiam,ſi quis neſciat
quod ſcire nõ poteſt.ſimiliter nec ignorantia vincibilis,ſi ſit
eorum quæ quis ſcire non tenetur, eſt peccatũ:ſed ſolùm ſi
ſit eorũ,quę quis ſcire tenetur:quia quicunq; negligit habe-
re vel facere quod facere vel habere tenetur,peccat peccato
omiſsionis:vnde talis ignorantia eſt peccatũ ratione negli-
gentiæ:licet priuatio ipſa ſcientię ſecundum ſe non ſit pecca
tum.Nec tamen ignorãs quolibet tempore peccat actu,ſed
quando tempus eſt acquirendi ſcientiam, quam non habet:
ſicut in alijs peccatis omiſsionis, ſolo illo tempore homo
actu peccat,pro quo obligat præceptum affirmatiuum.
¶Quartò†quæritur,vtrum ignorantia excuſet à peccato ex 9
toto?Et dico hic aduertũdum eſſe quòd hic & quęſtione ſe-
quenti non quæritur de excuſatione à peccato in ordine ad
leges humanas:ſecundum quas interdum excuſatus nõ excu
ſatur,&reus non comdemnatur:ſed in ordine ad legem diui
nam & forum cõſcientiæ.ad quem intellectum intelligo re
ſpondere San.Tho.ſecunda ſecundæ,vbi ſuprà,art.iij.ſic vir
tualiter dicentem,Ignorantia quæ nõ eſt cauſa actus pecca
ti iuxta dicta ſuperius in principio huius tituli,non excuſat à
peccato:quia non cauſat inuoluntarium, vt quælibet igno-
rantia conſequens vel cõcomitans actum peccati: quæ verò
eſt cauſa actus,de ſe habet quod excuſet à peccato: de cuius
ratione eſt eſſe voluntarium:quia ipſa cauſat inuolũtarium.
Sed tamen ex duobus contingere poteſt quòd non totaliter
excuſet à peccato.Primò ex parte rei ignoratæ,quia ſcilicet
ali-



aliquid ignoratur quod ſcitum retraheret à peccato: & ta-
men aliquid ſcitur, per quod cognoſcitur illud eſſe actum
peccati:ſicut ſi quis percutiat patrem ignorans eſſe patrem,
& ſciens eſſe hominem: quod ſufficit ad rationem peccati.
vnde licet propter ignorantiam peccet,non tamen totaliter
excuſatur à peccato:quia adhuc remanet ei cognitio pecca-
ti.Secundò ex parte ipſius ignorãtiæ:quia ſcilicet ipſa eſt vo
luntaria vel directè,ſicut cùm quis ſtudiosè vult neſcire: vel
indirectè,ſicut cùm quis propter laborem vel alias occupa-
tiones negligit addiſcere illud quo retraheretur à peccato,
& quod ſcire tenetur & põt:quia talis negligentia facit igno
rantiã eſſe voluntariã & pctm̃,modò ſit eorũ quæ quis ſcire
tenetur & põt.Si verò ſit talis ignorãtia,quæ omnino ſit in-
uoluntaria,ſiue quia eſt inuincibilis, ſiue quia eſt eius quod
quis ſcire non tenetur,omnino à peccato excuſat.hęc ex illo.
10 vide etiã §.ſeq.vide ĩ.Prædicator.§.vij.¶Quintò † quæritur
vtrum ignorantia excuſet à peccato in parte diminuendo il-
lud?Et dicit S.Tho.ij.ij.vbi ſ.arti.iiij.ſic:Illa ſola ignorantia
poteſt minuere peccatum,quæ & eſt ratio peccati,& tamen
à peccato non excuſat ex toto: quia ignorãtia voluntarium
peccatum in tantum minuit, in quantum minuit volunta-
rium.& ſi voluntarium non minuit,nullo modo minuit pec
catum: vnde ignorantia totaliter à peccato excuſans illud
non minuit,ſed omnino aufert: quia totaliter aufert volun-
tarium:quæ verò non cauſat peccatum, ſed concomitatur
peccatum,nec minuit,nec adauget. Talem autem ignoran-
tiam,quæ poteſt minuere peccatum,contingit quandoq; eſ
ſe per ſe &directèvoluntariam:ſicut cùm quis ſponte neſcit
vt liberius peccet: & tunc augere videtur voluntarium pec-
catum:quia ex intentione voluntatis ad peccandum proue-
nit,quòd velit quis ſubire ignorantiæ damnum propter li-
bertatem peccandi.Quandoq; verò eſt voluntaria indirectè,
vel per accidens,puta cùm quis non vult in ſtudio laborare,
ex quo ſequitur illum eſſe ignorantem: vel cùm quis vult
immoderatè vinum potare,ex quo ſequitur eum inebriari&
diſcretione carere:& tunc minuit voluntarium,& cõſequen
ter peccatum.Cùm enim aliquid non cognoſcitur eſſe pec-
catum,dici non poteſt quòd voluntas per ſe & directè fera-
tur in peccatum,ſed per accidens: vnde eſt ibi contemptus
minor,& conſequenter minus peccatum.hæc ex illo.Ex qui
bus omnibus breuiter colligendum eſt quomodo ignoran-
tia excuſet in foro conſcientiæ in ordine ad legem Dei. Si
enim ignorantia tanta eſt quòd auferat rationem voluntarij
vt inuincibilis in infante & furioſo,excuſat à toto,niſi ex ſua
culpa incurriſſet:quo caſu,ſecundum aliquos,excuſat ſolùm
à tanto:quod non intelligitur quaſi tunc fiat peccatum: ſed
quia quod ſit,addit accidentalem grauitatem peccato:vt ſ.
Ebrietas.§.iiij.dictum eſt. Et idem dic ſecundum S.Tho.in
quolib.de eo qui habet ſufficiens impedimentum, propter
quod ſcire non potuit: ſicut qui fuit in carcere vel terris,ad
quas conſtitutio papæ non peruenit:contra eam faciendo nõ
peccat.Si verò omnino priuat ratione voluntarij: ſic ſi eſt
ignorantia commiſsionis,qua ſcilicet, quis vult nõ ſcire:nec
excuſat nec alleuiat.Si verò eſt omiſsionis, qua ſcilicet quis
negligit ſcire quæ tenetur, & ſatis faciliter ſcire potuiſſet:
ſic ſecundum Card.excuſat à tanto,ſed non à mortali,ſi eſt
circa pręcepta legis diuinæ aut naturalis.xxiiij.q.j.ſi quis de
derit & diſ.xxxvj.qui ea.quod intelligo quando negligentia
eſt lata:vt quia eſt contra cõtenta in dictis legibus expreſsè
& non ſubtiliter reductiuè. Si verò ſit circa precepta à iure
poſitiuo,excuſat etiam à culpa mortali,vbi non eſt craſſa ſi-
ue cum negligentia lata:& etiam aliter,iuxta dicenda ĩ. In-
obedientia.Et ſecundum prædicta intellige quod dicitur vj.
q.j.quæro.& xxiiij.q.j.ſchiſma.& xxij.q.vij.quemadmodum.
& xviij.q.j.§.ex his.¶Sextò†quæritur,quomodo ignorantia 11
facti excuſet vel non excuſet à pœna iuris in foro animæ?Et
dico quòd ſecundum Decretiſtas in ordine ad canones pon-
tificales diſ.50.de his.& extrà de homi.ſicut dignum.diſtin-
guitur ſic:Aut quis in facto,quod agit,dat operam rei licitæ
aut illicitę.Si illicitæ:vt quia ſolatiatur ludo periculoſo,vn-
de mors aut mutilatio ſequitur,imputatur ei quo ad pecca-
tum.intellige vt puniendum canonicè: & non quo ad Deũ:
niſi iuſta prædicta priori §.& quo ad irregularitatem, & ge-
neraliter pœnam iudicialem: & ſimiliter ſi cæcus ſagittam
aut lapidem iaciat:quia dat operã rei illicitæ. vnde Lamech
cæcus non excuſatur ab homicidio Cain,quem ſuus puer ſe
ram iudicauerat.Et quod de maiori & adulto dictum eſt,di-
ci poteſt de minori,qui eſt doli capax,ſi det operam rei illi-
citæ.de delic.pue.c.vlt.Si verò dat operam rei licitæ,aut ad-
hibuit diligentiam debitam,aut non.Si non adhibuit,nõ ex-
cuſatur à peccato,licet malum ſequens ſit contra eius volũ-
tatem: puta ſi quis proijciat tegulas de tecto non clamans,
nec aliter ſignũ faciens,& hominem interficiat, imputatur
illi quo ad pctm̃ &pœnã iudicialẽ:ſed intellige quo ad pec-
catum in ordine ad canonicam punitionem, & non aliter:
alioquin quod tegulas proiecerat,tot committeret homici-
dia: cùm illud peccatum non conſiſtat in ipſa occiſione,
ſed in proiectione.alioquin ſi quis poſt proiectionem & an-
te occiſionem occideretur, adhuc poſt mortem committe-
ret peccatũ nouũ homicidij. Si verò diligentiam adhibuit,
nõ imputatur illi quod præter intentionẽ ſequitur.diſt.50.
ſæpe.& xv.q.j.ſi quis nõ iratus.vnde & Iacob cognoſcens nõ
vxorem loco vxoris, id eſt, Liam loco Rachelis, excuſatur.
¶Septimò † quæritur quomodo excuſet vel non excuſet à 12
pœna iuris in foro animæ ignorantia iuris ipſius? Et dico
quòd aliquando aliquis non eſt irregularis vel excõmunica
tus iuris præſumptione in foro contentioſo,qui tamen iſtas
pœnas incurrit in veritate:vt quãdo delictum,propter quod
inferuntur,probari non poteſt. Aliquando verò eſt econtra-
rio: vt ſi delictum falsò vel malè probetur. Loquendo ergo
ſecundum veritatem & in foro animæ,dico quòd faciẽs ali-
quid ex ignorantia,quod non eſt cõtra legẽ Dei vel naturæ
credens illud nulla lege fore prohibitum,cùm tamẽ ſit pro-
hibitum:ſi talis ignorãntia non eſt affectata nec craſſa,puta
quia laborat ꝓ viribus ſcire neceſſaria ſibi, vt quia ſi eſt mu
lier,ruſticus,mercator,vel huiuſmodi,libenter vadit ad præ
dicationem,& alia loca, vbi talia declarantur: & facit quod
cõmuniter faciũt alij de ſua qualitate.Si verò eſt religioſus,
libẽter ſtudet,& interrogat,& huiuſmodi,excuſatur ab om-
ni pœna,etiã excõmunicatiõis in iure poſita: & ab omni cul
pa:per text.clarũ in c.fin. qui mat.accuſ.poſſ. & per rationẽ
c.cognoſcẽtes.de cõſtit.& facit l.fin.ff.de decre. ab or.faciẽ.
&†quod dicit ſanctus Tho.in j.quoli.ar.xix.quòd ignorans 13
conſtitutionẽ ſummi pontificis ex negligentia,non excuſa-
tur à culpa agendo contra illam: à qua excuſatur ſi habuit
ſufficiens impedimentum ſciendi:puta ſi fuit in carcere, vel
in terris,ad quas cõſtitutio non peruenit,vel huiuſmodi. Et
ratio eſt,quia ignorantia,quando eſt cauſa actus,niſi ipſa ſit
peccatum,excuſat à peccato:quia cauſat inuoluntariũ. Iura
verò quæ videntur innuere cõtrariũ, fundant ſe ſuper præ-
ſumptiõe,vt euidenter colligit gl.in l.j.C.de interdic.matr.
approbata per doctores ibi.& in l.fin.ff.de rit.nup.& in l. qui
contra.C.de inceſt.& inuti.nup.& adhuc magis apertè colli-
gitur ex his quæ not.in d.c.cognoſcentes.vbi determinatur
quòd

quòd volens probare ignorantiam ad euitandam pœnam, audiēdus eſt. Fallit quod dictum eſt in prælatis, officialibus, medicis, & huiuſmodi artificibus, qui exercere habent aliqua, ex quibus notabile damnum proximo ex ignorantia inferri poſſet: quia officia talia nō debēt aſſumere, niſi ſint ad talia exercenda ſufficienter inſtructi: aliter eis imputatur. Si autem ignorātia ſit affectata, nō euitat pœnā: quia in dolo eſt. Similiter nec ſi ſit craſſa vel ſupina: puta quia neſcit quod ſciunt cōiter omnes ſuæ cōditionis: vt quia illud prædicatur: ſed ipſe nunquam vult ſermones audire, nec intereſſe curat vbi talia declarātur, cùm tamen cōmodè poſſet: vt in c. vt animarum. de conſti. lib. vj. Si verò id, quod ex ignorātia facit eſt cōtra legem Dei vel naturæ, diſtinguo: quia aut eſt de his quæ quilibet ſcire tenetur tanquam neceſſaria ad ſalutem: & ſic nullus excuſatur: quia faciens quod in ſe eſt ad ſciendū, ſemper ſcit, etiā ſi oporteret Deum reuelare. Si verò eſt de alijs, iterū diſtinguo: quia aut expreſſum & explicitū eſt in eis: & ſic ignorātia nō excuſat à mortali. xvj. q. j. ſi cupis. quia talia quilibet ſcit, cùm ſint de naturali inſtinctu, niſi ſit lata negligentia: vel ſaltem dubitat: & inquirere tenetur ante factū, nec à pœna illi debita iure poſitiuo excuſatur, ſcd'm Sco. in iiij. di. vj. & facit quod no. gl. in cle. eos. de cōſang. & affini. & l. venia. C. de in ius voc. & §. fi. j. q. iiij. quod quantū ad pœnam iuris poſitiui limita vt dictū eſt s. Excōmunicatio. x. §. iij. Si verò non eſt explicitum, ſed reducibile maximè cum ſubtilitate: ſic credo excuſari, & à pœna & à culpa eos qui ſunt ignorātes nō affectatè nec craſsè: quia durū eſt eū peccare mortaliter, qui illicitū contractū admittit ignoranter propter rei ſubtilitatem credens illicitum fore. & facit xv. q. j. merito. & cap. fi. xxxvij. diſ. ſi autem dubitarent, ſecus eſſet.
14 ¶ Octauò † quæritur, quō ignorantia excuſet à pœna in humano iudicio ſeu foro contentioſo? Et dico multa. ¶ Primū. Ignorantia, quæ eſt ſine omni culpa, euitat omnem pœnam legis. & hoc tenet Pan. in c. cognoſcentes. de conſtit. dicens hoc probari per tex. clarum in c. cùm in tua. qui matr. accuſ. poſ. & pro hoc facit d. c. cognoſcentes. in princ. ibi, rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. Et ex hoc infertur à Sum. Ro. contra Ang. quòd ſciens ſe agere contra legē Dei vel naturæ, vt occidens hominem, vel cædens clericum: & ignorans annexā pœnam legis poſitiuæ: puta irregularitatis & excōmunicatiōis, nihilo minus eam incurrit: quia eſt in culpa. & ita tenet gl. in c. à nobis. el ij. de ſenten. excom. & Sco. in iiij. di. vj. Sed hoc limita vt s. Excōmunicatio. ij. notabili iij. & Excōmunicatio. x. §. iij & hic j. parti. iij. ¶ Secundum.
15 † Sententijs per ſtatuta quorūcunq; ordinariorum non ligantur ignorantes, niſi ignorātia craſſa fuerit vel ſupina, vt probatur per c. vt animarum. de conſtit. libr. vj. quod ſecundum gl. ibi verum eſt, etiam ſi talia ſtatuta ordinariorum puniāt factum aliàs damnatū. & pro hoc videtur tex. ibi, quia ſtatutum excōmunicabat fures: & tamen non ligat ignorantes, quanquam factum ſit damnatum. & hoc tene: licet glo. in d. c. à nobis. contrarium teneat, dicens quòd ignorātes non excuſantur, ſi puniūt factum aliàs damnatum: quia ſcire debebant factum eſſe damnatū. & ſic allegare non poſſunt ignorantiam. & idem Bart. & Legiſtæ in l. cunctos populos. C. de ſum. trin. ¶ Tertium. Secundum aliquos aliter eſt de ſtatuto vel conſtitutione generali papæ, quàm de ſtatutis ordinariorum: quia ſi includit factum damnatum, regulariter non excuſantur ignorātes: vt probatur per d. c. vt animarum. à contrario ſenſu. & tenet ibi Io. And. in gl. in verbo, ſtatuta. dicens quòd de generalibus ſtatutis canonum vel legum non loquitur, quæ ab omnibus ſciri & cuſtodiri debent: ſed, vt patuit s. Excommunicatio. x. §. iij. ſi loquamur de facto damnato à lege poſitiua, excuſantur ignorantes, niſi eſſet ignorantia affectata, quæ ſcientiæ æquipollet: aut craſſa, vel ſupina. Si verò loquamur de facto damnato lege diuina aut naturali, ſunt opiniones cōtrariæ: quas, vt ibi dictum eſt, Sum. Ang. nititur cōcordare, vt ligentur ſi ignorātia ſit craſſa, ſeu latæ culpæ: nō autem ſi leuis, dicens virtualiter ſic: Aut loquimur de excōicationibus illatis iure cōmuni, vel per extrauagantes, aut quæcūq; ſtatuta, ſuper facto diuina lege dānato: quæ cōmuniter in diœceſibus prædicātur & ſciunt, vt eſt illa de non contrahendo in gradu prohibito: de non verberando clericum, & huiuſmodi. & ſic ligantur ignorantes: quia lata culpa eſt ignorare quod ſciunt omnes ſuæ cōditionis: quia ſi eccleſias & prædicationes adiret, nō ignoraret. Et ſic limito tenentes quòd ligantur. Aut loquimur de his, quæ cōiter in diœceſibus nō publicantur nec ſciuntur: & ſic nō ligatur ignorans, niſi ſit perſona, cui nō liceat ignorare. & ſic limito tenentes quòd nō ligātur. ¶ Et † iſta ſolutio eſt de mente Archi. in iij. par. tit. xxv. c. xxxiij. in fi. poſt d. Ant. de But. dicētem in lectura quòd mulieres & monachi ab ignorantia iuris nō excuſant: vbi iuris omni anno fit publicatio in locis vbi ſunt. aliàs excuſantur: vt l. cum indebita. ff. de probat. Et ratio eſt, quia quantitas pœnæ proportionari debet quantitati culpæ. de pœn. felicis. lib. vj. talis autē legem diuinam offendit: non autem canonis cōditorem, cùm canonem ignoret, & ſine omni culpa, ſcilicet lata, quam canon requirit: vnde puniri debet ſolùm pœna legis diuinæ: non pœna legis humanæ, quam non contemnit: quia data ignorantia ceſſat contēptus, ſecundum do. Ant. in d. c. à nobis. & facit c. fin. qui matr. accuſ. poſ. & quod no. Inno. & Doc. in c. ſi verò. el ij. de ſent. excom. vbi excuſatur ab excommunicatione qui clericum percuſsit, ignorans illum eſſe clericum: licet factum ſit illud diuina lege damnatum. Sed Sum. Roſ. malè & inualidè nititur euertere dictam ſolutionem. Primò, inquit, quia nullo iure probatur. ſed dico quòd probatur ſufficienter, vt patuit: nec oportet in tali materia habere demonſtrationes. Secundò, quia eſt contra d. c. vt animarum. quod loquitur de ſtatutis ordinariorum. & conſequenter à contrario ſenſu non loquitur de ſtatutis ſummi pontificis. Sed dico argumentum à contrario ſenſu non ſemper valere ſecundum Decretiſtas: nec probatur quòd hic valeat: vbi ratio d. c. ſcilicet, vt animarum periculis obuietur. æquè militat in papa, & magis: quia eius ſtatutum plures ligat, & minus publicatur. Tertiò, quia ſuperfluè in d. c. vt animarum. poneretur, ordinariorum: ſed ſuffeciſſet dicere, quorūcunq;. Sed dico quòd neceſſariò addidit ordinariorum, ad differentiam ſtatutorum quæ faciunt communitates, quæ animam per ſpirituales pœnas non ligant: & non dixit, quoruncunque ordinariorum locorum, cuiuſmodi ſunt epiſcopi, ſecundum gl. in d. c. vt animarum. ſed quoruncunque ordinariorum ſimpliciter, vt includeretur etiam papa, qui eſt omnium ordinariorum ordinarius: licet iſte hoc neget ſine valida probatione. Quartò, quia ſolicitans diuina, ſicut & cæteri homines ſuæ conditionis, ſi eo ignorante publicetur ſtatutum contra factum damnatum, in quod ille incidit, non caſurus ſi talem excommunicationem ſciuiſſet: ſecundum iſtam diſtinctionem erit excommunicatus: quia ſecundum iſtos, inquit, ad incidendum duo requiruntur, ſcilicet factum damnatum, & publicatio ſtatuti: & rurſus non erit excommunicatus ſecundum iſtos, quia eſt extra omnem culpam ignorantiæ. ſed dico quòd nō erit excōmunicatus ſi non eſt in lata culpa neſciendi, nec illa duo ſufficiunt ſecundum iſtam opinionem, ſed requiritur publicatio talis, quā oēs aut ferè oēs ſciunt: puta quæ ſit frequēter aut taliter ſine lata culpa ignorari non poſsit. Et ideo dico idē eſſe de ſtatutis ſummi pōtificis, maximè ſi non includerēt factū damnatū: ita ꝙ ignorās non affectatè aut craſsè vel ſupinè euadit pœnas legis, quæ ſcilicet infligūtur pro culpa: licet nō in eas, quæ ex ipſo facto infligūtur, vt irregularitas. Et † per hoc euacuatur fundamentū Scoti, quod dicta Sū. Roſ. habet pro Achille ad impugnandū Sū. Ang. Et ad regulā ꝙ ignorantia facti nō iuris excuſat, & alia iura idē dicētia, dico ꝙ intelligūtur in foro cōtentioſo, quādo ignorātia eſt craſſa vel ſupina, vel quādo eſt leuis, ſed nō ꝓbatur: quā ignorantiæ probationem in dubio iura admittunt: vt in d. c. cum in tua. quomodo autē admittatur, vide j. Lex. §. vij.
18 ¶ Quartū. † Vbi cōſtitutio generalis vel prouincialis & huiuſmodi requirat dolū expreſſè vel tacitè, non habet locū in ignorāte: ſed à pœna eius excuſantur ignorātes, licet talis cōſtitutio includat factū damnatū: quod probatur per cap. ſi quis ſuadēte. xvij. q. iiij. iuncto d. c. ſi verò. & idē Pan. in d. c. cognoſcētes. dicēs ꝙ licet talis fuerit in lata culpa, non tñ incidit in ſententiā: licet ꝓ modo culpæ aliter ſit puniēdus. Ad hoc facit quod not. Innocēt. in clemen. eos. de conſang. & affinit. dicēs ꝙ cum ille tex. dicat, ſi quis ſciēter cōtraxerit, non cōprehendit caſum ignorantiæ, etiā ſi caderet in latā culpā: quia dicēdo ſciēter, videtur dolū requirere, licet gl. ibi cōtrariū innuat. Et idē ſecundū Panor. ibi eſt dicēdum in caſibus, in quibus lata culpa non equiparatur dolo, ſi pœna ſit corporis afflictiua, vt in l. in actionibus. ff. de in li. iur. & plenè per Bar. in l. quod Nerua. ff. depo. Si verò ſumus extra dictos caſus: tūc ignorās lata culpa punitꝛ, ſicut ſi doloſe feciſſet: qa regulariter lata culpa æquiparatur dolo. ff. de reg. iur. l. magna negligētia. & in d. l.
19 quod Nerua. ¶ Quintū. † Dicitur autē requiri dolus, ſecundū Pan. vbi s. expreſſe, quādo verba ſtatuti hoc importāt. tacitè verò qñ punit actum, q fit in perſonā alterius: puta ſi dicat ſtatutū: quicūq; percuſſerit clericū vel aliū, puniatur tali pœna: qa iniuria non poteſt eſſe ſine dolo. xv. q. j. c. j. ¶ Sextū. Si verò ignorās fuit in leui aut leuiſſima culpa, tenet Cyn. in l. ſi qs nō dicā. C. de epiſ. & cler. & in l. data opera. C. q accuſ. nō poſ. ꝙ non punitur criminaliter, ſed ciuiliter: puta ad reſarctionē dāni, ſecundū modū culpæ. & allegat bonū text. in l. q ædes. ff. de incen. rui. nau. glo. & Bart. tenēt contrariū in l. reſpiciendū. ff. de pœn. quod etiā domi. Ant. ſequitur. ſed Pan. ꝓ concordia diſtinguit: qa prima opinio eſt vera, vbi ciuiliter puniri pōt: quia leuis culpa leuiter eſt puniēnda. de accuſ. cū dilecti. & iſte eſt caſus d. l. q ædes. Secunda verò vbi non pōt puniri ciuiliter, vt qa nō dedit damnū, ſed aliter venit cōtra legē, hęc ex illo Sed aduerte ꝙ etiā ſi talis punitur criminaliter, nō tñ pœna ſtatuti ſed arbitraria: qa ſi ſtatutū non habet aliquādo locū in lata culpa, vt dictū eſt, multò minus in leui aut leuiſſima. ¶ Septimū. † Ignorātia iuris nō tollit bonā fidem quoad faciēdū fructus ſuos. tex. eſt in l. ſed & ſi lege. §. ſi ante. ff. de petit. hæred. quod limita, niſi ſit affectata vel craſſa. ¶ Octauū. Ignorātia autē legis aut iuris nō præſumitur poſt tēpus, in quo lex incipit ligare. de quo infrà, Lex. §. vj. ¶ Nonò † quærit, quæ cōcluſiones quæſtionū ſecūdariæ ſequātur ex premiſsis? Et dico multa. ¶ Primū. Exigētes augmēta noua pedagiorū à laicis, puta ī quintum vel aliquid tale, ignorātes ſententiā excōicationis probabiliter, id eſt, nō craſſe, nō incidūt: maximè qa factum nō eſt damnatū: ſecus ſi à clericis: quia talis ignorantia non poteſt eſſe ſine lata negligētia. ¶ Secundum. Qui intrāt monaſteria monialiū Prædicatorū, & Minorum cōtra ſententiā excōicationis papalē, vel quarumcunque monialium contra ſententias excōicationis à diœceſanis aliquādo latas, ignorātes probabiliter cenſuras, non incidunt ſi intrāt bona intentione: quia factum non eſt damnatū: nec ſi mala intētione cōtra ſententias diœceſanorū, licet factum ſit damnatū: imò nec contra ſententiā papæ, vt patet ex dictis. licet Sum. Roſel. ſentiat cōtrarium. Aduerte tamen ꝙ de hoc dubitās laborat ignorātia craſſa: quia diligēs homo in cauēdo cenſuras, tunc interim caueret donec inquireret. ¶ Tertium. Idē dico de excōicatiōe Pauli in extrauagāti quæ incipit, ambitioſe. cōtra alienātes res eccleſiaſticas, ſiue facientes pactū, per quod earum dominiū transferatur: aut concedentes, hypothecātes, infeudantes, vel in emphyteuſi concedentes, aut locātes in caſibus iure nō expreſsis, exceptis fructibus & bonis, quæ ſeruādo ſeruari non poſſunt, & contra taliter alienata recipiētes: & eſt epiſcopalis, licet alicubi nō fuerit admiſſa. Sic etiam de multis alijs dici pōt, quę ſine lata negligētia ignorātur.



## De illegitimis filijs, præcipuè quantum ad promotionem.

1 *Illegitimi quot, ac qbus de cauſis, à promotione ad ordines aberceātur? Et an ad dignitates ſaltē ſeculares promoueri queāt?*
2 *Illegitimi ad ordines per ignorantiam promoti, an excuſentur? & quid de promotoribus. Et quid ſi promotus conſcientiam habeat, quòd legitimus non ſit.*
3 *Filij Sacerdotum ex iuſtis nuptijs ante ſacerdotium initis, nati in ijſdem eccleſijs vbi & patres, & his quoque viuētibus non modò promoueri poſſunt, ſed & ad dignitates & canonicatus accerſi poſſunt: ſi modò illa patres non tenuerint.*
4 *Filius patri ſi in eccleſiaſtica ex diſpenſatione ſuccedat, eidem quoque deinceps frater ſuccedere poteſt. Et quid ſi prior frater de facto duntaxat obtinuerat?*
5 *Natus ex illegitimo concubitu, an ex eo quòd pater deinde eandem in vxorē duxerit, velut legitimus de iure cōmuni ad ordines promoueri queat. Et an ad epiſcopatum acciri poſſit?*
6 *Presbyter, ſi filiū ex vxore legitima, cum qua ante promotionem cōtraxerat, ſi genuerit, an filius legitimus cenſendus ſit?*
7 *Illegitimus ab quo legitimari poſſit? & ibidem quòd à Papa & Epiſcopo? Et ad quæ tum legitimari cenſeatur?*
8 *Diſpenſatio circa illegitimos, quid conferat? Et ibi diſtinctio, quòd aut monaſterium ingreditur, aut in ſeculo permanet, qui diſpenſationem obtinuit.*

ILLEGITIMVS † filius, id eſt, non de legitimo ma- 1
trimonio natus, qs & quotuplex ſit, & quomodo ſuccedat in bonis, dictum eſt s. filius. quomodo verò legitimetur, infrà Legitimus: nunc autem de eo agimus in ordine ad promotionem ad ordines eccleſiaſticos, quibus omnes illegitimi, ſiue māzeres, ſiue ſpurij, ſiue nothi, ſiue naturales arcētur prohibiti ordinari, de electio. innotuit. qui fil. ſint legit. c. per venerabilem. Cauſa autem prohibitionis eſt primò dignitas clericalis, qua huiuſmodi vilibus conferri non debet. de exceſ. prælat. ca. inter dilectos. in ſecularibus tamē dignitatibus tales nō ſemper prohibētur. ff. de decur. l. ſpurij. & l. generaliter. §. ſpurios. & vbi pręferꝛ illegitim⁹ legitimo cōpetitori. Secūdò, deteſtatio criminis paterni. de hęr. vergētis. Tertiò, qa ſolēt tales imitatores eſſe criminis pr̄ni. vj. q. j. ſi quis cū militibus. ¶ Primò † verò queritur qd iuris, ſi fue- 2
rint per ignorantiam promoti? Et dicit Hoſtiē. ꝙ probabi

babilis ignorātia oēs excuſat,ſcilicet promotores. arg.
C.de teſta.l.j.& ff.de offic.præto.l.iij. ipſe illegitimus,
ſi veritatē nouit in cōſpectu Dei, credit quantūcunq; ſit
occultum.de tēpo.ord.c.fin.ſi autē nihil ſcit, excuſatus
eſt.Et licet in hoc ſecundū eundē Hoſtien. prima facie
credendū ſit matri.de probat.per tuas. & de præſumpt.
afferte.& c.literas.§.j.illi tamē credere nō cogitur.arg.
C.de teſta.l.nec profeſsio.Si tamē cōſcientiā habet,diſ-
penſationē impetret,quā hoc caſu ſatis facilè debet ob-
3 tinere.De hoc s̃.Adulteriū.§.ij.¶Secūdò † quæritur, q̃d
de filijs ſacerdotum,quos ſuſceperūt ex legitima vxore
ante ordinē ſacrū?Et dicit Ray. tales iure cōmuni pro-
moueri poſſe ad oēs ordines & dignitates,niſi in illa ec
cleſia,in qua patres eorū immediatè fuerint prælati vel
canonici:vbi nō poſſunt canonicari vel ꝓmoueri.quod
intellige ad eaſdē dignitates & præbēdas, quas patres
eorū tenuerunt:ad alias autē etiā in eadē eccl'ia poterūt
canonicari & promoueri,etiā viuētibus eorū patribus,
in eccleſia in officio ſuo manentibus. de fil. presbyt.ad
hoc.& c.ad extirpādas.& c.ad abolendā. Et idē Hoſtiē.
Bern.& Gof.q̃ addit ꝙ cum pater habuit perſonatū aut
perpetuā vicariā in aliqua eccl'ia:fili⁹ immediatè ipſum
vel ipſam habere nō poteſt.d.c.ad extirpādas. & c.quo-
niam.eod.tit.Itē ſi pater habuit perſonatū:filius nō po-
teſt habere vicariā,nec ecōuerſo.c.Michael.&.c.cōſtitu
tus.de fil.presbyt.intelligēdo iſtud ecōuerſo:ꝙ ſi pater
habuit vicariā,filius perſonatū immediatè habere non
4 poteſt.d.c.cōſtitutus.Et † ratio eſt,q̃a ꝑpetuus vicarius
curā habet eccl'iæ cuius vicarius exiſtit. de offici.vicar.
ex parte.ꝙ ſi fili⁹ diſpēſatiuè ſuccedat patri:frater iſtius
bene poterit poſtea ſuccedere patri, ſecundū Hoſt.quia
in hoc patri immediatè nō ſuccedit:ſecus ſi primus fra-
ter habuiſſet eccleſiā ſolùm de facto:q̃a ſecūdus ſuccede
re nō poterit.Quomodo autē hęc prohibitio extēdatur
5 ad nepotes,vide s̃.Bñficiū.iij.§.vj.& vij.¶†Tertiò quæ-
ritur,an natus de coitu illegitimo poſsit de iure cōmu-
ni tanquā legitimus promoueri, ſi pater deinde matrē
duxerit in vxorē?Et dico ꝙ ſi tēpore conceptus poterat
eam habere in vxorē,& poſtea duxit:legitimatus eſt fi-
lius:& ad oēs actus legitimos admittetur,etiā ad hære-
ditatē,ſecūdū Ray.etiā ſi poſt natiuitatē filij mater nu-
pſerit alteri,quo mortuo cōtraxit cū iſto:vel econuerſo
pater duxit aliā,qua mortua cōtraxit cū iſta.Secus autē
ſi tēpore cōceptus nō poterat eſſe matrimoniū inter il-
los:quia tunc licet ſublato impedimēto duxerit illā,nō
legitimatus eſt filius:extra q̃ fil.ſint legit.c.tāta. in au-
thent.quib.mod.nat.effic.leg.coll.vj.circa princ. Con-
cord.Gof.& Hoſt.& Rayn.q̃ addit ꝙ id,quod dictū eſt,
talem legitimatū eſſe quo ad oēs actus legitimos,fallit
in epiſcopatu,ad quē promoueri nō poterit abſq; diſpē-
ſatione papæ,vt patet ſecūdū vnā lecturā extra de elect.
innotuit.& idē recitāt Gofr.& Hoſti.ſed magis appro-
bant,ꝙ etiā in hoc caſu diſpēſatione nō egeat in fauo-
rem prolis. extra qui filij ſint legit.ex tenore,q̃ matri.
6 accuſ.poſ.c.videntur.in fi.¶Quartò † quæritur,quid ſi
presbyter filiū generet ex vxore legitima,cū qua con-
traxit dum erat laicus vel in minoribus : nūquid filius
erit legitimus?Et diſtinguit Hoſtien. quia ſi inuita vel
ignorante vxore fuit promotus, talis fauore prolis erit
legitimus:ſi verò ea cōſentiēte,nō erit legitimus.xxxij.
diſt.ſeriatim.Et ſic ſecundū hanc diſtinctionē cōcordat
opiniones Rayn. & Gofr.quæ videntur cōtrariæ. Idem
dic ſi ea ſciente & nō contradicente.diſtin.liiij.ſi ſeruus
ſciente.Vide etiā gloſ.in c.miniſtri.lxxxj.diſt.quæ dicit
quòd ſi vir poſt ſuā ordinationē cognoſcat vxorē, cum
qua votū emiſit,cōmittit inceſtum,& filij erūt illegiti-
mi.¶Quintò † quæritur, quis diſpenſare poſsit cū ille- 7
gitimo vt promoueatur? Et dico ꝙ epiſcopus quātū ad
ordines minores & beneficium ſine cura, aliter nō,nec
ad dignitates ſeu perſonatus,niſi papa:de fil.presby.c.is
qui.lib.vj. vbi etiā patet ꝙ ſi per papam fuerit cum tali
diſpenſatū vt poſsit beneficium curatū obtinere:intel-
ligitur ſolùm de vno.Et ſi ab epiſcopo fiat diſpenſatio:
non extenditur niſi ad ea quę poteſt.Si verò fiat à papa,
promoueri poterit ad parochialē eccleſiam : nō ad per-
ſonatum vel rectoriam,ad quā per electionem procedi
conſueuit.de præbend.c.vlti.Concord.Rayn.Gofre.&
Hoſtienſ.ſed in his ſimilibus vide s̃.Beneficium.iij.§.
vij.& ſeq. ¶Sextò † quæritur,quæ diſpenſatio eſt circa 8
illegitimos? Et dicit Rayn.ꝙ ſi monaſterium intrant,
de iure cōmuni poſſent ad omnes ordines promoueri.
diſtin.lvj.§.j.extra de fil.presbyt.c.j.quia religionis in-
greſſus tollit irregularitatē,ſicut & ingratitudinē.xix.
q.vlti.c.non liceat.ad prælationē tamen promoueri nō
poſſunt abſq; diſpēſatione papæ.d.c.j.imò ſecundū Pet.
de Pal.in iiij.illegitimus etiā ingreſſus religionē, curā
animarum iure ordinario ſiue per electionē ſiue per cō-
miſsionem habere non poteſt:& intelligit etiā per diſ-
penſationē epiſcopi. ſecus papæ. Si verò remanēt in ſe-
culo:nec ad ordines nec ad pręlaturā poſſunt abſq; diſ-
penſatione promoueri : ſed circa eos quandoq; adhibe-
tur diſpēſatio magna,ſcilicet vt ordinentur & inſtituā-
tur in eccleſijs alijs à paterna,ſi ſunt filij presbyteri:ali-
ter verò in q̃buſcunq; eccleſijs,arg.extra de fil.presbyt.
c.præſentiū. aliquādo maior:ſcilicet vt etiā in paterna,
aliquo tñ medio:extra eod.ex trāſmiſſa.aliquādo maxi-
ma,vt ſcilicet in pr̄na nullo medio. extrà eod.c.ex tua.

## De Imaginibus.

1 *Imagines ideo depictæ habentur, vt qui literas non noue-*
*rint, diſcant in eis,quid ſequendum & imitandum ſit. Et*
*qua veneratione colendæ ſint?*
2 *Imagines ſanctorū ob ceſſationē à diuinis & excōicationē in ter*
*rā proſternere,lapidibus obruere, aut ſpinis ſubijcere nō licet.*
3 *Chriſti imago nō ſub agni figura depigi,ſed ſub humana licet.*
4 *Pictura agni in præcurſoris Ioannis manu,num toleranda ſit,*
*Et qualiter agnina illa effigies Chriſtum repræſentet?*
5 *Crucis ſignū tumulis,q̃ pedibus terūtur, nō inſculpere fas ſit.*

IMAGINES † ſanctorū ſecundū Greg.de cōſec.diſt.iij.
perlatū.depinguntur,vt idiotæ q̃ literas neſciūt,legāt
in eis quod ſequi debeāt. ¶Quærit verò q̃d iuris de eis.
Et dico multa.¶Primū. Imagines ſanctorū ſunt adorā-
dæ dulia,quæ ſolā reuerentiā exhibet,ſecundū gloſ.in c.
venerabiles.de cōſe.diſ.iij.nō autē latria.Vnde violāt
nō ſunt.de cōſec.diſt.iij.planū.cū duobus c.ſequētib.
¶Secundū.†Nō licet autē eas in aggrauationē ceſſatio- 2
nis aut excōicationis in terrā proſternere, lapidibus o-
bruere,aut ſpinis ſupponere,vel huiuſmodi : q̃a id ſatis
diſtrictè prohibetur ca.ſi canonici, de offic.ordi.lib.vj.
¶Tertiū.† Imago Chriſti ſub forma agni pingenda non 3
eſt:ſed in forma humana:vt in c.ſextā ſanctā ſynodū.de
cōſec.diſt.iij.q̃a præſente veritate debēt ceſſare figuræ.
vbi dicit gl.ꝙ hoc credit ideo dici, q̃a in cruce agnel-
lus depingebatur : vnde,inquit,nō eſt prohibitū depin-
gere Chriſtū in ſpecie humana,& ſub ipſo agnū:ſed ſo- 4
lum pingere Chriſtū in agno.imò†ibi videtur prohibe-
ri pictura agni in manu præcurſoris :ſed cōſuetudo con-



trariū obtinuit,& ſeruāda videtur,vbi Chriſtus nō exhi
betur adorādus,id eſt,vbique extra crucē:quia non pin-
gitur vt imago ducēs in illū repręſentatiuè,quæ adora-
tur,ſed vt figura ducēs in illū arguitiuè,quæ non adora
5 tur.¶Quartū†Signū crucis in ſilice aut marmore humi
poſitis ſculpere non licet.C.nemi.lice.ſig.ſal.l.vnica.&
vī eſſe pręceptū:quia vult hoc puniri pœna grauiſsima.
vbi gl.forte mortis.ex quo patet quantū reprehēſibiles
ſunt qui ſepulturis in humo poſitis imprimunt cruces.

## De Immunitate ſeu libertate eccleſiæ primò in ſe,& quo ad loca, res, & perſonas.

1 *Immunitas,quæ alio quoque nomine Emunitas dicitur,quo-*
*rum munium ac officiorum vacationem priuationemq; notet?*
*& ibidem eius Autore Gofr. finitio.*
2 *Immunitatis beneficio quænam loca donata ſint?*
3 *Immunitas eccleſiaſtica quo ad cœmeteriorū, & ſacræ ipſius*
*Baſilicæ ãbitū,quaten⁹,pateat,& ad q̃, vt q̃ in ipſis agātur,*
*efficacia ſint,aut id minimè, porrigatur? ad numerū 8.vſq;.*
4 *Diſpoſitionē odioſam de quaſi cōtractu cōceptam,ad contra-*
*ctum purum nō porrigi,nec contrà.Et ibidē quid de Statuto*
*cauente,mulierem citra definitam iuris ſolennitatē contrahe-*
*re non poſſe, an tum adire ipſi hæreditatem fas ſit?*
5 *Flagitium mortale eſſe,ea in ſacris locis exerceri,quæ oratio-*
*num munia ac functiones,quo tempore fieri debent,interpel-*
*lare ac impedire poſſunt : alia verò non item.*
6 *In ſacris baſilicis quinam ſepeliri queant? Et an probabilis ſit*
*mos,quo qui fideliū noīe continentur,in ipſis hodie cōduntur.*
7 *Eccleſia inſtar arcis,caſtri,aut propugnaculi extrui nō debet:*
*ſed nec in ea pugnæ fieri,aut ludi,aut q̃ diuinæ domus decorē*
*labefaciāt,exerceri: vēditiones autē cōtrahi num ibidē fas ſit?*
*& quid de funaliū cereorū diſtractione,hîc quoq; ꝑſtringitur.*
8 *Eccleſiaſtica Immunitas,quantum ad res eccleſiaſticas iuraq;*
*pertinet,quatenus ſe efferat? Vbi de colonorum emigratione,*
*relictis eccleſiæ factis,donationib.citra inſinuationē, dominij*
*in eccleſiam translatione,emptione,& lucratiua deſcriptione,*
*vbi quid lucratiua deſcriptio.*
9 *Laicorum ſtatuta in res eccleſiaſticas vim nō habent. Et num*
*id perpetuò verum?*
10 *Statuto dictante teſtamentū inutile eſſe,quod nō intra men-*
*ſes ſex inſinuatum fuerit : num corruet teſtamentū,quo cle-*
*ricus heres conſtitutus ſit, ſi non intra idem tempus inſinua-*
*tum fuerit? Et quid de cauente mulierem eccleſiæ donare , ſe*
*obligare,aut teſtari citra certorum agnatorum præſentiā non*
*poſſe?ibidem. Et quid de pompis funebribus?*
11 *Prælatos indictiones,canones,exactiones,tallias,vt vulgus lo-*
*quitur,nouosq; cēſus eccleſiæ īponere,aut huius generis functio*
*nes augere nō poſſe,nec grauamē aliòqui iniȷcere : Archiepiſco-*
*pis tamē atq; epiſcopis nōnulla quādoq; licēt, dè quibus hîc, ſed*
*& inferioribus quoq; rectoribus, ſi modò id neceſſitas exigat.*
12 *Rector eccleſiæ,ſi qua ob negligentiam acquiſierit, aut res ec-*
*cleſiæ ꝑſcribi,aut vſucapi paſſus ſit,num ipſi eccleſiæ obnoxius*
*fiat? Et an deperditorum aut non quæſitorum, cum quæſitis*
*compenſatio admittatur.*
13 *Aduerſus eccleſiā Prælato deſtitutam nō currit præſcriptio,*
*quamlibet antiſtes ſuperior ſuperſit, qui pro ea agere queat?*
*Et ſub hæc,an res eccleſiæ abſque ſolēnitate vendi, aut de his,*
*iudex ſecularis cognoſcere ac iudicare poſsit?*
14 *Pia loca eccleſiæ Iuriſdictioni & tutelæ ſubſunt,& qui in ea*
*offendit, ſacrilegus eſt:non tamen quiſquis in clericorum bona*
*impegerit, nulla in perſonam vi illata.*
15 *Relicta vel in minus rite facto teſta. eccleſijs vel pijs locis va-*
*lere Et ibidem an eccleſia eiuſve poſſeſsiones pro alienis debi-*
*tis obligari poſsint? Et quid de illas obligante, regalia vſur-*
*pante,& de eccleſiam ex laici collatione tenente? Et an orna-*
*menta eccleſ. in vſum ſecularium cōuerti poſsint. Et demum,*
*quorum iure fruiſci eccleſia dicatur.*
16 *Eccleſiæ Immunitas quo ad perſonarū eccleſiaſt. prærogatiuā*
*quatenus vires protendat? Et an ꝙ clerici ad iudicem laicum*
*pertrahi nequeant,id ipſis priuilegium ſit, an verò aliud ſpe-*
*ctet. Et ibidē quibus aut obnoxij fiant,aut eximātur muneri-*
*bus? Et ſub hæc,quid de Lege, Neminē. C. de ſacroſanct.eccl.*
17 *Clerici de vniuerſitate non habentur,nec in ea vocem habent.*
*Cæterùm quæ munera ordinaria,aut extraordinaria,dican-*
*tur, ſub finem remittit.*
18 *Clerici ad ciuitatum aut municipiorū cuſtodiam non, niſi ne-*
*ceſsitas aliud ſuadeat,adſtringuntur : ad bellum ſubeundum*
*non coguntur,etiam ſi de terra ſancta agatur.*
19 *Eccleſiæ immunitas,quo ad perſonarū, rerum & prædiorum*
*ſimul ac promiſcuè inſpectorum priuilegiū & libertatē, quor-*
*ſum diſtēdatur. Et ibidē munera patrimonialia duplicia eſſe,*
*tribusq; modis īdici, de q̃bus ſigillatim. Et an Italia hodie tri*
*butis obnoxia ſit? Et ſub hæc de muneribus ſordidis ac miſtis.*
20 *Eccleſia ad pontiū ac viarum inſtructionē, murorū, fontium*
*ac puteorum ædificationem & refectionem,num teneatur?Et*
*ibidem quid de diſpoſitione Legis, Ad inſtruction. ſimileſq;.*
*Et qualiter intelligendum ſit cap.1.de no ope.nun.diſponēte,*
*quòd legibus ſtandum ſit,vbi canon contrarium non inducit.*
21 *Poſſeſſor ſi qua hoſpitalitatē & albergū debeat,& ad eccleſiā*
*deinde perueniat:num ad idē quoq; eccleſia cōpelletur?Et q̃d*
*ſi quis in eccleſia in recognitionē beneficiorū à ſe collatorū,ho-*
*ſpitiū retinuerit,an debeatur? Et quid ſi denegetur, an vio-*
*lenter ingredi poſsit? Et q̃d ſi iuriſdictionē in eccleſia habeat?*
22 *Eccleſia ac clerici, an gabellis & vectigalibus pro rebus ſuis*
*aliò tranſuectu obnoxij ſint? Et quid de frumento, vino, &*
*ſimilibus? Et item quid ſi conſules vino, aut carnibus impo-*
*nant gabellam, num ad eas teneantur?*

IMMVNITAS † quaſi non munitas,importat nega- 1
tionem munium,id eſt,officiorum vel onerum,à qui-
bus eccleſiæ ſunt immunes:vt extra eo.eccleſiæ. vel im-
portat negationē munerū ſordidorū,ſcilicet quæ eccle-
ſia nō ſubit,vt calcis coquendæ,harenæ fodiendæ, & ſi-
milium:& alio noīe dicitur Emunitas, quaſi extra mu-
nia,vel munera libertas. Eſt aūt immunitas eccleſiæ,ſe-
cundum Gof.in Sum.eo.tit.libertas cōceſſa eccleſijs vel
eccleſiaſticis perſonis & rebus ad eas ſpectātibus:vel eſt
priuilegiū eccleſiaſticæ libertatis vel perſonarū aut rerū
ad eā pertinētiū. vnde eccleſiaſtica immunitas & liber-
tas ſunt idē. ¶Primò†verò quęritur,quæ ſunt loca eccle 2
ſiaſtica immunitate gaudentia?Et dico multa.¶Primū.
Nō ſolū eccleſia cōſecrata eccleſiaſtica gaudet immuni-
tate,ſed etiā nō cōſecrata. intellige fundata authoritate
pōtificis primariū lapidē imponētis : etiā ſi nō fuerit ibi
celebrata diuina,ſecundū Hoſti. quē ſequitur Pan.in c.
eccleſia.e.ti.vbi vr̄ tex. Et mouetur,q̃a palatiū epi gau-
det hac īmunitate.xvij.q.iiij.id cōſtituimus.& cōſequē-
ter multò fortius eccleſia.etiā facit, q̃a oīa priuilegia cō
ceſſa eccleſijs, extēduntur ad hoſpitalia epi authoritate
fundata,in l.oīa priuilegia.C.de epiſ.& cle.Itē quod de
ꝓximo faciēdū eſt,hr̄ pro iā facto:vt l.nō tantū.in prin.
ff.de excu.tu.& in l.pe.ff.de teſta.mil.Hāc opi.tenet Io.
de Li.poſt Lau.ī cle.j.de pœ.& re.& Car.& Inn.& Ray.
vide j.loc.§.iiij.¶Secūdū.Eccl'ia quoq; īterdicta ſil'r gau
det,ſecūdū Gof.& Vin.arg.d.c.eccl'ia.& ſequūtur cōiter
doct.Et idē dic de cœmeterio: licet in aliq̃bus caſib⁹ nō
ſit idē iudiciū q̃d' de eccl'ia, ſicut dictū eſt s̃.Cœmeteriū.
in prin.¶Tertiū. Et ſil'r hoſpitale & priuata oratoria,ſi
ſunt

ſunt epi authoritate fundata ſecūdū mentē Goſ.& facit
quod ipſe not.in c.fi.de eccl.ædi.& tenet Lau.in d.cle.j.
placet Pan.in d.c.eccleſia.per d.l. oīa.aliàs nō:qa ꝙ eſt
hodie oratoriū,cras erit camera poſsibiliter. ¶Secundò
3 † quærit,ad quę ſe extēdat īmunitas eccleſiaſtica quātū
ad eccleſiā & cœmeteria? Et dico ꝙ ad multa. ¶Primò,
qa in eis tractāda nō ſunt placita ſecularia:eccleſiaſtica
tñ poſſent:vt in c.j.de īmunit.eccleſia. & c.cū eccleſia.
& oīs proceſſus ac ſententia iudicis ſecularis data in ea,
nulla eſt ipſo iure,eod.tit.decet.lib.vj maximè ſentētia
ſanguinis,quæ ibi ſub anathemate fieri ꝓhibet.in d.c.
cū eccleſia.quod de alia à ſanguine limita,niſi ſit data ꝑ
viā volūtarię iuriſdictiōis:qa ſic tenet,ſecūdū Pan.in d.
c.cū eccleſia.& ſimiliter tenet de cauſis eccl'iaſticis.ar.c.
qua fronte.de app.& ſilr ſnīa data in domo eccleſię ſecū
dū Pan.licet fieri nō debeat:qa cū d.cōſtitutio ſit pœna-
lis nō debet extēdi.Et intelligit ꝙ in domo eccleſiæ iu-
dex ſecularis ius reddere nō debet,ꝙ ꝓpria authorita-
te quaſi ex iure publico eligit ibi māſionē:ſecus vbi ha-
beret illā domū cōductam ab eccleſia, vel gratis cōceſ-
ſam.Poteſt tñ aliquis in eccleſia doctorari,ſecundū Ioā.
An.in c.decet.eod.ti.li.vj.& placet Pan.in d.c.cū eccle-
ſia.Tenent etiam cōtractus ibi facti,licet ſit peccatū:ſe-
cundū Pan.in d.c.cū eccleſia. poſt glo.in d.c.decet.quia
illud cap.decet.cū ſit pœnale & loquatur ſolum de ſtre-
4 pitu iudiciorū,ad cōtract⁹ extēdi nō debet. Ex†quo ad-
uerte ꝙ diſpoſitio odioſa cōcepta ſuper quaſi cōtractu,
non extenditur ad cōtractum purū. Nā in iudicio quaſi
cōtrahimus.l.iij.§.vniuerſale ſcribit.ff.de pec. Nec con
cepta ſuper cōtractu puro, extēditur ad quaſi cōtractū,
ſecundū Bar.in l.more.ff.de acquir.hæred.vbi vult ꝙ ſi
ſtatutū ꝓhibet mulierē cōtrahere ſine certa ſolēnitate:
nihilominus hæreditatē poteſt adire : quia tunc nō verè
cōtrahit cū debitoribus hęreditarijs.ad quod vide quod
legitur in l.apud Iulianū.ff.quib.ex cau.in poſ.ea.§.vlt.
& penul.¶Secundò ſe extēdit ad hoc ꝙ non debēt in ea
vel cœmeterio fieri cōclamationes,ſeditiones, impetus
vniuerſitatū,& quarumlibet ſocietatū cōtentiones, pu-
blica parlamēta,negotiationes, præcipuè nundinarū &
fori:vt in.c.decet. eod.tit.lib.vj. Poſſent tamē ſecundū
Ioan.Andr.ibi fieri parlamēta & ſocietates pro actu pie
tatis aut ſpiritualitatis : vt refert Pan.in d.c.cū eccleſia.
Nō tñ eſt peccatū mortale quòdlibet prædictorū : quia
tex.in d.c.decet.dicit ꝙ ordinarij locorū hæc faciāt ob-
5 ſeruari,ſuadēda ſuadeant,interdicta cōpeſcāt.Ex † qui-
bus cōcludi poteſt ꝙ mortale eſt exercere ibi ea quę ora
tionē tēpore debito impedirent, alia non:niſi ex ſe ſint
mala,vel habeant ex ſe maximā irreuerentiā,vt ſpectā
tia ad ſanguinē,quæ ſub anathemate ꝓhibētur, & pol-
lutiones etiam aliàs licitæ propter maximā fœditatem,
& furta quę ex ſe ſunt mala,& maximā irreuerentiā cō-
tinent diuinorū : vel niſi quis faceret ex contēptu, & ſic
6 intellige.c.vlt.& penul.diſ.xlij.¶Tertiò,†quia in eccle-
ſia ſepeliri nō debēt,niſi epi vel abbates,vel digni p̄sby-
teri,aut laici fideles.xiij.q.ij.nullus. quod intelligūt ali
qui de laicis faciētibus miracula virtute fidei. Hoſt.ve-
rò de quolibet fideli in dignitate cōſtituto : vt comite,
rege,imperatore:gloſ.verò de quolibet fideli Chriſtia-
no,niſi aliàs deceſſerit in mortali vel in torneamentis,
vel eccleſia ſit interdicta,& ſic ſecūdū eā excluditur gēti
lis. Sed opinio glo.quæ hodie ſeruatur,de iure non pla-
cet:quia ibi cū tex.diſtinguat de ſepultura infra & iuxta
eccleſiā gentilis ſepeliri poſſet iuxta, id eſt, in cœmete-
rio.placet verò opinio Hoſti.& opinio p̄ria ſic ītellectæ:
vt fideles dicātur à fidelitate p̄cipua quā ad Deū & homi
nes ſeruarūt:maximè ſi ad gratiā miraculorū attigerūt.
Poſſunt ergo in eccleſia ſepeliri pſonę dignæ,aut digni
tate eccleſiaſtica vel mūdana,aut dignitate virtutis ex-
cellētis:hoc tñ hodie nō ſeruatur,& male: qa de iure ci-
uili nullus debet in eccleſia ſepeliri:vt not. Alber.in l.
nemo. apoſtolorū.C.de ſac.ſanc eccleſi.& Azo in Sum.
¶Quartò†nō debet eccl'ia īcaſtellari,nec in ꝓpugnacu 7
lū ædificari,ſecundū Inn.& Ray.vt inde bellū fiat cōtra
hoſtes:vel vt ibi recipiātur bellū facientes:niſi iuſta ne-
ceſsitate:& ſecūdū Hoſti.authoritate epi,ſi cōmode ha-
beri poteſt,de cuſt.euch.relinq.ſcilicet vt boni viri etiā
laici defendātur à malis,puta piratis,hęreticis,vel paga
nis : & eadē ratione malis Chriſtianis.& hoc cōiter te-
nent doct.ſecundū Pan.in d.c.cū eccl'ia. ¶Quintò,intra
eccleſiā vel cœmeteriū non debēt ſupellectilia poni,vel
hoſpitalarij in illa iacere vel cōuiuari,niſi propter hoſti
les incurſus,& aliàs neceſsitates,q̄bus ceſſantib⁹ ad pri-
ſtina loca reportentur:aliàs vr̄ mortale in hoc caſu & in
priori:vt in d.c.relinqui.& di.xlij.c.vj.vlt.pe.& antepe.
niſi exceſſus eſſet modicus. De vēditione tñ cādelarū in
eccl'ia, vr̄ tenere Sum.Ant.ꝙ indiſtīctè ſit tolerabilis nō
obſtāte ꝙ dn̄s eiecit de tēplo vēdentes : quia ibi fiebant
pacta,& multa ꝑturbātia cultū diuinū:quod nō eſt hic
ſecus de alia negotiatiōe.ſed Sū. Roſ.cū Archi.dicit hoc
licere ſi fiat prīcipaliter ad ſatisfaciendū fideliū deuotio
ni:non autē ſi fiat prīcipaliter ad lucrū:imò illud dandū
eſt pauperibus de cōſilio:& ſic tene,quia ibi eſt ꝓhibita
negotiatio:vnde laici,q̄ ad lucrū & negotiationē huiuſ-
modi vendūt,ſtāt extra eccleſiā.¶Sextò, in eccleſia vel
cœmeterio nulla debet fieri violētia, aut aliq̄s inde vio
lēter extrahi,aut eius cōfinia frāgi.xvij.q.iiij.ſicut anti
quitus.nec ea,quę in ea poſita ſunt,ꝑ vim aut furtū au-
ferri:aliter ſacrilegiū eſt.ea.q.quiſquis inuētus.& ſic eſt
mortale,vt ibi patet.De īmunitate tñ eccleſiæ quo ad il
lam cōfugiētes agēt ſpecialiter j.Immunitas.iiij.¶Se-
ptimò,eccl'ia nō debet in ſeculare habitaculū aut vſum
ſeculariū cōuerti.de cōſ.di.j.ligna.& quīq; c.ſequētib⁹.
de rel.do.c.ad hæc.¶Octauò,ludi theatrales cū laruis &
ſimilibus inhoneſtis in eccleſia fieri nō poſſunt de vita
& hone.cleri.cū decorē. Secus de honeſtis ducētibus ad
deuotionē:vt repræſentare præſepe Dn̄i,Herodē & Ma
gos,vel huiuſmodi.arg.de cōſe.diſt.ij.ſemel.& diſt.iiij.
quæris.quaſi in fin.¶Tertiò † q̄ritur, ad quæ ſe extēdat 8
immunitas eccleſiaſtica quātum ad res eccleſiaſticas &
eccleſiaſtica iura?Et dico ꝙ ad multa.¶Primò,quia ru
ſtici nō poſſunt eccl'iæ rura deſerere,& alio ſe trāsferre
extra eod.c.iij. quod intellige ſecundū gl. ibi de adſcri-
ctis glebæ:& qui ſint, vide ſupra.Colonus.¶Secūdò,quia
quilibet poteſt regulariter ſuā rem eccl'iæ relinquere.l.
generali.& l.iubemus.C.de ſacroſanct.eccle.& etiā do-
nare inter viuos ſine inſinuatione in infinitum.l.illud.
ibidē.& in auth.de non alie.reb.eccleſiaſti.§.ſi minus
quāuis gl.in d.§.teneat cōtrariū:quia primū eſt verum.
vt ſupra Donatio.j.§.xvj. ¶Tertiò,qa trāsfert dominiū
rei in eccleſias ſolo pacto,id eſt,ſola nuda promiſsione
cū in alijs ſit neceſſaria traditio.l.vt inter diuinū.C.de
ſacr.ſanct.eccl.in gl.quod Alber.idem ſequitur.& idem
eſt ſecundum Rodo. qn̄ datur aliquid eccleſiaſticæ per-
ſonæ intuitu eccleſiæ:& idē,vt patet in d.l.circa hoſpita
lia & cōceſſa in redēptionem captiuorū.ſed intellige de
ꝓmiſsione facta homini,nō Deo,vt in voto, j.Votum.
§.xix.

Votum.iiij.§.vij.In emptione tamen requiritur ſolutio
pretij,vel fides de eo:aliter dominium non acquiretur,ſecun-
dum glo.predictā. ¶Quartò, quia quicquid emptū fuerit de
pecunia eccleſiæ,reuerti debet ad eccleſiā.xij . q.ij.apoſtoli-
cos.& q.v.fixum . & hoc ſiue nomine eccleſiæ emptū ſit,ſiue
nō.de pecu.cle.c.j.&.c.inquirendū.¶Quintò,quia nec eccle-
ſia nec monaſteria vel hoſpitalia tenent ad lucratiuā deſcri-
ptionem:vt in §.ſancimus.xxiij.q.viij.Eſt aūt lucratiua deſcri
ptio quarta pars bonorū quæ à curialibus relinquebatur,quā
fiſcus vendicat exceptis relictis curialibus,& eorū cōiunctis.
de quo habes C.qui & à qui.quarta pars.l.j.& ij.C. de impo.
lucra.deſcri.l.vnica.¶Sextò,†quia laicorū ſtatuta nō habent
9 locum ſuper rebus eccleſiæ:de re.eccl.non alienan.c.ſi.infrà
Statutum.§.ij.quod quidam verum limitant , niſi papa tale
ſtatutum approbaret.de conſtitu.eccleſia Sanctæ Mariæ. in
glo.quod verum puto ſecundum Bal.ibi, quando expreſsè &
nominatim approbatur à papa:ſecus ſi generaliter approba-
ret ſtatuta:quia per talem approbationem cōtra eccleſiā nō
valerent,cùm ſint contra eccleſiaſticam libertatem.&ſic te-
ne:& vide eundem Bal.in c.j.per quos fiat inueſtitu.& j.eod.
tit.§.vj.& vij.Imò,ſecūdum aliquos,dictum priuilegium ex-
tenditur ad res patrimoniales clericorum.& ita tenet gl.in c.
eccleſia Sanctæ Mariæ.de conſtitu.& in c.ſi.de vita & ho.cle.
& in c.ex literis.de pign.& xv.q.j.c.ſimiliter.& eſt etiam glo.
ſing.apud Legiſtas ſecūdum Franciſ. Tigr.in l.ſi.§.patrimo-
niorum.in verbo,pontifex.ff.de mu.& ho.Sed in contrarium
faciunt quæ dico infrà Præſcriptio.§.vij.part.ſeptima.Statu-
ta autem laicorum impedientia,quocunq; modo liberam fa-
cultatem donandi eccleſijs,aut pro anima,ſecundum Pan.in
c.relatum.el primo.de teſta.non valent:vt no.in l.j.C.de ſac.
ſan.eccl.ſicut & ſecundum Io.And. c.ſi.de imm.eccl. libr.vj.
non obſtante ſtatuto quod prohibet forenſibus ſeu non ſup-
poſitis iuriſdictioni,poteſt donari eccleſiæ: quia inferior au-
10 ferre nō poteſt priuilegiū ſuperioris.† Et ſecūdū Bal.in auth.
caſſa.C.de ſac.ſan.eccle.ſi cauetur ſtatuto quòd nō valet te
ſtamentum,niſi intra ſex menſes inſinuetur:ſi clericus ſit hæ
res,& nō inſinuet,non ſit teſtamentū nullū:quia ſtatutū non
adſtringit clericū:nec à fortiori eccleſiam,ſi fuiſſet inſtituta.
Et ex his infert Pan.ibi,quòd quanuis ſtatuto caueatur quòd
mulier donare non poſsit eccleſiæ ſeu ad piam cauſam , ſeu
teſtari,& ſe obligare eccleſiæ vel ad pias cauſas,ſine præſen-
tia duorum agnatorum:tamen hoc poterit ſine hac ſolenni-
tate:quia talia relicta determinari debent ſecūdum canones,
& non ſecundum leges vel ſtatuta,quæ ſunt pars iuris ciuilis.
l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure . & idem tenet dominus
Ant.in d.c.relatum.& per Bart.in l.j.C.de ſumma trinit.Sed
Bal.in c.eccleſia SanctæMariæ.&.c.quæ in eccleſiarū de cō-
ſti.tenet valere ſtatutum ſi diſponat de re immobili.ſed con-
tra eum eſt in c.ſi.de reb.eccl.non alie.& ibi Imola,& bene.
Poſſunt tamen laici ſecundū Io.de Imol.in d.c.ſi.ſtatuere ſu-
per mortuarijs in his,quę nō applicātur eccleſię.&addit Pan.
ibi,aut cōcernūt diuinū cultū,vel refrigeriū animę:quia cùm
hæc ſint annexa iuri ſpirituali,nō valeret,puta quia nō dentur
niſi tot cerei,vel non inuitentur niſi tot clerici : vnde ſolùm
valet in concernentibus pompas mundanas,quæ ſunt potius
conſolationes viuorū,quàm mortuorū ſuffragia: nec eccle-
ſia talia approbat.xiij.q.ij.quàm prępoſterū.Et quia ſecundū
Bal.in l.j.C.de Lati.liber.tol.equi ducti ad ſepulturā militis
& arma debent remanere apud clericos vel fratres ſepelien-
tes,quaſi ſequela cadaueris:argu. l. medico.§. fin.ff.de auro
& argē.lega.ideo nō valeret ſtatutū laicorū.vide etiā de his
titulo ſequenti ferè per totū.¶Septimò,†quia nec etiā præ-
lati aut eccleſiaſticæ perſonæ poſſent eccleſijs taliasvel exa-
ctiones , aut nouos cenſus imponere aut veteres augere, aut
alio modo grauare:de quo ſuprà Gabella.ij.§.primo.Poſſunt
tamen archiepiſcopi & epiſcopi,ſc'dm Pan.in c.cùm apoſto-
lus.de cenſi.exigere à clericis obuentionem eis conceſſam.in
d.c.cùm apoſtolus.aliud nō:de quo infrà Viſitatio.§.v.quam
tamen ab oratorijs &locis religioſis,etiam rationeviſitatio-
nis exigere nequeunt.de cenſi.c.vlt.& ibi Pan.Poſſent etiam
compellere ad charitatiuum ſubſidium,ſi rationabilis & ma
nifeſta cauſa ſubſit:vt ſi volunt ire Romā pro communi vti-
litate,& huiuſmodi.Poteſt etiam rector eccleſiæ pro ſua ne-
ceſsitate obligare rem eccleſiæ:puta quia eſt infirmus vel in-
digens indumentis,ſecundum Io.And.in c.ex præſentium.de
pign.Adde & pro neceſsitate eccleſiæ.de ſol.c.j. & ſucceſſor
tenebitur.Et cum eo cōmuniter trāſeunt doctores.Sed Pan.
in d.c.ex præſentium.diſtinguit dicens hoc verū eſſe,ſi eccle
ſia ſit potens,licet ipſe morte præuentus non ſoluerit: ſecus
ſi à principio vel ex poſt facto eccleſia ſit impotens. Ibi vide
ſi placet.¶Octauò,†quia vt no.Pan.in d.c.ex præſentium.de 12
pig.ſi rector eccleſiæ potuit eccleſiæ aliquid acquirere,&nō
fecit,vel ob negligentiam paſſus eſt rem eccleſiæ præſcribi,
tenetur ipſi eccleſiæ.pro quo hebes tex.cū gl.xij.q.iiij.c.ſi.ad
inſtar tutoris,qui ad hoc tenetur:vt in l.quicquid.C.arbit.tu-
tel.& ſic patet quòd etiam tenetur de leui culpa,ſi non labo-
rat vt acquirat eccleſiæ:vt in d.l.quicquid.& in d.c.ſi.quod nō
intelligas quaſi teneatur laborare perſonaliter,aut ex doctri
na vel artificio acquirere eccleſiæ,ſed cū ſolicitudine agen-
do & promouendo res eccleſiæ,ex qua ſolicitudine acquiſi-
tum eſt eccleſiæ.Vnde licet ſecundum Pet.de Anch.in c.con
ſenſus.de reb.ecc.non alie.fieri poſsit compenſatio cum per-
ditis ex eius negligentia,& ex eius diligentia acquiſitis . qui
allegat l.cùm quæritur.ff.de admi.tut.& l.Caius.vbi Bald.eū
ſequitur.ff.de vſur . tamen ex tali ſolicitudine acquiſitum in
recompenſationem dari non poteſt,cùm ſit eccleſiæ.Sed di-
ctum Pet.intelligitur de acquiſito ſibi per exercitiū, vel ali-
ter.de quo ſuprà Clericus.iiij.§.vj.¶Nonò,†quia eccleſię ca- 13
renti proprio prælato præſcriptio non currit: licet ſuperior
prælatus poſsit agere pro ea,ſecundū Inno.in c.olim.el j.de
reſti.ſpo.& tex.eſt in c.j.de reb.eccl.non alie.lib.vj.licet Bar.
dubitauerit,arg.l.ij.ff.de aqua pluu.¶Decimò,quia res eccle
ſiæ ſine certa ſolennitate alienari non poſſunt. de qua ſuprà
Alienatio.¶Vndecimò,quia de rebus eccleſiaſticis &etiā pa
trimonialibus clericorū,aut de cauſis ſpiritualibus iudex ſe-
cularis nec poteſt iudicare.de quo ſ.Excō.ix.§.v. ¶Duodeci-
mò,†quia loca pia ſunt ſub eccleſiæ iuriſdictione,de reli.do. 14
ad hæc.& in cle.quia cōtingit.eo.tit.de reli.do. ſecundū Pan.
in c.cùm ſit generale.de foro compe.Vnde lædentes ea,cen-
ſendi ſunt ſacrilegi.d.c.cùm ſit generale.nō aūt lædentes in
bonis clericorū ſine violentia perſonæ: licet ipſa ſint ſub iu-
riſdictiōe iudicis eccleſiaſtici.de fo.comp.ſi clericus. ¶Deci-
motertiò, † quia relicta in teſtamento minus ſolenni eccle- 15
ſijs & pijs locis valent.de teſta.c.cùm omnes.c. relatum.&.c.
indicāte.de quo infrà Legatū.iiij.§.ix.¶Decimoquartò,quia
eccleſia vel eius poſſeſsiones pro alienis debitis obligari nō
poſſunt,& obligans eſt ſuſpenſus ab adminiſtratiōe tempo-
ralium & ſpiritualiū.de ſolut.c. ij . quæ tamen ſuſpenſio per
epiſcopū relaxari poteſt primò eccleſiæ indemnitati cōſul-
to.c.ex parte.el j.de ver.ſign.Non cōprehendit tamen iſta ſu
ſpenſio epiſcopos.de ſen.excō.quia periculoſum.lib.vj.¶De-
cimoquintò,quia excōmunicantur vſurpantes regalia,cuſto-
diam,& huiuſmodi,de quibus ſ.Excommunicatio.ix. §. xiiij.
¶Decimoſextò,quia clericus tenens eccleſiam ex laici colla-
tione,ſi non reſignauerit,ſuſpenſus eſt ab officio &beneficio:
laicus verò excommunicandus . de iure patron . præterea.&

c.relatum.iuncto c.ſi autem vobis. xj.q.iij. &.c. cùm non ab homine.de iudi. ¶ Decimóſeptimò, quia eccleſiaſtica ornamenta in vſum ſecularium conuerti non debent,nec vaſa eccleſiaſtica,aut cortinæ,aut cætera ornamenta debent pollui cõuiuijs nuptiarũ.de cõſ.di.j.ligna.&quinq; c.ſeq.xij.q.ij.nulli licet.xix.q.iij.ſemel.Dicit tñ gl.Ray.ꝙ ſi legatus apoſtolicæ ſedis vel archiepiſcopus aut epiſcopus reciperet à monaſterio,vel epiſcopo,domus eccleſiaſtica, in qua reciperetur, ornari poſſet cortinis & ornamentis eccleſiæ: & idem credo ſi præparet illi altare capella in domo laicali.¶ Decimooctauò,q̃a eccleſia vtitur iure minoris & reipublicę:ita ꝙ omnia priuilegia cõceſſa reipublicæ videntͬ cõceſſa eccleſijs, ſcd̃m gl.in c.auditis.& ibi Pan.de re.in inte.&glo.in c.j.eo.tit.item
16 poteſt vti iure imperij.¶ Quartò † quæritͬ,ad quæ ſe extendat immunitas eccleſiaſtica quantũ ad eccleſiaſticas perſonas: Et dico ꝙ ad multa,ſcilicet vt clericus percuti ſine percutientis excõmunicatione nõ poſsit.xvij.q.iij.ſi quis. nec poſsint etiã cõueniri corã laico iudice.de fo.cõp.c.ij. nec poſsint laici cũ eis ſtare in choro:de vi.& ho.cle.c.j.de cõſe.diſt.ij.ſacerdotũ. Pan.tñ in d.c.j.dicit hoc non eſſe priuilegiũ clericorũ: ſed vt pſallentes nõ impediantͬ, nec poſsint fatigari angarijs & perangarijs, id eſt,ſeruitutibus perſonarũ ac rerũ,ſcd̃m Ray.ſed ſint immunes à muneribus perſonalibus.C.de epiſ.&cle.l.omnes.& l.presbyteros.xij.q.ij.eccleſiarũ.ſed ꝓ hoc dico multa.¶ Primũ.Munerũ merè perſonaliũ quæ cum prouiſiõe & corporali labore ſine aliquo gerentis detrimento perpetrãtur,vt in l.fi.de mu.& ho.quædã ſunt ſordida: vt cloacæ mũdandæ,calcis coquendæ,harenæ fodiendę,foſſati vel ſtabuli purgandi,& hmõi,de quibus in l.maximarũ.C.de excu.mun. quædã verò nõ ſunt ſordida,ſed honeſta:quia habent annexũ honorem,vt ſunt officia ſecularia:quædã verò ſimplicia,nec honorem nec vituperiũ habentia annexum,quæ poſſunt dici neutra,vt legatio,tutela,vel cura,& hmõi, de q̃bus omnibus habetur ſuprà Gabella.iij.¶ Scd̃m. Ad munera ſordida non tenentͬ eccleſiæ nec earũ mãcipia,aut clerici vel eorũ vxores, aut familiæ & coloni.xvj.q.j.gñaliter.§ nouarũ.& §. placet. ij.C.de epiſ.& cle.l.ij.&l.neminem.C.de ſac.ſan.ecc.quæ vult ꝙ teneatur in aduentu principis,nõ valet quo ad clericos,eccleſias,atq; ſeruos,q ſunt dominio eccleſiarũ ſubiecti:quia iure diuino ſunt exempti:vt in c.ſi Imperator.diſ.xcvj.& notat Inno.in c.ij.de ma.& obe.&facit l.reſcripto.&q̃d ibi no.Bar. ff.de mu.& ho.& hoc intellige de familia ꝑpetua eccleſiarũ & earũ ſeruis:ſed bene valet quo ad colonos liberos, qui ſeruiunt ꝓ mercede,cùm ſint ſub Imperatore,iuxta no.in c.iudicatũ.lxxxix.di.& ab ipſo à multis exempti: vt in l.j.& ij.C. de epiſ.& cle.ideoq; potuerit eorum immunitatem limitare: vt in ſimili no.gl.in c.cùm ſecundum leges.de hære. libr.vj. vnde tales tenentur ad gabellas & alia onera de parte eis contingente,ſecundum Fede.conſi.iiij.Ad munera etiam honeſta clerici non tenentur,per cap.ſacerdotibus.&. c.ſed nec procurationis.ne cle.vel mo.& in l.placet.C.de epiſ. & cleri. vbi dicitur,placet noſtræ clementiæ vt clerici nihil commune cum publicis actionibus vel ad curiam pertinentibus, cu-
17 ius corpori non ſunt annexi, habeant. ¶ Ex † quo patet quòd non ſunt de vniuerſitate,nec in ea poſſunt habere vocem,vt tenet Innoc.in c.dilecta.de exceſsi.prælat. A muneribus autem neutris licet ſint exempti,vt l.generaliter. C. de epiſc.& cle.poſita in c.generaliter.xvj.q.j.tamen ſecundum gloſſam iuncto tex.in cap.peruenit.diſt.lxxxvj.poſſunt ſi volunt legitimam tutelam accipere,non datiuam teſtamentariam:ſed epiſcopi aut monachi non.lxxxviij.diſtinc.epiſcopus.& xvj.q. j.monachi.tutelam autem miſerabilium perſonarum omnes clerici & monachi poſſunt ſuſcipere:quia officium pium eſt, vt in d.c.peruenit.Et in omnibus prædictis muneribus perſonalibus quo ad eccleſias & clericos habent locum prædicta tam in ordinarijs quàm extraordinarijs muneribus ſeu indictis vel ſuperindictis:vt in l.placet.C.de ſacroſanctis eccleſijs.& in auth.item nulla communitas.C.de epiſ.& cle.& c.quanquam.de cenſi.lib.vj.Quando autem dicantur ordinaria vel extraordinaria indicta & ſuperindicta,vide ſ.Gabella.
18 v.§.iiij.¶ Tertium.† Non tenentur etiam clerici cuſtodire ciuitatem vel oppidum,ſecundum Pan. in c.peruenit.eodem tit.niſi ſubeſſet neceſsitas maxima:vt no gl.xvj.q.j.§.placet. quæ quidem per laicum diſcerni non debet,ſecundum Hoſt. in Sum.ſed per epiſcopum:& per eum compellentur:vt in c. eccleſia Sanctæ Mariæ.de conſtit.quia aliter ſine eis defendi non poteſt:quo caſu tenerentur:ar.l.nullus penitus.C.de cur ſu.pu.& in d.c.peruenit.& facit tex.in c.pe.de homi.vbi tempore inuaſionis clerici poſſunt vnà cum laicis ſumere arma, & pugnare:nec ſunt irregulares ſi multi ſunt occiſi, modò nullum proprijs manibus occiderint, etſi vulnerauerint. ¶ Quartum.Non tenentur etiam ire ad bella,vbi impugnandi ſunt alij,ſecundum Pan.in d.c.peruenit.etiam ſi ageretur de recuperatione terrę ſanctæ:quia clericatus reddit eos inhabiles ad pugnam,etiam cum ſaracenis,vt probatur in c.ex
19 multa.§.fi.de voto.¶ Quintò † quæritur, ad quæ ſe extendat immunitas eccleſiaſtica quantum ad perſonas & res ſiue prędia ſimul: Et dico quòd ad gabellas,vt §.ſequenti.& ad munera patrimonialia ſiue realia,ad quæ non tenetur eccleſia. Sed circa hoc dico multa.¶ Primum.Munera patrimonialia, ſeu realia,id eſt,quæ ſumptib:patrimonij & damnis adminiſtrantis expediuntͬ:vt in l.fi.§.patrimoniorũ.ff.de mu.& ho. duplicia ſunt:quædã ſcilicet merè patrimonialia:& quædam miſta,ſic dicta,q̃a habent onus cũ ſumptu.d.l.fi.§.miſta.quia participãt de munere perſonali,quatenus habent onus annexum,& de patrimoniali quatenus ſunt cum ſumptu.¶ Secundum.Munera merè realia tripliciter indicuntur vel imponũtur.Primò rei de eo quod faciendũ eſt de ipſa re:vt quòd nauis aut currus vel equus eccleſiæ vadat ad ſeruitium reipublicæ.Secundò ſuper eo q̃d percipitur ex ipſa re:vt ſi detur certa pars fructuum.& de his in d.§.patrimoniorũ. Tertiò ipſi rei de eo quod nec percipitur ex ipſa re,nec eſt in ipſa re:vt præſtare certam pecuniæ ſummam annuatim.de quo habes in l.hactenus.§.j.ff.de vſufruct.& in c.j.de cenſi.Miſta quoq; dupliciter imponuntur. Primò perſonæ habito reſpectu ad rem ſeu bona patrimonij. qui modus differt à tertio modo imponendi onera rebus merè patrimonialibus:quia ibi quælibet res tenetur pro munere quod ad eam reſpicit,& [illegible] tra.l.Imperatores.ff.de pub.hic verò eſt perſona obligata,& conſequenter omnes res patrimonij.l.aufertur.§.fiſcus.ff.de iure fiſci.Secundò imponuntur perſonæ nulla facta mentione de re:& ſic dicitur capitatio: quia per capita imponitur non habito reſpectu ad bona patrimonij,vt in l.vna.C.de capitatione ciui.¶ Tertium.An autem eccleſia vel eccleſię prędium teneantur ad munera merè realia.Pan.in cap.finali de vita & honeſta.clerico.dicit quòd ſi res, quibus imponuntur talia munera, habebant onus tale perpetuum annexum inuariabile,ac certum,ſiue ex diſpoſitione publica,puta principis:ſiue ex diſpoſitione priuata,vt in cap. quanto. de cenſib. antequam venirent ad eccleſiam, ſicut patet exemplum in tributo,vt lege,Imperatores.ff.de publ.&.c.primo.in fi.de cenſib. vbi innuitur quòd quælibet poſſeſsio ab antiquo onerata onere ſoluendi tributa: & ſic eccleſia de talibus tenetur:quia res tranſit cum onere ſuo.de deci. paſtoralis.& de pignorib.c.ex literis.Fateor tamen quòd Italia [illegible] quam princeps prouinciarum non obligatur hodie ad [illegible]



tributa:vt notat.in l.j.ff.de cenſi. Si verò non erant oneratæ onere tali certo & inuariabili quando peruenerunt ad eccleſiam,ſic non tenetur eccleſia,quanuis eſſent oneratæ onere incerto & variabili:vt ſunt iſtæ deſcriptiones,quæ fiunt hodie,quia ęſtimantur bona cuiuſcunque vt ſoluat plus vel minus ſecundum impoſitionem collectæ.Et hanc opinionẽ tenuit Rayn. Addens aliquid de muneribus ſordidis : & dicens quòd eccleſiaſtica prædia grauari nõ debent muneribus ſordidis.xvj.q.j.§.nouarũ.ad honeſta verò , ſicut ſunt ordinaria tributa,tenẽtur.xxiij.q.fin.tributum.quod tamen fallit in domibus,atrijs & hortis iuxta eccleſiam poſitis, & in manſo. de quo eccleſia dotata eſt,de quibus nullum debet dari tributũ ſed de alijs,niſi ſit expreſsè remiſſum : quia res ad eccleſiam tranſit cum onere ſuo.xxiij.q.vlt.ſecundũ canonicam.de cen ſi.ſancitum. ad extraordinaria verò & de nouo inducta non tenentur.xvj.q.j.placuit.niſi ſcilicet quatenus antiquitus tenebantur,ſecundũ gl.ſimiliter nec ad ea quæ ſubitò iniungũtur niſi reſpiciãt ad pias cauſas,& neceſsitas expoſcat:de quo dic,vt infrà,particu.quarta.virtualiter.Eandem etiã tenuit Innocen.in c.non minus.eod.ti.& recitat Pan.ibidẽ.Ioã.de Lig. in cle.præſenti.de cenſi.& Io. Andr.poſt Archid.in c.j.eo. tit. lib.vj.& placet:licet aliqui teneant quòd ſi poſſeſsiones prius erant adſcriptæ vt tantũ ſoluatur pro libra,quòd tunc teneatur eccleſia.Sed prima opinio eſt tutior, licet iſta nõ ſit condẽnanda Sunt tamen aliqua onera quæ ratione naturali ſuccumbũt ipſis rebus:vt reficere viã ante domũ. & ſic eccleſia tenetur.vt no.Bart.in.l.ad inſtructiones.C.de ſac.ſan.ecc.Itẽ in purgatiõe putei neceſſarij toti viciniæ in qua eſt eccleſia; vt not.Spec.tit.de cenſi.Item ſoluere ad portã vel pontẽ pro plauſtro ad ipſius portæ vel pontis conſeruationem,quia deſtruunt viam,vt not.in d.l.ad inſtructiones,& not,Bald.de pace Conſtã.& idẽ de ſimilibus.Ad munera verò miſta impoſita primo modo eccleſia non tenetur:nec etiã laici non ſubditi licet habeant patrimonium in loco.l.reſcripto.§.fin. & ibi per Bart.ff.de mun.& hono.niſi aliud habeat cõſuetudo quo ad laicos:vt not.Bart.l.vna.C.de capita.ciui. non quo ad eccleſiam:quia conſuetudo non valet,auth.caſſa.C.de ſac. ſan. eccle.iuncta auth.item nulla communitas.C.de epiſc.& cler. Et iſto modo poteſt intelligi tex.c.nõ minus.eod.tit.&.c.fin. de vit.& hone.cler.&.c.quanquã.de cenſi.lib.vj.Similiter nec tenetur eccleſia nec clerici ad miſta impoſita ſecũdo modo: quia non ſunt ſubditi Imperatori,in d.c.quanquã.imò nec laici ciuiles,ſed tantùm ruſtici:vt in d.l.vna.not. Barto. Et hæc omnia procedunt regulariter. ¶ Quartũ.† De concernentibus autem pietatem,vt eſt inſtructio pontiũ & viarum,dubitatur:& dicit Inn.quòd eccleſia tenetur,per d.l.ad inſtructiones.& per c.j.eo.tit.ſimiliter in ædificatione murorũ ciuitatis aut villæ:& idem gl.in d.c.non minus.& Inn.& hoſt.& do [illegible] Card.& philip.& Petr.de Anch.& Alb.in d.l.ad inſtructiones.addens quòd idẽ putat de fontibus & puteo cõmuni. [illegible] in loc.pub.l.ij.§.viarum.& dicit huiuſmodi opinionem eſſe Dyn.& Old.Sed in contrariũ eſt cõmunis opinio Canoniſtarũ in c.fi.de vita & hon.cler.in cle.pręſenti.de cẽſi. [illegible] Io.de Lig.& Bart.in l.reſcriptor.ff.de mun.& hon. [illegible] d.l.placet.& gl.xvj.q.j.§.nouarũ.& Pan.in d.c.nõ minus. per multa motiua.Vnde dic quòd d.l.ad inſtructiões.& ſimilia [illegible] valeant:quia licet c.j.cum ſimilibus de no.oper.nun.di [illegible] legibus,ex quo in canonibus contrariũ nõ reperitur,tamẽ hoc non eſt verũ,quãdo lex imperialis eccleſijs eſt [illegible] eccleſiaſticis perſonis:quia tũc nõ tenet,niſi ſpeci[illegible] recipiatur ab eccleſia:vt eſt cõmunis opinio doc.in c.fi. [illegible] in c.eccleſia ſanctę Marię.de cõſt.&.c.fi.de reb.ecc. [illegible]& diſt.x.ſi in adiutoriũ.Diſtinguo tamẽ ſic ſecundum Pan.in d.c.non minus.& eſt mens Rayn.Piſa.& Arch.Nam aut neceſsitas vel pietas imminens concernit vtilitatẽ eccleſiarum à remotis per quandam conſequentiã:& tunc eſt tex. apertus.in d.c.non minus.quòd non tenetur:niſi ſpontè velit, approbante epiſcopo cum clero,& prius conſulto Romano pontifice,per c.aduerſus.eod.tit.vbi tamẽ aduertendum eſt, quòd ſi tanta eſſet neceſsitas vel pietas quòd non poſſet ſine ſcandalo & periculo recurſus prius haberi ad Romanũ pontificem,ſufficeret deliberatio cleri cum epiſcopo.facit c.ſi.de eccl.ædi.& quod ibi not. Aut neceſsitas vel pietas concernit de directo & principaliter vtilitatem eccleſiarum & laicorũ: vt puta quia praua ſocietas territorium ciuitatis incẽdit,prædia deuaſtans,in quo eccleſia multas habet poſſeſsiones: tũc debet eccleſia contribuere:nõ tamen ad deliberationem ſolius populi:ſed oportet quòd clerus & populus principaliter conueniant & deliberent:quia quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.in cle.j.& ij.de cenſi.&.c.ad hoc.de offic. Archid.Fatetur tamen Panorm.vbi ſuprà in d.c.non minus. quòd ſi clericus nollet ſine legitima cauſa cõſentire,poſſent laici implorare auxilium ſuperioris eccleſiaſtici vt cõpellat eos:vt in c.nullus.de iur.patr.Et in hoc caſu nõ habet locum diſpoſitio d.c.aduerſus. de cõſultatione Romani pontificis: quia hæc impenſa non fit propter publicã vtilitatẽ , ſed propter priuatam eccleſiarũ:& ſic ſumus extra caſum pręfati c. aduerſus.Facit cle.ñ.j.& ij.de cenſi.¶ Quintum.† ſi poſſeſsio 21
aliqua vel domus tenebatur alicui facere albergũ: & poſtea ad eccleſiã peruenit:ſecundum Hoſti.& Inn.eccleſia tenebitur ad idem,aut ad vendendũ.& ſi quis in recognitionem beneficiorũ ſuorũ in aliqua eccleſia ſibi hoſpitiũ reſeruaſſet:illud ſecundũ Innocen.ſibi debetur.xviij.q.fin.Eleuterius.non tamen licet tali violenter irrumpere domos ratione alicuius iuris ſibi debiti:aliter ſacrilegium committit.xij.q.ij.nulli.& eadem ratione non tollere inde neceſſaria violenter hoſpitium ingrediendo,ſecundum Innoc.quia etiam ſecundũ eundem Inno. extra eo.c.j.in tali caſu nulla domus vel res eccleſiæ debet hanc ſeruitutem,vel ad hoc obligata,ſed ipſa eccleſia,contra quam competit actio perſonalis & non realis.Secus tamen in habente iuriſdictonem in eccleſia: quia poſſet iniquè intrantem violenter domum irrumpẽdo repellere.& idem de eo qui poſſidet eccleſiam quaſi prelatus:quod tamẽ abbas non poteſt reſpectu domorum capellæ, quia capellã non poſſidet,licet habeat in eum ius ſubiectionis:arg.ff ad l. Aquil l.quemadmodum.¶ Sextò † quæritur,quomodo ſe ex- 22
tendat eccleſiaſtica immunitas circa gabellas & huiuſmodi? Et dico multa. ¶ Primum. Eccleſia vel clerici non tenentur ad gabellas,quæ hodie ponuntur in vino,& ſimilibus,ſecundum Pan.in d.c.non minus.per d.auth. itẽ nulla cõmunitas. & tenet Bald.in d.l.placet.C.de ſacroſan.eccleſ. niſi gabella fuiſſet impoſita pro oneribus,ad quæ tenetur eccleſia : quia tunc ſuccedit loco onerum,vt voluit Butri. in d.l. ad inſtructiones.¶ Secundum.Si clericus res eccleſię ad alium locum transferat cauſa negotiationis , exigi non poteſt pedagium vel gabella,ſecundum Panormita.in d.c.fina.de vita & honeſta.cleric.quia delictum clerici eccleſia nocere non poteſt, vide Feder.conſi.cc.ſecus ſi ſunt ſuæ,non eccleſiæ. ¶ Tertiũ. Clerici ſoluere non debent gabellam pro vino aut frumento quod ex ſua præbenda habitum vendunt,ſecundum Bald. Pet.& Cy.in l.omnis.C.de epi.& cle.nec etiã ad portã.& idẽ Barto.in d.l placet.nec etiam de patrimonio debent ſoluere pedagia vel gabellas ſecundum Panor.in d.c.fin.& facit cle. præſenti.de cenſi.&.c.quanquam.eo.ti.lib.vj.¶ Quartũ. Poſito quòd propter debita aut aliud conſules gabellã ponant ſuper carne aut vino & huiuſmodi,quam eccleſiæ ſoluũt in-

dircċtè,cùm emāt carius,ſecundū Richar.in quol.cui conſentit Aſten.lib.vj.tit.xxx.diſtinguendū eſt.Nā ſi eā ponūt propter abuſum & exceſſum eorū,ſcilicet quod fecerūt,ſic nō licitè ponunt,ſed ſoluant de ſuo.ſi verò ponunt propter cōem vtilitatē tam clericorū quàm laicorū,ſic licet eis.Si verò propter vtilitatē laicorum principaliter,clericorū verò indirectè&à remotis,puta q̄a ciuiū proſperitas in eccleſiæ & eccleſiaſticarū perſonarū vtilitatem redundat:iterū diſtinguitur. Nam aut faciunt animo extorquēdi pecunias ab eccleſiaſticis,quas extorquere alio modo non poſſunt:& ſic non licet. Aut non faciūt eo animo:quia etiā ſi non eſſent eccleſiaſticę perſonæ,adhuc eā imponerent.& ſic licet eis habita authoritate domini temporalis , & habita moderatione ne ponatur magis ſuper his quæ ſepius emuntur à clericis,aut ab extraneis,aut à pauperibus quàm ab alijs ciuibus: & ſic clerici conqueri non poſſunt,maximè cùm alibi poſsint emere,licet nō ita commodè.Probantur hæc ff. de noui oper.nunt.

## Rurſus ſecundò de Immunitate ſeu libertate eccleſiæ quantum ad eius violationē.

1 *Immunitas ſecundo modo conſyderata in quo cōſiſtere,& itē quid in ſe cōplecti dicatur? Et ibidem priuilegia,quæ eccleſijs conceſſa ſunt,aut à Deo,aut ab homine indulta eſſe: & id aut in vniuerſum generaliter,aut in ſpecie & certis perſonis aut locis datum. Ad quod ſubijcitur regula. Et ibidem quàm variè violari huiuſmodi priuilegia poſſint.*

2 *Immunitas ecclæſiæ qua ratione,& quādo violari cenſeatur? vbi quòd priuilegium generalis ac catholicæ eccleſiæ duobus modis intelligendum ſit.*

3 *Libertas eccleſiæ nū imminui,ac violari ob hoc dicatur,quòd cōitas id ſtatuat,ne per ſuos iudices Eccleſiaſticis ius reddatur? Et quid ſi ſtatuto cautū ſit,ne quis allegare præſumat,quē ex prælatis iuriſdictionē quaſi epiſcopalē in certo loco nō habere.*

4 *Violato certæ ac ſingularis eccleſiæ priuilegio,nū ob id violata ac imminuta eccleſiæ libertas cenſenda ſit? Et ſubinde quid de laicorū ſtatutis ex authoritate ac præcipuè de his quæ ad eccleſias pertinent diſponētibus,licet nō directò id fiat: vt quòd bona immobilia non ſubdito non poſsint diuendi:an ſi ab eccleſia contra fiat,vtpote,quæ emat à laico,corruet contractus? Et ibidem in hoc Ioan.and.conſilium.*

5 *Statuto dictante donationē ipſo iure inefficacem futurā , quæ poteſtati intra menſem denuntiata nō fuerit, aut teſtamentū in publica documenta non redactum,an huiuſmodi ſolēnitate omiſſa donatio,aut teſtamentum eccleſiæ intuitu ac contēplatione facta,inefficacia iudicanda ſint?.*

6 *Franciſci de Alberg.dictum de ſtatuto prohibente alienationē rerum in non ſubditos,qualiter intelligi debeat,vt huiuſmodi ſtatuto eccleſia,quanquam non ſubdita,non cōtineatur. Et ibidem de quadam Bart.cautione & conſilio.*

7 *Statuto diſponente,vt nullus forenſis beneficium eccleſiaſticum obtinere,vel eius poſſeſsionem apprehēdere,citra communitatis conſenſum poſsit,num libertas eccleſiaſtica ex hoc ſtatuto violari dicenda ſit? Et quid ſit de ciue? Et ibidem,quid ſi ſtatutum à laicis factū eccleſiaſticam libertatem violans,à clericis vnius eccleſiæ aduerſus aliam fiat,num libertatem eccleſiaſticam violare dicatur.*

8 *Violantes eccleſiaſticā libertatem,qua pœna plectēdi ſint. Et quid de inducentibus aduerſum immunitatem eccleſiaſticā ſtatuta. Et quid de clericis aut eccleſijs collectas indicentibus?*

1 IMMVNITAS † ſeu libertas eccleſiaſtica ſecundò cōſiderari poteſt quantum ad violationē,quādo ſcilicet & quo modo agat cōtra eam,& violetur,& quæ violantiū ſit pœna. ¶ Primò verò quæritur,in quo conſiſtat,& quid comprehendat dicta immunitas? Et dico quòd licet patere poſsit ex titulo priore:abundantius tamē ex Franc.de Zab.in repetitione decretalis,perpēdimus.de ſent.exc.vt recitat Arch.tertia parte.tit.xij.iſta immunitas vel libertas ſeu excēptio eccleſiæ in perſonis,rebus, iuribus,cōprehendit omnia priuilegia collata eccleſiæ à Deo vel hominibus:quibus libera eſt ab oneribus,quibus alij ſubijciūtur.de quibus ſ.Eccleſia.j.§.iiij.& ſ.Immunitas.primò per totum & ſparſim per totū hoc opus. Quorum priuilegiorum quædam ſunt data à Deo: vt illud, quodcunq; ligaueris ſuper terrā. Matt.xvj . & xiiij.q.j.quodcunq;.Quædam verò à papa:vt illud , ſi quis ſuadente.xvij.q.iiij.Quædā ab Imperatore,quæ aliquando cōceduntur loco, vt quòd loco ſacro non fiat iniuria: & aliquando autē eccleſiæ generaliter,id eſt,toti cōgregationi fideliū.C.de ſac.ſan.ecc.l.j.Aliquando minus generaliter:vt omnibus eccleſiaſticis,vel epiſcopis,vel alijs ordinibus clericorum.C.de epiſc.& cler.l.nemo.& multa alia quæ proſequitur Inn.in c.nouerit.eo.ti.Quædam verò data ſunt ab inferioribus:vt de reſtit.in integ.auditis.& de fide inſtr.inter.& de decim.ad audiētiam.de quibus datur regula generalis,quòd quilibet poteſt eccleſiæ dare priuilegiū in his quę ad ſe ſpectāt:de dona.cū dilecti.priuilegiū tn̄ generale cōcedere,ad ſolū principem ſpectat,papā ſcilicet & imperatorē,cùm ad eū ſolū ſpectet vniuerſaliter diſponere de orbe.ix.q.iij.cūcta.& c.per principalē.& de ſupa.ad honorē.Quędā rurſus priuilegia ſunt generalia,id eſt,cōceſſa toti eccleſiæ:vt illud,ſi quis ſuadēte.Quædā pticularia ſeu ſpecialia,vt cōceſſa alicui ordini vel particulari eccleſiæ: vt de reſcr.cū ordinē.& de præſcr.c.auditis. Quædam rurſus ſunt pſonalia,id eſt,cōcernentia perſonas clericorū:vt quòd clericus ſine excōicatione percuti non poſsit.d.c.ſi quis ſuadente.nec corā laico iudice cōueniri.de for.cōpe.c.ij.Quędā realia,id eſt,cōcernētia res & iura clericorū & eccleſiarum: vt C.de epiſ.& cle.l.generaliter.& de vit.& hon.cle.c.fi.Hæc ex illo.Cui adde quòd dupliciter iſta priuilegia violātur,ſcilicet ſimplici facto.& in hoc nō inciditur ſemper in excōicationem,ſed interdū vt dicetur:aliquando per ſtatutū, & tūc ſecus.

2 ¶ Secūdo † quæritur,quomodo aut quandō dicatur eccleſiaſtica libertas vel immunitas violari? Et dico ſic: Circa hoc dicit Inn.quòd non violatur violatis priuilegijs particulariū eccleſiarū:ſed violatis illis, quæ cōceduntur eccleſiæ vniuerſali.Bar.aūt ff.qua.rer.act.nō da.de leg.j.§.quæ onerādæ.dicit fieri contra libertatē eccleſiæ,quando fit aliqua diſpoſitio vel ſtatutū.per quod clerici efficiuntur timidiores:quod non nego.ſed fit etiā contra eā,cùm fit cōtra priuilegia vniuerſalis eccleſiæ ſecundū Inn.Fran.aūt Zab.vbi ſ.dicit cōtra libertatē eccleſię eſſe,quoties tollitur vel minuitur libertas eccleſiæ etiam particularis: quando illa libertas non eſt vnius eccleſiæ particularis,ſed generalis aliorū:vt de immu.ecc.ca.j.lib.vj.in verbo,lędere,vel minuere.Et infra. Et violatio libertatis eccleſię ſi laici aliquid diſponūt authorizabiliter in aliquo de rebus eccleſiaſticis:vt diſt.xcvj.bene.& de cōſti.eccleſia.& ſic cōſuluit do.Lap.optimus in iure canonico theoricus & practicus.Et tandē cōcludit quòd fit cōtra libertatē eccleſiæ q̄ncunq; violatur priuilegiū cōceſſum ſup generali libertate eccleſiæ:& hoc ſiue violetur quo ad oēs eccleſias & clericos,ſiue quo ad vnam eccleſiam vel clericum : quia oēs eccleſiæ ſunt vna.xxiij.quæſtio.j.loquitur.& de ſum. Trinit.cap.j.ſecus de libertate particularis eccleſiæ,id eſt,non competenti generali eccleſiæ.Hæc ille valde bene, intelligendo quòd priuilegium generalis eccleſiæ dupliciter intelligitur: ſcilicet vt cōueniat omnibus fidelibus, & vt cōueniat omnibus clericis vel eccleſiaſticis:vt priuilegium fori & canonis ſi quis ſuadente.quæ violando non eſt dubium quin eccleſiæ libertas violetur.

3 ¶ Tertiò † quæritur,vtrum violetur eccleſiæ libertas, ſi communitas ſtatuat ne per ſuos iudices reddatur ius alicui prælato,puta epiſcopo cōtra ſuos debitores? Et dico q̄ prima facie ſcd̄m dictum Inno.nō videtur violari:quia ſcilicet fit cōtra particularem eccleſiam: & ſicut potuiſſet ex toto ciuitas reuocare iuriſdictionem à ſuis iudicibus , ita in parte limitare.ff.de off.dele.paſtoralis.ſed tamē ſcd̄m Zab. hoc non eſt verū.& ratio eſt:quia fit contra priuilegiū cōceſſum omnibus clericis.C.de epiſ.& cle.auth.ſtatuimus. & hoc probat tex.de excep.c.ij.lib.vj.quia hic nō læditur particularis prælatus tātùm,ſed tota vniuerſalis eccleſia & eius libertas:ſicut & cùm vnus clericus cōuenitur corā iudice laico,fit iniuria toti ordini clericali.xj.q.j.inolita. & de foro cōpeten.ſi diligenti.Et ſimiliter quum ab vna eccleſia particulari exigantur collectæ per laicos:quia violatur libertas eccleſiaſtica,de qua in c nouimus.de immu.eccl.& eo.tit.c. clericis.lib. vj. Violatur tamen hæc libertas eccleſiæ indirectè ſicut de imm.eccl.c.fi.lib.vj.vbi dicit̄ violare eā,ſtatuens q̄ nullus co quat panem clericis,vel cōtrahat cum eis. ¶ Quartò quærit̄, quid ſi ſtatuto cauetur q̄ nullus præſumat allegare quòd aliquis præpoſitus,puta Pratenſis eccleſiæ non habeat iuriſdictionem quaſi epiſcopalem in loco? Et dicit idem Zabarella patere ex dictis quòd turbans iuriſdictionem vnius ordinarij facit iniuriam eccleſiæ vniuerſali:vnde prædictum ſtatutum eſt contra eccleſiaſticā libertatem:quia per illud violatur libertas epiſcopi diœceſani,qui in ſpirituali iuriſdictione fundat intentionem de iure communi in tota diœceſi:vt de off.ordi.c.j.& eo.tit.c.cùm epiſcopus.lib.vj. ita quòd nullus inferior poteſt habere iuriſdictionem in tota diœceſi. Item eſt violatio libertatis,ſi laici authorizabiliter diſponūt de rebus eccleſiæ,vt dictū eſt.

4 ¶ Quintò † quid ſi violetur particulare priuilegiū particularis eccleſiæ vel particularis ordinis:puta illud Ciſtercien.de quo de præſcri.cū ordinem. vt ſi legatus apoſtolicus vrget Ciſtercienſem ad reſpondendū corā ſe per reſcriptū,non faciens de ordine eorū mentionē? Et dicit idē quòd non eſt cōtra eccleſiæ libertatem: quia oportet hoc casu citatum allegare ſuum priuilegiū . fortè enim negabitur eſſe Ciſtercien.quod ſi notorium ſit, videtur obligari ad veniendum vt proponat:quia licet excuſetur ab onere probandi,non tamen proponendi:vt de accu.veniens . Patet etiā ad hoc quæſitū ex dictis ſ.§.ij. ¶ Sextò , quid de ſtatutis laicorū diſponentibus authorizabiliter,& præcipuè de aliquibus concernentibus eccleſias,etſi non directè,puta quia aliqua bona immobilia vendi non poſſunt non ſubdito communis,& annullant contractum ſi fiat: nunquid deſtruetur contractus,ſi laicus vendat eccleſiæ obſtante ſtatuto ? Et dicit Zaba.quòd ſecundum Fran.de Albergo.quia ſtatutum non eſt contra libertatem eccleſiæ:quia in contrahendo eccleſia non fungitur iure ſpeciali,ſed communi cum alijs : & conſequenter in hoc eccleſiæ libertas non verſatur,quæ non omnibus,ſed eccleſiæ tantùm conuenit.ar.ff.de leg.iij.l.Legatum.Sed Ioan.Cal.conſuluit contrarium , ſcilicet quod in tali ſtatuto non includuntur eccleſiæ nec eccleſiaſticæ perſonæ : quia ſi ſtatutum hoc exprimeret,eſſet illicitum in eo quod prohibetur contractum de ſe licitum fieri cum eccleſia. ad quod de priuilegijs c.quanto.& de immu.eccl.c.finali.libro vj.ſed nec in generalibus includitur eccleſia,ad quod de mag.conſilio hoc tenet Ioann.Andreas in dict.cap . finali, dicens q̄ tale ſtatutum quo ad prohibendos contractus factos cum non ſubditis laicis, bene valet,per l. dudum.in fin. ff.de contrahend.emp.iuncta l.cum ita.ſed in eccleſijs ſecus , quæ priuilegiatæ in donationibus vt fieri poſsint in eccleſiam.C.de ſacroſanct.eccleſijs.l.illud . & ſic ſuper alijs contractibus vt tranſeat dominiū in eccleſiā ſine traditione. eodē titulo.l.finali.Item ſic intelligendo etiā cōtra libertatem eccleſiæ.de conſtitutio.c.eccleſia.& ſi fuiſſet expreſſum,ſtatuentes,& qui ſeruare facerent,eſſent excommunicati.vt eodem titulo.nouerint.Et dicit idem Io.Andr . non eſſe abſurdum dicere quòd iudex eccleſiaſticus poſſet cogere illos,ad quos pertinet declarare ſtatutum illud non reſpicere cōtractus faciendos cum eccleſia : quia etſi non de iure , tamen de facto impeditur per illud vtilitas eccleſiæ , vt de arbi.peruenit. Et idem determinauit Oldr. de quo Fede.conſi.lxxvij.

¶ Septimò † quid ſi ſtatutum diſponat quòd donatio ſit ipſo iure nulla,niſi poteſtati denuntietur intra menſem:aut quòd non valeat teſtamentum,niſi fuerit regiſtratum in memorialibus communitatis intra certū diem , vtrū teneat donatio & teſtamentum reſpectu eccleſiæ nō ſeruata tali forma? Et tenuit Ioan.Cal.ſtatutum quo ad eccleſiam non ligare per ſupra poſitas rationes.Zab. autem arguens in contrarium poſt multas rationes,dicit quòd tunc talia ſtatuta nō tenent,cùm apparere poſsit ea vergere in derogationem eccleſiaſticæ libertatis.quod quando fiat ſic diſtinguendo docet. Nam ſi in eis fiat mentio de eccleſiaſtica vel eccleſiaſticis perſonis, eo ipſo apparet quòd ſunt contra libertatē eccleſiæ in eo quod laici ſtatuunt de non pertinentibus ad ſe,per c.fi.de reb.eccl. non alie.Si verò de eis nulla fiat mentio,vt in duabus prædictis quæſtionibus:tunc aut ſtatutum non ſimpliciter prohibet contractum,ſed certam formam requirit:puta quòd nō valeat donatio niſi inſinuata poteſtati:aut ſimpliciter prohibet contractum . Si prohibet contractum , non ſimpliciter, ſed ſub certa forma: aut illa eſt ſine magna difficultate obſeruabilis,aut non. & ſi eſt ſine magna difficultate obſeruabilis:aut adijcitur contractui,qui de ſui natura eſt de foro eccleſiaſtico,vt ſuper legato vel alijs contractibus ad pias cauſas:aut adijcitur alteri contractui.Igitur ſi prohibet ſub certa forma ſine magna difficultate obſeruabili cōtractum,qui de ſui natura ſit de foro eccleſiaſtico:non tenet,tanquam de non pertinentibus ad iuriſdictionem ſtatuentis, cùm talium regulatio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectet:vt de teſta.non quidem.& C.de epiſ.& cle.l.nonnulli.Si verò ſub forma ſine magna difficultate obſeruabili prohibet cōtractū,qui de natura ſua ſit de foro iudicis ſecularis,vt regulariter ſunt oēs contractus & diſpoſitiones laicorum :,tunc per hoc eccleſiæ libertas non violatur in aliquo : quia quamuis eccleſijs & eccleſiaſticis perſonis fauendum ſit:non tamen ita vt turbetur iuriſdictio laicorum, vt de iudi . nouit . quod maximè dico: quia ex iuſtis cauſis talia ſtatuta iuſtificari poſſunt:ne ſcilicet bona ad nutum habentium in non ſubditos alienentur:ſed ſolùm ſubeſt cauſa rationabilis : aliàs de facili poſſet ciuitas exui tributarijs & alijs ſuſtinentibus onera cōmunitatis:& idcirco ſi diſponat ſtatutum quòd venditio non teneat niſi fiat proclamatio in palatio,ſi quis velit in aliquo contradicere, vel niſi alienans ſi annorum xxx.vel niſi interſint duo proximiores:non tenebit alienatio facta in eccleſiam tali forma non ſeruata:quia in hoc nullo ſpeciali iure munita eſt eccleſia:nec in aliquo per hoc ſibi præiudicabitur . Si verò forma adiecta non eſt ſine magna difficultate ſeruabilis:dicit idem ſicut & quando contractus præciſè prohibetur,comparando in hoc difficultatem impoſsibilitati:vt de iureiur.cap.breui. & hoc intelligendo de difficultate,quæ ſit maxima , & talis quod cenſeatur impoſsibilitas.Et per hoc deciditur alia quæſtio.Cùm enim ſit ſtatutum quòd non fiat tranſlatio immobilium in non ſubeuntem onera communitatis,niſi de licentia communitatis vel habentis ius communitatis:ſi quæritur vtrum teneat trāſlatio facta in eccleſiam nō ſeruata tali forma 5

ma reſpondetur quòd ſic.nec poteſt dici nulla:quia cùm talis obtentio licentię dependeat ab vno ſolùm, habetur pro impoſsibili:vnde tale ſtatutũ eſt ita limitandũ quòd non extendatur ad eccleſias. Et idem dicendum eſt ſi difficultas ſit magna, quanuis non tanta quòd cenſeatur pro impoſsibili. Quando autem difficultas dicatur talis & quando non,patet per exempla ſ.& j.poſita,in quo permaximè debent attendi circunſtantiæ,ex quibus actus variatur:vt de iureiu.cũ quidã. Si verò ſtatutũ prohibet contractum ſimpliciter: vt cùm diſponit bona in non ſubditũ transferri nõ poſſe,vel in nõ ſubeuntem onera cõmunitatis: tunc ſi cõtractus eſt de foro eccleſiæ,non tenet ſtatutũ,ſicut dictũ eſt in alio membro præcedenti:ſed ſi nõ eſt de foro eccleſiaſtico,vt cùm ꝓhibet vendi non ſuſtinenti onera communitatis: tunc aut ex obſeruantia eius multùm præiudicatur eccleſiæ,aut parum,vel nihil. Si multùm præiudicatur eccleſiæ:ad illã vel clericos nõ extenditur:ſicut eſt ſtatutum prædictum quod prohibet vendi non ſuſtinentibus onera cõmunitatis:quia licet ea non ſuſtineant:vt de immu.eccl.nouimus. nõ tamen propter hoc debent minus bene tractari,quàm laici illa ſuſtinentes:aliàs priuilegium eccleſiæ eſſet damnoſum,contra illud de reg.iu.c. quod ob gratiam.lib.vj. Item ex hoc violaretur libertas immunitatis eccleſiæ,ex quo per eũ efficerentur deterioris cõditionis:vt de priui.quanto. Sed ſi nullum vel parũ præiudicium ex eius obſeruantia inferretur,ſuſtineri poſſet: puta ſi diſponit,arma non alienari in non ſubditos, vel quid ſimile, de his quæ clericis iure prohibentur: vt ꝙ reciperentur gabellæ ab omnibus qui deferunt res cauſa negotiationis,&huiuſmodi:extra ne cle.vel mo.per totum.imò etiã ſi ſunt talia quæ poſſent cõpetere clericis:dũ tamen nõ ſit notabile præiudicium eccleſiarum: & appareat cauſa rationabilis aliqua, propter quam moti ſunt ſtatuentes.Procedunt hęc de radice iuris,&innituntur maxima æquitate,vt eccleſiæ cõſeruentur in iure ſuo,& laicorũ iuriſdictio nõ ex toto confundatur. ad
6 quod accedit xj.q.j.peruenit.Quod†autem dicit Fran.de Alberg.quòd per ſtatutũ prohibens alienationem rerũ in non ſubditos,non agitur cõtra libertatẽ eccleſiæ:eſt verũ de non ſubdito,id eſt,de alieno territorio:nõ autem de nõ ſubdito, id eſt,exempto:vt clerici & eccleſiæ:quia priuilegium clericorũ nõ debet eis eſſe damnoſum:quod eſſet,ſi excluderentur à beneficio quod habent ciues & ſubditi: quo etiã ipſi debent gaudere.de foro comp.dilecti.Dictũ etiam Bar.de quo ſuprà Excommunicatio.viij.excommunicatione quinta,particula quinta.qui dat conſiliũ vt omnia prædia ciuiũ fiant tributaria communis, vt ſic ad eccleſiam tranſeant cum onere ſuo:non procedit in Italia:cùm in ea prædia nõ ſint tributaria.C.de epiſ.& cle.l.de his.ſed appareret factum in fraudem eccleſiæ,maximè ſi tributum eſſet maximum,& ſolùm eſſet impoſitum,& non exigeretur:vnde communiter à modernis non tenetur licitè fieri poſſe illud conſilium.Et ex hoc apparet ſtatutum Florentiæ factum circa annum Domini M.cccxxv.quòd omnia immobilia tunc inuenta apud laicos, ſeu portantes onera communitatis,tranſirent cum onere impoſitionum communitatis, in quemcunq; trãſirent, non poſſe ad clericos vel eccleſias extendi,ſi emant vel eis teſtamento legentur:cùm non fuerint ab antiquo tributaria, nec ſeruatus ſit modus datus à Bart.qui tamen licitus non reputatur,
7 quia in fraudem factus. ¶Octauò, †quid ſi ſtatuatur vt nullus forenſis poſ…t obtinere eccleſiaſticum beneficium, vel eius capere poſſeſsionem, niſi prius obtineretur in concilio ciuitatis? Et dicit Arch.& Zaba.communiter teneri hoc eſſe contra eccleſiaſticam libertatem, & ita declaratum per papam.Et idem eſſet ſi hoc ſtatueretur de ciue.¶Nonò quæritur,vtrum ſtatutum quo violatur eccleſiaſtica libertas ſi fiat à laicis,eam violet ſi fiat à clericis vnius eccleſiæ contra aliã: vt ſi aliqui canonici ſtatuant ne quis de ſua parochia ad funus vocet religioſos niſi vocet totum capitulũ? Et dico quòd ſic: quia poſſe diuinas laudes circa funera perſoluere tanquã Dei miniſtros,& inde aliquid eleemoſynaliter accipere,eſt priuilegium totius cleri: vnde eo violatur eccleſiaſtica libertas: quod patet,quia eam violant laici reſtringendo huiuſmodi funeralia etiã circa particularem vnam eccleſiam.quod tantò eſt deterius,quantò grauamen ab eccleſia infertur eccleſiæ ac ſi idem non amet ſeipſum.Sicut enim ſecundũ S.Tho. in iij. cæteris paribus melius eſt bene facere amico & cõiunctiori quàm alijs,ita ecõtrario ei malè facere peius eſt.¶Decimò†quæritur,quæ ſit pœna violantiũ eccleſiaſticã immu- 8
nitatem? Et dico quòd ſi violetur ſtatuto, pœna eſt ſemp excommunicatio latæ ſententiæ:vt ſuprà Excommunicatio.ix. §.x.Si verò violetur ſimplici facto, ſemper eſt mortale in re notabili:quia eſt contra iuſtitiam, ex quo talis immunitas ei debetur.Aliquando verò pœna eſt excommunicatio non latæ ſed ferendæ ſententiæ,quomodo intelligo dictum Goſ.dicentis quòd qui aliquo modo eccleſiam violant vel perſonas, vel ab ipſis rapiunt violenter,ſeu vſurpant bona ipſarum,ſacrilegium cõmittunt:& excõmunicandi ſunt.xvij.q.iiij.nullus.&.c.ſi quis deinceps.quę dicta intellige circa caſus ſtatim dicendos. Aliquando enim pœna eſt excommunicatio latæ ſententiæ:ſicut circa incendiarios & effractores ſacrorum locorum,& occupantes bona vacantium eccleſiarum, & vſurpantes in eccleſijs vel alijs pijs locis guardiam vel ius patronatus de nouo,& circa multos alios,de quibus habes ſuprà in tractatu de excommunicatiõibus,in diuerſis titulis.Sed quia dictæ pœnæ ſunt ſpirituales,etiam pœna pecuniaria huiuſmodi eccleſiaſticæ libertatis violatores puniendi ſunt,quandoq; quidẽ maiori,quãdoq; verò minori.xvij.q. iiij.q ſquis.q́d iudicis arbitrio relinquendum eſt.Et perſonæ vel loco eſt pecunia dãda,cui iniuria facta eſt.ea.q.ſi quis in atrio. Specialiter autem dicit Alb.in auth.caſſa.C.de ſac.ſan.eccl. quòd facientes ſtatuta contra libertatem eccleſiaſticam, puniuntur pœna priuationis iuriſdictionis & mille marcharũ:& rectores,ſtatuarij,ſcriptores,iudicantes ſecundum talia ſtatuta ipſo iure ſunt infames,& eorum ſententiæ nullæ, & alij actus legitimi nihil valent,vt patet in corpore vnde hæc auth. ſumitur.quod multi habent poſt librum feudorum,& eſt conſtitutio Federici iunioris.Specialiter etiam ſecundum Pan.in c.aduerſus.de imm.eccl.dñs Ant.in ſuis reperto.voluit quòd eccleſias vel clericos collectãtes,id eſt,collectas illis imponẽtes,poſtquã poſt monitionẽ excõicati fuerint p̃ c.nõ minus, ſiue tolerent ſiue ignorent,eorũ ſententię aut ſtatuta ipſo iure nõ teneãt,ſiue cõtra eccleſiã,ſiue cõtra quãcunq; perſonã etiam laicã edita ſint.Alij autem volũt quòd ſubitò, ex quo cũ effectu collectauerũt,ipſo iure ſint nullę. cuius opinionis videt̃ Pan.& placet:quia ex verbis ꝓœmij colligit̃ mens diſponentis.ff.de hære.inſt.l.fi.& p̃ Bar.in l.ambitioſa.ff.de decre.ab or.fa.ex quo patet quòd d.c.aduerſus.voluit aliq̃d addere ad ius antiquũ:quod patet ibidem in verbo, adijcimus.

## Rurſus de eccleſiæ immunitate.iij.ſpecialiter quantum ad confugientes ad eccleſiam.

1 *Immunitas eccleſiaſtica tertio modo cõſiderata, puta quæ ad tutelã & aſylũ perſonarũ ad eccleſias cõfugiẽtiũ in quo conſiſtat, & quã latè porrigatur? Et ea quæ loca gaudeãt ac fruãtur. Et quid de his qui ad Chriſti ſacroſanctũ corpus cõfugiũt.*

2 *Immunitatis eccleſiæ quot hominum genera participes non ſint. Et contrà, qui participes ſint, exinde traditur.*



3 *Fugiens ad eccleſiam propter æs alienũ, num exinde extrahi debeat? Et ibidẽ Canon. ac Leguleiorum de hac re diffinitio.*

4 *Ad eccleſiam qui confugit, quo modo, & quatenus ab ea defendi debeat? Et num qui ab eccleſia abijt, ad quam ſemel confugerat prius, de eodem flagitio, ob quod in illam cõfugerat, deinceps corporaliter damnari poſsit?*

5 *Ad eccleſiam confugiens, cuius impendio foueri debeat.*

6 *Immunitatis eccleſiæ quiſnam violator intelligendus ſit.*

7 *Exportãs quempiã de platea, vt illũ extra plateã feriat, eũq; ibidẽ demũ percutiat, an pœna percutientis in platea, puniendus ſit? vbi Bar. egregia deciſio. Et quid de eo qui nõ exportauit, ſed alioqui effugauit, ac mox extra plateam percuſsit.*

8 *Statuto cauẽte quẽlibet poſſe in ſuã poſſeſ. ingredientẽ impunè pcutere, quid ſi ibidẽ impetere ac ferire nequeo, extra autem proſecutus percutio? vbi Bar. dictũ & declaratur & limitatur*

9 *Qui eſt in eccleſia, mandat delictum extra eccleſiam committi: vel contra: num immunitatem eccleſiæ infringere dicatur? aut ſi ad eccleſiam confugiat, ea gaudere debeat?*

10 *Locus delicti an ſit vbi mandatur, vel vbi patratur.*

11 *Immunitate indignũ violẽter extrahẽs, an reſtituere teneatur.*

12 *Pœna extrahẽtis quẽ ab eccleſia, vel loco immunita. qualis ſit.*

1 IMMVNITAS†eccleſiæ tertiò cõſiderari poteſt ſpecialiter quantũ ad malefactores vel alios ad eã confugiẽtes: quæ immunitas in hoc ipſo cõſiſtit.Primò ꝙ nullus quãcunq; malefactor cõfugiens ad eccleſiã vel ſpatiũ priuilegiatũ circa ipſam,de quo infrà,debet per vim abſtrahi.Secũdò ꝙ de cætero pro eodẽ maleficio puniri nõ põt morte vel pœna corporali,ſecundũ Pan.in c.inter alia.e.ti.ſed debet ab eccleſia defendi,,niſi in caſibus,de quibus j.§.ij.& iiij.vt in c. ſicut antiqtus.xvij.q.iiij.¶Primò ergò quęrit̃,quæ loca gaudeãt iſta immunitate? Et dico ꝙ omnis eccleſia cõſecrata,& etiã nõ cõſecrata,ſed tamẽ ep̃i authoritate fundata & interdicta,vt ſ.Immunitas.j.§.j.& ſimiliter hoſpitalia ac priuata oratoria,ſi dicta ſint authoritate fundata: & palatiũ epiſcopi etiã ſi nõ ſit cõiunctũ eccleſiæ.xvij.q.iiij.id cõſtituimus. q̃d c.abſolutè.loquitur de domo epiſcopi, etiã ſi ſit extra ſpatiũ priuilegiatũ,ſecundũ Pan.quẽ de prædictis omnibus vide ſi vis extra eo.eccleſię.& ſimiliter ſpatiũ in circuitu eccleſię xl. paſſuũ quo ad maiorẽ,id eſt,matricẽ,& xxx.quo ad minores eccleſias.xvij.q.iiij.ſicut.vbi dicit gl.ꝙ paſſus ſecundũ Iſi. eſt menſura quinq; pedũ.pes aũt ſpatiũ xxv.digitorũ. quod tamẽ nõ tenet in capellis quę ſunt in ambitu caſtellorũ, vbi ꝓpter loci anguſtiã obſeruari nõ põt:vt vij.q.iiij.quiſq́s.ſimiliter & religioſorũ monaſteria,ſecundũ Arch.Et ſecundũ Hoſt.licet non ſit expreſſum in iure,etiã corpus chriſti hac gaudet immunitate,vt cõfugiẽs ad illud debeat eſſe tutus:puta ſi obuiauerit ſacerdoti illud portãti,& ſe adiũxerit:quia vbi eſt ratio maior,ibi & ius maius.& mulier tangẽs fimbriã Chriſti ſanata eſt,Mat.ix.Nec tamẽ ſic ſaluatur dãnatus ad mortẽ recipiens corpus Chriſti:quia occiditur,licet ratiõabiliter in aliã diẽ differatur.Et ratio eſt,ſecundũ eũ,quia ad eccleſiã fugiẽs liber ad eã venit,ideoq; debet in ea libertate defendi:corpus aũt Chriſti datũ in eo qui eſt in carcere,nõ inuenit libertatẽ.
2 ¶Secundò†quęritur,quid de numero fugientiũ ad dicta loca hac immunitate nõ gaudeant,nec ſint tuti? Et dico ꝙ tria genera perſonarũ.¶Primũ eſt latronũ publicorũ,id eſt.ſecũdũ Pan.in c.inter alia.eo.ti.qui palã & publicè furãtur:vel publicè ſtant ad ſtratas,vel in caſtris,vt trãſeuntes prædentur. ¶Secundũ eſt eorũ,qui ſunt nocturni populatores agrorũ,id eſt,ſecundũ Innoc.qui nocte agros populãtur &vaſtant:ſiue etiã ſecundũ Pan.qui noctu obſidẽt ſtratas.tales eñ abſtrahi ab eccleſia poſſunt,xvij.q.iiij.ſicut.& extra eod. inter alia. ¶Tertium eſt eorum,qui maleficiũ aliquod enorme cõmittunt in cœmeterio vel eccleſia ſub ſpe quòd ab illa defendãter.quod ſecundũ Hoſt.ſemper præſumitur niſi probetur cõtrariũ,qui ab eadẽ eccleſia nõ defendũtur.extra eo.immunitatẽ.nec etiã ab alia ſi ad eã confugiãt,ſecundũ Veruec.quia cùm vna ſit per orbẽ eccleſia,licet ſint multæ particulares, qui facit iniuriã vni eccleſiæ,omnibus facit.Cõtrariũ tamen de cõſuetudine ſeruatur apud aliquos,fortè putãtes ſecundũ eundẽ ꝙ ſicut minor vtitur ſuo priuilegio cõtra aliũ minorẽ: ita vna eccleſia cõtra aliã.Et licet d.c.immunitatẽ,loquatur de homicidio & mutilatione,tamẽ ſecundũ Pan.ibi locũ habet in omnibus alijs grauibus delictis propter identitatẽ rationis.vnde ſecus in nõ enormibus ibi cõmiſſis: quia gaudet. Si aũt cõmiſit quis maleficiũ in eccleſia vel cœmeterio, ſed nõ ſub prædicta ſpe.ſecundũ Pan.non defenditur:aliàs nõ habet locũ ratio illius c.quę eſt in eccleſia vel cœmeterio delinquere ſub prędicta ſpe.Qui etiã ſub prædicta ſpe extra eccleſiam vel cœmeteriũ delinquit,gaudet immunitate:arg. d.c. immunitatẽ.& de hoc etiã vide §.ſeq. particula v. ¶ Quartũ genus ſecundũ Petr.de An. eſt raptorũ virginũ, adulterorũ, & homicidarũ,per authen.de man.prin.§. quod ſi delinquentes.tamẽ cõmuniter tenetur,&verius,quòd illa authẽ.per ius canonicũ eſt correcta,& quòd ſolũ excipiãtur prædicta tria genera:& quartũ quod excipitur ſecundũ quid,id eſt, ſeruorũ,qui ſi pręſtita à domino cautione de impunitate exire nolint de eccleſia,inuiti cõpellũtur,& reddũtur domino.xvij.q. iiij.id conſtituimus.& extra eod.inter.¶Tertiò quæritur,qui gaudeant prædicta immunitate confugij? Et dico in genere quòd omnes,prædictis exceptis,etiam Iudęi & Pagani,ſecũdum Hoſtien.Bern.& Inn.ſed quia de multis poteſt eſſe dubiũ,multa ſpecialiter dico.¶Primũ.Iudæus ad eccleſiam fugiens,gaudet iſta immunitate,ſecundũ gloſ.in d.c.inter alia. de immu.eccle.& Innoc.& Hoſt.& Bern.&Veruec. ſecundũ gloſ.verò in l.j.C.de his qui ad eccle.confug. non gaudet. & hoc Pan.in d.c.inter.dicit eſſe verius:quia lex prædicta inducit præſumptionem iuris & de iure,contra quã non admittitur probatio.diſt. 50.ferrum.quia confugit nõ propter zelũ fidei:ſed propter euaſionem debitorum vel criminum.Sum. verò Angel.contra Supple.tenentem indiſtinctè quòd gaudet,diſtinguit quia gaudet ſi petit baptiſmum:aliàs non:quia videtur veniſſe vt effugiat,non cauſa fidei.Sed ego dico cum prima opinione indiſtinctè quòd gaudet:quia gratioſam conſtitutionẽ non excipientem eum,nos reſtringere non debemus:maximè quia motiuum aliorum eſt friuolum: quia malefactores ad eccleſiam confugiẽtes iure defendendi pro maiori parte confugiunt timore pœnarum,quàm zelo fidei vel religionis.¶Secundum.De Pagano idem quod de iudæo tenet Innoc.Bern.& Hoſt.&Veruec.quòd gaudet.& ita tenet non obſtante quòd Panorm.videtur velle vbi ſuprà quòd ſolus catholicus gaudeat. De excommunicato verò licet quidã dubitent,tamen idẽ ſentit Veruec.quod de prædictis. & hoc tene:quia lex eum non excipit:licet idem Veruec. ſequendã dicat in hoc conſuetudinem approbatam. Et idem puto de hæretico quantum ad maleficia alia ab hæreſi. ¶Tertium. Clerici & religioſi hac immunitate non gaudent ſecundum Panorm.in dicto capit.inter alia.ſi iudex eccleſiaſticus cauſa diſciplinæ vult eos de eccleſia extrahere & flagellare, vel in carcerem trudere:quod apertiſsima ratione probatur, præſertim in religioſis,qui rarò aut nunquam exeunt clauſtrum monaſterij:quia in monaſterio ſecundum eorum regulam & iura communia per ſuperiores poſſunt in monaſterio arceri, verberari,& incarcerari:& ſi opus eſt de monaſterio expelli,& in arctiori detrudi:vt in c.vniuerſitatis.de ſentẽ.excom-

municat.¶Quartum.Fugientes ad eccleſiam tempore belli gaudent hac immunitate,ſi eam non incaſtellarunt,aut inde non pugnarunt.ar.c.fi.eo.tit.nec capi debent res eorum ibidem repoſitæ,niſi eſſent de non gaudētibus hac immunitate.xvij.quæſt.iiij.ſicut antiquitus.¶Quintum.Retētus & ſub iuramento redeundi dimiſſus:ſi fugiat ad eccleſiam,ſecundū Ioan.And.in addit.ad Spec.de iureiurand.non redibit, ſi iniuſtè detinebatur:maximè ſi imminet periculū mortis vel mutilationis:ſed petet abſolutionem à iuramento. Si verò iuſtè detinebatur:compellendus eſt redire,vt voluit Barto.in l.relegati.ff. de pœn. Non tamen debet pati eccleſia vt inuitus abſtrahatur,niſi præſtita cautione de impunitate mortis vel
3 mutilationis.¶Sextum.†Fugiens ad eccleſiam propter debitum,an iſto priuilegio gaudeat? Panorm.in d.c.inter alia.extra eod.dicit quòd Legiſtæ in l.præſenti.C. de his qui ad eccleſ.confug.diſtinguunt.Nam ſi debitum eſt, propter tributum,ſcilicet debitum principi,vt in auth. de mand. princip.§. publicorum verò tributorum.& ibi nota.in gloſſ.ſecundum Petr.vt refert Cyn.tenet quòd non extrahetur,ſed ibi citabitur:& ſi ſe defenderit,bene quidem:ſin autem,procedetur ad miſsionem in poſſeſsionem bonorum.& ita intelligitur d.authen.& placet Panormit.quia non potuit Imperator per ius ſuum nouiſſimum præiudicare immunitati eccleſiæ per canones conceſſæ.Si verò debitum eſt propter aliud,nō extrahetur inuitus,ſecundum omnes in d.l.præſenti. ſed in modo procedendi ſunt opiniones.Sed mihi placet opinio Iacob.de Rauen.dicentis quòd dabitur ſibi ſecuritas ſtandi & exeundi extra eccleſiā per xxx.dies:intra quos reſpondebit aduocatus ad iudicium,& iudex ſi dabit ſententiam contra eum,condēnabit quòd aut redeat ad eccleſiam,aut ſententiæ pareat.Et cum hac opin.tranſit Cyn.& adde quòd ſi nullo modo vult
4 exire,conſtituet procuratorem.¶Quartò†quæritur,quomodo ab eccleſia defendi debet qui ad illam confugit in caſu,in quo eſt iure defenſandus? Et dico quòd exceptis prædictis caſibus,de quibus dictum eſt §.ſecundo. qualitercunque aliter grauiter deliquerit,debent eccleſiæ rectores ſeruare illi vitā & membra,imò etiam immunitatem ab omni corporali tormento,ſeu pœna corporis afflictiua.xvij.qō.iiij.conſtituit. & poterunt illum petenti concedere:recepta prius ſuper impunitate eius idonea cautiōe,ſcilicet vel iuratoria tantùm,xvij.q.iiij.id conſtituimus.vel fideiuſſoria & pœnali, ſi timeatur quòd petens iuramētum non ſeruet,argu.de reſtitu.ſpo. ex tranſmiſſa.ſuper eo quod fecit is qui confugit:aliàs legitimè puniendus.extra eod.inter alia. Porrò quādiu eſt in eccleſia: nec extrahendus,nec veſtis aut victualia illi negāda, nec moleſtandus.C.de his qui ad eccle.confugi.l.præſenti. Quod ſi quis contrafecerit,ſciat ſe crimine læſæ maieſtatis irretitū, vel vltimo ſupplicio puniēdum.d.l.præſenti.& eo.tit.l.ij. Ad requiſita naturæ debitis exeat locis: ita tamen quòd ad domos alias non accedat.vij.quæſ.iiij.diffiniuit. tunc enim capi poſſet. Igitur ſicut dicit Panormit.in d.c.inter alia.talis non conſequitur prorſus remiſsionem: ſed tantùm quantum ad duo principaliter.primò vt inde violēter extrahi non poſsit. ſecundò vt amplius de illo delicto damnari non poſsit ad mortem,aut aliam pœnam corporis afflictiuam:ſed poterit damnari pecuniariter,& aliter quàm in perſona.& dum eſt in eccleſia,poterit agi contra eum non ſolùm ciuiliter, ſed etiā criminaliter ſecundum eum.Et aduerte quòd licet exeat de eccleſia,ex quo ſemel confugit ad eam:iam non poteſt de illo maleficio corporaliter damnari,ſecundum gloſſ. in capit. reum.xvij.quæſt.iiij.& fuit ſententia Hugon.& ſequitur ibi-
5 dem Archid.¶Quintò†quæritur,quis prouidebit ibi confugienti de expenſis? Et dicunt quidam indiſtinctè quòd eccleſia:vt in l.præſenti.in fine.ſicut rector carceris prouidebit captiuis.C.de epiſcop.audient.iudices.& hoc notatur xvij.quæſtio.iiij.diffiniuit.Sed melius Panorm.in d.cap.inter alia. diſtinguit poſt Hugon.& Archi.quia aut ille habet proprium: & ſibi prouidebit.aut non habet:& victum manibus quæret. aut neutrum poteſt: & prouidebit eccleſia,tāquam pauperi. Et adde quòd ſi habet proprium,& eo vti nō poteſt, & eccleſia illi ſubuenerit: tenetur ad reſtitutionē vbi ſua poterit rehabere:arg.eorum quæ dicit Sanctus Thom.quinto quolib. articu.xvij.¶Sextò†queritur,quis ſit huius immunitatis violator quaſi faciēs violentiam in eccleſia? Et dico planum eſſe de eo qui locum ſacrum ingreditur inde violenter confugam abducens: ſed circa alios,de quibus eſt dubium, dico multa.¶Primum.Qui exiſtens extra cœmeterium vel eccleſiam trahit violēter eum qui eſt intra per partem chlamidis exterius exiſtentem,offendit hanc immunitatem, ſecundum Vincentium in cap.fin.eod.tit. nam & ſic trahens clericum, incideret in canonem: ſecus ſecundum Gofred.ſi quis de loco immunitatis trahat volentem ad mortem vel aliā pœnam: quia canon ſolam violentiam condemnat,quæ non fit volenti.adde etiam ſi doló decipitur.Et idem Panor.¶Secundum. Qui exiſtens in loco immunitatis percutit exiſtentem extra ſecundum Panorm.in cap.fin.eo.titul.violat eccleſiæ immunitatem:quia delictum fuit ibi principiatum,licet alibi conſummatum:& habet locum cap.fin.eod.titul.vt ſcilicet non defendatur ab eccleſia,ſupple niſi probet ſe id non admiſiſſe ea ſpe vt protegeretur ab eccleſia.Barto.†autē in l.quod ait. 7
ff.de adulte.dicit quòd portans aliquem de platea extra plateam,& ibi illum percutiens,non punitur tanquam percutiens in platea.& ibi dicit quòd quando initium & finis loci & temporis ſunt illicita,fauore rei inſpicimus finem,ne de vtroque puniatur.Sed quando principium eſt licitum habens cauſam licitam,illud principium inſpicimus.pro quo facit optimè l.qui cum maior.ff.de bon. liber. Et per hoc ſoluitur dicta quæſtio & ſequens. Pone quòd aliquis inſultauit aliquem in platea,& fugauit eum extra plateam,ibiq́; percuſsit: non videtur eum percutere in platea. Pone alium caſum.†Statu- 8
te ſtatuto quòd quis ſine pœna poſsit in ſua poſſeſsione percutere eum qui illam ingreditur:ſi ingrediētem meam poſſeſsionem aggredior, & extra illam proſequor fugientem, ibiq́; eum percutio,licitè percutio, ſeu occido:quia initium licitum fuit. Tene menti prædicta.hæc ex illo:qui etiam ex dicta l.quod ait.infert quòd in maleficijs dicitur incontinenti fieri,quod fit vno impetu,licet duret per horas illa rixa. Sed tamen dictum Bartoli eſt verum vbi ſunt plures actiones,vt aggreſsio,ſequutio,& percuſsio.dictum verò Pan.vbi eſt vna tantùm,puta vnus motus teli proiecti, qui incipit in vno loco,in alio finitur.¶Tertium.†Qui exiſtens in eccleſia mandat delictum committi extra eccleſiam:vel contrà exiſtens extra eccleſiā mādat delictum cōmitti in eccleſia:vtrum violet immunitatem,vel gaudeat immunitate confugiens? Dicendū eſt quòd iſta queſtio depēdet ab illa,†vbi dicitur delinquere mādator in loco,ſcilicet vbi mādauit,an vbi delictū fuit expletum? Et dicó quòd tex.in clemē.paſtoralis.de re iudic.in ver.deſipiſceret.iuncta gl.videtur innuere quòd ibi delictū committat,vbi illud ſequitur vel expletur:quia ibi dicitur quòd citatio facta intra fines Imperij,citatū extra territorium conſtitutum non arctauit.& ita ſentit Bartol.in l. proponitur. ff.de fideiuſ.& in l.non ſolū.§. ſi mandato de iureiur.Sed tamen dic quòd etiam attribuetur factū in loco vbi mandatur,quando exequens exequitur neceſsitate.
¶†Septimò queritur,vtrum violenter in caſu illicito confugam extrahens de eccleſia,teneatur illum reſtituere? Et



Panor.in d.c.inter alia.cum Bar.in l.præſenti.C.de his qui ad eccle.confu.quòd de iure poteſt petere ſe reſtitui priſtinę libertati,cùm de facto ſit priuatus.& concord.Oldr.conſi.liij. etiam eccleſia poteſt agere, cùm ſit ſpoliata:vt in c.miror. xvij.q.iiij.vbi dicitur quòd eccleſia debet per excōmunicationem ad reſtitutionem compellere extrahentem, ac etiā interdicere ne à tota domo ſua recipiātur oblationes, qđ procedit etiam in extrahente ſeruum.Nec euitat iſte reſtitutionem,etiā ſi ſit dominus volens præſtare iuramentū vel cautionem de impunitate:quia iniuriæ ſatisfieri debet eccleſiæ: & iuramentū ante extractionē præſtari debet,& non poſtea. Et facit hoc ad quæſtionē an captus in alieno territorio peti poſsit? Et dico quòd ſic:p d.c.miror.& firmat Barto.in l.ſi cui.ff.de accuſ.¶†Octauò quæritur,qua pœna punitur q talem extrahit violenter,aut conſtringit,vel negat requiem,vel veſtes,vel victū? Et dico quòd de iure ciuili incurrit crimen læſæ maieſtatis,vltimo ſupplicio feriendus.d.l. præſenti. iure verò canonico debet excōmunicari,& cōdemnari pecuniariter,& imponi ſibi publica pœnitentia:nec reſtitui cōmunionem,niſi reſtituat extractū:vt in d.c.miror.iuncto c.ſi quis contumax.& cap.quiſq;.& quod ibi not.xvij.q.iiij.

1 *Impenſæ triplices,neceſſariæ, vtiles, voluntariæ,& quando repetantur.*

1 IMPENSAE†ab impendendo ſecundū Azon.ſunt triplices,ſcilicet neceſſariæ,id eſt,quibus nō factis res erat peritura,vel futura longè deterior.l.impenſæ.ff.de verb.ſig. vtiles,id eſt,quibus nō factis res non erat peritura: ſed eis factis melior efficitur:vt ſi fiat in domo feneſtra.& volūtariæ, id eſt,quibus nō factis res non erat peritura, nec eis factis eſt melior,ſed amœnior:vt ſi fiant in domo picturæ. Volūtariæ non repetūtur,nec deducūtur,ſicut neceſſariæ, & vtiles: ſed licitum eſt abradere ſine lęſione prioris ſtatus,ſi abraſæ poſſunt mihi aliquam vtilitatem afferre:alioquin non licet: ſed ſibi imputet qui fecit:quia donaſſe videtur iuris fictione. Vide ſuprà,Expenſæ.

IMpedimentum quo ad matrimonium,vide infrà, Matrimonium vj.vij.& viij.

Imperator,vide Papa.§.x.item ſ.Electio iij.§. iiij.& v.

IMPERIVM merum eſt habere gladij poteſtatē ad animaduertendum in facinoroſos homines: quod & poteſtas appellatur.Imperium verò miſtum in danda poſſeſsione conſiſtit:vt in l.imperium.ff.de iuriſd.om.iudic.vbi glo.vide. De iuramento Imperatoris coronādi.ſ. Iuramentū.j. ad fin.

1 *Impoſsibile quot modis dicatur.*

1 IMPOSSIBILE†dicitur, quod fieri aut eſſe nō poteſt: & hoc dupliciter,ſcilicet primò quia ſimpliciter fieri non poteſt,ſiue de facto,vt quòd cœlū ſit terra:ſiue de iure, vt quòd homo furetur:& ſecundò quia fieri quidē poteſt,ſed cū difficultate,vt quòd claudus velociter currat: ſicut inuiſibile dicitur,quod cùm difficultate videtur. vnde iuridicè impoſsibile dicitur tripliciter.primò quod nō poteſt fieri iuſtè.xxiiij. queſt.ij.ſanè.el j.& eſt in arg.quòd illud poſſumus, quod de iure poſſumus.ſecundò quod non poteſt fieri commodè. & ſic diſtinct.lxj.Catanenſis eccleſiæ ff.de verb.ſignific.l nepos Proculo tertiò quod poteſt fieri honeſtè:vt de condi.inſtit.l. filius.vide etiam ſ.Facere.

1 *Impubes quis dicatur.*

2 *Impubes an ſit aliquando teſtis,& qualiter torqueatur.*

1 IMPVBES†à pube,id eſt,à pudētia corporis dictus:quia hæc loca primò lanuginem ducunt,de deſpon.impub.puberes.dicitur maſculus donec cōpleuerit xiiij.annum. fœmina verò xij.C.quādo tut. vel cur.l.fin.& inſtit.quib.mo.finitur.in princ.quod Sum.Ang.verum dicit quo ad tutelā,non quo ad matrimonium cōtrahendum:ſed tandiu eſt impubes maſculus vel fœmina,quandiu generare nō poteſt:vt in d. c. puberes.in text.& in gl.Sed hoc non bene dicitur:quia illud cap.loquitur de pubertate naturaliter:quę quia communiter in xiiij.anno quo ad maſculū,& in xij.quo ad fœminam completur,ideo iuridicè loquendo etiam in dicto termino completur:vt patet in c.ex literis.de deſpō.impub.& ita cū Ray. & cōmuniter alijs Doct.tenet Roſ.†Impubes autem ſecun- 2
dum Bart.in l.talis.C.de his quib.vt indi.licet nō ſit idoneus teſtis in maleficijs,vt in l.in teſtimoniū.ff.de teſti.tā hoc eſt verum quātum ad plenā probationē:ſed ad indiciū bene pōt examinari:& ſic dictum eius eſt ſufficiens indicium.Non debet etiam impubes torqueri,terreri tamen ſolent,& habena vel ferula cædi.ff.ad ſenatuſcō.Sillanianum.l.j.§.impubere. Non poteſt etiā impubes vel furioſus cōmittere capitalem fraudem:id eſt,non poteſt mereri pœnā,qua capite puniēdus ſit.ff.de ædil.edic.l.cùm autem.§.j.& facit C.de falſ.mon.l.j.

¶INANIS GLORIA,infrà Vana gloria.

¶INCANTATIO, vide infrà Sortilegium ij.

¶INCARCERATVS vide ſuprà Carcer.

## De Incendiario & Incendio.

1 *Incendiarius quis dicatur.*

2 *Incendiarij pœna ciuilis & canonica.*

3 *Incendiarius quid reſtituere teneatur.*

4 *Igne ſi quis quid eripiat,an reſtituat.*

5 *Domum vicini diruēs ob appropinquās incendiū, an teneatur.*

INCENDIARIVS†propriè, ſecundum Rayn.Gofr.& 1
Hoſti.eſt,qui authoritate propria incēdit ciuitatē,villam, manſionem,ſegetem,& ſimilia aliena incendit malo ſtudio:puta odio aut vindicta.xxiij.q.vlt.peſsimam.xij.q.ij.cùm deuotiſsimam de iniur.ſi quis domū.& ſimiliter qui ad hoc dedit mandatū,auxilium,vel conſilium ſciēter:vt in d.c. peſſimam.Non ergo eſt incendiarius, qui hoc facit authoritate potētis indicere bellum:nec qui in domo vel ſegete propria, niſi ex dolo,vt incenderet aliena,ſecundum gl.Rayn.peccaret tamen abutēdo re ſua: nec qui malo ſtudio, ſed caſu vel negligētia:quia licet ex negligētia teneatur ad intereſſe: vt de iniur.c.fin.nō tā tenetur pœna incēdiarij,niſi fuerit culpa tam lata vt luxurię aut dolo ſit proxima:vt in l. penult.ff.de
incēd.& cōcor.Gofr.& Hoſt.¶Primò verò querit†,q̄ ſit pœ- 2
na incēdiarij? Et dico quòd de iure ciuili eſt vt ipſe igne crematur,vel ſubijciatur beſtijs,ſi humiliori loco exiſtēs id fecerit:ſi verò in aliquo gradu,capite punitur, aut deportatur in inſulā.ff.de incend.l.qui ædes.& l.vlt.& pen.& ff.de pœnis l. capitaliū.ff.ad l.Cor.de ſicar.l.ſi quis dolo.De iure verò canonico incēdiarius eccleſię vel religioſi loci, aut cœmeterij vel ſpatij priuilegiati in circuitu eccleſię, eſt ipſo iure excōmunicatus poſt denūtiationem à ſolo papa abſoluēdus,vt dictum eſt ſ.Excōmunicatio vij.excōmunicatione vij.Incēdiarius verò aliorum locorum cū mandantibus,conſulentibus, & fauentibus, eſt excōmunicandus.xxiij.q.viij. ſi quis membrorum.&.c.peſſimā.qui etiam à ſolo papa poſt denūtiationem abſoluūtur:vt dictum eſt vbi ſ.imò tales alicubi ipſo facto habētur pro excōmunicatis ex cōſuetudine: licet re vera ſine cōſtitutione aut ſentētia excōmunicatio nō feratur:vt ſ.
Excōmunicatio vij.§.vij.†Vltra hoc autem qui ſciēter & vo- 3
luntariè facit,vel ex culpa lata,tenetur de omni dāno.de iniur.ſi egreſſus.cum c.ſequēti.& facit l.ſi fortuitu.ff.de incēd. & non ſolùm de damno incendij,ſed etiā rerum perditarum cauſa incendij:arg.ca.fin.de iniur.Si verò culpa fuit leuis aut leuiſsima.ſimiliter tenetur ad reſtitutionem,ſi de huiuſmodi culpis tenebatur:de quo ſ.Culpa.§.iiij.non tamen creditur peccaſſe mortaliter.Si verò de cōtingētibus nihil omiſit, nō

4 tenetur. ¶ † Secundò quæritur, vtrum rapiens bona eorũ, qui patiũtur incendiũ, teneatur ad reſtitutionẽ? Et dico quòd ſic, de iniur. ſi quis domũ. niſi haberẽtur pro derelictis: puta quia ignis tantùm inuoluit quòd nullus ſine periculo vitæ poteſt illis ſuccurrere: & dominus relinquebat illa incẽdio, quo caſu recipiens nõ tenet̃ reſtituere neceſſariò: arg. l. ſi quis merces. ff. pro derelicto.
5 ¶ Tertiò quæritur, vtrum euertens domum vicini timore ſuæ ex incẽdio teneatur ad reſtitutionẽ? Et dicit Dir. tit. de incẽdiarijs, quòd nõ: ſi metus erat iuſtus, puta quia iam ignis peruenerat ad domũ vicini, vel ꝓbabiliter dubitatur: vt quia tempus erat ventoſum, & huiuſmodi. l. iij. §. quod ait prætor. ff. de incen. Vnde dicit tex. in l. ſi alius fecerit. §. eſt & alia exceptio. ff. quod vi aut clam. quòd nullam iniuriã aut damnum dare videtur æquè perituris ædibus. & facit l. ſi quis fumo. §. quod dicitur. ff. ad l. Aquil. Si verò nõ fuit iuſtus metus: & tunc tenetur ad damnũ ſimplũ, ſecundum Hoſt. qui tñ addit ꝙ ſi à vicinitate domus alicuius diruta eſt iuſto metu incendij, quòd iudex ex officio & ſumma ęquitate facere debet, vt ei quiſq; vicinorũ ſatisfaciat ꝓ ſua parte. ar. l. j. §. ęquiſſimum. ff. ad l. Rhod. de iac. & l. interdũ. ff. qui pot. in pig. hab.

¶ Incertorum reſtitutio declaratur infrà Reſtitutio. viij. per totum.

¶ INCESTVS, infrà Luxuria.

1 *Incorrigibilis de facto, & de iure, quando quis dicatur.*

1 INCORRIGIBILIS † dicitur qui corrigi non poteſt. quod dupliciter eſt, ſcilicet de facto & iuridicè. Incorrigibilis de facto dicit̃ dupliciter, ſcilicet ſimpliciter: & ſic quo ad vitia nullus eſt in via: quia ſunt volũtaria. & ſecũdum quid ſiue difficulter: & ſic eſt is qui aſſueuit vitia: aut ex cõplexione naturali inclinatur ad illa: quia difficile eſt cõſuetudinem aut naturalem ſenſualitatis inclinationẽ euincere. Incorrigibilis verò iuridicè eſt, de quo Iura & Iuriſtę loquũtur. Incorrigibilis igitur ſecundũ Bal. dicitur qui iudici nõ paret in extremo iuriſdictionis, quod eſt ſententia. contumax verò qui non paret in principio, quod eſt citatio. Secundum Ant. verò de But. dicitur incorrigibilis, qui poſtquam penitus eſt cõdemnatus, iterũ fertur ad idem crimen. de ſent. excom. vt famę. Et licet non faciat pœnitentiã, nõ dicitur propterea incorrigibilis, niſi reuertatur ad delictũ ſimile vel peius, nec faciat ſui præſentiam iudici: vt lit. non conteſt. quoniam frequẽter. §. j. quia dum facit ſui pręſentiam vt iudex poſſit eum apprehẽdere, nõ eſt incorrigibilis: quia eccleſia adhuc habet quid vltra faciat. de iudi. cùm non ab homine.

1 *Indefinita quando æquipolleat vniuerſali.*

1 INDEFINITA † propoſitio, ſcilicet cuius depoſitum eſt nomen appellatiuum ſine ſigno vniuerſali & particulari, vt venditor tenetur de re vel de euictione: aliquãdo ſumitur pro vniuerſali in iure, vt cùm lex dicit, fur eſt puniendus: quod patet ex omnibus legibus ſic loquẽtibus cum eorũ intellectu: quia natura legis eſt omnia in quibus eſt mediũ ſuũ, eadem regula concludere: cùm vbi eſt eadem ratio, idem ius debeat eſſe. ff. ad leg. Aquil. l. illud. Item qua ratione detraheret vnus de iſta lege, & alius: & ſic eſſet fruſtratoria. Differt tamen indefinita ab vniuerſali, ſecundum Bar. quia vniuerſalis cõprehendit omnia ex ſuo proprio ſignificato: nõ autem indefinita: ſed ex iſta ratione iuris interpretatione. vnde vniuerſaliter tenetur ly hæres cùm dicitur, promitto quòd hæres meus nõ tibi obſtabit: id eſt, nullus hæres meus. ff. de ver. oblig. l. ij. §. fin. aliàs non eſſet certitudo de quo diceretur: & ſimiliter ly ſeruos meos textores: dicendo, lego ſeruos meos textores: & omnes ſunt textores, id eſt, lego omnes ſeruos textores, non autem omnes ſimpliciter, l. præallegata: quia ly textores, reſtringit ab alijs. Et vniuerſaliter omnis indefinita legis vel canonis ius tradere intendentis æquipollet vniuerſali, ſi lege vel canone nõ definitur, id eſt, limitatur. xxxj. q. j. quod ſi dormierit. quod Ioan. And. limitat ſi eadem ratio ſit omnium particularium in vniuerſo comprehenſorũ: aliàs non. Vnde ſi legatur lana, nõ continetur tincta in legato. l. ſi cui. in princ. ff. de leg. iij. ſed ſi legatur omnis lana, etiã tincta cedit legato. l. pediculis. §. Labeo. ff. de auro & arg. leg. in c. vt circa. de elect. lib. vj. Similiter etiam, ſecũdum alios, ſi obligo bona mea, nõ ſignificat vniuerſaliter: qa ſuppellex, filij naturales, & concubina non continentur: quia ex natura iſtarum rerum quis ita ad illas afficitur, quòd nunquam vel rarò ea obligat: & conſequenter in obligatione eas noluit comprehendere: imò nec comprehenduntur, ſi dicatur, omnia bona mea: quia ſignificatum ſumitur ex verbis & communi modo agendi ſeu obligandi, cùm debeat verba deſeruire intentioni, non econtrario. xxiij. q. v. humanæ aures. xxviij. diſt. ſedula. j. q. j. Marcion. de verbor. ſignific. intelligentia.

## De Indicijs.


1 *Indicium quid & quotuplex.*
2 *Indicium qualiter probetur.*
3 *Indicium vnum an ſufficiat ad torturam.*
4 *Indicia non ſufficiunt, niſi reo detur eorum copia.*
5 *Fama an ſit ſufficiens indicium, & an cum vno teſte probet.*
6 *Socius criminis quale contra ſocium faciat indicium.*
7 *Teſtes ſingulares an faciant indicium vel probationem.*


INDICIVM † dictum ab indicando ſeu notificando, eſt mediũ intellectuale veritatis eliciendæ ex aliqua ſingulari circunſtãtia inſurgens. C. de rei vẽd. l. indicia. & melius in l. fin. C. de prob. vide s̃. Fama. §. vij. Indicium autẽ plenum, ſecũdum Bar. in l. ea quidem. C. de accuſ. eſt diuinatio rei per ſigna ſufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam vero quieſcit, & plus inueſtigare nõ curat: vt dicta l. indicia. Semiplenum verò eſt præſumptio fortiter mouens animũ ad aliquod credendum vel dicendum: de quo in l. cùm probatio. ff. de probat. Pro quo nota quòd triplex eſt indicium, ſcilicet leue, abijciẽdum, violentum, quod probationem facit, & probabile, quod mediat inter hæc, & facit præſumptionem, & ſufficit ad torturam. de quo infrà, Inquiſitio. j. §. xj. in fine. & Inquiſitio ij. §. ix. Adde ſecundum Paridem de Puteo in ſuo tractatu de ſyndicatu, quòd indicium, cui frequenter contingit abeſſe veritatem, eſt leue. arg. in l. non homo. C. vnde cognat. Eſt verò graue, ſi ei frequenter veritatem contingit adeſſe: & æquiparatur præſumptioni iuris: vt not. per Cyn. in l. metum. ff. de dolo.
2 ¶ † Primò verò quęritur, qualiter probetur indicium? Et dico quòd ad minus per duos teſtes, vt eſt glo. & ibi Doct. in l. fin. C. famil. erciſcũ. & Barto. in l. fin. ff. de quæſt. & Angel. in l. fin. quod met. cau. & Bal. in l. quũ proponebatur. ff. de leg. ij. & vt reo præiudicent, oportet teſtes citare atq; iurare: aliter non præiudicant: vt not. in l. ſi quis. ff. de adult.
3 ¶ Secundò quæritur, † vtrum ſufficiat indicium vnum ad procedendum contra aliquem, maximè ad torturam: & dico quòd non regulariter, ſed oportet quòd ſint plura: vt not. gloſ. & Bar. in l. j. §. occiſorum. ff. ad Sillania. & Bald. in l. congruit. ff. de offic. præſid. Teneret tamen proceſſus, ſi non opponeretur, quamuis plura non præceſſiſſent indicia: ſed tamen damnari non poſſet, etiam ſi in tormentis eſſet confeſſus & poſtea ratificauit: vt eſt text. cum gloſ. & ibi Bart. in l. penulti. de quæſt. ſecus ſi ſpontè & ſine tortura eſſet confeſſus, ſecundum Pet. de Anchar. in clem. j. de homic. Aliquando tamen ſufficit vnum indicium, puta teſtis vnus integer bonæ famæ & omni exceptione maior, id eſt, nulla exceptione repetibilis, ſecundum Panorm. in cap. j. de confeſ. & in c. de teſtib. qui teſtificatur quòd vidit aliquem committere maleficium: & tunc poteſt poni ad torturam ad inquirendum: vt dicit Pan. in c. cùm in contemplatione. de reg. iur. & not. gl. & Doct. in l. ſi quis. C. ad l. Iul. maie. & Bar. in l. j. §. ij. & l. maritus. & l. pe. ff. de quæſ. & Bal. in l. fi. C. fami. er. & Sali. in l. finali. C. de quæſtionibus. & Ange. in l. finali. ff. de quæſtio. Sed intellige ſi teſtificatur ſuper facto: vt, vidi Titium occidere. ſecus ſi ſuper indicio: vt, vidi Titium cum gladio euaginato. de quo Bar. in l. fi. C. fami. er. & in d. l. fi. de quæſ. & Pan. in c. tertio loco. de prob. & in c. ſuper eo. el ij. de teſti. Et ſimiliter confeſſio extraiudicialis rei, ſi eſt homo malæ vitæ & cõditionis: vt dicit Bar. in l. fi. de quæſt. Item ſi iuuenis inuenitur exire de domo pulchræ mulieris: vel cum ea inuentus eſt in locis ſecretis & aptis ad fornicandũ. vt no. in c. literis. de præſum. & huiuſmodi: & ita videtur arbitrio iudicis relinquendũ quãdo indiciũ vnũ ſufficiat, maximè ſi ꝓcedit ex officio ſuo. Concluſiuè ergo not. dictum Pan. in d. c. cùm in contemplatione. & Bar. in l. fi. de quæſt. ꝙ quæ indicia ſufficiãt ad quæſtionem, non poteſt dari certa doctrina: ſed relinquendũ eſt iudicis arbitrio. & ſimiliter eius arbitrio relinquitur vtrũ ſufficiat indicium vnum, vel plura requirãtur, ſecundũ Ange. in lib. de maleſi. Adde etiam quòd duo indicia leuia cõſtituunt vnum ſufficiens ad torturam, ſecundum Bar. in l. fi. de quæſt.
4 ¶ Tertiò quæritur, † vtrum ſufficiant indicia, ſi reo nõ detur copia & aduocato ſuo? Et dico quòd non: vt l. cuſtodias. & ibi gl. Bar. Ang. & Imo. ff. de publi. iudi. quod limitat Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. niſi quando iudex procedit ex mero officio ſuo, & non ad querelam: vt no. do. Ant. in c. qualiter & quando. el ij. de accuſ.
5 ¶ Quartò quæritur, † vtrũ fama ſit ſufficiens indiciũ? Et dico quòd nõ, ſcilicet quo ad torturam, ſecundam Bar. in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quæſt. niſi iungatur cum alijs indicijs. Fama tamen cum vno teſte in ciuilibus facit plenam probationem, vt in c. veniens. el j. de teſti. Secus in criminalibus: & ipſa ſola aliquando inducit purgationem canonicam: vt infrà Infamia. §. ij. Aliqui tamen volunt quòd infamia vehemens faciat indicium ſufficiens. de quo vide Paridem vbi ſuprà.
6 ¶ Quintò quæritur, † vtrũ particeps criminis interrogatus, vel ſua ſpontè dicens, faciat indicium cõtra ſocium? Et dico quòd nõ: vt no. Bar. in l. j. §. ſi ſeruus. ff. de quęſ. maximè cùm omne indiciũ debeat probari per duos teſtes: vt §. j. dictum eſt. Similiter nec pater, nec filius, aut alij commenſales, de quibus in l. parentes, & liberi. C. de teſta. vt not. Bart. in d. §. idem Cornelio. & hoc quando nulla alia indicia vrgentia præcedant. Et ideo ſocius de ſocio non eſt interrogandus. l. fina. C. de accuſa. Fallit in aſſaſsinis: vt not. glo. in l. non ideo minus. C. de accuſ. & in delictis in offenſam generalitatis: vt no. Bar. in l. reperi. ff. de quæſt. ſicut ſunt latrones, & huiuſmodi: vide infrà Inquiſitio. §. iij. particula v. Vnde licet vnus teſtis omni exceptione maior deponens directè ſuper facto principali, puta quia vidit committi tale maleficium, faciat indicium ſufficiens ad torturam, vt dictum eſt §. j. tamen ſupradictus ſocius ex quo ſuum crimen eſt confeſſus, eſt infamis, ſaltem infamia facti, ideoq; non eſt teſtis omni exceptione maior. Vnde Bal. in c. j. §. ſacramentum. de capitulo. rec. feu. dicit illud dictum, ſcilicet vnum teſtem facere indicium, debere intelligi, ſi eſt vitæ probatæ vel bonæ opinionis: nec poteſt haberi ſuſpectus familiaritate vel malitia, aut alia cauſa iudicis arbitrio: ideò, ſecundum eum, criminis infamia facti non eſt idoneus teſtis, vt no. etiam ipſe Bal. in l. fi. C. de requi. re. per not. ibi per gl. quod tñ fallit qñ de crimine agitur ciuiliter, ſecundum Pan. in c. quoniam. de teſti. de quo vide s̃. Cauſa. §. v. Si verò agatur criminaliter, vide eundem in c. j. de conf. & dic quòd tunc materia eſt per Legiſtas & Canoniſtas inuoluta: & fortè dici poſſet quòd particeps criminis tunc facit indicium dupliciter. primò quando ſine ſocio delictum committi non potuit, vt fornicatio, & ſodomia: & non apparet ratio quare magis nominet hunc ſocium quàm illum. & ſecundò generaliter, quando ex coniecturis tollitur illa præſumptio, qua ratione infamiæ ſuſpectus eſt de veritate: vt quia non eſt aſtutus, nec ſubornatus, nec impœnitens, & res eſt veriſimilis, & huiuſmodi, quæ iudicis arbitrio relinquuntur: & maximè ſi procedit ex officio ſuo. Et ita ſentit Bal. in c. j. §. ſacramentum. de conſ. recti feu. ſcilicet quòd ſtetur iudicis arbitrio. & tertiò in caſibus, in quibus poteſt quis interrogari de ſocijs, ſecundum Ange. & Paridem vbi s̃. Quando autem poſſit quis interrogari de ſocijs, vide Panorm. in c. j. de confeſsis. & in c. quoniam. de teſti.
¶ Sextò quæritur, † quid ſi eſſent duo vel tres teſtes ſingulares, iuxta dicenda infrà Teſtis. §. iij. & dico quòd nullo modo coniungi poſſunt ad faciendum indicium, niſi aliquis ſit teſtis omni exceptione maior, vt dictum eſt §. ij. & v. & multò minus ad faciendam probationem. Ratio, quia cùm duo teſtes requirantur regulariter, vt dictum eſt, tales non ſufficiunt: quia vnumquodque dictum de per ſe imperfectum eſt. & ita not. Bald. in l. ſi quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. & patet per not. ꝑ dominũ Ant. in c. licet. de teſti. dum loquitur de probatiõe per teſtes ſingulares. Nec obſtat qđ vnus teſtis deponens ſuper facto principali, iungatur cum probatione famæ: vt probatur in l. iij. §. eiuſdem. ff. de teſti. & per Bart. in l. admonendi. ff. de iureiur. Iſtud enim eſt, quia hic eſt perfectum, ſcilicet vnus teſtis integer, vt dictum eſt, & fama, quæ faciunt perfectum indicium: vt no. Bar. in l. de minore. §. ſi plures. ff. de quæſ. Item non obſtat quòd duæ probationes ſemiplenæ diuerſi generis coniungantur ad vnam plenam faciendam, iuxta not. Bart. in d. l. admonendi. quia illud verum eſt quando coniunguntur ad eundem actum: ſed diuerſæ probationes diuerſorum actuum & generum nunquam ad faciendam plenam probationem coniunguntur. Iſte eſt caſus, & ita deducit Bal. in l. obſeruare. C. quorum ap. non re. & poſuit do. Ant. in c. veniens. el j. de teſti. Ex quibus infertur quòd duæ mulieres dicentes ſe peccaſſe cum aliquo, iungi non poſſunt ad faciendum indicium perfectum, nec ad arctandum ad veritatem dicendam, etiam cum aliquibus coniecturis, maximè cùm deponant de delicto in earum corpore perpetrato, iuxta notata per Bartolum in l. ſi quis in graui. ff. de ſenatuſconſul. Sillanianum. vbi dicit quòd nullum faciunt indicium & idem Ange. in l. ſecundo. C. de calumniatorib. 7

INDIGNATIO eſt iræ filia: quæ audire aut videre non valet eum cui iraſcitur: & communiter eſt veniale: mortale verò per accidens: vt fortè ratione ſcandali, vel quia negat loquelam aut reſponſum, vel huiuſmodi, in caſu, in quo diuino præcepto tenetur. de quo vide ſuprà Charitas. §. quarto & quinto.

¶ INDVCIAE ſecundum gloſſ. ſum. iij. quæſtione ſecunda, ſunt quintuplices. Vide ibi.

## De Indulgentijs.


1 *Indulgentia variè ſumitur. & num. 3.*
2 *Indulgentia an ſit aliquando ius commune.*
4 *Indulgentiarum quæ eſt ratio, & quod fundamentum.*
5 *Indulgentiæ ad quid valeant, & qua menſura. et nu. 6. 7. & 8.*
9 *Indulgentias quis poſſit dari. & nume. 11. & ſeq.*
10 *Eccleſia cui congregationi aſſimilatur.*
12 *Sacerdos an concedere poſſit indulgentias.*
13 *Epiſcopus nondum conſecratus an concedat indulgentias.*
14 *Indulgentias quando concedant prælati hominibus ſibi non ſubditis.*


15 Indul

15 *Indulgentiæ à prælato conceſſæ vltra ſummam, an ſint nullæ.*
16 *Indulgentiæ an expirent morte concedentis.*
17 *Indulgentiæ reuocatio an debeat notificari.*
18 *Indulgentiam quibus ex cauſis facere liceat.*
19 *Indulgentiæ vt alicui proſint, quid requiratur. & nu. 21.*
20 *Confeſsio an requiratur ad obtinendam indulgentiam.*
22 *Indulgentiarum clauſulæ qualiter ſint exponendæ.*
23 *Indulgentia an tollere poſsit pœnitentiam iniunctam.*
24 *Indulgentia plenaria à quo & quando detur.*
25 *Articulus mortis qualiter intelligatur ad obtinẽdã indulgẽtiã.*
26 *Confiteri qualiter debeat quis in articulo mortis ad obtinendam plenam indulgentiam.*
27 *Venalia non confeſſa an impediant effectum indulgentiæ.*
28 *Forma abſolutionis plenariæ.*
29 *Sacerdotem non oportet eſſe eum, qui plenam remiſsionem confitenti dat virtute bullæ.*
30 *Satisfacere an debeat quis, vt habeat indulgentiam.*
31 *Electio confeſſoris qualiter intelligatur.*
32 *Peccatum mortale tempore impletionis indulti an impediat indulgentiam.*
33 *Indulgentiam plenariam aſſequutus mox volat ad cœlum.*
34 *Religioſi prædicãtes indulgentias indiſcretas, qualiter puniãtur.*

INDVLGENTIA nobis per ſcripturã minimè innotuit,
licet inducatur illud ij. Cor. j. Si quid donaui vobis. Sed nec
per dicta antiquorũ doctorũ, ſed modernorũ. Dicitur enim
Greg. indulgentiam ſeptennem in ſtationibus Romæ poſuiſ-
ſe: & quia eccleſia hoc facit & ſeruat, credendum eſt ita eſſe:
1 quia regitur Spiritu Sancto. † Indulgentia ergo ab indulgeo
dicta eſt, quod multa ſignificat. primò ſcilicet gratiæ colla-
tionem: ſicut papa alicui dicitur poteſtatem aliquã indulſiſſe.
Secũdò aſsiduitatem, alicuius exercitij vel operis: vt idem ſit
indulgere quod operam dare: ſicut dicitur quis indulgere gu-
læ. & tertiò remiſsionem debiti vel actionis, cuius habetur
ius aduerſus aliquem: ſicut qui habet actionem iniuriarũ aut
pecuniarum indulget per remiſsionem: & Deus indulgere
peccata dicitur. Igitur per aliquã ſimilitudinem ad prędicta in-
dulgentia multa ſignificat. de quo vide Arch. & Gem. in c. in-
dulgentiæ. de pœ. & re. lib. vj. à quibus ſolũ diſſentio in hoc:
2 † quia indulgentiã dicunt aliquãdo vocari ius cõmune. xxiij.
q. ij. interfectores. & xxxv. q. vj. de inceſtuoſis. ſed hoc nõ dicitur
propriè: ſed quod aliquãdo fuit indulgentia, bene poteſt eſſe
3 ius cõmune, ſecũdũ gl. in d. c. interfectores. † Vnde dico quòd
indulgentia primò ſignificat cõceſsionem gratiæ: vt lite pẽ.
c. ſi. de priuil. dudum. & ſecũdò ipſam alicuius operis aſsidui-
tatem, licet alio modo quàm verbum. & tertiò proprijſsimè
ſignificat remiſsionem ſiue relaxationem debiti ex parte
eius cui indulgetur, ſiue actiõis ex parte indulgentis: ſiue re-
laxat actionem in iuris rigore diſpenſando: vt diſt. lxxvij. c. ſi.
in fine. de elec. dudum. el ij. ſiue pœnam, ad quã quis ei obli-
gatur. ij. q. iij. ſi quem. §. vnde. Et quia quantum ad effectum
idem eſt remittere debitum, & dare vnde illud ſoluatur. Inde
quartò dicitur indulgentia donatio illius, quo quis debitum
ſoluit: ſicut ſi factor vel œconomus alicuius magni domini
de theſauris, quos habuit à domino vel ſeruis eius, eo volente
daret debitori eiuſdem domini vnde ſolueret illi, vel offerret
ipſi domino pro eo, diceretur debitum indulgere: nõ quia in-
dulgeat, ſed quia facit vt illi debitum non imputetur à domi-
no, ac ſi eſſet remiſſum. & ſic ſumitur indulgentia in propoſi-
to, vt patebit per S. Tho. ſtatim. Vnde indulgentia non eſt re-
miſsio pœnæ, vt diffinit Sum. Ang. nec relaxatio eiuſdem, vt
dicit Sum. Roſ. quia eccleſia facit indulgentias quantum ad
omnes pœnas: & tamen non abſoluit ab omni pœna. Vnde S.
Thom. in iiij. diſt. ij. q. j. art. iij. q. j. ad ſecundum. ſoluens illud
motiuum, quia inferior ipſo papa abſoluere non poteſt à pœ-
na, ad quam ſuperior ligauit, id eſt, Deus: dicit quòd iſte, qui in-
dulgentiam ſuſcipit, non abſoluitur, ſimpliciter loquendo, à
debito pœnæ: ſed datur ſibi vnde debitũ ſoluat. Eſt ergo in-
dulgentia eccleſiaſtica, donatio alicuius ſumpti de theſauro
ſpirituali eccleſię facta peccatori, vt inde ſatisfaciat Deo pœ-
narum creditori. & hoc clarius patebit §. ſeq. ¶ † Primò verò 4
quæritur, quid eſt fundamentũ & ratio faciendi huiuſmodi indul-
gentias? Et dicit S. Tho. vbi ſ. ſic: Ratio quare valere poſſunt
indulgentiæ eſt vnitas corporis myſtici, in qua multi in operi-
bus pœnitentiæ ſupererogauerunt ad menſurã debitorum
ſuorũ, & multas tribulationes iniuſtè ſuſtinuerunt patienter,
per quas multitudo pœnarũ poterat expiari, ſi eis deberetur.
Quorum meritorũ tanta eſt copia, quòd omnem pœnã debi-
tam nunc viuentibus excedunt: & præcipuè propter meritum
Chriſti, quod & ſi in ſacramentis operetur, non tamen eius
efficacia in ſacramentis includitur: ſed ſua infinitate efficaciã
ſacramentorũ excedit. Dictũ eſt aũt ſuprà, quòd vnus pro alio
ſatisfacere poteſt. Sancti autem, in quibus ſuperabundantia
operum ſatisfactionis inuenitur, non determinatè pro iſto,
qui remiſsione indiget, huiuſmodi opera fecerunt: alias abſq;
omni indulgentia remiſsionem conſequeretur: ſed commu-
niter pro tota eccleſia: ſicut Apoſtolus dicit ſe implere ea,
quæ deſunt paſsioni Chriſti in corpore ſuo pro eccleſia, ad
quam ſcribit. ij. Cor. j. & ſic prædicta merita ſunt communia
toti eccleſiæ. Ea autem quæ ſunt communia multitudini ali-
cui, diſtribuuntur ſingulis de multitudini ſecundũ arbitrium
eius qui multitudini præeſt. Vnde ſicut aliquis cõſequeretur
remiſsionem pœnæ, ſi alius pro eo ſatisfaceret: ita ſi ei ſatiſ-
factio alterius ſibi per eum, qui poteſt, diſtribuatur. hæc ille.
& eſt communis opinio Theologorum in iiij. diſt. xx. & Ca-
noniſtarum in c. indulgentiæ. de pœ. & re. lib. vj. & cle. vnica.
de reli. & ve. ſanct. & in d. c quod autem. Summa autem Ang.
ab iſto fundamento declinãs dicit cũ Fran. de Mairo, quòd cum
merita ſanctorum ſint vltra condignum remunerata à Deo
& exhauſta, dantur ſolùm ex merito Chriſti & paſsionis eius.
Sed iſtud argumentum fuit ſolutũ antequam factum à Pet.
de Pal. in iiij. ea. diſt. ſic dicente, opus bonum pœnale ſancto-
rum dupliciter conſiderari poteſt. primò ſcilicet inquantum
meritorum: & ſic nõ tranſgreditur perſonã merentis, niſi ſo-
lùm meritũ Chriſti, qui ſibi & alijs meruit: & ſic nullus plus
meruit quàm acceperit vel accepturus ſit in ſeipſo. Et ſecun-
dò inquantum eſt ſatisfactorium: & ſic multi ſancti plus ſatiſ-
fecerunt quàm debuerunt. Quia ergo ſancti plus ſuſtinuerunt
quàm meruerint, & non ſolùm animo merendi, ſed etiam ſa-
tisfaciendi: & pro ſe quidem primò, deinde pro omnibus indul-
gentibus ſecundum intentionem eccleſię, &c. hæc ille. Ex cu-
ius dictis & Sancti Tho. elice quòd actu aut virtute triplici-
ter ſancti fecerunt opera ſatisfactoria. Primò pro ſe. Secun-
dò pro aliquibus determinatis perſonis vna vel pluribus. Ter-
tiò pro eccleſia. Adde ſecundum eundem quòd liberatio a
pœna tota vel parte eius eſt in ſacramentis & indulgentijs:
ſed in indulgentijs ex ſolutione: in ſacramentis ex mera libe-
ralitate Dei: quia dicere quòd in eis Deus nihil remittat, niſi
quantum ſibi ſoluitur, aut de theſauro communi eccleſiæ,
aut de theſauro cordis, vel corporis, vel auris, eſt dicere illum
minus liberalem. hæc ex illo. ¶ Secundò quæritur, † vtrum
indulgentiæ valeant, & ad quid: ſeu quæ pœnæ per indulgen-
tias remittantur? Et dicit San. Tho. vbi ſuprà, quòd ab omni-
bus conceditur indulgentias aliquid valere: quia impium eſ-
ſet dicere, quòd eccleſia aliquid vanè faceret: ſed ad quid va-
leant, fuerunt multæ opiniones, vt colligitur ab ipſo & à



gl. in cap. quod autem. de pœn. & remiſ. ſed omnes aut ſunt
ita abſurdæ quòd nec reprobare nec recitare eas dignũ eſt:
vel reducũtur ad illã quam Sanct. Doctor ibi recitat, & quæ
dicit quòd non valent ad abſoluendum à reatu pœnæ, quam
quis in purgatorio ſecundum iudicium Dei meretur: ſed va-
lent ad abſoluendum ab obligatione, qua ſacerdos obligauit
pœnitẽtem ad pœnam aliquam, vel ad quam etiam ordina-
tur ex canonum ſtatutis. Sed hæc opinio, inquit, non videtur
vera, primò, quia eſt expreſsè contra priuilegium Petro da-
tum: vt quod in terra remitteret, remitteretur & in cœlo.
Vnde remiſsio quæ fit quãtum ad forũ eccleſiæ, valet etiam
quantum ad forum Dei. Et præterea eccleſia huiuſmodi in-
dulgentias faciens, magis damnificaret quàm iuuaret: quia
remitteret ad pœnas grauiores, id eſt, purgatorij, abſoluen-
do ab iniunctis. Et ideo aliter dicẽdum quòd valent & quan-
tum ad forum eccleſiæ, & quantum ad forum Dei ad remiſ-
ſionem pœnæ reſiduæ poſt contritionem & cõfeſsionem &
abſolutionem, ſiue ſit iniuncta, ſiue nõ. hęc illæ. id eſt, ſiue ſit
iniuncta per ſacerdotem vel canones: ſiue non ſit ab eis in-
iuncta, ſed à Deo iniungenda. Et hæc eſt vera & communis
opinio, quam ſequitur Gofr. Ioan. Andr. & Pauorm. in dicto
cap. quod autem. & communiter alij Canoniſtę, ibi & Theo-
logi in iiij. diſtin. xx. ¶ Tertiò quæritur † quantum indulgen-
tiæ valent in remittendo prædictam pœnam? Et dicit Sanct.
Thom. de hoc multas eſſe opiniones. ¶ Prima dicit quòd in-
dulgentiarum valor menſuratur ſecundum internam ſuſci-
pientis deuotionem, nec valent quantum prædicantur: ſed
eccleſia pronuntiat, vt quadam pia fraude homines ad bene-
faciendum alliciat. Sed contra, quia ſicut ſcriptura iam non
haberet robur authoritatis, ſi in ea deprehenderetur aliquid
falſitatis, ſecundũ Auguſt. in epiſtola ad Hieron. ita & eccle-
ſia non haberet. ¶ Secunda dicit quòd valent quantum pro-
nuntiantur ſecundum iuſtam æſtimationem: nõ tamen dan-
tis indulgentiam, qui fortè minus ęſtimat quod dat: aut reci-
pientis, qui minus parũ ęſtimare poſſet quod datur: ſed ſecũ-
dum iudicium bonorum penſata conditione perſonæ & vti-
litate & neceſsitate eccleſiæ. Sed hæc opinio ſtare nõ poteſt.
Primò quia ſecundum hoc indulgentiæ non valerent ad re-
miſsionem, ſed magis ad quandam commutationem: & prę-
terea prædicator eccleſiæ non excuſaretur à mendacio: cùm
quandoque indulgentia prædicetur longè maior quàm iuſta
æſtimatio poſsit acquirere penſatis omnibus prædictis: ſicut
cùm adeunti vnam eccleſiam dantur ſeptem anni, cuiuſmodi
indulgẽtias Greg. Romæ inſtituit in ſtationibus. Adde quòd
aliquando pro re minore prædicatur indulgentia maior, &
pro eadem aliquando maior, aliquando minor. ¶ Tertia di-
cit quòd quantitas remiſsionis non menſuratur ſecũdum de-
uotionem ſuſcipientis tantùm, nec eius quod datur: ſed ſecũ-
dum cauſam pro qua indulgentia datur: ad quam ſecundum
quod homo accedit, ſecundum hoc cõſequitur remiſsionem
indulgentiæ: vt in toto vel in parte: ſed contra. quia ſecũdum
hoc ſaluari non poteſt eccleſiæ conſuetudo, quæ pro eadem
cauſa interdum maiorem interdum minorem indulgẽtiam
ponit ſicut rebus eodem modo ſe habentibus viſitantibus
vnam eccleſiam aliquando annus aliquãdo dies quadragin-
ta dantur, prout gratiam facere voluerit papa indulgentiam
concedens. † Et ideo dicendum quòd quantitas effectus con-
ſequitur quantitatem cauſæ: cauſa autem effectiua remiſ-
ſionis pœnæ in indulgentijs non eſt deuotio aut labor, aut
dona recipientis, vel cauſa pro qua fiunt, ſed abundantia
meritorum eccleſiæ, quæ ſufficit ad totam pœnam excipien-
dam: vnde non oportet ad aliquod illorum proportionare
quantitatem remiſsionis: ſed ad merita eccleſiæ, quæ ſem-
per ſuperabundant: ideoque ſecundum quod applicantur ad
iſtum, remiſsionem cõſequitur. Ad hoc autẽ quòd iſti appli-
centur, requiritur authoritas diſpenſandi huiuſmodi theſau-
rum, & vnio eius cui diſpẽſatur, ad eum, qui merebatur: quod
eſt per charitatem: & ratio diſpenſandi, ſecundum quam ſer-
uatur intẽtio eorum, qui opera meritoria fecerunt, qui fece-
rũnt ad honorem Dei & vtilitatẽ eccleſiæ in generali: vnde
omnis cauſa vergẽs in vtilitatẽ eccleſiæ & honorem Dei eſt
ratio ſufficiens indulgentias faciẽdi: vnde & dari poſſunt pro
temporalibus, nõ ſimpliciter, ſed ordinatis ad ſpiritualia: pu-
ta repreſsionem inimicorũ eccleſiæ pacem eius perturban-
tium, conſtructionem eccleſiarum, & pontium, & huiuſmo-
di: vnde non datur ibi ſpirituale pro temporali, ſed pro ſpiri-
tuali. Et ideo dicẽdum eſt quòd indulgentię ſimpliciter tan-
tum valent, quãtum prædicãtur, modò ex parte dantis ſit au-
thoritas: ex parte recipiẽtis charitas: & ex parte cauſæ pietas:
quæ honorem Dei & vtilitatem proximi comprehendit: &
in arbitrio dantis eſt taxare quãtum de pœna per indulgen-
tiam remittatur: quia iſta remiſsio eſt effectus clauis iuriſdi-
ctionis, cùm nõ pertineat ad clauẽ ordinis, vt dicetur. talis au-
tem effectus ſubiacet hominis arbitrio: nõ autẽ effectus cla-
uis ordinis. nec in hoc fit nimis magnũ forum de miſericor-
dia Dei, aut diuitiæ iuſtitiæ derogatur: quia nihil de pœna di-
mittitur, ſed pœna vnius alteri cõputatur. Si tamẽ quis inor-
dinatè remittat, ita quòd homines quaſi pro nihilo ab operi-
bus pœnitẽtiæ reuocẽtur: peccat faciens tales indulgentias:
& nihilo minus quis plenam indulgentiã conſequitur. hęc ex
Sanct. Tho. Ex quibus patet quòd ſi dicitur indulgentia eſſe
decem dierum, valet decem dies: & ſi centum, valet centũ: &
generaliter tãtum valet quantũ ſonat, modò adſint illa tria,
quæ dixit Sanct. Thom. & adde quartum quod ipſe tanquam
manifeſtum tacuit, quòd ſeruetur forma conceſsionis, id eſt,
fiat id quod mandatur, & ſub cuius conditione indulgentia
conceditur. ¶ Quartò quæritur, † quomodo intelligendus ſit 8
iſte valor decem aut centum dierum, vel huiuſmodi? Et dico
quòd ſecundum cõmunem doctrinã præcipuè Albe. & Piſa.
& Archid. eſt mens Sanct. Thom. cùm dicitur quòd tantum
valent quantum ſonant, intelligitur quòd ſi dicũtur dies eſſe
centum, & ſunt tantùm nonaginta, ſed ſunt centum valentes
tantùm ad remiſsionem pœnæ, quãtum centum dies pœni-
tentiæ ſecũdum taxationem factam à iure vel ſacerdote vel
iuſtitia diuina: quia iſti dies nõ ſunt dies cœli ſeu purgatorij,
ſed mundi. Et intendunt quòd iſti dies centum tãtum valent,
quantum ſi quis centum diebus faceret pœnitentiã ſecũdum
communem iuris vel ſacerdotũ vel iuſtitiæ diuinæ impoſi-
tionem factam vel faciendam, intelligendo quòd iſta taxa-
tio fiat ſecundũ diuinam iuſtitiã principaliter: ſecundũ cano-
nes verò ad arbitrium ſacerdotũ ſecũdariò, inquantũ taxant
ſecundum iuſtitiam Dei nõ declinando ad minus, quia vale-
rent plus: nec excedẽdo in plus: quia valerent minus: licet ad
illud plus iuſto impoſitum iam non teneretur peccator: quia
eſſet illi remiſſum, nõ ratione indulgentiæ, quę nõ datur niſi
in ordine ad verum reatum pœnæ & nõ exiſtimatum: ſed ex
implicita voluntate imponentis, qui ſuperueniente indulgen
tia non intendit ligare ad aliquid, ſi fortè plus iuſto per erro-
rem impoſuit. Iſti autẽ dies ſic taxati nõ valent præcisè cen-
tum purgatorij: quia cùm forũ ſit diuerſum, fortè quòd dies
non reſpondet diei, ſed paucis diebus poteſt quis hic ſoluere
pœnitentiã ibi longo tẽpore peragendam: ideoq; ſecundum
prædictos, centũ dies indulgẽtiæ æquipollentes centum die-
bus pœnitentiæ nõ ſunt dies purgatorij, ſcilicet quantum eſt
ex intentione eccleſiæ: ſiue iſti dies reſpõdeant illis ſiue non.
Vnde ſecundũ Herue. in iiij. diſt. xx. & Piſanum & cõmunem
doct

doctrinam, ſicut centum dies pœnitentiæ plus valent vni,
quàm alij ratione maioris deuotionis:ita & centum dies in-
dulgentiæ, ita ſcilicet quòd vnus per hoc abolere poterit
magnum tempus purgatorij, puta annum: alius verò par-
uum,puta dimidium annum:quòd tamen locum habere nō
videtur vbi plenariè datur, vel pro aliqua determinata par-
te peccatorum:puta tertia, vel dimidia, & huiuſmodi.Cum
opinione prædictorum tranſit Supple. & Summa Roſel. ſed
Summa Ang.diſſentit.Tamen ad hoc quòd illi dies plus va-
leant vni quàm alteri ratione maioris deuotiōis:quia,inquit,
videtur derogare verbis indulgentiæ,cùm dicatur quòd da-
tur indulgentia tot annorum,& debeant intelligi de annis
veræ & optimæ pœnitentiæ faciendæ:quia verba in potiori
ſignificato ſunt intelligenda,& latiſsimè in beneficio Princi-
pis.de verborum ſignification.cap.olim tibi.Sed iſtud ſuum
motiuum nihil eſt:quia quæ dicit de latiſsima intellectione
verborum, verum eſt, ſi hoc patitur intentio Principis per
verba & alia indicia deprehenſa: quod non eſt in propoſito:
quia cùm dicit papa,centum dies de iniunctis ſibi pœniten-
tijs relaxamus: loquitur de pœnitentia explenda per iſtum,
& non de optima explebili per alium deuotiorem.¶Quin-
9 tò quæritur de indulgentia ex parte dantis: † quis ſcilicet &
qualiter eam dare poſsit & debeat? Et dico multa.¶Primum.
Sanctus Thomas in iſta quæſtion. fundamentum tribuit in
quarto ſentent.vbi ſ.artic.iiij.quæſt.j. ſic virtualiter dicens,
Indulgentiæ habent effectum ſecundum quod opera ſatiſ-
factoria vnius computantur alteri,non ſolùm ex vi charita-
tis,ſed intentione operantis aliquo modo ad illum directa.
Sed intentio alterius ad alterum poteſt tripliciter dirigi.Pri-
mò in ſingulari:ſicut cùm quis pro alio determinatè ſatisfa-
cit:& ſic quilibet poteſt alteri ſua opera communicare. Et
ſecundò in ſpeciali:vt cùm quis orat pro ſua congregatione
& familiaribus & benefactoribus: & ad hoc ordinat etiam
ſua opera ſatisfactoria:& ſic qui cōgregationi præeſt,poteſt
illa alteri communicare, applicando intentionem illorū qui
ſunt de congregatione ſua, ad hunc determinati. Tertiò in
generali:ſicut cùm quis opera ſua ordinat ad bonum eccle-
ſiæ in generali:& ſic qui præeſt eccleſiæ generaliter, poteſt
opera illa applicare communicando intentionem ſuam ad
hunc vel illum.Et quia homo eſt pars congregationis:& con
gregatio,eccleſiæ:ideo in intentione priuati boni includitur
intentio boni congregationis, & boni totius eccleſiæ: ideo
qui præeſt eccleſiæ,poteſt communicare ea, quæ ſunt con-
gregationis,& huius hominis: & qui præeſt congregationi,
ea quæ ſunt huius hominis:ſed non conuertitur. Sed neque
prima communicatio, neque ſecunda, indulgentia dicitur,
ſed ſolùm tertia,propter duo. Primò, quia per illas com-
municationes quanuis homo ſoluatur à reatu pœnæ quan
tùm ad Deum:tamen ſi ſoluitur à debito faciendi ſatisfactio-
nem iniunctam, ad quā obligatus eſt ex præcepto eccleſiæ,
à quo etiam debito abſoluitur per ſecundam.Secundò quia
in vna perſona vel in vna congregatione non eſt indeficien-
tia meritorum, vt ſibi & omnibus alijs valere poſsit: vnde
iſte non abſoluitur à pœna debita pro tota, niſi tantum de-
terminatè pro eo fiat,quantum debeat. ſed in eccleſia tota
eſt indeficientia meritorū præcipuè propter meritum Chri
ſti: ideoque ſolus ille, qui præficitur eccleſiæ, poteſt indul
10 gentiam facere. †Sed cùm eccleſia ſit congregatio fide-
lium,cōgregatio autem hominum ſit duplex,ſcilicet œco
nomica,vt eorū qui ſunt de vna familia:& politica,vt eorum
qui ſunt de vno populo: eccleſia aſsimilatur congregationi
politicæ: quia ipſe populus eccleſia dicitur: ſed cōuentus di-
uerſi vel parochiæ in vna diœceſi ſimilantur congregationi
in diuerſis familijs vel officijs. Et ideo ſolus epiſcopus pro-
priè prælatus eccleſiæ dicitur:ideoque ipſe ſolus quaſi ſpō-
ſus anulum eccleſiæ recipit: ideoque ſolus habet plenam
poteſtatem in diſpenſatione ſacramentorum, & iuriſdictio-
nem in foro cauſarum, quaſi perſona publica:alij autem ſe-
cundum quod illis ab illo committitur.Sed ſacerdotes, qui
plebibus præficiuntur,non ſunt ſimpliciter prelati,ſed quaſi
coadiutores: vnde in conſecratione ſacerdotum epiſcopus
dicit:Quantò fragiliores ſumus, tantò magis his auxilijs in-
digemus.propter quod etiam non omnia ſacramēta diſpen-
ſant.Vnde ſacerdotes parochiales vel abbates, aut alij hu-
iuſmodi prælati non poſſent huiuſmodi indulgentias facere.
hæc illæ: qui intendit quòd hoc poteſt papa ex propria au-
thoritate:epiſcopus verò eo ipſo quòd eſt epiſcopus ex com-
miſsione generali papæ hoc poteſt particulariter in ordine
ad ſubditos ſuos: reliqui verò ſolùm ex cōmiſsione ſpeciali.
& hoc etiam innuit Hoſtienſis.¶†Secundum.Secundum Do 11
ctor.in cap. quod autem.& in capit.cùm ex eo.de pœniten-
tijs & remiſ.indulgentiam concedere poteſt,primò ſolus pa-
pa plenariè in toto orbe:quia ſolus aſſumptus eſt in plenitu-
dine poteſtatis,dicto cap. cùm ex eo.& xxiiij. quæſt.j. quod-
cunque. & ſecundò legati domini papæ poſſunt concedere
perpetuam in terminis ſuæ legationis,ſicut & ſtatuta perpe-
tua facere.de officio legati.cap. final. in text.& in gloſſ. Et
tertiò archiepiſcopus in ſua prouincia, & epiſcopus in ſua
diœceſi:modò non excedant ſummam dierum quadraginta,
etiam ſi detur à pluribus, vel vnum annum in dedicatione
Baſilicæ, & non plus, etiam ſi dedicetur à pluribus: vt in di-
cto cap.cùm ex eo.& cap.noſtro.eodem titulo.& not. Card.
in clement.ij. de pœnitētijs & remiſ.quod Innocen. in dicto
c.cùm ex eo.limitat niſi in foro pœnitētiali,in quo poterunt
concedere plures annos,modò faciant diſcretè. & idem Ge-
minian.in cap.indulgentia.de pœnitentijs & remiſſ.libro vj.
& idem Ioann.And.Et quartò alij prælati inferiores,ſiue ſe-
culares, ſiue regulares, vt abbates & huiuſmodi, ex ſpeciali
conceſsione aut priuilegio,vel cauſa legitima: puta præſcri-
ptione,non aliter:vt in capite,accedentibus.de exceſſib.præ-
lat.quia hoc eſt dignitatis epiſcopalis,vt in textu in dicto ca-
pite,accedentibus. poſſunt tamen communicare bona ſui
12 collegij. †Et quintò omnes ſacerdotes in foro pœnitentiali
dare poſſunt indulgentiam his, quos poſſunt abſoluere, ſe-
cundum Summam Angel.& Roſel contra Supplementum, quæ
adducit ad hoc multos Doctores.Sed ex præmiſsis patet hoc
eſſe impoſsibile propriè loquendo: Doctores autem, quos
allegat,nihil aliud ſentiunt, niſi quòd ſacerdos poteſt pœ-
nam debitam minuere peccatori, non applicando merita
per modum indulgentiæ,ſed augendo erubeſcentiam & con
tritionem virtute clauium, & exhibendo miniſterium in ſa-
cramento, in quo Deus aliquid remittit:& orando pro pec-
catore:& etiam minuendo pœnam canonum,& ab alio in-
iunctam, in caſu, quo minui & mutari poteſt quantum ad
aliquid particulariter iniunctum: ſed non ſic quin verè pec-
cator teneatur ad illud,aut ad æquiualens ſi illud meruit ſic
13 vel in purgatorio:quod facit indulgentia. ¶Tertium.† Ele-
ctus & confirmatus in epiſcopum, ſed nondum conſecratus
concedere poteſt indulgentias,ſi eſt presbyter,ſecundū Ho-
ſtienſ.in dicto cap accedentibus. & non aliter.Ioann. autem
Calder.poſt ſanctum Thomam tenet quòd etiam ſi non ſit
ſacerdos,hoc poteſt.& idem in legato.& idem Pan. ratio
poſſe concedere has indulgentias, conſequitur iuriſdictio-
nem, quam diaconi, & alij non ſacerdotes poſſunt habere
vel cōmiſſam,ſicut legati: vel ordinariam.ſicut electi
non cōſecrati in epiſcopos aut ſacerdotes:vt in cap.ex



miſſa.de elec.nec tollitur per peccatum dicta poteſtas quan
diu ab eccleſia tolerantur,ſecundum Ray.& Hoſt.& facit c.
dictum eſt.j.q.j.¶Quartum.†Non poſſunt autem dicti præ-
14 lati indulgentias cōcedere non ſubditis ſuis. vnde ſecundum
Petrum de Palu.præciſi,quia non habent ſubditos, non poſ-
ſunt indulgentiam facere. Fallit quod dictum eſt in duobus
caſibus.Primò in cap.noſtro.de pœnitentijs & remiſ.vbi ar-
chiepiſcopi concedunt ſimpliciter per totam prouinciam,li-
cet non ſint eius ſubditi,niſi in caſibus iure expreſsis: quod ta
men intellige quo ad non habentes ibi domicilium . Secun-
dò quando illi, qui volunt eas accipere, habent licentiam à
proprio epiſcopo,ſecundum aliquos:vt not.Innoc.in c. quod
autem.de pœn.& re.imò ſecundum alios de licentia proprij
ſacerdotis parochialis.& cum hoc tranſit Hoſtien. Guliel.in
Spe.dicit tutius eſſe quòd habeatur conſenſus epiſcopi:& ſuf
ficit,ſecundum eum,cōſenſus metropolitani.d.c.noſtro.Ad-
dit etiam idem Gul.ibi quòd ex cauſa poteſt epiſcopus ſta-
tuens in ſua diœceſi concedre vt indulgentiæ ſuæ proſint ve-
nientibus de diœceſi aliena,cum epiſcopi ſcilicet proprij con
ſenſu.& facit d.c.quod autem. non tamen poſſet concedere
quòd indulgentiæ ab alijs epiſcopis in eius diœceſi conceſſę
valeant:quia in primo caſu illuc accedentes quodam modo
forum conſequuntur.de foro comp.Romana. §.contrahen-
tes.lib.vj.in ſecundo verò alienam diœceſim, vt ibi iudicent,
ingrediuntur,in qua alienum parochianum ligare aut ſolue-
re non poſſunt:alioquin vnus epiſcopus poſſet centum annos
indirectè concedere.Ex quo patet quòd literę habitę à diuer
ſis epiſcopis dantibus indulgentias his, qui aliquibus faciunt
eleemoſynas,non valent,niſi ſubſint epiſcopo facienti,vel ha
beant licentiam à proprio epiſcopo vel ſacerdote,vt tales in
dulgentiæ eis proſint:de fo.comp.ſignificaſti.de pœ.& re.q̄d
autem.vbi dicit Pan.quòd tutum & valde expediens eſt vt vo-
lens peregrinari & pia loca viſitare,licentiam habeat à pro-
prio iudice participandi indulgentijs alienis. quod tamen de
indulgentijs papæ non intelligitur.ix.q.iij.cuncta.¶Quintū.
15 †Si dicti prælati concedunt indulgentias vltra dictam ſum-
mam,non valent:vt in c.indulgentiæ.de pœ.& re.lib.vj.quod
glo.ibi intelligit quo ad exceſſum,non quo ad terminum con
ceſſum:ſed Gemi.in c.fi.eo.ti.& lib.dicit ſecundum Ioan.Mo.
quòd talis indulgentia eſt omnino nulla:per tex.qui dicit,Ita
tamen quòd ſtatutum generalis concilij non excedatur:&
conſequenter videtur poteſtas eorum limitata in tantum,
quòd ſi ſtatutum excederent,poteſtatem non haberent:& ſic
videretur facta à non habente poteſtatem.Sed prima opinio
eſt verior:quia vt dicit Io.And.hic eſt quædam liberalitas.&
in illis & in donationibus dicimus,quòd valent pro parte vſq;
ad modum legitimum: & in reſiduo non.& hoc videtur ap-
probare Pan.in ſimili de quinquageſima epiſcopi,aut cente-
ſima:de quo ſuprà Donatio primò.§.xvij.¶Sextum in largi-
tione indulgentiæ concurrunt multi, puta archiepiſcopus &
epiſcopus:vt quia vterq; eam dat facientibus tale quid, puta
quia vterq; in conſecratione alicuius baſilicæ dat annum:di-
co ſecundum Hoſt.in d.c.ex eo.& Dire.in libro primo,quòd
illi epiſcopi habebunt vtranq;, puta biennium:alij verò
comprouinciales alteram tantùm,ſcilicet archiepiſcopalem.
Si verò epiſcopus dedit xl.dies indulgentiæ,& ſucceſſor eius
eandem,non valet vtraq;,ſecundum Gemin.in c.fi.de pœ.&
re.lib.vj.ex mente Io.And.in addi.Spe.quia per talem multi-
plicationem veniri poſſet contra conſilium c. cùm ex eo.ſu-
16 prà allegatum.¶Septimum.† Indulgentiæ durant poſt mor-
tem concedentis,ſecundum Inn.in c.quod tranſlationem.de
off.leg.& facit quod no.Lap.in c.fi.de reſcri.lib.vj. & ſequi-
tur Gemi.ibi.& ſimiliter facit quod no.glo.& Doc. in c.cùm
ad hoc.de cle.nōn re.& Laud.in cle.fi.de elec. Et facit ad li-
teras quòd ſaluus conductus non expirat morte concedentis.
pro quo etiam vide gloſſam ſingularem in ca. cùm ex eo.de
elect.lib.vj.Nec obſt.l.fi.ff.de pœ. quia loquitur in pœnali-
bus.& idem dicit glo.in c.fin.de offi.legati. de indulgentijs,
quas legati concedunt ſubuenientibus ad reparationem pon
tium vel loci religioſi:quia durant poſt finitam legationem,
quemadmodum & eorum ſtatuta:etiam ſi in eis contineatur
pœna excommunicationis. & conſentit ibi Pan. ſecus de in-
dulgentia ſeu licentia,puta eligendi ſibi confeſſorem, vel
non reſidendi in beneficio:ſed tenet quòd expirat morte con
cedentis,ſeu finito eius officio: niſi facta cum cauſæ cogni-
tione & conſenſu ſui capituli:quia eſt in præiudicium eccle-
ſiæ. Et ſic tene quòd in conceſsione præiudicatiua gratia
conceſſa per inferiores papa ſine cauſæ cognitione expirat:
ſed ſecus ſi concederetur à papa,vel non eſſet alteri præiu-
dicatiua: adde vel concederetur authoritate papæ: vt ſuprà
Gratia.§.ij. Et ſic concordant Docto. Et idem dic de indul-
gentijs aliorum prælatorum,ſecundum Petrum de Palude,
quòd ſcilicet non finiuntur morte concedentium, niſi per
accidens ſubſequatur alia eiuſdem rationis, quæ priorem
non compatiatur,vt ſuprà particula priore: deſtruuntur ta-
men ſecundum Petrum de Palude, deſtructo totaliter lo-
co,vt reædificatione indigeat.Et ratio eſſe poteſt, quia con-
ceduntur authoritate papæ:& non præiudicant.¶Octauum.
†Reuocatio indulgentiæ ante certificationem non nocet, 17
ſecundum Gemin.de conceſsione præben.capite primo.lib.
vj.ſed ipſa durat quouſque certificati fuerint illi,quibus con-
ceſſa eſt:niſi in reuocatione eſſet clauſula decreti, vel quid
ſimile,per quod expreſsè appareret de voluntate papæ con-
traria.Et huius exemplum eſt: quia olim Caliſtus conceſsit
indulgentiam dantibus ſubſidium,&c.quam ſucceſſor reuo-
cauit:& tamen ſecundum docto.in d.cap.j.illi qui ſubſidium
dederunt medio tempore, ſcilicet à die reuocationis vſque
ad diem notitiæ,illā habuerunt.De priuilegio autem vtrum
ſumat vires ſtatim à conceſsione,infrà Priuilegium.§.vltim.
¶Nonum.Quæſtoribus indulgentiæ dandæ ſunt ſub forma,
quæ habetur in d.c.cùm ex eo.¶Sextò quæritur, †quibus ex 18
cauſis poſsit quis facere indulgentiam? Et dico multa.¶Pri-
mum.Secundum communiter doc. fieri poteſt indulgentia
pro Dei laude & gloria,quæ præcipuè relucet in ſanctis eius,
qui honorātur in conſtructione eccleſiarum,& commemo-
ratione ſuarum virtutum. Et ideo rectè datur indulgentia
ædificantibus eccleſias, celebrantibus feſta ſanctorum,
aſtantibus prædicatiōi & diuinis officijs.Item ꝓ cōmuni vti-
litate:vt fidei defenſione,terræ ſanctæ,promotione ſtudij,&
huiuſmodi.¶Secundum. Poteſt etiam dari pro ſpiritualibus
tantùm:ſicut Inno.quartus dedit orantibus pro rege Francię
indulgentiam decem dierum: vt refert Sanctus Thomas in
Quarto.non autem pro temporalibus tantùm: ſed vt ordi-
nantur ad ſpiritualia,vt dictum eſt. ¶Tertium. Non poteſt
autem dari pro remiſsione iniuriarum:quia ſecundum Sanc.
Bona.in hac datione debet attendi aliquid,quod ſit meræ vo
luntatis, & non neceſsitatis, cuiuſmodi eſt dicta remiſsio.
¶Septimò quæritur, † quot requirantur ad hoc vt indul- 19
gentiæ aliquibus valeant? Et dico multa. ¶Primum. Se-
cundum Petrum de Palude, requiruntur quatuor. Duo qui-
dem ex parte dantis: primò ſcilicet authoritas, de qua ſu-
prà. §. v. particula ſecunda. non autem requiritur bonitas:
quia,vt dicit Sanctus Thomas, poteſtas faciendi indulgen-
tias conſequitur iuriſdictionem,quæ per peccatum mortale
non admittitur:& ſecundò cauſa rationabilis,id eſt, opus ad
honorem Dei,vel ad vtilitatem eccleſiæ,ſeu proximi. Ex
quo

quo infert Archi.& S.Tho. quòd papa non poteſt ad libitum
euacuare purgatorium:quia hoc eſſet indiſcretum & irratio-
nabile. Ad hoc autem quòd indulgentia valeat,requiritur cau
ſa conueniens,vt dicit S.Tho.in iiij.diſt.xlv.Et ſimiliter duo
ex parte ſuſcipientis:primò ſcilicet vt ſit in ſtatu merendi,id
eſt,in charitate.vnde non valent exiſtentibus in mortali,ſal-
tem pro tunc:quia manente cauſa,id eſt,culpa vel offenſa,ef-
fectus,id eſt,reatus pœnæ tolli non poteſt.Secundò vt faciat
illud, pro quo indulgentia datur : voluntas autem faciendi
illud,ſufficit quidem quãtum ad mereri augmentum gratiæ
vel gloriæ,ſed non quantum ad remiſsionem pœnę ſeu ade-
ptionem indulgentiæ,ſecundum S.Tho.& Pet. Summa aũt
Ang.ponit alia duo.primò ſcilicet quòd accipiens credat ec-
cleſiam habere hanc authoritatem.ſed hoc reducitur ad eſſe
in charitate.Secundò quòd ſit ſubditus dantis . ſed hoc redu-
20 citur ad habere authoritatem.¶Secundũ.†Confeſsio actua-
lis non requiritur neceſſariò,etiam de mortalibus,quantum
eſt ex natura talis cõceſsionis,ſecundũ omnes:ſed ſufficit cõ-
tritio,quæ non eſt ſine charitate:requirtur verò actualis con
feſsio ſi hoc intendit indulgentiæ largitor. Vtrum hoc inten-
dat,vel non intendat,cùm dicit,verè confeſsis & contritis:li-
cet probabiliter aliqui dicant quòd ſic,ita quòd intendit da-
re ſolùm his qui poſt confeſsionem non inciderunt in morta
le:mihi tamen ꝓbabilius videtur quòd intendat dare omni-
bus quibus poteſt,ſi ſemel in anno ſunt confeſsi , vel volunt
confiteri,id eſt,omnibus qui ſunt in charitate, facientibus,id
pro quo datur:quia papa non largitur indulgentiam, vt ſup-
pono,principaliter vt inducat ad confeſsionem,ſe ad aliud,pu
ta eleemoſynam,vel huiuſmodi. Vnde quod dicitur , confeſ-
ſis,intelligitur ſecundũ Pet.de Pal.in propoſito:vel,ſecundũ
alios,quod tamen fortè idem eſt,intelligitur confeſsis ſecun
dum ſtatutum eccleſiæ,id eſt,ſemel in anno.adde,vel confite
ri volentibus. Et hanc opinionem expreſsè tenet Pan. in c.o-
mnis.de pœ.& re.& Io.And.in d.c.qđ autem.& gl.in cle.vni-
ca.de reliq.& ve.ſanct.& Imo.& Car.ibidem.& ſic fuit reſpõ
ſum & declaratum in concilio Conſtantienſi , ſicut habetur
in quodam libello ſcripto manu reuerendi quondam patris
fratris Ioannis de Galopia ordinis Prædic. viri docti & veri-
dici.debet tamen quiſq; confiteri:quia plerunq; homines ma
ximè ſeculares credunt ſe contritos,& ſunt ſolùm attriti:qui
tamen per confeſsionem de attritis fiunt cõtriti.¶Tertium.
Charitas actualis neceſſariò requiritur de mente doc.qui in-
diſtinctè dicunt requiri charitatem. Arc.tamen ex hoc quòd
aliquando dicitur,& confeſsis , vel qui intra menſem fuerint
confeſsi,arguit quòd videatur ex mente & pactione cõceden
tis,quòd qui non eſt in ſtatu merendi,recedente fictione ef-
fectum recipiat.quod quia eſt poſsibile & ex concedentis vo-
luntate dependens , pium eſt dicere quòd ſit verũ:quia,vt di
cit gl.in d.cle.vnica,huiuſmodi conceſsiones non decet nec
expedit amarè interpretari:tum etiam quia veriſimile eſt ꝙ
concedens ſic virtualiter intendat:& ſic exprimeret,ſi de hoc
cogitaret:quia veriſimile eſt quòd intendat his, quæ faciunt
id,pro quo datur indulgentia , eam valere omni modo quo
eſt poſsibile. Et ideo nullus,quantũcunq; in mortali exiſtens,
ceſſet ab indulgentia capienda:quia fortè aliquando conte-
21 retur,& illam conſequetur.¶Septimò quæritur,†quibus in-
dulgentiæ valere poſsint? Et dico multa.¶Primum.Exiſten-
tibus in mortali indulgentiæ non valent quantum ad remiſ-
ſionem pœnæ ſecundum omnes : imò nec ad acquirendam
gratiam,ſecundum S.Tho.quanuis hoc aliqui dixerint: quia
licet merita per indulgentiã diſpenſata ad hoc poſsint vale-
re,non tamen propter hoc diſpenſantur,ſed determinatè ad
remiſsionem pœnæ.Si autem fieret communicato per hunc
modum,facio te participem meritorum totius eccleſiæ, vel
vnius congregationis,aut ſpecialis perſonæ,ſic valere poſſet
ad merendum aliquid ei,qui eſt in mortali.hæc ille.¶Secun-
dum. Valent autem ſecundum S.Tho.etiam religioſis,ſi ob-
ſeruent tenorem bullæ : vt ſcilicet de licentia prælatorum
dent aliquid aut faciant : quia non ſunt peioris conditionis
quàm alij: non tamen per eas remittuntur illis impoſita in
foro capituli:quia illud non eſt pœnitentiale , ſed iudiciale.
Nec tamen oportet religioſos exire clauſtra pro indulgen-
tijs:quia licet illæ plus valeant quo ad remiſsionem culpæ
quàm obſeruantia : econtrariò tamen eſt quo ad acquiſitio-
nem præmij,quod eſt melius.hæc ex illo.¶Tertium. Valent
etiam,ſecundum eundem in quarto,di.xlv.defunctis,ſi conti
netur in tenore bullarum , modò pro eis faciat aliquis quod
mandatur:vtrum autem eis valeant per modum indulgentiæ
vel ſuffragij,modò non eſt curandum.¶Quartum. Prælato
autem, qui illas conceſsit,etiam ſi faciat id, pro quo conceſ-
ſit,non valent,ſecundum Vin.in d.c.cùm ex eo.& Gul.in Spe.
& Arch.in d.c.indulgentiæ.C.ne quis in cau.ſu.l.j.& l.inquiſi-
tio.C.de ſolu.Sed verius S.Thom.& alij Theologi in quarto
diſt.xx.dicunt quòd licet principaliter non poſsit ſibi præla-
tus indulgentiam dare,quia ſcilicet non habet cauſam vt ſe
prouocet ad ea,quæ vergunt in Dei honorem, & vtilitatem
eccleſiæ , gratia cuius dantur indulgentiæ , quia horum cu-
ra eſt illi cõmiſſa: tamen data alijs vti poteſt ſub eadem for-
ma.& idem tenet Gaſper in d.c.noſtro.& ſequitur Gemi.in d.
c.indulgentiæ.de pœ.& re.lib.vj.& facit quod no.doc.in c.per
venerabilem.qui fi.ſint leg. vbi princeps legitimare poteſt
filios ſuos nõ tanquam pater,ſed tãquam princeps.& ſic gau
det priuilegio,quo & cæteri participes. ¶Octauò quæritur,
†quomodo intelligenda ſunt multa, quæ circa indulgentias
dicuntur & fiunt? Et dico multa.¶Primum.Cùm datur indul
gentia porrigentibus manus adiutrices,vel dantibus auxiliũ,
aut facientibus hoc vel illud,ſecundum S.Tho.& S.Bo.intel-
ligitur ſi hoc faciant ſecundum quod eis congruit. Vnde ſi
pauper dando vnum denarium totam aſſequitur:non tamen
idem erit de diuite,qui dando obolum non dicitur dare auxi
lium:pro quanta tñ parte faciet id,quod mandatur,pro tãta
habebit indulgentiam,vt innuit vterq; eorum,licet aliqui ſen
tiant contrarium. Prædicta tamen intellige quando manda-
tur aliquid generaliter & indeterminatè:ſecus ſi determina-
tè:vt dare aureum:vel dicere ſemel Aue Maria : quia in tali-
bus non exquiritur decentia perſonæ vel ſtatus, ſed effectus
operis impoſiti.¶Secundum.Cùm datur facientibus certum
quid determinatè , vel etiam generaliter & indeterminatè,
quantum ad ipſam indulgentiam & remiſsionem pœnæ,non
refert vtrum illud fiat cum magno labore vel ſine:quia indul
gentia non proportionatur labori,ſed meritis diſpenſatis:li-
cet referat quantum ad meritum. Vnde dicit S.Tho.in quar-
to ꝙ clerici & alij eccleſię vicini ęqualiter habent indulgen-
tiam ſicut aduenæ,niſi aliquid exprimatur in forma:ſed non
æqualiter merentur.¶Tertium.Cùm datur indulgentia fa-
cientibus certũ quid,puta viſitantibus aliquam eccleſiã:ſi de-
terminetur tempus,puta à veſpera ad veſperam , vel vſq; ad
tale tempus,ſecundum S.Tho.intelligitur facientibus ſemel
tantùm:ſed ſi ſit perpetua,intelligitur toties quoties:ſicut in
eccleſia beati Petri Romæ eſt indulgentia perennis x. die-
rum:& conſentit Io.Cal.alleg.cap.j.de fil.presby.lib.vj.& c.
non poteſt.de præben.lib.vj.& ſequitur Io.And.& Gemi.In-
no.tamen & Gul.in Spe.tenent quòd etiam ſi tempus eſt de-
terminatum,intelligitur toties quoties. Et hoc ſequitur Sum.
Ange.& Roſ.contra Supple. Sed opinio beati Thomæ pra-
cticatur,& eſt in conſuetudine,quæ eſt optima legum inter-
pre-



pretande & communiter illam approbant doc.in c.fi.de pœ.
& re.lib.vj.& ſequitur Alb.& Feli.in ſuo trac.de indulgentia.
¶Quartum. Cùm datur indulgentia aliquorum dierum vel
temporum,forma inſpicienda eſt. Nam ſi dicitur xl. dies vel
annos de iniunctis pœnitentijs,remittuntur ſolùm pœnæ in-
iunctæ à ſacerdote in foro pœnitentiæ. ſi xl.dies ſimpliciter,
ſic remittuntur pœnæ quadraginta diebus peragendæ ex ta
tione diuinæ iuſtitię vel canonum aut ſacerdotis conformi
ter ad illam,id eſt,claue non errante.Si dicitur,peccatorum,
de quibus fuerint ore confeſsi:ſecundum aliquos non remit-
tuntur non confeſſa:ſiue quia ſunt oblita , ſiue quia ſunt ad-
miſſa poſt confeſsionem.ſufficit tamen quo ad oblita ſecun-
dum Arch.confeſsio generalis.Si dicitur,tertiæ partis pecca-
torũ: illa ita remittitur in foro eccleſiæ & Dei, ac ſi ꝑ pœni-
tentiam eſſet abolita. quorum omnium fundamentum eſt,
quia tantùm valent,quantum ſonant.non ſunt tamen amarè,
ſed piè,interpretandæ,vt dictum eſt.¶Quintum.Dies vel an-
ni indulgentiæ an ſint vtiles vel continui.Pan.poſt Hoſt.in
c.cùm ex eo.de pœ.& re.dicit quòd dies ſunt vtiles,anni verò
continui.Et vult dicere quòd ſi alicui iniunctum eſt ieiunare
xl.dies continuè,vel etiam interpolatè, accepta indulgentia
xl dierum erit abſolutus.Si verò iniuncta eſt pœnitentia an-
nalis, etiam ſi non ſit continuè, ſed certis diebus ſeptimanæ
peragendo:puta ieiunãdo ſexta feria,qđ eſt ieiunare lij. dies
in anno,illa aboleri nõ põt per indulgentiã totidem dierũ,
ſed ſolùm per annalem:quod verũ puto quando datur annus
indulgentiæ quo ad pœnas iniũctas:ſi autem daretur annus
ſimpliciter,puto quòd eſſet vtilis:ita quòd cui iniunctũ eſt ie
iunare duobus annis alternatis diebus,habito vno anno indul
gentiæ ſimpliciter,abſolutus eſt : quia idem eſt vnus annus,
23 quod dies ccclxv.¶Nonò quæritur, †vtrũ is qui indulgentiã
pœnitentiarum iniunctarum ritè conſecutus eſt,teneatur il-
las explere:puta ſi alicui iniuncta erat pœnitentia ſeptennis,
& indulgentiam ſeptennem aſſecutus eſt? Et dico quòd non:
quia per contritionem pœna æterna dimittitur,& in tempo-
ralem commutatur.de pœn.diſ.j.verbum. Temporalis verò
per ſatisfactionem aut per indulgentiã, quæ illi æquipollet.
vnde per indulgentiam ſatisfactionem eneruatur pœniten-
tialis ſatisfactio:vt in dicto c.quod autem. Et ibi Pan.repro-
bat opinionem dicentium indulgentias prodeſſe quo ad pœ
nitentias hic iniunctas,dummodo ſacerdos iniungens hoc cõ
cedat,vt cõpenſari poſsit pœnitentia cum indulgentia,& nõ
aliter:dicens quòd dicta opinio nimis reſtringit poteſtatem
& effectum indulgentiarum:quia cùm proficiſcantur ex the
ſauro eccleſię,cuius poteſtatem habet papa,prodeſſe debent
omnibus,quibus ille concedit , vel alius ab eo habens pote-
ſtatem.vnde non eſt neceſſaria licentia ſacerdotis . Non ta-
men ꝓpter indulgentias ceſſandũ eſt in hac vita ab operibus
pœnitentiæ,ſecundum Sanct.Thom.& communiter omnes
Docto.tum quia vt dicit Sanct.Tho. opera pœnitentiæ non
ſolùm ſunt in ſatisfactionem,ſed etiam in remedium contra
peccata,præcipuè quia interdum quis debet plura quàm cre-
datur:tum etiam quia neſcitur an ſacerdos pœnitentiam debi-
tam totam iniunxerit : & conſequenter ad aliquid eius non
iniunctum,& per indulgentiam ex conſequenti aliquando
non relaxatum teneamur. Summa tamen Roſ. innixa glo.in
c.menſurã.de pœ.di.j.dicit quòd ſufficit pœna minor iniun-
cta à ſuo ordinario iudice ſiue ſacerdote , ſi hoc fecit animo
diſpenſandi:& ſimiliter ſi per errorem fecit , & credebatur
ſufficiens.Sed iſta non bene dicuntur loquendo de ea , quæ eſt
minor debito poſt remiſsionem quam fecit Deus authorita-
tiuè in ſacramento pœnitentiæ,vel homo per modos dictos
ſupra §.v.particula ſecunda.in fi.vel conſimiles.& hoc patet
per S.Thom.vbique.Decimò quæritur ſpecialiter,quid iuris
de indulgentia plenaria,maximè in articulo mortis? Et dico
multa perſtringendo breuiter,de quibus diffuſè Arch.in ter-
tia parte,tit.x.c.iij.§.iiij.& v.¶Primum.†Indulgentia plena- 24
ria ſolùm à ſummis pontificibus datur : primò omnibus cer-
tum locum viſitantibus ſimpliciter,id eſt, omni tempore,vt
de ſepulcro Domini.Secundò omnibus viſitantibus certum
locum certa die intra annum : vt de eccleſia ſanctæ Mariæ
angelorum Ferrariæ ordinis prædicatorum:& in bauma bea
tæ peccatrices per Eugenium quartum:& iſtæ perpetuò du-
rant,niſi reuocentur . Tertiò omnibus facientibus certum
opus:vt aſſumentibus crucem contra infideles. Quartò cer-
tis nominatis perſonis in vita vel in morte facientibus certo
tempore in bulla taxato aliquod opus: & hæc ſine dubio du-
rat poſt mortem concedentis,per reg.decet cõceſſum à prin
cipe beneficiũ eſſe manſurum.libro ſexto.Quintò viſitanti-
bus certas eccleſias vrbis certis diebus tempore Iubilæi,quę
indulgentia plenaria vulgariter dicitur de culpa & pœna.qđ
propriè non eſt verum,quia ſolus Deus culpam remittit.ſed
ideo ſic dicitur,quia ibi remittitur culpa à Deo in contritio-
ne,quæ præexigitur : & pœna à papa per indulgentiam quæ
ſubſequitur.¶Secundum.† Articulus mortis in hac materia 25
niſi aliud exprimatur , non eſt articulus verus , quo ſcilicet
quis moritur:ſed præſumptus , quo quis æſtimatur ſecundũ
communem iudicium moriturus:ſicut & in extrema vnctio-
ne. Vnde qui in articulo præſumpto abſoluitur,conſequitur
effectum indulgentiæ , & gratia expirat in poſterum . quod
non eſſet,ſi in forma diceretur , & caſu quo non moriaris,ti-
bi reſeruetur gratia iſta in finem:quia tunc nec effectum cõ-
ſequitur,nec gratia expirat . ¶Tertium.†Qui in huiuſmodi 26
articulo vult huiuſmodi indulgentiam conſequi , non habet
neceſſariò confiteri de peccatis aliàs confeſsis:nec etiã gene-
raliter:quia remiſsio in tali caſu facta non eſt ſacramentalis:
ideoq; peccatorum notitiã non requirit,aut formam abſolu
tionis ſacramentalis:ſed præſupponit: nec hoc exprimit for-
ma indulti: quia non dicit , ore confeſſus ſibi : ſed confeſſus
ſimpliciter.oporteret tamen cõfiteri mortalia poſt cõfeſsio-
nem admiſſa. Et ſi loquelam,& non vſum rationis amiſiſſet,
poſſet conſequi remiſsionem pœnæ vigore indulti per ſigna
æquipollentia confeſsioni: non autem ſi nullo modo poteſt
intimare talia peccata,vt videtur:quia nunquam eſt ea con-
feſſus.ſimiliter nec ſi vſum rationis amiſit poſt mortale , de
quo eſt contritus:quod quia ſciri non poteſt , niſi quis in no-
torio vſq; ad illud vltimum manſiſſet,poteſt ſacerdos facere
quod in ſe eſt,vt illi abſolutionem tribuat,& plenam remiſ-
ſionem.¶Quartum.†Venialibus quoq; non confeſsis indul- 27
gentiæ valor non tollitur,ſi mortalia ſunt confeſſa , & con-
tritio de venialibus adeſt : quæ ſi non adſit , licet non impe-
diatur quis à ſalute,quia gratiam venialia non tollunt:impe-
diretur tamen remiſsio pœnarum pro venialibus debitarum:
quia pœna non remittitur culpa remanente , etiam veniali.
¶Quintum.†Forma verò abſolutionis aut remiſsionis ple- 28
nariæ quæ ad clauem iuriſdictionis pertinet,nõ eſt ſicut ab-
ſolutio ſacramentalis à peccatis , quæ ſcilicet habet cetam
formam:quæ nec mutari,nec ab alio quàm à ſacerdote pro-
ferri poteſt cum effectu:ſed caret determinata forma:& po-
teſt ſine certa forma concedi : vt dicendo, ſic faciens ſic ha-
beat: ſed tamen illa debet eſſe forma eius quam indultũ de-
cernit.quod quia communiter habet quòd cõfeſſor plenam
remiſsionem tali perſonæ largiatur:& cõſequenter hæc de-
bet eſſe forma:Authoritate ſedis apoſtolicæ mihi pro nunc
cõmiſſa,concedo tibi plenariam remiſsionem omnium pec-
catorum tuorum , de quibus es contritus & ore confeſſus,

præterea qua ex confidentia huius indulti commiſiſti . hæc
ex Archi.Sed intellige quòd iſta eſt conueniens forma : Au-
thoritate apoſtolica mihi in hac parte commiſſa,concedo ti-
bi plenam indulgentiam omnium peccatorum tuorum.
quod autem additur,de quibus &c.verum eſt ſolùm ſi hoc ex
29 primatur in indulto.¶Sextum.†Non eſt neceſſe, conceden-
tem hanc remiſsionem eſſe ſacerdotem,niſi hoc expreſsè in
commiſsione mandetur:quia ſi dans poteſt nõ eſſe ſacerdos,
ergo & exequens : imò ſicut ſine forma , ita & ſine miniſtro
dari poteſt:imò ſi dicatur quòd miniſter ſit idoneus confeſ-
ſor,non addendo,ſacerdos: poteſt eſſe laicus, ſi ſacerdos vel
clericus haberi non poteſt.& confeſsio talis facta , quæ non
eſt ſacramentalis, valet ad conſequendam indulgentiam per
iſtum,etiam ſi forma non vtatur,ſed quibuſcunq; verbis æqui
30 pollentibus.¶Septimum.†Cùm in forma huiuſmodi indulti
continetur quòd ſatisfaciat,ſi habet alij ſatisfacere,intelligi-
tur ſi poteſt.vnde ſi aliàs eſt bene diſpoſitus, fructum conſe-
31 quitur indulgentiæ & remiſsionis. ¶Octauum.†Si quis ante
electionem confeſſoris priuetur vſu rationis, ſi in ſanitate
mentis conſtitutus dicit ſibi in tali caſu velle impartiri abſo-
lutionem per quemcunq;, poterit ſacerdos eam impendere
quantum ad omnia,his exceptis, quæ ex forma indulti exci-
piunt: imò ſufficit ſi hoc habitualiter intendebat,licet dicto
modo non elegerit:imò & aliquibus videtur quòd etiam lai-
32 cus poterit in abſentia ſacerdotis.¶Nonum.†Qui in pecca-
to mortali explet id, quod in huiuſmodi indulto mandatur,
puta eleemoſynam vel peregrinationem:nihilo minus indul
gentiam conſequi poteſt , modò tempore remiſsionis ſiue
33 mortis ſit in gratia.hæc omnia Arch.¶Decimum.†Qui ple-
nariam indulgentiam ritè aſſequutus eſt, ſi eo inſtãti more-
retur,euolaret ſtatim ad cœlum , ſecundum Hoſtienſ.quod
tamen ſecundum Auguſtinum de Ancho . propter quatuor
fallit.Primò ſi datur indulgentia generalis de pœnis iniun-
ctis,& maior fuerat iniũgenda:quia talis in purgatorio luet.
Secundò,ſi detur de peccatis ore confeſsis:& aliqua ex obli-
uione non fuerunt confeſſa.ſed intellige non confeſſa ſpe-
cialiter nec generaliter ſecundũ Arch.quia quo ad oblita ſuf
ficit confeſsio generalis.Tertiò ſi poſt indulgentiã quis com
mittat peccatũ mortale:quod tamen eſt cõtra caſum noſtrũ.
Quartò ſi in affectu ſtet aliqua culpa venialis : quia illa per
indulgentiã remitti nõ poteſt quouſq; eſt affectus ad illam.
34 ¶Vndecimò quæritur,†quæ pœna eſt religioſorum prædi-
cantiũ indulgentias indiſcretas?Et dico de hoc haberi in cle.
religioſi.de priui.vbi præceptum eſt eis ne hoc faciant.Et di-
cuntur indiſcretæ,primò ſecundum gloſſam ibi quando ſunt
quidem conceſſæ:ſed concedi non potuerunt,ſcilicet de iure.
& idem Paulus:vt quia concedens excedit quantitatem.d.c.
cùm ex eo.& tertiò ſecundum Zenzelin.quando probari nõ
poſſunt.arg.de proba.quoniam.&.c.poſt ceſsionem. & de fi-
de inſtrum.cap.ij.Peccant igitur mortaliter,quando prædi-
cant indiſcretas primo & ſecundo modo indubitatè,& ſimi-
liter tertio modo ad hunc ſenſum,quando prædicant eas quę
probari nõ poſſunt,id eſt,nõ ſunt probabiles ſeu veriſimiles,
ſed ſunt dubiæ:ſecus ſi eſſent certæ , ſed probari nequirent.

¶Inepta lætitia eſt filia gulæ:quæ quando ſit peccatum,
vide Ludus. §.ij.

## De Infamia.

1 *Infamia quid & quotuplex. & nu.2.*
3 *Infamia quomodo contrahitur.*
4 *Infamia facti quem habeat effectum.*
5 *Teſtis infamis quando admittitur.*
6 *Accuſator infamis an repellatur.*
7 *Infamia facti quomodo tollatur.*
8 *Infamia iuris ciuilis quomodo incurratur. & nu.9.*
10 *Duo actus faciunt conſuetudinem in criminibus.*
11 *Infamia canonica quomodo incurratur.*
12 *Confeßio delicti in iudicio an reddat quem infamem infamia iuris.*
13 *Prælatus propter dolum remotus an efficiatur infamis.*
14 *Teſtis de falſo condemnatus an efficiatur infamis.*
15 *Infamia iuris an tollat executionem ordinum.*
16 *Infamiam iuris quis tollat. & numer.18.*
17 *Papa an reſtituat laicum ſibi non ſubditum.*
19 *Reſtitutus per Imperatorem an egeat alia diſpenſatione, vt promoueatur.*

INFAMIA†dicta quaſi ſine fama:ab in, quod eſt non,eſt 1
læſæ dignitatis qualitas vita & moribus reprobata, per
arg.à contrario ſenſu: ſicut fama eſt illæſæ dignitatis ſta-
tus,vt ſ.dictum eſt loco ſuo . Vnde infamis dicitur cuius ſta-
tus,vita& moribus eſt reprobatus,ſicut colligitur.ff.de in ius
voc.l.ſed ſi hac lege.§.prætor.in glo.& ff.de obſe.à libe.l.ho
nori.& l.licet . ¶Primò verò quæritur† quotuplex ſit infa- 2
mia?Et dico quòd triplex,ſcilicet facti,iuris ciuilis,& iuris ca
nonici.Nam infamia ſic diuiditur:quia quædam eſt infamia
facti proueniens ex communi hominum loquutione,de qua
per Bar.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſt. & eſt qua de
facto dicitur infamis,ſecundum gl.Raynis,cuius apud bonos
& graues opinio grauata eſt ſuper crimine aliquo . quædam
verò eſt infamia iuris,qua ſcilicet dicitur quis infamis à iure,
quæ duplex eſt , ſcilicet iuris ciuilis , & canonici . ¶Secundò
quæritur,†quomodo contrahitur vel incurritur infamia fa- 3
cti?Et dico quòd multipliciter.Aliquando enim incurritur à
crimine:ita quòd crimen eſt proxima cauſa infamię.Aliquan
do cauſatur ab alio:puta quia fuit incarceratus,ſcilicet iniuſte:
vel propter crimen repulſus à teſtimonio . de teſti.teſtimo-
nium.vel quia pater perverba turpia inſtituit eum hęredem:
vt dicendo,filium meum proditorem,nequam,& huiuſmodi,
hæredem inſtituo,& ei lego.C.ex quib.cau.infa.irro.l.ea quę
pater.vel per verba iudicis dicentis poſtulanti , calumniaris,
vel bene faceres ſi ad frugem vitæ melioris ea conuerteres.
& huiuſmodi.C.eo.l.verbum.& l.interloquutio.Multis etiam
alijs modis incurritur:vt generaliter quoties apud bonos &
graues viros infamatur quis ex aliquo facto.d.l.licet.ff.de ob-
ſe.à libe.& vj.q.j.ſunt plurimi.vt not.in c.licet ex quadam.de
teſtib.non autem infamiam faciunt dicta paucorum nec mul
tarum leuium perſonarum,modò apud bonos & graues non
ſit opinio læſa.Dicuntur autem hic graues , qui non ſunt le-
ues:puta ſi ſit homo bonæ famæ & opinionis antiquus:ſicut
benemeritus dicitur, qui non demeruit.ff.de legat.ij.l.cum
pater.§.rogo.& l.cùm quædam.in princ.& de ſcru.cap.vna.
in huiuſmodi tamen credo ſtandum arbitrio iudicis.¶†Ter
tiò quæritur,quem effectum habet hæc infamia facti?Et di
co primò quòd repellit à dignitatibus.de exceſ.prælat.inter
dilectos. quia vilibus & indignis portæ dignitatum patere
non debent:ſimiliter nec infamibus. de regu.iuris.c.infami-
bus.libr.vj.Et intellige ſecundum Archi. de dignitatibus ec-
cleſiaſticis & ſecularibus:quia infamis iudex eſſe non poteſt.
iij.q.vij.infamis.nec procurator.de iudicijs.deputati.& dicto
cap.infamibus.licet poſsit eſſe arbiter.ea.q.tria.ver.cognito-
res.¶†Et ſecundò repellit à teſtimonio in cauſa criminali.in
alijs autem admittuntur plus & minus,ſecundum quod ſunt
infamati,vt not.Ioan.And.& Panormit.in cap.teſtimonium.
de teſtib.& in cap.inquiſitionis.§.penul.de accuſa. ¶†Ter-
tiò ab accuſando.lege,qui accuſare.ff.de accuſa. Et quarto
poſtulando.ff.de poſtulan.l.j.de qua poſtulatione vide ĩ.Po-
ſtulatio.Et quintò à promotione ordinum.de accu.omnipo-
tens Deus.diſtinct.lxxxj.tantis Daniel.imò iam promotum
ſuſpendit,ſecundum Innoc.de poſtul.prælat.c.fin.de elect.ſu
per eo.de renunt.niſi cùm pridem. ¶Et ſextò inducit quere-
lam inofficioſi teſtamenti contra teſtamẽtum fratris,ſi infa-
mem hæredẽ inſtituit,& rumpit.C.de inof.teſtam. l. fratres.
¶Et ſeptimò inducit purgationem canonicam ſi iudici vide-
bitur. de accuſ.veniens.& ibi de hoc Hoſtien.& gloſ.in l.nul-
lam.C.ex quib. cau.infam.ali.irrogat. ¶† Quartò quæritur,
quomodo tollitur iſta infamia facti?Et dicit Panorm.in cap.
ex diligenti.de ſimo.quòd tollitur per contrarium factum,vt
not Ioan.And.vj.q.j.c.omnes.in gloſ. Poteſt etiam princeps
diſponere vt talis infamia non habeat effectum:vt not.Pan.
in c.cum te.de ſent.& re iud.¶†Quintò quæritur, quomodo
incurritur infamia iuris ciuilis? Et dico quòd duobus modis.
Primò per iudicis ordinarij ſentẽtiam diffinitiuam criminis
publici vel aliquando priuati,vt furti vel iniuriarum:non au-
tem per ſententiam interlocutoriam,vel etiam arbitri.l.quid
ergo.§.ex compromiſſo.ff.de his qui not.infa.& regulare eſt
quòd in criminibus publicis nõ incurratur,niſi per ſententiã.
l.j.ff.de his qui not.infam.& not.Dyn.in d.regula,infamibus.
& Pan.in c.teſtimoniũ.de teſtib. Quæ autẽ ſint crimina pu-
blica,habes Inſtit.de pub.iud.per totũ.& ſ.Crimẽ.§.iij.¶†Et
ſecũdò incurritur ipſo facto in caſibus,in quibus iure cauetur
quòd incurratur ipſo facto: vt cùm Imperator militi aufert
inſignia,vel aliquẽ in exiliũ mittit.l.quod ait.§.ignominioſa.
ff.de his qui not.infa.Et qui exercẽt improbũ fœnus,exigẽtes
vſuras vſurarũ.iij.q.vij.§.porrò.& ibi vide multa de iſta ma-
teria in text.& in gloſ.Et qui depræhenditur in adulterio. ff.
de ritu nupt.l.palam.§. qui in adulterio.vel contrahit ſimul
cum duabus: vel ſimul habet duas ſponſas.l. quid igitur. ff.de
his qui not.infam.de bigam.nuper à nobis.Et qui locauit ope
ras ſuas vt pugnaret cum fera.ff.de poſtu.l. j. §.beſtias.ſecus
ſi cauſa virtutis exercendæ.Et qui faciunt ludos pericul oſos
per plateas & alia loca,per dictam l.j.pro quo etiam vide gl.
in l.ij.ff.de his qui not.infam.quæ vult quòd omnes ioculato-
res ſint infames ipſo iure:quia mercedis gratia ludibrium ſui
faciunt.quòd limitandum videtur de mente Panor.in c.cùm
decorem.de vi.& hon.cler.ſi quis bis exequatur artem illam.
arg.in l.palam.de ritu nup.vbi habetur,mulierẽ dici meretri
cem,ſi admiſit duos cauſa quæſtus.& facit xxv.quæſt.ij.& ap-
probat hoc Arch.in c.illud.xij.diſt. dicens quòd in malis acti
bus & in delictis ſufficit binus actus ad probandum conſue-
tudinem quo ad homines & animalia.C.de epiſc.audien.l.ne
mo.Innoc.tamen in d.cap.cùm decorẽ.limitat ſi hoc hiſtrio-
nes faciant in publico. Ibi etiam innuit quòd conſuetudinem
non faciant duo actus.ſed primum eſt verius.Secus autem de
locantibus operas,& aſcendentibus arbores gratia colligen-
dorum fructuum,aut turres gratia capiendi aues : qui non
ſunt infames,ſecũdum Bartol.in dicta l.j. quia fit gratia pu-
blicæ vtilitatis.Et qui lenocinium exercet,vel filias aut nepo
tes proſtituit.l.athletas.§.ait prætor.ff.eo.& ibi de multis alijs
vide:& ſimiliter in d. §.porrò.† Ex his autẽ tria notabilia pa-
tent.¶Primũ,quòd in criminalibus binus actus inducit con-
ſuetudinẽ:quòd facit ad caſus reſeruatos epiſcopo, quãdo ali
quid eſt in cõſuetudine.¶Secundum,quòd mulier, quæ duos
admiſit cauſa quæſtus,eſt meretrix:& ſic quicquid deinceps
lucratur, poteſt retinere:ſecus de fornicãtibus hincinde prin
cipaliter cauſa libidinis:quia ſi recipiũt munera, reſtituere te
nentur:vt infrà Reſtitutio.ij. ¶Tertium,quòd ex duabus vi-
cibus inducitur frequentatio monaſteriorum . quod eſt pec-
catum,vel habet ſpeciem peccati,niſi bene circunſtantione-
tur.& hoc patet in cap.monaſteria.de vita & honeſt.cleric.
¶Sextò quæritur,†quando incurratur infamia canonica? Et 11
dico quòd regulariter omnes infames ſecũdum leges,etiam
ſecundum canones ſunt infames:vt probat tex. in ca.omnes.
vj.quæſt.j.& not.Innocent.in cap qualiter & quando.el ij.de
accuſat.& ſimiliter omnes,qui ſuis culpis ad ordines promo-
ueri non poſſunt:vt in d.capit.omnes.& in text..& in gloſſ.de
quo etiam d.§.porrò.& ſecundum Panor.in cap.ex diligenti.
de ſimo.incurritur generaliter ex quolibet peccato mortali:
vt vj.quæſt.j.infames.& ibi in gloſſ.ſumma.& hæc durat do-
nec ſublatum ſit crimen:vt in d.cap.infames. & gloſſ.in cap.
illi.vj.quæſt.j.ideoq; poſt pœnitentiam ceſſat infamia talis.
¶Septimò quæritur ſpecialiter,† vtrum confeſsio delicti in 12
iudicio reddat aliquem infamem infamia iuris?Et dicit Bar-
tol.in l.infamem.ff.de publ.iudic.& not.Panormitan.in cap.
at ſi clerici.de iudic.quòd non:quia ad infamiam videtur iu-
dicium prætorum requirere vt quis ſit condemnatus de cri-
mine.l.j.ff.de his qui not.infam.& in cap.criminis.confeſſus
non habetur pro condemnato:vt in l.ſi cõfeſſus.ff.de cuſtod.
& exhib.reo.Vnde Bartol.in l.furti.ff.de his qui not. infam.
dat cautelam,vt quando requiritur ſententia ad infamiam:
ſoluatur condemnatio ante ſententiam:& ſic quis euadet.ar-
gu.l.ſi reus.ff.de procurat.Similiter nota aliam cautelam,ſci
licet quòd talis non litiget per ſe,ſed per procuratorem:quia
licet ipſe condemnetur,& procurator procuratorio nomine,
hoc tamẽ caſu nec dominus nec procurator efficitur infamis:
vt probatur in d.l.furti.§.ſi quis alieno.per text.& gloſ.& ibi
Bart.hoc not.& docto. Et loquitur quando quis conuenitur
vt condemnetur actione famoſa,vel ex crimine ex quo ſequi
tur infamia.Prima tamẽ cautela nõ valeret vbi infamia irro
gatur ipſo iure:vt in ca.teſtimoniũ.de teſti.quia per ſolutio-
nem videtur reus fateri crimen.l.ad ſolutionem.C.de re iud.
& l.quoniam.ff.de his qui not.infa.¶Octauò quęritur,†vtrũ 13
efficiatur infamis prælatus remotus propter dolum? Et dicit
Panormit.in capi.licet.de ſimo.& ibi glo.quòd ſic. ſicut iura
volunt in tutore.¶Nonò quæritur,† vtrum condemnatus de 14
falſo commiſſo in officio teſtificandi,efficiatur infamis ? Et
dico quòd ſic,ſi directè fuit condemnatus . de ordin.c.cogn.
cùm dilectus.in fine.Secus ſi directè non fuit actum contra
eum,ſed vt repelleretur à teſtimonio.argum.dicti capi. cùm
dilectus.& l.Lucius.ff.de his qui not.infam.¶Decimò quæri 15
tur,†vtrum infamia iuris tollat executionem ordinum?Et di
cit Panormita.vbi ſuprà quòd ſic:& exercitium cuiuſcunque
dignitatis,& adimit honorem quæſitum & quærendum , vt
dicit text.in l.infamia.C.de decurioni. & ideo prælatus non
expectet ſententiam:ſed reſignet ſpontè à principio:& ſic vi-
tabit infamiam.Et ſecundum eundem in capitul. querelam.
de iureiurã.infamia talis priuat ipſo facto dignitatibus & ho
noribus citra titulos beneficiales:vt probatur ex text. l.ij.§.
miles.ff.de his qui not.infam.vbi dicit gloſ. quòd ſicut infa-
mia priuat ipſo facto militem militia.vt ibi:ſic pari ratione
priuat militia cœleſti in alijs dignitatibus & honoribus . Et
idem videtur velle gloſ.in l.fruſtra.C.de reſtitu.milit. In be
neficialibus autem dicit ſe nõ inuenire textũ hoc dicentẽ:vn
de hanc ſpiritualem pœnam non debemus ponere in ipſis,ex
quo iure canonico non cauetur expreſsè?vt in ſimili dicit gl.
in c.fin.de iur.pa.Fatetur tamen quòd collatio facta infami
ipſo iure nulla eſt.regula,infamibus.de regu.iur lib.vj.& l.ij.
C.de dig.& facit c.inter dilectos.de exceſ.præl.Repellit etiã
infamia talis nõ ſolùm à promotione,ſed etiam ab accuſan-
do,teſtificando,poſtulando,& huiuſmodi:ſicut de infamia fa
cti dictũ eſt.¶Vndecimò quæritur,†quis poſsit auferre hãc 16
infamiam iuris?Et dicit Pan.in d.ca.cum te.de ſentẽ.& re iu-

di.quòd ſolum per principē tollitur quo ad illos,qui ſunt ſibi
ſubiecti,non quo ad ſubiectos papę,ſed per ipſum papam ſo-
lum:vt in l.j.ff.de poſtul.& in d.c.cum te.& hoc directè.Indi
rectè autē hoc poteſt aliquādo epiſcopus: vt diſpenſando in
caſibus ſibià iure permiſsis: puta condemnatus de adulterio
efficitur infamis:& tamen epiſcopus diſpenſare poteſt ſuper
adulterio,& ſic conſequēter in infamia,ſed non principaliter
ſeu directè.de quo vide Bart.in d.l.j.& in l.infantem.in fin.ff.
17 de pub.iud.¶Duodecimò quæritur,† vtrum papa poſsit re-
ſtituere laicum nō ſubiectum ſuæ iuriſdictioni?Et dico quòd
non de iure.ſecūda quęſt.iij.§.hinc colligitur.niſi fortè eſſet
ſibi neceſſarius in clericatu:& tunc ipſe tantùm,& non alius
poſſet:de plenitudine tamen poteſtatis hoc poteſt,iuxta di-
cenda infrà in verbo,Papa.& ſ̄.Caſus.§.j.caſu xliiij.Eos autē,
qui de ſuo ſunt patrimonio,reſtituere poteſt, & eos , qui iuri
aliorum non ſubſunt,& omnes clericos:vt in cap.per venera-
bilem.qui fil.ſint leg.not.Bern.& Inno.& Hoſtiē.in d.capit.
cum te.Similiter tenent doct.quòd collegium Cardinalium
poteſt ſicut & papa.Sed Pan.in d.c.cum te.contrarium tenet,
ſcilicet quod non poteſt.quod ego verum puto,niſi periculū
eſſet in mora expectandi futurum pontificem:vt in ſimili di
ctum eſt ſ̄.Excommunicatio vij. excōmunicatione xiij.dub.
iij.Item Excommunicatio ix.excommunicatione xij.dub.ij.
18 ix.ſeruando.¶Decimotertiò quæritur,† vtrum reges tolle-
re poſsint hanc infamiam iuris?Et dico quòd non, ſecundum
Innoc.ſi ſubſunt Imperatori:ſed bene illi qui ſuperiorem nō
recognoſcunt ſecundum dominum Ant.in c.cum te. ¶De-
19 cimoquartò quæritur, † vtrum reſtitutus per Imperatorem
indigeat alia diſpenſatione vt promoueatur? Et dicit Panor.
in d.c.cū te.ꝙ nō,modò egerit pœnitentiā.Et idē dic de re-
ſtituto per regē,q̄ nō ſubijcitur Imperatori.Qualiter autē &
quādo infamatis ſit indicēda purgatio,j̄.Purgatio per totum.

## De Infidelitate & Infidelibus.

1 *Infidelitas quid & quotuplex.& num.2.*
3 *Infidelium acta an ſint omnia peccata.*
4 *Infideles in ſuis ritibus an ſint tolerandi.*
5 *Peccétne fidelis commercium habens cum infideli.& nu.6.*
7 *Infidelium dominium an ſit fidelibus tolerandum.*
8 *Infideles ſuis rebus ſpoliare an liceat.*
9 *Infidelis an ſit teſtis idoneus.*
10 *Infidelium habitum an liceat aſſumere.*

1 INFIDELITAS† oppoſita fidei,quæ eſt virtus theologi
ca ſecundū S.Tho.ij.ij.q.x.& Rom.x.& Aſten.in Sum.du-
pliciter dicitur.Primò ſcilicet purè negatiuè,vt in his qui
de fide Chriſti nihil vllo tēpore audierunt:& ſecundò cōtra-
riè,vt in his qui audita fide credere recuſant . in quo propriè
ratio infidelitatis completur.Et primò quidem modo nō ha-
bet rationē culpæ,ſed pœnę:quia eſt ſequela peccati Adæ ta
lis ignorantia diuinorū.vñ tales infideles nō damnantur pro
pter infidelitatē,ſed ꝓpter alia peccata,quæ ſine fide remitti
non poſſunt.pro quo facit illud Io.xv.Si nō veniſſem,& locu
tus eis non fuiſſem,peccatum non haberent.ſcilicet infideli-
tis ad Chriſtum,ſecundum Aug.ſed ſecundo modo eſt pecca
tum grauiſsimū,vt patet vbi ſ̄.Et iſto modo nunc de infideli
2 tate proſequimur.¶Primò verò quęritur,† quot ſunt ſpeci-
es infidelitatis?Et dicit S.Tho.& Aſten.vbi ſ̄.quòd ſunt tres:
Paganorum,Iudęorum,& hæreticorū, quæ peſsima eſt quia
contrarietas ad fidem:aut eſt ad nondum ſuſceptam: & con-
uenit Paganis.aut ad ſuſceptam:& hoc dupliciter,ſcilicet ad
ſuſceptā in ſua figura:& conuenit Iudæis. aut ad ſuſceptā in
ſe:& conuenit hęreticis.Vnde Marani propriè ſunt hæretici:
3 quia fidē aliquādo ſuſceperunt.¶Secundò quæritur,† vtrum
omnia quæ faciunt infideles,ſint peccata.& ex Sanct.Thom.
ij.diſtin.xlj.& quarto,diſtinct.xxxix.& ij. ij. quæſt.x.& Rom.
xiiij.& ex gl.vbi ſuper illud,Omne quod non eſt ex fide,pec-
catum eſt.& Aſten.reſpondeo quòd non omnis vita vel ope-
ratio infidelium,peccatum eſt:ſed ſolùm quando faciunt ali-
quod opus ex infidelitate,vel relatū ad infidelitate:quia qui
do Saracenus ieiunat vt ſeruet legē Machometi: vel Iudæus
ſabbatizat, & huiuſmodi.quo caſu mortaliter peccant:aliàs
autem poſſent habere actus bonos ex obiecto vel circūſtan-
tijs placentes Deo:licet nullus eorum ſit meritorius. ¶Ter-
tiò quæritur,† vtrum infideles ſint in ſuis omnibus, in qui- 4
bus peccant,tolerandi?Et dicit Sanctus Thom.ſecunda ſecū-
dæ,vbi ſuprà,quòd ritus Iudęorum tolerātur ab eccleſia pro
pter figuram in teſtimonium Chriſtianæ veritatis:non autē
ritus aliorum infidelium,niſi vt vitetur maius malum,vel fa
cilius conuertantur.Et idem Aſtenſis,dicens infidelium ritus
tolerari poſſe ſine peccato:vel propter bonum inde ſequens:
vel propter malum vitandum. Vtrum autem ad fidem ſint
cogendi,vide ſuprà Baptiſmus.iiij.§.vj.& vij.¶Quartò quæ-
ritur† vtrum peccent mortaliter fideles vendentes vel alio ti 5
tulo concedētes infidelibus aliqua:puta carnes,oliuas,& hu-
iuſmodi,quibus ad eorum ritum vtuntur ? Et dico quòd ſic,
ſi ad hunc finem venderent:quia eſſent cooperatores.Si verò
non vendant hoc fine,nec ſciunt aut probabiliter credunt vel
dubitant quòd vtentur ad illum finem , nullo modo peccant
per ea quæ dicta ſunt ſuprà in titulo Ars. Si verò hōc ſciunt,
vel probabiliter credunt,ſeu dubitant:Sum. Angel.in titulo,
Infidelitas,videtur tenere quòd non ſit mortale:aliter,inquit
eccleſia eos tolerans,cùm ſciat quòd quaſi omnibus vtuntur
ſecundum aliquam cōditionem ſuarum ſectarum,videretur
Chriſtianis damnatiōis laqueum ponere.Summa verò Roſ.
in titulo Iudæus ſecundò , tenet quòd ſit mortale, allegans
quòd hic eſt permiſsio tertio modo,quæ ſcilicet non licet in
re illicita:de quo infrà Permiſsio.Ego autem diſtinguo dicēs
quòd ex neceſsitate & rationabili cauſa vti poſſumus malo,
id eſt,peccato alterius ad hoc diſpoſiti ad bonū noſtrū,modo
non cooperemur immediatè ad aliquid, quod ex ſua natura
ſit peccatū:ſicut ex cauſa accipio mutuum ab vſurario ad hoc
parato,participando cum eo ſolùm in acceptione & datione
mutui,quæ de ſe non eſt mala.Secus autē ſine cauſa,vel ſi nō
ſit paratus,& induco ad fœnus:vel ſi cooperaretur in aliquo
de ſe malo:vt in ſoluendo maleficium per virtutem diaboli.
Igitur ex cauſa rationali licet iſtis vendere,puta ex magna
neceſsitate vel vtilitate,quia ſunt parati ad hoc:nec participa
tur in aliquo de ſe malo:ſicut etiā ex cauſa rationabili,emo
agrum mihi valde vtilem ab eo,quem ſcio tota pecunia vel
eius parte malè vſurum:ſine cauſa autem nō licet:quia dare
occaſionem peccati ſine cauſa eſt peccatum : nō autem cum
cauſa:puta ſi mulier ad eccleſiam vadat.Dicit tamen Sanct.
Thom.ij.ij.quæſt.clxix.art.vltim.quod ſi qua eſſet ars ad fa-
ciendum opera,quibus homines ſine peccato vti non poſſunt
artifices talia faciendo peccāt:vtpote prębentes alijs directè
cauſam peccandi: puta ſi quis fabricaret idola , vel aliqua ad
cultū idololatriæ pertinētia:ſed loquimur de facientibus illa
intentione:cùm nō ſit ratio quare alia cauſa fiant. ¶Quintò
quæritur,† vtrum cum infidelibus poſsint fideles conuerſari?
Et dicit Sanct.Tho.ij.ij.vbi ſ̄.quòd ab hoc nō ſunt prohiben-
di fideles in fide firmi,ita quòd inde magis ſperetur illorum
conuerſio,quàm horum ſubuerſio: ſed prohibendi ſunt ſim-
plices & infirmi,ne ſine magna neceſsitate cōuerſentur cum
eis.Aſten. quoque idem ſapit,dicens quòd ſi eccleſia hoc in-
terdiceret propter aliquod eorum peccatum puniendum &
nō liceret:ſi verò nō interdiceret,ſic diſtinguit vt Sanct.Tho.



7 ¶Sextò quæritur, † vtrum permittendi ſint infideles habere
dominium ſuper fideles?Et dicit S.Tho.ij.ij.q.vbi ſ̄.quòd non
dominium nouum,ſed ſolùm antiquum , quo etiam priuari
poſſunt.vide ibi artic. x. & j̄.Iudæus .§ . quarto . ¶Septimò,
8 † vtrum infideles poſsint licitè à fidelibus rebus ſuis ſpoliari?
Et dicit Hoſti. in c.quod ſuper his.de vot.quòd ſic,ſi eccleſiæ
dominium non recognoſcunt:per illud Matth.vlti.Data eſt
mihi omnis poteſtas in cœlo & in terra.quam ſcilicet poteſta
tem tranſtulit in vicarium ſuum.Secus ſi eccleſiæ dominium
recognoſcunt,& non ſunt infeſti Chriſtianis.Pro quo eſt tex.
cum gl.xxiij.q.vij.ſi de rebus.& hoc tenet Sum.Ang.ſed in d.
c.quod ſuper his.tenet quòd non,niſi ſint infeſti Chriſtianis,
vel aliter delinquant in legem naturæ.& facit pro eo tex.xx-
iij.q.viij.diſpar.& hoc tene:quia S.Tho.ij.ij.q.lxvj.art.viij.ad
ſecundum,dicit quòd ſpoliari poſſunt ſuis bonis publica, &
non priuata authoritate,ea ratione qua ſecundum leges ter-
renorum principum ea poſsident iniuſtè.quod ſupple eſt du-
pliciter,vt innuit Innocen. ſcilicet vel quia illa ſubripuerunt
Chriſtianis,vel quia per dominos fideles cōdemnantur in bo
his propter delicta eorum,de quibus eos punire poſſunt.De
9 Iudæis autem,infrà Iudæus.¶Octauò quæritur, †vtrum in-
fidelibus ſit credendum in aliorum præiudicium?Et dicit Pa
nor.in cap.j.de hære.quòd non:arg.d.cap.j. quia ex quo ſunt
infideles Deo,non præſumuntur fideles hominibus:ideoque
teſtes non admittuntur contra Chriſtianos.ij. q. vij.non po-
teſt.& cap.Pagani.quod tamen fallit in materia hæreſis:vt j̄.
10 Iudæus.§.iiij.particula viij.¶Nonò quæritur,†vtrum liceat
aſſumere habitum infidelium,& ſic ſe ſimulare infidelem?Et
dicit Rodo.quòd ſic,ex cauſa rationabili, ſicut fecit Sanctus
Sebaſtianus : modò in tali veſte non ſit aliquod ſignum vel
aliquis character principaliter inſtitutus ad diſcernendum
profeſſores alicuius infidelitatis:quia ſic non liceret,eo quòd
per tale ſignum mentiretur contra fidei profeſsionem. Sine
cauſa verò rationabili nullo modo licet. Vtrum dubitare de
fide,ſit mortale,ſiue infidelitas : vide ſuprà Hæreſis.j.§ . iij.
Vtrum etiam cum infidelibus ſit diſputandum vide , ſuprà
Diſputare , per totum.

¶Infirmus famulus an debeat habere ſalarium , vide ſu-
prà,Familia.§ . ij.

INFRA aliquando excluſiuè, aliquando incluſiuè ſumi-
tur.Vide per Innocen.de fide inſtrumento.cap. inter dile-
ctos.& Ioan.Mo.de exce.pia.ſuper verbo , octo.libr.vj.&
Ioann.Andr. de cleric. coniug.

INGENVVS eſt is,cui ex natiuitate competit libertas,qui
non eſt factus liber,ſed natus.Inſtit. de inge.in princip. de
ſer.non or.inſtruendi.in gloſſ.& ſic nulli tenetur obſequi.
Poteſt tamen libertus conſequi ingenuitatem , ſcilicet ſi à
domino ſuo non fuerit expoſitus.

## De Ingratitudine & Ingratis.

1 *Ingratitudo an ſemper ſit peccatū & ſpeciale peccatū.& n.2.*
3 *Ingratitudinis quot ſunt gradus.*
4 *Ingratitudo an ſit mortale peccatum.*
5 *Ingratis an debeant beneficia ſubtrahi.*
6 *Ingratus an excuſetur ex impotentia.*

INGRATITVDO eſt vitiū oppoſitū gratiæ,ſiue grati-
tudini.vñ ſicut gratitudo eſt virtus retribuens bñfactori
quod debet:ita ingratitudo eſt vitiū nō retribuens bñfa-
ctori qđ debet.¶Primò verò quæritur,†vtrū ſemper ſit pec
catum?Et dico ex Sancto Tho.ij.ij.q.cvij.quòd ſic:quia cùm
duplex ſit debitum,ſcilicet legale,ad quod reddendū inducit
iuſtitia:& morale,ad qđ inducit honeſtas virtutis:& quod red-
dit gratitudo,ingratitudo tollit hoc debitum honeſtatis:&
conſequenter opponitur gratitudini,quæ eſt virtus:& conſe-
quenter eſt vitium & peccatum.¶Secundò quæritur,†vtrum 2
ſit ſpeciale peccatum?Et dico ex S.Th.ij.ij.vbi ſ̄.& iij.q.lxxx-
viij.& iiij.diſt.xxij.& Pet.Aure.quòd ingratitudo materiali-
ter ad Deum eſt in quolibet peccatum , inquantum ſcilicet
homo facit aliquid quod poteſt ad ingratitudinem pertine-
re:vt ſi quis voluptate ductus fornicationi conſentit contra
Deum benefactorem: & tunc eſt circunſtantia : formaliter
autem eſt,quando actualiter beneficium contemnitur , vel
non appretiatur,aut non recognoſcitur:& ſic eſt ſpeciale pec
catum.¶† Tertiò quæritur,quot ſunt gradus ingratitudinis? 3
Et dico ex eodem,quòd ſicut gratitudo habet diuerſos gra-
dus,quorum primus eſt beneficium recognoſcere:ſecundus,
gratias & laudes agere:tertius , retribuere pro loco & tem-
pore ſecundum propriam voluntatem:ita ingratitudo oppo
ſita habet ſimiliter diuerſos gradus.Et quia primum in gene
ratione,eſt vltimum in reſolutione:primus gradus ingratitu
dinis eſt non retribuere ſecundum quod decet:ſecundus eſt,
diſsimulare,id eſt,non laudare,nec gratias agere:tertius eſt,
non recognoſcere,ſiue per obliuionem,ſiue per quemcunq;
alium modum.Et quia in negatione intelligitur oppoſita af
firmatio ideo ad primum gradum ingratitudinis pertinet
quòd aliquis retribuat mala pro bonis : ad ſecundum quòd
beneficium vituperet: ad tertium quòd illud beneficium re-
putet.¶Quartò quæritur,†vtrum ingratitudo ſit peccatum 4
mortale?Et ex Sancto Thoma colligitur quòd cùm dupli-
citer ſit quis ingratus: primò per omiſsionem , vt non retri-
buendo, non regratiando , non recognoſcendo : & ſecundò
per commiſsionem , agendo contrarium , quantum ad pri-
mum eſt mortale,ſi prætermittatur aliquid quod neceſſariò
erat faciendum ſimpliciter,vel in caſu,vel ratione interioris
contemptus: & ſimiliter quantum ad ſecundum erit morta-
le,ſi aliquid fiat,quod neceſſariò erat omitendum:vel ratio-
ne contemptus interioris:aliàs eſt veniale. ¶Quintò quæri-
tur,†vtrum ingratis ſint beneficia ſubtrahenda ? Et dicit S. 5
Tho.vbi ſuprà,aliud eſſe quod ingratus dignus eſt pati: quia
ſine dubio meretur ſubtractionem : aliud quod beneficium
oportet facere:quia primò non debet eſſe facilis ad ingrati-
tudinem iudicandā:quia fortè beneficiato non occurrit facul
tas aut debita opportunitas retribuendi.Secundò debet ten-
dere ad hoc quòd de ingrato faciat gratum: quod quidem ſi
non poteſt primo , fortè ſecundo beneficio faciet : ſed ſi ille
ex beneficijs multiplicatis ingratitudinem augeat,& fiat pe
ior,debet à beneficiorum exhibitione ceſſare. Et idem dicit
gloſſa in cap.non omnis.v.q.v.dicens quòd ſi præſumitur ex
beneficijs trahendus ad gratitudinem vel ad minus malum,
non ſunt ſubtrahenda:ſed ſi ad peiora vel ad perſeuerandum
in malo inducitur,ſubtrahi debent. ¶† Sextò,vtrum ex im- 6
potentia poſsit quis ab ingratitudinis vitio excuſari? Et dico
quòd non:quia ad debitum gratitudinis reddendum magis
attenditur voluntas quàm opus . Vnde dicit Seneca in libro
de benefic.quòd beneficium non in eo, quod ſit , aut datur,
conſiſtit,ſed magis in dantis aut facientis animo.Et ideo ſuf-
ficit voluntas recompenſandi,cùm deeſt facultas.Vtrum au-
tem propter ingratitudinem reuocetur donatio, ſuprà Do-
natio.j.§.xiij.

IN integrū reſtitutio,eſt prioris ſtatus vel iuris reintegra-
tio,per quā ſubuenitꝰ minoribus & eccleſijs : vt in l.j.C.de
ſen.paſ.& ſcd̄m Spe.eſt audientiæ reintegratio.ff.de min.
l.quòd ſi minor,§.ſi reſtitutio.Et in integrū reſtituere,eſt re-
ducere in eum ſtatū,in quo quis erat ante læſionem . extra
eodem.auditis.in gloſſa.Quandoq; etiā per hanc ſubuenitur
maioribus ex legitima & iuſta cauſa.ff.ex quibus cauſ.maio.

per totum.& ſic intelligitur cap.ex literis.eodem titu.& cap. cum Bertoldus.de re iudi.& cap.ſignificante.de pig.

## De Iniurijs.

1 *Iniuria quot modis dicatur,& quot modis fiat.& nu.2.*
3 *Iniuriam quis faciat vt teneatur.*
4 *Iniuriam an ſemper faciat qui vocat furem vel homicidam.*
5 *Iniuria non ſit matronæ, quæ in habitu meretricis eſt inuenta.*
6 *Iniuriam repellere an liceat,etiam percutiendo.*
7 *Iniuriam an teneatur quis remittere.*
8 *Iniuriarum actio cui competat.*
9 *Iniuria qualiter æſtimari debeat.*
10 *Iniuriarum actio qualiter tollatur.*
11 *Iniuriæ ſatisfactio vel condemnatio quando faciat quem infamem.*

INIVRIA,ab in,id eſt,non,& ius,dicta eſt:quaſi non iure aut contra ius facta: aut ſecundum Etymologiam , quaſi
1 iniqua iura.& multipliciter dicitur . ¶† Primò enim dicitur generaliter non iure factum,ſcilicet vt iniuria opponitur iuri priuatiuè vel contradictoriè:vel quia nullo iure præcipitur aut vetatur,vt leuare feſtucam.Secundò ſpecialiter dicitur culpa:vt in l.Aquilia. ſcilicet vt iniuria opponitur iuri contrario.¶Tertiò dicitur iniquitas vel iniuſtitia iudicantis,quaſi ius iniquum & iniuſtum:Inſti.eodem tit.in princ.ſcilicet vt iniuria conſiſtit in iuris abuſu. ¶Quartò ſecundum vſum loquentium propriè dicitur quod fit contra alicuius honorem:
2 vt ff.eodem.l.j.& l.apud Labeonem.†Et fit tribus modis:primò re:ſicut cùm manus inferuntur:vt in dicta l.j. §.j.& xvij. q.iiij.ſi quis ſuadente.ſecundò verbis , ſicut conuiciando aut contumeliando:vt in d.§.j.facit cap.olim . eodem titulo.c.in literis.ſicut cùm quis ad infamiam alicuius libellum vel famoſum carmen,aut hiſtoriam conſcribit.ff.eodem.l.lex Cornelia.§.ſi quis verborum.& idem ſi aliquid malo dolo fecit vt aliquid horum fieret: puta dimiſit ſcripturam cadere in platea.arg.ff.de verborum ſigni.l.latæ.Nec diſtinguitur vtrum nomine ſuo vel alterius ediderit,vel vtrum nomen expreſſerit eius,quem intendebat infamare nécne:modò per circunſtantias agnoſci poſsit.Eodem modo tenetur,ſi ſine ſcriptura notam vel ſignum aliquod iſtorum prodiderit : puta quia veſte lugubri vtitur in alicuius iniuriam:vel cornua poſuit in porta,& huiuſmodi.ff.eo.l.item apud Labeonem.§.ait prætor.ne quid infamandi cauſa fiat.& v.quæſt.j . quidam maligni ſpiritus.& de iſta quarta eſt hic ſermo.¶Primò verò quę-
3 ritur,† quis poſsit iniuriam facere ſeu de iniuria teneri ? Et dico quòd ille tantùm qui etiam pati illam poteſt : quod tamen fallit in furioſo & puero,qui non eſt doli capax:& in dormiente,qui eam pati poſſunt,& non facere.Aduertēdum eſt tamen quòd nullus iniuriam facere poteſt, aut de iniuria tenetur,niſi ſciat,aut ſcire debeat , ſe iniuriam facere : quia ſi quis per iocum percutiat, aut dum certat , non tenetur iniu-
4 riarum.ff.eodem.l.illud.¶Secundò quæritur,†vtrum teneatur de iniuria is,qui verè alicui dicit, latro,fur , homicida, & huiuſmodi?Et dicit Hoſt.quòd non,ſi faciat animo accuſandi aut denuntiandi delictum , & probauerit.ff.eodem. l.eum qui.in princip.vbi dicitur,peccata nocentium nota eſſe,& expedire & oportere.& C.eodem titulo.l.ſi quidem. Et idem ſi faciat excipiendo,vt eum repellat à teſtimonio.de teſtib . ex parte.vel ab ordine aut beneficio.de accu.ſuper his.quia hoc iure conceditur:& nemo facit iniuriam , qui vtitur iure ſuo. de elect.cum eccleſia Volaterrana.Si verò dicit ad infamandum tantùm , quod præſumitur quando non habet iuſtam cauſam dicendi,iniuriam facit ,& condemnandus eſt.dict.l.ſi quidem.& l.iij.C.eodem.vj.q.j.ex merito . & cap.deteriores. & no.Hoſtien.& Bernar.in cap.ſi culpa.eodem titulo.¶Tertiò quæritur,†vtrum fiat iniuria matronæ deprehenſę in veſte meretricali, ſi intentetur ? Et dico quòd non.facit cap. in audientia.de ſent.excommuni.nec iniuriatur matrimonio, ſecunndum Hoſtien.& Bernar.qui illud ignorauit.C.de adulte.l.ſi ea.ſicut nec militiæ, qui militem ignorat. ff.locati.l.ſi ignorans.Secus in habitu honeſto.¶Quartò quæritur,†vtrū poſsit quis iniuriam repellere? Et dico quòd defendendo ſolum ſecundum omnes licet:ſed percutiendo,ſunt opiniones: quia dicit Hug.§.ſi verò ira.diſtinct.50.quod non licet.quod Bernar.& Lau.in cap.ſuſcepimus.de homic.reſtringit ad clericos:ego verò dico iuxta dicta ſuprà Bellum. ij.§.j.quod licet etiam clericis,ſi aliter iniuria vitari non poteſt.intelligendo de perſonali cum moderamine inculpatæ tutelæ. & eſt mens Alex.in iij.parte Sum.Si verò ſit verbalis,idē dicendum videtur quod de fuga turpi,vt ſuprà Bellum.ij.§ . iij.dictum eſt.Intellige omnia dum iniuria eſt in fieri,non in facto eſſe: ſed tunc dic vt §.ſeq. ¶Quintò quæritur,†vtrum iniuriam paſſus teneatur illam remittere?Et dicit gloſſa in cap.ſi quis contriſtatus.xc.diſtinctione.quòd non quo ad actionem,ſcilicet vt ei ſatisfiat.xxiij.quæſ.iiij.ſi illic.imò dicit quòd agendo benefacit,vt ſatisfaciat.xlv.diſtinct.& qui.& xxiij.quæſt.v.de occidendis. quia iniuriator tenetur nedum petere veniam:ſed etiam ſatisfacere de damno dato ex iniuria ſi poteſt: aliter abſolui non poteſt:niſi iniuriatus remittat actionem iniuriæ liberaliter quo ad conſcientiam . Rancorem verò cordis etiam iniuriatore non ſatisfaciente tenetur iniuriatus dimittere.de pœn.diſtinctione quinta.cap. vltimo.imò nunquam debet admittere:quia non licet aliquem odire.xxiij.quæſtione iiij.cùm in lege.xj.quæſt.iij.inter verba.¶Sextò quæritur, † cui competat vel detur actio iniuriarum?Et dico quòd ipſa non naſcitur ex pacto,ſed ex contumelia.l.ſi vnus . ff.eodem.vnde competit ei qui iniuriam patitur:vt notat. Inſti. eodem titulo.in rubrica.contra eum qui illam intulit,vel inferri procurauit,Inſti.eodem titu.§.non ſolum . Notandum eſt verò quòd nedum iniuria fit alicui in perſona propria,ſed etiam ſi fit filio,vel ei,quem habet in poteſtate:Inſti.eodem. §.patitur.dum tamen iniurians ſciebat eum filiumfamiliâs licet ignoret cuius.Datur etiam actio filiofamiliâs in nomine ſuo.l.ſi filiusfamiliâs.ff.de actio.& obligationi.Item in ſponſam vel vxorem:& ſic datur actio viro & mulieri : & ſi ſit filijsfamiliâs,etiam patri.l.j.§.vltimo.ff.eod.Non tamen patitur ſponſa vel vxor iniuriam factam viro:quia vxores à viris, non viri ab vxoribus defenduntur.ff.eodem.l.ij.de ſpon.dicitur in l.item apud Labeonem.§.ſponſum.Item datur hæredi ob iniuriam factam cadaueri defuncti,cuius eſt hæres,vel ſi fama eius ſit laceſsita.dicta l.j.§.ſed ſi fortè cadaueri.Item datur domino ob iniuriam atrocem factam ſeruo.d.l.item apud.§.prætor ait.& Inſtit.eodem.§.ſeruus . Item datur epiſcopo pro iniuria facta clericis , & abbati ſuis monachis:vt not.in cap.parochianos.de ſententia excommunicationis. ¶Septimò quæritur , †quanti condemnabitur reus in hac actione ? Et dico quòd tanti , quanti actor iurauerit ſe nolle illam iniuriam ſuſtinuiſſe: præmiſſa tamen iudicis taxatione.Inſtitut.eodem titu.§.pœna.ff.eodem.lege, inſtitutionibus.In iſto autem iuramento duo modi traduntur. Nam quidam dicunt quòd ſufficit , actorem iurare quòd nollet lucrari tantum vel tantum pro eo quòd talem iniuriam ſuſtineret. Sed alij dicunt verius quòd debet iurare ſe potius velle de ſuo perdidiſſe tantum vel tantum, quàm talem iniuriam ſuſtinuiſſe. quod Hoſtienſis in Summa de iniuria & damno dato.videtur approbare.& Specul.eod.tit. ¶Octa-
10 uò quæritur,† quomodo tollitur vel aboletur actio iniuriarum.Et dico quòd multis modis.¶Primò remiſsione : vt per ſupplicationem aut preces xxiij.quæſt iiij. ſi illic. aut per pactum.ff.de pactis.l.ſi tibi decem.§.j.¶Secundò diſsimulatione.ff.eod.l.nō ſolum.§.j.vbi dicitur quòd ſi ſtatim paſſus iniuriam ad animum nō reuocauerit:poſtea ex pœnitentia remiſſam iniuriam non poterit recolere.& inſtitut.eod. §. vlti. Vnde illata iniuria actor ſi per annum vtilem,quando eſt per metum : aut continuum , ſi eſt alio modo illata , non agit, aboletur.l.ſi cum exceptione.§.in cauſæ ff. quod metus cauſa.& C.de iniur.& quod not.in gloſſ.l.ſi non conuicij. poſſet tamen etiam poſt annum agere indirectè per viam exceptionis:puta ſi iniuriator eſſet excommunicatus, non abſoluere tur,ſecundum Hoſtien.& Panorm.in cap.ea noſcitur.de ſententia excommunicat.¶Tertiò, ſalutatione, deoſculatione, comeſtione,& huiuſmodi ſignis : quæ ſunt ſigna reconciliationis,ſicut ſubtractio ſignum eſt inimicitiæ:vt not. gloſſ.in cap.cùm Adrianus.diſtinct.lxiij.& in cap.cùm ſuper abbatia. de offic.deleg.quod intellige verum, niſi à principio prouocaſſet aduerſarium,citare eum faciendo:quia tunc per oſculum,& prædicta ſigna non tolleretur,niſi expreſsè renuntietur vel tranſigatur.& ſic intellige prædictam l.nō ſolum.§.j. ¶Non credo etiam quod tollatur dicta actio, ſi homo exhibet ſigna quæ inimico exhibere tenetur neceſſariò:quia per illa non dicitur quis reconciliatus. pro quo facit quod not. Bartol.in d.l.ſi tibi decem.quòd infirmus dicendo ſacerdoti ſe remittere ſibi illatam iniuriā: intelligitur remiſiſſe odiū, & non ſatisfactionem iniuriæ.¶Quartò tollitur quoties quis iudicem incitat ad torquendum iniuriantem, eo ipſo quòd eum torquet aut condemnat ad vindictam:vnde aliam ſatiſfactionem actor petere non poterit pro iniuria:vt eſt bonus textus,& ibi Bartol.in l.ſed & ſi vnus.§.ſi ante iudicem. ff.eo. niſi proteſteris quòd ex hoc non vis tibi preiudicari,quin pro tuo intereſſe poſsis agere actione iniuriarum:vt l.finali.ff.de iniur. ¶Quintò per mortem:quia talis actio non tranſit ad hæredem ante litis conteſtationem moriente iniuriato:vt l. iniuriam.ff.eo.Et hæc omnia limita vera ſecundum Panormitan.in cap.olim.de iniur.quo ad actionem iniuriarum,ſed non quo ad damna & expenſas:quia per hoc nō tollitur quin agere poſsit ad reſtitutionem.argu.cap.j.de iniur.& ſic ſerua in conſcientia.Et etiam ſi iniuriatus nō ageret, tenetur reus ad intereſſe & damna quæ intulit,niſi velit illi remittere : vt in dicto ca.j.¶Nota tamen ſecundum Hoſtienſem in Summa.titu.de pœnitent.quò ſi iniuriatus nollet cum iniuriante componere,vel nimis eum grauaret:tunc iniuriator in conſcientia tenere poſſet arbitrium iudicis pœnitentię.arg.cap.
11 veniens.de iureiurand.&.c.ij.de arbit.†Aduerte etiam quòd ſi quis pœnam ſoluat pro remiſsione iniuriæ obtinenda, efficitur infamis, niſi pactum fiat iudicis authoritate.ff. de his qui not.infam.l.furti.§.pactus.& not.Ioann.in dicto capit . ſi illic.Similiter eſſet infamis , ſi eſſet condemnatus per iudicem,ſiue ciuiliter,ſiue criminaliter agatur. ff. de his qui not. infam.l.athletas.§.vltim.Et ideo cùm agitur contra aliquem procuratorem conſtituat,vel faciat compromiſſum:vt ſuprà Infamia.§.vij.Quando autem iniuria dicatur atrox vel enormis vide ſuprà , Enorme. §.ſecundo & Abſolutio quartò , in principio.

INIVSTITIA,ſecundum Sanctum Thom.ij. ij. quæſt. lix. & alios Theologos,eſt duplex:quædā ſcilicet illegalis oppoſita iuſtitiæ legali : & quædam conſiſtens in quadā inæqualitate oppoſita iuſtitiæ ſpeciali,de qua infrà . Et iſta cùm in proximi nocumento conſiſtat,ex ſuo genere eſt peccatum mortale:quia eſt contra charitatem.Excuſatur tamen vt non ſit mortale,vel ratione ignorantiæ ſecundum Philoſophum v.Ethi.vel ratione paruitatis rei:quia deficit à ratione perfecta eius. quod eſt iniuſtum facere,inquantū reputari poteſt non eſſe omnino contra voluntatem eius qui hoc patitur:puta ſi quis alicui auferat vnum pomum vel aliquid tale: de quo probabile eſt quod lædatur,nec diſpliceat.

## De Inobedientia.

1 *Inobedientia conſiſtit in committendo & omittendo.*
2 *Inobedientia quando ſit veniale peccatum,& quādo mortale.*
3 *Lex quando obliget ad peccatum.*

INOBEDIENTIA† dicta eſt quaſi nō obedientia:vnde 1
eſt priuatio vel negatio obedientiæ,conſiſtens in duobus, ſcilicet in omittendo quo ad præcepta vel mandata affirmatiua quæ imperant opus:& in agēdo quo ad negatiua quę opus vetant:ſicut obedientia econtrario conſiſtit in faciendo quo ad affirmatiua,& omittendo quo ad negatiua. Quando autem alicubi ſit præceptum,& quando mandatum, vel con
ſilium,vide infrà Præceptum.¶† Eſt autem duplex inobedi- 2
entia,ſecundum Sanctum Thom.ſecunda ſecundæ.quæſt.ciiij.vna ſcilicet ſpecialis,quæ eſt contemptus pręcepti.de quo ſuprà Contemptus.Et iſta,vt ibi dicit , ſemper eſt peccatum mortale.& intellige etiam ſi non ſit contra præceptum , ſed ſolùm contra mandatum:quia ipſe contemptus eſt formaliter ſuperbia,quæ eſt peccatum grauiſsimum. Et alia generalis:id eſt , omnis receſſus à præcepto vel mandato:& iſta non videtur ſemper eſſe peccatum mortale : ſed ſic videtur diſtinguendum . Aut enim eſt contra conſilium:& tunc ſi ſit conſilium perfectionis,vt illud, Vade, vēde omnia quę habes: non eſt peccatum.& ſic intellige gloſſam in cap.generali.de electione.libr.ſexto.& iura quæ allegat.Si verò ſit conſilium reuerentiæ quod dicitur mandatum:vt quando ſubditus deberet facere:ſed ſuperior non vult præcipere:vt eſt illud, Veritatem loquimini:ſic eſt veniale, vt notat Archidiaconus in cap.teſtamentum.diſtinc.vj.& diſtinc.xxv.§.alias ea demum. Aut eſt contra pręceptum.Et dupliciter:Nam aut eſt contra præcepta Dei,ſiue iuris diuini:aut eſt contra præcepta hominis , ſiue iuris humani, vel poſitiui . Si eſt contra præcepta Dei, ſic eſt ſemper mortale, ſi eſt ſcienter vel ex ignorantia non excuſante.facit.§. porrò.xxxij.diſtinctio. & diſtinctione lxxxj.ſi qui presbyteri.vbi dicitur idololatria.& xiiij.quæſtio. prima,quiſquis.Si verò ſit ignorantia excuſante,de qua ſuprà
Ignorantia.§.ſeptimo.ſic non eſt mortale. † Si verò eſt circa 3
præcepta iuris poſitiui,diſtingue. Nam ſi talis lex ſeu præceptum per longa tempora receptum nō fuit,ſciente ſuperiore,& tranſgreſſores nō puniente,ſic non eſt mortale. & facit quod notat Panormitan.in cap.cùm olim.de cler. coniugat. vbi declarat Græcos clericos non peccare, licet accipiant vxores.Ex quo nota quòd quando lex generalis recipitur in vſum à certo genere perſonarum , & ab alio non recipitur: non obſeruantes nō peccant,ſaltem poſt tempora longa.iiij. diſtinc.§.leges.& quod notant doctores in cap.j.de treuga & pace.non obſtante eo quod ibi tenet Hoſtien . quia loquitur, quando talis præuaricatio eſt peccatum de ſua natura : quo caſu non receptio non excuſat.Secus ſi eſſent eiuſdem generis, & maior pars acceptaſſet: quia licet ſuperior nō puniret, tamē pars minor non excuſaretur:ſed haberet locum illud, Multa per patientiam tollerantur,&c.de præbend. cum iandudum.Idem dico ſi talis lex fuit recepta,ſed per conſuetudinem abrogata:quia non peccant inobedientes:vt ſuprà Conſuetudo.§.ſexto.Si verò talis lex non eſt repudiata , ſeu non

accepta,nec abrogata conſuetudine:tunc diuerſa eſt opinio
inter doctores.Nam quidem,vt Collec.in cap.j. de conſtitu-
tionib.& multi alij dicunt quòd talis inobedientia non eſt
mortale , niſi fiat ex contemptu. quam opinionem Summa
Angelica adſcribit etiam beato Bern.libro vndecimo,de prę
cepto & diſpen.ſed non eſt verum:quia Bernard. non loqui-
tur de inobedientia præceptorum,ſed mandatorum:vt patet
intuenti. Alij verò dicunt quòd eſt mortale ſolùm ratione
contemptus vel conſuetudinis , quæ eſt quidam contemptus
interpretatus.quod Sum.Ang.adſcribit Ricard.j.quol.quęſt.
xix. ſed de hoc ſuprà Contemptus.§. j . Et hanc opinionem
Sum.Angel.ſequitur contra Roſel.inobedientiam, quæ non
eſt ex contemptu aut cõſuetudine, dicens veniale peccatum:
quia non eſt totaliter contra finem legis:ſed hoc nõ bene di-
citur:quia ſequitur quòd ſcienter contrahens in gradibus ab
eccleſia prohibitis,non ex contemptu,ſed ex voluptate, non
peccaret mortaliter,cùm hoc nõ faciat ex cõſuetudine. quod
eſt abſurdum,cùm ſit iure excommunicatus : nec eſt verum
quin tunc agatur contra legis intentionem. Alij verò dicunt
eſſe mortale ſolùm quando fit ſcienter contra præceptum,
ſic quòd fruſtratur intentio pręcipientis.quod tunc dicũt eſſe
quando fit ſine cauſa rationabili,intellige vera vel æſtimata:
ita quod non eſt mortale primò non obedire ex ignorantia,
niſi eſſet affectata vel craſſa:nec ſecundò agendo præter aut
contra vel ſeruando intentionem,ita quòd probabiliter cre-
di poteſt quòd ſi adeſſet legiſlator, non vellet obligare:nec
tertiò etiam agendo contra intentionem & veritatem, non
autem ſecundum exiſtimationem non obedientis, niſi labo-
raret prædicta ignorantia.& iſta eſt vera mens Sancti Tho.
in iiij.diſtinct.xv.& ſecunda ſecundæ,quæſt.cxlvij. vbi loqui-
tur de ieiunio:vt etiam ſ.patuit.& Panorm.in rubr.de obſ.ie-
iun.& Arch.diſtinct.lxxvj.in cap.vtinam.& Gemin.in cap.ge-
nerali.de elect.lib.vj.pro qua facit cap.ij.de maior.& obed.&
cap . quod præcipitur.xiiij.quæſt.j.& gloſ.in cap.quiſquis.iiij.
quæſt.v.Sicut autem dictum eſt de præceptis ſtatutorum,ita
dicendum eſt de præceptis prælatorum & ſuperiorum,exce-
pto quòd quo ad punitionem & trangreſsionem mitius agi-
tur cum lege, &c. ¶Quæ autem dicta ſunt de inobedien-
tia ſtatutorum,quòd ſcilicet eſt peccatum . Henr.de Gan.iij.
quolib.q. xxvij.quem ſequitur Summa Angelica,non intelli-
git indiſtinctè etiam quo ad ſtatuta pœnalia : ſed circa ea di-
ſtinguit:quia aliquando ibi ſunt duo præcepta:vt ſtatuimus
ne fiat tale quid:& qui fecerit,ſoluat decem:& tunc obligant
ad culpam.Aliquando vnum tantùm : vt ſtatuimus quòd qui
ſic fecerit,ſic ſoluat:& ſic obligat ſolùm ad pœnam. Sed iſta
diſtinctio eſt verbalis tantùm & puerilis:quia nullus apponit
pœnam ſtatuto,niſi quia vult aliquid fieri vel omitti:ideo dic
indiſtinctè cùm Sancto Thom. quòd omnes leges humanæ
obligant in conſcientia ſiue ad culpã,modò ſint iuſtæ. & ſic
intellige Gemin.& gloſ.in cap.vt animarum.de conſtitutio-
ni.lib vj.& not.in cap.quod ſuper his.de vot.& Ioann.And. in
cap.relatum.ne cler.vel mona.& Gemin.in cap.perpetuæ.de
electione.lib.vj.qui dicunt indiſtinctè quòd ſtatutum pœna-
le præceptiuum licet contineat aliam partem corporalem,
obligat tamen ad mortale,ſuprà,Gabella .iij.§.viij.De hac
materia infrà,Lex.§.ix.& infrà ſtatutum.§.j.

INOFFICIOSVM dicitur quod eſt ſine officio,vel con
tra officium,id eſt,obſequium:vnde inofficioſum teſtamẽ
tum dicitur,quod eſt contra officium pietatis,vt infrà Te-
ſtamẽtum.j.§.vj.& inofficioſa dicitur donatio, quæ eſt cõtra
officium pietatis,ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti: vt
C.eodem titul.l.j.quia ſcilicet per eam liberi vel parẽtes ex-
cluduntur à bonorum ſubſidio ex propoſito donantis, vel re
ipſa.quod etiam ſufficit ad reuocationem,per nota. in l.ſi li-
queat in gloſſ.C.eodem.

¶INQVILINVS eſt, qui conducit rem vrbanam.l.er-
rorem.in glo.iuncta l.licet.C.locati.vide infrà Locatio.§.ix.

INQVIETVDO mentis eſt auaritiæ filia: & communi-
ter eſt veniale peccatum,niſi interueniat omiſsio alicuius
neceſſarij ad ſalutem.

## De Inquiſitione & Inquirente primò in genere.

1 *Inquiſitio quid & quotuplex ſit.*
2 *Inquirere qui poſſint.*
3 *Inquiſitio de quibus fiat in ciuilibus & criminalibus,& n.4.*
5 *Inquiſitio contra quem fiat.*
6 *Inquiſitus an recuſare poſsit iudicem.*
7 *Inquiſitus an teneatur veritatem reſpondere.*
8 *Inquiſitus confitens an de alijs criminoſis interrogetur.*
9 *Inquiſitio impugnari poteſt,quando deficit in ſubſtantialibus.*
10 *Inquiſitionem an præcedere debeat infamia.*
11 *Inquiſitionis quæ ſit forma.& nu.15.& 17.*
12 *Inquiſitio habet quinque ſubſtantialia.*
13 *Teſtes de quibus iurent & deponant in inquiſitione.*
14 *Inquiſitio quando fiat,& ex quibus cauſis.*
16 *Inquiſitio ex alicuius promotione,& ex fama,differunt.*
18 *Probationes quales eſſe debeant,vt ex inquiſitione ſequatur condemnatio.*
19 *Fama an faciat plenam fidem vel probationem.*
20 *Inquiſitionis quis ſit effectus.*

INQVISITIO ab inquirendo,importat inueſtigationẽ
alicuius incogniti:quæ & iuridica vel canonica dicitur ſi
fiat ſcdm iura vel canones.& de eius ſubſtantia ſunt quin-
que , vt infrà.§.iij.† Eſt autẽ inquiſitio triplex, ſecundũ quod
colligitur ex Panorm.in c.qualiter & quãdo.el ij.de accuſa. 1
ſcilicet generaliſsima, qua inquiritur ſuper ſtatu totius pro-
uinciæ vel diœceſis.& generalis,qua inquiritur ſuper ſtatu ali-
cuius ciuitatis,caſtri, vel loci:& ſpecialis contra certam per-
ſonam,ſiue ad imponẽdam pœnam , ſiue ad peccatũ euitan-
dum ex debito officij.Vel dic quòd eſt triplex.prima ſcilicet
generalis ſimpliciter, id eſt,quantum ad perſonas & delicta:
vt cùm præſes inquirit an ſint homines facinoroſi: de qua in
l.congruit.ff.de offic.præſid. & ſecunda ſpecialis ſimpliciter,
id eſt,quantum ad perſonas & delicta:vt cùm de certo & li-
mitato delicto contra certam & limitatam perſonam præ-
ſes vel prælatus inquirit:de qua in l. ea quidem. C.de accuſ.
& tertia generalis ſimul ac ſpecialis ſecundum quid:ſiue ſit
generalis quo ad perſonas,& quo ad delicta ſpecialis:vt cùm
præſes inquirit contra eos,qui Titium occiderunt : de qua in
l.mandatis.de condictione ob turp. cauſ.ſiue econtrario ſit
generalis quo ad delicta,& quo ad perſonas ſpecialis:vt cùm
poteſtas vel alius punitur ad ſyndicatum ¶Primò quæri-
tur ex parte inquirentis, † quis poſsit inquirere?Et dico tria. 2
¶Primum.Quilibet prælatus inquirere poteſt contra ſubdi-
tum ſuum: imò tenetur,ne ſubditorum ſanguis de manibus
eius exquiratur in die iudicij.de offic.ordin . irrefragabili.de
regul.cap.vlt.facit etiam cap.licet. Eli.de ſimo.xxxij.diſtin-
ctio ligant.& dictum cap. qualiter.el ij. ¶Secundum.Gene-
raliter ſecundum Angel.de Peruſ.inquirere poteſt iudex qui
eſt competens:aliàs non tenet inquiſitio.de ſentent.& re iu-
dicat.ea quæ fiunt.libr. vj. Vbi ſciendum eſt,ſecũdum ipſum
quòd in cauſis meri imperij, vt ſunt criminales , ſolus iudex
habens merum imperium poteſt inquirere:quia huius nego-
tij ipſe ſolus habet iuriſdictionem.ff.de iuriſd. omnium iud.
l.iubere.incidenter autẽ etiam iudex ciuilium cauſarum po-
teſt inquirere de cauſis meri imperij.C.de teſtib.l nullum.vt
cùm teſtis coram eo falſum deponit,quia tunc ratione inci-
dentis cognitionis cauſa meri imperij deuoluta eſt ad ſuam
iuriſdictionem:& punit talis inquirens inquiſitum pœna ex-
traordinaria ſecundum aliquos, vel ſecundum alios pœna
ordinaria.& ſi clericus falſum deponat coram iudice laico:
puniri quidem poteſt per eum,ſecundum Cyn.gl.in dicta l.
nullum.ſecundũ Rayn.verò puniri non poteſt,per cap.ſi dili
genti.de foro compet.Et primum dictum verũ eſt iure ciuili
antiquo:dictum verò Rayn.iure canonico & ciuili nouo:vt
C.de epiſcop.& cler.l.ſtatuimus. In cauſis verò ciuilibus &
peculiaribus ſpectantibus ad publicam vtilitatem, inquirere
poteſt omnis iudex , ad iuriſdictionem,officium,& cognitio-
nem talis cauſa ſpectat: ad priuatam verò vtilitatem vel ad
remouendum tutorem vel curatorem tanquam ſuſpectum
Romę prætor inquirit vel ſubdelegatus:& in prouincia pro-
conſul.Et cùm hodie Poteſtates terrarum,in terra,quam re-
gunt,teneant locum præſidis: coram eis agenda eſt quæſtio
ſuſpecti tutoris.Ad inquirendum tamen contra vſurarios,vt
vſuras reſtituãt,inquirere poſſunt ordinarij locorum, & eo-
rum vicarij.de vſur.ad noſtram.¶Tertium.Monachi & reli-
gioſi deputari nõ poſſunt à ſede apoſtolica generales inqui-
ſitores,ſecundũ Panor.in c.cùm dilecti.de accuſ.niſi ſint in
dignitate.de reſcrip.ſtatutum.lib.vj.Vbi not.ſecundum eun-
dem in cap.cauſam.el j.de iudic.ꝙ in ſtatutis & odioſis mo-
nachi non veniunt nomine fratrũ,nec monachæ nomine ſo-
rorum.& dicuntur propriè fratres aut ſorores mendicantes:
non mẽdicantes verò & habitãtes ſolitariè,monachi vel mo
niales appellãtur.¶Secundò quæritur,ex parte materiæ in-
3 quirendæ,† de quibus poſsit inquiri?Et dico quòd Angel.de
Peru vt recitat Archid.iij.parte,tit.ix.ſic virtualiter dicit:In-
quiſitio fieri nõ poteſt ſecundum gl.iuris ciuilis in §.ſi publi-
co.niſi.in his caſibus.Primò ratiõe iniuriæ illatæ presbyteris
aut eorũ miniſtris,etiam in loco occulto exiſtẽtibus.Secun-
dò in crimine ſuſpecti tutoris.Tertiò in charta falſa ꝓducta
coram iudice.Quartò in falſo teſte.Quintò in crimine noto
rio.Sextò,in caſibus notatis in dict.§.ſi publico. Sed contra,
inquit,quia poteſt inquiri etiam cõtra omnem ſacrilegum,
latronem & plagiarium.l.iiij.§.mandatis.ff.ad leg.Iul.pecu.
& cõtra facientem ſeditionem in ciuitate,in authen.de man.
prin.§.fin.&,vt videtur,regulariter cõtra omnẽ malum ho-
minem.de offic.præſid.l.congruit. Nicolaus verò de Nacta
in quadam ſua diſputatione recedens ab opinione illius glo.
dicit inquiſitionem fieri poſſe in ſex caſibus,quos pro regulis
Bart.in d.§.ſi publico.ſibi aſſumit.Primò,ſcilicet ad denun-
tiationem officialis, ſcilicet publici ad hoc deputati: vt cùm
per ſtatutũ deputantur in comitatu officiales,ne maleficia cõ-
mittantur.l.diuus.de curato.Secundò propter præcedentem
incidentẽ cognitionẽ:vt in falſo teſte.C. de teſtib.l. nullum.
Tertiò propter præcedentẽ generalẽ inquiſitionẽ:vt ſcilicet
inuento malefactore fiat ſpecialis inquiſitio,vt condemnari
poſsit:aliàs fruſtra fieret.l.congruit.de offic.præſid.Quartò
vbi maleficium coram iudice cõmittitur:vt falſa charta. C.
de probat.l.iubemus.Quintò propter atrocitatem criminis,
& iniuriam clericis factã.C.de epiſcop.& cler.l.ſi quis in hoc
genus.Sextò propter criminis notorietatem:vt in l.ea.C.de
probat.Septimò,ſecundum Barto.vbicunq; ſine metu calu-
mniæ & ſine ſolẽnitate inſcriptionis procedit accuſatio: ſed
hoc ſeptimum reprobat in gloſ.quæ etiam recitatis multo-
rum opinionibus dicit virtualiter ſic:Inquiſitio fit duabus ex
cauſis,ſcilicet ad priuatam aut ad publicã vtilitatem. ad pri-
uatam autem regulariter non fit inquiſitio, ſcilicet ex offi-
cio:quia quę in iudicio agũtur,ad partis poſtulationem agen
da ſunt, non ex officio.ff.de iudic.vbi quis age.l. qui ſemel.
quod tamen fallit in caſibus. Primò in ſuſpecto tutore: quia
ad vtilitatem populi inquiritur nullo poſtulante.Secundò in
donatione tutoris,qui dari poteſt ex officio nemine petente.
Tertiò,quia cenſitor ad vtilitatem priuatã poteſt inquirere.
Quartò,quia & prætor ſimiliter contra executores publicos
ad priuatam vtilitatem,ne vexent tributis & alijs huiuſmodi:
vt in authentic.de man.princ.§.coges.Quintò,epiſcopus ſi-
militer in cauſa vſurarum,vt reſtituãtur priuato,de iureiur.
ad noſtram.† Ad publicam verò vtilitatem ſi fiat inquiſitio, 4
aut erit in cauſis ciuilibus:& tũc regula eſt quòd in omnibus
cauſis merè ciuilibus & numarijs principaliter vtilitatem rei-
publicæ concernentibus procedi poteſt per inquiſitionem.
C.de bonorum poſſeſ.l. ſi quis.aut in criminalibus : & tunc
dantur quatuor regulæ.¶Prima.Vbicunque crimen eſt ta-
le quòd accuſando ſolẽnitas relaxatur:de illo poteſt inquiri.
quod probatur C.de accuſ.l.ea.quod etiã not.Innoc.in capit.
veſtra.de cohab.cle.& muli.& idem eſt qđ ad denutiationem
publici officialis poteſt inquiri : quia per talem denuntia-
tionem fit crimen notorium.¶Secunda. Vbicunq; commit-
titur crimen coram iudice,ita quòd offẽdatur pars, vel iudi
cis maieſtas,poteſt inquiri de eo.quod probatur C.de teſtib.
l.nullum. Vnde ſi quis corã iudice producit falſum teſtem,
vel vtitur falſo inſtrumẽto:quia iudicis aures offendit & par-
tis,meritò poteſt inquiri.¶Tertia.Vbicunque crimen eſt de
atrocioribus,fama publica præcedente à fide dignis, põt in-
quiri.quod probatur l.iiij.§.mandatis.ff.ad leg.Iul.pecu.quia
in iſtis accuſationibus iuris ſolennitas relaxatur.Et inter atro
ciora reputatur iniuriá facta clericis:vt C.de epiſcop.& cler.
l.ſi quis in hoc genus.¶Quarta.His caſibus exceptis non po-
teſt in criminalibus cauſis inquiri.quod probat̃ ꝑ l.reſcripto.
§.ſi quis accuſatus.ff.de muner.& honor.Quod intellige de
iure ciuili:quia de canonico inquiri poteſt etiam in alijs caſi-
bus:vt quoties præcedit infamia, de qua j. §.iiij.vel accuſa-
tio aut denuntiatio. vnde & idem Angelus dicit quòd iure
canonico,quo inquiſitio eſt remedium ordinarium.de ſent.
excommunicatio.cùm dilecti.vera eſt ſequens opinio.Nam
ſecundum aliquos, duplex eſt inquiſitio:vna principaliter ex
officio iudicis nobili:alia mercenaria ſeu incidens ex officio
iudicis mercenario ſeu incidenter. Prima tribus modis fit.
Primò,quando per famam imploratur:vt in l.iuſtiſsimos.C.
de offic.rec.prouin.nam fama tenet locum accuſatoris : de
accuſ.qualiter & quando.Secundò quando per promotorem
prouocatur.de accuſa.cùm oporteat. Tertiò quando exci-
tatur per publicam denuntiationem:vt d.l.ea.¶Tertiò quæ-
ritur † ex parte perſonæ contra quam inquiritur, quid de illa 5
iura tradiderint? Et dico multa.¶Primum.Oportet inquiſi-
tum,ſeu perſonam,contra quam inquiritur , eſſe de iuriſdi-
ctione inquirentis quantum ad articulum de quo inquiritur:
aliter contra ipſum inquiri non poteſt.de foro compet. ſi di-
ligenti.& authentic.ſtatuimus.de epiſcop.& cleric.¶† Secun- 6
dum.Inquiſitus recuſare poteſt iudicẽ,ſi habeat illum ſuſpe-
ctum:de app.cum ſpeciali. puta quia ex odij fine ꝓcedit: vel
quia eſt criminoſus.arg.iij.q.vij.iudicet.poteſt etiam negare
infamiam pręceſsiſſe,& cõſequenter oportebit iudicem pri-
mò cognoſcere hoc:vnde ſi infamatum nõ inuenerit, proce-
dere non poterit:aliàs ſic:de app.cùm oporteat.& cap.cùm
oporteat.& cap.qualiter.el ij.Et licet accuſator probet infa-
matum,nihilo minus reus probare poterit quòd ſit bonę fa-
mæ.ar.de purg.cano.cap.cùm in iuuentute.& potentius erit
priuilegium bonæ famę quàm infamię:arg.de accuſ.licet.in
fin.& not.Bern.in dicto cap.qualiter.el ij.Iſta tamen quo ad
omnia ſeruanda non ſunt in inquiſitione regularium: quia

facilius & liberius poſſunt à ſuis adminiſtrationibus amoueri, dicto cap.qualiter.quod limita, niſi infligendum ſit graue præiudicium.arg.d.c.qualiter.in fin.in verbo, facilius & libe-
7 rius. ¶ † Tertium. Inquiſitus an teneatur de omnibus reſpondere veritatem. Petrus de Palud.in iiij.diſtinc.xix.dicit quòd ſic, tam de ſe quàm de alio, quando certum eſt, iudicem inquirere in cauſa, in qua de iure poteſt: quia in iudicio mentiri eſt mortale. Si verò certum eſt quòd iniuſtè inquirit: puta quia non præceſſit accuſatio nec denuntiatio, nec clamoſa inſinuatio, nec infamia illius, nec factum eſt diuulgatum nec denuntiatum in ſpeciali: vt talis iacet occiſus, nec ſcitur à quo: non in generali, puta tale monaſterium eſt diffamatum de religionis diſsipatione: non tenetur nec de ſe nec de alio: quia ille in hoc non eſt ſuus iudex. Si verò ſit dubium iuris aut facti, præſumendum eſt pro iuſtitia iudicis: & debet homo dicere veritatem. hæc ex illo. Pro quo tamen aduerte quòd ex ſola denuntiatione vel notorietate facti in generali vel ſpeciali licet iudex licitè inquirat in genere: tamen nullus tenetur fateri veritatem, etiam inquiſitus in ſpecie: quia ſpecialiter iudex inquirere non poteſt, niſi de iſto inquiſito præcedat infamia, vel huiuſmodi: vt ſuprà, Correctio. §.viij. ¶ Quartum. Eo ipſo quòd quis habet aliquod crimen, propter quod iudex contra illum iuſtè inquirit, ſecūdum Petrū de Palu. etiam de alijs criminibus poteſt inquirere: quia non propter occupationem peccati, ſed peccatoris homo de occultis iudicare prohibetur: vnde vbi iam per vnicum crimen eſt diffamatus: etiam de alijs debet dicere veritatem. Et ſimiliter ſi ſocij ſui ſunt in ſtatu quòd iuſtè contra eos agi poteſt pro vnico crimine, etiam de omnibus alijs poteſt & debet prodere illos, quando eorum correctionem non ſperat: maximè cùm peccatum illorum eſt in periculum cōmunitatis: vt quia ſcit eos fures & latrones & impœnitētes: eum autem, qui iam pœnituit, accuſare non debet, niſi iuſtè de eo nominatim interrogaretur. hæc ille. Et intellige in occultis: ſecus in his quæ probari poſſunt: vt ſuprà, Accuſatio. §.ix. ¶ Quin-
8 tum. † Inquiſitus & confitens proprium delictum, an debeat vel poſsit de alijs criminoſis interrogari. Bar. in l.repeti.ff.de quæſt. diſtinguit: nam quædam ſunt crimina, quæ principaliter in alterius offenſam vel odium non committuntur: ſed propter committentium commodum: vt falſare vel fabricare monetam, latrocinia facere: & in his poteſt interrogari de ſocijs, vt probatur in l.diuus.ff.de cuſtod.re.& in l.prouinciarum.C.de fer. Quædam verò committuntur principaliter in odium offenſi: & in iſtis ſecus: vt in dicta l.repeti.& l.vlt.C.de accuſa. quod tamen fallit in caſu l.prius.ff. ad ſillanianum. & ſecundum Panorm. in cap.j. de confeſ. etiam fallit in crimi-
9 ne læſæ maieſtatis. Sextum. † Inquiſitus poteſt impugnare inquiſitionem, quoties deficit in aliquo de ſubſtātialibus: nec ex tali inquiſitione cōdemnari poteſt, niſi cōfeſſus ſit crimen vel talem defectum ſubſtātialium nō opponat: quia tunc ſequi poteſt cōdēnatio. de confeſ.c.j.lib.vj. Huiuſmodi autem ſubſtantialia ſecundum Angel. de Peruſ. ſunt quinq;, vt j. §.vj. ¶ Quartò quæritur ex parte cauſæ motiuę ad inquirendum,
10 † vtrum neceſſariò pręcedere debeat infamia? Et dico multa. ¶ Primū. Fama publica & clamoſa inſinuatio à fide dignis procedens, incitat iudices ad inquirendum, adeò quòd inquiſitio fieri nō poteſt niſi diffamatio procedat à viris honeſtis, non maleuolis & maleficis, non ſemel, ſed pluries. de ſimon. licet Heli. & de accuſ. qualiter & quando. el ij. vbi notat Pan. & expreſsè patet in tex. quòd in prælatis, ſcilicet ſecularibus oportet infamiam eſſe tantam vt tolerari nō poſsit ſine ſcandalo: vt quia infamantur de incontinentia: vel periculo, vt quia infamantur de hæreſi vel de dilapidatione: ſed contra ſubditum ſufficit præcedens infamia, etiam non ſcandaloſa & ſimiliter contra prælatum regularem. ¶ Secundum. Infamiam neceſſariò procedere inquiſitionem ſecūdum Ang. de Peruſ. & Archid. fallit primò vbi inquiritur ad remotionem prælatorum regularium: quia nō eſt neceſſe quòd præcedat periculoſa vel ſcandaloſa. Secundò vbi ſit præſente parte & non opponente quòd nō præceſſit infamia, vel nō legitimè. de accuſa.c.ij.lib.vj. Tertiò, vbi ſit cōtra eum, qui crimen eſt confeſſus. de cōfeſ.c.j.lib.vj. quod dupliciter poteſt intelligi. primò ſecundum dicta Petri de Pal. §.priori.partic.iiij. quando quis iuſtè inquiritur de vno crimine: quia inquiri poteſt de alijs, etiam ſi de illis non ſit infamatus. ſecundò de crimine confeſſo, ſed non iuridicè. Quartò vbi ſit generaliter contra caput & membra alicuius eccleſiæ, ciuitatis, caſtri, vel loci, de delicto in genere. de offic.ord.cap.j.& ita tenet Hoſtienſis in Sum. Vnde hoc poſſunt ſyndicatores rectorū qui ſyndicant caput & membra, puta Poteſtatem, capitaneum, vel eius officiales. & ita de conſuetudine ſeruatur. Quintò quando ſit ad denuntiationem publici officialis: de offic.ord.cap.j in fin.& ita tenet Hoſtien. Sextò cùm iudex inquirit ex mero & puro officio ex ſua voluntate, non ad inſtigationē alterius: & idem vbi inquirit ex neceſsitate officij: etiam in criminali, vbi non eſt neceſſaria diffamatio, etiam ſi ex voluntate, non ex neceſsitate inquirat ſine alterius petitione, ex mero officio, vel ad denuntiationem publici officialis. Adde tu ſeptimò quando procedit aliquo accuſante, & ſemiplenè probante, vel apparentibus expreſsis indicijs: quia tunc ſecūdum Sanctum Thom. ſecunda ſecundæ, quæſt.vj.artic.j.& ij.& primo quolibeto, articul.xvj.& iudex per iuramentum, & prælatus per præceptum poteſt exigere veritatem. quod eſt inquirere. ¶ Tertium. De iſta pręceſsione infamiæ Panorm. etiam vbi ſuprà ſparſim ſic dicit: Si inquiſitio ſit generaliſsima, non requiritur infamiam præcedere: quia ad illam tenetur prælatus quolibet anno. de cēſib.c.cùm venerabilis.& cap.Romana. eodem tit. libro vj. Similiter nec ſi ſit generalis, & in cap.j. ff.de offic.ordin.& l.congruit.ff.de officio præſidis. Similiter nec ſi ſit ſpecialis, id eſt, contra certam perſonam: & fiat non ad pœnam imponendam, ſed ex debito officij: vt ne matrimonium contrahatur propter impedimentum: vel non promoueatur quis ad prælaturam, vel electus non confirmetur, ſi reperitur vitioſus. ad quod cap.poſtquam.& cap.cum dilecto.& cap.nihil.de elect.& cap.fin.de clande.deſpon.& quod not. Innocent. in c.j.de exceſ.prælatorum. Similiter nec ſi ſit ſpecialis, & fiat ad pœnam imponēdam ad denuntiationem publici officialis. C.de accuſat.l.ea quidē. de teſtib. cogend. c. præterea. ſed non denuntiatur niſi notoria: aliàs nō creditur denuntiatoribus. de quo tamen dic vt iiij.quæſtion.iiij.vltim. hæc ex illo. cui adde quòd etiam nō requiritur quòd præcedat infamia, ſi iudex procedat ad accuſationē alicuius ſemiplenè probantis, vel præcedētibus indicijs. Si autem nullum horum pręcedat: regulariter in ſpeciali inquiſitione ad pœnam requiritur infamia, qua non præcedente non poteſt inquiri: vt in dicto cap.qualiter & quādo.& not. Panor. in cap. ad noſtram. de iureiur. el ij. In caſibus tamē poteſt inquiri, vt dictum eſt particula priore. Adde etiā quòd iſta infamia quæ præcedere debet, aliquādo à doctoribus dicitur eſſe publica. Vnde dicit Sanctus Tho. quolibeto xj.artic.xiij. quòd debet præcedere clamor congregationis: & verum eſt, ſi inquiratur ad inſtantiam alterius. aliquando verò dicitur ſufficere, quòd ſit apud bonos & graues: & verum eſt ſi procedatur ex officio. ¶ Quintò quæritur † quæ ſit forma inquiſitionis? Et dico quòd Angel. de Peruſ. tradit formas inquiſitionum habentium aliquid ſpecialiter: & recitat Archidiac. iij. parte. & [illegible] la. cap.vij.viij.ix. ex quorum dictis colligo multa. ¶ Primum. Forma inquiſitionis generalis quo ad perſonas, ſed ſpecialis quo ad delicta, quantum ad ſubſtantiam vel eſſentiam ſuam, includit quinque. primò vt nominetur modus procedendi, qui eſt inquiſitio: & ſecundò perſona inquirens cum officio importante iuriſdictionem ad inquirendum: & tertiò perſonæ in genere, contra ius inquiritur: & quartò delictum de quo inquiritur: & quintò locus ac tempus, quibus delictum commiſſum eſt, ſic: Hæc eſt inquiſitio, quo ad primum: quæ ſit per A. ſyndicum vel Poteſtatem talem, quo ad ſecundum: contra omnes & ſingulos, quo ad tertium: qui Titium occiderunt, quo ad quartum: tali loco & tempore, quo ad quintum. ¶ Secundum. Forma inquiſitionis generalis quo ad delicta, ſed ſpecialis quo ad perſonas, quantum ad ſubſtantiam vel eſſentiam ſuam includit etiam quinque prædicta, & eodem modo: excepto quòd perſonas exprimit in ſpecie, & delicta in genere, ſic: Hæc eſt inquiſitio, quo ad primum: quæ ſit per A. ſyndicū talem, quo ad ſcdm: cōtra N. olim Poteſtatem talem & miniſtros eius, quo ad tertium: ſuper eo quod iniquè egit, quo ad quartum: intra tale tempus & in tali loco, puta palatio ſuæ reſidentiæ, quo ad quintum. ¶ Tertium. Forma inquiſitionis ſpecialis quo ad perſonas & delicta quantum ad ſubſtantiam vel eſſentiam ſuam includit prædicta quinque, ita tamen quòd perſona & maleficium ſpecificet inquirendum: & vlterius addit ſextum, id eſt, infamiam præcedentem, ſic: Hæc eſt inquiſitio, quæ ſit per talem contra talem, de eo quod fama publica præcedente, & clamoſa inſinuatione referente, non quidem à maleuolis & ſuſpectis, ſed ab honeſtis & fide dignis, ad aures eius peruenit quòd Titium interfecit tali tempore & loco. ¶ Quartum. Inuentis malefactoribus ſpecialibus per generalem inquiſitionem, contra eos ſit ſpecialis inquiſitio: ex qua ad condemnationem venitur, non ex generali: & omnes teſtes examinati in prima inquiſitione, examinari debent in ſecunda: aliter ex primis atteſtationibus inquiſitus damnari non poſſet: cùm teſtes depoſuerint eo non citato: & ſic teſtimonium eorum erat nullum in eius præiudicium. C.de teſti.l.ſi quando. ¶ Sextò quæritur † quot ſint de ſubſtantia inquiſitionis? Et dico ſecundum Archi. poſt Ange. de Peru. quòd quinque. Primò quòd iudex inquirens ſit competens. de ſen.& re iudi. ea quæ. lib.vj. Secundò quòd inquiſitus ſit de iuriſdictione inquirentis quo ad illum articulum. de foro compe. ſi diligenti. Tertiò quòd materia talis ſit, de qua poſsit inquiri, iuxta dicta ſuperius. §.ij. Quartò quòd præcedat infamia, niſi in caſibus, de quibus ſ. §.iij. Quintò quòd inquiſitio habeat formam, de qua in §. priore. aliter ſequi non poteſt condemnatio: vt in cap. qualiter.& cap.inquiſitionis.& cap.cùm oporteat. de accu. ¶ Septimò quæritur, † quid de teſtibus in cauſa inquiſitionis iura tradiderint? Et dico multa. ¶ Primum. Forma iuramenti teſtium in cauſa inquiſitionis hæc eſt: Si eſt inquiſitio contra perſonam & crimen determinatum, iurat teſtis quòd ſuper crimine dicet plenam veritatem. de ſimo. licet Heli. Si verò eſt ſuper ſtatu eccleſiæ, iurat dicere de his, quæ ſcit, vel credit in eccleſia reformanda, vel reſpondere ad interrogata. de accu. cùm dilectus. Nec tamen in talibus debet iurare de occultis [illegible] eſt, ſecundum Veruec. de quibus quis non eſt informatus [illegible] quia ſecretorum ſolus Deus iudex & cognitor eſt. diſtin. xxxij [illegible] erubeſcant.& ij.q.v. conſuluiſti.& ſolum Deum habent [illegible] C.de iureiur.l.iuſiurandum. ¶ Secundum. Si teſtes interrogentur ſuper occultis: ſi inquiſitio ſit generalis, reſpondere non debent niſi de crimine, de quo infamia præceſsit. de accuſa. qualiter & quando. el ij.& multò minus ſi ſit ſpecialis contra aliquem. Si verò præceſsit infamia contra aliquem, dicent veritatem ſuper omnibus, quæ ſciunt de eo quod inquiritur, etiam ſi illud, quod ſciunt, ſit occultum: vt ſi de fornicatione agitur, & vocatur is, qui cùm eo fuit, debet dicere ſecretas circunſtantias, etiam quas ſecretò nouit: etiam ſi iurauit tenere ſecretum, quia vel iuramentum fuit illicitum: vel intelligendum erat quòd non reuelaret niſi ex iuſta cauſa: ſi tamen eſſet infamatus de fornicatione, ſed non cum iſta muliere, non eſſet reuelanda occulta fornicatrix. Concor. Inno.& Hoſt. in c.qualiter. el j. de accu.& Io.& Arch. ij.q.v. habet hoc.& Veruec. ¶ Tertium. Si tamen in generali inquiſitione teſtes aliquid dixerint de occultis, de quibus non præceſsit infamia: dictum eorum non valebit ad puniendum. de accu. inquiſitionis. In ſpeciali autem inquiſitione, ſi inquiratur ſuper certo capitulo vel crimine, ſecus eſt: ſi tamen vnum crimen, puta homicidium, ſit poſitum in forma inquiſitionis, & teſtes deponant de alio, puta furto: condemnari reus de furto non poterit: quia reſpectu eius non eſt determinatus locus aut tempus: quod tamen fallit ſi de crimine conſtaret per propriam confeſsionem. de confeſsis. c.ij. libr.vj. Et ratio eſt, quia nullæ ſunt partes iudicis in confeſſum, niſi condemnando. ¶ Octauò quæritur, † quando, ſiue ex quibus cauſis ad in- 14
quiſitionem procedendum ſit? Et dico quòd de hoc Richardus in iiij. diſt.xix. ſic dicit: Malam famam talem vt propter eam prelatus debeat procedere ad inquirendum, non faciunt dicta paucorum: quia dicit gloſſa in c.inquiſitionis. de accuſationibus. quòd dicta paucorum non infamant: & debet fama eſſe per villam ſiue parochiam, ad hoc vt fiat inquiſitio. ſecunda, quæſtione j. Deus omnipotens. Quando igitur mala fama ortum habeat ab incerto motore vel authore: ſi ad aures prælati deuenerit per clamoſam inſinuationem, & ex ea ſcandalum in populo generetur: debet ad inquiſitionem procedere, quanuis nullus ſe offerat ad accuſandum factum vel famam: ſed cùm procedit ad inquirendum, inquirere non debet de quibus infamia non præceſsit. Quando verò ortum habet à certo authore vel certis authoribus: tunc ſi illi non ſunt inimici, ſed prouidi & honeſti, debet prælatus procedere ad inquiſitionem. Et ſimiliter ſi ſunt quidem inimici & maleuoli: ſed hoc non conſtat certitudine, ſed per præſumptiones non violentas. Si verò conſtet eos eſſe tales per legitimas probationes, vel eorum confeſsionem, vel præſumptiones violentas, & infamatus aliàs fuerit boni nominis, & perſona notabilis: non eſt ad inquiſitionem procedendum. de purgatione canonica. capite, quum in iuuentute. Quidam tamen dicunt procedendum eſſe ad inquirendum, vndecunque procedat mala fama: & infamato canonicam purgationem indicendam, ſaltem propter ſcandalum. de accuſationibus. cap.qualiter & quando. Sed intelligitur quando illi, à quibus infamia ortum habuit, non probantur eſſe inimici vel maleuoli. hæc ex illo. Vbi nota quòd ſecundum Raynerium, cuius eſt dicta opinio, ſufficit quòd quis ſit infamatus apud bonos & graues: non diſtincto à quibus ortum habeat infamia: cùm ab incerto authore procedat: de conſecratione, diſtinctione quarta. ſanctum.& concordant Bernardus & Hoſtienſis. Igitur ſecundum Veruec. & Summam Confeſſ. libro tertio, titulo trigeſimotertio. quæſtion. v. ad inquiſitionem procedendum eſt ex quatuor cauſis. Primò ex clamoroſa inſinuatione, vt dictum eſt: quod Summa Angelica in inquiſitione particulari ad pœnam limitat, quando fama publica defertur iudici ſedenti pro tribunali ad banchum: aliàs, inquit, in ſecreto non valet, ſecundum Angelum in lege, ſi vacantia. C. de bonis vacantibus. & cum alijs indicijs: aliter iudex ad aliquem actum procedere non poteſt. Sed oppoſitum eſt verum, vt ſuprà patuit ex dictis

ctis Richardi:quia inquiritur aliquando, etiam ſi nullus famā accuſat,&ipſa fama denuntiat locum tenens accuſatoris: de ſimo.licet Heli.Ange.autem loquitur ſecundum ius ciuile.Secundò propter timorem ſcandali,quod poteſt eccleſiam turbare, ſiue ſit vnus adeò potens quòd ipſe ſcandalizatus poteſt eccleſiæ ſcandalum ſuſcitare:ſiue ſunt plures:quia ad remotionem talis ſcandali indicitur purgatio,& illa inquiſitionem ſequitur. Tertiò contra eum, qui eſt ſuſpectus ſuo prælato vel principi terræ,vel alijs bonis viris: quia ex hoc indicitur purgatio.Et intellige de ſuſpicione probabili, etiā ſiue infamia,ſed nō ſine indicijs:vt infrà Purgatio.§.ij.Quartò propter periculum etiam ſine infamia:ſicut fit in hæreſi& alijs criminibus,quæ ſerpunt in occulto,non tamen ſine indicijs.Quintò adde,ex denuntiatione publici officialis vel famam probare volentis.de accuſa.cùm oporteat. Sed tamen in nullo crimine procedi poteſt ad inquirendum ex ſola denuntiatione publica,niſi pręceſſerit fraterna correctio.de ſimo.licet Heli. Vnde eam ſe feciſſe denuntiator probabit proprio iuramento,ſecundum Arch.ij.q.j.ſi peccauerit.quantum ad primam,quæ fuit inter ſeipſum ſolum: & per teſtes inductos quantum ad eam,quæ fuit corā teſtibus.licet etiam ad iſtam putem ſufficere iuramentum,vbi teſtes prædicti haberi non poſſunt.Sextò ex accuſatione cum ſemiplena probatione.Septimò ex commiſsione iuris vel hominis.Et hæc o-
15 mnia patent ex dictis. ¶Nonò quæritur,†qualiter in inquirendo ſit procedendum?Et dico multa in genere&in ſpecie. ¶Primum.In inquiſitione primò debet poni locus delicti & tempus,vt dictū eſt,tanquā ſubſtantialia:alia verò opportuna,ſed in libello accuſationis neceſſaria ſecundū formā l. libellorum.Inſti.de publi.iu.in inquiſitione obſeruari non debent. ſecundum glo.ibi.& ſecundum Inno.ſecundum tamen Iaco.Bu.quem ſequitur Ange.excepta inſcriptiōe,omnis alia ſolennitas,quæ ſeruatur in accuſatione,ſeruanda eſt in inquiſitione.Et ſecundò debet procedi contra præſentem:& ſi eſt abſens non per contumaciam,citandus eſt:ſed tamen ſecundum Arch.hoc de conſuetudine non ſeruatur: quia ſemper inquiritur de delicto,etiam ſi inquiſitus ſit abſens,& non per contumaciā:eſt tamen cōtra omnia iura,& quòd cōdemnetur.Et tertiò debet inquirendus ante formationem inquiſitionis interrogari de inquirendis,vt habeat facultatem defenſionis:& ſi ante formetur quàm interrogetur,eſt nulla:vt in d.c.qualiter.tamen de conſuetudine contrarium ſeruatur,& valet:vt in c.j.eo.tit.lib.vj.ſi non fuit oppoſitum. ¶Secundū.
16 †Inquiſitio,quam facit iudex alio procurante ſiue promouente,& quam facit ex officio ſuo ad clamorem famæ,dupliciter differunt.Primò,quia in illa inquiſitus iurare non cogitur,ne ex hoc poſsit inſtrui ꝓmotor inquiſitionis:ſed ipſe tenetur probare ſuam intentionem:aliàs puniretur ſuſpenſione ab officio,& bñficio,vel aliter,donec ſe purgauerit quòd non animo calumniandi crimina impoſuit:de calum.cùm dilectus.In iſta verò inquiſitus cogitur iurare quòd reſpondebit veritatem ad interrogata:ſiue inquiſitio ſit contra priuatam perſonam,ſiue contra conuentum. Et ſecundò quia in illa publicatis atteſtationibus non recipiuntur alij teſtes,quia timeretur de ſubornatione:in iſta verò poteſt denuò ab alijs teſtibus veritas inquiri.ij.q.v.habet.&.c.Mennam.¶Tertium.
17 †In generali inquiſitione cùm alicui committitur inquiſitio eccleſiæ contra caput &membrum,procedendum eſt primò de plano ſine ſtrepitu iudicij:cùm non deceat ſeruos Dei talibus implicari.de accu.olim.non tamen quòd ordo iudiciarius omnino prætermittatur:ſed per modum,qui dicetur infrà Iudicium.§.iij. Et ſecundò inquiſitor dabit iuramentum clericis,ſi eſt contra eccleſiam, ſuper his quæ ſciunt vel credunt in ſua eccleſia reformanda tam in capite quàm in membris exceptis criminibus occultis, de mera veritate dicenda: vt in d.c.qualiter.de accu.Nec iuramentum vel interdictum vel excōmunicatio lata ab abbate vel alio inferiore contra ſubditos ne reuelent inquiſitori,valet,aut ligat: imò tenentur inquiſitores talem temeritatem caſtigare.de offi.ord.plerique.lib.vj.Et tertiò ꝓcedet ad recipiendā dicta eorū, quos inquirit,vel teſtiū ſi qui producunt ab aliquo, qbus exponet obiecta & nomina teſtiū:quod tamen fallit in caſu,de quo ĩ. Hæreſis.ij.§.iiij.& in tali inquiſitione recipiunt teſtes tales, quales in eccleſia inueniunt,quia quæ domi fiunt,per domeſticos probari oportet:de teſti.veniens.& quartò exceptiones contra teſtes & alios,& replicationes legitimas admittet, vt deponendi falſum prohibeatur audacia.v.q.ij.ſi primates.& d.c.qualiter.§.debet.¶Quartum.In inquiſitione verò contra ſingularem perſonam ſic procedendum eſt,quòd primò fieri debet,in loco in quo illa conuerſata eſt.xxiij.q.j.paratus.& de præſum.quorundam.quod intellige ſi commodè fieri poteſt:aliàs non eſt neceſſe. Et ſecundò citandus eſt inquirendus.d.c.ſi primates.& d.§.debet.& ſic debet eſſe præſens,niſi ſe per contumaciam abſentauerit. Et tertiò fieri debet corā eccleſiæ ſenioribus:& exponenda ſunt inquirendo capitula, de quibus inquirendus fuerit: & danda illi dicta & nomina teſtium:quod tamen ſecundum Ang.de Per. fieri debet poſt teſtium depoſitionem, id eſt, atteſtationem, & non ante:vt ceſſet omnis materia corrumpendi teſtes.Ita no.Hoſt.ſuper d.c.qualiter.Et quartò ſecundum Gul.& Ang.teſtes non poſſunt examinari parte non citata:per l.ſi quando.C.de teſt.taliter non inferunt præiudicium non citato. Et quintò admittendæ ſunt exceptiones:vt ſ.particula priore.Et ſextò inquiſitor debet facere iurare & teſtificari etiam eos qui denuntiauerunt.de ſimo.licet Heli.ſecus in via accuſationis:quia accuſator non poteſt eſſe teſtis.de accuſ.cum P.Et ſeptimò inquiſitus poteſt opponere contra inquiſitorem quòd ſit ſuſpectus vel crimінoſus:vel contra denuntiationem vel literas ad inquirendum impetratas,& contra teſtes & dicta eorum. de accu.cùm oporteat.Et octauò poſtquam inquiſitus confeſſus fuerit aliqua crimina coram eo, qui contra eum ſuper illis fuerat deputatus,non poterit impugnare confeſsionem, quo minus puniatur:dicendo quòd ſuper illis non fuerat ante diffamatus,vel quòd per eundem inquiſitorem capitula, ſuper quibus volebat inquirere,ſibi tradita non fuerunt. de accuſa. poſtquam.lib.vj. Et nonò quòd ſi inquiſitor talis proceſſerit ad veritatem inquirendam omiſſa inquiſitione infamiæ inquiſito præſente nec reclamante aut quicquam ſuper hoc excipiente,non poterit ob hoc inquiſitus impugnare proceſſum,quia non fuit de infamia primitus inquiſitum.de accuſ. is.lib. vj. Et omnia prædicta intellige etiam in inquiſitione ſpeciali,ad quam ex generali venitur. ¶Decimò quæritur, †quæ probationes requirantur, vt ex inquiſitione ſequi poſſit condemnatio?Et dico quòd quando inquiritur,contra laicum de crimine, requiruntur probationes apertæ & neceſſariò concludentes:vt in l.ſciant.C.de proba.Contra religioſum verò,ſi de crimine inquiritur, adhuc requiruntur exactiores:de ſimo.licet Heli. Diuerſimodè tamen probationes contra religioſum requiruntur.Nam ſi inquiritur ad correctionem ſecundum regulam,ſecundum eam de plano inquirendum eſt non ſeruata forma dicti c.qualiter.vt no.de appel.reprehenſibilis.Si verò inquiritur ad remouendum ab adminiſtratione: tunc quando agitur de priore vel abbate curam habente authoritate diœceſani inſtituto, quantum ad quædam ſeruanda eſt forma dicti cap. qualiter,licet non quo ad omnia:quia non vocabitur modo prædicto,vt ſe defendere poſsit:de accuſ.ad petitionē. & remoueri poterit leuius & ex leuioribus cauſis quàm clerici ſeculares,in quo ſpectanda eſt cōſuetudo ſpecialis locorū religioſorum: de app. quia verò.Quādo verò agitur de priore ſimplici:vel alio officiali:tūc talis inſtituitur & deſtituitur ad abbatis arbitriū, vt notat Innoc.in dicto cap.qualiter.¶Vndecimò quæritur, vtrum fama faciat plenam fidem vel probationem?Et dico quòd Bar.in l.de minore.ff.de quæſt.refert Dir.& Cy.tenere quòd fama cum vno teſte facit plenam probationē in ciuilibus,non in criminalibus, in quibus requiruntur probationes luce clariores. Ipſe verò dicit quòd quædam ſunt, in quibus ſufficit famam ſic eſſe,licet in veritate ita nō ſit:& tūc ſufficit probatio famæ:vt l.Barbarius.ff.de offic.præto.Quādoq; verò requiritur probatio veritatis quòd ita ſit:& tunc quando ipſa fama ſeu communis opinio facit& inducit veritatem, ſufficit probatio famæ:vt l.j.§.j ff.de flu.& facit l.cùm delationis.§.aſinam.ff.de fundo inſtru.Quando verò fama non inducit veritatē,dicit quòd ſi fama probetur ſolùm ex voce populi nō probata aliqua præſumptione,ex qua dicta fama & opinio trahat originem,tunc fama non probat:ſed magis dicetur vana vox populi,quæ nō eſt audiēda: adiuuat tamen probationem iam factam:vt l.iij.§.eiuſdem.ff.de teſtibus.Si verò iſta fama eſſet probata, quæ traxit originem ex aliquibus præſumptionibus legitimis pręcedentibus,in quibuſdam caſibus facit probationem plenā:puta in cauſis breuoiribus vel modici præiudicij,non in alijs:ſed an faciat ſemiplenam, ita quòd cum vno teſte probet:dicit quòd debemus conſiderare illa indicia,& illas præſumptiones qualiter vrgeant: & ſecundum qualitates illas dicam,inquit,eam facere ſemiplenam probationem,vel non facere.Et ita debet intelligi glo. in l.excuſantur.§.j.de excuſ.tut.& dicta l.iij.Et ex hoc habes etiam perpendere vtrum fama ſit ſufficiēs indicium ad tor-
18 turam vel non.hæc ex Bartol.¶Duodecimò quæritur,† quis ſit effectus inquiſitionis? Et dico quòd ſi inquiritur contra prælatum vel habentem adminiſtrationem, & conuincitur: pœna eius eſt remotio,exemplo villici diffamati,cui dictum eſt,iam nō poteris villicare.Luc.xvj.de accuſ.qualiter.Si verò nō habet adminiſtrationem:pœna eſt arbitraria,ſecūdum merita perſonæ & qualitatem exceſſus. de accuſ.inquiſitionis.in fin. quod tamen fallit in criminibus enormibus, quæ ordinis executionem &beneficij retentionē poſt peractam pœnitentiam impediunt:vt eſt in ſimoniaco in ordine & beneficio.dicto c.inquiſitionis.Quæ autem dicantur enormia, vide ſuprà Enorme.& ſuprà Crimen.De Inquiſitoribus verò hæreticorum,vide ſuprà Hæreſis.ij.

## Rurſus de Inquiſitione ij.ſpecialiter quo ad religioſos.

1 *Inquiſitio contra clericos & religioſos qualiter fiat.*
2 *Torqueri poteſt clericus & religioſus via inquiſitionis.*

INQVISITIO rurſus ſecundò, ſpecialiter conſiderari poteſt quo ad religioſos & clericos: in qua &ſi obſeruanda ſint omnia dicta tit.priore,præter ea de quibus ſpecialiter cautum eſt,tamē ad pleniorem notitiam ſciendum eſt quòd Archid poſt magiſtrū Simonē virtualiter dicit multa.
1 ¶Primum.† An talis inquiſitio ſit in generali ſuper ſtatu eccleſiæ vel capituli: aut cōtra determinatam perſonam.Et ſi in generali: ab omnibus tunc inquirendum eſt, & omnes tam beneuoli quàm maleuoli audiendi.Sed ſi contra determinatam perſonam: maleuoli & extranei poſſunt omnino repelli,&ſimiliter infames.¶Secundum.Quando ſic proceditur, ſcilicet contra determinatam perſonam: deponentes contra eam,primò iurēt antequam eorum teſtimonium vel depoſitio admittatur.iij.quæſt.ix.hortamur.& de accuſ.qualiter & quando.¶Tertium. Et ſi omnes vel multi dicant ſe nihil ſcire de perſona per certam ſcietiam,ſed ſolùm per famam,& fortaſſe credulitatem: per hoc nō fit conuictio,nec poterit in aliquo puniri:quia nihil per huiuſmodi depoſitionem probatur,niſi ſola fama, quæ ad puniendum non ſufficit.Vnde niſi adſint teſtes alij:ſolùm infamato purgatio canonica indicenda eſt,ſecundum arbitrium iudicis,& qualitatem perſonæ & modū infamiæ ſuſcitatæ. &hoc habetur de accuſ.in cap.inquiſitionis.& ij.quæſt.v.presbyter.per totum. ¶Quartum.Cùm autē inquiritur cōtra determinatam perſonam ad petitionem partis agentis contra eam: primò iudex deſcēdens ad inquiſitionem habita perſona præſente debet inquirere de fama perſonæ delatæ: quam ſi diffamatam inuenerit,procedat teſtes admittendo.aliter nō eſt in inquiſitionis negotio procedendum contra ipſam.de accuſ. c.cùm oporteat.Imò quāuis actor probauerit eam infamatam:adhuc reus probare poterit ſe bonæ famæ.de purgation. cano. cap.cùm oporteat.& tunc pręſtantius erit priuilegium bonæ famæ quàm probatæ infamiæ.& hoc tenendum eſt,niſi probetur factum.quod ſi probari non poterit, procurans inquiſitionem grauius puniatur.de calum.c.cùm dilectus.¶Quintum.Fama autem inuenta de perſona apud paucos vel leues perſonas,nec cogit nec dat occaſionem prælatis ad inquirendum,præcipuè de perſona,quæ prius fuit claræ & bonæ famæ:ſecus ſi apud plures bonos & graues:quia fama apud tales cum ſuſpicionibus violentis ſecundum conditionem perſonæ.de qua agitur,facit quodammodo probationem: quia & ſi ſingula non poſsint,ſimul tamen collecta valent.Nihil eſt enim aliud in hac materia probatio, quàm rei dubiæ per teſtes vel inſtrumenta vel præſumptiones oſtenſio.xxij.qō j. dicit.¶Sextum.Igitur procedens contra perſonam inquirendo ex fama,primò eam citabit aut vocabit ſecūdum modum religioſorum,qui arctius obligantur ad obediendum prælatis ſuis:& facient eum iurare ſuper veritate dicenda de his,de quibus infamatus eſt.de accuſ.capit.cùm dilecti. licet aliqui religioſi ex conſuetudine hoc faciant per pręceptum,addentes quandoque excommunicationem propter pertinacem inobedientiam aliquorum.¶Septimum.Cùm autem inquiritur ſolùm ad correctionem vel pœnitentiam, valde liberius procedendū eſt,quàm cùm proceditur ad depoſitionem & pœnam, maximè circa ſeculares:quia primo caſu proceditur in fauorem eius contra quem agitur:non ſemper in ſecundo.¶Octauum.Quando prælatus ex inquiſitione profectum non ſperat,dimittere non debet inquiſitionem generalem,ad quam tenetur ex officio certis temporibus. diſtin. xviij.quoniam quidem. ſpecialem etiam contra determinatam perſonam,quam facere nō tenetur,niſi fama deferente, vel aliqua perſona acclamante.in his caſibus facere tenetur ſecundum formam iuris:ſiue credat ex ea inquiſitum proficere,ſiue nō:quia proficiet circa alias perſonas,quę ſunt ſcandalizatæ ex fama audita, donec viderint fieri quod iura diſponunt. Et ſi inter alios,qui ſunt in congregatione, ſunt aliqui, quibus ad vtilitatem, alij,quibus ad ſcandalum eſt,& animæ damnum: & differri poteſt, & quæri oportunitas faciendi coram illis,quibus cedere poteſt ad bonum,ita tamen quòd finaliter nō ſuperſedeatur ab actu iuſtitiæ ꝓpter malum aliquorum,maximè cùm bonum inde ſequēs maius reputatur quàm malum in genere ſuo.Sed hoc dictum Archi. & magiſtri Simo.intellige vbi ſcandalū iam incipit eſſe Phariſæorum,& non puſillorum.Et ſi multitudo ſit in culpa,&
timeatur ne velit inſurgere ad defendendum, ſuperſedeatur 2
ad tempus.diſtinct.lxxxij.plurimos. ¶Nonum. † Clericum autem vel religioſum de crimine vehementer pręſumptum, & no

& nolentem recognoſcere veritatem, vtique licet ponere ad
quæſtiones, id eſt tormēta: quia quanuis ſecundum iura ciui-
lia liber homo ad torturā poni non debeat, ſed ſerui tantum-
modo. ff. de quæſt. per totum. tamen quia faciens peccatum,
ſeruus eſt peccati, Ioann. viij. ideo talis vt ſeruus poni poteſt
ad queſtiones: vt vj. queſt. j. cap. illi. & poſſunt areſtari ſeu de-
tineri, ſcilicet in cuſtoſtia, dicēte Benedicto xij. in ſtatuto ad
minores, quòd frater de enormi crimine probabiliter ſuſpe-
ctus poteſt arctari. Nullo tamē modo eſt à queſtionibus in-
choandum. de reg. iur. cap. cùm in contemplatione. quia ſiue
prælatus, ſiue alius de eius mandato, vim inferens clerico pa-
rato corrigi & obedire volenti, excommunicatus eſt. de ſent.
excommu. vniuerſitatis. & hoc tenent Hoſtien. & Archidiac.
Et ſi ſtatim hoc fieret, præſertim nulla præſumptiōe præce-
dente, eſſet locus appellandi. ij. quæſt. vj. nō ſolent. Quæſtio-
nes tamen huiuſmodi circa clericos debent eſſe moderatæ,
propter periculum excōmunicationis: & propter hoc quòd
iudicium peſsimū eſt, quod procedit ex ſuſpicione vel extor-
ta confeſsione: ſicut dicitur xv. quæſt. vj. ſi ſacerdotibus. & ff.
de quæſtion. l. ſeruus. quia aliqui duritiam contemnunt: alij
cum tanta impatientia ſuſcipiunt, vt potius velint mentiri
quàm pati. Intellige verò quòd enormia crimina in religio-
ſo hic dicuntur omnia mortalia, arg. d. capit. illi. vbi dicuntur
compellendi ad correptionem, qui perpetrant peccata: quæ
qui agunt, regnum Dei non conſequentur: & pro quolibet
tali poteſt religioſus arctari ad cuſtodiam, ſi expedit corre-
ctioni, nō autē ad pœnam: ſed pro his quæ exprimūtur in ſta
tutis ſui ordinis, vel eis arbitrio diſcretorum æquiparantur.
¶ Decimum. Invitijs corrigendis, vbi deficit ius, loci cōſuedo
in modo puniendi ſequenda eſt: nec debet prælatus introdu-
cere nouam conſuetudinem ſimpliciter, vel alicuius alte-
rius loci ad puniendum, propter hoc vt vitia efficacius cor-
rigantur, ſi ex hoc ſcandalum oritur: quia non ſunt facienda
mala, vt eueniant bona. Roman. iij. ¶ Vndecimū. Cùm etiam
in religioſorum priuilegijs dicitur quòd poſtpoſitis rimulis
& apicibus iuris poſsint prælati liberè procedere ad corre-
ctionem vitiorum: per hoc non eximuntur à iure communi,
ad quod omnes catholici tenentur: de conſtitution. capite, j.
ſed non tenentur ad ea, quæ non ſunt de ſubſtantia iuris ſeu
ordinis iudiciarij, ſine quibus in iudicio contentioſo procedi
non poteſt: ſicut dicitur in conſtitutionibus fratrum prędica-
torum, quòd electiones pręlatorum fiant ſecūdum formam
canonicam, alijs ſolennitatibus iuris relegatis: ſi quid omit-
teretur, cùm proceditur per ſcrutinium, quod fit de ſubſtan-
tia formæ, caſſaretur electio: ea verò quæ non ſunt de ſub-
ſtātia formæ, vt collatio zeli ad zelum, & huiuſmodi, per illa
verba tolluntur. ¶ Duodecimum. Dicitur etiam in cap. quan
uis. de præben. libro vj. quòd quanuis carcer ſit deputatus ad
cuſtodiam reorum: ſi tamen prælatus clericos confeſſos
vel conuictos de criminibus eorum, exceſsibus, cæteriſque
circunſtantijs prouida deliberatione penſatis, in perpetuum
vel ad tempus carceri mancipet: nō eſt improbandum. Non
eſt tamen de facili clericus carceri mācipandus: quia excom-
municatus eſt qui iniurioſè clericum detinet. de ſentent. ex-
cōmun. c nuper. Nec eſt à quocunq; exiſtimandum quòd per
hoc quis efficiatur infamis quòd eſt carceri mācipatus: cùm
de carcere & catenis quis quandoq; egrediatur ad regnum.
Eccleſiaſt. iiij. ſicut patet Gen. xxxix. de Ioſephs incarcerato
iniuſtè. & de Petro Act. v. & de Paulo ij. Corinth. vj. & de Io-
anne Baptiſta Matth. xiiij. Ex iuſto tamen carcere eſt quis in-
famis: vt ſuprà Infamia. §. ij.

1 *Inſcribere quid.*
2 *Inſcriptio quando fiat. & num. 3.*

INSCRIPTIO, † ſeu inſcribere, ſecundū aliquos, eſt ac-
cuſatorem profiteri vera, quę in libello ſunt. vel, ſecūdum
alios, profiteri ſe velle proſequi vſq; ad finem, vel, ſecun-
dum alios, obligare ſe ad pœnā talionis, id eſt, ſimilē ei quā
reus debet pati, vel quā accuſator intendit inferre ſi proba-
uerit: quia talis importat propriè relationem ſimilis quæ eſt
inter eos qui dicūtur tales. Et hāc opinionē tenet Io. And. &
glo. in c. ſuper his. de accuſ. & probatur in c. tuæ. de procur. &
ſequitur Panor. in d. c. ſup his. De quibus opinionibus dicitur
in l. ſi cui. in prin. ff. de accuſ. & l. in cauſis. C. de accuſ. Reuera
ſecundū ſignificationē vocabuli, Inſcribere eſt actus ſcriben
tis in aliquo: & inſcriptio eſt idē actus alicuius, id eſt, per mo-
dum nominis ſignificatus. & ſimiliter eſt ipſa ſcriptura. ex
vſu verò loquentium eſt accuſare in ſcriptis: & inſcriptio eſt
ſcriptio accuſationis, & ipſa accuſatio ſcripta, id eſt, libellum,
quem accuſator offert iudici ſub hac forma. ego N. corā vel
apud N. prætorē vel iudicem refero talem reū legis Iulię de
adulterijs. de adulterio quod cōmiſit cùm B. dum eſſet cum
ea menſe tali in domo tali, cōſulē tali regnāte. de quo libel-
lo quid continere & qualiter formari debeat. no. in l. penult.
C. de accuſ. Sed quia huius accuſationis effectus eſt obligari
ad talionē, id eſt, talem penā: inſcriptio dicitur talis obliga-
tio ex cōſequenti, ſiue ſcribatur, ſiue non. † Habet autem in- 2
ſcriptio locum ſolùm in criminalibus, vbi per modū accuſa-
tionis opponuntur: nō ſi opponuntur per modum exceptio-
nis, vel de eis ſine accuſatore cognoſcatur: vt l. qui crimen. cū
ibi not. C. de his qui accuſ. poſ. Vnde nō eſt neceſſaria inſcri-
ptio opponēti crimina accuſatori vel teſti, vt ab accuſatione
vel teſtificatione repellātur: vel electo, ne cōfirmetur. Si ve-
rò obijciātur iam cōfirmato, puta in cōſecratione, obijciens
debet ſe obligare ad pœnam extraordinariam ad arbitrium
iudicis citra vinculum inſcriptionis: quia electus crimine ſic
probato perdit acquiſita per electionem & cōfirmationem:
non autem habita prius: vt in d. c. ſuper his. & cap. qualiter &
quando. el ij. de accuſa. † Accuſanti verò neceſſaria eſt inſcri- 3
ptio, ſecundum gloſ. & doct. in d. c. ſuper his. niſi in octo caſi-
bus. & ibi vide. & licet inſcriptio non fiat, id eſt, talis obliga-
tio: deficiens tamen puniri debet pœna talionis, ſecundum
Accurſium in l. ij. C. de fide inſtr. & Bart. in d. l. ſi cui.

1 *Inſignia quiſq; ſibi poteſt conficere.*
2 *Inſignia alterius quando poſsit quis aſſumere.*

INSIGNIA propiè videntur dici ſigna nobilitatis aut fa-
moſitatis: ſicut inſignis dicitur valde nobilis & famoſus,
etiam in malo, vt Barabbas. Inde cōſueuerūt inſignia dici
arma, ſiue diſtinctiua ſigna, quæ conſueuerunt vt plurimum
eſſe nobilium. † Poteſt autē quilibet ſibi aſſumere inſignia 1
& arma, ſecundum communiter Doctor. vt refert Panorm.
in cap. dilecta. de exceſ. prælat. ſicut & nomen aſſumitur ad
placitum, vt quis agnoſcatur ab alio. Inſtitut. de legat. §. ſi
quis in nomine. & l. ad recognoſcendum. C. de ingenu. & ma-
numiſ. † Imò poteſt quis aſſumere ſibi inſignia alterius, ſecū- 2
dum eūdem ibi, ſicut & nomen: quod verum limitat, niſi ille,
cuius ſunt, prætēderet aliquod damnum: puta ſi facinoroſus
aſſumat arma alterius, poſſet ille loco facinoroſi offendi.
Vnde talis implorare poteſt officium iudicis, & ille poteſt
prohibere: quia ſpectat ad illum quies populorū. l. j. §. quies.
ff. de offic. præfecti vrb. Et idem dic vbi intereſt reipublicæ:
ſicut ſi quis accepit inſignia boni artificis, qui non eſt ita bo-
nus: & ita populi decipiuntur. de quo habes per Barto. in tra.
De inſignijs & armis. Non poteſt autem quis aſſumere inſi-
gnia dignitatis, niſi habeat iſtam dignitatem: aliàs eſt falſa-
rius. l. eos. & quod ibi not. ff. de fal. & facit c. j. de cleri. nō ordi-
min. vide etiam ſuprà Habitus. §. j.



IN ſtirpes ſuccedere ſecundum Hoſtien. eſt ſuccedere filio
præmortuorum in eam partem, quam eorum parentes
erant habituri ſi viuerent. Vnde ſi quis ex vno filio vnum
nepotem habuerit: ex alio decem vel plures: tantùm capiet
vnus ex parte vna, quantum decem ex altera, in ſucceſsione
ſuccedentiū: quia collaterales ſemper viriliter ſiue in capita
ſuccedunt, id eſt, ęquis portionibus. auth. de hær. ab inteſt. l. ſi.

INSTITOR ab inſtando dictus: is eſt qui vinis venden-
dis, vel alteri alicui negotio præpoſitus inſtat. l. inſtitor. la
prima. ff. de inſtit. act.

1 *Inſtituere qui poſſunt.*

INSTITVTIO, ſeu inſtituere, ſecundum Hoſt. eſt eccle
ſiæ ſeu eccleſiaſtici beneficij collatio. † Inſtituere autem
poteſt iure communi epiſcopus. Item ſede vacante capitu
lum. de inſtit. & ſi capitulum. lib. vj. Item is, qui habet ex dele
gatione epiſcopi. de inſtit. ex frequentibus. Item qui hoc ha-
bet ex conſuetudine, modò ſit clericus: vt in cap. cùm venil-
ſent. eod. titu. talis tamen inſtitutus ab iſto, adminiſtrare non
debet, nec eccleſiæ poſſeſsionem adipiſci: niſi de conſenſu &
authoritate diœceſani. d. cap. ex frequentibus. Item abbates
in eccleſijs ſibi pleno iure ſubiectis, id eſt, in ſpiritualibus &
in temporalibus, poſſunt curam committere ſine præſenta-
tione epiſcopo facta, argu. à contrario. de præben. in Latera-
nenſi. de capel. mo. cap. presbyteri. libr. vj. xvj. q. ij. cap. viſis.

¶ Inſtrumentum, infrà Tabellio.

## De Intentione.

1 *Intentio bona an ſufficiat ad bonā voluntatem & bonū opus.*
2 *Euentus pter intentionē an augeat bonitatē vel maliciā actus.*
3 *Intentio an faciat opera vnius alteri applicari.*
4 *Actio omnis ex intentione deliberata procedens, an ſit neceſſa-
riò bona vel mala.*

INTENTIO dicitur dupliciter: primò ſcilicet ipſe mo-
tus voluntatis tendentis in finem per aliquod medium: pu
ta volentis ſanitatem per medicinam. xij. q. xij. art. j. ad vlti
mum. & ſecundò ipſe finis intentus vt ſic, id eſt, vt terminat
prædictum motum, ſeu vt acquiſibilis à volente per aliquid
& hoc modo principaliter hic de intentione eſt ſermo. ¶ Pri-
mò verò quæritur, † vtrum intentio bona ſufficiat ad bonam
voluntatem & bonum opus? Et dico quòd non: quia ſi volun
tas eſt bona, eſt etiam bona intentio: cùm voluntas non dica-
tur bona, niſi habeat bonum obiectum, & bonum finem: non
autem econtra: ſed poteſt intentio eſſe bona, & obiectū malū:
ſicut cùm quis vult furari vt largiatur pauperi non patienti
extremam neceſsitatem. Vide xij. q. xix. ar. vij. ad vltimum. &
ſubtiliter ij. diſt. xviij. art. v. & diſt. xl. art. ij. Quod autem dici-
tur, cuius finis bonus eſt, ipſum quoq; bonum eſt: verum eſt
de fine rerum: ſicut ſi equitatio eſt bona, equus eſt bonus, ve-
rum eſt etiam de fine actuum: ſicut ſi bonum eſt obiectum,
puta iuſtitia, bonus eſt actus, puta velle iuſtum: non autem eſt
verum de fine volentis, ſicut non eſt bonus qui vult malum
ad finem bonum contra Apoſtolum Romanorum iij. ¶ Secū
dò quæritur, † vtrum euentus præter intentionem ſequens
aliquid addat ad bonitatem vel malitiam actus humani? Et di
co ex mente S. Tho. & S. Bona. & Theologorum, quòd boni-
tas & meritum actus humani principaliter conſiſtit in boni-
tate actus interioris voluntatis: quia ſolus ſufficit ad meritū,
ſi ſit completus & perfectus, ita quòd ſequeretur actus exte-
rior, ſi adeſſet facultas & opportunitas: vnde actus exterior
non addit ad bonitatem, niſi quantum ad meritum præmij
accidentalis. Euentus autem ſequens vt patet prima ſecundę,
q. xx. art. v. ſi ſit præcogitatus, addit in bonitate: & ſimiliter ſi
non ſit præcogitatus, ſed per ſe conſequitur in pluribus: quia
conſtat actum in genere ſuo eſſe meliorem, ex quo plura
bona: & peiorem, ex quo plura mala ſequi poſſunt. Si verò
ſequitur per accidens in paucioribus, non addit: quia non da-
tur iudicium de re per illud quod accidens, ſed tantùm per
illud quod per ſe eſt. Vide etiā j. ij. lxxiiij. q. viij. & ſ. Ebrietas.
¶ Tertiò quæritur, † vtrum per intentionem poſsit quis o- 3
pera ſua alteri applicare? Et dicit Aſten. & eſt mens Sancti
Thom. in quarto, in materia de indulgentijs, quòd ſic tripli-
citer: & intellige non quantum ad meritum, quod neceſſariò
eſt proprium: quia ſic intelligitur illud pſalmi: Reddet vni-
cuique ſecundum opera ſua. ſed quantum ad ſatisfactionem.
¶ Primò in ſingulari: vt cùm quis pro alio determinatè ſatiſ-
facit: & ſic quilibet poteſt alteri ſua bona communicare.
¶ Secundò in ſpeciali: vt cùm quis orat pro congregatione
ſua, vt ſuis familiaribus & benefactoribus, & ad hoc etiam or
dinat opera ſua ſatisfactoria: & ſic ille, qui præeſt religioni,
poteſt illa opera communicare alij, applicando intentionem
eorum, qui ſunt de ſua congregatione ad hunc determinatè.
¶ Tertiò in generali, ſcilicet orando & benefaciendo pro ec-
cleſia in communi: & ſic qui præeſt eccleſiæ generaliter, po
teſt illa opera communicare, applicando ſuam intentionem
ad huncvel illum. Et ideo qui præeſt eccleſiæ generali, com-
municare poteſt ea quæ ſunt congregationis & huius homi-
nis, ſed non econtrario. Prima excommunicatio & ſecunda
non dicuntur indulgentiæ, ſed tantùm tertia, vt dictum eſt ſu
prà Indulgentia. §. v. Et ex his patet ad quid valeant literæ
receptionis ad beneficia alicuius ordinis: quia valent ad par-
ticipationem ſatisfactionis ſuperfluentis in illo ordine tan-
tam, quantam intendit concedens, cuius intentio debet eſſe
ſecundum quod iuſtitia & ſapientia diuina diffinit.
¶ Quartò quæritur, † vtrum omnis actio humana, id eſt, pro- 4
cedens ab intentione deliberata, ſit neceſſariò bona vel ma-
la? Et probat Sanctus Thomas, in tertio, quæſtione decima-
octaua. articulo octauo. quòd ſic: quia aut eſt ordinata vt de-
bet, & eſt bona: aut non, & eſt mala. non tamen eſt ſemper
meritoria & demeritoria: ſed medium datur in operatione
bona ex genere: puta ſi detur eleemoſyna ex pietate natu-
rali, ab eo qui non eſt in gratia, puta infideli: quia eſt bona,
ſed non meritoria. Contra hoc autem Summa Ange. dicit ſe
colligere aliqua ex Sanct. Bonauen. ij. diſtinct. xlj. ſed malè
procedit, non diſtinguens inter bonum ac malum: & merito-
rium ac demeritorium.

## De Interdicto primò quid, & quotuplex ſit.

1 *Interdictum quid.*
2 *Interdictum eccleſiaſticum.*
3 *Cenſuræ eccleſiaſticæ nomine continentur excommunicatio, in-
terdictum & ſuſpenſio.*
4 *Excommunicatio, interdictum & ſuſpenſio in quibus conue-
niant, & in quibus differant. & nu. 5.*
6 *Interdictum quotuplex ſit.*
7 *Interdictum locale quotuplex ſit.*
8 *Interdictum perſonale quotuplex.*

INTERDICTVM, † cùm ſit terminus vtroq; iure vſita- 1
tus: ſecundū ciuile ſiue prætoriū dici videtur ab inter, & di
co: vnde dicitur quaſi inter duos dictū. Inſtitution. eodem
titulo. §. exhibitoria. & olim erat quædam formata & ſolen-
nis conceptio verborum, quibus prætor fieri aliquid iubebat
aut prohibebat. quod tunc maximè fiebat cùm de poſſeſsio-
ne vel quaſi inter aliquos contendebatur. & nouem ſunt pu-
blica, & xxviij. priuata: de quibus glo. & doct. in c. paſtoralis.
de cauſa poſ. & proprie. & in cap. item cùm quis. de reſt. ſpol.
Non

Non autem dicitur ab interdicendo:cùm non ſemper prohibeat,ſed aliquando aliquid fieri iubeat.Inſti.eo.§.j.ſed ſic dicitur ſecundum ius canonicum quòd eſt eccleſiaſtica cenſura
2 aliquorum prohibita:& ſic de eo hic agitur.¶ Eſt† autem canonicum vel eccleſiaſticum interdictũ ſeparatio à iure vel à iudice facta à certis ſacramentis,& omnibus diuinis officijs, &eccleſiaſtica ſepultura,iuxta declaranda ĩ.Interdictum iiij. per totum.vt haberi poteſt extra de ſpon.non nobis.&de pœ.
3 & re.quod in te.¶ Primò verò quæritur,†cùm nomine eccleſiaſticæ cenſuræ ſecundum doct. veniant excommunicatio, interdictum,& ſuſpenſio:quomodo iſta conueniant,& diſtinguantur:& de ceſſatione à diuinis? Et dico quòd ſecundum
4 Arch.poſt Hoſt.conueniunt in multis.¶ Primò,†quia omnes iſtæ ſententiæ fieri debent in ſcriptis continentibus cauſam. Secundò,quia non relaxantur per ſequentem,ſed per antecedentem appellationem.Tertiò,quia ligati aliqua earum,nec eligere nec eligi poſſunt. Quartò, quia nullus earum aliqua ligatus debet celebrare diuina: aliter irregularis efficitur. Quintò,quia tales ſententias debet præcedere monitio,ſcilicet cùm feruntur ab homine.Sextò,quia eis ligatus,ante abſolutionem iurat de cætero non contrauenire:&in eis poteſt fieri relaxatio ad cautelam:excepto generali interdicto , in quo non habet locũ.extra de ſent.excõ.præſenti.lib.vj.In interdicto verò ſpeciali poſito in aliqua eccleſia,quanuis dicat Archi.quòd non poſsit relaxari ad cautelam , ſi dicatur nullum.Ioã.tñ Mo.& Cal.&, vt videtur Io.And.dicit contrariũ. Septimò,quia huiuſmodi ſententiæ debent obſeruari per ſuperiores. Octauò, quia nullus eorum durante ſententia poteſt teſtificari:de teſti.veniẽs.Nonò,q̃a ſuperior nõ debet eas reuocare,vel pronuntiare nullas,vel de ipſis aliquid diſponere,niſi vocatis partibus.Decimò, quia illi qui per priuilegiũ ſunt recepti in proprios ſpeciales eccleſiæ Romanæ vel ſedis apoſtolicæ filios,licet propter hoc non eſſent exempti,tamen ſicut nec excommunicari,ita nec interdici vel ſuſpendi poſſunt ab alio quàm Romano pontifice vel legato de latere.de verb.ſig.c.j.lib.vj.Et idem Io.Cal.excepto primo quòd
5 non ponit.¶ Differunt verò†illa tria ſecundum Archid.poſt Io.Cal.in multis.Primò, quia excommunicatio & ſuſpenſio feruntur propriè contra ſingulares perſonas , licet ſuſpenſio feratur contra clericos tantùm:interdictum verò fertur contra loca propriè & vniuerſitates & collegia:interdum autem & contra ſingularem perſonam,ſed non ita propriè.Secundò,quia cum ſuſpenſo & interdicto participari poteſt in omnibus,exceptis ſacramentis certis & diuinis officijs,non autem cum excommunicato. Tertiò,quia effectus excommunicationis latæ ſuſpendi nõ põt:ſed effectus aliarũ ſic.Quartò,quia epiſcopi nõ incurrũt aliquam ſententiã ſuſpenſionis vel interdicti prolatã ab homine vel à iure,niſi ſpecificè exprimantur:de ſent.excom.quia periculoſum.lib.vj.quod priuilegium non habent quantum ad excommunicationem. Quintò,quia interdictum generale relaxari nõ põt:adde,vel potius non oportet,ad cautelã:ſed ab alijs ſententijs poteſt quis abſolui ad cautelam.Sextò , quia interdictum generale in locum proferri non poteſt ſine licentia papæ ſpeciali pro debito pecuniario:ſed bene excommunicatio & ſuſpenſio.de appel.præterea.ſecus de ſpeciali,id eſt, ſingulari contra aliquam eccleſiam.Ceſſatio autem à diuinis,vt no.Pan.in c.dilectus.de app.differt ab interdicto : quia ipſa eſt quid facti: cùm non ſit aliud quàm ſuſpendere organa miniſtrorum vt ibi non celebrent:ſententia verò interdicti eſt quid iuris. Vñ quando ſupponitur locus interdicto,ibi celebrans etiã forenſis incurrit irregularitatem:vt in cap.is qui.de ſen.excom.lib. vj.Secus autem in ceſſatione à diuinis,vt volunt doct.in cap. irrefragabili.de offi.ord.¶ Secundò quæritur,†quotuplex eſt interdictum? Et dico quòd in genere eſt triplex,ſcilicet perſonale]tantùm,id eſt,quo interdicitur perſona,nõ locus:vel habitatio perſonæ:& locale tantùm,id eſt,quo interdicitur locus vel habitatio ,& nõ perſona loci:aliud locale & perſonale ſimul . Sciendum eſt autem quòd aliud eſt interdicere locum:aliud homines loci,vel homines & locum: quia ſi locus tantùm eſt interdictus,homines loci,quia nõ dederunt cauſam interdicto,alibi poſſunt audire diuina,&eccleſiaſtica recipere ſacramenta . Si verò homines , aut locus & homines ſunt interdicti,tenebunť etiã alibi ſeruare interdictũ , niſi in caſibus expreſsis à iure:vt colligitur in c.ſi ſententia.de ſent. excom.lib.vj.in tex.& in glo.¶ Tertiò quæritur,†quotuplex ſit interdictum locale?Et dicit Sum.Ang.quòd eſt triplex,ſcilicet generale:vt cùm interdicitur regnum vel prouincia vel diœceſis.& ſpeciale:vt cùm interdicitur ciuitas,caſtrum,aut villa.& ſingulare:vt cùm interdiciť certa eccleſia,vel certæ eccleſiæ.Sed cõtra primò,quia Sum.Rol.& ſupple.& omnes Summiſtæ ordinis eius dicunt quod non eſt niſi duplex,generale ſcilicet & ſpeciale.Secũdò,q̃a in iure nõ reperiť interdictum locale ſingulare.imò quòd ipſe dicit ſingulare, in iure dicitur ſpeciale vel particulare.& quod dicit ſpeciale, in iure dicitur generale:vt patet expreſsè ex intentione canonis,de verb.ſign.cùm in partibus.& de ſent.excom. ſi ciuitas.lib.vj. Et ideo dico quòd eſt tantùm duplex,ſcilicet generale & ſpeciale ſeu particulare.Eſt autem interdictum locale generale,quo interdicitur regnum,vel prouincia,vel ciuitas,vel caſtrum,aut villa.de verb.ſign.cùm in partibus.vbi declaratur ſic debere intelligi interdictũ terræ generale in priuilegijs. Interdictũ verò locale ſpeciale ſiue particulare, eſt quo interdicitur vna certa eccleſia,vel plures certæ eccleſiæ:nõ autem omnes eccleſiæ alicuius ciuitatis vel loci . Vnde dicitur interdictũ generale,quia totum aliquid ſine exceptione cõprehendit,vt innuit glo.in d.c.cùm in partibus.& Pan.ſpeciale verò,quia non cõprehendit totum,ſed partem.Et propterea dicit Archi.poſt Cal.quòd eſt interdictũ ſpeciale,cùm interdicitur aliqua eccleſia, ac etiã cùm interdicuntur omnes eccleſiæ vnius ciuitatis aut prouinciæ : quia & ſi non in illis eccleſijs,tamen in alijs locis illius ciuitatis extra eccleſiã poſſent celebrari,& audiri diuina ab hominibus illius loci. hæc ille.qui intendit quòd ſit ſpeciale q̃a nõ cõprehendit omnia loca ciuitatis,ſed quædam,id eſt eccleſias.Quartò quæritur, †quotuplex eſt interdictum perſonale . Et dicit Sum.Ange. quòd triplex,ſcilicet generale,quo interdiciť populus regni, caſtri,villæ vel ciuitatis.& ſpeciale, quo interdicitur aliquod collegium: vel vniuerſitas in populo incluſa . & ſingulare, quo interdicitur certa perſona,vel etiam incerta:vt cùm dicitur:qui fecerit hoc,ſit ipſo facto interdictus.Sed quia iſta nullo iure probantur,melius Sum.Roſ.& alij dicunt quòd eſt duplex tantùm, ſcilicet generale , & ſpeciale ſiue particulare. Eſt autem interdictum perſonale generale, quo interdicuntur homines regni,prouinciæ,ciuitatis , caſtri aut villæ vniuerſaliter.ar.d.c. cùm in partibus . Interdictum verò perſonale ſpeciale vel particulare ſeu ſingulare,eſt quo interdicitur pars vnius ciuitatis vel caſtri aut villæ , vt certa perſona vel certæ perſonæ,aut etiam incerta:vt cùm dicitur,qui fecerit hoc vel illud ,ſit ipſo facto interdictus. Vnde ſi interdicatur tota aliqua vniuerſitas,quæ ſit pars alicuius populi : puta totum ſtudium Ticinenſe,non eſt interdictum generale,ſed ſpeciale,ſiue particulare,dictum à parte alicuius terræ.

## Ruſus de Interdicto ſecundò, & quos liget.

1 *Interdictum qualiter promulgandũ,& quando liget.& nu.*
3 *Interdicta alicuius terra , quatenus ſe id extendat.*
4 *Interdictum regni quò ſe extendat.*
5 *Interdicta ciuitate an comprehendantur ſuburbia.*
6 *Interdicta eccleſia interdicuntur capellæ & cœmeterium.*
7 *Interdicto loco ob delictũ rectoris,non ſunt homines interdicti.*
8 *Interdicta eccleſia non ſunt clerici interdicti.*
9 *Interdicto clero,non eſt locus nec populus interdictus.*
10 *Interdicta vniuerſitate ſi quis de ea aliò ſe transferat , an ibi cenſeatur interdictus.*
11 *Interdictus an cenſeatur, qui ab interdicta vniuerſitate banniturest.*
12 *Interdictus ſi ingrediatur poſtea monaſterium, an ibi poterit ordinari.*
13 *Interdicta vniuerſitate an ligentur abſentes,& contradicentes.*
14 *Interdicto ciuitatis non includuntur aduenæ.& nu.20.*
15 *Ciuitate interdicta an comprehendantur qui ſunt in ſuburbijs & nobiles.& nu.16.*
17 *Interdicta familia alicuius,an in ea contineantur clerici.*
18 *Impuberes an comprehendantur in interdicto.*
19 *Mulieres an ſint interdictæ,interdicto populo.*
21 *Interdicti ſententiam proferens tenetur illam obſeruare.*

INTERDICTVM ſecundò conſiderandum eſt quantũ ad hoc vt ſciatur,quãdo,& quos liget.Et dico multa.¶ Pri
1 mum.† Ad hoc vt ſententia interdicti obliget,ſufficit eam publicè promulgari,nec poſtea neceſſe eſt eam ſingulorum auribus inculcare.diſt.xvj. quod dicitis.ſufficit etiã cùm quis ſcit vicinos ſuos maximè eccleſiã metropolitanã recepiſſe& ſeruare ſententiã,de poſtu.præla.c.j.inſuper omnes religioſi tam exempti quàm non exempti , qui viderint vel ſciuerint eccleſiam matricem loci,id eſt,maiorem,iuxta dicta ſ̃.Excõmunicatio.ix.§.xlvij.ſeruare quodcunq; interdictum poſitũ authoritate ſedis apoſtolicæ,vel ordinariorum,debent &ipſi ſeruare:alioquin ſunt excommunicati . & idem in interdictis & ceſſationibus à diuinis inductus per ſtatuta prouincialium conciliorum vel epiſcoporum authoritate : & in generalibus ceſſationibus à diuinis ciuitatum, terrarum,& aliorũ locorum,quas aliquando ex conſuetudine capitula,collegia, vel conuentus ſecularium aut regularium eccleſiarum ſibi vendicant,non obſtantibus quibuſcunq; appellationibus ante ea,etiam ad ſedem apoſtolicam vel alium interiectis , & alijs obiectionibus quibuſcunq;:vt in cle.ex frequentibus. de ſen.excom.& hæc quidem dicta ſunt ex corpore iuris:ſed per extrauagantem Martini quinti , quæ incipit,inſuper ad euitandum ſcandala.quam habes ſ̃ . Excõmunicatio.j. notabili iiij.non tenetur quis obſeruare interdictum eccleſiaſticum à iure vel homine generaliter promulgatum,niſi talis ſententia fuerit contra perſonam,collegium, vniuerſitatem,eccleſiam,communitatem,vel locum certum,vel certam à iudicè
2 publicata vel denũtiata ſpecialiter,&expreſsè.†¶ Imò etiam eo ſic publicato:ipſo iure in duobus caſibus non ligat.Primò, quando fertur contra participantes cum excommunicatis in caſu quo minorem incurrunt excommunicationem ſine canonica monitione præmiſſa : quo caſu ipſo iure nullum eſt, ſicut & ſuſpenſio quælibet. intellige ſi feratur ab inferiori à papa de ſen.excom.ſtatutum.lib.vj.quæ monitio dicitur canonica & legitima,quandiu nominatim admonentur : aliàs [illegible] in c.conſtitutionem.eõ.tit.& lib. Contra alios autem [illegible] debet præcedere monitio quando fertur pro cõtumacia ſecundũ Inno.in c.ad hæc quoniam.el iij.de appel.tamen tenet.& ſimiliter ſi proferatur ſine ſcriptis:quanuis iudex incurrat pœnam.de qua in c.j.de ſen.excom.lib.vj. Et generaliter puto interdictum non ligare in omni caſu,in quo excommunicationis ſententia non ligat. de quo ſ̃.Excommunicatio.ij.notabili j.Secundò,quando interdictum eſt latum propter aliquos,& illi non ſeruant,allegantes ſua priuilegia. de priui.petiſtis.q̃d Hoſti.limitat, quando eſt poſitũ ad eorũ querelam ꝓpter eorũ vtilitatem:quia tũc alij ſeruare nõ tenentur:&ſic efficitur nullum.quod limita,quãdo priuilegiorum fines excedunt,vt ibi:ſecus ſi non ſeruatur ab his, ꝓpter quorum delictũ eſt:quia licet ipſi violent,alij tamen ſeruare
tenentur.¶ Secundũ.†Cùm interdiciť terra alicuius domini, 3
ſecundum Arch.poſt Io.Cal.intelligitur primò de ea quę eſt ſua quo ad dominiũ iuriſdictionale:& multò fortius ſi eſſet illius domini ſimpliciter & abſolutè propria.Et ſecũdò de ea quam ab alio tenet in feudum vel emphyteuſim: cùm ad eũ ſpectet vtile dominium.cuius contrariũ tenuit Rodo.de feu. ſed cõtra eum eſt dicta ratio,& tex. in c.j.de po.præl.in verbo,terrarum. Et tertiò de ea quæ pertinet ad illũ ratione dotis vxoris:quia cõſtante matrimonio maritus eſt dominus dotis.Et quartò ſecundũ Io.And.& Gemi.in d.c. ſi ſententia.de ſen.excom.lib.vj.de ea,in qua ſolùm habet vſumfructum.Et quintò ſcd̃m Inno.& Hoſt.de ea,quæ ſibi fauet in crimine.& concor.Ber.Nõ aũt intelligitur de ea quæ eſt ſibi pignorata: de qua tamẽ intelligeretur,ſi diceret iudex,Interdico terrã, quam ille tenet,ſecundũ Io.And.quia creditor habet poſſeſſionem verã pignoris.ff.de vſuc.l.ſerui.Et ſi talis dominus,cuius terra interdicitur,habet terrã in diuerſis prouincijs aut locis,ſcd̃m Cal.& Gemi. ſi habet eã pro parte & ꝑ diuiſo: oẽs illæ partes ſunt interdictæ:ſed ſi pro indiuiſo, ſecus:ne innocens puniatur:arg.j.q.iiij.c.ſi.Et ſi talis dominus poſtea nouã terram acquirat,illa nõ ſubiacet interdicto,niſi lator ſententiæ expreſsiſſet tam de habita quàm de habenda.Et ſi vendat aut perdat terram interdictam,non propter hoc tollitur interdictum:cùm onus rei huius tranſeat cum ipſa:de deci.paſtoralis.Nec eſt iſte modus tollendi interdictum,quod debet relaxari per iudicem: qui tamen ceſſante cauſa interdicti ſe
facilem exhibet. ¶ Tertium.†Si dicat Iudex,interdico regnũ 4
Franciæ:extenditur interdictum ad totam terram adhærentem ei tempore latæ ſententiæ ſiue ratione dominij,ſiue ratione feudi.de po.præl.c.j.vel ſecundum gl.ibi, extenditur etiam ad terras quæ adhærent ei præſtando auxiliũ tempore prolati interdicti.Si verò dicat,Interdico terram regis Fran-
ciæ:dic vt §.priori.¶ Quartum.† Si interdicitur ciuitas,caſtrũ, 5
aut villa,interdicta intelliguntur ſuburbia &cõtinentia ædificia illius loci:de ſen.excom.ſi ciuitas.lib.vj.licet propriè nõ omnia iſta habeant ſuburbia.Et hoc etiam ſi dicta ſuburbia & continentia ædificia in nullo erant ſubiecta dicto loco vel vniuerſitati interdictæ:modò in eis habeat iuriſdictionem qui interdicti ſententiam profert. Quam iuriſdictionem ſi non habet,licet iure ſcripto non videantur interdicta ſuburbia:tamen ponderata ratione dicti capit.ſi ciuitas,quæ eſt,ne vilipendatur cenſura eccleſiaſtica, ſecundum Archi.dici poſſet quòd etiam tunc intelligantur interdicta , non ab homine,ſed à iure:de ſen.excommunicationis.c.nuper.Intelliguntur autem ſuburbia ſecundum Io.de Deo, ea quæ ſunt intra vltimam portam:&faciunt cum ciuitate publicas functiones: & vocantur ad conſilia & conciones, vel ſecundum Gemi.dicuntur burgi extra & prope ciuitatem,in quibus domus ſunt contiguæ.Vel ſecundũ Arch. dicunť domus,per quas eſt iter rectum eundi ad ciuitatem vel locum.Et omnes iſti virtualiter dicunt idem,intendentes quòd ſuburbia ſunt burgi , qui incipiunt ad portam ciuitatis,& iuxta publicam viam extenduntur tantum,quantum & vſus loquentium burgos appellat:quod eſt aliquando vſq; ad vltimam portam , ſiue ſecundum vallum,vbi ſcilicet eſt vltima porta &ſecundum vallum,

ſeu refoſſum, vt Mediolani: non autem ſemper. Continentia verò ædificia communiter à doct. dicuntur domus circa ciuitatem non cõputatæ intra ſuburbia, nec directè ducentes ad ciuitatem. Sed gloſſa in d. l. ſi ciuitas. dicit iudicis arbitrio relinquendum quæ dicantur continentia ædificia: quia non dicitur ex contiguis, ſed continentibus. quod intellige quantum ad terminũ vel extenſionem talium ædificiorũ, quam iudex aut bonus vir arbitrari debet tantũ extendi quantum exigit ratio d. c. quæ eſt, ne cenſura eccleſiaſtica vilipendatur, vt dictum eſt. Vnde ſi ita iacent quòd commodè populus cõfluere poſſet illuc pro diuinis, ſunt continentia ædificia & interdicta: aliàs ſecus: puta ſi diſtent per milliare, nec paſsim po-
6 teſt populus illuc conuenire. ¶ Quintum. † Interdicta eccleſia, interdicta eſt capella eius, & cœmeterium, ſi ſunt eccleſię cõtigua: nec poterit quis celebrare in capella, vel in cœmeterio ſepeliri: aliàs ſecus. d. c. ſi ciuitas. Contigua autem, ſecundum gl. ſunt, quorum extrema ſe cõtingunt: ita ſupple, quòd remanent diſtincta, ſiue duo ſine medio: vt ſi duæ domus habeant duos muros ſe tangentes: vt patet v. Phyſic. Continua verò, vt ibi dicitur, ſunt quorum vltima ſunt vnum: vt ſi duæ domus habeant ſolum vnum murum communem interme-
7 dium. ¶ Sextum. † Interdicto loco generaliter aut ſpecialiter propter delictum domini vel rectoris, non ſunt interdicti homines vel clerici talis loci: vnde extra illa loca poſſunt audire diuina, & ibi ſepeliri, ſi ibi mortui fuerint, vel elegerint ſepulturã: & clerici celebrare, quia non ſunt interdicti, niſi fuerint in culpa interdicti ponendi: quia tales vbiq; ſunt interdicti. & tex. eſt in c. ſi ſententia. de ſen. excom. lib. vj. & no. Pan. in d. c. quod in te. de pœn. & re. & c. non eſt vobis. de ſpon. Sed limita, niſi & ipſi fuerint interdicti propter dominum punien dum in eis: quia tunc vbiq; ſunt interdicti: de ſen. excom. ſi ciuitas. lib. vj. Similiter ſi locus vel eccleſia interdicta eſt ꝓpter delictum clericorum tantum, vel quia fuit violata, parochiani non ſunt interdicti: ſed poſſunt in alia eccleſia nõ interdicta eligere ſepulturã, & audire diuina, ſcd̃m Hoſt. ſed ſecundum Inno. ſi eſt interdicta eccleſia aliqua in pœnã populi: licet multi ex eis nõ deliquerint, ſed ſolùm vniuerſitas, vel fortè quia deliquit dominus, & in hoc punitur qui non eſt in culpa, nõ poteſt alibi eligere ſepulturã, niſi ex priuilegio ſpeciali. Et idẽ Arch. poſt Io. Cal. Et licet cõtrariũ dicat Sum. Ang. quia c. quod allegat, ſcilicet, vt priuilegia. de priui. loquiť quãdo populus eſt interdictus. Tu tñ dic cũ eis: quia eo caſu totus populus eſt interdictus, licet non totus ſit in culpa: ſicut &
8 cùm interdicitur propter delictũ domini. ¶ Septimũ. † Interdicta aliqua eccleſia, propter hoc non intelligitur clerus eius eſſe interdictus: vnde clerici eius licitè celebrabunt in alia: arg. de priui. per exemptionem. lib. vj. & ecõtrario interdicto clero alicuius eccleſiæ, nõ propter hoc intelligiť eccleſia interdicta: vnde in ea licitè celebrabunt alij clerici, ſecundũ Io.
9 And. in d. c. ſi ſententia. ¶ Octauũ. † Cùm interdicitur clerus alicuius loci, non ex hoc intelligitur locus vel illius loci populus interdictus, ſecundũ Io. Cal. nec econtrario, interdicto populo intelligitur clerus aut locus interdictus, ſed ſinguli de populo: vnde nec in illa terra, nec alibi poterunt admitti ad diuina, niſi in caſibus iure expreſsis: vt in d. c. ſi ſententia. quia iſta ſunt diuerſa: vt in dicto capite, ſi ſententia. & aliud eſt interdictum loci, aliud vniuerſitatis vel collegij: de vſuris. c. j. lib. vj. Et nomine cleri dicit contineri non ſolùm promotos ad ordines: ſed etiam religioſos & religioſas, conuerſos & conuerſas: qui ita ſunt ad eccleſiam tranſlati quòd de populo propriè dici non poſſunt. xij. q. prima. c. duo ſunt. Vnde clerici poſſent celebrare ſicut prius, ſecundum Ioannem Andream in d. c. ſi ſententia. id eſt, alta voce pulſatis campanis, interdictis tamen excluſis: vt ei imponit Sum. Ange. & poterunt admitti omnes, qui non ſunt de populo illo, & non ſunt cauſa interdicti. & ita tenet Archid. in d. c. ſi ſententia. & Fed. conſil. lxx. & ſimiliter ſecundum Calder. admitti poſſunt qui erant de populo illo, ſed domicilium tranſtulerunt, ſi non fuerunt in culpa: quod eſt verius. Et ſequitur Gemin. in d. cap. ſi ſententia. licet Aſten. dicat quòd remanent interdicti, donec ſententia relaxetur, ſaltem circa eos. Dicit tamen Cal. quòd eo caſu ſeruari debet moderatio c. alma. vt ſcilicet celebrentur diuina ſubmiſſa voce, ianuis clauſis, non pulſatis campanis, &c. alioquin præſtari videretur occaſio periculi, quia audirentur voces, & cenſura vileſceret. Vnde conſulendum eſſet clericis vt durante tali interdicto, abſtinerent à publica celebratione. quod Sum. Roſ. approbat cum Arch. & Summa Ange. malè reprobat dicens quòd moderatio cap. alma. & c. quod in te. de pœ. & re. intelliguntur quando locus eſt interdictus: & non expreſſo loco in ſententia interdicti non habet locum ceſſatio diuinorum, & alia, quanuis ſit generale. Sed revera opinio Cal. eſt tutior, & dicto capitulo conformior, vt patet intuẽti. nec Io. And. dicit illud quod iſte illi imponit. Et ſi interdicto populo clerus põt celebrare ibi diuina: multò fortius in generali interdicto terræ clerici, licet illud ſeruare teneantur ſecundum Veruec. tamen poterunt celebrare alibi,
10 quia eorum perſonæ non ſunt interdictæ. ¶ Nonum. † Si quis de vniuerſitate interdicta ſe transferat ad aliquem locum primo dimiſſo, ſecundum Cald. ſi eſt ſpecialiter interdictus, aut de populo interdicto: ita quòd fuit in culpa, propter quã latum fuit interdictum: quocunque ſe transferat remanet interdictus. d. c. alma. §. illis. ſed ſi non fuit in culpa, ex toto deſinit eſſe de populo interdicto, credit circa eam ceſſare interdictum: quia in eo ceſſat cauſa ſufficiens & conſeruans & conſequenter effectus. diſ. lxj. neophytus. Aſten. tamen tenet quòd ligetur donec relaxetur ſententia circa eum: niſi fortè iudex ligare eum non intendebat, niſi quandiu erat ſubditus illius dominij. Sed hoc dic verum, quando fuit temporaliter interdictus, aut fuit in culpa. Si verò econtrario exiſtens de populo nõ interdicto ſit de populo vel de vniuerſitate interdicta, credit quòd ex tunc ligetur ſicut & alij, cùm factus ſit membrũ corporis illius, & ſic debet eodem iure cenſeri. diſt.
11 xij. cap. j. ¶ Decimum. † Si exiſtens de populo vel vniuerſitate interdicta banniatur ſimpliciter, & non ad tempus: ſecundum eundem Cald. circa illum ceſſat interdictum: quia non amplius cenſetur de vniuerſitate illa vel populo. Secus de confirmato vel de relegato ad tempus: quia eſt ciuis & de populo. vt ff. de inter. & releg. l. relegati. Sed intellige ſi nõ fuit
12 in culpa. ¶ Vndecimum. † Si verò talis exiſtens de vniuerſitate vel populo interdicto ingrediatur monaſterium, poſt profeſsionem indubitanter poterit ordinari, ſecundum eundem Calder. quia deſinit totaliter eſſe de populo. quod intelligo, etiam ſi fuit in culpa: cùm religio ſit maxima pœna & mors ciuilis, argumento eorum, quæ dicentur §. de cruce ſignatis. ſed ante profeſsionem tutius eſt quòd non ordinetur durante interdicto: tamen ſi fuerit ordinatus, putat ordinationem tenere: arg. de præſentia excommunicationis. c. religioſo. lib. ſexto. Et ante profeſsionem, ſecundum Gemi. in dicto cap. ſi ſententia. & ſequitur Fede. poterit intereſſe diuinis ſine relaxatione interdicti.

¶ Duodecimum. † Abſentes tempore quo interdicti ſententia fertur in vniuerſitatem vel populum, & ſimiliter præſentes non conſentientes, ſed contradicentes aliorum culpæ. Io. Andreas in dic. c. ſi ſententia. refert quoſdam religioſos tenere quòd non ligentur etiam quo ad eccleſiam: quia abſens & ignorans ex maleficio non obligatur. xv. quæſt. j. cap. non eſt. & quia pœna ſuos oportet tenere authores. de pœn. diſ. j. nemo. Sed non ponderãt, inquit, quòd pœna interdicti puniũtur etiã qui nõ peccauerũt: de ſpon. nõ eſt. vnde ſecundũ eum ligantur. quod probat d. c. ſi ſententia. licet fateatur eos inſontes quo ad Deũ. & hoc placet Cal. Et ſi talis abſens eſt de alia ciuitate vel populo: licet receptus fuerit in ciuẽ aut popularẽ populi interdicti: & fortè ibi nunquã habitauerit: vt faciunt Veneti: credit Cald. dicto populo interdicto illẽ interdictũ. quod ego verũ non puto, ſi nõ ſit in culpa: quia nõ eſt ratio maior: cùm ſit ciuis duarũ cõmunitatũ, quòd magis ligetur cũ vna, quàm remaneat ſolutus cum alia. ¶ Decimumtertium. † Habitantes in ciuitate non ciues, nec de populo illius exiſtẽtes, nõ includũtur in interdicto illius vniuerſitatis vel populi: vt in d. c. ſi ſententia. ſi tamẽ locus eſſet interdictus, in eo audire diuina non poſſent, ſed extra, ſecundũ Cal. ¶ Decimũquartum. † Ciues habitantes continuò extra ciuitatem, ſuburbia vel continentia ædificia interdicto populo vel ciuibus ciuitatis, intelligũtur ſecundũ Cal. & ipſi interdicti, etiã vbicunq; habitent: ex quo ponũtur ciues vel de vniuerſitate interdicta. ¶ Decimũquintũ. † Nobiles & marchiones, comites, barones, & huiuſmodi habitantes in ciuitate interdicta, ligantur ſecundũ Cald. ſi ſunt de tali populo vel vniuerſitate, quod inde patet, quia ſubeunt onera, & habẽt honores ſicut alij. & idem ſi per priuilegia eſſent exẽpti ab oneribus. Secus ſi eſſent ſui iuris, vel ex cõſuetudine, vel ex priuilegio imperiali, ita quòd dictę vniuerſitati tanquã de eius corpore in nullo participarent. ¶ Decimũſextum. † Interdicta familia alicuius ſecundũ Rod. erunt interdicti clerici de eius familia, niſi ſpecialiter eximantur. & idem Aſten. ſi autẽ interdicantur omnes doctores alicuius ciuitatis: nõ ſunt interdicti clerici, qui ſunt doctores. per glo. in d. c. ſi ſentẽtia. Similiter ſi interdicũtur clerici, nõ veniũt religioſi nõ habẽtes dignitatem. & de hoc ſ. Clericus. j. §. j. Nec eſt verum quod dicit Gemin. in d. c. ſi ſentẽtia. quòd interdicto clero veniũt etiã regulares cõuerſi & conuerſæ: qui ita ſunt ad eccleſiam translati quòd de populo dici non poſſunt: quia gaudẽt eodẽ priuilegio cum clericis ſuæ religionis, qui in materia odioſa non veniunt nomine clericorũ: vt ſ. Clericus. j. ¶ Decimũſeptimum. † Interdicto populo interdicti ſunt impuberes eius, ſecundũ Ioannẽ de Deo, ſi ſunt doli capaces: quia ætas illa eſt plena malitijs & mẽdacijs. de deli. pue. pueris. Si verò ſunt doli capaces: poſſunt audire diuina in terra nõ interdicta: nõ aũt in interdicta: quia nõ eſt eis iure conceſſum. ¶ Decimũoctauũ. † Interdicto populo nihilominus interdictę ſunt mulieres viris ſuis, quantum poſſunt, in culpa interdicti contradicentes: quia ſunt de eodem corpore: ſicut & de viris contradicẽtibus alijs dictum eſt ſ. §. xij. in quo tamẽ Sum. Ro. & Ang. Ioã. de Deo imponunt cõtradictoria. ¶ Decimũnonum. † Homines non interdicti aliunde venientes ad terram interdictam, ibi ſunt interdicti, ad hunc ſenſum quòd ſecundum Aſtenſem de mente Hoſtien. non poſſunt ibi celebrare nec audire diuina: quia loco interdicto intelligitur omnibus interdictum audire diuina, niſi ſuper hoc ſint aliqui priuilegiati: puta accipientes crucem pro ſubſidio terræ ſanctę. & hoc nunc eſt expreſſum de priuil. licet. lib. vj. ¶ Viceſimum. † Proferens ſententiam interdicti, tenetur illam obſeruare, & eius ſuperior: vt patebit ex dicendis. ĩ. Interdictum. vj. §. j. & ſi eam non ſeruat non tamen propter hoc alij excuſantur: vt ĩ eod. §. ſed tenetur ſeruare, etiam ſi ipſe intendebat relaxare, ſed hoc nõ expreſſit. & de hoc ibidem.

## Rurſus de interdicto tertiò, à quo ponatur aut ſuſpendatur.

1 *Interdictum contra quem ponatur.*
2 *Interdictum à quo ponatur. & nu. 3.*
4 *Interdictum contra priuilegiatos.*
5 *Interdictum ob quas cauſas ponatur.*
6 *Monitio an præcedere debeat interdictum.*
7 *Interdictum an in ſcriptis, & ſub qua forma feratur.*
8 *Interdictũ an poſsit ſuſpendi, à quo, & qualiter. nu. 10. & 11.*
9 *Interdictum non ſuſpenditur per appellationem.*
12 *Interdictum qualiter relaxetur ſeu tollatur. & nu. 13.*
14 *Interdictũ generale nõ relaxatur ad cautelã, ſecus de ſpeciali.*
15 *Interdicta ciuitate ſi aliqui ciues ſatisfacere volunt, an eis relaxetur interdictum.*
16 *Interdictum à quo relaxetur.*
17 *Superior an relaxet interdictum inferioris.*
18 *Interdictus ſi ſe offert ad iuſtitiam eorum pro quibus ſententiam accepit, an abſoluatur.*
19 *Interdictum an tollatur, ſi ille, cuius culpa latum eſt, vult ſatisfacere.*

INTERDICTVM tertiò conſiderandũ eſt à quo poni poſsit, quę ſit forma ponẽdi aut relaxãdi illud. De poſito enĩ ab homine quantũ ad hoc certa regula dari non põt.
¶ † Primò verò quęritur, cõtra quid vel quę poni poſsit inter 1
dictũ? Et dico quòd generaliter contra omnẽ perſonã ſubditam cuiuſcunque cõditionis, & contra omnẽ vniuerſitatẽ, & contra omnẽ locũ à ſuo prælato: aliter ſententia lata à iudice nõ ſuo non ligat: de offic. deleg. ſanè. el. ij. & de iudic. at ſi clerici. de priuilegiatis tamẽ ne poſsint interdici, infrà §. iiij. de filijs etiã Romanæ eccleſię vel apoſtolicæ ſedis, ſ. Interdi
ctum. j. §. j. ¶ Secũdò quæritur, † à quo poni poſsit interdictũ? 2
Et dicit Arch. quòd ab homine & à iure: & ab vtroque quandoque interdictũ generale, quãdoque ſpeciale: & quãdoque etiã ſingulare: quod nõ eſt ſic intelligendũ quaſi interdictũ diuidatur in hæc tria: ſed locale intẽdit diuidere in duo, ſcilicet generale & ſpeciale, quod etiã dicitur ſingulare: ſed quia de generali locali & perſonali ſimul agit: ideo ponit tantùm tria mẽbra prædicta, ſcilicet generale, tam locale quàm perſonale, & ſpeciale locale, & ſingulare perſonale. & iſta patẽt conſiderãti diffinitiones eius, tertia parte titu. xxvij. capit. ij. imò hoc ipſe dicit expreſsè ibi. capit. v. circa princip. ¶ Tertiò
quæritur, † à quo homine poni poſsit interdictum generale 3
locorũ & perſonarum, & ſpeciale & ſingulare? Et dico quòd hoc poteſt primò in genere omnis potens excommunicare vel ſuſpendere ratione iuriſdictionis ordinariæ vel delegatę ſuper interdicendos. de verborum ſignifica. quærenti. de officio delega. quia pontificali. libr. vj. Et ſecundò papa in tota eccleſia, vt planum eſt. Et tertiò delegatus etiam contra ſuę iuriſdictionis epiſcopum. de offic. deleg. c. ſanè. & ſubdelegatus. de offic. deleg. c. ex literis. quod planum eſt ſi in literis delegationis eſt clauſula conſueta, ſcilicet contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo. de verborum ſignificat. quærenti. & ſimiliter ſi datus eſt ſimpliciter ſine dicta clauſula: quia tunc poterit hãc pœnã imponere, maximè vbi eſt expreſſum à iure. de offic. deleg. de cauſis. Et quartò ordinarius epiſcopus contra eos qui ſunt ſuæ iuriſdictionis: non tamen debet ſuſpendere vel interdicere clericos aut eorum eccleſias perpetuò vel ad longum tempus, niſi de cõſenſu capituli. de exceſ. prælat. cap. j. maximè quando procedit ex officio. regulariter tamen ſententia paſtoris ſolius de iure & de conſuetudine timenda eſt & tremenda. xj. quæſti. ij. capitu. j. xvj. quæſt. ij. viſis. de offic. ordin. cùm ab eccleſiarum. Et hoc poteſt electus confirmatus, nondum conſecratus: quia hoc eſt iuriſdictionis. de elec. trãſmiſſam. Et quintò inferior prælatus habens iuriſdictionem ordinariam cõtra ſibi ſubditos.

de conſue.cùm inter.de offic.ord.cùm ab eccleſiarũ.vbi no-
tatur qui & quãdo inferiores ab ipſis habeant iuriſdictionem
ordinariam.Et ſextò ſede vacante capitulũ.de ma.& obed.c.
is qui.Nõ poteſt aũt interdicere mulier prælata & prioriſſa
vel abbatiſſa:quia hæc ad poteſtatẽ clauium pertinet.de pœ.
& re.noua.Nec canonici eccleſiæ cathedralis poſſunt ſimili
ter interdictũ ponere in aliquo loco vel eccleſia. de his quæ
4 fi.à ma.par.ca.quæ ſunt ¶Quartò quæritur,† à quo homine
poni poſsit contra priuilegiatos,ne poſsint interdici?Et dico
multa.¶Primum.Exempti à prælatis non poſſunt ab eis in-
terdici etiam indirectè:imò prohibetur eis ne in exemptorũ
odiũ aut priuilegiorũ fraudẽ interdicant vel excõmunicent
vendentes eis aut ab illis ementes aut eis cõmunicãtes:aliter
contrafaciẽtes ſunt puniendi.de priuil.quanto.Si tamẽ exem
ptus ab vna parte beneficium habet,ratione cuius nõ ſit exẽ
ptus:in hoc diœceſani ſui ſententijs ſubiacet.de priuil. cũ ca-
pella.Similiter ratione delicti & cõtractus interdici poſſent:
vt ſ.Exẽptio v.viij.¶Secundũ.Priuilegia quòd aliqui excom-
municari vel eorũ terræ interdici non poſsint conceſſa ſingu
laribus perſonis eccleſiaſticis vel ſecularibus,non extendun-
tur ad ſententias ordinariorũ:quia ipſi tales excõmunicare&
interdicere poſsint,niſi conceſſa fuerint regibus,reginis, vel
eorũ filijs,aut religioſis,non ratione perſonarum,ſed ordinũ
vel locorũ.de priuil.ne aliqui.li.vj.¶Tertiũ.Si dominus tem
poralis ſupponat terram ſuam,& proroget in ſe iuriſdictio-
nem alicuius epiſcopi,poteſt terra eius ab illo interdici, ſecũ
dum Hoſtien,ſi ordinarius cõſenſit in prorogationem. de fo
ro compet.c.ſignificaſti.ſi verò non conſenſerit:adhuc putat
quòd poſsit:& clerici tale interdictũ ſeruare tenẽtur:de iure
iur.ex reſcripto.& de offic.deleg.c.P.& G. Licet enim laicus
per ſpecialẽ conuentionẽ nõ poſsit ſupponere alijs eccleſias
vel perſonas eccleſiaſticas terræ ſuæ: tamen cũ vniuerſitate
5 tacitè tranſeunt.¶Quintò quæritur,† vtrũ impoſitio interdi
cti requirat cauſam aliquam,& quam?Et dico multa. ¶ Pri-
mũ.Secundum Inn.Hoſt.& Bern.interdictũ poni nõ põt ſine
cauſa rationabili,ſicut nec ceſſatio à diuinis:vt ſ. Ceſſatio.§.
j.dictũ eſt:extra eo.cùm medicinalis.lib.vj.& de his quæ fi. à
ma.par.ca.c.quæſiuit.quã decretalẽ Inn.& hoſt.ſic intelligũt
quòd ſententia interdicti non eſt ferenda propter culpã par
ticularis perſonæ,ſed vniuerſitatis,niſi ſit dominus loci. de
ſpon.nõ eſt vobis.de offi.deleg.ſanè.Igitur ferri poteſt pro-
pter delictũ domini vel capituli ſiue alicuius communitatis.
¶Secundũ.Nullus locus poteſt interdici authoritate ordina-
ria,vel delegata pro debito pecuniario vel cuiuſuis pecuniæ
quantitate:aliàs non tenet,niſi fieret de ſedis apoſtolicæ ſpe
ciali & expreſſa licentia per extrauagantẽ Bonifacij octaui,
quæ incipit,prouidè.Quod Archid.videtur limitare de inter
dicto generali:dicẽs poni poſſe ſpeciale pro dicta cauſa: qui
nõ loquitur de ponẽdo authoritate papę,quia ſic poni poteſt
generale:ergo loquitur de ponẽdo authoritate epiſcopi.Stã-
6 dum tamen eſt conſuetudini in hoc. ¶ Sextò quęritur,† vtrũ
poſitio interdicti requirat monitionẽ? Et dico ſecundũ Cal.
quòd ſi fertur ab homine propter contumaciã, neceſſaria eſt
monitio præcedẽs,& forma quæ traditur,de ſentẽtia excõ.c.
j.li.vj.& ſic intellige de appellationibus.c.reprehẽſibilis.Si ta
men ſine ea fiat,tenet,vt ibi innuit gl.Si verò fertur propter
delictũ,ſecundũ Sum.Ro.indiſtinctè non eſt neceſſaria mo-
nitio.Sed tu limita propter delictum commiſſum , ita quod
inferatur in pœnã,vt dicit Inn.quia tũc probata culpa,vel no
toria exiſtẽte,imponi poteſt ſine monitione & pœnitenti &
correpto:ſicut & de ſuſpenſione patet.v.qõ iiij.in loco. quod
Sup.limitat de pœna ſtatuta per canonẽ,quę incurritur ipſo
facto:quia ſi imponatur ab homine pro pœna,debet præce-
dere,vt dicit,monitio.Sed eſt impoſsibile:quia reſpectu præ-
teriti vt præteritũ,non habet locũ monitio, niſi quatenus eſt
aliquo modo futurũ , quo modo intelligitur c.ſicut.de coha.
cle.& mulie.qđ allegat. Si verò inferatur à iure propter deli-
ctum,fit ſine monitiõe,ſecundũ Archid. poſt Cal.ſiue ſit ſpe-
ciale,ſiue generale.¶Septimò quæritur, † vtrũ interdictum
ferendum ſit ſub aliqua forma verborũ?Et dico quòd interdi-
ctum ferri quidem debet in ſcriptis continentibus cauſam &
exẽplar tenetur iudex tradere interdicto intra menſem ſi fue-
rit requiſitus,ſub pœna ſuſpenſionis ab ingreſſu eccleſiæ per
menſem : vt de ſent.excõ.cùm medicinalis.lib.vj.tamen non
eſt aliqua forma verborum neceſſariò obſeruãda:ſed poteſt
eſſe iſta vel ſimilis ſeu æquiualens:Nos propter talẽ cauſam
eccleſiam ſiue terrã talem ſupponimus interdicto . de verb.
ſign.cum partibus.& de offi.deleg.ſanè.& vt dicit Inno.com
muniter additur,eccleſiaſtico,ad differẽtiam interdicti lega
lis.Poteſt autem iudex ſententiam talem pro ſua voluntate
determinare:puta interdicẽdo miſſam cum cantu,vel horas
aut ſepulturas,& huiuſmodi:vel excipiendo aut ſubijciendo
quos vult,& quando vult:puta quando dominus terræ eſt ibi
præſens,& huiuſmodi.de ſpon.non eſt vobis . ¶Octauò quę-
ritur,† vtrum interdictũ ſuſpendi poſsit , ita quòd liceat ce
lebrare diuina?Et dico multa.¶Primum.Secũdum Bernard.
de appel. ad hæc quoniam. epiſcopus ſuſpendere non poteſt
ſuum interdictum dando licentiam celebrandi in eccleſia à
ſe interdicta: ſed eſt hoc ſolius papæ. Sed verius dicit Inno-
cent.& Hoſtien.quòd quando locus eſt interdictus,talis ſen-
tentia ſuſpendi poteſt:& tunc licet ibi celebrare.de priuileg.
vt priuilegia.Intellige ſi eſt interdictus ab epiſcopo:ſecus ſi à
papa.Similiter ſi eſt interdicta perſona ſeu ſuſpenſa pro deli
cto alterius:quod aliquando fit,vt xvij.q.iiij.miror.& cap.fe-
lix.talis ſententia per epiſcopum ſuſpendi poteſt,ſicut & ta-
li.Sed ſi hoc factum ſit pro culpa ſuſpenſi vel interdicti,non
poſſet de licentia alicuius celebrare , vel huiuſmodi ſenten-
tia ſuſpendi . Sed intellige alicuius, citra ſummum pontifi-
cem:quia ipſe poſſet cum tali diſpenſare,cùm ſit iuris huma
ni, niſi adhuc perſeueraret in delicto: quia tunc diſpenſare
non poſſet in celebratione miſſæ,ſed tantùm in alijs. ¶Se-
cundum.Per appellationem ſequentem non ſuſpenditur in-
terdictum:ſi tamen eius effectus ſit ſuſpenſus ad tempus ſe-
cundum Hoſtienſ. intra tempus ſuſpenſionis appellari po-
teſt à ſuſpenſa ſententia,ſicut à conditionali.de appellatio.
præterea.& capit.dilectus. Et idem de ſententia ſuſpẽſionis.
Secus in ſententia excommunicationis , cuius effectus nun-
quam relaxari poteſt ad tempus,niſi omnino tollatur.de ſen
tentia excommunicat.capit.cùm deſideres. Et hæc omnia li-
mita de interdicto à diuinis & ſpiritualibus , non à tempora-
libus : puta ne quis ingrediatur poſſeſsionem Petri.ff.de ap-
pellatio.l.conſtitutionis. pro quo vide Ioan.Andr. in capit.ſi
cui.de ſenten.excommun. libr.vj. ¶ † Tertium priuilegium
conceſſum à legato de latere,quòd quis tẽpore interdicti va
leat celebrare interdictis,& excommunicatis excluſis valeat
quantũ ad ſententias ſuas & ſuorũ ordinariorũ , ſecũdum Laud.
niſi ſpecialiter à ſucceſſore reuocetur: & tenet idẽ quòd non
valet quo ad ſentẽtias papæ:arg.c.dilectus.el ij.de reſcriptis.
¶Quartũ.† Sententia interdicti & ſuſpẽſionis nudo verbo ſu-
ſpẽditur,vel totaliter relaxatur, cum iuramẽto tamẽ.de ſen.
excõ.a nobis.lib.vj.¶Nonò quæritur,† vtrũ interdictũ relaxari
poſsit,& quomodo?Et dico multa.¶Primũ. Secũdum Hoſt.
licet in ſententia excõmunicationis expreſſa ſit ſolennis for-
ma quam habes ſuprà Abſolutio iij.§.iij.in ſententia tamen
interdicti & ſuſpenſionis ſecus eſt: quia nudo verbo relaxa-
tur,cum iuramento tamẽ,vt ſuprà proximè dictum eſt:nec



in eius abſolutione vel relaxatione,ſi ſit latum ſimpliciter,
non ad tempus,licet non ſit tradita ſpecialis forma, neceſſa-
riò ſeruanda:tamen ſecundum Hoſt.& alios doc.oportet vti
aliqua forma verbali:ſed ſufficit dicere,reuoco,remoueo,ab-
ſoluo,aut quid ſimile:non ſufficit autem ſi papa det licentiã
celebrandi in eccleſia à ſe ſpecialiter interdicta: quia ſecun-
dum Hoſt.per hoc interdictum non relaxatur,ſcilicet niſi ꝑ
accidens.Si verò ipſe,vel alius,qui protulit interdictum, non
curando illud intendit per hoc relaxare, ita quòd ipſe pro-
ferens hoc dicit,ſecundum Cal.eſt relaxatum:cùm nõ ſit cer
ta forma relaxandi.Sed vbi proferens hoc nõ dixit,licet men
te gereret relaxare,non eſt relaxatum : quia ſicut verbaliter
fuit lata ſententia:ita verbo debuit relaxari. de re iudi.cap.j.
quod verum eſt præter quàm in papa,qui legibus non ſubijci
tur.ff.de legi.l.princeps.Vnde ſi mente ſola relaxet,eſt rela
xatum:nec violantes incurrunt pœnas iuris , licet peccent,ſi
hoc ignorant,ſecundum Cal.¶Secundum . † Si interdictũ ſit
latum ad tempus,puta vſq; ad annum,vel donec ſatisfecerit,
vel donec talis ibi moretur,vel huiuſmodi:poſt tale quid ab-
ſolutio nulla requiritur,ſed ipſo facto interdictum remoue-
tur,& licitè poſt hoc celebratur, vt not.Pan.in c. non eſt vo-
bis.de ſponſa.& hoc intellige ſiue à iure fuerit,ſiue ab homi-
ne.& idem de qualibet alia ſuſpenſione.Secus autem de ſen-
tentia excommunicationis ad tempus:quia requiritur abſo-
lutio,vt not.doc.in c.fi.de matri.con.contra inter eccl. Et ibi
reddunt rationem : quia excommunicatio requirit certam
formam in abſolutione:ſed in interdicto & ſuſpenſione ſuffi
ceret conſtare de mente iudicis . Et licet aliqui dubitent de
excommunicatione lata à papa ad tempus:tamen tenendum
eſt quòd requiritur abſolutio,niſi apertè conſtet papam vel-
le eum eſſe abſolutum:vt not.dominus Ant.& ſequitur Pan.
in d.cap.fin.¶Tertium.† Interdictum generale ad cautelam
relaxari non poteſt:de ſent.excom.c.præſenti.lib.vj.Sed ſi ſit
particulare,ſeu ſpeciale contra perſonam:ſic poteſt relaxari
ad cautelam,arg.à contrario ſenſu.d.c.præſenti.Vnde ſpecia
le interdictum poſitum in aliqua eccleſia, quanuis Archi.di-
cat quòd non poteſt relaxari ad cautelam,ſi dicatur nullum:
Io.tamen Mo.dicit contrarium:quod Io.And. fatetur videri
ſibi verius.& placet etiam Cald.quia cap.præſenti.de ſenten.
excom.libr.vj.loquitur de generali interdicto, quod ſcilicet
ad cautelam relaxari non poteſt : ſecus ergo de ſpeciali.xxv.
diſt.qualis.Sed tamen per ly.poteſt,intellige ly oportet:quia
nihil obeſt ſi relaxetur,licet non oporteat, arg.d.c.præſenti.
Quicquid autem ſit de ſpeciali quantum ad locum , tamen
quantum ad ſpeciale perſonale hoc tene.& ratio eſt,quia ſpe
cialiter interdicto ,donec abſoluatur,omnia ſacramenta ne-
gantur:& ſic idem eſt quod & de excommunicatione , à qua
quis abſoluitur ſub conditione:vt in c.ſolet. de ſententia ex-
communicationis.libro vj.Et hoc tenet Io.And. in d.c. præ-
ſenti.quod limita quando videtur expediens relaxatio.
¶Quartum.† Ciuitate interdicta,ſi qui volunt ſatisfacere,
Tancre.dicit quòd in eis relaxatur interdictum.Sed Hoſt.di-
cit quòd non:quia ſic rigor eccleſiæ diſſolueretur.& idem te
net Bernardus,Io.& Inno.de pœ.& rem.c.quod item.pro eo
quod ibidem hoc ſpecialiter conceditur ſumentibus ſignum
crucis & peregrinis:& conſequenter hoc intelligitur in alijs
prohiberi.¶Decimò quæritur,† à quo poſsit interdictum re-
laxari?Et dico multa.¶Primum.Si ſententia interdicti vel
ſuſpenſionis lata eſt ab homine , abſoluere ſeu relaxare põt
ille qui eam tulit,vel eius ſuperior , non autem alius, niſi de
eius mandato.xxiiij.q.c.j.ſi Petrus.Si verò ſit à iure:aut condi-
tor canonis nihil ſibi reſeruauit : & tunc poterit hoc epiſco-
pus ordinarius,niſi eſſet latum ad certum tempus: quia ante
illud non poſſet,per ea quæ gloſſa in cap . cupientes . §.cæ-
terum.in verbo,ſuſpenſos.de elect.lib.vj. Ex quo infertur li-
mitatio ad cap.nuper . Et ſimiliter hoc poterit legatus ſedis
apoſtolicæ,arg.c.nuper.de ſent.excom.imò & quilibet ordi-
narius prælatus etiam epiſcopus inferior , quantum ad per-
ſonas ſuæ iuriſdictionis:licet non quo ad locum.arg. eorum
quæ dicta ſunt de abſolutione excommunicationis Abſolu-
tio.ij.§.j.maximè vbi haberi non poſſet copia ſuperioris ab-
ſolutoris.arg.eorum quæ dicta ſunt ſ.Diſpenſatio.§.ix . Nec
obſtat probatio Summæ Roſellæ in contrarium,ſcilicet:in-
ferior epiſcopo non poteſt minus,puta tollere vinculum pol
lutionis ab eccleſia per reconciliationem:ergo nec maius,ſci
licet tollere vinculum interdicti,quòd eſt maius , cùm inde
ex hoc contrahatur irregularitas ibi celebrando,non hic.Di
co enim non valere argumentum à minori in genere diuer-
ſo:ſicut angelus non poteſt guſtare,ergo nec intelligere, &
ita eſt hic : quia reconciliare eccleſiam pollutam eſt conſe-
crationis vel ordinis : abſoluere verò ab interdicto eſt iuriſ-
dictionis.& præterea probatio procedit de interdicto loci:&
nos loquimur de interdicto perſonæ . Aut conditor canonis
reſeruauit ſibi aliquod antecedens ad interdictum,puta abſo
lutionem ab excõmunicatione lata contra ſingularem per-
ſonam,ſed non abſolutionem ab interdicto,quod iure ſequi-
tur ex eodem delicto contra vniuerſitatem vel locum : &
tunc ſecundum Archi.licet non expreſsè, ex conſequenti vi-
detur ſibi reſeruaſſe relaxationem interdicti : quia quoties
vitium ex vna radice naſcitur, conſequens eſt vt eadem lege
tollatur.C.de nup.l.ſi libertam . & facit ſimilitudo rationis:
quia interdictum & excommunicatio nomine cenſuræ con-
tinentur:de verb.ſigni . quærenti . & quod de vno dicitur,de
alio intelligendum eſt.Sed hoc dictum Io.Andr.non placet
hac ratione:quia de duobus ſuppoſitis,vno ſolo reſeruato,al-
terum videtur conceſſum . & hoc videtur placere gloſſæ in
cle.j.de hær.& hoc videtur ſequi Sum.Roſ. Sed mihi placet
magis opinio Arch.& improbatio Io.And . procedit in duo-
bus diſparatis:non autem conſequenter ſe habentibus.Si au-
tem ſibi reſeruauit abſolutionem ab interdicto:ipſe ſolus po
terit aut alius de eius mandato.¶ Vndecimò quæritur,† vtrũ 17
ſuperior prælatus debeat aut poſsit relaxare interdictum la-
tum ab inferiore?Et dico multa.¶Primum. Archiepiſcopus
vel eius officialis non poteſt relaxare interdictum ſiue ex-
communicationem vel ſuſpenſionem latam ab officialibus
Archidiaconorum,ſeu alijs iuriſdictionem habentibus ſubdi
tis ſuffraganeorũ,ipſis,q tulerunt,omiſsis:niſi eſſet conſuetu
do contraria:extra eo.Romana.libr.vj.vbi dicitur,non rela-
xat.vnde ſi relaxauerit,licet malè egerit:tenet tamen relaxa
tio,niſi aliqua conſuetudo obſtaret:vt in Sum.Conf.lib. eod.
xxxiij.q.cclxix.& ibi ſecundum Inn.¶Scdm.Poſtquã ſenten-
tia interdicti per aliquos inferiores rationabiliter lata eſt,ma
iores nõ debent eã relaxare abſq; cõgrua ſatisfactione,& cõ
ſcientia eius qui tulit eam:de offi.ordi.cùm ab eccleſiarum.
Sed ſi non ſit rationabiliter lata,debet ſine difficultate rela-
xare qui eam tulit:de offi.ord.graue. ſeu ſuperior , ad quem
recurritur.de ſent.excommunicat.c.cùm medicinalis.libr.vj.
¶Duodecimò quæritur , † quid de eo qui interdicto vel ex- 18
communicatione adſtrictus offert ſe ad iuſtitiam eorum,
pro quibus ſententiam accepit ? Et dico quòd iudex eum,ne
ſic decedat , poteſt abſoluere . & ſi aduerſa pars appellet ne
abſoluatur,ante abſolutionem tamẽ debet ab illo accipi ſuf
ficiens cautio,quòd in præſentia Romani põtificis,ad quem
appellatur,ſi voluerit appellator,vel corã iudice, cui cauſam
delegauerit,iure parebit.Et idem de his,qui dicunt ſe iniuſtè
interdictos vel excõmunicatos:etiã ſi ad ſedem apoſtolicã hi-

qui huiuſmodi ſententiam protulerunt, appellarent:de app.
19 qua fronte.¶Decimotertiò quæritur,†quid ſi tempore ge-
neralis interdicti is,propter cuius culpam latum eſt, vult ſa-
tisfacere.Et dicit Io.And.quòd tolletur interdictum.Si verò
fuit culpabilis tanquam conſiliarius vel auxiliarius,licet acci
piatur cautio,& iniungatur pœnitentia, non relaxabitur ta-
men interdictum:de ſent.excommu.alma.lib.vj.quod ſi non
propter eius culpam latum eſt:ipſe quidem punitur,ſed eius
ſatisfactio non requiritur:de ſent.excom.ſi ſententia.libr.vj.

## Rurſus de Interdicto quartò, quando à iure proponatur.

1 *Interdictum generale quando ipſo iure inducatur alicui loco.*
2 *Interdictum generale perſonale quando inducatur ipſo iure.*
3 *Interdictum locale ſpeciale quando à iure inducatur.*
4 *Interdictum ſpeciale perſonale quando inducatur ipſo iure.*

INTERDICTVM quartò aliquando eſt alicubi ipſo iu-
re poſitũ:& de hoc nunc agendũ eſt.¶Primò verò quæri
1 tur,†quando à iure latũ ſit interdictũ generale locale?Et
dico quòd *in multis caſibus*. ¶Primò qñ ciuitas ſiue repræ-
ſentantes ciuitatem,in qua moritur ſummus pontifex,nõ ſer
uat diſpoſitionem c.vbi periculũ.de elec.lib.vj.quia tunc ip-
ſo facto eſt interdicta:vt ibidem.¶Secũdò,qñ ciuitas dat au-
xilium, conſilium vel fauorem inſecutoribus aut captoribus
Cardinalium,aut percuſſoribus & mãdatoribus prædictorũ,
aut ſocijs talia facientiũ:vel ſi intra menſem tales delinquen
tes nõ punierit,ſi poteſt:quia ipſo facto eſt interdicta.de pœ.
felicis.lib.vj.Excipitur Roma.¶Tertiò,quando collegiũ vel
vniuerſitas ciuitatis aut loci ab eccleſijs vel eccleſiaſticis per-
ſonis exigit pedagia, guidagia, vel alia per ſe aut per alium
de rebus ſuis,quas nõ cauſa negotiandi deferunt, aut ad hu-
iuſmodi ſoluenda compellunt:quia ipſo facto omnis ciuitas,
caſtrũ,aut villa,aut alius locus dictæ vniuerſitatis vel colle-
gij ſubiacet interdicto:vt de cẽſi.c.quãquã.lib.vj.Io.aũt Cal.
dicit iſtum caſum nec receptum eſſe nec ſeruari:licet poſtea
ſancitum fuerit pœnas prædictas debere per locorum diœce
ſanos publicari:vt in cle.præſenti.de ſententia excommuni-
cationis,ſed cõmuniter iſta opinio ſecundum Arch.nõ tene-
tur:quia & ſi de lege dicatur quòd cõfirmatur,cùm moribus
vtentium approbatur: & propter contrariam conſuetudinẽ
abrogatur.di.iiij.§.leges.non tamen ſic eſt de ſententia excõ-
municationis.adde vel interdicti,quæ ſubitò trahit ſecum ef-
fectum ſuum:& præterea in d.c.quanquam.dicitur contraria
conſuetudine non obſtante. ¶Quartò, quando collegiũ vel
vniuerſitas ſuſtinent per mẽſem pœnã quã meruerũt in con-
ducẽdo aut permittẽdo vſurarios alienigenas,aut illis locan
do domos:quæ imponitur in c.j.de vſur.lib.vj.& de qua infrà
Vſura.§.xxij.quia poſt mẽſem omnes terræ ipſorũ ſunt in-
terdictæ,quandiu ijdẽ vſurarij in illis cõmorãtur:vt in d.c.j.
¶Quintò,qñ ciuitas cõmittit aliquid in epiſcopum ſuum,vt
capiatur,percutiatur, banniatur: quia ipſo facto eſt interdi-
cta.cle.ſi quis ſuadẽte.de pœnis.Caſus aũt.cap.de immu. ec-
cle.lib.vj.reuocatus eſt per cle.quoniam.eodem tit.¶Sextò,
quãdo in aliquo loco vel in aliquibus locis epiſcopus detine-
tur inuitus:qa ſunt interdicta ipſo iure:dicta cle.ſi quis.¶Se-
ptimò,quando dominus regni,caſtri, vel loci impedit ne le-
gatus aut nuntius papæ poſſit exequi ſuum officium:quia eſt
interdictum regnum,caſtrũ vel locus ipſo facto.& tandiu,do
nec præſtiterit in tali contumacia:de offic.deleg. ſuper gen-
tes.lib.vj.Extrauagãs eſt.¶Octauò,quando vniuerſitas con-
cedit repræſalias,aut cõceſſas extendit ad perſonas eccleſia-
ſticas vel eorum bona,niſi intra menſem reuocet: quia ipſo
facto eſt interdicta.de iniur.& ſi pignorationes.libr.vj. ¶Se-
cundò quæritur,†quando à iure latum ſit interdictum gene-
rale perſonale?Et dico quòd in duobus caſibus. ¶Primò in
omni caſu,quo infertur generale locale propter crimen vni
uerſitatis:vt in omnibus prædictis, non autẽ propter crimẽ
domini tantùm:niſi ſpecialiter populus exprimatur,vt patet
ex dictis s̃.Interdictũ.ij.§.vj.¶Secundò,quãdo cõmunitas vel
vniuerſitas imponit,exigit,vel recipit collectas ab eccleſiaſti
cis &c.de quibus in c.clericis.de immu.ecc.lib.vj.ſeu quando
bona depoſita in eccleſijs arreſtauerit,occupauerit,vel arre-
ſtari aut occupari fecerit,ſeu dederit in his auxiliũ, conſiliũ
vel fauorẽ ſciẽter:quia ipſo facto eſt interdicta: nec abſoluitur
niſi de ſpeciali mãdato ſedis apoſtolicæ, nõ obſtantibus qui-
buſcunq; priuilegijs:vt in d.c.clericis.ſed tamẽ vacat per cle.
vnicam.eo.ti.licet ſtent dicta §.priore.particula tertia.¶Ter-
tiò quæritur,† quando à iure latum ſit interdictum locale
ſpeciale?Et dico quòd in multis caſibus.¶Primò,qñ eccleſia 3
aliqua polluitur per iniurioſum homicidium,vel iniurioſam
ſanguinis effuſionem,aut effuſionẽ humani ſeminis,iuxta di
cta s̃.Conſecratio eccleſiæ.ij.§.v.quia tunc ita eſt interdicta
quòd ante reconciliationem nõ debent in ea officia diuina
celebrari,de conſ.di.j.ſi motũ.&.c.eccleſijs.¶Secundò,qñ cle
rici vel religioſi inducunt aliquem ad vouendũ aut iurandũ,
vel fide interpoſita,ſeu aliàs promittendum de ſepultura,ſi
in eorum eccleſia vel cœmeterio illum ſepeliant: quia ſi in-
tra decẽnium non reſtituant eccleſiæ,vbi de iure venit ſepe-
liendus,omnia quæ occaſione ſepulturæ habuerunt,etiam ſi
non petantur,& cadauer ſi petatur, ipſo facto eorum eccle-
ſiæ & cœmeteria ſunt interdicta.c.animarũ periculis.de ſep.
lib.vj.& tandiu,donec ſatisfecerint,vt ibidem.¶Tertiò,quan
do epiſcopus in aliquo loco detinetur inuitus.cle.ſi quis ſua-
dente.de pœ.& hoc interdictũ poteſt eſſe generale & ſpecia-
le.¶Quartò quæritur,†quãdo iure feratur interdictũ ſpecia 4
le perſonale,quod etiam aliquãdo dicitur ſingulare?Et circa
hoc dico multa.¶Primum,quòd,vt patet ex dictis, interdi-
ctum ſingulare perſonale eſt quando ſingulari perſonæ in-
terdicuntur diuina officia,& eccleſiaſtica ſacramenta omnia,
vel particulariter quædam officia,vel quædam ſacramenta.
de offi.dele.ex literis.& de priui.c.j.&.c.epiſcoporũ.lib.vj.&
de tem.or.vel nõ eſt compos:& iſtud etiã poteſt dici ſuſpen-
ſio.¶Secundũ eſt.quòd interdictus ab aliquo actu reſpicien-
te diuina,intelligitur interdictus etiam ab omni alio qui in-
cluditur in illo,vel qui ſine illo interdicto exerceri non põt:
de app.ſolicitudinem.Vnde interdictus ab officio ſacerdota-
li,nõ debet primò exercere officia quæ propriè competunt
ſacerdoti:ſecus ſi eſſet ei ſolùm interdictum altaris miniſte-
rium.nec ſecundò officium pontificale: quia illud ſine ſacer
dotali exercere non poteſt,de exceſ.præl.ex literis.Et eadem
ratiõe interdictus ab ordinibus minoribus promoueri nõ po
teſt ad maiores:nec interdictus,id eſt,ſuſpenſus ab exercitio
inferioris ordinis,exercere actum ſuperioris:quem ſine exer
citio inferioris exercere nõ poteſt.ſicut econtrario prohibi-
tus à maiori non intelligitur prohibitus à minori. Probatur
hoc xcv.di.illud.& di.liiij.geſta.¶Tertium eſt,quòd epiſco-
pus ſuſpenſus vel interdictus à pontificali officio, ſi exercet
ſacerdotale,etiã cum pontificalibus,nõ eſt irregularis.ſed ſi
exercet aliquid per ſe ſpectãs ad officiũ epiſcopale reſpectu
cõſecrationis epiſcopalis:ſiue cũ Miſſa,& cõſecrãdo ordina-
riè:ſiue ſine Miſſa, vt chriſmare in fronte, eſt irregularis.
¶Quartũ eſt,quòd ſacerdos,cui interdicta ſunt ſacerdotalia
ſi cõficiat corpus Chriſti ſine miſſa,eſt irregularis,nõ autem
excõmunicatus minori celebrãs ſcienter,licet peccet mortali-
liter.¶Quintum eſt,quòd ab ingreſſu eccleſię eſt quis inter-
dictus in multis caſibus.Primò,ſi ferat ſententiã excommunica



tionis aliter quàm iura tradiderint: ſcilicet in ſcriptis conti-
nentibus cauſam,& præmiſſa monitione coram teſtibus,per
quos probari poſsit ſi oportuerit,eod.tit. ſacro. item eod.tit.
libr.vj.c.j.Et ſecundò,ſi quis non ſeruauerit conſtitutionem
Innocentij quarti,quæ eſt in cap.Romana.de cen.lib.vj.præ-
cipientis procurationes à viſitantibus recipi in victualibus,nõ
in pecunia,& non recipi munera:nec etiam procurationes in
victualibus à locis non viſitatis:quia patriarchis,archiepiſco-
pis,& epiſcopis.ſi intra menſem duplum non reddiderint ec-
cleſiæ grauatæ,interdictus eſt ingreſſus eccleſię:inferiores ve-
rò ab officio & beneficio ſunt ſuſpenſi,donec reddiderint.de
cen.exigit.lib.vj.Et tertiò,ſi recipiat epiſcopatum vel abba-
tiam aut inferiorem dignitatem de manu laicæ perſonæ,do-
nec reſipiſcat,& laica perſona iſta conferens.xvj. quæſt.vij.ſi
quis deinceps.Et quartò,ſi celebrat ſcienter,ſeu aliàs partici-
pat in diuinis pręſentibus publicè excommunicatis vel inter-
dictis:vel eos admittit ad eccleſiaſticam ſepulturam, donec
ſatisfaciãt ad arbitrium eius,cuius ſententiam cõtempſerũt.
de priuileg.cap.epiſcoporum.lib vj. quod Archidi.intelligit
de ſententia hominis propter illud verbum,ad arbitrium,&c.
Hodie tamen admittẽs tales ad eccleſiaſticã ſepulturam eſt
excõmunicatus per clem.eos.de ſenten.excõmun.Quæ autẽ
ſit pœna talis,ſcilicet qui ab ingreſſu eccleſię eſt interdictus,
ſi non obſeruet ſententiã,vide infrà Interdictum.vj.quæſ.ij.

## Rurſus de Interdicto.V.quantum ad effectum,quid ſcilicet eo tempore liceat, & quid non liceat.

1 *Interdicti tempore qualiter celebrantur diuina officia.& n.2.*
3 *Feſtum quando incipiat,& quando finiatur.*
4 *Sepulturæ tempore interdicti quando ſint ſolennes.*
5 *Interdicti tempore quæ prohibeantur fieri.*
6 *Interdicti violatio quando inducat irregularitatem.*
7 *Interdictum quibus modis violetur à clericis vel laicis.& n.8.*
9 *Interdicti tempore quæ fiant.*
10 *Sepulturæ qualiter fiant tempore interdicti.*

INTERDICTVM quintò conſiderãdum eſt quantum
ad effectum,videndo quid tẽpore interdicti liceat,& quid
non liceat,ſtante duplici cõſideratione cap.alma.de ſentẽ
tia excommunication.lib.vj.Et circa hoc multa quæruntur.
¶Primò enim quæritur,quæ ſit,& qualiter intelligenda cir-
ca diuina officia moderatio prima dicti capit. alma? Et dico
1 multa.¶Primum.†Secundũ antiqua iura in loco ſuppoſito
eccleſiaſtico interdicto nulla permittebãtur eccleſiaſtica of-
ficia celebrari vel audiri:de pœniten.& remiſ. quod in te.de-
ſponſ.non eſt vobis.niſi ſemel in hebdomada celebrari cauſa
conficiendi corpus Chriſti.de ſententia excommunicat.cap.
permittimus.Sed per noua iura iſtud extitit moderatum per
dictum c.alma.primò per iſtum ſcilicet modum quòd ſingu-
lis diebus in tali loco poſſunt & debent in eccleſijs & mona-
ſterijs miſſæ & alia officia celebrari ſicut prius, ſed cum his
quatuor conditionibus,ſcilicet ſubmiſſa voce,ianuis clauſis,
non pulſatis campanis,excommunicatis & interdictis exclu-
ſis:& non venientes ad diuina ita perdunt diſtributiones, ac
ſi non eſſet interdictum.Prædicta autem moderatio locum
non habet in interdicto populi ſeu vniuerſitatis non expreſ-
ſo loco in ſententia:quia dictũ caput,alma.loquitur ſimul de
interdicto generali loci & vniuerſitatis,villæ,caſtri,regni,&
huiuſmodi.Similiter ſecundum glo.nec ipſa nec ſequens ha
bet locum in eccleſia vel monaſterio ſpecialiter interdictis:
quia nullo modo ibi poſſent celebrare diuina,etiam cum di-
cta moderatione,habent tamen locũ æquè in exemptis ſicut
in non exemptis.Non habet etiam locum iſta limitatio,quæ
ibi continetur in §.adijcimus.ſecundũ Gemin.poſt Ioã.Andr.
ſuper d.c.alma.in nouel.quãdo clericus iubetur exire relictis
parochialibus miniſtris pro dandis ſacramentis:ſed ſtatur d.
c.permittimus.vt ſemel tantũ in hebdomada celebretur.Sed
quia ad hoc nihil allegãt:& in dicto c.alma.eccleſia intendit
ampliare antiqua iura,& quòd eccleſiæ nõ priuentur debitis
obſequijs ſine culpa,vt patet in text.dico hoc non habere lo-
cum,quãdo clerus iubetur exire,ex impoſsibilitate facti:quia
ſcilicet ſi exit collegiũ,diuina celebrari nequeunt collegiali-
ter:non autẽ ex aliqua iuris prohibitione: ideo ſi qui tunc li-
citè remaneant,poterunt celebrare,& nõ ſacerdotes cõmu-
nicare,vt prius, cum illa moderatione:niſi in ſentẽtia aliter
contineatur:quia intẽtio illius capituli eſt,quòd diuina cele-
brẽtur quantũ cõpatitur pœna eorũ qui iuſtè puniũtur:quam
nullo modo impedit illa celebratio ſic moderata ad qđ etiã
facit regula iuris,odia.in vj.quia gratiæ & fautores,maximè
in ſpectantibus ad animã,debẽt ampliari. Vnde etiã dico ꝙ
eo caſu nõ interdicitur pœnitẽtia religioſis ſanis qui nõ fue-
rũt in culpa:& licitè remanẽt: tum ex ratione dicti c.tum e-
tiam quia ſi licitè celebrãt,licitè conſciẽtias purgant.Eadem
etiã ratione moniales,quæ licitè remanẽt,licitè celebrãt di-
uina & cõmunicãt vt prius,& confitẽtur cum eadẽ modera-
tione.De pœnitẽtia autẽ ſecularium nõ decedẽtiũ,dico ꝙ olim
in generali interdicto nõ licebat.de ſpõ.nõ eſt vobis.nunc au
tem licet per d.c.alma.§.quia verò.modò nõ ſint excõmuni-
cati:nec cauſam dederint interdicto:vt j.vij.quod quidẽ vtrũ
ſi verũ,quando clerus iubetur exire:nec tex.nec glo.inuenio
hoc negantẽ:nec ad hoc eſt ratio efficax: & ideo niſi in ſen-
tentia aliter contineatur,ita tenẽdũ eſt.Dicere autẽ quòd pa
pa nulli poſsit negare pœnitẽtiã in ſanitate,eſt erroneũ:quia
contra c.quod in te.de pœnit.& remiſ.& fuit error olim Goſ.
Tanc.Greg.& Vinc.vt refert gl.in d.c.alma.¶Secundũ. Præ-
dicta autẽ officia ſub tali moderatione: ſecundũ Archi.in d.
c.alma.celebrãda ſunt à proprijs eccleſiarũ clericis vel mo-
nachis monaſteriorũ,niſi & ipſi eſſent interdicti: quia de in-
terdicto ſingulariter aut generaliter,qui etiã vbiq; eſt inter-
dictus,capitulũ iſtud nõ loquitur.Poterit autẽ celebrari miſ-
ſa etiã peculiaris,ſecundũ Gemin.& Io.And.& Io.Cal.in d.c.
alma.licet Io.Mo.dixerit quòd ſolùm cõuentualis.quòd non
habet rationẽ:cùm celebrandũ ſit vt prius,ſeruatis prædictis.
¶Tertium.Ad iſta diuina admitti nõ debẽt ſeculares non in-
terdicti,ſiue de terris nõ interdictis, ſecundum oẽs: vt in c.li-
cet.de priuil.lib.vj.de clericis autẽ aliarum eccleſiarum vel
monaſteriorum monachis, tenet Arch.in d.cap.alma.quòd
non poſſent admitti:ſed Io.And. videtur tenere contrarium,
dicens quòd qui nimis emungit,elicit ſanguinẽ.& hoc cõtra-
rium tenet & probat per multa Cal.& Federic.conſil.lxxxvij.
dicẽs quòd tales non admittere eſt abſurdum.& hoc tene ex
intentione capit.alma. & per regulam iuris, odia.in vj.& dic
quòd verbum,canonici,quàm clerici eccleſiarum, reſtringit
diſtributionem,non auditionẽ vel celebrationem,quæ per-
mittitur ſicut prius.¶Quartũ.Cùm alicui ſingulari perſonæ
conceditur vt cum dicta moderatione poſsit audire diuina
tempore interdicti:eius familiares,qui non dederunt cauſam
& domeſtici admittuntur ad audiendũ cum illa,& ſibi cõce-
lebrandũ:vt in d.c.licet vobis.§.cõceditur.niſi ob iſtam cau-
ſam in fraudem ſint aſſumpti.de verbor.ſigni.c.vltim. lib.vj.
Secus autẽ de familiaribus alicuius collegij:qa nõ admittun
tur,niſi ſint priuilegiati:vt in d.c.licet.Si tamẽ in collegio de
ficiunt omnes præter vnum,vel infirmãtur,dubitatur an ille
celebrare poſsit cum familiari.Sed Hoſtien.in cap. nonnul-
lis.de priuil.tenet quòd poterit,ne priuilegium ſit inutile: &
idem Ioan.Andr.& idem Cal.ratiõe cogentis neceſsitatis,vt

habeat ſeruitorem. ¶Quintum. Priuilegium, quo aliquibus
religioſis conceditur tempore interdicti poſſe recipere ad di
uina confratres ſuos:de illis confratribus debet intelligi, qui
licet remaneāt in ſeculo,eorum tamē ordini ſunt oblati mu
tato habitu ſeculari:vel etiam qui inter viuos dederunt illis
bona ſua retento vſufructu in vita.de priuileg.vt priuilegia.
§.j.& in cap.cùm & plantare.§.de fraternitatibus. ¶Secun-
2 dò quæritur,†quæ ſit,& qualiter intelligenda moderatio ſe-
cunda dicti cap.alma.Et dico multa.¶Primum.Ibidem con-
ceditur quòd in quatuor feſtiuitatibus,ſcilicet natiuitatis,re-
ſurrectionis,pentecoſtes,& aſſumptionis beatæ Mariæ cam-
panæ pulſentur,& ianuis apertis alta voce diuina celebrētur
in locis interdictis , excommunicatis excluſis,ſed interdictis
admiſsis,ita tamen quòd illi,propter quos latum eſt interdi-
ctum,altari non propinquent,non obſtantibus quibuſcũque
priuiligijs.& per extrauagantem Martini quinti,& Eugenij
iiij.additur ſolennitas corporis Chriſti & eius octaua.Et ſe-
cundum Ioan. Cal. dici poteſt miſſa etiam alia quàm de ipſo
3 feſto.¶Secundum.†Quod de prędictis feſtiuitatibus dictum
eſt,ſecundum Archidiac.de vna die tantùm pro ſingulis de-
bet intelligi:vnde & quærunt doctores quando talis incipiat
& quando finiatur.Et quidem quantum ad principium quaſi
omnes concordant,quòd à veſperis vigilię incipiant: licet di-
cat Ioan.Mo.quòd quādo dies incipit luceſcere: quantum ad
finem Ioan.Andr.in gloſ.tenet quòd finitur in veſperis. Ar-
chid.verò tenet quòd in completorio : quia in beneficijs eſt
larga interpretatio faciēda:& in veſperis completoriũ con-
tinetur.xj.quæſt.iij.ſi quis epiſcopus.el ij.& xcij.diſtinct.cap.
vltim.vbi Laur.Hug.& Hoſtien.hoc not.& cōcor.Feder.con
ſil.iij.¶Tertium.Quid verò liceat in prædictis feſtiuitatibus:
Archid.poſt Ioan.Andr. dicit non poſſe dari corpus Chriſti,
niſi ſicut & alijs diebus,ſcilicet infirmis decedentibus.de ſen
tent.excommunicat.c.reſponſo.vnde dicitur quòd in canone
de conſecrat. diſtinct.ij.& ſi non frequentius.& de pœnitent.
& re.omnis.quòd fideles communicare debent in natali,pa-
ſchatæ,& pētecoſte,intelligitur interdicto & alia prohibitio
ne ceſſantibus.Et idem ſecundũ eoſdem de extrema vnctio-
ne dicendum eſt,ſcilicet quòd dari non poteſt.Poteſt autem
ſecundum Feder.conſil.iij. cùm hoc priuilegium ſit fauora-
bile & principis:& conſequenter ampliandum & latè inter-
pretandum : epiſcopus altaria & virgines in iſtis feſtiuitati-
bus conſecrare,vela benedicere,& imponere monialibus,ca-
lices,paramenta,aquam,abbatiſſam,& abbates, & huiuſmo-
di:quia ſub nomine diuinorum iſta veniunt,cùm ſacramen-
ta non ſint:& ſimiliter poteſt ſacerdos benedicere ſponſam,
aquam quoque,& eam aſpergere, candelas,oliuas. Intellige
tamen quòd fiant hæc à perſonis nō interdictis:aliter eſſent
irregulares,cùm pertineant ad ordinem:ſecus de alijs quę ra
tione ordinum non cōueniunt?vt eſt benedictio menſæ,gra-
tiarum actio poſt menſam,& ſimilia.Notandum tamen eſt,
quia nuptiarum benedictio ſecundum Hoſtien.habet locum
in feſto aſſumptiōis beatæ Mariæ:adde tu etiã corporis Chri
ſti,nō autē in alijs:quia nuptię in eis in omni loco prohiben-
tur.xxxiij.q.iiij.non oportet.Poſſunt etiam ſecundum Fede.
alijs diebus iſta fieri tempore interdicti,ſed ſolùm ſecũdum
4 modificationem primam,de qua §.priore. ¶Quartum.† De
eccleſiaſtica verò ſepultura eſt dubium:quia Ioan.And.dicit
quòd non liceat.idem Gemin.& Ioan.de lign. ſed Ioan.Cal.
dicit poſſe in dictis diebus mortuos publicè & ſolenniter ſe-
peliri , vbi aliud non obſiſtat:puta quia ſepeliendus non eſt
ſpecialiter & nominatim interdictus, nec in cauſa interdicti.
Et mouetur:quia ideo prohibetur,quia ad diuinum officium
accedit,cùm debeat funus ad eccleſiam deferri cum officio
diuino.xiij.q.ij.quia diuina.Diuinum autem officium his die-
bus permittitur ſolenniter celebrari.Et hæc opinio mihi pla
cet:quia ſepultura tēpore interdicti prohibetur propter duo.
Primò ratione diuini officij annexi.Secundò ratione depen-
dentiæ ad ordinem ſacrum propter cōſecrationem & bene-
dictionē cœmeterij:vnde nec in cœmeterio ſine officio,nec
extra cum officio fieri poteſt:ea verò in quibus iſta duo con-
currunt,in prædictis ſolennitatibus licent,vt conſecrationes,
& benedictiones,de quibus dictum eſt ſtatim.Si tamē adhuc
vera eſſet prima opinio,ſecundum Federic.non ſunt irregu-
lares clerici officiando circa ſepulturam:quia quantũ ad offi
cium relaxatum eſt interdictũ.¶Tertiò verò quæritur,†quæ 5
prohibeantur exerceri tēpore interdicti vel in loco interdi-
cto ſine tali moderatione dicti cap.alma.& dico colligendo
ex Inno.& Panorm.& communiter docto.in cap.non eſt vo-
bis.de ſponſal.& cap.final.dę exceſ.prælat.& cap.quod in te.
de pœniten.& remiſ.&.c.fin.de ſentent. excommunic.lib.vj.
quòd prohibentur exerceri omnia ſpiritualia,quæ reducun-
tur ad ſex,ſemper tali tempore prohibita,niſi ſint iure ſpecia
liter conceſſa. ¶Primum,quod prohibetur , eſt generaliter
omne exercitium deputatum certo ordini eccleſiaſtico,ſiue
clerici ſint presbyteri,ſiue inferiores,vt notat Panor.in cap.
ij.de cleric.excommunic.mi.¶Secundum,celebratio diuino-
rum.de ſent.excomm.reſponſo.de cleric.excommunic.mi.c.
ij.& iij.quæ non licet tempore generalis interdicti, etiam in
locis exemptis,niſi ſicut in alijs.de quo infrà.§.v.& ſuprà §.j.
& ij.quorum diuinorum nomine venit ſolùm ordinatum in
breuiario vel miſſali.¶Tertium eſt adminiſtratio ſacramen
torum,niſi vt infrà.§.vij.¶Quartũ eſt collatio ordinum,niſi
vt j.§.vij.¶Quintũ eſt eccleſiaſtica ſepultura, id eſt,in eccle-
ſia vel cœmeterio,& extra iſta cum officio:non autem extra
ſine officio.¶Sextum eſt pulſatio campanarũ,ſi pro diuinis.
Adde ſeptimum eſſe apertionem ianuarum eccleſiæ tēpore
quo diuina celebrantur,niſi vt ſ. §.ij. particula prima.Quæ
omnia ita prohibentur in eccleſijs exemptis,ſicut in alijs,vt
in cap.authoritate.de priuil. lib.vj.& ita illæ ſeruabunt ſicut
& aliæ celebrando ſecũdum modificationem c.alma.de ſen-
tent.excommun.lib.vj.de qua §.ſequenti. Et omnia pertinēt
ad diuina vel ſacramenta.Sciendum tamen,vt not.Panorm.
in cap.tanta.de exceſ.prela.quòd per interdictum non ſuſpen
ditur iuriſdictio prælati etiam circa ſpiritualia:ſed virtus in-
terdicti refertur tantùm ad exercitium ordinis. Sciendũ etiã
quòd prohibetur miſſa ſicca,id eſt,ſine conſecratione ſacra-
menti,cùm ſit de annotatis in miſſali.& ita interpretatur con
ſuetudo. ¶Quartò quæritur,† quomodo clerici agendo ex
ordine ſuo præter dictam moderationem violent interdictũ,
& conſequenter ſint irregulares? Et dico multa. ¶Primum.
De hoc Panorm.in c.ij.de cler.excommun.mi.ſic dicit in ſi-
mili.Si clericus ſuſpenſus vel excōmunicatus attentat aliquid
attributum alicui ordini,efficitur irregularis. Secus ſi atten-
tat aliquid exercibile per laicum:vt quia cantat vnum reſpō-
ſorium in eccleſia,vel dicit aliquem verſum de pſalmo:quia
licet peccet non dicendo officium,tamen debet dicere vt pri
uata perſona & priuatim:vt not.in cap.illud.eod.tit.& con-
ſequenter non debet dicere dominus vobiſcum:quia non eſt
verbum priuatę perſonæ.hæc ex illo,ibi.vbi vide.in cap.tan
ſi.de exceſ.prælat.ſic dicit:Conclude poſt Inno.& doct.quòd
illi incidunt in irregularitatem,nō ſeruādo interdictum
exercēt aliquid deputatum alicui ordini eccleſiaſtico
faciunt tanquam clerici ſiue ſint presbyteri,ſiue clerici infe-
riores:vt ſi diaconus dicat Euangelium,vel ſubdiaconus epi-
ſtolam tãquam ſubdiaconus,vel acoluthus exercet officium
ſuũ tanquã acoluthus:ſecus vbi exercetur aliquid non depu-
tatum certo ordini.Vnde cãtans reſpōſoria,vel dicens pſal-
mos nō officiando principaliter eccleſiã,ſed vt quilibet alius
laicus,nō efficitur irregularis,ſecũdum Inn.& bene. & idem
in benedicēte menſam.quod non eſt deputatũ certo ordini:
ſed de cōſuetudine exercetur indiſtinctè etiã à nō ordinatis:
ſicut & epiſtola dicitur ſine apparatu ex conſuetudine per
quemcũq;.& idem ſi exerceret ea quæ ſunt iuriſdictionis: vt
abſoluendo excōmunicatũ,modò nō abſolueret vt ſacerdos,
id eſt,cum ſolēnitate:de qua in cap.a nobis.el ij.de ſen.excō.



Conclude ergo breuiter quòd iuriſdictionalia nō ſunt prohi
bita tempore interdicti,nec exercens ea tēpore excōmunica
tionis efficitur irregularis:& idem ſi nō ſunt deputata certo
ordini, vel ſi ſunt deputata, ex conſuetudine exercentur per
quemcũq;.Hæc ex illo.Vel,quod tamen idem eſt,dicitur cle
ricus ſecundum Archid.poſt Calder.agere vel ingerere ſe in
officio ſuo ſicut prius,& violare interdictum, cùm celebrat
ſolenniter,vel ſecũdum alios principaliter,vel quaſi clericus
agens in officio vel ordine ſuo,ſecundum Panorm.& Doct.
in d.c.tanta.horas diurnas vel nocturnas, vel aliud officium
competens ratione alicuius ordinis quem habet.ij.q.iij.epi-
ſcopus.adde vel cùm facit hebdomadariam in horis canoni-
cis.quod eſt ſacerdotis.Et idem not.Innoc.&alij poſt eum in
cap.fin.de exceſ.prælat.ſecundum quos etiam violat illud in
miſſa non ſolùm celebrando vt ſacerdos,ſed etiam legendo
Euangelium vt Diaconus,calicem offerēdo vt Subdiaconus,
vel vrceos vt Acoluthus,& huiuſmodi. quod ſecundum Inn.
limita, niſi vbi eſſet conſuetudo quòd pertinens ad certum
ordinē,puta cãtare Epiſtolam ſine ordinis diſtinctione indi-
ſtinctè fiat:quia tunc nō eſſet irregularis.Secus autem exer-
cendo aliquid nō deputatum certo ordini eccleſiaſtico: vt ſi
legit Pſalmos, vel legit Euangelia, quod quilibet poteſt in
terra interdicta,ſicut & prædicare.de ſentent.excō.c. reſpon
ſo.vel ſi in matutinis legit Lectiones,vel cãtat Reſponſoria:
quia ſecũdum Hoſt.& Veruec.non eſt irregularis.qđ intel-
lige ſi nō facit officiando principaliter, id eſt,ex officio ſuo,
ſed tanquam laicus,etiã ſi iſta faceret in choro.Vnde etiam
ſecundum multos,nō eſt irregularis,qui intereſt officio,etiã
ſi cum alijs cantet,vel ſecũdum Inn.dicat officium vt quili-
bet alius,modò non celebret,nec aliquid in officio ſuo agat
Hoſt.in c.tanta.de exceſ.prælat.& Specu.limitat quando in-
tereſt ex quadam deuotione non contemnendo : ſecus ſi ex
contemptu & authorizando:vt quia prælatus facit celebrari
diuina:quia ſic eſſet irregularis ſecũdum glo.in cle.archiepi-
ſcopo.de priuil.& cōcor.Veruec.Dur.Ex his intelligo quòd
per celebrationē horarũ incurratur irregularitas ſolùm ab
eo,qui intereſt authoritatiuè,& ab eo qui officiat principali-
ter,ſcilicet quaſi ſoluēdo horas ſuas vt clericus ſolēniter offi
ciando eccleſiam vel populum:& inchoando vel perficiēdo,
vt eſt hebdomadarius, qui dicitur agere ex officio ſuo : puta
hoc propriũ eſt ſacerdotis.ſecus de cantoria.¶Secũdum.De
Pſalmiſta verò interdicto ſeu etiã nō interdicto, ſed in loco
interdicto,vtrũ ſolenniter agendo in officio ſuo violet illud,
& ſit irregularis.Cald.dicit quòd non,ſecũdum Theologos:
quia Pſalmiſtatus,ſecũdum eos,nō eſt ordo:ſecũdum Cano-
niſtas verò,ſecus:quia tenent quòd ſit ordo.xxj.diſt.cleros.&
quòd tali ordini competit cãtare,ſcilicet in choro pſallendo,
& Lectiones ac reſpōſoria legēdo.vnde iſta faciēdo eſt irre-
gularis.Sed tu dic quòd Theologis in hac parte ſtãdum eſt,
cùm eorum ſit decidere an ſit ordo: & ipſi dicũt quòd nō eſt
ordo.ſed officium annexum ordini lectoratus: intellige per
attributionem, & nō per ſequelam:vt infrà, Ordo.j.§.j.vnde
iſta facere nō eſt ei propriũ, ſcilicet legere & cãtare.¶Ter-
tium.Clericus ſimplex habens tantùm primã tonſurã,ſi can-
tet in officio ſuo,eſt irregularis ſecundum Hoſt.& Veruec.
Dur.in Spec.Sed quia prima tonſura,ſecundum Theologos,
quibus in hoc ſtãdum eſt,nō eſt ordo,ſed diſpoſitio ad ordi-
nes,ideo dic quòd talis nihil ex ſuo officio facere poteſt:& ſic
nec efficitur irregularis cantãdo vel pſallendo.¶Quartum.
Si clericus dicat Epiſtolã ſine apparatu,ſecundum aliquos,&
placet Inn.& ſequitur Piſ.nō eſt irregularis,vbi eſt cōſuetu-
do quòd ſine diſtinctione ordinis aliquis dicat Epiſtolã.Irre-
gularitas.§.xij.vel portet cereum,aut faciat aliud pertinēs ad
aliquem ordinem:ſed ſolùm vbi nō eſt.quod quidem dictum
Calder.reprobat:quia illa diſtinctio nō tollit quin illa de iu-
re conueniant alicui ordini.Sed tu dic cũ Inn.quia illa diſtin-
ctio facit quòd ea,quæ cōueniunt ratione ordinis, nō fiãt ex
ordine vel officio,quod ſufficit ad vitãdam irregularitatem,
ſicut de clerico aſtante officio & cãtante ex quadã deuotio-
ne,nō quaſi ſoluendo horas,dictum eſt.¶Quintũ.Quantum
pertinet ad benedictiones,dicit Innoc.quòd in benedictione
aquæ cōtrahitur irregularitas:quia eſt annexa ordini.de cōſ.
diſt.iij.aquã.quod intellige ſecundũ Arch.quãdo hoc ageret
clericus interdictus:ſecus ſi non interdictus eã faciat in loco
interdicto ſeruata prędicta moderatione:quia cùm hodie li-
ceat celebrare cum dicta modificatiōe,à fortiori licet aquã
benedicere.& idē de ſimilibus.Aquã autē benedictam aſper-
gere laicis loci interdicti ſacerdos nō debet niſi in dictis ſo-
lēnitatibus.Si tñ aſpergat,ſecũdum Cald.nō eſt irregularis:
quia nō eſt iure cautũ.adde,quia nō eſt propriũ alicuius ordi
nis.quod fallit ad verſum,Aſperges,in principio Miſſæ: quia
eſt propriũ ſacerdotis: & generaliter vbicũq; ingreditur ali-
qua ſacerdotalis benedictio.Benedictio autem mēſæ etiam
à clerico interdicto nō inducit irregularitatē,ſecundũ Cald.
quia nulli eſt ordini deputata.Nec benedictio quam cōſueue
runt priores aut epiſcopi in ſua diœceſi itinerando obuianti-
bus dare,ſecundum aliquos:licet tutũ ſit abſtinere.qđ Cald.
dicit verũ in benedictione ſimplici: ſecus de ſolēni,ad quam
præmittitur,Sit nomen domini benedictum:quia talis cōpe-
tit ei ratione ordinis,diſt.xcv.c.ecce.imò ego dico eſſe idem
etiam in ſimplici,quãdo expetitur aut datur ratione ordinis:
ſecus ratione ętatis vel ſanctitatis eadem ratione.Benedictio
verò calicis,paramentorum,corporaliũ, candelarum in feſto
Purificationis, aut oliuarum in die Palmarũ,fieri nō poteſt,
ſecundum Cald.à clerico interdicto,vel etiã à nō interdicto
in loco interdicto,niſi ſecundũ dictam moderationem:aliter
ſupple inducit irregularitatē.Et idem de officio baptiſmi in
ſabbato Sancto vel pro cōfectione chriſmatis in cœna Do-
mini,quod conceditur in c.quoniã.de ſent.excom.lib. vj. ſed
cum dicta moderatione:vel pro anniuerſario defunctorũ :&
pro introductione mulieris in eccleſiam poſt partũ cũ Pſal-
mis & orationibus & ſolēni introductione:quia eſt officium
ordinis clericalis:ſed ſine officio facta ſolùm confeſsione, vt
moris eſt,poterit mulier per ſe intrare gratias agēdo.Et idē
tenet Hoſt.de benedictione nuptiarũ,ſcilicet quòd nō licet.
ſed intellige de ſolenni.Benedictio autē peræ & baculi pere-
grinorum à ſacerdote,ſecundũ Veruec.videtur cōceſſa,cùm
non ſit in iure prohibita: adde quia non eſt ordinis alicuius.
& idem de benedictione veſtium volētium intrare aliquam
religionem,vel etiam ordinem tertium.¶Sextum.Officium
commendationis animarũ decedētium,iuxta morem credit
Card.poſſe fieri loco & tempore interdicti,quia videtur an-
nexum abſolutioni factæ in pœnitentia, quę tunc cōceditur,
vt infrà §.vij.particula tertia.¶Septimum.Orationes etiam
quæ fiunt in capitulis religioſorum nō violant interdictum,
modò non dicatur,Dominus vobiſcum:quod,ſecundum ali-
quos,ante orationē videtur certi ordinis: ſed loco eius dica-

tur,Domine exaudi orationẽ meam:quia talia nõ ſunt certi
7 ordinis.¶Quintò quæritur,† quomodo à clericis vel epiſco-
pis violetur interdictum per celebrationem diuinorum ſine
modificatione d.c.alma?Et dico multa.¶Primũ. Per quam-
libet quatuor conditionum dictarũ in modificatione prima,
ſi non ſeruetur,violatur interdictum,&eſt clericus irregula-
ris,etiam ſeruatis alijs,ſi celebrat,vel aliquid alicuius ordinis
agit,vt in officio ſuo,puta ſi pulſatis campanis celebrat,vel
etiam ſi alta voce tantùm,ſecundum Hoſt.Ioã.And.& Ioan.
Cald.Et ſi alijs celebrãtibus facit tantùm vnum prædicto-
rum,puta aperit ianuam,vel campanam ſonat,&huiuſmodi:
Archid.credit ipſum irregularem,quia participat in crimine
crimino ſo.de ſentent.excom.c.nuper.ſecus ſi aliquid prædi-
ctorum facit vt celebrentur diuina,quæ tamen de facto non
celebrãtur,cùm irregularitas requirat actum perfectum.xv.
q.j.c.fin.¶Secundum.Clerici dicentes officium tempore in-
terdicti generalis vel ſpecialis locorũ per viam vel extra ec-
cleſiam,violãt interdictum,ſi hoc faciãt ſtudioſè, vt audiant
ſeculares,cùm hoc ſit officiare populum.arg.c.fin.de priuil.
lib.vj.vbi patet quòd etiam diuinorũ celebratio extra eccle-
ſiam tali tempore prohibetur. Secus autẽ ſi ſic dicẽdo à caſu
ſeculares tranſeuntes audiuerint: tum quia quod modicum
eſt,ratio apprehendit quaſi nihil.ij.Phyſic.tunc quia non eſt
contra rationem legis.Conſuluit tamen Calder.quòd non
dicant horas in via quando ſunt duo vel plures:quia non au-
det dicere quin violetur interdictum,ex quo audiri poſſunt
ab alijs.Ex quo infero de mẽte ejus quòd tempore interdicti
generalis clerici non interdicti etiam in loco interdicto poſ-
ſunt ſimul dicere horas bini,modò non agant clarè,nec ani-
mo officiãdi populum vel eccleſiam,& idem dico in ſpecia-
li,ſi ſit poſitũ propter populum puniendum vel affligẽdum.
& de hoc de pœnit.& remiſ.quod in te.¶Tertiũ. Tempore
generalis vel ſpecialis interdicti locorum poſſunt nõ ſolùm
clerici,verùm etiã ſeculares,orare in eccleſia oratione priua
ta,ſecundum Mo.quia talis actus non continetur ſub aliquo
prohibitorum ſuprà §.iij.& idem Rodo.etiam ſi orantes ſint
interdicti,vel ipſa eccleſia.¶Quartum. Violatur etiam diui
norum celebratiõe,quoties agũt clerici aliquid alicuius or-
dinis cũ orationibus,iuxta dicta s̃.§.iiij.per totum.niſi in caſu
iure conceſſo in adminiſtratione ſacramẽtorum: quia ſecun
dum mẽtem Fede.omnia talia veniunt nomine diuinorum.
¶Quintum.Epiſcopis cõceditur & alijs ſuperioribus vt vbi-
libet poſsint cũ altari portatili celebrare &celebrari facere,
& audire diuina, quamuis ſit interdicta terra, ciuitas, aut ca-
ſtrum,ſeruato tamen q̃d dictum eſt,ianuis clauſis,campanis
non pulſatis,interdictis excluſis.de priuileg.c.fin.lib.vj.Et ſi-
mile priuilegium habent fratres prædicatores &minores.de
priuil.quia in his.&not.in d.c.fin.in gl.Si tamen eſſet interdi-
cta eccleſia,vel aliqs locus ſingularis:nec epiſcopus,nec prę-
dicti fratres poſſent ibi celebrare:vt not.Ioan.And.in c.quę-
ſiuit.de cler.non reſi.& ſequitur ibi Panor.¶Sextum.Pro di-
cendis Horis canonicis aut Miſsis tempore interdicti nullo
modo licet pulſare cãpanas etiã paruas,vel procul ab eccle-
ſia exiſtentes,ſecundũ Archid.poſt Cald.poſſunt autẽ pulſari
pro prædicatione ſecũdum generalem conſuetudinem: quia
iſta pulſatio eſt quoddam præambulũ ad actum permiſſum
id eſt,prædicationẽ,quę fieri poteſt in loco interdicto,inter-
dictis & excõmunicatis.de ſent.excom.reſponſo. Poſt quam
prædicationẽ in fine etiam generalis cõfeſsio fieri poteſt in-
terdictis.Similiter pulſari poſſunt pro aue Maria:quia illa ſa
lutatio nulli ordini eſt annexa:& ſimiliter pro oſtẽſione ali-
quarum literarũ:vel in aduẽtu alicuius prælati,& huiuſmo-
di:& ſimiliter pro horis diei notificandis,quantum ad laicos:
quantum autem ad clericos ſecundũ eundem Card.nõ licet:
quia ex quo dicto tempore ſolẽt diuina celebrare,præſume-
retur quòd pro hoc ſonarẽt.xxviij.diſ.Syracuſanæ.ſed tamẽ
propter hoc,inquit,nõ efficerentur irregulares.Sed ego dico
quòd vbi propter hoc nõ pulſarent nec pulſare crederentur,
nullo modo eſt clericis illicitum.¶Septimũ.Priuilegiati an-
te c.alma.quòd in ſuis feſtiuitatibus publicè poſsint celebra-
re vel in ſuo iucundo aduẽtu:hoc facere nõ poſſunt ſine pri-
ma,d.c.moderatione:quia per illud eorũ priuilegia reuocan
tur.Secus de priuilegiatis per dictũ c.quia tales poterũt,ſicut
in ſuis feſtis prædicatores & minores.Et ſecundum Innoc.&
Hoſtien.tales alios ad celebrandum admittere nõ poſſunt,ſi
priuilegium eſt datum perſonaliter ſic,Cõcedimus vobis vt
poſsitis celebrare.ſecus ſi imperſonaliter ſic,Cõcedimus,vt
in veſtris eccleſijs celebretur:vt in d.priuilegio.¶Octauum.
Priuilegiati vt admittantur tempore interdicti ſi dederunt
cauſam interdicto,vel eorum culpa,dolo vel fraude fuit pro-
latum,vel ad perpetrandũ delictum,cuius cauſa interdictum
latum eſt,dederunt auxiliũ,conſilium,vel fauorẽ:nõ obſtan-
te priuilegio,nullo modo poſſunt admitti:vt in c.licet vobis.
de priuileg.lib.vj.¶Nonum.Tempore interdicti obligati ad
officium nõ excuſant ab illo,ſed illud dicere tenentur,etiam
ſi ipſi ſint ſingulariter interdicti:debent tamen eo caſu dice-
re ſigillatim,ſicut s̃.de excõmunicatis excõmunicatione iij.
§.iij.dictũ eſt.¶Decimũ.Cruce ſignati cõtra hæreticos ha-
bentes ex priuilegio quòd tẽpore interdicti in terra interdi-
cta poſsint admitti ad diuina, ſecundũ Io.de Deo,ſi poſſunt
contradicere poteſtati & officialibus,& non contradicũt,vi-
dentur cõſentire:ideoq; nec ad diuina nec ad eccleſiaſticam
ſupulturam debẽt admitti.Si tamen de taciturnitate poſtea
dolentes contradicunt,eorum priuilegium reuiuiſcit per ſa-
num intellectum c.duobus.de ſen.excom.¶Sextò quæritur,
†quomodo laici violent interdictum?Et dico quòd ingerẽdo 8
ſe his quæ illis prohibentur.Non licet autẽ eis tẽpore inter-
dicti nec excõmunicatis audire diuina etiã ſtãdo extra eccle-
ſiam,ſecundũ Hoſt.quod de mẽte eius Aſtenſis limitat,ſi di-
cantur in eccleſia:ſi verò dicãtur in domo,vel in via,nõ pro-
hibentur audire,ſecundũ quoſdam,vt dicit Rodo.ſed nõ pla-
cet,niſi quãdo nõ ſtudioſè ad hoc dicerent:alioquin euacua-
ri poſſunt iſtæ cenſuræ in fraudẽ legis: nec ſunt ad Offerto-
rium admittendi:nec eis portanda pax,aut feneſtra vel oſtiũ
aperiendum vt videant corpus Chriſti: nec clericis licet ita
altè dicere vt foris audiãtur.& colligũtur hæc extra.de pœn.
& remiſ.c.quod in te.& Concord.ſatis Rayn. & Veruec.Sed
intellige quòd clericis non licet ita altè celebrare ſtudioſè:
quia poſſunt ita altè dicere vt ſe inuicem audiant in choro,
etiam ſi hoc faciendo præter ſuam intentionem audiantur.
extra arg.d.cap.alma.Poſſunt autem laici interdicti orare in
eccleſia etiam interdicta extra tẽpora celebrationis diuino-
rum,niſi ſint excõmunicati maiori,vel ab ingreſſu eccleſiæ
interdicti,ſecũdum Mo.& Veruec.&ſimiliter exercere quæ
nullius ſunt ordinis,vt aduocando,docendo,& huiuſmodi,&
dicere Litanias vel ſuas Laudes,vt faciunt fratriæ.¶Septimò
quæritur,quomodo interdictum violetur circa ſacramento-
rum adminiſtrationẽ?Et dico tẽpore interdicti nõ eſſe mini-
ſtran la eccleſiaſtica ſacramẽta.de ſent.excõ.reſponſo.& de
extrema vnctione pręſertim eſt verũ,ſecundũ Pan.in d.c.re-
ſponſo.&do.Ant.de But.in c.nõ eſt vobis.de ſpon.quæ etiam
nec clericis vel religioſis conceditur,ſecundum Ioan.And.&
Calder.qui ſunt de loco interdicto,licet nõ interdicti.†Fal-
lit tamen quod dictũ eſt,& habet multas exceptiones v.pa-
tebit.¶Prima.Nam excipitur baptiſmus,nõ ſolùm paruulo-
rum,ſed etiam adultorũ:de ſent.excom.c.quoniam.lib.vj.&
ca



conſequenter officium baptiſmi tanquam acceſſorium ,&
omnia per quæ venitur ad baptiſmũ, & ſine quibus expediri
non debet,cuiuſmodi eſt catechiſmus:de conſe.diſt.iiij.ante
baptiſmum.nec eſſet irregularis ſecundum Cal.clericus ba-
ptizans in eccleſia ſpecialiter interdicta.&idem intellige de
pœnitentia & alijs conceſsis.vnde probat clariſsimus doctor
Matth.de Vgonibus in ſuo trac.de interdi. quòd in eccleſia
ſpecialiter interdicta licitum eſt audire confeſsiones:& hoc
rationabiliter:quia permiſſa permittuntur ſecundum quod
iura diſponunt,& obſeruat vſus,vt infrà particula iiij.Si tamẽ
cõmodè fieri poſſet,iſta eſſent alibi exercenda. ¶Secunda.
Excipitur cõfirmatio,quæ etiã adultis exhiberi ſolet:de ſen.
excom.reſpõſo.& d.c.quoniam. & conſequenter confectio
chriſmatis in die cœnæ , quo in baptiſmo & confirmatione
vtimur,vt d.c.reſponſo.&d.c.quoniã.quæ tamen cõfectio ſe-
cundum Arch.in c.quoniam.de ſen.excom.lib.vj.fieri non po
teſt,niſi cùm moderatione prima.c.alma.¶Tertia.Et ſimili-
ter pœnitentia non ſolùm decedentiũ,ſed etiã ſanorũ,dum-
modo non fuerint excommunicati,intellige ratione delicti,
propter quod poſitum eſt interdictum:quia non poſſunt ab-
ſolui niſi in morte: ſecus de excommunicatis ex alia cauſa,
dummodo etiam non ſint de illis,propter quorũ culpam vel
dolum lata eſt ſententia interdicti:vel quæ præbuerunt con
ſilium,auxiliũ,vel fauorem:niſi prius ſatisfecerint,ſi poſsint,
vel de ſatisfaciendo præſtiterint idoneam cautionem: aut ſi
hoc non poſſunt, niſi iurauerit quòd cùm poterunt ſatisfa-
ciant:& ad ſatisfactionem faciendam per eos, qui tenentur,
dabunt conſilium,auxilium & fauorem , & ad hoc fideliter
iuxta ſuum poſſe laborabunt:vt in d.c.alma.Et habent locũ
iſta,etiam ſi clericus iubeatur exire:niſi aliter contineatur in
ſententia:vt s̃.§.j.parti.prima. Nec tamen propter aliquod
prædictorum fieri debet relaxatio interdicti:vt in d.c.alma.
ſed ſolùm iniungenda pœnitentia ſalutaris.Vbi etiam notan
dum eſt quòd non ſolùm tempore interdicti licet abſolutio
ſacramentalis in pœnitentia, ſed etiam generalis , non quia
non ſit officium diuinum,vt dicit Cald. alioquin interdictus
eam faciens non eſſet irregularis:ſed quia cõceſſa pœniten-
tia conceditur omnis abſolutio generalis & ſpecialis , cùm
ordinentur ad emũdationem peccati.De abſolutione tamen
ab excommunicatiõe dicit Inno.quòd ſi clericus interdictus
vel non interdictus,ſed in loco interdicto excõmunicat ali-
quem,vel ab excommunicatione abſoluit,nõ eſt irregalaris:
q: huiuſmodi nõ ſunt ordinis,ſed iuriſdictionis.ij.q.j.nemo.
quod de excommunicatione non eſt dubium.vnde idem de
abſolutione dicendum eſt.de pœ.diſtin.j.verbum.abſolutio-
nis tamen ſolennia exhibere,vt eſt dicere cum ſtola pſalmos
& orationes,vel in eccleſia introducere excommunicatum,
quia eſt ordinis & officij,huiuſmodi faciens eſt irregularis,
ſecundum Inno.& Spec.& concor.Hoſt. & Lan.& Pan.in c.
ſi de exceſ.præla.& ſequitur Sum.Roſ.contra Sum.Ang.Sed
ego valde dubito,& falſum credo:quia ſi licitum eſt mihi nõ
interdicto aliquem abſoluere à peccatis , quod eſt ordinis,
non apparet quin poſsim etiam abſolutionem, quæ ſit ordi-
nis,impẽdere excommunicato,quem neceſſariò antè ab ex-
communicatione quàm à peccato abſoluo. Vnde dictum il-
lorum eſt verum,ſi hoc faciat interdictus : non ſi in loco in-
terdicto.¶Quarta exceptio eſt de euchariſtia.Nã dari &de-
ferri poteſt morientibus.de ſent.excom.permittamus . & de
pœ.& re.quod in te.etiam cum campanula & lumine in præ
ſentia aſtantium & venientium,& cum alijs conſuetis,ſecun-
dum Cald.quia cùm aliquid permittitur:niſi aliud appareat,
intelligitur permitti ſecundum quod ius diſponit , & obſer-
uat vſus,argu.iiij.diſt.erit autem lex.diſt.xij.illa. Dari etiam
poteſt ſanis damnatis ad mortem,ſecundum Cal.cle.prima.
de pœ.&re.quia cenſentur in articulo mortis.Sumi etiam po
teſt à clericis quando licitè celebrant,quia ſumere tenentur.
de con.diſt.ij.comperimus.Dari etiam poteſt clericis non ce
lebrantibus:quia licet Cal.videatur in hoc trepidare, vtpote
quia videbat religioſos generaliter ſuis fratribus, ſororibus,
vel monialibus indifferenter tempore interdicti concedere
hoc ſacramentum,& ex alia parte contrarium ei videbatur
de iure,quia in edictis permiſſorijs certorum caſuum, cuiuſ-
modi eſt percipere euchariſtiam vt viaticum tempore inter-
dicti:quod ratione non inuenitur expreſsè permiſſum,ſubia-
cet regulæ prohibitiuæ.ij.q.iiij.conſuluiſti . & eſt expreſſum
in cle.exiui.de verb.ſig.§.porrò.tamen Gemi.in d.c.alma.di-
cit quòd dari non poteſt clericis illius eccleſiæ : quia non eſt
eis prohibita participatio ſacramẽtorum,nec diuinorum of-
ficiorum:vt in d.c.patet:quia poſſunt ſecretè celebrare,& ſic
ſumere corpus Chriſti:& ſic eis hoc expreſsè permittitur: &
hoc eſt verius.alioquin aliquis nulla in eo facta variatione in
ordine ad interdictum poſſet hodie percipere euchariſtiam,
qui heri non poterat:vt ſi diaconus fiat ſacerdos & celebret:
quod eſt irrationabile:quia nõ mota cauſa,non mutatur ef-
fectus.Non autem poteſt dari ſanis,quia non ſunt damnati
vel clerici:etiam ſi ſint ſeculares , quibus permittitur audire
diuina.per d.c.alma.quia ſecundum Arch.ibi,licet aliqui dixe
rint quòd poteſt dari:verius tamen eſt quòd non: quia in c.ſi
ſententia.de ſent.excom.libr.vj.ponuntur vt diuerſa auditio
diuinorum & perceptio ſacramentorum.& adde quod dictũ
eſt de edictis permiſſorijs . De prægnantibus autem eſt di-
uerſa opinio:ſed bene Panor.in d.c.quod in te.dicit mulieris
conditionem ponderandam:vt ei detur ſi probabiliter immi
net periculum mortis,non aliter.& eſt mens Io.And.Qua di
ſtinctione etiam circa obſeſſos & mare intrantes vtendum
eſt.Nec obſtat prædictis quòd conceditur viaticum,cui con-
ceditur pœnitentia:de pœ.& re.quod in te.quia verum eſt de
viatico vt viaticum,quod eſt ſolùm quando datur probabili-
ter morituro,vel dubio de morte:non aũt vt eſt euchariſtia.
¶Quinta exceptio eſt in ſacramento matrimonij, quod tali
tempore licitè contrahitur,etiam ab interdictis , ſecundum
Inno.ſicut &apud infideles.xxvj.di.deinde.benedictio tamen
nuptialis prohibetur ſecundum Hoſt.¶Sexta eſt in ordinum
collatione:quia ſi populus interdictus eſt,&non clerus,cleri-
ci illius loci extra locum illũ poterunt ad alios ordines pro-
moueri,ſecundũ Inno.ſed non laici.quod intelligo etiam de
clericis habentibus ſolùm primã tonſuram:quia ſunt de cle-
ro,& conſequenter non interdicti eo caſu.Si verò locus tan-
tùm ſit interdictus,licet ibi nullus valeat ordinari,laici tamẽ,
qui non fuerunt in culpa delicti , propter quod interdictum
latum eſt,extra locum interdictum poterunt ordinari:niſi lo
cus eſſet interdictus propter delictum vniuerſitatis,ſecundũ
Cal.quia tunc nullus de vniuerſitate poſſet ordinari.In loco
autẽ interdicto ſine neceſsitate nec laici nec clerici poſſunt
ordinari:ex neceſsitate verò videtur poſſe attentari quòd ſic,
ſecundum Pan.in d.c.non eſt vobis.vt in d.c.quod in te. ſed
verius eſt quòd non:cùm hoc ſit certi ordinis.¶Octauò,quę-
ritur, †quomodo violetur interdictum circa eccleſiaſticam 10
ſepulturam?Et dico multa. ¶Primum . Tempore generalis
interdicti denegatur laicis eccleſiaſtica ſepultura,etiã ſi pœ-
nitentiam egerint:de pœnitentijs & remiſsionibus.c.quod in
te.quia tales adhuc interdicti ſunt , etiam ſi peccatores non
ſunt.xvij.q.iiij.c.miror.ſicut & interdicti,qui cùm abſoluunt
ab aliqua excommunicatione , remanent interdicti , donec
ſoluatur interdictum.Et ſi in eis ſic interdictis morientibus
apparuerint pœnitentiæ ſigna,non debent in eccleſia ſepe-
liri

liri:ſed extra,& ſoluto interdicto ad eccleſiam transferri.ar.
de ſen.excom.cùm illorum.in qua ſi de facto contra iura fuiſ
ſent ſepulti,non ſunt exhumandi:cùm ad eum ſtatumvenerit
res,à quo potuit incœpiſſe.¶Secundum.Sicut autem laici nõ
ſunt eo tempore in eccleſia ſepeliendi:ita nec in cœmeterio.
de priui.vt priuilegia.id eſt,in loco deputato ad ſepulturam,
licet non ſit per epiſcopum benedictus,ſecundum Stepha.vel
melius,vt dicatur cœmeterium,oportet, ſecundum Io.And.
quòd ſit locus ad vſum cœmeterij per epiſcopũ benedictus:
de conſe.diſt.j.c.nemo.& idem virtualiter Cal.addens, quòd
hoc oportet fateri quantum ad ſententiã excommunicatiõis
quæ ponitur in cle.eos de ſepul.Dicit autem Veruec.Dur.ꝙ,
irregularis eſt clericus ſepeliens ſolenniter hominem interdi
ctũ in cœmeterio:arg.c.j.de poſtu. Sed ego addo idem eſ-
ſe,ſi ſepeliat ſolenniter etiam nõ interdictum in loco inter-
dicto,id eſt,cũ officio ſolito:quia hoc competit certo ordini,
ſecundum quod cõmuniter ſeruatur.¶Tertium.Extra eccle
ſiam & cœmeterium poſſunt tempore interdicti laicorum
corpora ſepeliri ſine officio diuino,ſecundum Cald. quia re-
manere non debent inhumata: non autem cum officio diui-
no:ſed clerici illud celebrãtes ſunt irregulares. ¶Quartum.
Clericis,qui non fuerunt interdicti, & interdictum ſeruaue-
runt,conceditur eccleſiaſtica ſepultura ſine pulſatione cam-
panarum &ſine ſolennitate cum ſilentio.d.c.quod in te.quod
tamen hodie non eſt verum de ſilentio officij funeralis,cùm
miſſa concedatur & horarum ſolutio ſecundum moderatio-
nem capituli,alma.vnde ſepeliri poſſunt cum officio ſine no
ta,per arg.c.cui licet.de reg.iur.lib.vj . moderatione tamen
prædicta obſeruata,ſecundum Fede . & in diebus , in quibus
poteſt publicè celebrari,poterunt ſepeliri cum campanis &
alijs conſuetis,vt dictum eſt . Et ſi qui ſint clerici,qui aliquo
caſu ſepeliri nõ poſsint apud eccleſiam ſuam,vel quia nõ ha-
bent,vel quia impeditur,ſepeliri poterunt in alia:arg. dicto-
rum.ſ.§.j.par.iij.& quia d.c. quod in te.non limitat ad eccle-
ſiam propriam,ſed abſolutè cõcedit eis eccleſiaſticam ſepul-
turam,laicis autem non interdictis non conceditur ſepeliri
in cœmeterio ſito in loco interdicto cum officio clericorum
ſub ſilentio ceſſantibus alijs ſolennitatibus,ſecundum Cald.
quia illud ex gratia conceditur clericis,& conſequenter intel
ligitur alijs denegatum. Confratres quoq; qui ex priuilegio
religioſorum,quorum ſunt confratres,admittuntur ad diui-
na,ſepeliri non poſſunt in eccleſia interdicta.intellige etiam
generaliter ſecundum Sum.Ang. licet in alijs poſsint liberè
ſepeliri.de priui.vt priuilegia.quod tamen Panormitanus ibi
in fi.limitat quãdo elegerũt ſepulturam in eccleſia nõ inter-
dicta:aliàs poſſunt etiã in interdicta ſepeliri.vide ibi. ¶Quin-
tum.Si autem eccleſia aliqua ſit ſpecialiter ſeu ſingulariter
interdicta:quidam,vt Io.Andr.dicunt non poſſe ibi clericos
ſepeliri,vt refert Pan . in d.c.quod in te . ſed Hoſ.tenet con-
trarium:quia tantùm valet interdictum generale quo ad o-
mnia,quantum ſpeciale,quo ad quædam.Pan.verò bene di-
ſtinguit,quia clerici illius eccleſiæ ibi poſſunt ſepeliri , non
alij,cùm habeant in loco eccleſias nõ interdictas.Adde quòd
ſi alias eccleſias non haberent,aut ſunt impeditæ,etiam ipſi
poſſent ibi ſepeliri,vt dictum eſt:laici verò in dicto caſu ſpe-
cialis interdicti localis,ſi ipſa eccleſia eſt interdicta propter
delictum clericorum tantùm:vel quia violata fuit,parochia-
ni poſſunt in alia non interdicta ſepeliri,& audire diuina: ſe
cus ſi interdicta eſt in pœnã populi:licet multi ex eis nõ de-
liq̃rint, ſed fortè vniuerſitas,vel magna pars,vel fortè domi
nus:& in hoc puniunť , quia nõ poſſunt in alia etiã nõ inter-
dicta ſepeliri.¶Sextũ. Priuilegiatus poſt c.alma. ſuper audi-
tione diuinorum & ſacramentorum perceptione, vel etiam
ſuper ſacramentorum perceptione ſine mentione diuinorũ,
ſecundum Cal.admitti poteſt ad eccleſiaſticã ſepulturã,quã-
uis de illa mentio non fiat:ſed ſi priuilegiũ eſſet factũ ſuper
auditione diuinorũ nõ facta mentione de perceptione ſacra-
mentorum,ſatis videtur dubium:tamen tenet quòd ſit eccle
ſiaſtica ſepultura conceſſa per regulam,cui communicamus
viuo,&c.xxiiij.q.ij.ſanè.ſolennitatibus tamen ceſſantibus,vt
dicitur de clericis. ¶Septimum . Tempore interdicti etiam
ab & pro ipſis interdictis licet recipere mortuaria , & orare
ſi mortui ſunt pœnitentes.xj.q.iij.quicunq; intra. ſi verò non
pœnituerunt, nec illa recipi poſſunt , nec pro eis orandum.
lxxxviij.diſt.c.ſi.Quomodo autem ſint excõmunicati admit-
tentes ad ſepulturam nominatim interdictos,vel publicè ex
communicatos,& ſepelientes tempore interdicti defunctos
in cœmeterijs vel eccleſijs in caſibus iure non conceſsis:vide
ſuprà,Excommunicatio.ix.§.xxxv.& in cle. eos.de ſepul.

## Rurſus de Interdicto quantum ad pœnas violantium illud.

1 *Interdictum violans quando non incurrat pœnam.*
2 *Interdictum violantes clerici quas pœnas incurrant.& nu.3.*
4 *Interdicti clerici vel alterius quæ ſit pœna.& nu.5.& 6.*
7 *Laicus violans interdictum quam pœnam incurrat.*
8 *Conſuetudo an excuſet violatorem interdicti.*

INTERDICTVM ſextò conſiderandum eſt quantũ ad
pœnas quas incurrũt violãtes illud,q̃d ſcilicet de mẽte do
ctorũ dupliciter fit , ſcilicet dũ interdictus exercet aliq̃d
ſibi illicitum, vel non interdictus in loco interdicto præter
moderationes dictas in prin.tit.prioris.¶Primò verò quæri-
tur,†quando locum habeant vel non habeant pœnæ iuris cõ 1
tra violatores interdicti?Et dico eas locum non habere,pri-
mò vbi interdictum eſt relaxatum verbaliter : quia iam nec
violatur,cùm non ſit.Nec ſimiliter vbi eſt relaxatum mente
ſola à ſummo pontifice:quia ipſe ſolus hoc modo põt relaxa
re:vt ſ.Interdictũ iij.§.ix.vnde tunc celebrãtes in loco & tem
pore interdicti ignorãtes mentalem relaxationem,licet pec
cent,nõ tamen ſunt irregulares,ſecundũ Calde. habent verò
locum vbi à papa nõ eſt relaxatum verbo, aut mente, & vbi
non eſt relaxatum ab inferioribus,verbaliter:quia tunc irre-
tiunt omnes violatores,etiam ſi ipſe ferens ſententiam,vel
eius ſuperior,eam violet.Vnde ſecũdum Cald.ſunt irregula
res ligati à canone,per c.is qui.de ſent.excom.lib.vj.de conſ.
c.j.& fi. quod limita de ſuperiori citra põtificem ſummum.
¶Secundò quæritur , †quas pœnas incurrant communiter
clerici religioſi habentes aliquem ordinem violando interdi 2
ctum?Et dico quòd tres,ſcilicet irregularitatem,ineligibili-
tatem,&impoſtulabilitatẽ.pro quorũ intellectu dico multa.
¶Primũ.Clericus interdictus generaliter aut ſpecialiter ſiue
ſingulariter,nullibi poteſt exercere actum pertinentem ad
aliquem ordinem aut celebrationem diuinorũ,quorũ nomi-
ne veniunt miſſæ,horæ canonicæ,& exequiæ,benedictiones
ſolennes,& omnia,de quibus rubricæ traduntur in breuiario
vel miſſali:de quibus ſ.Interdictũ.v.§.iiij.quod tamen fallit.
ſi quid horũ ſit diſpoſitio vel ſequela ad aliquod ſacramen-
tum eo tempore licitum exhiberi, ſicut eſt catechiſmus re-
ſpectu ſequentis baptiſmi: & commendatio animæ reſpectu
prioris abſolutionis in pœnitentia.Nõ interdictus autem ta-
lia exercere põt quidem,ſed non in loco vel tempore interdi
cti,niſi ſecundum quod eſt iure permiſſum. ¶Secundũ.Cle-
ricus interdictus exercens prædicta alicubi ſiue vbicunq; &
non interdictus exercens ea in loco interdicto,intellige ſine
moderatione c.alma.& vt clericus,eſt irregularis.c.is qui.&
cap.is cui.de ſent.excom.libr.vj.& cap.cùm æterni.de ſen.
re iudic.lib.vj.& ineligibilis:ita quòd nec eligi poteſt,nec eli
gere.d.cap.is qui.& impoſsibilis,de poſtul.prælat.ca.j.Quod
quidem quantum ad ſecundũ limitatur primò à Feder.quan-
do nõ interdictus publicè & palam more ſolito celebrat.Se-
cundò limitatur ſi locus ſit interdictus propriè: quia ſi quis
ſcienter celebraret in eccleſia nõ interdicta propriè,ſed vio-
lata ſemine vel ſanguine, non eſt irregularis, licet grauiter
peccet:vt in dicto cap. is qui.& conſequenter à fortiori nec
perſoluens horas canonicas,vel aliquid aliud diuinorum.
¶Tertium.Si clericus non interdictus ſcienter celebret,non
quidem in loco interdicto, ſed tamen perſonis interdictis à
iure vel ab hoĩe, vel recipiat publicè interdictos ad diuina
officia vel ſacramenta vel ſepulturam,nõ eſt irregularis,eſt
tamen interdictus illi ingreſſus eccleſiæ donec ſatisfaciat ad
arbitrium eius,cuius ſentẽtiam contempſit.de priuileg.cap.
epiſcoporum.lib.vj.& ſi in ea ſe ingerit in officio ſuo, effici-
tur irregularis.de ſent.excom.is cui.lib.vj.vbi licet ponantur
multi,quibus interdicitur ingreſſus eccleſiæ: tamen hoc eſt
diuerſimodè:q̃a cùm hoc etiã aliqui ſunt irregulares, iuxta
dicta in tit.priore.& aliqui excommunicati: vt ſuprà Excom
municatio ix.§.xxxv. Et idem eſt ſecundum Feder. quando
admittuntur laici aliunde aduenientes ad diuina in eccleſia
non interdicta exiſtente in loco interdicto generaliter aut
ſpecialiter.¶Quartum. Si autem prædicti, ſcilicet clericus
interdictus in loco interdicto exercet aliqua non deputata
certo ordini:vt cantare in choro,legere Pſalmos,vel Epiſto-
lam,ſicut faciunt alij laici,non officians principaliter eccle-
ſiam,ſecundum Innoc.in c.tanta.de exceſ.prælat.& ſequitur
Panorm.in c.ij.de cler.excom.miniſt.non incidunt in prefa-
tas pœnas.& de his dictum eſt in titu.priore ferè per totum.
¶Quintum.Si autem clericus decedat interdictus, priuatur
3 eccleſiaſtica ſepultura.d.c.is cui.¶Tertiò queritur,†quę ſint
pœnæ,quas diſtinctè & ſeorſum præter prædictas incurrunt
clerici & religioſi ſubditi vel prælati?Et dico multa. ¶Pri-
mum.Clericus violans interdictum modo dicto in §.priore,
eſt ſuſpenſus ab officio &beneficio & iuriſdictione ſecũdum
veriorem intellectum.de exceſ.prælat.tanta.in text. & in gl.
& ſequuntur cõmuniter Doct.& eſt beneficijs ſpoliandus.de
cler.excom.miniſt.poſtulaſtis.¶Secũdum.Religioſus etiam
non ſeruans interdictum,quod ſcit eccleſiam matricem ſer-
uare,eſt excõmunicatus per clem.ex frequentibus.de ſenten.
excom.vt habetur ſuprà Excõmunicatio vij.§.xlvj.ſi tamen
violator interdicti ſit religioſus ad nullum ordinẽ ordinatus
& ſi irregularitatem non incurrat;quia nõ eſt expreſſum in
iure.nam c.is qui.loquitur de ſola irregularitate,quę proce-
dit ex ſola celebratione diuinorum vel ordinum executione:
poterit tamẽ aliter puniri ſecundũ Cald.vt recludi in arctius
monaſterium.& idẽ videtur de moniali: imò tam ille quàm
iſta eſt ineligibilis actiuè &paſsiuè:quia & ſi nõ habent ordi-
nem clericalem,ratione tamen ſtatus ſui habẽt officiũ cele-
brandi diuina ſecundũ ſuam conditionẽ: vnde illam pœnam
incurrunt,cuius ſunt capaces.¶Tertium.Secũdum Innoc.&
Hoſt.violans interdictum & ad violandum inducens ſuſpen
ſus eſt.& ſic ſi prælatus eſt, omnis eius inſtitutio, deſtitutio,
collatio prębendarum,beneficiorũ ac dignitatum,& ſemen
tiæ in quoſcũq; prolatæ ſunt irritæ & inanes.Non ergo po-
teſt promiſſa facere.Et,vt aiunt, idem fortè dicendum eſt in
alijs ſpiritualibus,ſcilicet quòd ſicut ei conferri non poſſunt,
ita nec facta ab eo collatio valet:vt in d.cap.poſtulaſtis.& de
æta.& qual.ord.cùm bonæ.¶Quartò queritur,†quæ ſit pœ-
na clerici interdicti, aut illi participantis?Et dico tria.¶Pri-
mum.Nominatim dicũtur interdicti omnes,qui proprio no
mine vel alia certa circunlocutione per ſententiam deſi-
gnantur;Inſtit.de exhæred.lib.§.nominatim.& ſimiliter tam
quam nominatim interdicti ſunt omnes, de quibus conſtat
quòd ſunt interdicti:vt ſi ciuitas vel caſtrũ interdicatur:ſi ve-
rò interdicãtur fautores ſiue participantes in crimine, nõ di-
cuntur nominatim interdicti,ſed tantùm in genere, niſi no-
toriè cõſtet eos eſſe fautores.vide ĩ.Nominatim.¶Secũdum.
Secundum Innoc.Hoſt.& Ber.in diuinis ſunt vitandi omnes
nominatim vel tãquã noĩatim interdicti:nõ autẽ qs tenetur
vitare interdictos generaliter vt participes,quouſq; p iudicẽ
ſpecificẽtur:niſi fortè eorũ participatio eſſet valde notoria:
ita ꝙ inficiationi nõ eſſet locus.de coha.cle.& muli.tua nos.
¶Tertium.Si ſacerdos ꝓbabiliter credit aliquos interdictos
eſſe in eccleſia, ſcilicet tẽpore celebrationis diuinorũ, debet
monere in generali vt exeãt,aliàs nõ tenetur eos vitare,ma-
ximè publicè,donec cõſtet de ſentẽtia:imò hodie ſeruãda eſt
moderatio cõcilij Conſtantienſis,quam habes ſ.Excõmuni-
catio v.notabili iiij.Si verò ſacerdos ſuſcipiat ſcienter interdi
ctum:alij nõ tenẽtur exire,ſecũdum Veruec.ipſe tamẽ ſacer
dos peccat,& incurrit pœnã.c.epiſcoporũ.de priuil.lib.vj. vbi
dicitur ſuſpẽſus ab ingreſſu eccleſiæ,vt dictũ eſt:quod intel-
lige de interdictis publicè iuxta Decretum Conſtãtienſe, de
quo ſ.quia idẽ eſt iudiciũ quo ad vitare de interdictis &excõ-
municatis.¶Quartũ.Si clerici exiſtẽtes nominatim interdi-
cti celebrauerint diuina,ſunt irregulares,ſecũdum Innoc.xj.
quæſt.iij.ſi quis epiſcopus.& perpetuò deponẽdi:niſi quòd ſi
multi ſunt principales,ſunt deponendi: cùm alijs verò ſuper
irregularitate poterit diſpenſari,ſed nõ niſi per papam.& fa-
cit de cler.excõ. miniſt.latores.vbi etiã dicitur quòd multitu
do intelligitur cùm excedit xl.¶Quintò quæritur,† quæ ſit 5
pœna clerici interdicti ab ingreſſu eccleſiæ ab homine vel à
iure?Et dico quòd ſi talis ingerat ſe diuinis in eccleſia in offi
cio ſuo,efficitur irregularis.de ſent.excõ.is cui.lib.vj.Si verò
ingerat ſe diuinis extra eccleſiam, puta ſub diuo vel tẽtorio,
ſecundũ gl.ibi,nõ efficit̃ irregularis.Si verò celebrat in ora-
torio,dic quòd ſi eſt oratoriũ ſtrictè,ita quòd nõ eſt eccleſia,
non eſt irregularis:ſi verò eſt eccleſia,ſed nõdum cõſecrata,
quæ ꝓpriè dicitur baſilica,eſt irregularis:quia ſatis eſt quòd
ſit epiſcopi authoritate fundata.¶Sextò quæritur, † quæ ſit 6
pœna participantis in diuinis cũ eo cui interdicitur ingreſſus
eccleſiæ?Et dico ſic:Presbytero celebrãte Miſſam in eccle-
ſia,ſi Subdiaconus,cui eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ,dicit
Epiſtolam extra eccleſiam in illa Miſſa,vel Diaconus ſic in-
terdictus Euãgeliũ:ipſe presbyter ſciẽter tales ſic,vt ſ.admit
tens eſt irregularis participando in crimine crimino ſo:quod
participiũ videtur eſſe in eccleſia:quia & illi eo caſu efficiũ-
tur irregulares:propterea quòd vnũ eſt officiũ & principali-
ter in eccleſia celebratũ,cui in actu ſibi ꝓhibito cohoperan-
tur.diſt.50.ſi quis viduã.Si verò ẽcõtrario Subdiaconus, cui
eſt interdictus ingreſſus eccleſię,dicit Epiſtolã in eccleſia in
Miſſa,quã Sacerdos celebrat extra eccleſiã, irregularis eſt:
quia in eccleſia verè & de facto id fecit : & ſic in loco prohi-
bito.c.is qui.de ſen.excõ.lib vj.& idẽ de diacono & Euãgelio:
presbyterum autem Sum.Roſ.nõ audet dicere irregularẽ,
licet videatur participare in culpa:ne principale vel dignius
trahatur ad acceſſoriũ vel minus dignũ.Ego verò dico quòd
eſt irregularis:quia æquè vel magis participat ſicut in priori
caſu,quo idem dixit eũ irregularem: regula autẽ iuris quòd
acceſſorium naturam ſequi cõgruit principalis:fallit vbi eſt
periculum animæ:vt de iureiur.debitores.& cap.cùm con-
tingat.& prætere a celebrationi nõ accedit cum iſto Subdia-
cono:quia celebrari poteſt cum alio vel ſine.¶Septimò quę-
ritur,† quę ſit pœna laici violantis interdictũ?Et dico ſecun- 7
dum Innoc. quòd quamuis non incurrat irregularitatem vel
ſuſpen

ſuſpenſionem,grauiter tamen peccat, puniendus per eccleſiaſticum iudicem pœna arbitraria.de ſent.excom.grauis. in cle.& ſecũdum Archid.peccant mortaliter,quia faciunt contra obediẽtiam eccleſiaſticam.diſt.lxxxj.ſi quis.quod videtur mihi verũ,quando id faciunt ex contemptu,non aliter,niſi in quatuor caſibus poſitis in clem.j.de ſepul.& in cle.grauis. de ſent.excom.quos habes ſ. Excõmunicatio vij.excommunicatione vij. Et excommunicatio ix.excommunicatione xxxv.

8 ¶Octauò quæritur,† vtrum ex ſola cõſuetudine poſsit quis venire contra interdictum ſine pœna? Et dico quòd non.de conſuet.cùm intra.ſecundum Innoc.& Hoſt.Quomodo autem fratres prædicatores & conſequenter minores tempore interdicti ſint priuilegiati,habes ab Archi.in iij.parte,tit. xxvij.c.v.in fine.& in mari magno.

1 *Intereſſe quid,& quotuplex ſit.*

1 INTERESSE,†ſecundũ Bar.in l.vnica.C.de ſen.quę pro eo quod inter.profe.propriè & ſtrictè eſt æſtimatio alicuius vtilitatis non habitæ propter alicuius factũ iniuſtũ vel conceſsionẽ iniuſtã.Eſt aũt duplex:aliud ſcilicet lucri ceſſantis.& hoc eſt quando homo impeditur à lucro quod feciſſet ſi talis pecunia ſibi reſtituta fuiſſet,vel non fuiſſet læſio talis illata,& huiuſmodi:aliud eſt damni emergẽtis.Et hoc eſt duplex:aliud ſcilicet in re,aliud extra rẽ.Intereſſe damni emergentis in re vel circa rem etiã dicitur intrinſecum, ſecũdum Bartol.ibi:& eſt ipſa res,ſeu eius æſtimatio,vel id quod prouenit immediatè ex re:vt fructus,& partus,& huiuſmodi.Exemplum:Vẽdidiſti mihi vinũ quod valebat viginti,& pretiũ tibi tradidi:nec dediſti:nunc autẽ valet quadraginta,& ſi traditum fuiſſet,tantũ habiturus erã.& de hoc ff.de act.emp.& ven.l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorẽ.Intereſſe extra rem, vel extrinſecum,eſt qđ prouenit nõ ex ipſa re,ſed propter ipſam rem.Exemplum:Vendidiſti vinum nec tradidiſti:ſed ſi tradidiſſes,ex eo potuiſſem negotiari & lucrari. Vẽdidiſti granũ:& quia nõ tradidiſti,ſerui mei fame perierunt.Et iſtud quãdo petatur in contractibus, habes in lege Iulianus.§.j.ff. de act.emp.& vend.& l.cùm venditorem.C.de act.emp.& vend.ff. de verb.oblig.l.ſi inſulam.Quando autem teneatur quis in conſcientia,infrà Reſtitutio iij. §.ix.& Vſura j.§.ix.Intereſſe quando habet certam quantitatem vel ſpeciem, duplum excedere non poteſt:quando autem duplum excedat, habes in d.l.vnica.in text.& in gloſſ.ſed quo ad conſcientiam , habes infrà Vſura j.§.eodem.

¶INTERLOCVTORIA ſententia, vide infrà Sententia:ſed vtrum ipſa tranſeat in rẽ iudicatam,vide cap.cùm ceſſante.de appel.

## De Interpretatione.

1 *Interpretatio quotuplex ſit.*
2 *Interpretari legem ad quem ſpectet.*
3 *Interpretatio priuilegij an ſpectet ad ſolum principem.*
4 *Interpretatio an ſit in cõtractibus faciẽda,vt res potius valeat.*
5 *Interpretatio in ambiguis qualiter ſit facienda.*
6 *Interpretandi ratio varia vnde ſumi debeat.*

INTERPRETATIO eſt vnius verbi ꝑ aliud,vel vnius ſententiæ per aliã declaratio:ſicut interpres vnã linguam per aliã manifeſtat:& eſt multiplex,vt not.Panor.in cap.j.
1 de poſtulat.prælat.† Quædam enim eſt generalis & neceſſaria,ac redigenda in ſcriptis:vt principis. de ſenten. excõmun. inter alia.xj.qõ j.§.ex his omnibus.C.de legi.l.vltima.& hæc ius facit quo ad omnes. de conſtit.c.fin.Alia generalis & neceſſaria,ſed non redigenda in ſcriptis: vt conſuetudinis.ff.de legib.l.ſi de interpretatione.Alia non generalis,ſed neceſſaria,& in ſcriptis redigẽda:vt iudicis.ff. de legi.l.non poſſunt. arg.etiam l.nam vt ait.qui ſententiam ſuam interpretari poteſt.arg.ff.de re iudi.Paulus.vbi ſupplere poteſt quæ deſunt ſententiæ:& ſic interpretari,ſicut & prætor.ff.de præto.ſtip. l.prætoris.Alia nec generalis nec neceſſaria,nec redigẽda in ſcriptis:vt magiſtrorũ.C.de profeſ.qui in vrbe Conſtã.l.vna. lib.xij.vide Panorm.in cap.j.de poſtul.prælat.¶Primò verò quæritur,†ad quẽ ſpectet legis interpretatio? Et dico quòd 2
interpretatio diuinæ aut canonicæ legis pertinet ad papam: & ſimiliter legis ciuilis,inquantum concernit clericos:vt in cap.j.de iura.calum.inquantũ verò concernit laicos,pertinet ad Imperatorem.l.fin.C.de legib.quia eſt eius interpretari, cuius & cõdere.de reg.iur.lib.vj. Quod intellige verũ generaliter:quantum autẽ ad vnã cauſam, etiam iudex poteſt interpretari:vt not.Inn.in c.cum ſpeciali.de app.de quo etiam vide bonam gloſ.in c.j.de poſtul.prælat.& facit l.vnica.C.de profeſ.qui in vrbe.niſi eſſet aliquid ita arduum, quòd certus intellectus dari non poſsit: quia tunc recurrendum eſſet ad principem.l.penult.& fin.C de legib.Hæc Panor.in cap.j.de iura. calum. An etiã legatus poſsit interpretari reſcriptum: vide eundem in cap.j.de poſtul.prælat.Sciendũ tamen quòd lex humana ſeruari nõ debet quãdo eſt in damnum: ſed pro interpretatione recurrendum eſt ad principem, niſi periculum ſit in mora.vide ij.ij.quęſt.lxvj.artic.vj.& ij.ij.q.lx.art.v. ¶Secundò quæritur, †vtrum interpretatio priuilegij perti-
3 neat ad principem ſolum? Et dicit Panor. in cap.cùm veniſ. ſent.de iud.quòd aut dubiũ eſt ſuper poteſtate,ſcilicet ſi potuit dare:& ſic nulli inferiori à principe licet:vt in cap.j.de tranſla.prælat.xvij.quæſt.iiij.§.qui autem.ix.quęſt.iij.cuncta per mundum,Aut dubium eſt ſuper validitate vel ſurreptione:& ſic poteſt inferior iudex ſecundum communiter Doct. Aut dubitatio eſt circa verba ſolum:& tũc ſi caſus eſt clarus & deciſibilis de facili.ſic poteſt inferior cognoſcere ad præiudicium partium ſecũdum cõmuniter Doct. quia inferior interpretatur legem ſuperioris in præiudicium partium: vt not.Innocen.in dicto c.cum ſpeciali.& facit cap.inter alia.de ſenten.excom.& dicto cap.fin.Si verò caſus eſt dubius,ſic ad principem pertinet ſi eius præſentia de facili poteſt haberi. arg.d.cap.cùm veniſſent.& dicti c.inter alia.& in l.ex facto. §.j.ff.de vulg.& pupil.ſubſtitut.Quòd ſi de facili non poteſt adiri princeps propter diſtantiam longam: ſic poterit interpretari per rationem naturalem & veriſimilem, quæ notari poteſt per expreſſa verba.Pro quo eſt caſus in dicta l.ex facto.§.ij.vbi Iuriſconſultus interpretatur legem ex naturali ratione.Et facit quod not.Innocẽ.in dicto cap. cum ſpeciali. & text.in cap.cùm perſonæ.de priuileg.libr.vj.Aut dubium verſatur circa intentionem principis: & decidi nõ poteſt ſine dubio magno:& ſic interpretatio eſt ſolius principis.Ad prędicta facit text.cap.venerabilem.de elect.Dicit etiam Specul.in tit.de leg.§.nunc oſtendendum.quòd epiſcopus poteſt interpretari iurium allegationes:de pign.ſignificante.& dicto ca. venerabilem.procedit in arduo negotio,vt dictũ eſt.
¶Tertiò quæritur,†vtrum in contractibus ſit interpretatio 4
facienda,vt res potius valeat quàm pereat? Et dico quòd ſic: de fide inſtru.inter dilectos.in gloſſ.& ff. de reb.dub.l.quoties in actionibus.de verb.ſignific.abbate §.ſupra quod fiat, Si autem res valeret ſecundum intellectum vtriuſq; tũc accipiendum eſt illud quod eſt magis veriſimile.ff.de reb.dub.l. cùm in teſtamẽto.ff.de verb.oblig.l.cum qui.& quod cõſeuit.xviij.diſtinct.de Syracutanæ.& quod magis cõuenit iura de conſue.cap.cùm dilectus.§.fin.vbi interpretatio ſit contra eum,qui legem potuit apertius dicere.ff.de pact.l.veteribus. de priuil.c.quia.in glo.Interpretatio autem in cõtractibus ſit plena,in teſtamentis plenior, in beneficijs quoq; pleniſsima





de don.cum dilecti. Interpretatio quoq; loquutionum fieri debet ſecundum perſonas quæ loquuntur,vel quibus quis lo-
5 quitur.xxvj.diſt.deinde.in glo.¶Quartò quæritur,†quomodo ſit intelligenda illa regula iuris in vj. contra eum qui legem dicere potuit apertius,eſt interpretatio facienda? Et dico quòd glo.ibi poſt multa complectitur iſtam materiam,dicens:obſcuritas vel ambiguitas aut ponitur in vltimis voluntatibus,aut in conuentionibus,aut factis in iudicio,aut in cõfeſsionibus,aut in cõtractibus & pœnis,aut in ſententijs.Si in vltimis voluntatibus,ſubdiſtinguè:quia aut cõſtat de voluntate expreſsè aut tacitè:& ſi expreſsè,illa ſeruatur:quia nihil eſt quod tantũ debeatur hominibus,quàm quod vltimæ voluntatis liber ſit ſtylus.xiij.q.ij.vltima voluntas.& de teſta.officij.Si verò cõſtat tacitè aut per coniecturã,illa ſeruatur.xxvj. q.vj.qui recedunt.& de teſta.requiſiſti.& hoc niſi dicta voluntas turpis eſſet:vt ff.de cõdi.inſti.l.quidam.vel aliàs cõtra ius. Pone exemplũ de teſta.tua.Si nõ conſtet expreſsè nec tacitè, ſtatur verbis teſtamenti:ad quod xxij.q.ij.is autem. de celeb. miſ.in quadam.Si autem verba ſunt minus larga,ſequimur benigniùs & minimum.de re.iuris.lib.vj.in obſcuris minimum eſt ſequendum.& ſic eſſet hæredis electio.Si verò non appa- ret,quæ pars ſit benignior,vel minor,neutra tenetur.ff.de teſta.l.ſi duo ſunt.Si quæratur,ad quem ſpectet indagatio : dic quòd ad iudicem.C.de fideicom.l.voluntatis defuncti.Si verò in iudicijs ſit ambiguitas,ſit interpretatio ꝓ proferente.Ratio:quia debitor ſemper negaret de hoc ſenſiſſe. C. de anna. exce.l.vlt.& hoc in litis exordio.de quo de reſti.ſpo. cùm ad ſedem.Si verò in probationibus ſit ambiguum,interpretabitur contra producentem.de cond.ap.per tuas.& de proba.in pręſentia.debent enim probationes eſſe claræ.de pręſcri.auditis.ſaluo eo.quòd poſſent teſtes obſcurè deponentes interdum iterum interrogari:vt de teſtibus.cùm clamor. In confeſsionibus autem ſi confiteatur incertum , certificare cogitur.ff.de cõfe.l.certum.alioquin acciperetur quod magis expediret aduerſario,vt ibi.de confeſ.c.j.In contractibus verò, aut eſt certum de conſenſu,aut de diſſenſu , aut dubium . In primo caſu ſtatur ei quod ſenſerunt.de ſpon . c.j. in ſecundo nihil valet.xxvij.q.ij.ſufficit.xxx.q.ij.vno.de rap.cum cauſam. xxix.q.j.§.j.& ibi error non ſolùm corporis, ſed & materiæ verificationem impedit:quia nil tam contrarium conſenſui, ſicut error.ff.de iudi.l.ij.& errare eſt aliud pro alio putare. xxviij.diſt.quanuis.non tamen omnis error impedit matrimonium:vt infrà Matrimonium.viij.§.j.In tertio autem caſu,ſcilicet dum eſt dubium,ſubdiſtingue: quia aut poteſt valere ſecundum intellectum vnius tantùm,aut vtriuſque.Et ſi ſecundum intellectum vnius tantùm,valeat ſecundum quem valere poteſt.ff.de verb.obli.l.quoties.quod etiam habet locum in contractu matrimoniali in foro iudiciali: in foro autem animæ ſtaretur ei , qui in tali dubio diſſenſiſſet : vt de ſpon.tua nos. Si autem ſecundum intellectum vtriſq; poteſt valere,valeat illud quod eſt veriſimilius.ff.de ver.oblig.eum qui:& in regula,inſpicimus in obſcuris quod eſt veriſimilius,vel quod plerunq; conſueuit fieri,cum ſuis concor.de re. iud.l.j.& ſi dubitatur quod ſit veriſimilius , ſeruatur quod ibi regula dicitur.ff.de verb.obliga.l.quicquid.Et hoc verum,ſi neuter dolum committit:ſed ſi alter dolum committit,contra eum fiet interpretatio . xxij.q.v.§. ex his.& c.quicunq.Si verò vterq; dolum committit,ad communem ſignificationem recurretur,vt in dicta decretali,ex literis.& xxij. q.v.§.ſi ergo.& idem reputatur in iuramentis,vt ibi notatur. In ſententijs autem interpretari poterit præſes prouinciæ vel procurator Cæſaris.ff.de appell.l. ab executore.non autem minor: quia functus eſt officio ſuo ſiue bene ſiue malè iudicando.quod intellige de diffinitiua ſententia:ſecus de interlocutoria.de quo dic vt notatur de appel.c.cum ceſſante. De fructibus tamen & expenſis ſupplere poteſt eadem die.ff. de re iud.l.Paulus.De hoc nota.xxxv.q.ix.§.qa ergo.aliàs incipit,his ita.in glo.xj.q.j. §.& his. in gloſſ.hæc ex illa gloſſa.
¶Quintò quæritur , † quid ſit dicendum in genere de inter- 6
pretatione canonum legum , reſcriptorum , priuilegiorum, ſtatutorum,vltimarum voluntatum,contractuum,diſpoſitionum fauorabilium vel odioſarum,aut promiſcuarum,de quibus ſuis locis agetur? Et dico quòd clariſsimus iuris vtriuſq; doctor dominus Baptiſta de Fliſco in quodam ſuo præclaro opuſculo dicit quòd leges & canones & reſcripta & priuilegia & ſtatuta & vltimæ voluntates & conſuetudines & contractus recipiunt interpretationem vel à conſueto modo interpratandi,vel à ſimilibus,vel alijs iuribus ſcriptis. De lege tex.eſt in l.ſi de interpretatione.& l.non poſſunt. ff.de legib.De edicto pętoris tex.eſt in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd. om.iud.De priuilegijs, & beneficijs text.eſt in l.bñficij.ff.de conſti.prin.l.j. §.in initio.de offi.præ.vr.De vltimis voluntatibus,in l.librorũ.ff.de leg.iij.De contractibus,in l.veteribus. ff.de pac.De conſuetudinibus,in l.de quibus.ff.de legi.De ſtatutis,in l.Cæſar.ff.de pub.& vecti.in l.ij.C.de noxa.De reſcriptis,in c.cauſam.de reſcri.in c.licet.de præben. ¶Secundum. Interpretatio eſt facienda,vt vitetur delictum. Me.in l.j.C. de his quib.vt indi.d.§.ſi fundum.¶Tertium. Illa interpretatio eſt fugienda,quę trahit ius ad gratiam.Me.in l.ſi marito. ff.ſol.ma.¶Quartum.Diſpoſitio quantuncunq; pœnalis, eſt latiſsimè interpretanda:quando ſi nõ latiſsimè interpretaretur,vel in totum euerteretur, vel magnam plagã acciperet. Hoc probatur in l.j.§.ſed & ſi quis.ff.de Car.edi.& in l.j.§.pecuniã.ff.de calũ.¶Quintũ.Item interpretatio eſt facienda ne actus pereat.l.ſi quãdo.de leg.j . Item eſt facienda , vt verba non ſint ſuperflua.l.ſi quando.in prin.de leg.j.de ver. ſig.abbate.¶Sextũ.Quantũcunq; in vna lege ſint poſitę multæ pœnæ,nõ habent locũ,niſi in caſu,in quo omnes illæ pœnæ poſſent verificari.gl.in l.mãcipia.C.de ſer.fu.vnde c.quanquã.de vſur.in vj.nõ poteſt habere locũ in Iudæis.¶Septimũ.Quando lex dicatur odioſa vel fauorabilis,intelligitur ex ꝓœmio. Bar.in l.qui exceptionem.ff.de cõdi.inde.Bal.in l.ſi.ff.de leg.tut.Attenditur etiam ad hoc principalis cauſa. Ang.in l.mater decedens.de teſta.vbi autem diſpoſitio concernit qualitatem agentium & patientium,licet ſit pœnalis,tamen non eſt odioſa & reſtringenda,niſi ex parte eius cui venit imponenda pœna:ex parte verò eius,cuius fauorem reſpicit , eſt fauorabilis & extendenda.Alex.in l.venia.C.de in ius voc.Bar.& l.ij. C.quod vi me.Si autem non concernit qualitatem agentium & patientium,ſed qualitatem facti,tunc illa diſpoſitio de ſui natura fauorabilis efficitur odioſa & reſtringenda,ſi addatur pœna.ita ibi traditur per multa iura.

INTESTATVS qs decedit quatuor modis.Primò,ſi nullũ teſtamentũ fecit.Secũdò,ſi fecerit,ſed nõ iure . Tertiò, ſi fecit iure,tñ poſtea ruptũ eſt poſthumi natiuitate vel irritum factũ eſt capitis diminutiõe teſtatoris.Quartò,ſi nulli ſunt hæredes ex eo teſtamẽto:vt in auth.de hær.ab inteſtato in prin.Poſsũt addi & duo alij modi ex poſt facto.Primus ſcilicet ꝑ querelã expugnato teſtamẽto.Secũdus,ꝑ bonorũ poſſeſsionẽ cõtra tab.Vide Azo.in Sum.C.de ſuis & legi. hære.

INTRVSVS dicitur, qui non canonicè , ſed per violentiam occupat honores vel beneficia eccleſiaſtica:vnde eſt fur & latro exiſtens in mortali , & reſtitutioni obnoxius omnium,quæ inde recepit.de reſt.ſpo . grauis.

## De Inuentis.

1 *Inuenta an ſint reſtituenda ſub pœna furti.*

2 *Inuenta res cui reſtituatur. & nu.3.*
4 *Inuentæ aues, & feræ captæ, an ſint accipientis, & nu.6.*
5 *Fera vulnerata ab vno vel irretita, & ab alio capta, cuius ſit.*
7 *Aues domeſticæ non fiunt accipientis.*
8 *Theſaurũ quõ liceat quærere, & cuius efficiatur. vſq; ad nu.13.*
14 *Theſaurus in domo empta inuentus an ſit venditoris.*
15 *Inſula in mari vel flumine facta, cui cedat.*

INVENTA dupliciter dicuntur, propriè ſcilicet, & ſunt ea, quæ prius quærebantur, ſicut propriè aurum inuenit, qui huius gratia terram effodit. & impropriè: & ſunt quæ caſu inuenimus: ſicut dicitur aurum inuenire, qui ſepulcrum effodit pro tumulando cadauere. C. de theſa. l. vnica in gl. &
1 de vtriſq; hic intendimus. ¶ Primò verò quæritur, † vtrum inuenta ſint reſtituenda ſub pœna furti? Et dico multa. ¶ Primum. Hiero. xiiij. q. v. multi. & Aug. eadem q. dicunt rapinam eſſe inuenta non reddere, quod impropriè dicitur: propriè verò eſt furtum. ff. de furt. l. falſus. quod ſecundum S. Tho. ij. ij. q. lxvj. & Rich. & alios doc. eſt verum, quando quis animo retinendi, non autem reddendi domino accipit rem inuentam, quæ de propinquo fuit in bonis alicuius, ita quòd habet dominũ. quod intellige, niſi haberetur pro derelicta: imò idem puto etiam ſi ab antiquo domino caruit, vt theſaurus inuentus & quis accipit animo non faciendi partem illi cui debet, quia etiam eo caſu illa res pro illa parte dominum habet nõ antiquum ſed nouum, id eſt, eum cui debetur, quo inuito attrectatur: in his verò quæ nunquam fuerunt in alicuius dominio, vt lapilli in litore maris, & aues & piſces, & huiuſmodi, quæ occupanti conceduntur, non habet locum furtum. ¶ Se-
2 cundum. † Si autem habens rem inuentam reſtitutioni obnoxiam neſcit dominum rei, publicè denuntiari faciat, ſecundũ Arch. & ſi non inuenitur, dabitur pauperibus, ſecundum Pan. & omnes doc. ar. de vſur. cum tu. & in auth. omnes peregrini. C. com. de ſuc. niſi inuentor ſit multùm pauper. Arch. quia de licentia epiſcopi vel pœnitentiarij eius vel confeſſoris illud
3 ſibi retinebit. ¶ Tertium. † Ad ſciendum verò cui debeantur inuenta, ſecundum doc. ſic diſtinguendum. Nam aut nunquã fuerunt in bonis alicuius, vt lapilli in litore maris, & aues, piſces, beſtiæ, & omnia animalia nõ domeſtica ante captionem & iſta occupanti conceduntur etiam in fundo alieno, modò ingreſſum fundi non prohibuerit dominus: ſed de feris infrà, §. proximo. aut fuerunt in bonis alicuius ſolùm ab antiquo, vt theſaurus: & de huiuſmodi, ſecundum Sanctum Thomam, eſt eadem ratio, id eſt, ſunt occupantis, niſi quòd ſecundum leges ciuiles medietas eſt domini agri. ſed de hoc j. §. ꝓximo. aut fuerunt de propinquo: & talia inueniens reſtituere tenetur. xiiij. q. v. ſi quid inueniſti. & d. l. falſus. etiam ſi ſint amiſſa ex ruina vel incendio vel naufragio: vt ff. de incen. rui. nau. per totum. & idem eſt de iactatis in mare gratia nauis alleuiãdę. ff. ad leg. Rho. de iac. l. qui alleuiãdæ. Quæ quidem vera ſunt, niſi haberentur pro derelictis. quod Fed. conſ. xvij. credit eſſe ſi dominus tacet, non perquirens per ſe vel per alios: quia d. l. qui alleuiandæ. videtur imponere neceſſitatem ſtatim perquirendi res amiſſas: & ſic iſta negligentia non quærenti tollit primam præſumptionem quam facit lex, ſcilicet quòd nõ habeantur pro derelictis niſi aliter conſtet per qualitatem actus de voluntate domini, cùm nemo præſumatur iactare res ſuas. d. l. falſus. §. ſi iactantiũ. & d. l. qui alleuiandæ. Quod nota pro limitatione dicendorum infrà Naufragium. §. j. & iiij. Nec poſſent talia inuenta non habita pro derelictis vſucapi: quia in eis deficit titulus pro derelicto: vt in l. ſi quis merces. ff. pro derelicto. Vnde conſuetudo occupandi iactata in mare, vel rapta à fluminibus, videtur expreſsè reprobari per d. l. qui alleuiandæ. & ibi glo. no. non obſt. quod loquitur de iactatis in mare: quia idem eſt de ablatis à flumine: vt ſunt ligna, & huiuſmodi, cùm parum differant ab illis, vt dicit tex. Inſti. de rerum diui. §. vlt. & facit auth. nauigia. C. de fur. ¶ Secundò ſpecialiter quæritur, † cuius ſint feræ inuentæ, aues, & huiuſmodi animalia? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum Dire. lib. iij. volucres, piſces, feræ, & huiuſmodi, quæ in nullius ſunt bonis, & quæ vadunt quò volũt, naturali ratione capienti conceduntur: nec diſtinguitur vtrum proprio fundo vel in alieno: licet is, qui alienum fundum ingreditur venandi vel aucupandi gratia, poſſit à domino prohiberi ne ingrediatur: & ſunt capientis, quandiu ſua cuſtodia coërcentur: ſed in libertatem redduntur, quando locum effugiunt capientis. Inſti. de re. diui. § feræ. ¶ Secũdum. † Si autem prædicta fuerint 5
ab aliquo ſic vulnerata vt capi poſſint, ſecũdum eundem Dir. ſtatim intelliguntur eſſe vulnerantis: modò ea perſequatur: quia ſi deſinit perſequi, rurſus erunt occupantis: ſtandum tamen videtur conſuetudini in his. Si autem eſſent capta in laqueo vel rete alieno, non ſunt accipientis, ſecundum gl. in l. in laqueum. ff. de acqui. rerum do. & Inſti. de rerum diui. §. ſingulorum. licet rigor iuris videatur velle quòd ſint capientis ibidem. ¶ Tertium. † Feræ ſylueſtres, ſed domeſticæ factæ, ſicut 6
pauones, columbæ, cerui, cuniculi, apes in alueo, & huiuſmodi habentia conſuetudinem eundi & redeundi ad certũ locũ alicuius poſſeſſoris: tandiu ſunt poſſidentis locũ, quandiu habent animum reuertendi domum, & non vltra efficiuntur capientis, ſecundum Dire. quem animum reuertendi depoſuiſſe videntur cùm reuertendi cõſuetudinẽ deſeruerint. d. Inſti. §. ceruos. Vnde ſi bis aufugiant, nec horis debitis non impedita reuertuntur, fiunt capientis: quia conſuetudo inducitur per binum actum. l. iij. C. de epiſ. audien. Si autem eſſent incluſa in pratis vel in alijs locis, furtum cõmitteretur. Et idem de piſcibus. argu. d. Inſtit. §. apum. Si quis autem occupet examen apum in arboribus cuiuſcunque, aut etiam fauum mellis, furtum non committit: licet dominus arboris poſſit ingredientem prohibere. Intelligo autem prædicta, quando huiuſmodi habent conſuetudinem redeundi interueniente aliquo opere poſſidentis locum: vt patet de alueo apum: alioquin non liceret occupare apes aut aues in arboribus, vbi tantum habent aut nidum. ¶ Quartum. † Animalia naturaliter domeſtica, vt gallinæ & huiuſmodi, ſemper ſunt domini, & 7
vbique etiam ſi caſu aliquo territæ euolauerint à facie domini ſui: & capiens ea reſtituere tenetur rem cum fructibus. d. Inſti. §. gallinarum. & ff. de aqui. rer. domi. l. naturalem. § pauonum. ¶ Tertiò ſpecialiter quæritur, † cuius ſit theſaurus, ſi 8
inueniatur, id eſt, vetus depoſitio pecuniæ, cuius non extat memoria, ſecundum Petrum de Palude, vel condita ab ignotis dominis tempore vetuſtiori mobilia. C. de theſau. l. vnica. Et dico multa. ¶ Primum. Theſaurum ex intentione nullus poteſt quærere alicubi, etiam in ſuo fundo, arte magica: aliàs erit fiſci, ſecundum Accurſ. C. de theſau. l. vnica. nec in fundo alieno inuito domino: nec etiam domino volente ignorante opes abditas, ſuo nomine, id eſt, quęrentis. d. l. vnica. iuncta gl. Poteſt autem quis quærere in fundo ſuo, vt ſic, & in alieno volente domino nomine ipſius domini ita quòd quærens intelligatur locaſſe operas. ar. ibidem. imò etiam nomine quærentis, ſi dominus ſciat quæri opes abditas, & conſentiat: quia poteſt quærenti totum ius ſuum tribuere. Secus vbi ignoraret ibi eſſe theſaurũ, & conſenſum præſtaret quærenti ex alia cauſa ficta. Sic intelligo dictam legem vnicam.
¶ Secundum. † Si quis theſaurum inuenit in ſolo ſuo, ſecun- 9
dum mentem Sancti Thomæ, & ſecundum omnes doctores totus inuentoris: & hoc eſt de iure naturali, ſecundum gl. Inſti. de rer. diui. §. theſauros. nec diſtinguitur an caſu vel ex intentione inuenerit: quia d. l. vnica. quæſitionem iſtam permittit. ¶ Tertium. † Si verò in loco alieno alicuius ſcilicet pri-
10 uati inuenit: aut hoc eſt à caſu: & ſic melius inuentoris & medius domini loci, vt ad pacem ſeruandã ſtatuerunt iura ciuilia, licet de naturali æquitate ſit inuentoris. aut dedita opera: & in hoc ſunt opiniones: quia Hoſt. dicit quòd totus eſt inuentoris. & ſequuntur Piſa. Pet. de Pal. Arch. & multi alleg. d. l. vnicam. & iſta opinio eſt vera, ſi conſentiat dominus non ignorans, & totum tribuat quærenti: vt quia ipſe non vult quærere vel alia cauſa. Et ſecundum iſtam etiam opinionem ſcripſi in Aur. roſ. in communi virgi. Euãgelio primo, & caſu xxxx. alij verò, vt Supple. Roſ. & Sum. Ange. dicunt ꝙ totus erit domini fundi, ſi eo inuito quærit: quod planũ eſt per d. l. vnicam. imò etiã ſi eo volente & ſuo nomine quærit: quia d. l. vnica. hoc prohibuit fieri, & in pœnã totũ ſtatuit eſſe dñi. Et iſta opinio eſt vera, quando dominus cõſentit quærenti, ignorans quòd theſaurũ quærat: vel qñ nõ tribuit quærenti totũ quod inuenerit, nec aliquid paciſcitur: vtroq; tamen caſu, ſecundum Iuriſtas, quęrens habebit operarum mercedem. Sed iſta opinio eſt falſa eo modo quo alia eſt vera, ſcilicet ſi dñs ex certa ſcientia conſentiat: quia ius ſuũ, quod habet in quærendo, transferre poteſt in aliũ. nec d. l. vnica. dicit indiſtinctè quòd totus theſaurus ſit domini, ſi quis quærat eo volente: ſed eo volente ignorante opes abditas: vt quia cõſentit quæſitio-
11 ni neſciens quòd theſaurus quæratur. ¶ Quartũ. † Si autem inuenerit in loco ſacro vel religioſo. d. §. theſauros. dicitur idem eſſe quod ſi inueniſſet in loco ſuo: vnde totus erit inuentoris indiſtinctè, ſiue à caſu, ſiue ex intentione inuenerit. & hoc tenuit Io. xiiij. q. v. ſi quid inueniſti. in glo. & ſequitur Sum. Roſ. ſed hoc reprobat Sum. Ange. & vult eſſe idem ac ſi inuentus fuiſſet in loco alieno & à caſu, erit medius inuentoris: dedita verò opera ſine voluntate, aut cum voluntate dñi ignorantis, totus erit prælati: vt expreſsè tenent doct. in d. §. theſauros. quia hodie eccleſiæ & loca ſacra ſunt prælatorum, & iſta eſt veritas: & ſi qua eſt inter leges diſſonantia, vide docto. in d. §.
12 theſauros. & d. l. vnica. ¶ Quintum. † Si autem inuenerit in loco publico fiſci vel ciuitatis: dimidius erit inuentoris, & dimidius fiſci, vel ciuitatis. d. §. theſauros. quod gl. in d. l. vnica. intelligere videtur iuxta prædictã diſtinctionem: vt ſcilicet ſi à caſu inuenitur, diuidatur: ſi ex intentione, totus ſit domini loci, ſi non acceſſit voluntas domini ſcientis. Et hoc eſt verum: quia d. l. vnica. loquitur de loco alieno indiſtinctè. Hic tamen aduerte quòd in ſuo loco inuenire non dicitur vſufructuarius nec ille, qui habet bona hypothecata: nec maritus, ſi inuenit in fundo dotali: vnde tenebit quidem theſaurum in vita vxoris, ſed ſoluto matrimonio reſtituere tenetur. Vide Bartol. in l. ſi is. §. fin. ff. de acquirendo rerum domi. Emphyteuta verò, qui habet vtile dominium, diuidet cum domino habente directum. Vide Bartolum in l. in cauſæ. circa finem. ff. de procura. Et ſi dominus directus inuenerit, vtilis poterit dimidium petere, ſecundum Angel. de Aret. dicto §. theſauros. ¶ Sex-
13 tum. † Secundum Petr. de Palu. hodie vbicunque inueniatur theſaurus, de conſuetudine eſt principis. Sed ego dico iſtam conſuetudinem in conſcientia non ligare: quia non eſt introducta per modum legis, ſed violentiæ: nec fuit vnquam moribus vtentium approbata, niſi violenter: eſt etiam contra iura canonica, quæ volunt bona incerta, ſi reſtituenda ſunt, eſſe pauperum: & ſi non ſunt reſtituenda, eſt contra iura ciuilia, & contra naturalem æquitatem: vt patet in dicto §. theſauros. vbi dicitur quòd diuus Arianus naturalem æquitatem ſecutus &c. contra quam equitatem conſuetudo non poteſt. ¶ Quartò quæritur, † vtrum emens domum pro centum, in qua pòſt reperit theſaurum valentem ducenta, teneatur domino? Et dicit Ludouic. de Roma. quòd tenetur, & quòd ſic conſuluit & obtinuit in curia, quod in hoc habet locum remedium cap. cum cauſa. de emp. ſcilicet quòd reſcindatur contractus, vel reſtituatur plus: ſed de iure verius eſt quòd non teneatur: quia theſauri nullus eſt dominus, vt ex diffinitione patet. & caſus eſt in l. j. C. de euic. & l. nunquam. §. theſaurus. ff. de acquirendo rerum domi. & ſic remanebimus in diſpoſitione iuris communis: vt ſcilicet totus ſit inuentoris, ſi inuenit in ſuo ſolo: vt dicta l. vnica. iſte autem emptor eſt dominus: vnde erit ſuus totus. Et hoc eſt indubitatum, ſi emptor nihil ſciuit de theſauro. & confirmatur per l. à tutore. iuncta gloſſa ff. de rei vendi. vbi pecunia inuenta per modum theſauri cedit emptori. Secus ſi non per modum theſauri: vt quia murata fuit in muro, ita ſcilicet quòd ibi non fuit ab antiquo. Nec obſtat quòd venditor theſaurum non vendidit: quia non ideo dicitur eſſe inuentoris, quia emit: ſed quia inuenit. Si verò ſciebat, & propterea emit, dubium eſt: ſed tamen Sanctus Tho. ij. ij. q. lxvj. art. v. videtur tenere quòd licitè ematur: quod Summa Ang. verum dicit ſecundum iuris rigorem: de æquitate tamen partem deberet venditor habere: quo ad conſcientiam verò videtur inueniſſe, ex quo ſciebat: & ſic ſi à caſu, medius erit ſuus: ſi à propoſito, totus cedet domino. d. l. vnica. Sed ego dico quòd quia ſecundum leges dominus poteſt ingreſſum ſui fundi prohibere ad quærendum ea, quæ domino carent, puta aues, & theſaurum: ſi inuenit dedita opera domino prohibente, totus erit domini, vt planum eſt: quia violenter contra iura intrauit. Si verò domino conſentiente ex ignorantia, ſimiliter totus erit domini: quia dolus fuit in cauſa. Si autem domino conſentiẽte ſcienter, totus erit quærentis: quia etiam de burſa dominus potuit tradidiſſe theſaurum. Si verò à caſu, & tacuit: totus eſt quærẽtis naturali æquitate, vt dictum eſt: & etiã hoc loco ius ciuile, quod domino ad pacem dat partem non dabit eam: quia ceſſat ratio conſeruandæ pacis: ex quo dominus fundi nihil ſcit de inuentione theſauri ante fundi venditionem. ¶ Quintò quæritur,
† quid de inſula inuẽta in mari aut terra per alluuionem ad- 15
dita alterius terræ? Et diſtinguo, vt Inſtit. de re. diui. §. inſula. Nam inſula nata in mari eſt occupantis: in medio verò fluminis eſt communis habentibus prædia iuxta flumen hinc-inde. ſi verò non eſt in medio, eſt eius, cui eſt proximior. Si tamen fluuius diuidatur, & cingat agrum, eius remanet ager, cuius erat. Si autem fluuius mutat alueum: primus alueus efficitur eorum, qui prædia iuxta illum habent: ſecundus verò eſt publicus. Et ſi reuertitur ad primum, ſecundus erit habentium prædia circa illum. Ager autem inundatus aqua, ea recedente remanet eius cuius erat. hæc ibi. Si tamen aliud haberet conſuetudo, ſtandum erit illi.

INVENTARIVM eſt libellus in quo bona hæreditaria, vel etiam alia, apud aliquem inuenta ſcribuntur. quod quidem hæredi facere eſt vtile: quia ſi non fecerit, tenebitur de omnibus legatis & debitis: ſi autem fecerit, grauari non poterit vltra vires hæreditatis, modò cœperit facere intra tres dies à morte teſtatoris, vel poſtquã ſcit ſe inſtitutũ hęredem, & ſcribat omnes res defuncti ſub teſtibus: & perficiat intra quadraginta dies, vel intra annum, ſi res ſunt remotæ.

INVESTITVRA ꝓpriè eſt poſſeſſionis rei traditio: impropriè verò alicuius corporei loco poſſeſſionis in manibus poſitio: vt qñ dñs dat haſtã vaſallo, vel quid ſimile, dicens ſe facere inueſtiturã: vt in lib. feud. in tit. quid ſit inueſtitura. Et quidem eſt fienda inueſtitura corã teſtibus: ſed nõ quia non valeat ſine teſtibus & inſtrumento, ſed vt veritas probari poſſit. Et ſi fiat de beneficio nouo, tunc ſi habet inueſtiens

pares, id eſt, vaſallos alios, corā tribus, vel ſaltem duobus ex
eis, ten etur facere: ſi verò non habet, faciat coram alijs ido-
neis teſtibus. Si verò de veteri inueſtiat beneficio, fieri poteſt
coram quibuſcunque idoneis teſtibus: vt in titul. qui teſtes
ſunt neceſſarij. Et etiam idem eſt ſi eſt clericus, qui de pro-
prijs bonis inueſtit. de rebus verò eccleſiæ admittuntur o-
mnes idonei teſtes ſecundum Hoſtien.

## De Inuidia.

1 *Inuidia quid.*
2 *Triſtitia de bono alterius eſt quadruplex.*

1 INVIDIA † quantum ex S. Tho. ij. ij. q. xxxvj. colligitur, eſt
triſtitia de bono alieno inquantū maculam propriæ glo-
rię videt inferre. † Pro quo ſciendū, vt ibi patet, quòd qua-
2 drupliciter homo triſtatur de bono alieno. ¶ Primò, quia in-
de timetur malū ſibi vel alijs bonis: & hoc non eſt inuidia, ſed
effectus timoris, ſecundum Philoſophum ſecūdo Rhetor. &
poteſt eſſe ſine peccato, ſcilicet qñ timet iniuſtū malū. ſicut
Exo. xv. lætatus eſt Iſraël de ſubuerſione Aegyptiorū iniuſtè
perſequentiū. ¶ Secundò, ex hoc quòd illud bonū nobis deeſt.
quod propriè dicitur zelus, ſecūdū Philoſophū ibi, qui eſt lau
dabilis, ſi ſit circa honeſta ſeu virtutes, ſecūdū illud j. Cor. iiij.
Aemulamini chariſmata meliora. Si verò ſit circa tempora-
lia, poteſt eſſe cum peccato vel ſine, eo modo ſcilicet quo &
appetitus temporalium. ¶ Tertiò, inquantum ille cui accidit
bonum, eſt eo indignus, quod circa honeſta, ex quibus quis iu
ſtus efficitur, accidere nō poteſt, ſecundū Philoſophū ibi: ſed
circa diuitias & huiuſmodi, quæ dignis & indignis poſſunt ac
cidere: quæ triſtitia, ſecundum eundem, vocatur nemeſis, &
pertinet ad bonos mores: quia ſcilicet conſiderauit diuitias &
huiuſmodi, ſecundum ſe, prout poſſunt magna videri nō aſpi
cientibus ad æterna. Sed ſecundū ſacram ſcripturam iſta tri-
ſtitia reprehenditur: quia huiuſmodi bona indignis ex iuſta
Dei diſpoſitione proueniunt ad correctionem vel damnatio-
nem, ſecundum illud Pſal. Noli ęmulari, &c. ¶ Quartò, triſta
tur quis de bono alterius, inquantum illud eſt diminutiuum
propriæ gloriæ vel excellentiæ. & hoc propriè eſt inuidere.
Vnde inuidia ſemper eſt peccatum, ſecundum Sanctum Tho
mam & Philoſophum vbi ſuprà: quia dolet de eo ſuper quo
gaudendum eſt, ſcilicet de bono: & de genere ſuo eſt pecca-
tum mortale; ſecundum Sanctum Thomam: quia directè
contrariatur charitati, quæ de bono proximi gaudet: primi
tamen motus eius ratione imperfectionis vel indeliberatio-
nis actus non ſunt peccata mortalia: nec etiam ſi bonum, de
quo dolet, ſit quid minimum: vt patet ma. q. x. art. ij. filiæ au-
tem cuius ſecundum Greg. in Mor. ſunt quinque, ſcilicet odi-
um, ſuſurratio, detractio. de quibus vide in titulis ſuis: & ſimi-
liter exultatio in aduerſis, & triſtitia in proſperis: quæ de ge-
nere ſuo ſunt peccata mortalia, quando propter inuidiam
hoc eſt: niſi excuſet indeliberatio actus vel modicitas rei.

## De Ira.

1 *Ira quid & quotuplex ſit.*
2 *Ira an ſit illicita, & an ſit peccatum. & numer. 3.*
4 *Ira omnis an ſit mortale peccatum.*
5 *Ira quas habeat filias.*

1 IRA ſecundum † Ang. eſt appetitus vindictæ. ſcd̃m Ariſto.
verò eſt accenſio ſanguinis circa cor. ſed ſecundum S. Th.
ma. q. xij. & ij. ij. q. clviij. ira vtrunque prædictorum comple
ctitur: ſed primum formaliter, ſecundum verò materialiter:
vnde completa diffinitio eſt, vt ira ſit accenſio ſanguinis cir-
ca cor propter appetitum vindictæ. & idem dicit Do. Alberi.
iiij. diſtinctio. xxxv. Ex quo ſequitur quòd ira, vt dicit Sanctus
Thomas in tertio, diſtinctio. xv. ſumitur tripliciter. primò vt
ſonat habitum vitioſum. ſecundò vt eſt actus voluntatis appe-
tentis vindictā. tertiò vt eſt paſsio, id eſt, actus vel motus ſen-
ſitiuus conformis prædicto actui voluntatis, qui eſt cū tranſ-
mutatione corporali, id eſt, ſanguinis accenſiõe. vt autem eſt
paſsio, tres ſunt eius ſpecies ſecundum Philoſophum iiij. E-
thicorum. & S. Tho. ij. ij. vbi ſuprà. ſcilicet acuta, quę eſt eorū,
qui facilè iraſcuntur, & citò quieſcunt: amara quo ad eos qui
diu tenent memoriā iniuriæ: & grauis quo ad eos qui nolunt
iram deponere, niſi ſubſecuta vindicta. ¶ Primò verò quæri-
tur, † vtrum ira ſit illicita? Et dicit S. Tho. ij. ij. vbi ſuprà quòd 2
in paſsionibus appetitus ſenſitiui dupliciter eſt malum. primò
ſcilicet quia paſsio eſt malum ſiue repugnans rationi, cuiuſ-
modi eſt inuidia, quæ dolet de bono: & ſecundo ſecundum ſu
perabundantiam vel defectum. Et primo modo ira non eſt
mala: quia eſt appetitus vindictæ, quam quis poteſt bene ap-
petere: puta ad correctionem vitiorum & conſeruationem iu
ſtitiæ ſecundum ordinem rationis. quo caſu ſit à Deo, cuius
miniſter poteſtas puniens dicitur, Ro. xiij. & ſimiliter male:
puta ad malum eius qui eſt puniendus. Sed ſecundo modo in
ira poteſt inueniri malum, quando ſcilicet aliquis iraſcitur
plus vel minus præter rationem rectam. Vnde ad rationem,
ſi ſe habeat antecedenter, trahit eam à ſua rectitudine, & ha-
bet rationem mali: ſi verò ſe habet conſequenter, prout ſcili
cet appetitus ſenſitiuus mouetur contra vitia ſecundum ordi
nem rationis eſt ira bona, quæ dicitur per zelum, quæ ratio-
nis oculum turbat, quia in executione actus iudicium ratio-
nis aliqualiter impedit, eius tamen rectitudinem non tollit.
Non eſt autem contra rationem virtutis, vt intermittatur
deliberatio rationis, in executione eius eſt quod ratione deli-
beratum: quia etiam ars impediretur in ſuo actu, ſi dum de-
bet agere, deliberaret de agendis. hæc ex illo virtualiter.
¶ Secundò quæritur, † vtrum ira ſit peccatum? Et dicit San- 3
ctus Thomas vbi ſuprà, art. ij. quòd ira cùm ſit paſsio ſenſiti-
ui appetitus eſt mala, ſi ordinem rationis excludat. Qui qui-
dem ordo in ira poteſt conſiderari dupliciter. Primò quan-
tum ad appetibile, in quod tendit, quod eſt vindicta, quam ſi
quis ſecundum rationis ordinem appetat, eſt ira laudabilis, &
vocatur ira per zelum. Si verò contra rationis ordinem appe
tat qualitercunque, puta quòd puniatur qui non meruit, vel
vltra quàm meruit, vel non ſecundum legitimum ordinem,
intellige per habentem authoritatem, vel non propter debi-
tum finem, qui eſt conſecratio & correctio culpæ eſt appeti-
tus vitioſus, & vocatur ira per vitium. Secundò quantum ad
modum iraſcendi: vt ſcilicet modus iræ non immoderatè
feruefcat, nec interius, nec exterius. quod quidem ſi permit-
tatur, non erit ira abſque peccato, etiam ſi quis appetat iu-
ſtam vindictam. hæc ex illo virtualiter. ¶ Tertiò quæritur,
† vtrum omnis ira ſit peccatum mortale? Et dicitur idem vbi 4
ſ. art. iiij. quòd quando eſt inordinata ex parte appetibilis, iu-
xta dicta §. priore, de genere ſuo eſt peccatum mortale: quia
contrariatur iuſtitiæ & charitati, licet poſsit eſſe veniale pro-
pter imperfectionem actus, quia ſcilicet præuenit delibera-
tionem: vel eſt de aliquo modico, quod quaſi nihil eſt repu-
tandum: ita quòd etiam ſi actu inferatur, non erit peccatum
mortale: puta parum trahere puerum per capillos, vel hu-
iuſmodi. Quando verò eſt inordinata quantum ad modum
iraſcendi, non habet ex ſuo genere rationem peccati morta-
lis, licet poſsit eſſe mortale: puta ſi ex vehementia iræ exci-
dat quis à dilectione Dei & proximi. hæc ex illo. Ex quibus
omnibus patet quòd ſuppoſita deliberatione actus & nota-
bilitate vindictæ quinq; modis ira eſt mortale: ſcilicet ſi quis
primò appetat puniri eum, qui non meruit: vel ſecundò
plus quàm meruit: vel tertiò ab eo qui iure non poteſt: vel
quartò ſine debito: vel quintò ſi ex iræ feruore quis cadat
à charitate Dei vel proximi: quòd tamen non erit, niſi actu
aliquid fiat, dicatur, vel cogitetur contra Deum vel proxi-
mum, puta blaſphemando Deum, aut maledicendo proxi-
mum, vel non ſuccurrendo in neceſsitate. ¶ Quartò quæri-
5 tur, † quot ſunt filiæ irę? Et dico ſecundum Sanctum Thom.
vbi ſ. poſt Greg. quòd ſunt ſex, prima ſcilicet rixa, qua duo vel
pauci contradicūt in factis ſe percutiēdo. ſecūda tumor mē-
tis, qui eſt quādo homo cogitat diuerſas vias vindictæ, & ta-
libus cogitationibus replet animū ſuū. tertia, cōtumelia, qua
verba iniurioſa cōtra proximū dicuntur. quarta, blaſphemia,
qua ſimilia dicūtur cōtra Deum. quinta, clamor, id eſt, inordi
nata & cōfuſa loquutio. ſexta, indignatio, qua ſcilicet quis ali
quem indignū reputat quòd cōtra eum tale quid fecerit. Ad-
dunt quidam maledictionē, ſeditionem, bellum, & vindica-
tionem: ſed omnia hæc reducūtur ad prædicta. Et tumor qui
dem mētis eſt veniale vel mortale ſecundū quod & ira, à qua
procedit: clamor autem eſt veniale, niſi per accidens ratione
ſcandali: & ſimiliter indignatio. Vindicatio verò eſt propriè
effectus iræ, & eſt peccatum ſicut & illa. De rixa autem &
contumelia & blaſphemia & de alijs, vide in locis ſuis.

## De Ironia.

IRONIA ſecundum S. Tho. ij. ij. q. cxiij. & alios, eſt mēda-
cium verbo aut ſigno circa propriā perſonā, dū qs aut ne-
gat maiora, aut aſſerit minora de ſe, quàm veritas habeat:
& eſt pctm̄ mortale aut veniale ſecūdū circūſtātias & finem.

## De Irregularitate.

1 *Irregularitas quid.*
2 *Irregularitas differt à ſuſpenſione.*
3 *Irregularitas quibus modis contrahatur.*
4 *Irregularitas an contrahatur ſuſcipiendo ordines in excommu
nicatione maiori.*
5 *Irregularitas an contrahatur, eo quòd quis eodem die ſuſcipit
minores ordines & ſubdiaconatum.*
6 *Irregularitas an contrahatur per iterationem ſacramenti.*
7 *Irregularitas an contrahatur per infidelitatem, an per infa-
miam. num. 8.*
9 *Irregularitas an contrahatur per ſuſceptionem ordinum ab
epiſcopo excommunicato, vel qui renuntiauit epiſcopatui, vel
alieno epiſcopo, vel extra tēpora, vel per ſaltum. vſq; ad nu. 13.*
14 *Irregularis an fiat miniſtrans in ordine, quem non habet.*
15 *Irregularitas quibus alijs modis contrahatur. vſque ad finem.
& quomodo tollatur.*

1 IRREGVLARITAS, † quaſi priuatio regulæ, ab in, id
eſt, non, mutato ſcilicet n, in r. & regula: & irregularis pri-
uatus regula dicitur. Et eſt irregularitas ſecundum Spec.
nota ſeu impedimentum cononicum ex facto ſiue de facto
proueniens, quo quis ad eccleſiaſticos ordines promoueri, &
iam promotus in eis miniſtrare prohibetur. arg. de tēp. ord.
2 cap. sic. † Vnde differt à ſuſpenſione: quia eam includit, & ad-
dit: cùm ſuſpenſio importet inhabilitatem ad executionem
ſolū: irregularitas autem ad executionem & ordines: vt j. Su-
3 ſpenſio. in princ. † Contrahitur autē irregularitas in genere
tribus modis, ſcilicet ex delicto, ex defectu corporis, ex defe-
ctu ſacramenti: de quibus habes per doctores in ca. niſi cum.
pridem. de renunt. ſed ſpecificando contrahitur in ca
ſibus xxiij. quantum ad hoc ne poſsit aliquis promoueri, aut
iam promotus miniſtrare: de quibus caſibus patebit per ſe-
quentes quæſtiones: præſuppoſitis regulis quæ datæ ſunt ſu-
pra Homicidium. iij. §. j. ¶ Primò ergo quæritur, vtrum irre-
gularitas contrahatur per homicidiū & mutilationem? Et
dico quòd ſic, vt ſuprà Homicidium iij. per totum. ¶ Secun-
dò quæritur, † vtrum contrahatur irregularitas ſuſcipiendo 4
ordines in excommunicatione maiori? Et dico quòd ſic, vt in
cap. j. de eo qui fur. ord. ſu. & c. cùm illorum. de ſenten. excō.
Et licet inferior papa aliquando poſsit abſoluere talem ab
excommunicatione, in qua erat, non tamen poterit diſpenſa-
re ſecū in tali irregularitate, niſi de mādato papæ ſiue ſcien-
ter excōmunicatus exiſtens ordines ſuſceperit, ſiue ignoran-
ter ſcilicet facti memoriam non habens, aut ignorantia iuris
hoc non credens ſibi eſſe prohibitum: vt in d. c. cùm illorum.
Si tamen iſte efficiatur religioſus, poſt laudabilem cōuerſa-
tionē in religione per aliquod tempus poteſt epiſcopus diſ-
penſare cum apoſtolica authoritate, vt in ca. fi. de eo qui fur.
ord. ſu. diſpenſat etiā abbas cum monachis, ſecundū quod di-
ctum eſt ſ. Abbas. §. ij. & quod de excommunicato dictū eſt,
ſecundum Ray. locū habet in ſuſpenſo vel interdicto vel ſim-
pliciter vel à talibus ordinibus, ſi ipſos recipit ſic ſuſpenſus.
¶ Tertiò quæritur † an contrahatur, quando quis vna die or- 5
dines minores & ſubdiaconatū recipit? Et dico ꝙ ſic: cap. cum
H. de eo qui fur. vel ſi duos ſimul ſacros ordines ſuſcipit: cap.
fin. de eo qui fur. ord. ſiue hoc faciat vno die vero, ſiue fictitio:
ſicut cùm quis cōtinuat ieiuniū vſq; ad dominicam. de temp.
ord. c. literas. ſed cum iſto poteſt epiſcopus diſpēſare, vt in or-
dinibus non furtiuè ſuſceptis poſsit miniſtrare, dummodo ei
non fuerit prohibitum ſic ordinari ſub pœna excommunica-
tionis latæ ſententiæ: quia tunc nō poſſet, niſi ſicut dictū eſt
de eo qui excommunicatus ordines ſuſcipit: in ordine autem
ſic furtiuè ſuſcepto vel ad maiores nullus poteſt niſi papa diſ
penſare ſecundum Ioan. And. & videtur ſequi Panor. in cap. j.
de eo qui furt. ordin. & facit text. d. cap. in fin. iuncto c. ſeq. &
d. cap. literas. quod intellige, niſi intrauerit religionē: quia po
teſt epiſcopus tunc papę authoritate diſpenſare: vt d. cap. fi. &
etiam abbas cap. ij. de eo qui furt. ordin. ſuſ. ¶ Quartò quæri-
tur, † vtrum contrahatur per iterationē ſacramentorū im- 6
primentiū characterē? Et dico quòd ſic, ſi fiat ſciēter tam quo
ad miniſtrantem, quam quo ad ſuſcipientē. ar. lxviij. diſ. c. j. &
de cōſe. diſt. j. dictū. & ſic indiſtinctè tenet Arch. ſed limitat
Scot. in iiij. diſt. iiij. de baptiſmo tantū: qui de alijs imprimen
tibus characterē nō inuenitur expreſſum ſicut de baptiſmo:
vt in c. ij. de apoſt. ideo ſcienter baptizans ſecundū Hoſt. ſi eſt
clericus, deponēdus eſt: ar. c. qui bis. & c. eos. de conſe. diſt. iiij.
ſi verò laicus, eſt excōicandus nec poterit ordinari: vnde etiā
acoluthus, qui miniſteriū præbuit ſciēter presbytero baptizā
ti, ſi publicū ſit, nō debet ad ordines promoueri, niſi religio-
nem intrauerit: quo caſu pōt epiſcopus ſecū diſpēſare. Si verò
ſit occultū, promoueri poterit poſt pœnitētiā. d. c. ij. licet qui-
dā, & malè ſecundū Pan. ibi dicāt illud c. intelligi, ꝙ iſte aco-
luthus rebaptizauerit, vel fuerit rebaptizatus. Si verò rebapti
zat quis ignoranter ignorantia facti, adhibita prius debita di
ligētia, omnino excuſatur: nō autē ex ignorantia iuris, cùm
hoc non ſit contra ius diuinū. Si verò quis rebaptizatur ſciē-
ter, eſt irregularis: ſi verò ignoranter ignorantia iuris, ſimi-
liter eſt irregularis: & ſimiliter eſt irregularis, ſi fuit ignoran
tia facti, & poſtquam ſciuit, habuit ratum. diſtinct. 50. confir
mandum. & j. quæſt. vij. qui in qualibet. Si verò nō habuit ra-
tum, eſt irregularis, ſecumdum Goſ. indigēs diſpēſatione epi-
ſcopi. Sed verius dicit Hoſt. & ſequitur Sco. quòd non eſt irre
gularis, ſed excuſatur, ſicut & conferens ex ignorantia pro-
babili. arg. c. placuit. j. q. iiij. Nec ob. d. c. qui bis. & quod ibi no.
quia ſecundum Scot. illud c. cùm accipiatur ex pœnitentiali
Theodori epiſcopi Cātuariēſis, infligere nō poteſt irregula-
ritatē: niſi fortè dicatur quòd omnia ca. à Gratiano poſita in
Decreto ſunt confirmata per papā. quod nō eſt manifeſtum.
& adde ꝙ confirmatio ſimplex nihil addit. diſt. xij. præceptis.

de confir.vti.vel inuti.cum dilecta. cum c. ſeq.de priuil.quia
intentionis. Vnde etiam ſi forent cõfirmata,irregularitatem
non induceret.Siverò rebaptizat quis,aut rebaptizatur in du
bio,ſcilicet poſt debitam diligentiam, non inducitur irregu-
laritas:quia non dicitur iteratum,quod neſcitur factum eſſe.
de conſec.diſt.j.ſolẽnitates.& diſt.iiij.ſi nullam.& de presby.
non bapt.veniens.Similiter nõ eſt irregularis qui coactè co-
actione abſoluta fuit rebaptizatus:ſecus in conditionata : vt
not.Innocent.cap.eos.de conſec.diſtinct.iiij. ¶Quintò quæ-
7 ritur,†vtrum cõtrahatur per infidelitatem?Et dico quòd ſic,
ſi ſit apoſtata à fide,ſicut fecit Iulianus:vt in cap.Iulianus.xj.
q.iij.verum eſt tamen quòd ſi qui apoſtatauerint propter iu-
ſtum timorem,ſi erant ſacerdotes,ſolus papa diſpẽſabit:ſi ve-
rò diaconi vel inferioris gradus, aut laici, epiſcopus poterit
diſpenſare:ſi autem voluntariè ſine timore aliquo apoſtata-
runt,ſolus papa diſpenſat cum eis:vt in cap.presbyteros.diſt.
50.ſecundum Innocent.in capit.j.de apoſt.&Hoſtien.omnes
tales apoſtatæ hodie ſunt verè hæretici:& in ipſis habent lo-
cum omnia iura de hæreticis,& pœnæ cõtra eos ſtatutæ.De
irregularitate apoſtatarum à religione,vide ſuprà Apoſtaſia.
§.viij. Si autem fidelis fiat hæreticus, ſi clericus erat, poterit
poſt pœnitentiam & abiurationem in ordine ſuſcepto mini-
ſtrare:ſed in ſuſcipiendis tam clerici quam laici ſunt irregu-
lares:vt j.quæſ.vij.ſaluberrimum.& idem eſt de eo qui in cõ-
temptum ab hæreticis ſe fecit ordinari,cum quibus ſolus pa-
pa diſpenſat.j.quæſt.vij.conuenientibus . ¶Sextò quæritur,
8 †vtrum incurratur per infamiã iuris aut facti? Et dico quòd
ſic.de quo habes ſuprà infamia.§. iij . & exemplum infrà Su-
perſtitio.§.vltim.de ſortilegio manifeſto. ¶Septimò quæri-
9 tur,† vtrum incurratur per ordinari ab epiſcopo excommu-
nicato?Et dico quòd ſic:quia executionem cõferre poteſt qui
eam non habet.j.q.j.gratia.& cap.ſtatuimus.& q.vij.Daiber-
tum.ſi tamen hoc fecit ignoranter,ſic diſpenſare poterit epi-
ſcopus tam in ſuſceptis quàm in ſuſcipiendis:ſi verò ſcienter,
ſolus papa.de ord.ab epiſc.qui re.cap.ij.Et idem dico de ordi-
natis à ſchiſmaticis. de ſchiſ.fraternitati. ſecundum Bern.ibi-
dem. Vnde not.quòd licet heretici,excommunicati,ſimonia-
ci in ordine vel beneficio,ſchiſmatici,depoſiti,ſuſpenſi,inter-
dicti, & degradati verum Chriſti corpus conficiãt & veraci-
ter ordines conferant,ſi veram formam ſeruent eccleſiæ.diſ.
xix.ſecundũ.& j.q.j.dominus.&.c.quod quidam.de conſec.di-
ſtinct.iiij.oſtenditur.ordinati tamen à talibus nõ habent exe-
cutionem : & ſic tales ordinationes irritæ dicũtur. de ſchiſ.c.
j.Secundũ Goſ.tamẽ & Hoſ.ordinati à talibus coactione per
metum cadentẽ in conſtantẽ virũ, non indigent diſpẽſatione
& magis placet:vel epiſcopus poterit diſpenſare . Hodie ta-
men iſta habent moderationem magnam ex conſtitutione
concilij Conſtantienſis: vt ſuprà Excommunicatio.v.notabili
iiij.vnde nõ incurrit irregularitas iſta, niſi quo ad illos, quos
per dictam conſtitutionem vitare tenemur. ¶Octauò quæ-
10 ritur,†vtrum incurratur per ſuſceptionem ordinis ab eo qui
renuntiauit epiſcopatui?Et dico quòd non,ſi reſignauit loco
ſolùm,& non dignitati,& interuenerit licentia epiſcopi pro-
prij:quia ſic remãſit epiſcopus:ſed ſi dicta licentia non inter-
ceſsit,efficitur irregularis.de ordi.ab epiſ.qui re.c. j. Si verò
reſignauit nõ ſolùm loco,ſed etiam dignitati:tunc ordinatus
à tali cum licẽtia ſui epiſcopi in minoribus ordinibus , nõ eſt
irregularis,ſed ſine licẽtia ſui prelati,vel ſi maiores ordines à
tali ſuſceperit ſcienter,vel ex ignorantia craſſa, ſic irregula-
ris eſt,& ſolus papa diſpenſat:ſi verò ex ignorantia probabili,
ſic etiam irregularis eſt:ſed epiſcopus poterit diſpẽſare:vt in
11 dicto cap.j.¶Nonò quæritur,† vtrũ incurratur per receptio
nẽ ordinis ab alieno epiſcopo ſine licentia proprij prelati?Et
dicunt aliqui quòd ſic,ſi ordinator ſit ſuſpenſus per annum à
collatione omniũ ordinum:de temp.ord.eos. lib.vj. quod in
tellige ſi ordinatus erat clericus, & de anno continuo & in-
tegro.de elect.prouida.lib.vj.Sed ſecũdum gloſ.in d.c.eos. &
Goſ.licet ordinator ſit ſuſpenſus:tamen ſic ordinati nõ ſunt
ipſo iure irregulares:ſed ſunt ſuſpendendi per cap.quod trãſ
lationem de tempo.ordin.vbi tenet idem domin.Anton.& ſi
celebrent antequam ſuſpendantur,non efficiuntur irregula-
res.& hoc ſequitur Hoſtien.Gual.& Gul. & magis placet:li-
cet grauiter peccent celebrãdo antequam eorum prælati ha
beant ratam talem ordinationem:vt not.in d.cap. eos. Fallit
hoc quando prælati ſunt manifeſtè ſuſpenſi propter alieno-
rum ordinationem:quia quandiu ſic ſunt ſuſpenſi eorum ſub
diti ſine eorum licentia poſſunt ab alienis vicinis epiſcopis
ordinari : vt in dicto cap.eos.Sunt autem manifeſti per iuris
euidentiam:quia cõuicti ſunt in iudicio,vel confeſſi,aut quia
manifeſtè ordinauerunt alienum.Et non ſolùm in epiſcopis,
ſed in abbatibus & quibuſcunq; ordines conferentibus locum
habent prædicta.Quo ad vltramontanos autem ab epiſcopo
citramontano ordines ſuſcipientes ſine licentia epiſcopi, de
cuius diœceſi traxerunt originem:vel in cuius diœceſi bene-
ficiati ſunt:quæ conſtet per literas patentes cauſam rationa-
bilem continentes quare ipſos nolit vel non poſsit ordinare:
tene quòd ſunt ipſo iure ſuſpenſi tali ſuſpenſione,quòd ſi ce-
lebrant,efficiuntur irregulares:nec poterunt à tali ſuſpenſio
ne abſolui,niſi per papam:vt in cap.j.de tempor. ordinat.lib.
vj.Et hæc pœna locum habet in quibuſcunq; ordinibus rece
ptis ab epiſcopo Italico,à quocunq; vltramontano ſecũdum
communem opinio.in d.cap.j.non autem ab Italico ordina-
to ab vltramontano epiſcopo:vt ibi tenet gloſſ.ſimiliter non
habet locum in exiſtentibus intra montes,ſi ab Italico epi-
ſcopo ordinentur,vt ibi not.Et ſi quæratur, quis poſsit dare
iſtam licentiam accipiendo ordines ab alieno epiſcopo: dico
quòd epiſcopus , de cuius diœceſi eſt oriundus,vel in cuius
diœceſi habet beneficium eccleſiaſticum aut domicilium,li-
cet inde non ſit oriundus,& epiſcopo agente in remotis,eam
dare poteſt vicarius eius generalis in ſpiritualibus,& ſede va
cante,capitulum:non autẽ alij officiales epiſcoporum,nec
archidiaconi.de offic.archidiac.ſignificaſti.nec quicunq; alij
inferiores prelati,religioſi vel alij, niſi ſint priuilegiati per
papam:vel ſecundum Ioan.And. niſi habeant hoc ex præſcri
pta conſuetudine:religioſi tamen in prioratibus non exem-
ptis per ſuos prælatos deputati priores & eorum ſocij poſ-
ſunt,dum ibi morantur,ordinari à locorum ordinarijs : licet
non ſint ibidem oriundi.de temp.ordin.nullus.lib.vj.Epiſco-
pus autem cui mittuntur cum licẽtia,poſſet cum huiuſmodi
diſpenſare,& eos abſoluere ſicut proprius prælatus : quia o-
mnia videntur conceſſa,ſine quibus ordinatio non poteſt ex-
pediri.de offic.deleg.præterea. ¶Decimò quæritur,† vtrum
incurratur per receptionem ordinũ extra tẽpora ſtatuta : Et
dico quòd ſic.diſt.lxxv.c.vlt.de temp.ord.c.ij.&.c.cũ quidam.
&.c.cõſultationi.credit tamen Inn.& Hoſ.quòd tales ordina
ti non ſunt ipſo iure ſuſpẽſi ab ordine ſuſcepto,ſed ſuſpẽden-
di:arg.c.literas.in fin.de temp.ordin.& ſic exponunt d.c.cum
quidam.ibi:debes expertes reddere,ſcilicet per ſententiã:ſed
dicit domin.Anto.in d.c.literas.quòd ſunt ipſo iure ſuſpenſi,
& ordinãtes ſuſpendendi.& hoc eſt verius,vt patet in c.[illegible]
temp.ordin.Conceditur tamen epiſcopis diſpenſatio in ſuſpen
ſis vt miniſtrent:dicto capit.conſultationi.in ſuſpendendis au
tem non , ſecundum Roden.cùm ibi dicatur ſolùm de ſuſce
ptis . Non poterit tamen diſpenſare epiſcopus qui ordinauit
ſecundum domin.Anton.in d.cap.conſultationi.ſed eius ſuc
ceſſor. Hodie autem recipiens ordines ſacros extra tem-



pora vel ante ætatem aut ſine literis dimiſſorijs , ſunt ipſo iure
ſuſpenſi:& ſi celebrant , fiunt irregulares à ſolo papa abſol-
uendi,& poſſunt ipſo iure beneficijs priuari per extrauagan.
Pij ſecundi,quæ incipit,cùm ex ſacramento . & renouatam
per regulas cancellariæ Inno.viij.& Alex.vj.quibus ſtandum
eſt,vt habetur in c.j.& ij.diſt.xl.& no.in c.ij.de reſcri.&.c.pa-
ſtoralis.de fide inſtrum.¶Vndecimò quęritur,†vtrum incur
ratur eam is,qui per ſaltum promotus miniſtrat in ordine ſupe
riori?Et dicit Arch.in c.ſolicitudo.diſt.lij. quòd iſte non ſit ſu
ſpenſus,niſi ſicut ille qui eſt in mortali,ſed ſuſpendendus:vn-
de ſi celebrat in ordine ſuperiori antequam ſuppleatur omiſ
ſum,peccat mortaliter,ſed non efficitur irregularis . & hoc
ſequitur Summa Angelica & Roſella & quidam alij allegan
tes c.ſolicitudo.diſtinc.lij.quod hoc non probat:cùm ibi non
dicatur quòd ille miniſtrauerit in tali ordine. vnde Hoſtien-
ſis dicit quòd eſt irregularis:& hoc probo , quia talis eſt ſu-
ſpenſus per dictum c.ſolicitudo. miniſtrando autem in ordi-
ne,à quo eſt quis ſuſpenſus,efficitur irregularis,per cap. cùm
medicinalis.de ſent.excom.lib.vj.Vnde dico quòd talis ſuſci-
pit characterem ſuperioris ordinis communiter ſecundum
Theologos.ſed de hoc infrà Ordo. ij.§.vij . & ſi miniſtrat in
ordine prætermiſſo ſcienter,dico quòd eſt irregularis, iuxta
dicta ſuprà Diſpenſatio.§.x.& infrà.§.ſeq.Si verò miniſtret in
ordine ſuperiori,id eſt,per ſaltum adepto:dico quòd eſt irre
gularis de rigore iuris, & debet deponi,etiam ſi non ex ma-
litia,ſed ex ignorantia vel negligentia aliquem ordinem prę-
termiſit:ſed tamen ex diſpenſatione epiſcopi ad ordinem
prætermiſſum poterit promoueri,ſuſpenſus interim ab exe-
cutione ſuperioris:diſt.xlviij.ſicut olim.diſt.lij.ſolicitudo.ex-
tra de cler.pro.per ſal.c.vnico.& ſimiliter poterit cum eo di
ſpenſari ſi miniſtrauerit interim in illo ordine,credens ſe gra
datim promotum.dicto c.vnico.ſi autem in ordine ſic ſuſce-
pto,ſcienter ſine diſpenſatione miniſtrauerit, diſpenſari non
poteſt quòd vlterius aſcendat niſi per papam : ſed in ordine
ſuſcepto adhuc poteſt diſpenſari per epiſcopum , ſicut cum
non ordinato adminiſtrare.ſ. Diſpenſatio.§.x . In hac autem
ſententia concor.Hoſt.Veruec.& Rayn.& Supp.¶Duodeci-
mò quæritur,†vtrum contrahatur ab eo qui adminiſtrat in
ordine quem non habet?Et dico quòd ſic:vt in c.j.& ij.de cle.
non or.mi.quod intelligo etiam in eo qui eſt per ſaltum pro-
motus:quia ex ſua culpa non debet commoditatem repor-
tare.quod tamen S.Tho.videtur limitandum, ſi ille ordo ſit
ſacer:quia dicit in iiij.di.xxiiij.quòd officia quatuor ordinum
minorum exerceri licitè poſſent à non ordinatis.Secundò li-
mitandum eſt quando talia non ioco,ſed ſeriò fiunt:quia li-
cet peccaret,non tamen eſſet irregularis,ſecundum Hoſt.xv.
q.j.illa.quia voluntas & propoſitum maleficia diſtinguunt,de
ſent.excom.c.voluntate.Tertiò limitatur quòd non ſit merè
laicus:quia talis ſecundum Dir.non incurreret irregularita-
tem.& placet Summæ Angelicæ,licet Cal.in c.ij.de cler.ex-
com.mi.teneat contrarium.& hoc eſt verius,vt patebit.Quar
tò quòd non faciat ignorãter quo ad non promotũ p ſaltum:
quia ſi probabiliter credit ſe ordinatum, non eſt irregularis.
Quintò,limita quando talem ordinem non habet quantum
ad ſubſtantiam : ſecus ſi in ordinatione dimiſſum eſt aliquid
quod certum eſt non eſſe de ſubſtantia: quia ſi miniſtret an-
tequam ſuppleatur omiſſum,non erit irregularis:quia nullo
iure hoc exprimitur,licet peccet mortaliter.Sextò ſecundum
omnes limita ſi miniſtret ſolenniter,id eſt,exercendo aliquid
deputatum certo ordini tanquam in officio illo conſtitutus,
puta legendo Euangelium vt diaconus,vel epiſtolam vt ſub-
diaconus,& huiuſmodi . ſecus ſi legeret non tanquam in tali
officio,ſicut ſi monialis legat Euangelium in matutinis.xx-
vij.q.j.diaconiſſam.in glo. & clericus deficiente ſubdiacono
in ſolennitatibus indutus ſine manipulo cantat epiſtolam:vt
not.in c.vt quiſq; presbyter.de vi.& ho.cle.quia non eſt irre-
gularis,ſecundum Hoſt.& Inno.ibidem.quod verum eſt quo
ad clericum,ſi cantet ſolùm indutus dalmatica,modò careat
manipulo,& non offerat calicem.Et idem reddit quod dicit
Pan.in c.vt quiſq;.eo.tit.quòd non effugit irregularitatem,
ſi cum veſtibus ſanctis cantat epiſtolam: quia intelligitur cũ
veſtibus omnibus,etiam manipulo.Conclude ergo quòd ce-
lebrare in aliquo ordine eſt exercere actum ſecundarium vel
principalem illius eo tempore & loco & modo quo ſolet ex
erceri,ſicut actu principaliter legere epiſtolam vbi & quando
celebratur miſſa quo ad ſubdiaconum,vel Euangelium quo
ad diaconum,vel conſecrationem quo ad ſacerdotem:mini-
ſtrare verò ſolenniter eſt miniſtrare cum proprijs ornamen-
tis illius ordinis,ſicut cum manipulo quo ad ſubdiaconum,&
cum ſtola quo ad diaconum: & planeta quo ad ſacerdotem.
Igitur non habens aliquem ordinem efficitur irregularis , ſi
loco,tempore,& modo conſuetis exercet principalem actum
eius,vel etiam ſecundarium cũ proprijs ornamentis.imò & ſi
exerceat actum principalem etiam ſine ornamentis. ſi verò
exercitiũ ſit ſine vtroq; ſcilicet ornamentis & principali actu,
non efficitur irregularis:vt ſi epiſtolã cantet ſine manipulo,
& ſine calicis porrectione. addit Arch. ſi ſit cõſuetudo quòd
illo modo cantetur à cõſtituto in minoribus:ſecus autem,in-
quit,vbi cum manipulo,vel porrigendo calicem,vel vbi non
eſt mos quòd cãtent niſi ſubdiaconi . Nõ diſpenſat aũt cum
iſto niſi papa ſcd̃m Hoſt.& Goſ.vt ad maiores ordines aſcen
dat:ſed in ſuſceptis poterit epiſcopus diſpenſare . ¶Decimo-
tertiò quæritur,†vtrũ incurratur qñ quis ſuſpenſus , excom- 15
municatus,vel interdictus ingerit ſe diuinis celebrando vel
faciendo aliquid attributũ certo ordini eccleſiaſtico etiã mi-
nori,puta acoluthatus,exorciſtæ,& huiuſmodi?Et dico mul-
ta.¶Primũ. Talis eſt irregularis ſcd̃m communem opinio-
nem,vt not.Hoſt.& Io.And.& Pan.c.ij.de cle.excõ.mi. quod
limita ſi hoc facit tanquam clericus,vt patet per no.à doc.&
Pan.in c.ſi.de exceſ.præla.ſiue ſolenniter ſecundum Veruec.
& diſpenſat ſolus papa:vt in c.j.de re iudi.lib.vj.Secus ſi atten
tet aliquid exercibile etiam per laicos,vt quia cantat Requi-
em æternam,aut verbũ pſalmi,& huiuſmodi:quia licet graui
ter peccet non vitando communionem ſibi interdictam,
tamen non efficitur irregularis:vt in c.tanta. de exceſ.præla.
niſi quis audiret diuina authorizando : vt ſi epiſcopus faciat
coram ſe celebrari:quia tunc efficitur irregularis. ſecus non
authorizando:vt vult gloſſa in clem.ij.de priuil.& Pan.in c.
illud.de cleric.excom.mi.Dato etiam quòd illud ſit deputa-
tum certo ordini,tamen de conſuetudine exercetur per aliũ
quemcunque indiſtinctè,etiam à non ordinatis,talis exercens
non eſſet irregularis,ſecundum Innoc . quod intellige ſi ex-
erceat illud ſine ſolennitate: vt ſi cantet epiſtolam ſine ma-
nipulo:quia non eſſet irregularis talis ſubdiaconus , imò e-
tiam ſi ſit ſacerdos vel diaconus,ſecundum Veruec.quia pœ-
næ non ſunt extendendæ.ſimiliter nec ſecundum Per.de Pal.
ſacerdos baptizans in neceſsitate ſicut vetula ſine ſolennita-
te.ſecus cum ſolennitate:vnde ſecundum eundem Pet.irregu
laris eſt ſacerdos,ſi excommunicatus ſolenniter baptizet,li-
cet baptiſma conferatur ab omnibus:& ſi in foro conſcientię
abſoluit palam vel occultè.Fallit tamen hoc ſecundum Ver-
uec.& Aſten.cõtra Hoſt.ſi excõmunicatur exerceat actũ mi-
norum ordinum etiam ſolenniter,quia nõ eſt irregularis:cũ
hoc etiã per nõ ordinatũ fieri poſsit.Sed Hoſt.tenet quòd ta
lis omnino irregularitatem incurrat,per c.cũ medicinalis.de
ſent.excomm.libr.vj.& ſic diſpenſari non poteſt niſi per pa-

pam.& idem Pan.in c.ij.de cle.excom.dicens quòd hæc opinio eſt communis & vera: quia iura loquuntur indiſtinctè.& idem Dire.libr.iij.quo ad incurrendam irregularitatem:ſed quo ad diſpenſationem videtur tenere quòd epiſcopus poſsit diſpenſare,ſcd̃m Ray.& Hoſt.& Archi.& Pan.in c.clerici.de cler.excom.concordat.Sed tu tene quòd pertinet ad papam. ¶Secundum.Si epiſcopus tulit ſententiam excommunicationis cõtra celebrantem in aliqua capella:celebrans ibi prima vice nõ eſt irregularis,ſcd̃m Arch.niſi eſſet interdicta,ſed eſt excommunicatus:ſecunda autem vice celebrans efficitur irregularis. Tertiũ.Recipiens ordines etiã minores in excõmunicatione maiori efficitur irregularis, per ſolum papam diſpenſabilis.de ſen.excom.cùm illorum.vbi ſecũdũ Gul.Dur. non diſtinguitur inter maiores & minores, ſi erat in excõicatione minori:quia non inuenitur iure expreſſum,ſecundũ glo.Ray.¶Quartum.Si ſacerdos excommunicatus ſolenniter officiaret eccleſiam in matutinis,veſperis vel alijs horis, ſecundum Arch.incurrit irregularitatem:ſecus pſalmodizando cum alijs,quod etiam faciunt laici.Et ſimiliter,ſecundum aliquos,vt refert Rich.in iiij.di.xviij.ſi extra eccleſiam dicat horas ſuas officiando populum:vt in exercitu vel naui.ſecus ſi dicat horas ſuas cum vno vel pluribus non officiando eccleſiam vel populum.Et ſimiliter ſecundum Gemi.& omnes penè doctores:ſi adeſt diuinis authorizando.Vnde ſecũdum Pan.in c.ſi.de exceſ.præla.cauendum prælato tempore excommunicationis,vel ſuſpenſionis, vel interdicti , ne faciat corã ſe celebrari diuina,aut ne interſit celebrationi:quia tũc videtur authorizare:& ſimiliter ſecundum Gemi . in c.cùm medicinalis.de ſen.excom.lib.vj.ſi facit actum principalem chori:vt quia dicit capitulũ & orationem , vel facit officium cantoris in choro.Secus autem ſecundum Gemi.ſi nec authorizat nec exercet aliquod officium chori:licet diuinis interſit,aut legat,& cantet cũ alijs.Aduerte tamen quòd de hebdomadario ſolenniter officiante in horis ſecundũ Aſten.nõ eſt dubium quòd incidat,ſi etiam talis ſacerdos non ſolenniter officiaret,ſed à caſu ſuppleret pro hebdomadario,etiam incidit:quia de conſuetudine illud officium exercetur per ſacerdotem ſolum:maximè cùm habeat dicere, Dominus vobiſcum. quod eſt certo ordini deputatum.De cantore autem & alijs officialibus chori,credo quòd non incidant:quia & ſi de iure ſint deputata certo ordini,de conſuetudine tamen quaſi generali exercentur indiſtinctè à quocunq; etiã nõ ordinato, etiam à nouitijs,etiam laicis . De benedicente aquã,s̃.Aqua. §.vlt.¶Quintũ.Si clericus ignorat ſe excõmunicatũ,ſuſpenſum,vel interdictum,ſecundum Rod.Non efficitur irregularis celebrando antequam ſciat,ſi ignorantia fuit facti probabilis,puta quia miſit procuratorem qui non comparuit,& ſic fuit excommunicatus:ſecus ſi craſſa,vt ſi citatus noluit cõparere.Et ſic intellige c.apoſtolicæ.de cle.excõ.mi. Item ſecus ſcd̃m eũdem Rod.ſi probabiliter dubitabat de excõicatione: puta quia conſcius de culpa : quia ſi fuit excõicatus , & celebrauit,irregularis eſt.Et vbi ignorantia nõ eſt probabilis,diſpenſat abbas,ſi talis eſt irregularis,ſcd̃m Pet.de Pal.Si verò ſecularis,ſolus papa.de ſen.exc.cùm illorum.¶Sextum.Secũdum Pan.in d.c.illud.habens notitiã excommunicatiõis per ſolam famam,ſi non abſtinet,irregularis eſt,ſi modò verum cõperit poſtea.Sed tamen aduerte ſcd̃m gl.in d.c.illud.quòd dicta paucorum famam non faciunt.de accuſa.inquiſitionis. nec tenetur credere,licet dicatur ei ab aliquibus.ix.q.iij.non ſolum ille.q᷑ verũ eſt,niſi ex cõſcientia culpæ vel dictis plurium inſurgeret notabile dubiũ : quia ſic abſtinendo irregularitatẽ nõ effugeret.¶Septimũ. Scd̃m Pan.in c.ſi celebrat. de cle.excom.mi.excommunicatus minori celebrando non ſit irregularis.Ratio, quia talis excommunicatio non inducit ſuſpenſionem ordinum vel officij,ſed tantùm priuat participatiõe ſacramentorũ:vt in d.c.ſi celebrat.¶Octauũ.Si iudex dicat,ſuſpendo te ab officio vel beneficio,ſcd̃m gl.in c.quanto.de magi.talis ſententia nõ valet ratione incertitudinis.l.iij.C.de ſenten.quæ ſi.cer.ſcd̃m do.Ant.aut cõſtat de intentione:& ſic ſerua.aut nõ conſtat:& ſic tutius eſt abſtinere ab vtroq;:tñ ſi nõ abſtinet,non efficit irregularis.Et hoc placet Pan.ibidem dicens ꝙ licet ſententia iniuſta liget,hoc tñ debet intelligi quando apparet de illa : hic autem non apparet an ab officio vel beneficio ſuſpendere voluerit.Vtrum autem omnis ſuſpenſus celebrans ſit irregularis,vide j̃.Suſpenſio.§.v.Quomodo etiam excommunicatus efficiatur irregularis ingerendo ſe diuinis ſine exercitio alicuius deputati certo ordini,j̃.§.xxvij.¶Decimoquartò quæritur , vtrum incurratur ratione criminis?Et dico quòd ſic.xxv.diſ.primum. xxxiij.diſtin.quoniam.j.q.vij.ſi quis omnem.ſed diſtingue vt not.in c.ex tenore.de temp.or.& s̃.dictum eſt , Crimen.§.ij. & iij.& hic perſtringendo dicit.¶Enorme enim impedit promouendum,& deijcit promotum:etiã ſi ſit occultum.¶Mediocre verò ſi ſit occultum,neutrum illorum facit, nec indiget diſpenſatione,ſed ſufficit pœnitentia ſacramentalis.de temp.or.ex tenore.& c.quæſitũ: ſi etiã ſit manifeſtũ per confeſsionem extraiudicialem,non inducit irregularitatem,quauis talis,ſi ſit clericus,ſit ſuſpendendus ab officio & beneficio.de exceſ.præla. quàm ſit graue.Si etiam ſit manifeſtum per famam deficiente accuſatore vel probatione legitima non inducit irregularitatem,ſed indicenda eſt tali purgatio canonica:qua præſtita abſoluetur:& ſi in ea defecerit,deponetur. de adul.ſignificaſti.Si verò ſit manifeſtum per ſententiã vel conuictionem,vel confeſsionem metu ꝓbationis factam,inducit irregularitatem: & idem ſi ſit notoriũ per euidentiam facti quod nulla poteſt tergiuerſatione celari , cuius ſcilicet teſtis eſt populus,& inficiationi non eſt locus.de tem.or.quæſitũ poteſt tamen in huiuſmodi notorijs de iure vel de facto per epiſcopum diſpenſari ſuper tali irregularitate,ſcd̃m Inno.in gl.ſuper d.c.ex tenore.Leuia aũt crimina ſiue minora, ſiue ſint occulta,ſiue manifeſta,nec impediũt promouendũ, nec promotũ deijciunt.de coha.cle.& mul.veſtra.¶Decimoquintò quæritur,an incurratur ex bigamia?Et dico quòd ſic. extra de biga.per totũ.& de hoc s̃.Bigamia.¶Decimoſextò quæritur,vtrũ incurratur per cõtractũ matrimonium?Et dico quòd ſic,dupliciter.Primò,ſi contrahens ſit in ſacris,& habeat votum ſolenne:vt s̃.Bigamia.in prin.Secundò ſi contrahendo ducat vxorem vilem mulierem,puta ancillam vel ioculatricem,vel aliquam ex his,quæ publicis ſpectaculis mancipantur,licet virginem.diſt.xxxiiij.ſi quis viduam.quem quidam dicunt eſſe Bigamum.ſed nõ eſt verũ,ſi ſit virgo,niſi dicatur bigamus quantum ad effectum, quæ eſt irregularitas. ¶Decimoſeptimò queritur,vtrum incurratur per ſolennem pœnitentiam?Et dico quòd ſic.di.50.ex pœnitentibus.poteſt autem cum his in minoribus propter neceſsitatem vel vtilitatem eccleſiæ diſpenſari.diſ.50.placuit.& hoc per epiſcopũ ex quo nõ eſt ei prohibitũ.in maiorib.aũt ſolus papa diſpenſat.d.c.ex pœnitentibus.& diſt.50.qui in aliquo.Dicit tñ Inno. & Hoſt.quòd hoc curia nõ ſeruat : & ſic videtur hodie locũ nõ habere irregularitas iſta . Publica aũt pœnitentia irregularitatem non inducit:quia nõ eſt iure cautum . ¶Decimooctauò quæritur,vtrum inducatur per celebrationem in loco interdicto?Et dico quòd ſic,de ſen.exc.is qui.lib.vj.de quo s̃.Interdictum,vltimò , per totum.& ſolus papa diſpenſat. ¶Decimononò quæritur , vtrum inducitur vitio adueniente in corpore ſiue à propoſito , ſiue à caſu ? Et dico quòd ſic, modo quo ſuprà Corpore vitiatus, per totum.Et idem eſt de hermaphrodito,etiam ſi plus vergat ad ſexum virilem, quia licet ſit ſuſceptiuus characteris ordinis , prohibetur tamẽ ordinari & ordinatus miniſtrare,arg.diſ.xxxvj.illiteratos. Si autem magis ad fœmineum vergat,vel ſecũdũ Rodo.etiã ſi ſit parilitas,nõ eſt etiã characteris ſuſceptiuus.¶Viceſimò quæritur,vtrum incurratur per illegitimitatẽ? Et dico quòd ſic.de fil.presby.cap.j.& cap.is qui.eod.tit.lib. vj. in minoribus tamen ordinibus poteſt epiſcopus diſpenſare in ſacris aut ſolus papa:vt in dicto cap.j.Si tamen efficiatur tales religioſi,poſſunt iure communi promoueri ad omnes ordines etiã ſacros.d.cap.j..Et ſi illegitimatio ſit ſecreta,ita ꝙ ſolus illegitimus eam ſciat,ſecundum Dire.ſi ſe facit ordinari,mortaliter peccat:nec debet vti ſuſceptis ſine diſpenſatione.¶Viceſimoprimò quæritur,vtrum incurratur in adultis per dilationem baptiſmi vſq; ad ægritudinem?Et dico quòd ſic. diſtin. lviij.ſi quis.quia præſumit eccleſia quòd talis non ex voluntate,ſed ex neceſsitate baptizetur,vt ibi:vel in pœnam negligentiæ circa ſalutẽ.Nec per baptiſmum tollitur iſta irregularitas ſecundum glo.ibi:quia idem non operatur contrarios effectus.de bap.maiores.nec parit obligationẽ & liberationem.ff.de ſolu.l.qui hominem.§.vlt.Poteſt tamẽ talis admitti in duobus caſibus.Primò,ſi poſt baptiſmũ fides & vita eius probabilis apparuerit.Secundò, ſi hoc exegerit raritas clericorum.d.cap.ſi quis.aliàs non poterit ordinari ſine diſpenſatione papæ:ar.d.c.ſi quis.¶Viceſimoſecũdò quæritur,vtrum incurratur à religioſo egrediente clauſtrum ad audiendas leges vel Phyſicam?Et dico quòd ſic, ſi ante duos menſes non fuerit reuerſus:& ſolus papa diſpenſat.ne cler.vel mona.cap. vlt. ¶Viceſimotertiò quæritur, vtrum incurrat eam epiſcopus,presbyter aut diaconus,qui prætextu iniuſtæ excõmunicationis recurſum habet ad Imperatorem ? Et dico quòd ſic: & ſolus papa diſpenſabit.xxj.quæſt.vlt.cap.penul. & in cap.ſi quis.xxiij. q. vlti. ampliatur dicta irregularitas ad omnes,qui ſunt ſub eccleſiaſtica regula:ſed non ipſo iure, ſicut in prædictis.¶Viceſimoquartò quæritur,vtrum ſint irregulares hæretici?Et dico quòd ſic.j.quæſt.j.verũtamen. ſi tamen reuertantur,poſt abiurationem recipiũtur ad laicam communionem,poſtquam fuerint reconciliati.j.quæſt.vj.Daibertum.& cum eis fit diſpenſatio quandoque etiam pleniſsima,vt promoueri poſsint ad epiſcopatum & ſuperiores dignitates. xij. diſtinct.nos conſuetudinem.xxiij.quæſt.iiij.ipſa pietas . ¶Viceſimoquintò quæritur,vtrum contrahatur per curialẽ eſſe? Et dico quòd ſic.j̃.Ordo.iiij. §.vltim. ¶Viceſimoſextò quæritur, vtrum contrahatur per ſeruitutem? Et dico quòd ſic, vt infrà Ordo iiij. §. penultimo. ¶Viceſimoſeptimò quæritur,ad intellectum multorum quæ dicta ſunt quãdo contrahatur irregularitas per indebitam celebrationem vel executionem ordinum?E dico quòd Archid.poſt Cal. & Anton.de Butri. ſic diſtinguit : Aut enim vtens officio ordinis eſt fœmina:& ſic non fit irregularis,etiam ſi ſit religioſa: quia non eſt capax ordinis,& cõſequẽter nec irregularitatis,per quam quis prohibetur ordinari vel ordinis officium celebrare. Aut eſt vir:& tunc aut furioſus: & ſic non efficitur irregularis:ſimiliter infans clericus.de homicid.ſi furioſus.Aut ſanę mentis:& tunc aut eſt laicus aut clericus.Et ſi eſt laicus , videtur irregularis, ſi cum ſolenni apparatu celebrauit,exequẽdo ſcienter actum alicuius ordinis,ſiue ſit conuerſus religioſus,ſiue ſecularis.de clerico non ordin.mi.cap.j.& ſolus papa diſpenſabit:ſicut & cum ordinato ſuſpenſo celebrante.quod ſecundum Sanctum Thom.intellige de ordinibus ſacris:vt §.xij. dictum eſt:ſecus ſi ſine ſolenni apparatu.& hanc opinionem tene contra Direct.& Sum.Angel. inquantum irregularitas impedit ab ordine ſuſcipiendo:quia huius ſecularis eſt capax, & minus illi congruit quod agit,quàm ſi eſſet clericus, licet non habens ordinem talem.Si verò eſt clericus: aut celebrat in ordine,quem non habet,aut quem habet. Et ſi quem non habet,in ordinibus ſacris eſt irregularis : excepto quòd exiſtens in minoribus poteſt cantare epiſtolam,ſecundum Gul. ſine ſolennitate.quod Inno.limitat in abſentiã ſubdiaconi,& ſine eius ornamento,id eſt,ſolenni apparatu,qui eſt manipulus,dicente Petro de Palu.quòd tunicellam licet etiam non ſubdiacono portare:quia non eſt ei propria veſtis,ſicut manipulus,quem nullus eo inferior portare debet.Si verò clericus celebrat in ordine quẽ habet:tunc aut eſt excõmunicatus maiori:aut celebrat,ſeu officiũ exercet in loco interdicto ab homine vel à iure:aut eſt ſuſpenſus.Si primum aut ſecũdum,eſt irregularis,& à ſolo papa diſpenſabilis:de ſent.excommun.is qui.lib.vj.ſecundũ Gul.tamen conſtitutus in minoribus excõmunicatus miniſtrando ſeu exercendo officiũ ſuum etiã cum ſolennitate,nõ efficitur irregularis:quia illa duo c.ſi quis epiſcopus.j.& ij.xj.q.ij.non loquũtur de eis:& pœnę ſunt reſtringendæ:ſed ſecus de ſubdiacono,ſcilicet ſi ſolenniter legat: ſi autem ſine ſolennitate legat epiſtolã ſubdiaconus,diaconus, vel presbyter excõmunicatus:credunt quidã quòd non incurrat irregularitatem.Si autem clericus eſt ſuſpẽſus, ſumendo ſuſpenſionẽ largè,id eſt,quo ad ſe tantùm,puta propter mortale,vel minorem excõmunicationem,vel iniunctionẽ à confeſſore:celebrando non fit irregularis:ſed ſumendo propriè, id eſt,quo ad ſe & alios:aut eſt ſuſpenſus ab homine ſiue iudice,aut à canone.Si autem eſt ſuſpẽſus ab homine propriè, id eſt, quo ad ſe & alios, eſt irregularis , ſi hoc ſciuit:& ſi hoc ignorauit ignorantia craſſa aut ſupina,nõ autem ſi probabili:& hoc quomodocũque ſit ſuſpẽſus ſimpliciter ſiue ad tempus determinatum ſiue non determinatum, etiam ſi ratione defectus vel infamiæ:talis durante ſuſpẽſione ſi celebrat eſt irregularis,diſpenſandus ſolùm per papam.Ad quod ij.queſ. iij.ſi quis presbyter.de ſententia excommunic. cap.cùm medicinalis.libro ſexto.Si verò eſt ſuſpenſus à canone : tunc aut ratione criminis, aut ratione defectus,aut ratione ſcandali, vel infamię.Si ratione criminis,aut ſimpliciter eſt ſuſpenſus: & ſic celebrando eſt irregularis.ij.quæſtion.iij.ſi quis epiſcopus.Aut ad tempus:& tunc aut ad tempus determinatum:& ſic interim celebrando eſt irregularis. Aut ad tempus indeterminatum : & tunc aut cum conditione donec ſatisfaciat, aut cum conditione donec pœniteat.Si cum conditione donec ſatisfaciat:vt diſt.lxxxj.ſi qui ſunt.& cap.ſequẽti.& de cohabit.cleric.& mul.ſicut.& in clement.j. de deci. cum ſimilibus.& tunc ſi ſic ſuſpenſus ante abſolutionem celebret,eſt irregularis.licet quidam contrarium dicant : quia in hoc factũ iudicis eſt neceſſarium vt habeatur pro abſoluto: vt dixi , inquit Cal.de ætate & qualitat.c.cùm bonæ.& ſic cùm factum hominis ſit neceſſarium,ſequitur quòd quo ad ſuſpenſionem Dei canon aliquid addit,vt in decretali,ſicut.de cohabitatione cleric.& mulier.Si verò eſt ſuſpenſus cum conditione,donec pœniteat:vt de electione.cap.officij.tunc æquum eſt tenere quòd interim celebrando non efficiatur irregularis: quia talis ſuſpenſio videtur eſſe Dei,ad quam nihil addit canon : nec vt habeatur pro ſublata,aliquod factum hominis eſt neceſſarium : ideoq; dicendum eſt de ea vt de ſuſpenſione Dei tantùm. Si verò ſit ſuſpenſus à canone ratione defectus , aut ratione defectus ordinis , vt clericus per ſaltum promotus , quantum ad ordinem omiſſum , in quo ſi exercet officium antequam recipiat,eſt irregularis:ſed celebrando in ordine,ad quem eſt per ſaltum promotus,quem habet, non eſt irregularis . diſtinction. lij. cap.ſolicitudo.Sed adde

contrarium eſſe verum : vt ſ̃.§.xj. aut ratione alterius defe-
ctus:vt bigamus,illegitimus,corpore vitiatus,ordinatus ante
legitimã ętatem,vel à nõ ſuo epiſcopo: quo caſu omnes con
cordant quod celebrando nõ eſt irregularis:quia hoc nõ eſt
expreſſum in iure:& quia curia,cuius ſtylus eſt attendendus,
de cri.fal.quàm graui.quãdo mãdat cum iam ordinatis in ſu-
prà dictis defectibus diſpenſari,nihil dicit de irregularitate.
diſt.lvj.apoſtolica.&.c.Cenomanẽſem.Nec obſtat quòd or-
dinatio ante legitimã ætatẽ,vel ab epiſcopo nõ ſuo,fuerit cũ
peccato: quia principalis cauſa ſuſpenſionis in talibus eſt de-
fectus,nõ peccatũ.Et hac ratione putat quòd licet irregula-
ris ex celebratione diuinorũ ſit ſuſpenſus à canone propter
hanc irregularitatem,ſi tamen aliàs non eſt ſuſpenſus à iure
vel ab homine,puta quia abſolutus eſt excommunicatiõe &
ſuſpẽſione. ſed non eſt ſecum diſpenſatũ ſuper irregularita-
te:vel non ſuſpenſus cõtrahit irregularitatem: talis non con
trahit nouam irregularitatem: quia hoc non eſt expreſſum
in iure.Si autem tertio modo eſt ſuſpenſus à canone, ſcilicet
ratione ſcandali,vel infamiæ celebrando non eſt irregularis.
de cler.peregri. capit.j.Ex quo ſequitur ſecundum Innocent.
quòd hi,quorum crimina ſunt notoria, quæ etiã poſt pœni-
tentiam prohibentur celebrare propter ſcandalum & infa-
miam,vt de cohab.cleric.& mul.cap. ſi.ſi ante abſolutionem
celebrent,non incurrunt nouã irregularitatem.Et ex allega
tione quam facit,videtur intelligere de notorio fornicatore,
quod pium eſt tenere.& quod not.in cap.j.de ſentent.excom
mun.lib.vj.intelligitur de notorio fornicatore ante pœniten
tiã celebrãte:ne videatur ſibijpſi cõtrarius. Tamẽ de rigore
ſola pœnitentia nõ tollit ſuſpenſionẽ canonis in notorio for
nicatore:vt videtur expreſſum diſt.50.peruenit. quia requi-
ritur iudicis factũ:vt ſ̃.dictũ eſt de ſuſpẽſo à canone donec ſa
tisfaciat.Abſolutione tamẽ facta à ſentẽtia canonis,à qua po
teſt hoc caſu epiſcopus abſoluere:quia cõditor canonis ſibi
non reſeruauit:ſi pœnitet remanẽte irregularitate quã cõtra
xerat huiuſmodi fornicator ex celebratione diuinorũ,de qua
nondũ eſt diſpẽſatus,ex noua celebratione nouã irregularita
tem nõ incurrit.Et hæc omnia no.do.Ant.de Bu.de cle.excõ.
mi.ſi celebrat,excepto eo quod de S.Tho.Pet.de Pal.& Ver-
uec.dictũ eſt.Et addit Arch.ꝙ ex prędictis videtur ordinatus
ante legitimã ætatẽ eſſe ipſo iure ſuſpẽſus ab executiõe ordi
nis ſic recepti.Sed tamẽ ſolẽnes doc.tenẽt quòd nõ,ſed eſt ſu
ſpẽdẽdus:& illi dicti ordinis executio interdicẽda vſq; ad legi
timã ętatẽ:poſt quod ſi eo vtatur,erit irregularis.Et ſic ſenſit
Ray.But.Arch.in iiij.diſt.lxxvij.Ber.de cler.per ſalt.promo.
c.j.Ant.de But.de tempo.ord.vel nõ eſt compos.Paul.Zaba.
ſuper cle.generalẽ.de æta.& qualit. ¶ Viceſimooctauò quæ-
ritur,quomodo irregularitas tollatur? Et dico ꝙ tribus mo-
dis. ¶ Primò per baptiſmũ,quo ſcilicet tollitur omnis contra-
cta ante illũ cum peccato:ſecũdũ Arch.xxvj.diſt.c.deinde.&
Pan.in c.gaudemus.de diuor.& etiã ea quæ venit ex ſequela
peccati,vt eſt infamia:& etiã omnis irregularitas homicidij.
ſiue fuerit cum peccato ſiue non.pro quo facit c.ſi quis viduã.
di. 50.§.j.&.c.ſi quis poſt.di.lj.nõ autẽ irregularitas bigamiæ
propter defectũ ſacramẽti:di.xxvj.acutius.&.c.deinde.nec il-
la quæ prouenit ex defectu nataliũ. Et hæc eſt cõmunis opi-
nio,licet aliq tenuerint quòd per baptiſmũ nulla irregulari-
tas deleatur:vt dicit Richar.ij.quoli.q.ij.aliqui verò quòd nõ
deleat illã quę venit ex homicidio ſine peccato:vt not.Pan.in
d.c.gaudemus.Sed tene quod dixi:& vide etiã ſ̃.Baptiſmus.vj.
§.j. ¶ Secundò tollitur per religionis ingreſſum:vt not.gloſſ.
in c. ij.de apoſt ſed nõ omnis,vt ibi dicitur:ſed ea ſolùm quæ
non prouenit ex proprio delicto:vt in c.j.de fil.presbyt.ita ꝙ
promoueri poteſt ad ordines ſine diſpenſatione : ſed non ad
digni tates ſiue prælationes:vt in c.fin.de fil.presby.& Hoſt.
in c.ij.de apoſt.& ſic dicit intelligendũ auth.de mona.in prin.
vbi dicitur quòd religionis ingreſſus omnem tollit irregula-
ritatem.Pan.verò in d.c.ij.dicit ꝙ tollitur ea ſolùm, de qua
eſt iure expreſſum quòd tollatur: licet inducat faciliorẽ diſ-
penſationem. ¶ Tertiò per diſpenſationem papæ :quæ omnẽ
irregularitatem tollere poteſt,cùm omnis ſit de iure poſiti-
uo.ij.q.vij.item Daniel.& tenet Innoc.de renunt.c.niſi. & ſic
communiter tenetur.Quomodo autem epiſcopi diſpenſare
poſsint,dictum eſt ſ̃.Diſpenſatio.§.x.Licet autẽ cõueniens &
conſuetum ſit vt ſuper ea verbis diſpẽſetur ſub hac forma vel
ſimili.Ego diſpenſo tecum in tali irregularitate quam cõtra
xiſti propter talem cauſam,vel ſi contraxiſti:quando dubita-
tur:tamẽ epiſcopus ordinando eum cum quo diſpenſare po-
teſt,ipſo facto diſpenſat,ſi hoc intẽdit,licet verbis nõ vtatur.
& idẽ ſecundũ Archi.eſt de prelato mittendo ad ordinatiões.

¶ IRRISIO, vide ſuprà Deriſio.

## De Iudæis.

1 *Iudæi qui,& vnde dicti.*
2 *Chriſtiani nimiam familiaritatẽ cum Iudæis habere nõ debẽt.*
3 *Chriſtianus quatenus poßit Iudæo ſeruire.*
4 *Iudæo non licet habere nutricem Chriſtianam nec ſeruum Chriſtianum.num.6.*
5 *Chriſtianus emere poteſt ſeruum Iudæum.*
7 *Iudæi nullum officium publicum aut dignitatem poſſunt inter Chriſtianos obtinere.*
8 *Iudæi debent geſtare ſignum quo diſcernantur à Chriſtianis.*
9 *Iudæi ad quæ cogantur,& à quibus prohibeantur.*
10 *Iudæi quomodo puniantur,& eorum conſortes Chriſtiani.*
11 *Iudæos non licet cogere ad fidem.*
12 *Iudæis quæ facere prohibeantur Chriſtiani.*
13 *Exactionem à Iudæis an facere poßint domini.*

IVDAEI † ſunt qui legem Moſaicam literaliter tenent,&
obſeruando ſequũtur.Vnde Chriſtiani literę nimis adhę- 1
rentes,iudaizare dicũtur.de ſac.vnct.c.vnico.§.penult.qd
facere non debẽt.diſtinct.v.§.j.& diſt.vj.§.vltim.& de celeb.
miſſ.c.cum Marthæ.§.cęterũ.de conſtit.trãſlato.Et dicti ſunt
ſecundum Ray.& Hoſtienſ. à nomine principalis tribus,ſci-
licet Iudæ.& prius dicebantur Hebræi ab Heber,cuius fami
lia cultum Dei tenuit,cęteris idololatria fœdatis:quãuis hoc
aliqui negent,dicentes quòd Hebræi dicuntur quaſi trãsflu-
uiales. ¶ Primò verò quęritur,quomodo ad Iudęos ſe debeat
habere Chriſtiani in genere? Et dico multa. ¶ Primũ † Chri- 2
ſtiani nimiam familiaritatem & cõuerſationem cum Iudæis
habere non debent.extra eod.ad hæc.& cap.fin. quod tamen
ſecundum Sanctum Thom.ſecunda ſecũdæ,quæſt.x.fallit in
his qui ſunt firmi in fide,ita quòd ex conuerſatione cum infi-
delibus non timetur de eorum ſubuerſione,ſed ſperari poteſt
ex hoc infidelium conuerſio:quia tales non ſunt prohibendi
communicare cum illis:ſed infirmi,de quibus timeri poteſt,
prohibendi ſunt ex caſu neceſsitatis conuerſari cũ illis. ¶ Se-
cundum. Igitur cum Iudæis Chriſtiani comedere non de-
bent,nec habitare,nec eos ad ſua conuiuia recipere.xxviij.q.
nullus.&.c.omne.quod tamẽ Hug.in d.c omnes.limitat quã
do volunt cibos diſcernere:quia vbi non diſcernũt,licet man-
ducare cum eis,& eos inuitare . Quam limitationem ſequi-
tur Sum.Angel.& Roſell.contra mentem Supple. ſed male
quia ratio prohibitionis nõ eſt ſolùm illa quæ tangitur in di-
cto cap.omnes.ne ſcilicet illi videantur eſſe ſuperiores Chri-
ſtianis,id eſt,ſanctiores, dum illi diſcernũt, & nõ Chriſtiani
ſed etiam alia,id eſt,nimia familiaritas.arg.d.cap.ad hæc.&
gloſſ.in dicto cap.omnes.quę dicit potius prohiberi cõmu-


nionem quàm loquelam : quia maior eſt in cibo, quàm in colloquio
familiaritas:quæ eſt ratio quæ militat vbi Iudæi non diſcer-
nunt,imò magis:tum etiam,quia comedere cum Iudęis non
diſcernentibus cibos,eſt participare cum eis in peccato mor-
tali:quia ſecũdum eorum cõſcientiam erroneam diſcernere
tenentur ex præcepto Moſaicæ legis. Vnde cũ Piſa.Archid.
Supp.Rayn.Lau.Ioan.Inno.& Goſ.dicendum eſt indiſtinctè
prohibitam eſſe cibi ſumptionem cum Iudæis:& oppoſitum
faciens mortaliter peccat. Et eadem prohibitio, ſecundum
omnes prædictos,eſt circa Saracenos ſiue Gẽtiles: quia ſicut
dicit gl.in d.c.omnes.licet nõ contineantur verbis huius edi-
cti,vt xj.q.iij.in c.ad mẽſam.vbi cõceditur manducatio cum
eis,tamen continentur ſententia: quia & ipſi hodie cibos di-
ſcernunt:ſiue,vt dicunt prædicti doctores, iudaizant:tñ qui
vadunt ad prædicandũ Saracenis & alijs infidelibus cibis eo-
rum vti poſſunt ſecundũ tẽpora licitis:niſi fuerint idolis im
molati:quibus etiã in extrema neceſsitate vti poſſent:dũmo
do nõ in venerationẽ idoli:vt in Sum.Confeſ.lib.j.tit.iiij.q.v.
& eſt mens omniũ prædictorũ:vt patet extra de iudic. quàm
ſit laudabile. ¶ Tertium.Azima quoq; Iudęorum comedere
prohibitum eſt Chriſtianis.d.c.nullus.& intellige etiam ſeor
ſum ab eis.Et ratio eſt,quia eſt cibus diſcretus ab eis,qui etiã
inhibetur d.c.omnes.clericus autem contrafaciens debet de-
poni,& laicus excõmunicari.d.c.nullus.quod tamen fallit in
duobus caſibus,in quibus licitè manducatur,primò ſecũdum
gloſ.ibi,quando quis prędicat illis.de Iudæis.quàm ſit lauda-
bile.quod intellige vbi alij cibi non haberentur,ſicut de ido
lothyto dictum eſt.ſecundò,in neceſsitate,ſecũdum Roden.
& Veruec.quod intellige,nõ vt azima,ſed vt eſt ſimplex pa-
nis. ¶ Quartum.Nulli Chriſtiano licet in ſuis infirmitatibus
vocare Iudæos,aut ab eis recipere medicinas.d.c.nullus.& d.
ca.omnes.dicit tñ gl.in d.c.nullus.quòd medicinalia poſſunt
ab eis emere Chriſtiani,& ea prępararare,ar.C.de Iud.l.nemo.
& addit Sum.Ang.& Roſ.quòd nõ licet emere ab eis medici-
nas præparatas.quod eſt irrationabile: cùm non poſsit reddi
ratio de medicina potius quàm de alio venali:nec tex.prohi-
bet medicinã ab eis emere,ſed accipere:in quo tex.interdicit
familiaritatem quæ eſt inter medicum & infirmum:nõ inter
emptorẽ & venditorẽ.Fallit tamẽ quod dictum eſt ſecũdum
Hu.in neceſsitate,quando alius medicus nõ habetur:& idem
dic quando nõ habetur peritus ſufficiẽter pro præſenti infir-
mitate. ¶ Quintum.Non licet etiã Chriſtiano ſe cum Iudæo
in balneo lauare.d.c.nullus.Et quia omnia prędicta prohibẽ-
tur laicis ſub pœna excõmunicationis, & clericis ſub pœna
depoſitionis:ideo cõtra facientes mortaliter peccant,niſi ex-
cuſentur probabili iuris ignorantia:& idẽ videtur de ſequen-
tibus. ¶ Sextum.Nulli Chriſtiano licet in teſtamento aliquid
relinquere Iudæis aut Paganis:alioquin etiam poſt mortem
iudicabitur anathema.xxiiij.q.ij.ſanè.el ij.& de hæret.ſi quis
epiſcopus.quod Hoſt.limitãs dicit nihil poſſe legari vniuer-
ſitati Iudæorũ.C.eod.l.j.ſed ſingulis fortè ſic,ſecũdum Azo.
quod quãtum ad ſingulos intellige,ſecundũ Veruec.ratione
extremæ vel multùm arctę neceſsitatis:nõ autẽ ad ditãdum
etiã ſi eſſent fratres,vt d.c.ſi quis.quod Sum.Ang. & Roſ.in-
diſtinctè concedũt licere.ſed Supp.dicit nõ licere clerico:per
d.ca.ſi quis epiſcopus.Sed eſt factum:quia nullum ius huma-
num prohibet illud ad quod tenemur iure diuino vel naturali:
quantum autem ad vniuerſitatem,nõ limitatur:quia illa non
patitur. ¶ Septimum.Non peccant Chriſtiani cõmunicantes
Iudæis in mercimonijs:ſecundum Panor.in d.cap.poſt miſe-
rabilem.de vſuris.per arg. à contrario illius text.quia in pœ-
nam interdicitur eis communio,& conſequenter,regulariter
non eſt interdicta:ſed tãtùm nimia familiaritas & conuerſa-
tio:vt extra eo.ad hæc.& d.c.nullus.cum ſimilibus.Vnde ad-
monitus nolẽs abſtinere ab eorum nimia familiaritate, pec-
cat mortaliter. ¶ Secundò quæritur ſpecialiter quomodo
Chriſtiani ſe debeãt habere ad Iudæos quantum ad ſeruire?
Et dico multa. ¶ Primum. † Iudęi ſiue Saraceni,neq; ſub alen 3
dorum puerorũ ſuorum obtentu,neq; pro ſeruitio, vel qua-
libet alia cauſa Chriſtiana mancipia in domibus ſuis permit-
tantur habere.extra eod.Iudæi.& ſic nõ licet Chriſtiano ſer-
uire Iudæo.quod Hoſtienſ.per d.cap.Iudæi.limitat in domo
Iudęi:ſecus extra domum.ſed melius Panor.in d.cap.ad hęc.
dicit hoc non licere etiam extra domum aſsiduè:quia text.d.
cap.ad hæc.prohibet cõtinuam conuerſationem,& aſsiduam
familiaritatem,non habita mentione de domo,& nutritione
infantium in domo eorum:& ſic voluit ęquiparare aſsiduum
ſeruitium extra domum,& ſeruitiũ factum in domo.Et cer-
tè iſta ſunt paria habito reſpectu ad cauſas prohibitionis:quę
ſunt duę.prima,ne ſimplices ex aſsidua familiaritate ſubuer-
tantur. ſecunda, ne Iudæi videantur ſuperiores Chriſtianis,
cùm debeant ſe Chriſtianorum ſeruos recognoſcere, extra
eod.& ſi Iudæos. ¶ Secundũ.Conſtituta mercede licet Chri-
ſtiano locare operas ſuas in ſeruitio Iudæorũ extra domum,
& etiam in eorum domo,ſi abſint Iudæorum perſonæ:vt ſi
colat agros eorum.quod eſt licitum:extra eodẽ. multorum.
vel ſi fabricet ædificium:quia ratio legis,quę eſt eius anima,
ſtat in aſsidua familiaritate: quæ hic ceſſat. Vnde poteſt Iu-
dæus habere colonum Chriſtianum adſcriptitium, & origi-
narium.d.c.multorum.nõ autem ſeruum,vt ibi. ¶ Tertium.
Non licet mulieribus Chriſtianis nutrire filios Iudæorum.
ſecundum Panor.in d.cap. ad hæc.& gloſ.Ioan.And.& dom.
Ant. etiam extra domum.ſecundum Card.autẽ non licet eis
hoc in domo:ſecus extra domum,propter text.d.cap.ad hęc.
qui dicit in domo.Sed ſecunda opinio eſt vera ſecũdum ver-
ba legis:prima verò ſecundum ſenſum,quando ex nutritione
extra domum ſequitur familiaritas nimia.arg.c.nullus. iun-
cto c.ad hæc. ¶ Quartum. † Non poteſt epiſcopus diſpenſare 4
vt Iudęi habeant in domo ſua nutrices Chriſtianas,ſecũdum
Card. quia iſta prohibitio eſt in honorẽ fidei: placet Panor.
in d.cap.ad hæc.& *ſic tene : quia in faciendis contra ius non*
diſpenſat,niſi hoc ſit ei expreſsè vel tacitè cõceſſum:vt ſuprà
Diſpenſatio.§.iiij. ¶ Tertiò ſpecialiter quæritur, quomodo
ad Iudæos ſe debeãt habere Chriſtiani quãtũ ad eſſe ſeruũ?
Et dico multa. ¶ Primum. † Chriſtianus emere & habere po- 5
teſt ſeruum Iudæum. extra eo.& ſi Iudæos.xxiij. quæſt.viij.
diſpar.non tamen debet cum eo morari,ſic quòd eũ habeat
familiarem.xxviij.quæſt.j.ſæpe nullus.&.ca. omnes. quia ſe-
cundum Ioann.Iudæi ſunt difficiliores ad conuertendum, &
peritiores ad ſubuertẽdum quàm Gentiles.Si autẽ Chriſtia-
norũ ſerui fieri voluerint Chriſtiani,ſiue Iudæi ſint,ſiue Gen
tiles,non poterunt eorum domini prohibere,x.q.ij.duo ſunt.
tamen ſecundum Rayn.& Sanct.Thom.per baptiſmũ à ſer-
uitute nõ liberantur,ſed remanent ſerui:quia ſeruitus eſt in-
troducta iure diuino.arg.diſtin.xxxv.ſexto.& iure gentium.
diſt.j.ius gentium.& *iure canonico cõprobata.*xij.q.ij. eccle-
ſiam.ſecũdum Hoſt.& Goſ.Et addit Ray.quòd vbi ex bona
cõſuetudine Chriſtiani non ſolent eſſe ſerui,dominus de con
ſilio eos manumittet:vel ſaltẽ pecunia mẽdicata aut ſeruitio
ad tempus præſtito ſe rediment.xij.q.ij.cùm redemptor.qui
*tamẽ eos teneret in ſeruitute,vel alteri vẽderet,nõ peccaret:*
quia quod non eſt prohibitũ,intelligitur eſſe cõceſſum. arg.
xiij.q.ij.Ebron.Et hoc etiam aſſerit do.Ioã.in lib.qui dicitur
lucula noctis. ¶ Secundũ. † Non autẽ econtrario ęſt licitum 6
Iudæo habere ſeruũ Chriſtianum.extra eo.multorũ.& C.de
epiſc.& cle.l.deo nobis.§.his ita.vbi iubetur vt nullus Iudęus

vel Paganus vel hæreticus Chriſtianos ſeruos habeat: quod
ſi in tali reatu fuerint inuenti, ſancitur ſeruos omnibus mo-
dis liberos eſſe. ¶Tertium. Seruus ergo Iudæi, etiam ſi erat
vernaculus de ancilla eius natus, factus Chriſtianus, ſtatim
eripitur in libertatẽ nullo pretio dato.d.l.Deo nobis.& diſt.
liiij.fraternitatem.nec redigetur iterũ in ſeruitutẽ, etiã ſi do-
minus eius poſtea baptizetur, vt dicitur in d.l.Deo nobis. Et
ſimiliter ſi iudæus emat vel qualitercũq; acqrat ſeruũ Chri-
ſtianũ, quod ei prohibetur extra eod.ca.j.& vlti.ſtatim nullo
pretio dato efficit᷑ liber.diſt.liiij.mancipia. Et ſimiliter ſi ſer-
uum nõ Chriſtianũ emit cauſa ſeruitij ſui, & vult effici Chri
ſtianus: quia hac volũtate patefacta ſtatim vẽdicat ſibi liber-
tatem, nullo dato pretio.d.c.fraternitatem. Si autem talem,
ſcilicet nõ Chriſtianũ emit nõ cauſa ſeruitij, ſed mercimonij,
& intra tres menſes venalem nõ expoſuerit, ſimiliter ſtatim
liberatur nullo pretio dato.d.c.fin.quia præſumitur ad ſerui-
tium ſuũ emiſſe: ſed ſi venalem intra dictũ tempus expoſuit:
& per eum nõ ſteterit quin venderetur, & ipſe intra illud ſpa
tium vel poſt vult effici Chriſtianus, non liberabitur ab eius
ſeruitute, niſi pro quolibet bono ſeruo dentur ſolidi duode-
cim: vt d.c.fraternitatem.& extra eodẽ.c.j.ij.& vlt.pro ſeruo
autem non ita bono, ſecundum Panor.in d.c.j.defalcabitur:
quia ibi bonus accipitur pro optimo. Et prædicta intellige,
niſi dominus eum voluerit circuncidere, vel alterius ſectæ
ſignaculũ imprimere, ſcilicet cùm diceret ſe velle fieri Chri-
ſtianum: quia tunc propter iniuriam corporis ſine pretio li-
berabitur.diſtinct.liiij.nullo.& idẽ Gof. Dicti autem menſes
incipiunt currere à die emptionis, ſecundum Hoſtien.in d.c.
fin.vel à die quo petijt Chriſtianitatem ſecũdum Ioan.And.
& Panorm.in d.c.j.& dicti ſolidi debent eſſe aurei, ſecũdum
Vinc.Gof. & Panor.ita quòd hic ſolidus capitur pro aureo:
vt Inſtit.de pœna te.li.§.fin.vbi glo.dicit quòd in legibus ca-
pitur ſolidus pro aureo. Alij verò dicunt quòd capitur pro ſo
lido vſualis monetæ.ff.de legatis iij.l.numis. vbi dicitur
quòd in legato numorum in dubio intelligitur minor mo-
neta. Et hanc opinionem videtur tenuiſſe Sum.Angel. & eſt
vera ad hunc ſenſum: quia duodecim ſolidi, id eſt, aurei ſol-
uendi ſunt ex vſuali moneta illius loci.extra de maled.ſtatui-
mus.non autem ad iſtum, vt duodecim ſolidi ſumãtur ſecun-
dum vſum vulgarẽ: quia videt᷑ trupha quòd lex, ei qui ſeruũ
bonum emit pretio magno, reſarcire voluerit pretio tã exi-
guo. ¶Quartum. Si dictũ ſeruũ emptum cauſa mercimonij
nullus chriſtianus vult redimere, & ipſe pretiũ duodecim ſo-
lidorũ, quo ſe redimat non habuerit, nihilo minus liberabit᷑,
& oſtiatim pretiũ quæret.ff.de manumi.l.quarta.§.ſuis autẽ.
vel ſi nullo modo poteſt habere, ſeruiat ei per quinquenniũ,
vt not.xxxvj.q.j.de raptoribus.& patet C.de capt.l.vlt. Si ve-
rò redimatur ab aliquo, ſecundũ Rayn.propter hoc non erit
eius ſeruus, ſed erit liber, & reſtituet ei pretiũ, arg. Inſtit. de
noxal.act.§.dñs.qđ pretium ſi nõ habet, quæret oſtiatim: vel
ſi ſtatim habere nõ poteſt, ſecundũ gl.extra eod.c.j.ſeruiat ei
tantum quòd cum pretio ſeruitiũ cõpenſetur: & poſtea quò
vult eat.d.l.vnica.& d.c.de raptoribus.& tempus ſeruiẽdi po-
teſt intelligi ſecũdum aliquos de quinquennio, ad inſtar eius
qui eſt redẽptus ab hoſtibus: vt C.de poſt.re.& re.ab ho.l.fin.
vel ad arbitriũ boni viri, ſecundũ Ray. Si verò plures empto
res apparuerint, ſecundum Goſr.epiſcopus loci magis eliget
idoneum.ff.de accu.l.ſi plures.vel ſi ſunt pares, gratificet epi
ſcopus cui voluerit.arg.de iur.patro.cùm autẽ. Et idẽ Hoſti.
Et intellige prædicta, niſi pietatis cauſa fuerit redẽptus: quo
caſu nec reddere pretium, nec ſeruire tenetur.arg.ff.de neg.
geſt.l.Neſennius.& ff.de relig.& ſump.fun.l.at ſi quis. Sic au-
tem factum fuiſſe præſumitur, niſi quis cõtrarium proteſte-
tur.arg.d.l.at ſi quis. Concord. Gof.& Hoſtienſ. ¶Quintum.
Secundum Rayn.idem per omnia dicendũ eſt de ſeruis Sara
cenorum, & concord.Laur.& Ioan.quia, vt dicunt, idem peri-
culum eſt in vtriſq;.& qđ dicitur ad Epheſios vj.& j.Petr.ij.
quòd carnalibus dominis ſerui obediant: dicunt intelligi de-
bere ſecundũ ſtatũ eccleſię primitiuæ.intellige in quo Gen-
tiles non iudaizabunt vt modò.vel ſecũdum Hoſt.intelligi-
tur de ſeruientibus in gleba, non domi.de cen.omnis.ſed pri-
mum eſt melius. Secundum Rayn.etiam ſerui hæreticorum
impunè poſſent relinquere dominos ſuos, & ad eccleſiã con-
fugere.C.de hæret.l.Manichæos. ¶Quartò quæritur, quo-
modo cogendi ſunt Iudæi ſe habere ad Chriſtianos, ſiue à
quibus ſunt compeſcendi Iudæi inter Chriſtianos, conuerſan
tes? Et dico multa. ¶Primum.† Non debent Iudæi permitti 7
inter Chriſtianos habere officia publica, nec aliquam digni-
tatem vel miniſterium, ne occaſionem habeant ſæuiẽdi.diſt.
liiij.nulla.xvij.q.iiij.cõſtituit.& extra eod.cùm ſit.& c.pen.&
C.de Iudæ.l.fin.& ſi talia officia ſuſceperint, eis negari debet
communio Chriſtianorum, donec officiũ dimiſerint, & quic-
quid inde acceperint per diœceſani prouidentiã in vſus pau-
perum conuertatur: extra eod.cùm ſit.vbi etiam patet quòd
hoc obtinet in pagano. Archi.autem poſt Sanct.Tho.ſecun-
da ſecundæ, q.x.artic.x.dicit quòd dominium & prælatio in-
fidelium ſuper fideles nouiter inſtituenda nullo modo per-
mitti debet: quia cederet in ſcandalum & periculum: cùm
faciliter ſubiecti ſuperiorum ſequantur imperium, niſi ſint
magnæ virtutis.& ſimiliter infideles fidem contemnerent, ſi
ſcirent fidelium defectus.& ſic prohibet hoc eccleſia in dicto
capit.conſtituit. ſed dominium & prælatio iam præexiſtens
auferri quidem per eccleſiam poteſt: quia illi immeritò infi-
delitatis merẽtur amittere eius prælationis ſuper fideles, qui
in Dei filios transferuntur.: & quandoque illud eccleſia au-
fert, ſcilicet illis infidelibus, qui tẽporaliter ſubijciuntur ec-
cleſiæ aut membris eius: vt de Iudæis.in dicto cap.fraterni-
tatem.nec eis iniuriam facit: quia cùm ſint eccleſiæ ſerui, po-
teſt de bonis eorum diſponere. quandoque verò non aufert,
ſcilicet illis infidelibus, qui ſic ei temporaliter non ſubſunt:
& hoc ad ſcandalum vitandum. ¶Secundum. Secundum Pa-
norm.in cap.ex ſpeciali.eodem tit.per prædicta prohibitum
eſt Iudęis & Paganis omne commercium, per quod Chriſtia-
nis aliquod grauamen poſſet inferri. Vnde licet vendatur eis
reditus regalis, & illi poſsint emere illum: vt in dicto cap.ex
ſpeciali.collectio tamen per ipſos fieri non poterit, ſed per
Chriſtianos: quia colligendo poſſet Iudæus cõmittere frau-
des. ¶Tertium. Ex d.l.vlti.C. de Iudæ.vbi dicitur quòd nul-
lum honorem, nullam dignitatem, nullam præeminentiam
inter Chriſtianos Iudæi poſſunt habere. Bar.infert quòd do-
ctorari non poſſunt: cùm doctoratus dignitas ſit & præemi-
nentia. Non obſt.l.generaliter.§.finali.ff.de decur.quæ per-
mittit Iudæos promoueri ad dignitates: quia intelligitur in-
ter ipſos Iudæos, non inter Chriſtianos. Imò Panor.in c.j.de
Iudæ.dicit quòd de rigore iuris non poſſunt intrare ſcholas
cauſa addiſcendi: quia cap.nullus.diſt.liiij.prohibet à Iudæis
recipi medicinam, & cum illis eſſe in balneo, propter pericu-
lum corruptionis: vbi tamen cõtrahitur conſortium & coha-
bitatio temporalis & quaſi momentanea: & conſequenter à
fortiori debet prohiberi ingreſſus ſcholarum, vbi nõ ſolum
conſortium, ſed amicitia cõtrahitur intrinſeca. Item, quia de
facili iuuenes habentes ætatem mollem corrũpi poſſent ab
aſtutia Iudæorum. quod tamen in ſcholis Theologorũ ego
non credo procedere: quia ſunt velut prædicatores quia à
Theologi ſunt firmiores in fide. ¶Quartũ.† Prohibẽdi ſunt à
etiam procedere in publicũ ſine habitu vel ſigno diſtinctiuo



Chriſtianis.extra eo.in nonnullis.quòd verum eſt patenter,
& non ſub plica, tam in maſculis, quàm in fœminis, ſecundum
9 Doct.ibi. ¶Quintũ.† Prohibendi ſunt etiã nouas erigere ſy-
nagogas.eod.tit.conſuluit.& c.Iudæi.antiquas tamen refice-
re poſſunt, & reſarcire ruinoſas, ita tamen quòd ædificatio
noua non perdat formam antiquam: quia vbicunq; mutatur
prima forma: puta quia ædificiũ fit pretioſius vel magis am-
plum dicit᷑ nouũ, & cadit ſub prohibitione noui ædificij: vt .p-
bat ex d.c.cõſuluit. Et facit quod in ſimili notat᷑ in gl.c.admo
nere.xxxiij.q.ij.& in c.presbyter.lxxxj.diſ.& in ca.cauſam.de
teſti.in ver.in tempore.& in gl.in l.Iulianus.§.ſed & ſi quis.ff.
ad exhiben. Et ſi antiqua ex toto & funditus corruit, reædifi-
care non poterunt, ſecundum Pan.in d.c.conſuluit, quia eſſet
nouam facere. Ad quod facit quod legitur & no.in l.inter ſti
pulantem.§.ſacram.ff.de verb.oblig.& vide gl.in ſimili de iu
re patr.c.iij. Et ſi nouas ſynagogas erexerint, in 50.libris au-
ri ſunt puniendi.C.de Iudæ.l.hac victura. ¶Sextũ. Prohiben-
di ſunt etiam in diebus lamentationis & dominicæ paſsionis
prodire in publicum.extra eo.in nonnullis.& ſecundum glo.
Ray.forte idem eſſet, ſi eccleſia lamentaretur pro commu-
ni aliquo infortunio Chriſtianitatis: quinetiam in die paraſce
ues non debent habere oſtia vel feneſtras apertas. extra eo-
dem.quia ſuper his. ¶Septimum. Cogendi ſunt etiam ſoluere
decimas prædiales.extra de deci.de terris.& ſi totam aliquam
parochiam occupauerint emendo quæ à chriſtianis poſsideri
ſolebant: tenentur nihilo minus ſoluere dictas decimas præ-
diales, & omnes cenſus & alia, quæ Chriſtiani de prædictis ſol
uere tenebantur.de vſur.quanto.nõ autem decimas vel obla
tiones perſonales, cùm non recipiant eccleſiaſtica ſacramen-
ta, nec audiant diuina. ¶Octauum. Cogendi ſunt etiã Chri-
ſtianos teſtes recipere contra ſe, ſed contra Chriſtianum te-
ſtimonium ferre non poſſunt.de teſti.Iudæi.imò repelluntur
ab omnibus actibus legitimis.ij.q.vij.alieni.in crimine tamẽ
hæreſis pro teſtibus admittũtur: vt in c.cõtra Chriſtianos.de
hære.lib.vj. ¶Nonum. Prohibendi ſunt etiam agere & con-
uenire apud ſeniores eorum. quod tamen eis licet apud iudi-
ces noſtros: ſicut etiam in cauſa ciuili arbitrum poſſunt eli-
gere Iudæũ: cuius ſententiã exequit᷑ ordinarius.C.eo.l.Iudæi.
¶Decimũ. Cogendi ſunt etiam ne exigãt vſuras, ſed exactas
reſtituant.de vſur.poſt miſerabilem.& ad hoc cõpelli poſſunt
& debent per principes, vt ibi: quod ſi nõ faciũt, compelli de-
bent per iudicem eccleſiaſticum cenſura eccleſiaſtica: vt dicit
Hoſt.& Io.And.Inno.in d.c.poſt miſerabilem.& facit c.poſtu
laſti.de Iudæ.& quod ibi not. Vnde & ipſi principes mortali-
ter peccant, eos ad hoc non cogendo, & Chriſtiani commer-
cium cum eis non reſtituentibus habentes poſt monitionem:
vt in d.c.poſt miſerabilem.& in c.quanto.de iudi. ¶Vndeci-
mum. Prohibendi ſunt etiã ne quenquam nõ exiſtentem de
ſua natione vel ſecta circuncidere præſumant, etiam ſi ſit ſer
uus eorum: vt in d.l.vnica.C. ne Chriſtianum mancipium.&
eſt eis pœna capitalis, id eſt, perpetui exilij, quæ aliquando
dicitur capitalis: vt ff.de pœnis.l.rei capitalis. ¶Duodecimũ.
Similiter etiã ne Iudæus Chriſtianã accipiat in vxorem: alio-
quin punitur adulterij pœna.C.eo.l.ne quis. ¶Tertiumdeci-
mum. Cogendi ſunt etiam per papam & alios principes, qui-
bus ſubduntur, laborare manibus: aliàs turpis lucri & pecca-
torum, quæ faciunt, ſunt participes. Non obſtat c.ſicut.de Iu-
dæ.vbi dicitur quòd ab eis nullus exigat coacta ſeruitia: quia
illud intelligitur de ſeruitijs ad vtilitatem dominorũ ſolùm.
¶Decimumquartum. Prohibendi ſunt etiam ne fidem catho
licam impugnent dogmate peruerſo: alioquin ſanguine pu-
niuntur: vt in d.l.hac victura.& generaliter ne intentent con-
tra eam quicquam deteſtabile: ſicut eſt quòd nutrices Chri-
ſtianæ proijciant lac in latrinam poſt ſuſceptionem corporis
Chriſti: extra eo.ſi Iudæos. ¶Quintò quæritur, † quomodo 10
ſint puniendi participantes cum Iudæis contra caſus prædi-
ctos, vel ipſi Iudæi contra prædicta facientes? Et dico duo.
¶Primum. Participantes cum eis, ſi ſunt clerici, & moniti nõ
deſiſtunt, priuandi ſunt officio & beneficio: ſi verò ſunt laici
vt principes nolentes exequi prædicta, vel alij aliquod affe-
rentes impedimentum: ſi admoniti non ſatisfaciunt, debent
excommunicari.xxviij.q.j.nullus. ¶Secundum. Iudæi verò cõ
tra prędicta facientes ſic puniuntur, vt Chriſtiani ab illorum
communione & conſortio ſeu commercio tandiu ſeparentur
ſub pœna excommunicationis, donec illi emendauerint, & ſa
tisfecerint: extra.e.& ſi Iudæos.& poſſent etiam per eccleſiã
verberari, vel alio modo corporaliter mulctari de præcepto
epiſcopi vel principis.ar.xvij.q.iiij.conſtituit.aut etiam puniri
alia pœna, de vſur.poſt miſerabilem. Quod autem dicitur ec
cleſia non iudicare de his qui foris ſunt.xxviij.q.j. ſæpe. dicit
gloſſa eſſe verum quo ad ſpiritualem pœnam, quia eos non
excommunicat: ſecus quo ad corporalem. Vnde ſi nimis cõ-
uerſentur cum his qui ex eis ſunt conuerſi ad fidem, vel eos
peruertere nituntur, debent flagellari.d.c.ſæpe.& ſi aliquem
ex ſuis fieri Chriſtianum ſaxis aut alio genere furoris inten-
tent, puniuntur igne.C.de Iudæ.l.Iudæi. & ſimiliter ſi Chri-
ſtianum blaſphemauerint: ſecũdũ leges, vt dicit Hoſt.debent
decapitari. Vnde principes ſeculares Iudæos Chriſtum bla-
ſphemantes punire debent grauiter pœna pecuniaria vel e-
tiam grauiori.extra eo.in nonnullis. & ſecundum Sanctum
Thomam ad ducisſam Lotoringiæ, licet Iudæus delinquens
nihil habeat præter vſuras: nihilo minus puniri poteſt pœna
pecuniaria: ne ex ſua iniquitate commodum reportet: & ma-
iori quàm quicunq; alius vſurarius in ſimili caſu quanto pecu
nia quæ aufert᷑ ab illo, minus pertinet ad illũ: & inſuper addi
poteſt alia pœna, ne ſufficere videatur ad pœnam, quòd pe-
cuniam debitam alijs deſinat poſsidere. Pecunia tamen abla
ta ab eis nomine pœnæ retineri non poteſt à dominis ſeu of-
ficialibus punientibus, ſed de ea fieri debet vt infrà.§.vij. di-
cetur. hoc tamen dictum Sancti Tho.procedit quo ad vſuras
incertas, non autem quo ad certas: niſi quatenus præſuppone
retur de voluntate ſpoliati. ¶Sextò quæritur, quid prohiben
tur facere Chriſtiani contra Iudæos? Et dico multa. ¶Primò
† enim non debent eos ad fidem cogere violenter: extra eo. 11
ſicut.de quo dic vt ſ.Baptiſmus.iiij.§.vj. Pecunia tamen &
alijs blandimentis ipſos & alios fideles allicere poſſumus ad
fidem, ſecundum gloſſam Io.in c.debet homo.xxiij.q.iiij.quę
allegat c.quod autem.xxiij.q.vij.& c.qui ſyncera.xlv.diſt.&
ſimiliter ſub tali conditione poteſt Chriſtianus aliquam du-
cere in vxorem, vt fiat Chriſtiana.viij.q.j.caue. & ſic in ſpiri-
tualibus licitè fit pactum, vbi agitur de conuerſione alicuius
ad fidem: & ſic non obſtat j.q.ij.quàm pio.hæc ibi. Sed aduer
te quòd in ſpiritualibus licitè fit pactum de ſpirituali pro alio
ſpirituali reddendo: puta de matrimonio pro conuerſione:
ſed nõ de temporali reddendo pro ſpirituali: quia ſicut illud
vendere, ita & emere non licet. Et de hoc in ſuo ſimili dicit
Sanctus Thomas, quartò quolibeto, articulo xxiij. ad xvij.
quòd illicitum eſt ad religionem inducere per temporalia
cum pacto: ſecus ſine pacto.j.quæſtio.prima.quàm pio.& ſic
Syluester dona promiſit volentibus baptizari: vt in d.c.quàm
pio.not.Vide infrà, Simonia.§.viij.parti.iij. ¶Secundò.† Non 12
debent eos defendere in perſona vel in bonis, ſine iudicio ter
renæ poteſtatis.dict.cap.ſicut. ¶Tertiò, non debent eos im-
pedire obſeruare conſuetudines ſuas in ſuis feſtiuitatibus:
modò nihil faciant in opprobrium Chriſtianorum.xlv.di-
ſtinctione.qui ſyncera.& dicto capite, ſicut.& C.de Iudæis.l.
Iudæis.

Iudæis.Pro quo ſciendum eſt ex ij.ij.q.x.arti.xj. quòd huma-
num regimen debet imitari diuinum à quo deriuatur, quod
permittit aliqua mala in vniuerſo,quæ poſſet prohibere: ne
ſublatis eis maiora tollantur bona,aut mala maiora ſequan-
tur:& ſic tolerantur ritus infidelium , in quibus peccant. Ex
hoc autem ꝙ Iudæi ritus ſuos obſeruant,in quibus aliquando
veritas fidei figurabatur:hoc ſequitur bonum quòd fidei no-
ſtræ teſtimonium habemus ab hoſtibus:ideoq; tolerantur:vt
di.xlv.de Iudæis.& extra eo.conſtituit.Aliorum verò infide-
lium ritus,quia nihil vtilitatis aut veritatis afferunt,non ſunt
aliquatenus tolerandi,niſi ad vitandum maius malum,vt ſcā
dalum,vel diſsidiū,vel impedimentum ſalutis eorū,qui tole-
rati paulatim conuertunt͛. ¶Quartò,nō debent ab eis exigi
coacta ſeruitia,quæ facere nō conſueuerunt.d.c.ſicut.de quo
ſ.Baptiſmus.iiij.§.vj.¶Quintò,nō debent effodi eorum ſepul
cra vel corpora humana obtentu pecuniæ:nec eorū cœmete
ria quiſquam mutilare aut inuadere.d.c.ſicut.& cōtrafacien-
tes Chriſtiani,ſi ſunt clerici,priuari debent officio & benefi-
cio:ſi laici,excōmunicandi:vt in d.c.ſicut. ¶Sextò,nō debent
in ſabbatis ſuis ad iudicium trahi.C.de Iudæ.l.die ſabbati. &
d.c.ſicut.¶Septimò,nō debent impediri ſua,prout melius po
terunt,vendere:ſicut nec Chriſtiani.C.eo.l.nemo.¶Octauò,
non ſunt ſpoliandi bonis iniuſtè quæſitis ſi conuertantur ad
fidem,nec debita ſucceſsione:& ſi ablata fuerint, præcipitur
poteſtatibus locorum ſub pœna excōmunicationis quòd fa-
ciant ea reſtitui.extra eo.Iudæ.el ij.Ex quo infert Pan . quòd
non perdunt agnationem ſuam:vnde ſuccedere debent ſuis
attinentibus.& multò minus bona legitimè quæſita:cuius cō
trarium exiſtimant vulgares.quod erroneum eſt.¶Nonò,nō
ſunt prohibendi ad fidem conuerti & ſuſcipere baptiſmum,
etiam ſi ſerui ſunt Chriſtianorum.arg.c.duæ ſunt.xij.q.ij.re-
manent tamen ſerui ſi prius erant ſerui alicuius Chriſtiani,
cùm ſeruitus ſit approbata iure diuinum , ciuili,& canonico.
xij.q ij.ſi quos.dulcius tamen tractandi ſunt quàm alij ſerui
qui non ſunt Chriſtiani.arg.de maio.&obe.per tuas.¶Septi-
13 mò quæritur, † vtrum domini exactionem facere poſsint in
Iudæos?Et dicit S.Thomas in epiſtola ad duciſſam Braban-
tiæ,quòd licet,ſicut iura dicunt,Iudæi merito ſuæ culpæ ſint
addicti ſeruituti,& ſic domini res eorū poſsint accipere tan-
quam ſuas,ita tamen quòd vitæ neceſſaria nō ſubtrahantur:
quia tamen oportet nos ambulare honeſtè ad eos qui foris
ſunt,ne nomen domini blaſphemetur,hoc videtur obſeruā-
dum,vt in exactionibus,quas facere nō cōſueuerunt,nō præ-
grauentur:ad conſuetas autem cogi poſſunt.Cùm tamen ni-
hil habent præter vſuras,vt idem ibidem dicit,cùm non poſ-
ſint ipſi Iudæi talia licitè retinere ,conſequenter nec domini
recipientes collectas à talibus poſſunt talia retinere licitè,ni-
ſi fortè eſſent talia,quæ ab ipſis dominis vel eorum anteceſ-
ſoribus Iudęi extorſiſſent:extorta autem ab alijs illis debent
reſtituere,quibus Iudæi tenebantur,ſi inueniunt͛:alioquin in
pios vſus,ſecundum conſilium diœceſani vel aliorum probo-
rum,vel cōmunem vtilitatem terræ,ſi neceſſe eſt,eroganda
ſunt.Nec eſſet illicitū,ſi nouiter domini exigerent talia à Iu
dæis , ſeruata tamen ſuorum prædeceſſorum conſuetudine
hac intentione vt in pios vſus expendantur . hæc ex illo. Ex
quibus patet quòd bona incerta vſurariorum Iudæorum li
cet ſint per diœceſanum diſpenſanda quando ad aliū nō de-
uenerunt:vt infrà Reſtitutio.viij.§.v.ſecus vbi deuenerunt ad
manus dominorum.Pro prædictis tamen,vt ſciatur quid li-
ceat principi,& ſi fortè non ſemper expediat : nota quòd Iu-
dæi,cùm ſerui ſint,per dominum ſuum vendi poſſunt.arg.C.
ſi ſer.expor.vene.l.j.& ij.propter quam rationem tenet Ar-
chi.quòd eis poteſt auferre bona eorum,cùm ea nō habeant
niſi vt peculium,& alleg.c.Iudæi.el ij.eod.titu.vbi ſtatuitur
quòd ſi conuertātur,non auferantur eis bona:& conſequen-
ter ſi non conuertantur,poſſunt auferri,à contrario ſenſu.&
melius facit c.ſicut Iudæi.eo.tit.vbi prohibentur eorum bo-
na auferri ſine iudicio terrenæ poteſtatis:& cōſequenter hoc
princeps poteſt.¶Octauò quæritur, vtrum recipi & retineri
licitè poſsint dona & mercedes,quas Iudæi tribuunt pro la-
bore?Et dicit Veruec.quòd de his quæ habent Iudæi per aliū
modum quàm per vſuras & rapinas,puta ex artificio: nō eſt
dubium quòd ſic:ſi autem nihil habent præter vſuras:tunc ſi
recipiens certat de ſuo dāno vitando,non peccat:ſicut qui da
mnificatus eſt à fure vel raptore,puta per incendium,nō pec
caret ſi acciperet ab eo damnum ſuum,licet ipſe fur aut ra-
ptor nihil haberet,niſi quæſitum furto vel rapina : dūmodo
non recipiat pro dāno ſuo in ſpecie res ipſas alienas.Dona au
tem & eleemoſynæ accipiendæ non ſunt ab vſurarijs, quan-
do per hoc efficerentur nō ſoluendo,niſi ea intentione vt re-
ſtituantur creditoribus eorū.& idem dic ſi quocunq; alio ti-
tulo oneroſo vel lucratiuo bona huiuſmodi acceptentur.ſiue
rò ſunt ſoluendo:nō obſtante tali acceptatione, dic ut ſ.Re-
ſtitutio.ij.§.vij.Vtrū autem eis vendi poſsint illa,quibus lli-
citè vtuntur ad ritum ſuum:vide ſuprà Infidelitas.§.iiij.

## De Iudice in ſe,primò.

1 *Iudex quid & quotuplex ſit.*
2 *Iudex laicus quis & cuius eſſe poſsit.*
3 *Clericus non poteſt à iudice ſeculari iudicari,etiam volens ni-*
*ſi in caſibus.nume.4.*
5 *Clericus ſi petat ſe ad ſuum iudicem remitti, quis de hoc iudi-*
*cabit. & nume.6.*
7 *Delegatus papæ ſi delinquat,an coram ordinario loci conue-*
*niatur.*
8 *Laicus laicum quando ſub papa conueniat.*
9 *Iudex eccleſiaſticus quis & cuius eſſe poſsit.*
10 *Iudicis mandatum de iudicando , qualiter ſeruandum.*
11 *Iudex ſecularis vel eccleſiaſticus de quibus poſsit vel non poſſit*
*iudicare.*
12 *Iudex quid agere poſsit & debeat circa iudicandos.*
13 *Iudex qualiter ſe gerere debeat erga munera,ſalarium & ſpor*
*tulas.*
14 *Iudex qualiter expenſas itineris recipiat.*
15 *Salarium quale ſibi & ſuis taxet iudex.*
16 *Iudex quid poſsit circa pœnas reorum.*
17 *Iudicis iniuſtè iudicantis aut aliàs delinquentis quæ ſint pœnæ.*

IVDEX dictus eſt quaſi ius dicens populo : ſiue ꝙ iure di-
ſceptet,id eſt,iuſtè iudicet.de verb.ſig.forus.§.in omni.vñ
iudex eſt is , qui iure poteſt iuſtum cuique decernere &
reddere:argu.d.cap.forus. ¶Primò verò quæritur , † quotu
plex ſit iudex?Et dico quòd S.Tho.ij.ij.q.lxvij.arti.x. tangit
tria iudicum genera , ad quos omnes reducuntur , tenendo
iſtam concluſionem,quòd nullus poteſt iudicare , niſi ſubdi-
tum ordinariè , vel ex commiſsione ſuperioris , vel propria
ſponte,quibus ſuppoſitis ſic diſtinguo . Nam iudex quidam
eſt ordinarius,&quidam extraordinarius.Ordinarius quis ſit,
Io. And.ſecundum Inno.& Hoſt.multa notat in c cùm ab ec
cleſiarum.de offi.ord.& breuiter dico quòd Archid.poſt In-
no.videtur diffinire vt ſit is,qui eſt ab vniuerſitate vel colle-
gio electus,& per ſuperiorem confirmatus , vel vniuerſitati
aut collegio præfectus ab eo, qui habet adminiſtrationem
cum iuriſdictione:cùm ſecundum Innoc. ordinarius dicitur
qui eſt ab vniuerſitate electus, & per ſuperiorem confirma-
tus:vt in authen.de defenſ.ciui.§.interim.Vnde & rector cu
iuſlibet vniuerſitatis eſt ordinarius:& qui eligitur ab his,qui
ſunt alicuius profeſsionis,negotiationis, vel artis, vt ſunt pi-
ſtores,cerdones, Phyſici, Canoniſtæ,& ſimiles. Alij verò diffi
niunt vt ſit is qui habet vniuerſitatē cauſarum:vt ſuprà Hæ-
reticus ſecūdò. Extra ordinarius verò iudex eſt is,qui nō præ-
ficitur alicui vniuerſitati vel collegio. & eſt duplex:quidam
habens iuriſdictionem ex partiū volūtate, vt arbiter de quo
ſuprà,in loco ſuo: quidam verò ex cōmiſsione ſuperioris, vt
delegatus ad certam cauſam, & ſubdelegatus. Sunt tamen &
aliæ iudicum differētiæ,ſed ad prędictas reducūtur. Quidam
enim dicuntur pedanei,quorum officiū eſt de minutis & in-
fimis cauſis cognoſcere,& inutilibus autvilibus,licet ſint or
dinarij:maiores autē cauſas tenētur maioribus referre,cùm
ipſi per ſe terminare non poſsint.C.de peda.iudic.l.ij.Qui-
dam etiā olim dicebantur chartularij,qui erant ab Impera-
tore priuilegiati:vt corā eis poſſent litigare qui vellent,licet
ipſi ad hoc aliquem cogere non poſſent.¶Secūdò quæritur,
2 † quis & cuius poſsit eſſe iudex laicus?Et dico multa. ¶Pri-
mum.Iudex eſſe poteſt omnis qui nō prohibetur. arg.c. cùm
apud.de ſpon.& l.mutus.ff.de procur.prohibetur autem ſur-
dus,mutus,perpetuò furioſus,impubes,fœmina,ſeruus,excō
municatus, cōſanguineus rei,inimicus actoris, vel alia cauſa
ſuſpectus,& imperitus,ſeu illiteratus : de quibus diffusè non
proſequor cauſa breuitatis. ¶Secundum.Laicus poteſt cōſti
tuere ſuum iudicem omnem qui aliàs iuriſdictioni pręeſt, &
non alium.C.de iuriſd.om.iud.l.j.& l.priuatorum. & intelli-
gitur velle & conſentire quando ſcit eum nō eſſe ſuum iudi-
cem,& tamen litigat ſub eo.ff.de iud.l.ij.quod ſecundū gloſ.
in c.ſi diligenti.de foro compet.limita verum in cauſa ciuili:
ſecus in cauſa criminali.de quo vide Panor.ibi.Si autē is, cui
vult ſe ſubijcere,nō habet iuriſdictionem in actu, nō poteſt.
arg.de foro competen.ſignificaſti.& in c.ſi diligenti.Clerici
verò non poſſunt in nō ſuum iudicem conſentire,etiam pro
bonis temporalibus,niſi ſit perſona eccleſiaſtica,& de cōſen-
ſu epiſcopi ſui,de foro compet.ſignificaſti.& ibi Panorm.in
cap.ſi diligenti.Nam & ſecularis iudex nullā poteſt in eo ha
bere iuriſdictionē, neq; in criminalibus, neq; in ciuilibus.C.
de epiſ.& cle.auth.ſtatuimus.& de for.cōpet.ſecularis. lib.vj.
3 ¶†Tertium.Clericus huic priuilegio renuntiare non poteſt:
& ſi renuntiat reſpondēdo coram iudice ſeculari,ſi cauſa eſt
ciuilis,cadit à ſua cauſa:in criminalibus autem ſuum locum
amittit.de foro cōpet.ſi diligenti.& ſi nō habent locum ſiue
dignitatem, poteſt aliàs extraordinariè puniri. Si autē iudex
laicus iudicat de clerico:priuari debet officio iudicādi , ſi eū
vocat ad iudicium ſuum.ij.q.j.inolita.nec ſentētia valebit.de
iudicat ſi clerici.Sed & is,qui fecit eū vocare,debet amittere
cauſam,per ſententiam tamen,& debet excommunicari.d.c.
inolita.quam pœnam ſecūdum Hoſtien.patietur ex ſola vo-
catione,ex quo clericus tractus eſt:iudex autem nō niſi iudi-
cauerit:vel fortè citra litis cōteſtationem locus eſt pœniten-
tiæ: & vterq; peccat mortaliter, & ſimiliter clericus reſpon-
dendo:niſi eſſet in minoribus,& vellet deſerere clericatum.
4 ¶†Quartum.Fallit quod dictum eſt, primò in cauſa recon-
uentionis ciuilis:quia ſi clericus cōuenit laicum coram iudi-
ce laico:& ille reconuenerit clericum ciuiliter,& feratur ſen
tentia contra clericum, tenet: quia factus eſt ſuus iudex per
reconuentionē.de mut.pet.c.j.& ij.& iij.q.viij.cuius in agen-
do.Criminaliter verò laicus coram laico ſicut nō poteſt cle-
ricum conuenire, ita nec reconuenire.iij.q.ij.neganda.Fallit
ſecundò quando clericus eſt traditus curię ſeculari.Et tertiò
quando interuenit epiſcopalis authoritas : quia tunc poſſet
iudex laicus iudicare clericum in cauſa tēporali merè, aliàs
non:vt in c.ij.de iud.Et idē ſi interueniat authoritas abbatis
quo ad monachum in exemptis:quia habet quaſi iuriſdictio-
nem epiſcopalem.Vide Panor.de iudic.at ſi clerici.Gloſ. au-
tem ſummaria quę ponitur ij.q.j.in princip.ponit duos alios,
ſcilicet in cauſa feudi,& ſi ſit incorrigibilis.diſtin.xvij.nec li-
cuit.¶Quintum.† Cùm clericus captus propter maleficium 5
à iudice laico petit ſe remitti ad curiā eccleſiaſticā:vel iudex
eccleſiaſticus illum petit:dico quòd ad quē ſpectet cognitio
patebit §.vj.particula tertia. Modus autem procedendi eſt
quòd ſi notorium eſt quòd ſit clericus tali priuilegio gau-
dens,ſtatim debet reſtitui abſq; aliqua cognitione .Si autem
fama publica de hoc eſt,vel ipſe pro clerico communiter ha
betur,vel prius non ſe gerebat pro laico: & deprehenſus eſt
cum tonſura & habitu clericali,debet etiā reddi incōtinenti,
ſed cum cauſæ cognitione de clericatu:ita tñ quòd proban-
di neceſsitate non ipſe,ſed aduerſarius conſtringatur.Si verò
ante deprehēſionem pro laico publicè ſe gerebat,& pro tali
communiter habebatur:etiā ſi tempore deprehenſionis erat
in habitu clericali,nō eſt reſtituendus quouſq; fidem fecerit
de clericatu:ſed tamen interim quieſcet proceſſus iudicialis. 6
de ſentent.excom.ſi iudex.lib.vj.¶†Sextum.Si clericus poſt
delictum,puta homicidium,efficiatur clericus allegat cleri-
catum ne puniatur à iudice laico.Dyn.in l.itē Vlpianus.ff.de
excuſ.tut.vt refert Bar.in l.j.ff.de pœn.determinauit quòd ſi
ſe clericum fecit in fraudē,non prodeſt illi dicta allegatio.l.
ſi maritus.§.j.ff.de adulte. & l.hos accuſare.§.hoc beneficio.
Si verò certum eſt hoc eū feciſſe ſine fraude: prodeſt allega-
tio.d.§.hoc beneficio.Si verò eſt dubium:tūc ſic ſi erat accu-
ſatus vel infamatus de crimine,præſumit͛ hoc feciſſe in frau-
dem.& concord.Guido de Su.& Spec.in tit.de reo. Sed Bart.
dicit totam iſtam determinationē loqui ante inchoationem
proceſſus contra eum.Si verò fuiſſet inchoatus vel ſententia
lata,& pòſt efficiatur clericus:videtur tex.cum gl.quòd iſta
allegatio nō proſit.l.ſi quis poſtea.ff.de iudi.& l.cùm quędā.
ff.de iuriſd.om.iudic.quod Ioan.And.in c.j. de obli.ad ratio.
dicit verum quantum ad executionem faciendam in rebus:
quod autem perſona capi poſsit vel in carceribus detineri
aut decapitari, fieri non poteſt, cùm perſona clerici ſit ex-
empta à manu iudicis ſecularis.Et idem concludit Barto.di-
cens quòd eum punire non poteſt iudex ſecularis , niſi prius
degradetur.Et quod de clerico dicit,dic de omni profeſſo,ſic
quòd fiat religioſus,quia mortuus eſt mūdo:vt l.Deo nobis.
C.de epiſcop.& cler.Prædicta autem nō ſunt vera,ſi profeſ-
ſionem faceret in carceribus:vt ibidem not.Ioan.And.nec ſi
mutaret habitum & efficeretur Beghinus aut miles gaudēs,
poſito quòd habeat priuilegium vt ſit exemptus à curia ſecu
lari:quia illa regula non facit eum clericum aut religioſum.
& idem Gul.de Lau.¶†Septimum.Si delegatus papæ in ſua 7
delegatione delinquat,an corā ordinario loci cōueniri poſ-
ſit.in authēt.qua in prouincia.C.vbi de cri.agi opor.Legiſtæ
tractauerunt,& Ioan.And.in c.fin.de reſcrip.& Panorm. ibi-
dem,ſecundum quem eſt concluſio quòd ſi delinquit in pro-
cedendo,cùm ſolùm contra papam delinquat non parendo
eius mandatis,per alium inferiorem puniri non poteſt, imò
ſecundam Panor.in c.prudentiam.de offic.deleg.non poteſt
eum cogere ad exequendū.Si verò delinquat peruersè agen
do,puniri poteſt per ordinarium loci : quia non conuenitur
vt delegatus,ſed vt criminoſus.Quod Ioan.And. videtur li-
mitare,quando per hoc non impediretur procedere in cauſa
ſibi delegata:quia dicit ſe credere quòd pendente cauſa co-
ram eo,conueniri poſsit coram ordinario, ſaltem vbi impe-
diretur procedere in cauſa ſibi delegata : quia reſpectu eius
duntaxat eſt maior omni ordinario:vt in capite.ſtuduiſti. de
offic.deleg.¶†Octauum.Laicus laicum ſub papa in re ciuili 8
conuenire nō poteſt,ſecundum gloſ.xj.q.j.in Sum.& Panor.
in cap.

in cap.licet ex ſuſcepto.de foro compet.Fallit in xvj.caſibus.
Primò,ratione conſuetudinis.de foro compet.ſi clericus.Se-
cundò,in terris ſubiectis eccleſiæ quo ad tēporalem iuriſdi-
ctionem:vt ibi not.Tertiò, quando cauſa, ſuper qua aditur,
ſpectat ad eccleſiaſticum de iure.de ordin.cogni.tuam.& de
foro compet.cùm ſit generale.Quartò,quando vacat impe-
rium,& aditur papa in cauſa ſpectāte ad Imperatorem: vt in
dicto cap.licet.Quintò, data negligentia principis in iuſtitia
miniſtranda.d.cap.licet.& dicto cap.cùm ſit. Sextò, quando
impetratur à perſona miſerabili &oppreſſa:vt in cap.ex par-
te B.de foro competen. Septimò,quādo iudex ſecularis non
habens ſuperiorem in prouincia,allegatur ſuſpectus,aut nō
vult iuſtitiam facere:vt notat.in authentic.vt different.iudi.
§.j.&ij.Octauò, in cauſa reconuentionis.iij.quæſt.viij.§.cu-
ius in agēdo.Nono,ſecundum Hoſtien.in cauſis mortuario-
rum à defunctis relictorum,authent.de eccleſia.titu.§.ſi au-
tem.Decimò,quādo ſecularis iudex inuocat auxilium eccle-
ſiæ.xxiij.quæſt.v.adminiſtratores.ſecundum Innocent. puta
quia ſubditi ſibi non obediunt. Vndecimò, ratione admini-
ſtrationis aſſumptæ à laicis.quod intellige vt not.in cap.iu-
dicatum.lxxxix.diſtinct.Duodecimò,ſi eccleſiarum ſerui vel
homines ſeruientes indebitè à laicis collectentur.xij.queſt.ij.
eccleſiarum ſeruos.& in authent.item nulla communitas.C.
de epiſcop.& cler.Decimotertiò,quando in prouincia nō eſt
iudex aut ſuperior laico:quia tunc adiri poteſt epiſcopus, vt
eſt caſus in authen.vt differen.iudic.§.ſi verò contigerit.De-
cimoquartò,quando aliquid eſt ambiguum,& vt difficile in-
ter iudices variatur:qui filij ſint legiti. per venerabilem.De-
cimoquintò,quando agitur per viam denuntiationis Euan-
gelicæ.de iudi.cap.nouit.Decimoſextò,quando cauſa profa-
na eſt annexa cū cauſa ſpectāte principaliter ad eccleſiā, cu-
ius exemplum ponit glo.de dote,in cap.de prudentia.de do-
te poſt diuort.reſtit.& hoc quando non agitur principaliter
de dote,ſed ex conſequentia.Circa prædicta autem vide Pa-
norm.in dicto cap.licet.& adde quòd prædicta ſunt vera lo-
quendo iuridicè:de plenitudine autē poteſtatis ſub papa ver-
ſari poteſt omnis cauſa à quocunq; : cùm ſit omnium iudex,
habens in ſua voluntate omnia iura humana.¶Tertiò quæ-
9 ritur,†quis & cuius poſsit eſſe iudex eccleſiaſticus? Et dico
multa.¶Primū.Perſona eccleſiaſtica pōt eſſe iudex,& cau-
ſas vētilare,& iudicare inter ſubditos,in quibus habet iuriſdi-
ctionem,præſertim clericos.ij.quæſt.j.cap.ij.& cap.experiē-
tiæ.de foro compet.per totum.¶Secundum.Omnis Chriſtia
nus ratione ſpiritualitatis:puta quia cauſa eſt ſpiritualis, &
ratione peccati efficitur de foro eccleſiæ.de iudi.ca.ij.&cap.
nouit. Vnde ſi iudex laicus negligit de ſubditis iuſtitiam fa-
cere,eccleſiaſticus iudex poteſt illum cōpellere ad iuſtitiam,
tenendam,& ſupplere defectum eius,cognoſcēdo de cauſa,
& ſic de ſubditis eius iudicare.de foro cōpeten. ex trāſmiſſa.
xxiij.quæſt.v.adminiſtratores.Gloſſ.etiam ſum.xj.quæſtio.j.
vltra caſum negligentię ponit alios:vt ſi iudex eccleſiaſticus
conueniat laicum ſuper rebus ſpiritualibus,de iudic.cap.ij. &
iij.vel ſi ruſtici eccleſiæ conueniantur.lxxxix.diſtinct.iudica-
tum.de appel.cap.ſi duobus.vel ſi quis rapuerit res eccleſiæ,
adde vel eccleſiaſticorum: quia potius ex cōſuetudine quàm
de iure conuenitur ſub clerico:de foro compet.capi. cùm ſit.
& cap.ſi clericus.vel ſi iudex ſecularis fuerit ſuſpectus,vel ha
beatur querela contra ipſum,in authen.vt differ.iudi.collat.
ix.§.j.& ij.& penul.Non tamen ecōtrario propter negligen-
tiam iudicis eccleſiaſtici poteſt clericus cōueniri coram lai-
co de iudi.qualiter.in fi.¶Tertium.Quamuis iudex eccleſia-
ſticus directè iudicare nō poſsit de infidelibus,ſecundū Ray.
quia foris ſunt,ſcilicet aliquas religionis regulas imponēdo:
indirectè tamen iudicat,ſubtrahendo Chriſtianos ab eorum
communione:vt patet de Iudęis,præcipuę ſi attētarent ſub-
uertere Chriſtianos,aut Chriſtū blaſphemare:vt ſ.Iudęus.§.
j.& breuiter iudicat in omnibus pertinentibus ad fidei defen
ſionem,ac etiam delictorum correctionem quo ad infideles
ſeu temporali iuriſdictione ſubiectos.arg.C.de Iudę.l.Iudæi
Romano.¶Quartò quæritur,qualis debeat eſſe iudex quan-
tum ad intellectum ſiue ſcientiam?Et dico ſecundum Bern.
de reſcrip.ſciſcitatus.quòd debet ita eſſe peritus,vt quæſtio-
nō habeat ab alijs quicquid eum loqui oporteat:de conſang.
&affi.ex literis.& in authen.de iud.in prin.coll.vj.Sed ſi ſit
illiteratus,habeat tamen conſuetudinē & peritiam iudicādi,
poteſt ei cauſa cōmitti.C.de iuriſd.om.iu.l.certi iuris.Sed iu-
dex maximè eccleſiaſticus eſſe nō poteſt,niſi ſit peritus ſaltē
mediocri iuris ſcientia: vt not.diſtin.xx.c.j.& de elect.cap.cū
nobis olim.Et hoc videtur velle gloſ.in cap.ſciſcitatus.de re-
ſcrip.ex qua infert ibi Panorm. quòd cōtra iudicem delega-
tum poteſt excipi,quòd iudex eſſe non poſsit, quia eſt illite-
ratus,& non habet peritiam iudicandi.Secus ſi eā haberet ex
conſuetudine,licet eſſet illiteratus,vt eſt text.in dicta l.certi
iuris.& hoc ſecundum mentem eius locum habet indiſtinctè
in iudice ſeculari & eccleſiaſtico:nō tamen oportet iudicem
eſſe peritiſsimum:cùm ex defectu ſciētię cōcedatur illi aſſu-
mere poſſe aſſeſſorem expēſis partium.de reſcrip.ſtatutum.
§.aſſeſſorem.lib.vj.Et hæc nota:quia faciunt ad caſum cùm
à ſede apoſtolica cauſæ religioſis cōmittuntur non habenti-
bus theoricam vel practicam iudicādi:quia cōtra eos poteſt
excipi quòd iudices eſſe non poſsint,niſi ſit data certa pſona.
¶†Quintò quęritur,quomodo intelligi debeat iudicis man- 10
datum vel commiſsio?Et dico multa. ¶Primum.Si dicatur,
iudices ſimpliciter & purè:dico per hoc non remoueri ordi-
nem iuris,ſed tantùm pernitioſam ſubtilitatem:quia prædi-
cta verba importāt ex ſuo proprio ſignificato idē quod ſine
plica & malitia.Ad quod gloſ.in clem.ſæpe.de verb.ſigni.in
verbo,ſimpliciter.& iudiciarius ordo non eſt inuentus ad in-
uoluendum.de iudi.c.dilecti filij.ideoq; nō remouebitur,ſe-
cundum Panor.ibi.¶Secūdum.Si dicatur,procedas ſine iuris
ſolennitate:ſecundum Panor.in d.c.dilecti.cenſetur ſublata
ſolennitas iuris ciuilis & canonici,ſed non diuini & iuris gen-
tium:ideoq; duo teſtes ſufficerēt,licet fortè plures requi-
rentur:& ſimiliter ſi eſſent infames:quia infamia eſt de iure
poſitiuo.de ſimon.c.per tuas.non tamen recipiuntur non ci-
tata parte:quia citatio eſt ſpecies defenſionis,quæ eſt de iure
gētium:nec poteſt tolli:vt in clem.paſtoralis.de re iud. Pote-
rit autem eos recipere ſine iuramēto,& diebus feriatis in ho
norem Dei:cùm hæc ſolēnitas inducta ſit iure ciuili,ſecun-
dum Bart.in l.filiusfam.ff.de don.& ſimiliter eos poterit re-
cipere,etiā ſi ſint perſonæ iure reprobatæ,puta relegatę vel
infames.ff.de teſta.l.cū lege.¶Tertium.Si dicatur,iudices vt
volueris:ſecundū Pan.ibi intelligitur ſolùm dolus excluſus.
arg.in l.creditor.§.Lucius.ff.mād.& ideo ius alterius tollere
non pōt ſine cauſa,ſicut nec cōmittens:quia nemo plus iuris
in aliū trāsfert,quàm ipſe habeat.de dote poſt diuor.reſtitu.
c.nuper.propter quod dicit Bar.in extrauag.ad reprimēdum.
quòd ille cui cōmittitur vt faciat qđ vult, vel ſicut libuerit
licet nō teneatur ſequi regulas iuris ciuilis,remanet tñ liga-
tus regulis iuris naturalis gētiū,ſeu naturalis ęquitatis,quod
idē eſt:vt in d.cle.paſtoralis.vbi Imperator inualidè egit,quia
regulas exceſsit iuris naturalis.¶Quartū.Si dicatur,iudices
ſecūdum veritatem & æquitatē:ſecūdum Panor.in c.literas.
de iura.cal.ſeruari debēt ſolennitates etiam rigoroſæ iuris
poſitiui.Sed melius dicit dom.Anto.quòd ad rigoroſas non
tenetur.Verbum autē hoc,bona æquitate,omiſsis ſolenni-
tibus



tibus iuris non intelligitur, quaſi non debeat haberi reſpe-
ctus ad iura ciuilia:quia eſt contra l.bona fides.ff. depo. ſed
quaſi non debeat haberi ad illa iura, quæ ponunt quaſdam
ſolennitates vel ſubtilitates negotij veritatem nō tangentes,
quæ vocant apices iuris,ſcđm Bar.in l.ſi fideiuſſor.ff.manda.
negotium verò principale per iura debet decidi.¶Quintum.
Si dicatur,iudices vt tibi videbitur:ſcđm Pan.in c.j.de iudi.iu
dicare debet iudicio intellectus, cui congruit hoc verbum,
videbitur.Et ita no.Bar.in l.qui tamen.§.arbiter.ff.de arbi.Et
idem cùm dicitur,relinquo arbitrio vel iudicio,aut prudentię
tuæ:quia tunc denotatur arbitrium boni viri ratione regula-
tificatur cùm dicitur,vt viſum fuerit,vel tibi videbitur:vt not.
Pan.in c.j.de ſeque.poſ.Et ſimiliter per hæc verba,ſi æſtima-
ueris,ſi arbitratus fueris,ſi tibi placuerit.importatur arbitriū
prædictum,& nō propria & nuda voluntas,vt probatur in l.
fideicōmiſſa.§.quanquā.ff.de leg.iij.&in l.Thais.§.ſororem.
ff.de fideicom.liber.vide tex.cum gl.in c.ij.de cor.vitia.&per
Bar.in extrauaganti,ad reprimendum.&Pan.in c.j.de conſti.
vnde tenetur ſequi omnes regulas iuris ciuilis,ſecūdum Bar.
in d.extrauagan.alle.l.j.ff.de arbit.Et breuiter omnia verba
exceptis iſtis, volo,libet, arbitrium plenum, vel liberum ,vt
ibi notat Bar.important arbitrium boni viri.¶Sextum.Si di-
catur,ſine ſtrepitu & figura iudicij, quomodo ſit intelligen-
dum,& quomodo omitti tunc poſſunt omnia quæ non ſunt
de iure gentium vel naturali.vide diffuſè in cle.ſæpe.de ver.
ſig.¶Septimum.Verbum,ſummariè,intelligendum eſt bre-
uiter ita quòd tota ſubſtantia negotij comprehendatur, nec
de ſubſtantialibus quicquam omittatur : vnde libellus æquè
formatur,ſicut ſi procedatur ordinariè , & lis conteſtatur &
datur diffinitiua ſententia. Verbum autem, de facto, intelli-
gitur manu regia.l.ij.in princi.ff.de ori.iu.& ſic omittitur o-
mnis iuris ſolennitas,ſed alterius iura nullo modo læduntur
contra naturalem æquitatem. Verbum etiam ,poſtpoſitis ri-
mulis & apicibus iuris,ſecundum mentem Arch.ius cōmune
non tollit:ſed ſolùm ea quæ non ſunt de ſubſtantia ordinis iu
diciarij:ſine quibus in foro contentioſo procedi nō poteſt.Ver
bum etiam,de plano,exponit Pan.in cle.diſpendioſam.de iu
di.id eſt,ſine ſtrepitu iudiciorum:de quibus omnibus vide Ar
chi.iij.parte.tit.vj.c.xv.¶Octauum. Prædicta notanda ſunt,
ex quibus patet multarum deciſio queſtionum.Nā ſi dicatur,
alicui impone pœnitentiam vt tibi viſum fuerit:nō datur li-
bera poteſtas,nec ad ſuā voluntatem poteſt imponere : ſed
denotatur arbitrium boni viri:vt no.gl.in c.ij.de cor. vitia.&
Pan.in c.ſignificauit.de pœ.& re. Et idem à fortiori ſi dicať,
relinquo tuæ prudentiæ vel diſcretioni.Si etiā mercator pa-
ctus eſt cum factore ſe daturum ſolū illud ſalariū quod ſibi
videbitur,ſiue parū ſiue multū lucretur,dare tenebitur ad ar
bitrium boni viri honeſtū,ſcđm quod alij factores habere cō
ſueuerunt,& nō pro ſua volūtate.& facit l.qđ ſi nolit. §. quia
aſsidua.ff.de ædil.edic.Si tamen addita fuiſſent aliqua verba
reſtrictiua illius,ad nudā voluntatem:vt ſi dixiſſet, nolo tibi
dare aliquid certi,nec tantū aut quantū,ſed ſolum vt mihi vi-
debitur nec volo alleges cōſuetudinem vel huiuſmodi,per quę
intelligeretur ſe velle ſtare in nuda voluntate,ſecus eſſet,nec
tenereť de neceſsitate:& ſi de æquitate:quia ſcienti & volen-
ti non fit iniuria neque dolus. Si etiā religioſi habeāt ex legi-
bus ſuis quòd prælatus poſsit in ordinis rigore diſpenſare vt
ſibi videbitur:requiritur arbitriū boni viri:id eſt,nō voluntas
ſimpliciter,ſed ratione regulata . Et idem ſi cōpromittať in
arbitros,vt eis videbiť.& huiuſmodi. ¶Sextò quæritur , †de
quibus poſsit vel nō poſsit iudex ſecularis aut eccleſiaſticus
iudicare?Et dico multa.¶Primum . Iudex ſecularis iudicare
poteſt de his quæ ſunt peccata,vt de vſura,furtis,&huiuſmo-
di,ſecundum Panorm.in cap.cùm ſit generale.de fo.compe.
dummodo non diſputetur vtrum ſit peccatum principaliter,
vt patet ff.& C.de condi.indeb.per totum.& hæc eſt commu
nis opinio & vera:quia coram eo poteſt obijci de iuramento,
ſi non vertitur dubium de eius validitate:vt in cap.rex debet.
xxiij.q.v.Si verò dubitatur vtrum ſit vſura,vel ne, peccatum
vel ne,iudicare non poteſt,ſed ad eccleſiam eſt recurrendum
qui fil.ſint,legi.per venerabilem.& in cle.vnica,de vſur.Fallit
hoc in crimine hæreſis,de quo nullo modo niſi exequendo
ſe intromittere poteſt.Fallit etiam ſecundum glo.in d.c.cùm
ſit generale.in multis alijs caſibus. Sed dico cum Panormit.
nullum alium eſſe,niſi in dubio,vt dictum eſt . de quo vide
glo.xxxij.q.v.Chriſtiana religio.& ibi per Arch.& ſ.Crimen.
§.j. ¶Secundum. Prælatus vel iudex eccleſiaſticus habens
temporalem iuriſdictionem ſecundum Ray.debet conſtitue
re iudicem ſecularem qui audiat cauſas ſanguinis: quia ſcili-
cet de his ſe intromittere non poteſt:licet poſsit mandare vt
fiat iuſtitia,etiam in ſpeciali ſuper aliquo maleficio,puta ho-
micidio : & interrogatus quid agendum , reſpondere poſsit
conſulendum eſſe peritos,ſine irregularitate:ne cle.vel mo-
na.epiſcopus.libr.vj.Ex quibus patet quòd poteſt iudex ſecu-
laris compellere ad reſtitutionem vſurarum . ¶Tertium.In
caſu de quo ſ.§.ij.particula v.quando ſcilicet clericus pro ma
leficio tenetur à iudice laico,& allegatur quòd eſt clericus,&
petitur remiſsio ad curiam eccleſiaſticam:ad iudicem eccle-
ſiaſticum ſpectat cognoſcere:quia de re agitur ſpirituali ſiue
eccleſiaſtica:ſed vocari debet iudex ſecularis,aut alius, cuius
intereſt.de ſenten . excommunica.ſi iudex.libr.vj.
¶Septimò queritur,†in genere,quid iudex poſsit aut debeat 12
circa iudicādos?Et dico multa.¶Primū.Malus iudex aut prę
latus ſcđm Alex.in tertio,ſubditos iudicādo mortaliter pec-
cat.de quo dic vt ſ.Correctio.j.§.xvj.¶Secundum.Ordinariè
autem ꝓcedendo ſine accuſatore iudicare nō pōt.de accuſ.ſi
legitimus.extraordinariè autem pōt:vt in inquiſitione & de-
nuntiatione,vt ſ.patuit ſuis locis:infamia habente locum ac-
cuſatoris.de accu.c.euidentia.¶Tertium . Non poteſt etiam
indiſtinctè partes cogere ad cōpoſitionem. Nam ad pacem
quidem & pōt & debet partes reducere & compellere tā ſe-
cularis quàm eccleſiaſticus iudex reſpectu ſubditorum ſuo-
rum,ſecundum Panormitanum in rubrica,de treuga &pace.
xc.diſtinctio.c.ſi quis.c.contriſtatus.&.c.placuit . quod etiam
tenet Bartolus in l.congruit.ff.de officio præſidis . In cauſa
verò ciuili non poteſt ad compoſitionem inducere , etiam
princeps ex poteſtate ordinaria.l.j.ff. de noui operis nuntia-
tione.Limita,niſi lis ſit longa & intricata: quia iudex poteſt
partes ad concordiam compellere. Et videtur eſſe textus in
c.placuit.xc.diſtinctione.& ita videtur limitare Pan. in c.fin.
de tranſact. dicens quòd hoc iudex poteſt , ſi iura partium
ſunt ignota:ſi verò iam ſunt clara , vt quia concluſum eſt in
cauſa,& ſic iudici liquet pro qua parte debeat facere ſenten-
tiam,ſecundum Io. And.niſi aliquæ circunſtantiæ ſuadeant,
abſtinere debet à tali compoſitione:quia de iure vnius alteri
tradere non debet ſine cauſa.Ex circunſtantijs autem poſſet
hoc facere:& cæteris paribus magis debet ſuadere actori vin-
centi,quàm reo abſoluendo:quia ſententia ferenda pro acto-
re eſt mandanda executioni:&in executionis actu fieri poſſet
litigium longum.quæ ratio ceſſat ex parte rei,licet etiam ex
parte eius poſſet ſubeſſe cauſa,vt quia actor eſt pecunioſus&
paratus appellare.¶Quartum. Poteſt etiam & tenetur com
pellere potentiores,ne contumelijs afficiant viliores. l.illici-
tas.§.ne potentiores.ff.de offic.præſid. ¶Quintum. Poteſt
etiam ac tenetur compellere aduerſarium ad præſtandum
cautionem de non offendendo actorem vel ſuos: quando
talis

talisveriſimiliter timens implorat eius officium:vt in d.§.ne potentiores.& ibi per Bart.& eſt text.in l.denuntiamus.C.de his qui ad eccle.confu.& ibi per Cy.& facit tex. in c.de benedicto.xxxij.q.j.& in c.literas.in fine.de reſtitu.ſpo.¶ Sextum. Poteſt etiam ac tenetur ex neceſsitate officij purgare prouinciam malis hominibus.&tex.eſt in l.iij.& l.congruit.ff.de offi.præſid.propter quod dicit Bal.in l.Gallus.ff.de lib. & poſt. & Rapha.& Inno.quòd licet ſtatutũ ciuitatis dicat quòd poteſt punire:ly pōt,importat neceſsitatem.d.l.Gallus.in prin. vnde ſi nõ facit,tenetur de negligentia. Facit quod no.Bal.& Ange.in l.mãcipia.C.de ſer.fugi.Debet ergo inquirere delicta:aliter tenebitur in ſyndicatu.quod limita, ſi habet merũ imperium.l.imperium.& quod ibi no.Bar.in l.iubere cauere. ff.de iuriſd.om.iud.& in l.j.ff.de offi.eius cui man. eſt iuriſd. ¶ Septimum. Tenetur iudex ſecularis brachium præſtare eccleſiaſtico contra ſubditũ reſiſtentem ei de facto: ſecus ſi de iure:vt quia appellauit ad ſuperiores:& epiſcopus dicit quòd non poteſt,& petit brachium ſeculare.& ita no.Pan.in c.j.de offi.or.& idem in exempto,qui allegat exemptionem,quam
13 epiſcopus nõ admittit. ¶ Octauò quæritur ſpecialiter, † quid poſsit circa munera,quantum ad ſe& ſuos officiales.Et dico multa. ¶ Primum.Ea,quæ à iudicibus quocunq; titulo recipiuntur,in genere tria ſunt,quantum ex Docto.& iure colligitur,ſcilicet expenſæ,ſalarium,& munera,ſiue ſportulæ,quę ſunt munera,quorum quantitas non eſt lege diffinita, vt in auth.generaliter.C.de epiſ.& cle. ¶ Secundum. Secundum iura ciuilia iudex ordinarius ſecularis petit ſportulas ſolùm: nec aliud petere poteſt.iij.q.iij. offeratur. & ita tenet cum Azo.Sum.Ang.cuius allegationes non probant.vnde melius tenet Roſ.quòd ordinarius ſecularis ſportulas non petit nec accipit:cùm habeat ſuas prouiſiones:ſed ſi eas non haberet, vel non ſufficientes,eſt vera opi.prima.Delegatus verò ſportulas petit:ſed non habet niſi duos aureos in principio,etiam ſi ſit à principe:& duos in fine,quando cauſa excedit centum aureos:quos non excedit,nihil habebit,in auth. de iudi. §.ne autem labor.not.glo.in c.cùm ab omni.de vita & hone.cler. Excipiuntur eſculenta & poculenta,id eſt,comeſtibilia &potabilia ex mera liberalitate oblata, id eſt, ſine petitione etiã interdicta,ſi talia ſunt quæ diebus paucis conſumi poſsint,ſecundum glo.in c.ſtatutum.de reſcri.lib.vj.& ff.de offi.præſi. l.plebiſcito.& hoc boni viri arbitrio iudicabitur, ſcđm glo. in d.c.ſtatutum & penſata qualitate dantis & accipentis, ſecundum Gul.de ſimo.& ſi quæſtiones.Et iſta eſculenta & poculenta dicunť xenia moderata.diſtin. xviij.de eulogijs.quæ ab omnibus recipi poſſunt. Alia autem omnia, etiam ſi ſit vnus denarius,prohibentur omnes iudices accipere.ff.de offi. præ.l.plebiſcito.& l.ſolent.ff.de offi.procon.not.glo.in l.iij. C.de condic.ob tur.cauſam.facit l.j.C.de pœn. iudi.etiam ſi recipiant vt expediant cauſam: aliter reſtituere tenentur talia munera.arg.d. c.ſtatutum.&.c.exigit.de cenſi.lib.vj. imò ſi talis iudex ſit delegatus eccleſiaſticus,non liberatur facta remiſsione à dante,niſi reſtituat:& ſi reſtitueret in fraudem, vt ſibi poſtea redonaretur,non valeret,ſecundum glo.in d.c. ſtatutum.ſecus ſi reſtitueret ſine fraude,& ille liberaliter redonaret,ſecundum d.glo.quod intellige finito iudicio. ¶ Tertium.Iudex eccleſiaſticus ſiue ordinarius ſiue delegatus, ſecundum Pan.in c.cùm ab omni.de vi.& ho.cle. ſportulas recipere non poteſt:vt in d.c.cùm ab omni. quod licet de delegato loquatur,tamen idem tenet ibi Pan.& Io.And.& cæteri de ordinario,eadem imò potiori ratione:quia ideo eſt beneficiatus vt iuſtitiam reddat.& eſt gloſſa ad hoc in cap.non licet.xj.q.iij.Poteſt tamen ſecundum Gul.ordinarius habere quod datur apparitoribus & ſcriptoribus ſcribentibus acta cauſæ,& huiuſmodi:& cogentur partes ad huiuſmodi ſportulas,niſi litigantes ſint pauperes:& ſecundum Alex.de Ales, nuntij,& huiuſmodi inferiores officiales non habentes reditus deputatos,aliquid eligere poſſunt à litigantibus ſecundum conſuetudinem terræ: ſed non per vim aut immoderatam improbitatem : imò & ſecundum Hoſtienſ.in Summa, etiam ſi habeant reditus deputatos, poſſunt aliquid paruum recipere ſine vi & improbitate immoderata:aſſeſſor tamen habens ſalarium,hoc non poteſt,aliter reſtituere tenetur.ar. d.c.cùm ab omni. Eſculentum tamen & poculentum recipit licitè delegatus prædicto modo:vt in d.c.ſtatutum. & idem eſt de ordinario,vt placet multis:quia iſta non præſumuntur dari ad corruptionem,ſed ad curialitatem, & idem puto de omnibus inferioribus.Quantum ad ordinarium tamen Ray. videtur velle quòd huiuſmodi recipere quidem poſsit:non tamen à partibus propter ſuſpicionem. quod verum eſt,niſi propter circunſtantias perſonarum vel temporum aut locorum hoc daret ſuſpicionis materiam, non aliter. Quantum etiam ad delegatũ vult ibidem Pan. quòd ſi non ſit ſufficienter beneficiatus,poſsit petere ſportulas. quod verum puto,ſi inde iacturam patitur alicuius honeſti exercitij: alias placet opinio contraria. ¶ Quartum. Vtrum conſuetudo accipiendi ſportulas excuſet ordinarium vel delegatum eccleſiaſticum. Card.in clementi.ſtatutum.de elect. diſtinguit,dicens quòd non,ſi conſuetudo ortum habuit ab exactione:ſi verò ab exactione ortũ nõ habuit,cõpelli poſſunt partes ad obſeruandum laudabilem conſuetudinem. de ſimo. ad apoſtolicam. Sed licet hæc diſtinctio quantum ad primum membrum vera ſit:quia tunc eſt contra honeſtatem & mentem d.c.cùm ab omni.& facit cap.ex multis.j.quæſtio.iij.quantum tamen ad ſecundum non eſt vera:quia ſi non præcedit exactio,cùm ſit ex mera liberalitate donatum, non inducitur conſuetudo:ſed quælibet donatio habet effectum ſuum,iuxta ea quæ not.in gloſſ.& Bartol.in l.cùm de in rem verſo. ff. de vſuris. c.autem,ad apoſtolicam.loquitur quando aliquid fuit datum in piam cauſam : quo caſu videntur laici voluiſſe inducere conſuetudinem.Et ideo dico cum Ioanne And.& Panorm.& communiter Doct.quòd non valet iſta conſuetudo. Et licet dicat Card.quòd iſta conſuetudo excuſat à mortali moderatè recipientem,quia habet pro ſe Doctores famoſos, not.ff.de re iudi.l.cùm prolatis.& de poſtu.præla.cap. lib.vj.tamen hoc non credo verum,nec iſtum à reſtitutione excuſari,niſi vbi non diſcerneret veriorem opinionem.
¶ Nonò quæritur, † quid iudex poſsit quantum ad expenſas ſuas&ſuorum?Et dico multa. ¶ Primum.Iudex ſecularis delegatus principis vel ordinarij,cùm extra domicilium proficiſcitur,expenſas moderatas, & æqualiter à partibus exhibendas poteſt expetere.d.c.ſtatutum.ſicut & teſtis cùm proficiſcitur extra domicilium.iiij.q.iij.§.venturus. cùm nemo ſuis ſumptibus cogatur militare. & idem quidam tenent de ordinario ſeculari,licet oppoſitum ſit de eccleſiaſtico, vt dicetur:quia prouiſionem ſuam habet cum onere maiori. Si tamen litigantes ſint pauperes : & delegatus à ſumptibus : d.c.ſtatutũ.& ordinarius à ſportulis abſtinebit.auth. de mand. prin.§.ſi tibi quoque. ¶ Secundum. Delegatus eccleſiaſticus ſi ſit à principe,cùm extra domicilium ſuum proficiſcitur, ſecundum Gulie.habebit expenſas non ſolùm pro victu, ſed etiam pro victuris equorum,& huiuſmodi:licet non ſalarium d.c.cùm ab omni.xij.q.ij.charitatem.quia nemo cogitur ſtipendijs militare:& munera,non ſumptus prohibentur j.iudices.quod quidem videtur Guliel.indiſtinctè tenere contra dominum ſuum Hoſtien.qui hoc videtur limitare, quando non habet ſufficiens beneficium.d.cap.cùm ab omni. primum eſt verius:arg.d.c.cùm ab omni.& d.c.ſtatutum.§.in ſuper.quæ indiſtinctè loquuntur:quia beneficia tali non conferuntur cum onere,cùm non habeat ordinariam iuriſdictionem.Et ita tenet Pan.in d.c.cùm ab omni.Nec obſtat quod minores facere potuiſſet.ff.man.l.ſi quis impendia.nec tenetur deducere eas quas domi feciſſet, cùm illa iura expenſas indiſtinctè permittant.& ita tenet Pan.contra gl.in d.c.cùm ab omni.Et ſi hac occaſione perdit equum,vel cappa ſpoliatur,vel eius familia infirmatur,ſicq; oportet eum moram facere longiorem,ſecundum aliquos,hoc à partibus petere nõ poteſt.ff.man.l.inter cauſas.§.non omnia. ſecundum Hoſti. verò poteſt quatenus plus quàm in domo ſua expendit.de ꝑcur.cum pro cauſa.Recipiet autem expenſas ab vna ſola parte,ſi ad eius petitionem iuit vltra duas dietas.de reſcrip.nonnulli.ſi verò infra duas dietas,ſecundum Ber. eas recipiet ab actore,niſi fuerit impetratus de conſenſu partium.iiij.q.iij. venturis.de reſcri.diſpendia.ſed ſecundum Gul.etiam ſi ab altera partium ſit impetratus,communiter procurabitur:quia eius officium eſt commune.xiiij.q.v.non ſane. In domo aũt ſua vel ciuitate iudicans nihil ſuo nomine pro expenſis obtinebit.xxiij.q.j.quod militare.etiam ſi ſit ſcholaris Bononiæ vel Pariſius moram trahens, qui interim ſtuderet:loquendo de ſtricto iure ſecundũ aliquos:licet arg. videatur in contrarium.xij.q.ij.charitatem.propter quod videtur Gul.titubare. Sed ego dico primum verum eſſe,vbi cauſa breui cõpendio poteſt expediri:ſecus vbi eum oporteret propter hoc tempore multo & notabili,puta per menſem eſſe in ſtudio:quia inde non debet notabiliter damnificari.de fideiuſſo. peruenit. ¶ Tertium.Delegatus ordinarij eccleſiaſtici ſi ſit delegatus ad vniuerſitatem,vt ſunt communiter epiſcoporum vicarij, ſecundum Gul.in Spe.lib.j.cùm extra domicilium proficiſcitur,expenſas non habebit,ſcilicet à partibus,ſicut nec ordinarius:cùm idem ſit conſiſtorium.de appel.Romana.imò illas dabit ordinarius.de offi.or.inter cætera.quanuis fortè poſsit conſuetudo valere vt quid certum recipiatur. arg.de offi.or. cum dilectus.Si verò ſit delegatus ad ſpecialem cauſam & malitiosè,eſt idem:quia ſcilicet non recipiet expenſas,ſed ei prouidebit ordinarius.ar.d.c.inter cætera. & gl.in d.c.ſtatutum.de off.dele.paſtoralis.Si verò ſine fraude,vt parcať partium laboribus & expenſis,ſecundum Sum.Ang.habebit expenſas ſicut & delegatus principis vel ordinarij ſecularis : & intellige à partibus.& idem gl.in d.c.ſtatutum.&placet Pan. vbi ſuprà.Sed Gul.de hoc dubitat,&dicit fortè hoc eſſe verũ, ne officium ſuum ſit illi damnoſum.& hoc dixit tenere Vin. vt iiij.q.iij.§.venturis.& xiiij.q.v.non ſanè.gloſſa verò in d.c. cùm ab omni.tenet contrarium, dicens quòd ordinarius tenebitur illi prouidere.& iſta eſt veritas,quãdo ordinarius eſt potens ad expenſas:quia ordinarius tenetur ſuis expenſis ius reddere,vt dicetur:& cõſequenter ſi hoc alicui delegat,mandat ei facere id,ad quod ipſe tenetur:& conſequenter alium aggrauat ſine cauſa.ſecus ſi non poteſt.Non eſt autem ſimile de principe:quia ad hoc à nullo arctatur.Ex conſuetudine tamen induci poteſt vt tam delegati quàm ordinarij extra domicilium pro cauſis proficiſcentes petant omnes expenſas ſecundum Goſ.& Gul.in Spe. ¶ Quartum. Ordinarius eccleſiaſticus etiam cum extra domicilium ſuum proficiſcitur ad locum ſuæ iuriſdictionis expenſas non habebit, quia reditus habet ſecundum Gul.vt ſtipendium ſuum.arg.d.c.cùm ab omni.& x.q.iij.illud.niſi proficiſcatur pro conſecratione eccleſiæ.de ſimo.cùm ſit Romana.vel ſuam prouinciam viſitet.de cenſi.cùm apoſtolus.&.c.exigit.eo.tit.lib.vj. ¶ Decimò quæ-
15 ritur, † quid poſsit circa ſuum & ſuorum ſalarium? Et dico multa. ¶ Primum. Eccleſiaſtici iudices & delegati gratis iu-





dicare debent:nec exigere poſſunt decimam vel aliam quotam litis,etiam ſi hoc habeat conſuetudo,vt ſummat Panor. in c.cùm ab omni.de vita & ho.cle.addens tamen quòd talis conſuetudo valeret in foro ſeculari:in eccleſiaſtico verò non videtur poſſe induci,per text.in d.c.cùm ab omni.Io. autem And.Ant.de But.Pet.de Anc.& Zab.vt refert Arch.tenere videntur quòd tam ordinarij quàm legati de conſuetudine aliquid petere poterunt pro ſalario:&ſeruanda erit conſuetudo loci,modò aliquid moderatum petatur.Sed contra hoc videtur eſſe tex.prædictus dicens nihil eſſe accipiendum pro ſalario vltra expenſas:etiam ſi hoc habeat conſuetudo.Et licet dicat Gul.in Spec.quòd ibi reprobatur conſuetudo quando ſit pactum à iudice cum partibus ſuper ſalario:vt ſecundum Pe. de Anch.reprobetur conſuetudo præterita & non futura,vt in cle.ſtatutum.Sed dubium vtrum reprobata conſuetudine per iura,intelligatur de præterita ſolum,non de futura,quæ ſuperinduceretur.ideo ex dictis Io.de Imo.Arch.dicit ſic poſſe diſtingui,vt conſuetudo valeat circa expenſas, puta quòd ordinarij percipere poſsint expenſas,ſi extra domicilium proficiſcantur:circa ſalaria verò non valet, ſi habeat quòd cum litigantibus iudex poſsit conuenire à principio litis,ſed reprobatur in d.c.cùm ab omni.ſecundum Gul.in Spe. Si verò habet ſimpliciter quòd poſsit aliquid percipi pro ſalario, licet ſint opiniones,tamen videtur quòd non valeat,ſecundum gl. in cle.ſtatutum.de elect.& facit tex. d.c.cùm ab omni.& hoc quo ad iudicem eccleſiaſticum:quia quo ad ſecularem tolerari poſſet:vt in auth.de iudi.§.ne autem.in gl. ¶ Secundum. Aſſeſſor ſalarium recipere poteſt à partibus, ſecundum Gul.in Spe.per c.non licet.iij.q.ij.vnde illud habebit,licet delegatus moriatur ante terminum cauſæ, vel ſi poſt concluſionem partes ante ſententiam componant.Nec obſtat d.c. cùm ab omni.quia loquitur quando in fraudem quæritur aſſeſſor.Diſtinguit tamen,quia aſſeſſor delegati poteſt quidem accipere ſalarium,ſi aſſumptus eſt ſine fraude,& ad illud iudex partes cogere poteſt.de reſcri.ſtatutum.lib.vj. vel ſi illud exigit aſſeſſor:iudex illud moderabit,ſi ſit immoderatum,ſecundũ Gul.Sed ſi eſſet aſſumptus in fraudem, puta vt nihil ageret, ſed vt ſub hoc nomine delegatus ſalarium acciperet pro eo: vel ſi tanquã peritus non egebat,ſed ſic voluit grauare partes:accipiet illud à iudice,non à partibus:vt d.cap.cùm ab omni.& d.c.ſtatutũ.Aſſeſſor verò ordinarij non habebit ſalarium à partibus,nec pro eo iudex ſalariũ exiget, ſed de ſuo ſoluet:quia nõ debet ignorare canones.x.q.iij. cognouimus. & di.xx.§.j.de cõſan.& affi.c.j.Sciendo aũt canones rarò eueniet caſus,in quo nõ poſsit iudicare:q̃a ſcđm eos in foro eius ſunt cauſæ terminandæ.de fo.comp. quod clericis.ſi tamen eueniet,ſoluet de ſuo,cũ hoc ex reditibus poſsit:ar.c.cùm ab omni.& cõcor.Io.de mon.mur.& Io.And.&hoc in ordinario eccleſiaſtico:quia ſecularis cùm leges ſcire nõ teneatur, ſed ſufficiat illũ habere experientiã de cauſis.C.de iudi.l.certi.poterit pro aſſeſſore ſalarium petere,ſecundum Io.de Imo.qui tamen dicit ſuper hoc conſuetudinem ſeruandam. ¶ Tertiũ. Si duobus aſſeſſoribus aſſumptis vt de eorum conſilio pronuntietur,eis diſcordãtibus tertius aſſumatur in fraudem: vt quia ad ſui exonerationem fingunt ſe non poſſe concordare: illi ſuum ſalarium participabunt cum tertio, ne ex ſuo dolo commodũ reportent:& iudex obuiabit huic fraudi: ceſſante verò fraude,tertius ſalarium habebit à partibus. ¶ Quartum. Ordinarius ſecundũ Sum. Ang.ſalariũ petere poteſt pro notario.Sed ego dico quòd non:quia ſi tenetur ad iuſtitiã exhibendam ſine ſtipendio propter ſuos reditus, tenetur ad omnia,ſine quibus hoc facere non poteſt,vt de aſſeſſore patuit: delegatus verò hoc poteſt, modò non participet cùm eo:

d.cap.ſtatutum. ¶ Quintum. Perſonæ, quæ habent recipere ſalaria ſecundum Guliel. exigere debent illa ante calculum ſententiæ: quia partes de victoria ſperantes ad ſententiam properant, & libentius ſoluūt quàm cōdemnatæ. ¶ Vndeci-
16 mò quæritur, † quid iudex poſsit circa pœnas reorū? Et dico multa. ¶ Primū. Quantū ad totalem relaxationem pœnæ legis vel ſtatutorū. S. Tho. ij. ij. q. lxvij. dicit ꝙ iudex dupliciter impeditur, ne hoc poſsit. Primò ex parte accuſatoris, ad quē aliquā pertinet ius vt reus puniatur, puta ratione iniuriæ illatæ: & hmōi relaxatio nō eſt in arbitrio iudicis: quia debet cuiq; ius ſuū reddere. Scđò ex parte reipublicæ, ad cuius bonū pertinet ꝙ malefactores puniantur: & quantū ad hoc differentia eſt inter iudices inferiores & ſupremū, cui plenariæ Reſpublica cōmiſſa eſt: quia illi abſoluere nō poſſunt à pœna cōtra legem à ſuperiori poſitā: princeps verò, qui habet plenariam poteſtatem ſuper republica, hoc pōt, cùm hoc illi viderit expedire: & cum paſſus iniuriā velit ius ſuū remittere. Et intendit quòd ſi pœna exigitur propter cōmune & priuatum bonum, ſimul relaxare pōt princeps ſtantibus duobus, ſcilicet quod expediat bono cōmuni, & offenſus aſſentiat: ſed inferior nullo modo. Si verò exigitur pro bono cōmuni tantum, hoc poteſt princeps ſtante primo illorū duorū: inferior verò nullo modo. Si verò exigitur pro bono priuato tantū: vterq; poteſt reo conſentiente, & princeps etiā ſi ille diſſentiat & expediat bono cōmuni: quia gratia eius poſtponitur priuatum. ¶ Secūdum. Quantū verò ad diminutionem dicit Hoſt. quòd reo conuicto certa pœna imponenda eſt, ſi inueniatur in iure. quod Archi. limitat quantū ad inferiorem: ſupremus verò ſi relaxare, etiam minuere poteſt. Tu verò etiam limita quātum ad delegatū procedentem ordinariè, qui nec minuere poteſt nec augere, vt nota. in c. de cauſis. de offi. dele. Si verò procedat extraordinarius, hoc poteſt. l. quid ergo. ff. de his qui not. infa. Ordinarius autem poteſt hoc, etiā in proceſſu ordinario ex cauſa, vt no. Bar. in d. l. quid ergo. & ſequitur Pan. in c. ij. de emp. & vend. & facit c. at ſi clerici. de iudi. quod Ber. in d. c. de cauſis. & in cap. ſuper his. de accuſ. dicit verum quando poſſunt diſpenſare ſuper crimen, aliàs nō. Si autem nō inuenit in iure, cōmittitur iudicis arbitrio. de tranſac. c. fi. C. de vi pu. vel priua. l. ſeruos. qui ſemper in humaniorem partem debet declinare, & ſic mitigare: maximè ſi cauſa alleuians ſubeſt. quod ſecundū S. Tho. vbi ſ. limitandū eſt in his quæ iudicis arbitrio relinquuntur: quia in talibus locū habet ſecundū eum iudicis miſericordia: ſed & ſi quis accuſatus ſpontè & nō metu probationū confitetur, de mente vtriuſq; iuris eſt quòd pœna dimittatur aut minuatur: niſi immineret periculum animæ vel eccleſiæ, ſecundum Hoſt. ¶ Tertium. Quantum verò ad augmentum dico augendam eſſe aliquando pœnā ad aliorum terrorem, qui proni ſunt ad culpam: quia multis graſſantibus opus eſt exemplo. ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. quod Sum. Ang. dicit poſſe fieri eo modo, quo de diminutione dictum eſt. Sed melius indiſtinctè hoc Sum. Roſ. & Supple. concedunt: & ſic etiam hoc poterit delegatus ordinariè procedendo. ¶ Quartū. Quando poteſt pro delicto eodem pluribus pœnis puniri: ſi ab aliquo iudice imponatur minor, alia puniri nō poterit. C. de accuſ. l. qui de crimine. & ibi Ange. & Sali. ¶ Quintum. Pœnā dimittens in caſu ſibi non conceſſo, ſecūdum S. Tho. tenetur ad reſtitutionem communitati, vel accuſatori, ſi eius intererat vt puniretur: qui verò auxit, tenetur reo. Concor. Hoſt. & Rayn. ¶ Sextum. Secundum Pet. de Pal. in iij. diſt. xxij. nullus iudex. Chriſtianus debet confeſsionem negare petenti & parato facere debitum: etiam ſi timeret ne eriperetur: quia vtilius ſcandalum naſci permittitur quàm veritas deſeratur. de iudi. qui ſcandalizauerit. & hoc niſi crederetur non ex deuotione petere, ſed ſpe ereptionis: vt quia ſub patibulo petit, qui non petiuit in carcere. Vnde rei ſunt animarum hoc negantes: cum etiam relapſis, qui ſiue vlla audientia tradendi ſunt iuſtitiæ ſeculari, eccleſia gremium non claudat, quin pœnitentiā & viaticū miniſtret. ¶ Duodecimò quæritur, † quæ ſit pœna iudicis iniuſtè iudicantis, aut aliàs in ſuo officio delinquentis? Et dico multa. ¶ Primū. Si iudicis negligentia pars incurrit aliquod damnū, tenetur ad reſtitutionem, ſcđm gl. in c. quoniā contra. de proba. in verbo, negligentia. & ſequuntur cōiter doc. quod Pan. ibi limitat in foro animæ, ſi fuit in dolo vel lata culpa. & de hoc ſ. Culpa. §. iij. ¶ Secundum. Si iudex tenebatur, & nullo modo voluit ferre ſententiam, & inde aliquis ſuū ius amiſit, ſcđm Ray. tenetur iudex, & facit litem ſuā, id eſt, tenetur ad totā litis æſtimationem læſo. xxiij. q. ij. dn̄s. ij. q. v. adminiſtratores. in auth. vt diffe. iu. §. pe. & idem Gul. ¶ Tertiū. Si aduerſam partem iudex nō cōdemnauit in expenſis: de ſuo alteri parti reſtituere tenetur. l. ſancimus. C. de iud. qđ limitat gl. in c. fi. de reſcri. ſi fuit petitū: aliàs non. ¶ Quartum, Iudex nō terminās ſententiā intra certum diem, incidit in pœnam ſtatuti hoc mādantis ſecundū Pan. in c. licet. de proba. ſi fuit requiſitus: quia non tenetur impendere officium ſuū ad priuatā vtilitatem, niſi requiratur: vt l. iij. §. hoc autem. ff. de dam. infec. & ibi Bar. ¶ Quintū. Scđm Aug. xj. q. iij. c. non licet. Non licet iudici vendere iuſtum iudiciū: & ſi liceat aduocato vendere iuſtum patrociniū, & Iuriſconſulto iuſtum conſilium. Sententia igitur lata interueniente pecunia, nulla eſt ipſo iure, ſecundum gl. & ſequitur Pan. in d. c. cùm ab omni. j. q. vj. §. venales. C. quādo prouo. non eſt ne. l. venales. in tex. & in gl. ſententia tn̄ arbitri tenet, licet agens ex ea repellatur exceptione doli. C. de arbit. l. iij. & in gl. prædicta. Secus ſi per gratiam datur: quia tunc non eſt nulla ipſo iure, ſed datur reſtitutio: vt in d. l. gl. ¶ Sextum. Secundū Ray. ſi iudex accepit pecuniā vt malè iudicaret: non ſolùm punitur vt ſcienter malè iudicans: de quo infrà particula vij. ſed dictā pecuniā reſtituere tenetur, nō ei qui dedit, cū turpiter dederit: ſed ei in cuius iniuriā recepit. j. q. j. iubemus. arti. xvij. q. j. ſi quis in atrio, quod verū intellige in foro cauſarū, nō aūt in foro pœnitentiæ, in quo nō ſuccedit obligatio, niſi ad ſolū intereſſe: nō ad pœnā niſi ſucceſſerit ſententia iudicialis, ſcđm gl. xij. q. ij. fraternitas. quod etiam ſentit gl. Ray. Si verò eam accepit vt bene iudicaret, ſecundū eundem reſtituere tenetur ei qui dedit: qa cùm ex ſuo officio teneatur gratis iudicare & bn̄ turpiter accepit. xiiij. q. v. non ſanè. & crimen concuſsionis commiſit. Et idem dicit ſi ex cauſa aliqua oportebat eum nō iudicare, & nihilo minus vt non iudicaret aliquid accepit, j. q. j. iubemus. de ſimo. nemo. Sed pro his aduerte quòd datum iudici ad eum corrumpendum non debetur danti, nec repetitur. & ſecundum gloſſam in c. qui rectè iudicat. xj. q. iij. communiter ſic præſumitur. Datū autem vt iuſtè iudicet aliàs nō iudicaturus, vel vt iniuſtè non iudicet, debetur danti nec liberatur iudex dando pauperibus: quia dans repetere poteſt in conſcientia, vbi nō ſtamus præſumptioni, ſed veritati. j. q. j. iubemus. de ſimo. nemo. xj. q. iij. non licet. Datū verò ſimpliciter vt iudicet, non repetitur: ſed dans amittit cauſam principalem. ff. de condi. ob cau. l. ij. §. fin. & facit gl. in d. c. qui rectè. quod limita niſi quando aliter nolebat iudicare quia eo caſu repetitur. Verum autem huiuſmodi ſit ſimonia, infrà Simonia. §. x. ¶ Septimum. Si iudex iniuſtè iudicauit, ſi quidem doloſè ſeu ſcienter fecit, ſecundum Ray. tenetur læſo præcisè ad omne intereſſe, niſi poſſet inducere illū pro quo tulit ſententiā ad plenariā ſatisfactionem. C. de pœna iu. qui ma. iu. ij. q. iij. quatuor. & ſecundum leges multas alias pœnas debet ſuſtinere: & ei pœnitentia imponetur tanquam pro grauiſsimo crimine. ij. q. iij. quicunque. & ſecundum Gul. hoc eſt grauius rapina, quia abutēdo authoritate diuina iniuriatur Deo: & ſi ſit iudex eccleſiaſticus ordinarius vel delegatus, & cōtra iuſtitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquam fecit per gratiam vel ſordes, puta pecuniam, ſuſpenſus eſt per annum ab executione officij: & debet condemnari parti ad æſtimationem litis: de ſentent. & re iud. cum æterni. lib. vj. Si verò fecit per ignorātiam, ſecundum leges tenetur læſo, in quantū bonū & æquum videtur religioni iudicātis. ff. de var. & extraor. cog. l. fi. ſed in foro animæ tenetur vt in primo caſu ſi fuit in culpa: quia ſcilicet ſciuit vel ſcire debuit ſe inſufficientem: & tamen cauſam talē iudicare præſumpſit: ſi tamē erat delegatus ex neceſsitate obedientiæ bona fide & de peritorū cōſilio malè iudicauit, non tenetur, ſecundū Gul. & idē ſecundū Ray. ſi deceptus fuit per aſſeſſorem, qui cōmuniter ſufficiens putabatur. Si autem hoc fecit per negligentiā, quia ſcilicet cum eſſet ſciens & valens, neglexit ſtudere & videre quod debuit, idem eſt, ſecūdum Ray. ſicut de ignorāte. Si verò hoc fecit per metum, ſi quidem erat iuſtus, & cum accepit officium nō credebat veriſimiliter ad hoc venire: nō tenetur ad reſtitutionem: peccat tamen. Si verò metus non ſit iuſtus: vel cùm accepit officiū de hoc dubitabat vel poterat credere veriſimiliter, tenetur ad omne damnū ſecundū Bal. in l. fi. C. de pœn. iud. qui ma. iud. ij. q. j. in primis. Et tam ipſi quàm alij officiales occidentes malefactores ſine ſacramentis, quando illa petunt, mortaliter peccant. Cle. j. de pœn. & remiſ.

## Rurſus de Iudice. ij. quantum ad eius officium, id eſt, iudicare.

1 *Citari qui poſsint vel non poſsint.*
2 *Iudex quibus temporibus iudicare poſsit vel non poſsit.*
3 *Iudex quo loco iudicare debeat*
4 *Iudex qualiter iudicare debeat.*
5 *Iudex an iuxta allegata & probata iudicet cōtra conſcientiā.*
6 *Sententiæ iniquæ executor an peccet.*
7 *Iudex an iudicet ſecundum ſtatuta loci inter non ſubditos.*
8 *Sententiam ſuam an poſsit iudex interpretari.*

IVDEX ſecundò conſiderandus eſt quantū ad eius officiū, id eſt, iudicandi, quod citationem, proceſſum, ſententiā, & executionē comprehēdit. ¶ Primò verò quæritur, † qui vo-
1 cari poſsint ſeu citari vt iudicētur? Et dico multa. ¶ Primum. Citari ſeu vocari in iudiciū multi nō poſſunt, de quibus ff. de in ius vo. l. ij. & iij. & ſunt, conſul, præfectus, prætor, magiſtratus habēs imperiū merum vel miſtū, epiſcopus dum agit ſacra, q vxorē ducit, quæ ducitur in vxorē, qui funus familiare proſequitur, qui iuxta mortuū facit obſequia, qui propter religionē loci ſe mouere nō poteſt, vt regularis vel incluſa. Alibi etiam ponūtur alij: vt ſunt infames & furioſi. ff. de condic. fur. l. ij. qđ intellige per ſe: ſecus per tutores & curatores. Et præterea nec ſeruus dominū, nec libertus patronū in famoſis actionibus, niſi venia impetrata in ius vocare poteſt: de quibus not. ff. de in ius voc. l. ij. & iij. & ſequent. ¶ Secundū. Si pupillus vocetur in iudiciū, & nullus eum defendat iudiciū nullum erit. ff. de re iud. l. cōtumacia. ¶ Tertiū. Mulier. inuitè vocari non poteſt perſonaliter in iudiciū cauſa teſtimonij, vel alia quacunque in iure nō expreſſa: ſecus ſi velint. de iud. mulieres. lib. vj. Vnde ſi neceſſarium eſt earum teſtimoniū, mittat iudex expenſis producentis eas ad tabellionem vel aliam idoneam perſonam: aut ſi hoc iure prohibente non poteſt, perſonaliter vadat: vel ſi ire nō deceat, alium mittat: aliter totum erit irritum & inane, vt ibi. ¶ Quartum. Caſus autem iure expreſsi, in quibus vocantur, ſunt iſti. Primus, in cauſa criminali. ff. de public. iudic. l. penult. §. ad crimen. Secundus, in ferendo teſtimonium in cauſa criminali, quando poteſt admitti: de quo infrà Teſtis. §. j. Tertius, quādo eſt nutrix filiorum ſi non vult actorem cōſtituere. Inſtitut. de cur. §. vltim. ¶ Quintum. Mulieres autē religioſæ præſertim, quæ debēt ſub clauſura morari, ex quacunq; cauſa vocari non poſſunt, etiā ſi velint intellige perſonaliter: vt in dicto cap. mulieres. ¶ Sextum. Si cōtra præmiſſa de facto citentur aliquæ mulieres, totum eſt irritum ipſo iure: vt in d. c. mulieres. & fingens caſum vt iudex ad mulierē vadat, pro teſtimonio, excōmmunicatus eſt: vt ibidem. ¶ Secundò quæritur, † quo tempore iu- 2
dex debeat vel poſsit iudicare? Et dico quòd iudicare non poteſt tēpore feriato: vt ſuprà Feriæ, & dominica dies. Nec vltima die ſui officij. ff. de iuriſd. omn. iu. l. eum qui. ſi tamen iudicat, tenet: vt in l. meminiſſe. ff. de offic. procon. Sed limita primò in ordinario: quia delegatus etiam vltima die iudicat: vt in cap. conſuluit. ff. de offic. delegati. & ſecundū Bartol. in d. l. eum qui. limita poſt aduentū ſucceſſoris: quoniā ante licitè iudicat d. l. meminiſſe. Nec debet hora nocturna. de offic. deleg. cōſuluit. Si tamē procedat nocte cum lumine cādelæ ad litis cōteſtationē vel ſententiæ prolationē, valet quod agit: quia multa prohibētur, quæ tamen facta tenēt: de regula. ad apoſtolicā. de iureiurād. quemadmodū. §. quod ſi poſt. de quo not. in auth. de iudicibus. §. ſedebūt. ¶ Tertiò quæritur, † quo 3
loco iudex poſsit aut debeat iudicare? Et dico quòd in loco ſuæ iuriſdictionis, niſi de conſenſu partium & iudicis territorij. viij. quæſt. j. epiſcopū. cum duobus ſeq. cap. pro quo etiam vide gloſ. in cap. vt litigantes. de offic. ord. lib. vj. Fallit etiam hoc in epiſcopo expulſo: & in his quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, quæ vbique poſſunt exerceri. ff. de offic. proconſ. l. ij. & cap. nouit. de offic. leg. & ibi gloſſ. ¶ Quartò quæritur,
† quomodo iudex debeat iudicare? Et dico quòd ſedendo: vt 4
not. in dicto §. ſedebunt. & ſecundum allegata & probata, ſecundum omnes ferè Canoniſtas: vt refert Archid. poſt Rayn. licet hoc limitetur, niſi conſtet de veritate in contrarium. quo caſu dic vt infrà. §. ſequenti. Et ſecundum ſtatuta & conſuetudines locorum, iuxta dicta ſuprà, Conſuetudo: & dicenda infrà. §. vij. Et quandoq; ſecundum æquitatē. Pro quo aduerte quod Panorm. in cap. fi. de tranſact. ſecundum gloſ. dicit quod ius ſemper eſt præferendū æquitati, & propter æquitatem non ſcriptam non debet iudex à iure ſcripto recedere: quia non debet velle clementior lege videri: vt dicit text. in autent. de iudic. §. oportet. Doctor. autem tria communiter faciunt membra. Nam aut neutrum eſt ſcriptum, ſcilicet nec ius, nec æquitas: & tunc iudex debet ſeruare æquitatem: vt in d. cap. fin. ad quod adde notabile verbum Innocent. in cap. j. de conſtit. quod ſequitur Bartol. in l. j. C. de litig. quòd in his quæ relinquūtur iudicis arbitrio, ſemper debet ſeruare æquitatem. Aut alterum tantum eſt ſcriptum. & illud eſt ſeruandum. Aut eſt ſcriptum vtrunque: & tunc aut ius eſt ſcriptum in genere, & æquitas in ſpecie, vel econtrario: & ſeruandum eſt quod in ſpecie reperitur ſcriptum: quia ſpecies generi derogat. Aut ambo ſunt ſcripta generaliter, vel ambo ſpecialiter: & tunc communiter tenetur quòd æquitas ſit præferenda. ¶ Quintò quæritur, † vtrū dato caſu quòd probetur in iu- 5
dicio contra veritatē, puta quia innocens conuincitur, debeat iudex iudicare ſecundum allegata & probata, aut ſecundum veritatem, ſi eam nouit? Et dico quòd ſi iudex procedat extra iudicium, vt in dandis officijs, & alijs quæ illius arbitrio committuntur: non eſt dubium quin teneatur propriā conſcientiā ſequi, & non allegata, & per teſtes falſos probata. ff. de iuriſd. om. iu. l. j. & ij. Et ſimiliter in diſpenſationibus: vt j. q. vij. exigūt. Et ſimile ſi procedat in iudicio, poteſt abſoluere quos ſcit reos in veritate, ſed nō legitimè conuictos. quia iura hoc

volũt expreſsè,vt nemo publicet alterius peccatũ quod probare non poteſt:vt in cap.ſi ſacerdos.de offic.iud.ord. & in l. illicitas.§.neque licita.ff.de offic.præſid.& ff.de feri.l. eadem oratio.iuncta gloſ.& cap.ſi tantum epiſcopus.vj.quæſ.ij.&.c. quoties.& cap.Meunam.ij.q.v.abſoluitur infamatus : ex quo probãdo defecerunt accuſatores.Si verò procedat in iudicio, an poſsit condemnare eum, quem ſcit innocentem legitimè conuictum:ſunt opiniones duæ ſolennes. ¶Prima eſt antiquorum Theologorum & Canoniſtarum dicẽtium quòd iudex talem poteſt condẽnare ſine peccato cõcurrẽtibus duobus.Primò quòd iudex ſit talis,& in tali caſu ꝙ tenetur de iure fori cauſarum iuſtitiam exhibere tunc, ita quòd neceſſariò incumbat ei abſolutio vel condemnatio.Secundò , quòd nulla occaſione aut via,puta cedendo officio,vel remittẽdo ad ſuperiores,vel diligentius perquirendo veritatem poſsit eum liberare de iure.Et probatur iſta opinio.ff.de offic.pręſid.l.illicitas.§.veritas.& iij.quæſt.vij.iudicet.xj.q.iij.ſummopere.vj.quæſt.ij.ſi tantum.& cap.placuit.¶Quam quidẽ opinionem qui ſequuntur,tres diſtinctiones mente gerunt , per quas ſoluunt omnia quæ adducuntur in contratium. Prima. Dupliciter quis eſt innocens:ſcilicet de facto,ſi crimen inveritate nõ admiſit:& de iure,quia ſcilicet crimen illum admiſiſſe iuridicè non probatur:& ſimiliter dupliciter dicitur quis nocens vel reus,ſcilicet de iure,quia ſcilicet iuridicè conuincitur crimen admiſiſſe:& de facto,quia ſcilicet crimẽ in veritate admiſit.Et ſic innocens de iure poteſt eſſe reus de facto, & ecõtrario:& reus de iure poteſt eſſe innocẽs de facto,& ecõtra.¶Secunda.Duplex eſt veritas,ſcilicet veritas facti ſiue rei &veritas iuris ſiue pręſumptionis:& ſic de facto vera,aliquando ſunt falſa præſumptione iũris,& ecõtrario.¶Tertia. Duplex eſt conſcientia iudicis,ſicut & duplex ſciẽtia.vna ſcilicet inquantum eſt priuata perſona quæ ſcit aliquid ſicut in facto accidit.alia inquantum eſt perſona publica quę ſcit aliquid ſicut in iudicio probatur.Iſtã opinionẽ quidã ſequuntur ſimpliciter quantum ad omnes cauſas tam criminales quam ciuiles.¶Et hæc opinio eſt Pet.Ray.in Sum.Io.iij.q.vij.iudicet .vbi multa allegantur.& Archid.ibidem & Bart.ac Hoſt. de offic.ord.c.j.& Innnoc.de cenſib.venerabilis.dicẽtis quòd epiſcopus *in ordine iudiciario* debet ſecundum allegata potius,quàm ſecundũ veritatẽ iudicare:allegans prædicta iura: addẽs quia perſonæ publicæ non eſt iudicare de probatis.vj. quæſt.j.ſi omnia & gloſ.in c.paſtoralis.de offic.deleg.§.quia verò.& in c.j.de offic.ord.& glo.& Bar.in l.illicitas.§.veritas. ff.de of.præſi.& do. Car. vt refert Panor.in d.c.paſtoralis.& etiam Ioann.Andr.qui ſentit hoc non eſſe illlicitum,niſi ratione conſcientiæ,contra quam nullus vnquam iudicare vel aliquid facere poteſt ſine peccato, etiam ſi de ſe ſit licitũ,vt ſuprà dictum eſt Conſcientia.Vnde in addit.ad Specul.in tit. de allegat.& di.dic quòd poteſt quis triplicem ſcientiam habere,ſcilicet vt Deus,ſicut ſacerdos per confeſsionem: vt iudex,qa ſcilicet cõſtat ei per acta publica:&vt priuatus.Igitur ſi iudex habeat conſcientiam cõtra acta publica, ſecundum illam procedere non debet: quia illam ſcientiam non habet vt iudex,ſed vt priuatus : & ipſe habet iudicare vt iudex: ſed debet laborare ad inquirendam & habendam veritatem : & ſi non poteſt,inſtet vt alleuietur ab onere iudicandi:& ſi non poteſt, informet conſcientiam ſecundum illam diſtinctionem,vt ſcilicet non curet de ſcientia quam habet vt priuatus & ſi non poteſt,non pronunciet, ſed ſuperſedeat, & ferat patienter ſi ſuperior eum de hoc puniat quòd non vult iudicare.ad quod cap.literas.& cap.inquiſitioni.de ſentẽtia excommunicationis. non tamen debet propter conſcientiam pronuntiare cõtra acta publica,nec abſtinere ab officio iudicandi:alioquin tenendo contrarium,ius totum poſitiuum confunderetur,hæc ex illo qui intendit quòd conſcientiam ad hoc non liget,cum ſit erronea, niſi eo caſu quo deponi non poteſt:quia tunc dixit ſuperſedendum.Et ſecundum opinionem iſtorum loquutus eſt Sanctus Thom.ſecunda ſecundæ, quæſ.lxvij.art.ij. dicẽs quòd iudex in iudicando magis debet ſequi legitima documenta per iuſtrumenta & teſtes & huiuſmodi,quàm id quod ipſe nouit tanquam priuata perſona: tamen ex priuata cognitione iuuari poteſt vt diſtrictius diſcutiat probationes inductas,vt poſsit earum defectum inueſtigare:quas ſi nõ poteſt de iure repellere,debet eas in iudicando ſequi.Et quæſt.lxiiij.artic.vj.ad tertium , dicit quòd ſi iudex non poteſt inuenire occaſionem liberandi conuictum,vt occidatur,quem ipſe ſcit innocẽtem,debet eum remittere ad ſuperiorem.Si autem hoc non poteſt , non peccat ſecundum allegata ferens ſententiam:quia ipſe non occidit eum ſed illi qui aſſerunt eum nocentẽ.hæc ille.quem cõmuniter ſequuntur prædicatores.& ſecundum Arch.iſta opinio cõmunis tenetur.Et ſi obijciatur quod pilatus non peccaſſet occidendo Chriſtum,negatur:quia non habuit teſtimonia conuenientia ſecundum Euangeliſtas,& examinatis accuſationibus Iudæorum ipſemet dixit quòd nihil dignum morte inuenit in eo:& poterat remittere ad ſuperiorem.¶Ex quibus patet quòd iſta opinio intelligitur concurrentibus duobus de quibus dictum eſt:& tenet etiam in cauſis criminalibus. ¶Alia verò eſt opinio,quòd nullo modo debet iudicare contra veritatem, ſed debet omni modo & via eum liberare de iure ſi poteſt , & ſi non poteſt,eum abſoluat,aut ceſſet à iudicãdo . Quam quidem opinionem qui ſequuntur,vnam diſtinctionẽ mente gerunt,ſcilicet quòd probata dicuntur aliqua dupliciter,ſcilicet verè & falſe.& primo modo iudicandum eſt ſecũdum probata:nõ ſecundo.Et hæc opinio videtur originaliter eſſe Hug. quam quidam ſequuntur ſimpliciter,non ſolùm in criminalibus:ſed etiam in ciuilibus.& hæc opinio eſt opin. Sum.Ang. dicentis in omnibus eſſe mortale iudicare contra veritatem. Sed iſta opin.ſtare non poteſt quãtum ad cauſas pecuniarias: quia eſt contra gldſ.in d.c.paſtoralis.&Innocent.ibi,& omnes penè doct.qui licet loquantur de executione iniuſtæ ſentẽtię ad dirimendum lites,tamen idem eſt de eius prolatione eadẽ ratione:eſt etiã ſpecialiter contra doct.ordinis ſui puta Sum. Roſ.& Supple.vt patebit ſtatim,& contra Richard.in quoli. iij.quæſtion.xxv .¶Ex his duabus conflatur tertia media aliquorum tenentium partim cum prima , partim cum ſecunda.Nam Ang.& Imol.in l.à diuo Pio.ff.de re iudic.tenere videtur cum prima in ciuilibus , & cum ſecunda in criminalibus.quod Sum.Roſel.ſequitur , & Supple. limitans in criminalibus vbi venit imponenda pœna corporalis.& idem gloſſ. Ray. dicens quòd debet potius iudex omnia mala tolerare, quàm condemnare talem ad mortem aut mutilationẽ,etiam ad præceptum ſuperioris:vel exponere condemnandũ. quod Sum.Roſel.videtur intelligere de malis perſonalibus, dicens quòd potius debet magis pati puniri pœna pecuniaria,quàm in mortem hominis conſentire,ſaltem ſecũdum Canoniſtas: ſed ſi veniret iudex puniendus perſonaliter,potius debet condemnare,& condemnationẽ exequi,quàm hoc pati:quia prima charitas incipit à ſeipſo.¶Sed iſta probatio nõ eſt bona. quia licet prius debeã perſonã meã defenſare quàm proximi & ſic illum occidere,ne ipſe me occidat:nõ tamen licet mihi occidere aliquem, ne occidar à tertio: quia non licet priuato occidere,niſi ſe defendendo , vt patet ex dictis ſuprà Homicidium.j.Vnde potius debeo mori quàm occidere.niſi defendendo me ab inuaſore.Hoſt.in d.c . paſtoralis. diſtinguit quia ſi iudex habet conſcientiam indubitatam, qua ſibi certè conſtet de contrario eius quod probatum eſt : nec contra eam pronuntiare debet,nec eam deponere:ſed inſtare vt exoneretur:quod ſi non poſſet,appellet ad ſuperiorem.ſi verò nõ habet indubitatam,deponat eam ſi poteſt:& ſi nõ poteſt, nõ debet cõtra eam iudicare.etiã ſi ſit erronea per c.per tuas.de ſimo.&.c.literas.de re.ſpo.hæc ex illo,vt recitat Pan. ſed inſufficienter:quia ſi nihil agere poſsit apud ſuperiorem, non docet quid agendũ.Vnde Io.And.qui in eo.c.paſtoralis.ſimpliciter cùm illo tranſire videbatˀ, remiſit ſe ad ea quæ dixit ad Spe.quę ſ.recitata ſunt Cal.etiã vt recitat Pan.in d.c.paſtoralis.diſtinguit,quia cõſcientiã cõtra acta per argumenta leuia debet deponere,& ſecundũ acta iudicare.ad quòd d.c.inquiſitioni.quod ſi nõ poteſt,nullo modo iudicet cõtra eam d. c.per tuas.conſcientiã verò indubitatã nullo modo debet deponere.ſed ſubdiſtinguendũ eſt.Nã ſi illa cõſcientia eſt contra reum: vt quia Titiũ accuſatũ de homicidio,ſcit illud admiſiſſe,ſed teſtes non probãt:tunc nõ debet eũ pronuntiare innocentem contra conſcientiam,nec cõdemnare ſecundum conſcientiam,ſed eum abſoluere ſecundum acta:quia nõ habet iudicare ſecundum conſcientiam quam habet vt priuatus:&ſic non facit contra conſcientiã.Si verò illa conſcientia eſt pro reo:puta quia teſtes probant de homicidio,& ipſe ſcit quòd illud non admiſit:tunc nõ debet eum cõdemnare, nec cauſam delegare,nec remittere ad ſuperiorem,ſi vehementer ſuſpicatur quòd ex remiſsione damnaretur:ſed debet ſuperſedere,niſi credat quòd ſucceſſor eũ damnabit:quo caſu debet eum abſoluere ſecundũ cõſcientiã ſuam:quia vt iudex informari non poteſt:quia ex quo habet certam ſcientiam vt homo,contrariam nõ poteſt recipere vt iudex.hæc ille.quaſi dicat quòd ſcientiæ contrariæ in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt.Sed contra,quia licet bene dicat in primo& ſecundo membro:in tertio tamen deficit in duobus. Primò in ſuo fundamento principali,quòd ſcientiæ contrariæ ſimul non poſſunt eſſe in eodem:quod eſt verũ in ſcientijs propriè dictis:ſecus ſi vna ſit ſcientia propriè, aliæ præſumptiuæ:vt ea quæ eſt iuris,vt quiſq; in ſe experitur.Secundò,quia vt obijcit Pan.ſi iudex cõtra acta poſſet abſoluere reũ, id eſt, accuſatum,licet innocentem:hoc eſſet confundere totum ius poſitiuum,& dare iudici materiam calumniandi.Non enim debet credi iudici dicenti ſe habere ſcientiam alicuius facti in alterius præiudicium:vt vj.q.ij.ſi tantũ.&.c.placuit.c.quoniam cõtra.de proba.Pan.autem in d.c.paſtoralis. approbat diſtinctionem Cal.in hoc tantũ ab eo diſſentiens,quòd dicit iudicem nõ debere abſoluere reũ cõtra acta.Sed cõtra :quia ſi nõ debet abſoluere: ergo ſi neceſsitatur ad iudicandũ, cogetur illũ cõdemnare contra conſcientiã . Nec valet dicere quòd in tali caſu nunquã cogi poteſt iudicare ab aliquo homine:cùm ſit contra illud præceptum Dei ſuperioris,Innocentem & iuſtum non occides . Exo.xxiij.quia hoc eſſe contra præceptũ Dei,non eſt certum,ſed probabile eſt quòd nõ cùm hoc dicant plures & peritiores ac ſolenniores doctores ex diffinitione probabilis. j.Ethi.vel ſaltem eſt dubiũ. In dubijs autem quiſq; tenetur obedire ſuperiori, ſecũdum omes: vẽ.j.Obedientia.Et patet ratiõe:quia ſi quis ſit dubius de pręcepto Dei,&certus de præcepto ſuperioris,quod etiã eſt Dei eligere debet certũ:alioquin etiã in ciuilibus nõ hoc eſſet licitum:quia ſicut eſt cõtra præceptũ Dei quòd nullus occidatur,ita etiã & quòd nullus furetur vel auferat cõtra iuſtitiã bona alterius.Et ideo ſimpliciter tenenda eſt prima opinio concurrentibus illis duobus,licet hoc ſit penè impoſsibile.Qđ patet primò authoritate d.l.illicita.§.veritas.ff.de of. pręſid. vbi dicitur quòd veritas rerũ erroribus geſtorum nõ vitiatur:& ideo præſes prouinciæ id ſequatur quod conuenit eum ſequi ex fide eorum quæ probantur.Nec valet gloſſare vt gloſſat Cal.& Pan.quòd intelligitur de probationibus veris:quia oppoſitum intellexit ibi gl.ordinaria,& Barto. & communiter Legiſtæ:ſimiliter gl.in l.eadem.ff.de fer. & bene quia aliter intelligendo,ſemper iudex pecunia corruptus poſſet calumniari, & reum abſoluere,dicendo ſe habere notitiam facti, ſecundum authoritatem doc.prædictorum, maximè Sancti Thomæ,cuius doctrina nihil cõtinet notabile cõtra mores aut fidem,cùm ſit per eccleſiã probata,maximè quia in prædictis cautiſsimè inceſsit,ſemꝑ oratiõe præmiſſa: adeo vt in hmõi dubijs,vbi opus erat,certificaretˀ per reuelationẽ, ſicut patet ꝙ Petrus & Paulus expoſuerũt illi textũ dubiũ Iſaiæ, & Chriſtus qõem de ſacramento:qui & tandẽ eius doctrinã, maximè quantũ ſpectabat ad Chriſtũ,id eſt, quãtũ ad fidem &mores probauit dicens,bñ ſcripſiſti de me Thoma,Tertiò patet ex ratione:quia in dubijs obediendũ eſt,vt dictũ eſt.Vñ qui iuxta hæc poteſt cõſcientiã ſuã formare,iudicet ſcđm ꝓbata:qui verò nõ poteſt eã formare,nõ iudicet:quia licet peccet ſiue iudicet cõtra conſcientiã,ſiue nõ iudicet cõtra ſuperioris obedientiã:tñ primũ eſt grauius, cùm ſit cõtra præceptum Dei immediatè:ſcđm verò cõtra præceptum hominis.

¶Sextò quæritˀ,†vtrũ peccet miniſter executor iniuſtæ ſententiæ?Et dicit Guli.ſimpliciter & indiſtinctè quòd ſic.Sed 6
iſta reſpõſio venit ex falſa opinione ſuperiore §.dãnata,ꝙ nõ ſit cõtra ſcientiã priuatã ſcđm publicas atteſtatiões iudicandum:& ideo dico ſcđm S.Tho.ij.ij.q.lxiiij.& Alex.de Ales in iij.parte.& Rich.in quoli.iij.q.xxv.quòd peccat ſi ſententia,cõtinet intolerabilem errorem,aut manifeſtã iniuſtitiã nec debet obedire:aliter excuſarentur carnifices martyrũ occiſores.Si verò nõ continet manifeſtam iniuſtitiam, non peccat: quia ſuperioris ſententiã diſcutere nõ debet:nec ipſe occidit, ſed iudex.Quod quidem dictum Sum. Ang. limitat quando non eſt certus de innocentia cõdemnati: quia in dubio excuſatur:ſed ſi ſit certus,peccat mortaliter.Sed iſta limitatio ꝓcedit ex alio falſo,ſcilicet quòd peccet etiã iudex eo caſu iudicans ſecundum probata.de quo in ſuperiori §.Ray. autem dicit ꝙ exequi debet,ſi dubitat de innocentia:quia excuſatur propter obedientiæ bonũ.ij.q.iij.quid ergo . & xxiij.q. j.quid culpatˀ.nõ aũt ſi eã pro certo nouit. Sed iſta debent intelligi de innocentia in ordine ad iudicem,vt ſcilicet exequi debeat ſi dubitat eũ innocentem, id eſt, iniuſtè dãnatũ , nõ aũt ſi de hoc ſit certus:quia ſi,ſecundũ eum,iuſtè iudex damnat innocentem conuictũ,quando tenetur obedire ſuperiori,nec poteſt aliter eum iuuare:eadem ratione & miniſter tenetur exequi,quãdo tenetur obedire iudici , nec poteſt abſolutionem ab exequutione obtinere.

¶Septimò quæritur,†vtrum iudex 7
teneatur iudicare ſecundum ſtatuta vel conſuetudines loci inter eõs,quorum vnus eſt ſibi ſubditus, & non alter?Et dicit Pan.in c.clericis.de fo.com.quod aut ſtatutum concernit ſolennitatem actus exhibendi tempore contractus:& tunc ſiue ſit ſtatutũ laici ſiue clerici,non valebit actus , niſi ſolennitas illa fuerit obſeruata:quia ſubditus contrahere non potuit etiam cum non ſubdito ſpreta lege ſui ſuperioris, imò peccauit.de maiori.& obed.c.ij.&.c.requiſiſti.de teſta.& nulla fuit contracta obligatio lege ſibi reſiſtente & inhabilitante conſenſum ſuum.l.cum lex.ff.de fideiuſ.&quod no.in c.ſi diligenti.de fo. comp.& in cap.cùm contingat.de iureiur. & ſic non tenuit contractus , cùm debeat eſſe vtriuſque obligatorius. l.Labeo.ff.de verb.ſign.ſicut videmus quòd donatio facta etiam non ſubdito vltra quingentos aureos ſine inſinuatione non valet.l.ſancimus.C de don. Et ideo iudicabit ſecundum hoc ſtatutum in vtroque foro inter clericum & laicum.&facit quod determinat Fede.conſil.lxxvij.quòd ceſsio actionis

contra plebeium facta nobili ab eccleſia non valet, ex quo ſtatuto prohibetur ne nobilis eam poſsit recipere. Ratio, quia ſtatutum diſponit in caſu licito & inter ſubditos, & non in fraudem libertatis eccleſiaſticæ. Ex quo patet ꝙ laicus tenetur in teſtādo ſeruare omnes ſolennitates ſuæ legis: aliàs non valebit quantūcunq; inſtituat clericū, niſi hoc fecerit pro anima ſua: quia in talibus ſufficit ſeruare diſpoſitionem iuris gentiū. c.relatū. el j. de teſta. & l.j. C.de ſacroſan.eccl. Aut ſtatutū cōcernit rem exemplū, ſtatuto cauet̃ ne res dotalis ſine certa ſolennitate poſsit alienari: & nō valeat alienatio ipſa nō ſeruata, etiā facta clerico: per qđ nō dico quòd ſtatutū laicorum liget clericū, ſed tātùm ſubditū, & impedit obligationē oriri. l.non dubiū. C.de legibus. ideoq; ſi clericus vult illum obligare, faciat illū ſeruare ſeruanda. Aut ſtatutū cōcernit perſonā: puta quòd debeat aliquid facere poſt cōtractū perfectum: vt apprehendere poſſeſsionem intra certū tempus, aut probare per tot teſtes, & hmōi: & tunc clericus non arctatur reſpectu ſtatuti laici, etiā litigans in foro ſeculari: nec laicus reſpectu ſtatuti epiſcopalis ipſius clerici nec forenſis. qđ limita verum quando aliquid eſt explicandū per partes extra iudicium: quia debet iudex eccleſiaſticus etiā litigantes ſecundum ſuam legem iudicare. & facit quod no. in l.ij. C.de conſti.pecu. Secus vbi aliquid eſt explicandū in iudicio: quia non poteſt iudex eccleſiaſticus arctari ſtatuto laicorū. vnde ſi eorum ſtatuto cauetur quòd nō poſsit probari mutuū per teſtes: ſi laicus litigat contra clericum in foro eccleſiaſtico, nō aſtringitur laicus illi ſtatuto. & facit quod no. in c.ij. de arbit. lib.vj. & no. per Bar. in l.cunctos populos. C.de ſum.Tri. vbi dicit quòd etiā ſi tale ſtatutum cōcernens perſonam indirectè tāgit bona: quòd nō ligantur. Exemplū: Statuto cauetur quòd primogenitus ſuccedat. Certè forenſis non ligatur, etiam ſi habeat ibi bona. Secus ſi principaliter concerneret bona: vt ſi diceret quòd bona deferantur ad primogenitū. Facit l.j. ff.de tut. & cur.da. vbi licet præſes prouinciæ poſsit dare tutorem, non tamen eum qui non eſt eiuſdem prouinciæ, vel habet ibi domicilium. Et ſic fuit diſputatum per dominū Lau. in qōe facti. Statuto cauetur Mutinæ quòd ſi res ab aliquo poſſeſſa euincatur, non teneatur poſſeſſor eam reſtituere, niſi dato ſibi pretio quo emit. Bononienſis litigat Mutinę contra Mutinenſem, & ſententiā obtinet. Nūquid dabit ſibi pretium? Certè nō: quia illud ſtatutū non porrigit vires ad forenſes, licet ibi litigent. Facit ad hoc quod no. Pet. de Anch. in c.canonum. de conſtit. Ex quo infert. Pan. vbi ſ. quòd quanuis ſtatuto caueatur quòd vſurarius non teneatur reſtituere pignus, etiam ſi probet quis ſe eſſe dominum, niſi reſtituto pretio, pro quo eſt impignoratum: quòd nō extendetur ad rem clerici vel forenſis impignoratā domino inſcio: quia ſi res eſt clerici, non ſubijcitur iuriſdictioni laicorum: de vi. & ho. cle. c. ſi. in cle. Si verò ſit laici extranei, & ibi eſt delata furtiuè, non poteſt dici de iuriſdictione ſtatuentis: ſicut dicimus de re mobili quæ non eſt permanſura in loco: vt no. in c.ſi. de fo.com. & facit lex, hæres abſens. §. nūquid. ff.de iudi. Aut ſtatutū dat modum decidendi cauſam: & tunc ſi præfigit legem iudici, iudex tenetur, & ſub eo poteſt allegari. Exemplū: ſtatuto cauetur vt iudex ſequatur libros mercatorum: & tunc in foro ſeculari facit fidem in præiudicium ſubditorum, non autem clericorum vel extraneorū. Si tamen vult recipere librū pro ſe vigore ſtatutorū, tenetur recipere cōtra ſe, ar. c.cùm olim. de cenſi. cum ibi not. Si verò non præfigit legem iudici, ſed loquitur generaliter, adhibeatur fides libris mercatorum: tunc vbique poteſt allegari contra ſubditum ſtatuentis: niſi in caſu quando non vult ſuſcipere contra ſe. Secundū autem quam conſuetudinem ſit iudicandum, vide ſuprà, Conſuetudo. §.x. & xx. ¶ Octauò quæritur, † quid iura velint circa ſententias iudicum interpretandas? Et dico multa infra tractanda in titulo Sententia. de ſententia ipſa in ſe: in ordine autem ad iudicem nunc dico ſic: Si lata ſententia dubium circa eam nouiter oriatur, vtrum poſsit eam iudex interpretari. glo. in cap.primo. de poſtu.præla. arguit quòd ſic: ſed Panor. in d.c.j. & in c.ex parte. el iij. de verb.ſign. poſt Bart. & glo. in l.ab executore. ff.de appel. dicit quòd non poteſt, ſi eſt delegatus. per c.in literis. de offi.del. ſimiliter non poteſt, ſi eſt ordinarius & inferior: vt in d.l.ab executore. vbi tex.not. maiores autem iudices poſſunt, vt videtur text. in eadem l. ſed tamen debet interpretari, vt non corrigat vel mutet, ſed tantum declaret. Arbiter autem videtur hoc non poſſe: per tex. in c.cùm olim. de arbit. & ibi Pan. Et prædicta faciunt ad quæſtionem an ſtatutarij deputati à populo, ſua poſsint interpretari ſtatuta, ſi dubitatio ſuboriatur. & Io.And. in d.c.ex parte. & Bar. & communiter Legiſtæ in l. omnes populi. ff.de iuſtit. & iure communiter concludunt quòd non, ex quo functi ſunt officio ſuo, ſecundum Pan. in d.c.ex parte. Nec obſtat ſi dicatur eius eſſe interpretari, cuius & condere: quia iſti non videntur ſtatuta in veritate condidiſſe, ſed populus: quia is dicitur facere, cuius authoritate fit. de preſcript. ſi diligenti. & ideo ad populum, ſeu ad generale concilium recurrendum eſt. Quod intellige qn̄ interpretatio eſt valde dubia: quia ſi eſſet clara & iuri conſona, iudex coram quo vertitur quæſtio, poſſet interpretari ſtatutum: ſicut dicimus in lege communi & principum priuilegijs: vt no. Inno. in c.cùm ſpeciali. de app. & facit l.vnica. C.de profeſſo. qui in vr. Conſtan. libr.xij. vbi datur inferioribus & Doctoribus poteſtas interpretandi. Adde tamen quod no. Lud. de Ro. in ſuis ſingularibus, per l.Paulus. la prima. de re iudi. quòd iudex poteſt eadem die poſt ſententiam latam ſupplere acceſſoria: & idem in arbitro per gloſſ. ſingularem in l.quia arbiter & ſi errauerit. ff.de arbit.

## De Iudicio.

1 *Iudicium quot modis dicatur.*
2 *Iudicium & arbitrium qualiter differant.*
3 *Iudicium quotuplex ſit.*
4 *Iudicium extraordinarium multiplex.*
5 *Iudicium tribus modis redditur illicitum.*
6 *Iudicium quot modis redditur nullum.*
7 *Iudicium vbi incipit, & quot modis finitur.*

IVDICIVM ſecundum Sanctum Tho. ij.ij.q.lx. ſecundum propriam impoſitionem ſignificat rectam determinationem iuſtorum. & eſt actus iudicis inquantum eſt iudex, id eſt, ius dicens. ſed pòſt ampliatum eſt nomen eius ad ſignificandum omnem rectam determinationem ſpeculatiuam aut practicam. ¶ † Et ideo ſumitur iudicium primò pro ſententia iudicis. ff.de re iudi. l.j. & ſecundò pro caſu fortuito, qui ſcilicet venit ex iudicio Dei, vt patet ex conſuetudine loquentium. tertiò pro actione, qua ad iudicium tenditur, vt iudicium fami.erciſ. ff.de iud. lege, in familiæ. quartò pro pœna quæ ex ſententia infligitur. diſtin. 50. expurgabat. quintò pro vſu rationis quo iudicatur: ſicut dicimus in pueris non eſſe iudicium. & facit Inſtitut. quibus non eſt per. facere teſtamentum. §. præterea. ſextò pro inſtantia vel ordinatione cauſæ diſcutiendæ in iure coram iudice: quomodo ſumitur in lege properandum. §. primo. C.de iudi. & ff.eod. lege, propo[illegible]tur. Et iſto modo hic de iudicio intendimus principaliter, quod eſt actus legitimus duarum perſonarum, ſcilicet actoris & rei ſuper eadem quæſtione, ſub eodem iudice contra[illegible] verborum ſignificat. forus. in glo. Et ſic adiuncto iudice tres perſonæ concurrunt. Vnde & ab aliquibus dicitur actus



trium perſonarum, ſcilicet verè vel fictè: quia aliquando fama locum tenet actoris. vel ſecundum Card. & redit in idem. eſt inueſtigatio, quam ſecundum ordinē iuris facit iudex per varios modos ad veritatem eliciendam & cuſtodiendam. xxx. q.v. iudicantem. ¶ Primò verò quæritur, † quomodo iudiciū
2 ſe habeat ad arbitrium? Et dico ſecundum Gof. ꝙ arbitrium & iudicium eodem modo poſſunt diffiniri: excepto quòd iudicium eſt de cauſa ciuili & criminali: arbitrium verò de ciuili tantùm. & iudicium neceſſariò, arbitrium verò voluntariè ſubimus. ¶ Pro quo ſciendū eſt quòd ſecundum Azo. arbitrium eſt actus certarum perſonarum exequentium compromiſſum: limita ſuper ciuili quęſtione. Vnde ſecundum alios eſt actus trium perſonarū, ſuper ciuili quæſtione, quaſi in iudicio contendentium. ¶ Secundò quæritur, † quotuplex eſt
3 iudicium? Et dico quòd duplex principaliter, ſcilicet ordinarium, id eſt quod fit coram ordinario ordinariè: & extraordinariū, quod ſic dicitur. † Primò ſi fit coram delegato: vt not.
4 Bern. Inno. & Hoſt. in c.quoniam contra. de prob. & ibi gl. Et ſecundò, quādo nō proceditur in figura iudicij, ſed ex iudicis officio per modum inquiſitionis vel denuntiationis: de accuſ. ſuper his. & c.qualiter. el ij. Et tertiò in cauſis electiōis, poſtulationis, aut prouiſionis. ſuper dignitatibus, perſonatibus, officijs, canonicatibus, præbendis, ſeu quibuſcunq; alijs beneficijs eccleſiaſticis, aut ſuper decimis, matrimonijs, & vſuris: in quibus procedendū eſt ſimpliciter & de plano. de quibus not. in c.olim de accuſ. per Inn. & Hoſt. & in c.ſtatuta. de hæret. lib. vj. & Io.Mo. & Io.And. pro quo etiā videtur tex. iūcta gl. in c. quoniā contra. de probat. ¶ Et quartò. dici poteſt extraordinariū, quādo iudex eccleſiaſticus cognoſcit de tēporalibus rebus laicorū ratione peccati annexi: de iudi. nouit. Quædā etiā iudicia dicūtur capitalia, quibus ſcilicet caput eximitur à ciuitate, morte, vel exilio Inſti. de publ. iudi. §. publicorū. Quædā publica, quæ ſunt de publicis cauſis, quaſi populica: quia cuilibet de populo cōmiſſa eſt executio, vt in crimine læſæ maieſtatis, in quo omnes de populo poſſunt accuſare. quandoq; etiā publica dicūtur à crimine: de quibus Inſtit. vbi ſ. in prin. Quædā verò dicūtur priuata, quæ ciuiliter pertractātur. Et dicitur iudicium ciuile quādo finis tendit ad commodū partis: criminale verò quando ad commodū Reipublicę, ſiue pœna ſit corporalis, ſiue pecuniaria. gloſ. not. in l. prętor. ff.de ſepul. vio. & fuit opinio Innocen. in c.qualiter & quando. el ij. de ac-
5 cu. vide etiam ſ. Cauſa §.v. ¶ Tertiò quæritur, † quot modis iudicium redditur illicitum? Et dico quòd tribus: primò quādo deeſt iudici authoritas ſuper reo vel cauſa: & dicitur iudicium vſurpatum. quod prohibetur de pœnit. diſt.vj. §. fin. vj. quæſt.j. ſcriptum. & hoc eſt mortale iure naturali. Secundò quando iudex habens authoritatem, iniuſtè procedit amore, odio, vel alia paſsione: & dicitur iudicium iniuſtum, quod prohibetur. xj. quæſtion. iij. quicunq;. & eſt ſimiliter mortale. Tertiò quādo iudex habens authoritatem, & ſecundum iura procedens, vel quicunque alius extra iudicium, ex leuibus ſignis aliquem condemnat, ſiue ex ſuſpicionibus: & dicitur iudicium temerarium: quod prohibetur ij. quæſt.j. primò ſemper. Vbi gloſ. diſtinguit triplicem ſuſpicionem, ſcilicet violētam: vt ſi reperitur ſuſpectus cum ſuſpecta, nudus cum nuda in eodem lecto: & hæc inducit condemnationem, tanquā ſufficienter probatum ſit. xxxij. q.j. dicit dominus. & probabilē: vt cum oritur infamia de aliquo, etiam apud graues perſonas: & hæc licet non faciat probationem, inducit tamen purgationem, quam poteſt prælatus exigere. ij. q.iiij. presbyter. & temerariā: vt cum oritur ex leuibus indicijs, puta ex loquutione leuiū perſonarum. Et hęc habet multos gradus, ſecundum S.Tho. ſecunda ſecundæ, q.lx. Primus cùm quis ex leuibus & inſufficientibus ſignis dubitat de bonitate vel malitia alicuius & hoc eſt leue & veniale peccatum. Secundus cùm pro certo malitia creditur: & hoc in re notabili eſt mortale, quia proximus contemnitur, ſcilicet iniuſtè & notabiliter. Tertius cùm proceditur exterius ad ſententiandum ſecūdum talia ſigna: & hoc ſimiliter eſt mortale. ¶ Quartò quæritur, † quot 6
modis iudiciū redditur nullum? Et dico quòd multis. Primò ratione iudicis incompetentis: puta quia non habet poteſtatem ſuper eum quē iudicat: vt de iudic. c.at ſi clerici. cum ſuis concor. Secundò ratione perſonæ agentis: puta quia eſt minor, & agit ſine authoritate curatorum. C.de iudic. l. properandum. & C.qui legiti. perſon. in iudic. habeant. l.j. ſimiliter quia eſt ſeruus, vel monachus aut excōmunicatus, & huiuſmodi: quia ſimiles agere non poſſunt, niſi in caſibus expreſsis à iure. Tertiò, ex defectu rei: puta quia ſub tali iudice tractari non poteſt: ſicut ius patronatus ſub laico. de iudic. quāto. vel res eccleſiaſtica. de iudic. decernimus. ¶ Quintò quærit̃, † vbi 7
incipit, & quot modis iudicium finitur? Et dico quòd incipit in litis conteſtatione: & hoc reſpectu cauſæ. C. eod. l.j. non autem reſpectu aliorum actuum iudicialium: vt ſunt examinatio partium, & confeſsio, &c. finitur verò ſecundum Gofr. quatuor modis. Primò, tempore: vt cauſæ criminales biennio. C. vt intra cer.tem.cau.crim.ter. per totū cętera verò triennio. C.de iud. l.properandū. Secūdò, ſentētia: quia iudicium finem accipit ex re iudicata: vt in cap. iudiciū. de re iudic. Tertiò, prohibitione: & quartò, ſtatus mutatione: quia iudicium ſoluitur vetante eo qui iudicare iuſsit. vel qui maius Imperiū in eadem iuriſdictione habet: vel ſi ipſe iudex eiuſdem Imperij eſſe cœperit, cuius eſt ipſe qui iuſsit. ff.eod. l.iudicium.

## De Iuratione & Iuramento primò in ſe, quid, & quotuplex ſit.

1 *Iuramentum quid.*
2 *Iurandi varij modi.*
3 *Iuramentum quotuplex ſit.*
4 *Iuramentum an ſit, dicere, in veritate ita eſt.*
5 *Iuramentum an fiat per creaturas non ſacras.*
6 *Iurandi formulæ in & per.*
7 *Iuramentum an dicatur omnis fidei præſtatio.*

IVRARE ſecundum Sanct. Tho. ij.ij. quęſ.lxxxix. eſt Deū teſtem inuocare: vnde eſt actus latrię, dicente Hieronym. ſuper Math. quòd qui iurat, aut veneratur, aut diligit eum per quē iurat. iuramentum ſecūdum Gof. & Hoſt. & Archid. vt refert ac ſequitur Sum.Ang. eſt aſſertio & negatio de aliquo licito poſsibili & honeſto ſacræ rei atteſtatione firmata. Sed hoc non bene dicitur: quia ſecundum hoc nullus poſſet malè iurare. ſecūdum Ray. verò, vt refert & ſequitur Supple. iuramentum eſt affirmatio de aliquo, ſacræ rei atteſtatione firmata. Sed neq; hoc ſufficienter dicitur: quia non ſolùm aſſerens, ſed etiam negans aliquādo iurat. Et ideo ſecūdum Ar-
chid. & eſt mens Sancti Thom. † iuramentum eſt affirmatio 1
vel negatio de aliquo facto vel fiendo, ſacræ rei atteſtatione firmata. ¶ Pro quo nota primò quòd hic affirmatio & negatio ſumitur non ſolùm formaliter, id eſt, oratio prolata: ſed etiam virtualiter: ſicut cùm aliquo dicēte alicui, iura ita eſſe: & ille tangit librum nihil dicens: ille tactus habetur pro iuramento & loquutione iuratoria. ¶ Nota ſecundò quòd iſta ſacra res, per quam iuratur, eſt Deus, aut aliquid Dei, inquantum eſt Dei, cum iurare ſit Deū teſtem inuocare: vnde per creaturas iuramus, non ſecundum ſe ſumptas ſed inquantū manifeſtatur in eis veritas diuina. Vnde cùm iuramus per fidem, per Euangelia, vel ſanctos, intelligitur iuramentū eſſe per Deum, cuius veritas continetur in fide & Euangelio, &

2 per ſanctos eſt prædicata.¶ Primò verò quæritur,† quot mo
dis iuratur? Et dico quòd duobus in genere. Primò ſimplici
verbo:vt dicendo,per Deum ita eſt.nec eſt neceſſe ſecūdum
Panorm.in cap.& ſi Chriſtus.de iureiuran,quòd dicatur, iu-
ro. Secundò interueniente aliqua ſacra re:vt cum iuratur in
manu epiſcopi vel ſuper Euãgelijs aut cruce,vel huiuſmodi.
Primum ſit multis modis,de quibus certa regula dari nõ po
teſt:ſicut in lege veteri iurabant dicendo,viuit Dominus: vi-
uit anima mea:hoc addat mihi dominus,& huiuſmodi.j. Re
gum xxij.& in primitiua eccleſia dicēdo,teſtis eſt mihi Deus:
Deum teſtem inuoco,veritatem dico in Chriſto,nõ mētior:
teſtis eſt mihi cõſcientia.xxij.quæſt.j.ſi peccatum.& ſic,Deus
te adiuuet.xxxv.quæſt.vj.de parentela. Similiter & ſecūdum
vt per Euangeliũ Chriſti,per corpus,per crucem Chriſti:per
ſacramentum,vel ordinem ſacrum,aut ſanctos:vt no.in cap.
ſi aliqua.xxij.quæſt.j. Vnde Ioan.And.dicit in cle.quòd iura-
mentum ex iuris ordine factum multipliciter fit. Quædam
enim iura dicunt ſimpliciter debere iurari: quædam corpo-
raliter:quædam ſuper ſancta Dei Euangelia: quædam addũt
ipſorum tacturã.j.quæſt. vij.quoties.Apud Italicos interpre-
tatur cõſuetudo,quòd ſufficit quemlibet librum, vel quam-
libet ſcripturam tãgere:quod ſatis puto procedere vbi etiam
de iuramento corporali exprimitur.non ſic autem vbi de ta-
ctu Euangeliorum ponitur:vt in clem.multorum. de hæret.
3 ſuper verbo,tactu.¶ Secundò quæritur,† quotuplex eſt iura-
mentum? Et dico quòd eſt duplex,ſcilicet iudiciale,id eſt de-
latum in iudicio etiam coactè:& extraiudiciale,id eſt,non in
iudicio,ſed extra ex partium voluntate & conuentione exhi-
bitum& ſuſceptum: vnde cõuentionale dicitur . Et iudiciale
quidem aliquando dicitur iuramentum de calumnia:quo ſci-
licet quis iurat ſe bona fide,nõ animo calũniãdi cauſam mo-
uiſſe vel reſpõdere:ſeu aliquid proponere:vt C. de iur.cal.l.
ij.§.j.ff.fa. erciſ.l.inter cohæredes.§. qui familiæ erciſ.Et de-
bet hoc iuramentũ eſſe nõ tantũ de præterito,ſed etiã de fu-
turo:vt ibi.Eſt aũt calumnia falſa petitio vel iniuſta repulſio
facta ſciēter.ar.eorũ quę no.ff.ad Turp.l.j.§.calũniari.ij.q.iij.
§.notandũ.Aliquãdo verò ſolùm dicit iudiciale:& eſt in litē,
ex eo ſcilicet quòd propter litē ſiue propter rē in lite , id eſt,
in iudicio petitã præſtatur. Vñ aliquãdo datur à iudice quan
do deficiētibus probationibus habens vnũ teſtē vel famã pro
aliquo cõpellit eum iurare,ſuper quo eſt fama.Et dicitur ne-
ceſſarium:quia pars cui defertur,ſine cauſa illud recuſare nõ
poteſt:vt in c.ſi.de iureiur.in prin.& in l.generaliter.C.de nõ
nu.pe.Dicitur etiã deciſoriũ:quia pręſtatur ad litis deciſionē.
Aliquãdo tamē iuramētũ iudiciale datur à parte parti: & tũc
recuſari poteſt:vt in d.cap.ſi.Extraiudiciale quoq; ſecundum
Ray.& S.Tho.in iij.di.xxxix.& ij.ij.q.lxxix . eſt duplex, ſcili-
cet aſſertoriũ:quo iuratur de præterito vel præſenti ſic eſſe
vel nõ eſſe:vt in c.ſi verò de iureiur.& ꝓmiſſoriũ ſeu obliga-
toriũ de futuro:vt cũ quis iurat aliquid ſe daturũ vel facturũ:
aut nõ daturũ vel nõ facturũ:vt in c.cum cõtingat.de iureiu.
Addit Sum.Ang.tertiũ ſcilicet confirmatoriũ, ſicut cum filia
renuntiauit bonis paternis,& iuramentum tali renuntiatio-
ni interponit:vt in c.j.de pac.lib.vj.& in auth.ſacramenta pu-
berum.C.ſi aduer.vendi.ſed iſtud iuramentum eſt promiſſo-
rum,vt patet.Eſt autem& iuramētum execratorium:vt cùm
quis inuocat Deum nõ ſolùm vt teſtem,ſed etiam vt iudicem
punitorem : ſicut:dicendo, ſi non ſic eſt, non ſit ſalus animæ
meę.Sed iſtud non ponit in numerum cum prędictis:ſed iſta
execratio ſemper eſt cum iuramento aſſertorio vel promiſ-
ſorio:licet non econuerſo: quia illa interdum ſine execratio
4 ne fiunt.¶ Tertiò quæritur ſpecialiter,† vtrum ſit iuramen-
tum dicere,in veritate ita eſt? Et dicit Panor.in d.c.& ſi Chri-
ſtus.quòd ſic:quia interponitur Deus,qui eſt veritas,ad cõfir
mationem actus.de celeb.miſ.in quadam.quod limita quãdo
iurans intendit iurare ſeu inuocare veritatem primam,& non
aliter:alioquin Chtiſtus,qui hortatus eſt ad non iurandum,
ſcilicet ſine cauſa & neceſsitate,aliquãdo ſine neceſsitate iu-
raſſet:quia dixit,in veritate dico vobis,quòd multę viduę &c.
¶ † Quartò quæritur,vtrũ ſit iuramentũ iurare per creaturas 5
nõ ſacras:puta cœlũ,ignē,& huiuſmodi? Et dico ꝙ ſic , ſi ap-
ponatur Deus obliquè:vt,per iſtũ ignē Dei,vel huiuſmodi:quia
Deus inuocatur conditor eius. Et hoc idē innuit Sanct.Tho.
ij.ij.vbi ſ̃.& alij doct.qui dicũt dominũ prohibuiſſe iuramen-
tum per cœlũ & terrã,& alias creaturas:non ſimpliciter,ſed
ita quòd eis diuina reuerētia exhibeatur:ſicut Iudęi per an-
gelos & creaturas iurabant,vt dicit Hieron. Et hoc expreſſè
tenet S.Tho.in iij.diſt.xxxix:& Sanc.Bon.in iij.diſt.xxxix. di-
cens ꝙ licet iurare per creaturã relatã ad creatorē, hoc eſt,
prout relucet in ea veſtigiũ diuinę veritatis. Imò etiã ſi non
apponatur Deus explicitè,& tamē illa creatura ſit aliquid,in
quo peculiariter fiat nobis memoria Dei,quãdo illud nomi-
natur,videtur ꝙ per illã fiat iuramentũ,vt per animã, & per
cõſcientiã,ſicut etiã innuit Sanct.Bon.imò etiã per cœlũ, vt
innuit S.Th.in iij.vbi ſ̃.¶ Quintò quæritur,† vtrũ æquè iura- 6
ri poſsit per in,ſicut per ly per? Et dicit S.Bon.vbi ſ̃.ꝙ duplex
eſt modus iurãdi,ſcilicet per ly ꝑ,& per ly in:ſed ly.per,ma-
gis dicit ipſam veritatē ſub ratione teſtificantis,& principan-
tis.ſed ly. in,habitudinē importat diuinæ veritatis ſub ratiõe
teſtificantis & exemplantis. Vnde ſecundũ rem idē eſt iura-
re in Deũ & per Deũ,& dicere teſtis eſt mihi Deus . Et ideo
dici poteſt quòd dicere,in cõſciētia mea ſic eſt: vel in anima
mea,eſt iuramētum:& idem eſt in re,quod per conſcientiam
meam & animã meam.¶ Sextò quæritur, † vtrũ omnis fidei 7
præſtatio,id eſt,promiſsio ſuper propria fide ſit iuramētum?
Et dicit Pan.in c.querelã.de iureiur.quòd ſic:ſed nõ econtra-
rio,omne iuramentũ eſt fidei pręſtatio:quia dicitur quis prę-
ſtare fidem quando promittit aliquid dicendo per fidē meã:
vel ſic Deus.me adiuuet, & huiuſmodi : & ſic fidei præſtatio
non includit niſi iuramentũ promiſſorium,& non aſſertoriũ.
Sed malè ſumit fidei præſtationem eſſe ſolùm in promittē-
do:cùm etiam quis poſsit aſſerere aliquid per fidem ſuam:
& dicendo , ſic me Deus adiuuet:quòd propriè eſt iuramen-
tum execratorium. Summ.autem Ang.dicit quòd fidei præ-
ſtatio eſt promiſsio per fidem ſine verbo iuro. Sed iuramen-
tum eſt, cum dicitur, iuro per Deum vel per aliud. Sed con-
tra:quia non eſt neceſſe quòd in iuramento vtamur hoc ver-
bo iuro,ſed ſufficit Deum explicitè vel implicitè interpone-
re,ſecundum Pan.in cap.& ſi Chriſtus.de iureiurand. Et ideo
alij dicunt iſta differre:quia iuramentũ fit ſacræ rei interuen
tu,non autem fit Dei præſtatio:vnde ipſa nõ eſt iuramentũ,
niſi ſumeretur fides pro virtute theologica:ſed eſt promiſsio
facta ſuper propria fide,id eſt,fidelitate:vt & ipſum nomē ſo
nat. Vnde aliquando iſta dicuntur idem:quia inter ea quo ad
peccatum mortale non eſt differentia. Vnde ſecundũ Archi.
in c.j.de ſepul.lib.vj.& Innoc.& communiter doct.in d.c.& ſi
Chriſtus.ſicut iuramentum eſt dicere, iuro tibi per fidē meã
vel Euangelium:ſic etiam & dicere,promitto tibi per fidem,
ſiue ſub fide mea: aliquãdo verò ponuntur vt diuerſa,vt in c.
peruenit. de fideiuſ.& in c.querelam. ne præl.vi.ſu.& in cap.
ij.de ſpõſa.quia ſcilicet quo ad pœnam periurij.vt depoſitio-
nis in clerico,non ſunt idem:vt ĩ.Periurium.§.ij.Simplex ve-
rò promiſsio dicitur,quæ nec iuramento nec fidei præſtatio-
ne firmatur. De forma autem iuramenti quod Imperator fa-
cit papæ aut epiſcopus exemptus,aut rector eccleſiæ epiſco
po,vide Archid.ij.parte.tit.x.c.iiij.



## Rurſus de Iuramento ſecundò,an & quando licitum ſit vel illicitum.


1 *Iurare an ſit licitum.*
2 *Iurare per creaturas an liceat.*
3 *Iuramentum quibus competat.*
4 *Iuramentum cui, quando, & propter quid, exhibeatur.*
5 *Iuramentum licitum quos comites habere debeat.*
6 *Iurare falſum an ſit mortale peccatum.*
7 *Iurare quod iniuſtum an ſit mortale peccatum.*
8 *Iurare indiſcretè non eſt mortale peccatum.*
9 *Iurare alium inducens an mortaliter peccet.*
10 *Iurare per membra Dei & ſanctorum an ſit mortale peccatũ.*


IVRAMENTVM ſecundò conſiderandum eſt an & qñ
1 licitum ſit vel illicitum.¶ † Primò verò quæritur,vtrũ li-
citũ ſit aliqñ,aut etiam frequenter iurare? Ad quod dicit
S.Tho.ij.ij q lxxxix.art.j.quòd iuramentũ ſecundum ſe eſt li
citũ & honeſtum.quod patet ex origine: quia introductũ eſt
ex fide,qua homines credunt Deũ habere infallibilē veritatē
& vniuerſalē omniũ cognitionē & prouiſionē:& ex fine,quia
inducitur ad iuſtificandũ homines,& ad finiēdũ cõtrouerſias:
vt dicitur ad Hebr.vj. Nihil autē prohibet aliquid eſſe ſecun
dum ſe bonũ,quod tamē cedit in malũ eius , qui nõ vtitur eo
cõuenienter:ſicut eſt ſuſceptio Euchariſtiæ. Iuramentũ autē
cedit in malũ alicui,ex eo ꝙ male vtitur eo,id eſt,ſine neceſ-
ſitate & cautela debita:quia videt̃ paruam reuerentiã habere
ad Deũ,qui eũ ex leui cauſa teſtē inducit,quod nõ præſume-
ret etiã de aliquo viro honeſto. Imminet etiã periculũ periu-
rij:quia de facili homo delinquit in verbo:vt patet Iac.iij.vn-
de iurationi nõ acquieſcat os tuũ. Eccleſiaſ.xxiij.hæc ex illo.
qui ibidē art.v.dicit quòd iuramentũ non eſt habendũ inter
ea quæ ſunt per ſe appetenda:ſed inter ea quæ ſunt huic vitæ
neceſſaria.ſecundũ Aug.de Sermo.do.quibus indebitè vtitur
quicũq; vtitur vltra terminos neceſsitatis:quia quod nõ quæ-
ritur niſi ad ſubueniendum alicui defectui,nõ numeratur in-
ter per ſe appetenda,ſed inter neceſſaria:vt medicina,quæ re
quiritur ad ſubueniendum infirmitati:iuramentũ autē quæ-
ritur ad ſubueniendũ alicui defectui:quo ſcilicet vnus homo
alteri decredit. Nec tamen eſt ſimile de voto,quo aliquid in
reuerentiam Dei ordinatur:& de iuramento quo reuerentia
nominis diuini aſſumitur ad confirmationē alicuius. ¶ Secun
2 dò quęritur,† vtrum liceat iurare per creaturas? Et dicit idē
vbi ſ̃.art.vj.quòd iuramentum quod per ſimplicem conteſta-
tionem fit principaliter refertur ad ipſum Deum,cuius teſti-
monium inuocatur:ſecundariò verò ad illud aſſumuntur ali-
quæ creaturæ non ſecundum ſe ſed inquantum in eis diuina
veritas manifeſtatur:de quo.tit.priore.§.iiij.in iuramento au
tem facto per execrationē inducitur creatura aliqua : vt in
qua diuinum iudiciũ execratur:quomodo ſolet homo iurare
per caput ſuũ,aut filiũ,aut aliam rem dilectam. Quod autē
Ioſeph iurauit per ſalutem Pharaonis,Gen.xlij.vtroq; modo
poteſt intelligi,ſcilicet per modũ execrationis:quaſi ſalutem
Pharaonis obligauerit Deo:vel per modum conteſtationis,
quaſi conteſtando veritatē iuſtitię diuinæ,ad cuius executio-
nem principes terræ cõſtituuntur.hæc ex illo.¶ Tertiò quæ-
3 ritur,† quibus competat iuramentum? Et dico quòd pueri ſe-
cundum Sanct.Tho.arti.viij. ad iuramentum nec coguntur,
nec admittũtur ante annos pubertatis.xxij.q.v.pueri.vbi etiã
dicitur quòd ſi iurauerint,& pater vt audierit ſtatim cõtra-
dicit,irrita ſunt iuramenta.Si tamē iurant habentes vſum ra-
tionis , ſiue in iudicio ſiue extra, ita,peccant venialiter aut
mortaliter ſecundum qualitatem periurij,ſicut & alij.de deli.
pue c.j.Similiter nec aliàs periuri.xxij.q.v.paruuli. quod Ar-
chid. intelligit de conuictis in iudicio, qui repelluntur in iu-
dicio & in contractibus vt infames. de periurijs autē notorijs
ex facto dubitat:cum innumeri ſint tales in quotidiana lo-
cutione.Sed ego puto idem in iſtis,ſi iuramentũ fuit euidens
quantũ ad verba & deliberationē,& factũ: vt ſi quis coram
multis deliberatè iuret per ſancta Dei Euangelia tacta de
aliquo quod euidenter eſt falſum : ſecus ſi verba potuerunt
fuiſſe iuratoria & non iuratoria.aut ſi ex ira vel alio dubite-
tur de animo iurandi:aut ſi dubitetur an factum ſciuerit eſſe
tale. Nec furioſi.xv.q.v.merito. Sacerdotibus etiã nõ licet iu-
rare,ſecundum S.Tho.vbi ſ̃.Vnde clerici iurare non poſſunt
cuicũq; laico ſuper Euãgelia .xxij.q.v.nullus.qđ intellige,ni-
ſi de licētia pręlati ſui:vt in c.j.de iura. calum. qđ verũ eſt ſi
iurãt tanquam ſuperiori. & ſic intellige d.c. nullus aliter ſic
etiã ſine licētia: vt in c.ex reſcripto,&.c. peruenit.de iureiur.
Nõ poſſunt etiã iurare de calũnia ſine licētia ſui ſupioris:niſi
ille,coram quo litigat,ſit eius ſuperior :ſed habita licētia poſ
ſunt etiam in manu iudicis laici.xxij. q.vij.nos. Non poſſunt
etiã iurare in actu teſtificandi ſine licētia ſui ſuperioris. xiiij.
q.ij.quãquam.& intellige in manu laici.Exceptis autē tribus
caſibus prædictis poſſunt licitè iurare etiam in manu laici,&
ſine alia licētia:vt in d.c.ex reſcripto.&.c.ꝑuenit.& not Pan.
in c.j.de iureiur.Sed hoc limita ſecũdum Sanct.Tho. quo ad
ſacerdotes eſſe licitũ pro aliqua neceſsitate vel magna vtilita
te,præcipuè pro ſpiritualibus negotijs. Ponit autē Ray.ſeptē
caſus,in quibus poſſunt & debent iurare. Primò ne pro defe-
ctu probationis aliquis lædatur,aut rem ſuam perdat.de quo
infrà Teſtis.§.vj.ſecũdò pro ſide,tertiò pro obediētia.quartò
pro pace quintò pro indemnitate eccleſię.quod tamē ad pri-
mum reducitur.ſextò quãdo ab excõmunicatione abſoluun-
tur.ſeptimò cùm infamati debent ſe purgare . Probãtur hæc
omnia de elec.ſignificaſti.vltra mediũ.xxviij.diſt de Syracu-
ſanæ.de offi.ord.ad reprimēdã . ij.q. v .presbyter. Poteſt etiã
hodie addi quòd ſi litigent in cauſa ſpirituali vel alia, iurare
debēt de calumnia,ſcilicet vt dictum eſt:& ſimiliter de veri-
tate dicenda.de iuram.calum.ſi de calumnia.lib.vj.¶ Quartò
quæritur,† cui quando,& propter quid ſit iurandum? Et dico 4
in iudicio iurandum eſſe iudici cõpetenti:extra iudiciũ verò
cuicũq; iurari poteſt. Non autē licet iurare in iudicio diebus
feriatis,niſi pro pace & pijs cauſis:vt de feri.cõqueſtus. Vnde
& ſecundum Sanct. Tho.in ſolennibus diebus, quibus eſt re-
bus ſpiritualibus vacandum,non ſunt iuramenta præſtanda
pro rebus temporalibus:niſi fortè ex magna neceſsitate: ſed
ſolùm pro ſpiritualibus. Similiter iurandũ eſt ante cibum &
potum,id eſt,ſtomacho ieiunio.xxij.q.v. honeſtũ. ſed hoc eſt
de honeſtate,vt ibi. Propter quid autē ſit iurãdum , dico quo
ad cauſam materialem quòd iuramento aſſertorio licitũ eſt
de omni,ſiue pro omni re iurare,ſi expedit iuranti vel alteri:
promiſſorio verò pro omni re licita,iuſta & honeſta , pro re
autem turpi,illicita vel iniuſta factum iuramētum nõ tenet.
arg.c.vlt.de pact.& clarius infrà. Quantum verò ad finalem,
dico quòd pro cauſa illicita & mala iurare illicitũ eſt & ma-
lum:vt ſunt coniurationes,conſpirationes,& huiuſmodi.arg.
c.vlt.de pact.& de re iudic.c.j.ſed pro licita & vtili ſibi aut al
teri iurandum eſt.¶ Quintò quæritur,† quomodo iurandum
ſit? Et dico ſecundũ omnes tres debere eſſe comites iuramen 5
ti vt rectè fiat:ſicut etiam patet Ierem.iiij.& de iureiur.& ſi
Chriſtus.§.Iacobus.& xxij.q.ij.animaduertendũ.ſcilicet veri-
tas,iuſtitia,& iudicium. Et intelligitur ſecundũ Sanct.Thom.
Primò veritas,vt ſcilicet id quod iuramento firmatur,falſum
non ſit.& adde quod not,gloſ.in d.c.animaduertendum . hoc
intelligendum eſſe de veritate rei & conſcientiæ , vt ſcilicet
verum ſit quod iuratur,& verũ eſſe ſciatur: & ſi neſcitur eſſe

verum, ſed creditur, de credulitate iuretur, & non de ſcientia, neq; ſimpliciter ita eſſe: & multo minus ſi dubitatur. Et ſecundò iuſtitia, vt ſcilicet quod iuratur, non ſit illicitum. Et ſic videtur San. Tho. veritatem referre ad iuramentum aſſertorium, & iuſtitiam ad promiſſorium. Et tertiò iudicium ſcilicet diſcretionis, vt nõ leuiter, ſed diſcretè ex neceſſaria cauſa iuretur. adde vel ex vtili. Vnde in hoc, vt dicit, intelligitur deuotio, fides, & omnia requiſita ad debitum modum iurandi. Et ſi aliquod prædictorum trium defuerit, nequaquã erit iuramentum, ſed periurium: vt in d.c. animaduertendum. & primò quidem ac principaliter ſecũdum Sanct. Thom. ij. ij. q. xcix. ſi defuerit veritas: quia iuramentum ordinatur principaliter ad confirmationem dicti humani, cui cõfirmationi falſitas opponitur: ſecundariò autem quando deeſt iuſtitia. quia iurans illicitum obligatur ad faciendũ contrarium. tertiò ſi deeſt iudiciũ, quia indiſcretè iurans periculosè committit iurandi falſitatem. Vtrum autem ſemper ſit mortale, quando aliquid prædictorum defuerit: dicit Panor in d.c. & ſi Chriſtus. quòd non, ſed aliquando veniale: vt not. Archi. in d.c. animaduertendum de quo infrà Periurium. in principio.
6 ¶ Sextò quæritur, † an ſit peccatum mortale iurare ſine primo comite, id eſt, veritate? Et dico quòd ſic regulariter ſecũdum omnes. Vnde propter defectum veritatis iurans peccat mortaliter in multis caſibus. ¶ Primò ſciẽter iurãdo falſum in iudicio. ¶ Secundò etiam extra iudicium, ſi quis aduertat de falſitate & iuramento ſimul: aliàs autem ſi aduertat quidem de iuramẽto, ſed non de falſitate, vel econtra de falſitate ſed non de iuramento, vel de neutro, eſt veniale: vnde iurans ex impetu iræ ſi iurando aduertit ſe iurare falſum, & tamen proſequitur, eſt mortale. Si verò non aduertit ex dolo vel lata culpa, ſimiliter eſt mortale: aliàs autẽ veniale. ¶ Tertiò, iurando falſitatem iocoſe: & iſte ſecundum Doct. quantum ad aliquid grauius peccat, quàm ſi ſerio iuraret: qa magis vanè aſſumit nomen domini. ¶ Quartò, quando aliter eſt in re quàm in conſcientia iurantis. quod tripliciter accidit: quia aliquando quis iurat verum credẽs iurare falſum, quod eſt propriè mentiri: aliquando verò iurat falſum credens iurare verũ. & hoc eſt mortale ſecũdum aliquos: quia ſi factum neſcit non debet iurare ita eſſe, ſed ita ſe credere. quod tamẽ ego verum putarem, ſi diligentiam non adhibuit. aliquando verò iurat dubius an ſcilicet ita ſit nécne. & hoc indubitanter eſt mortale.
7 ¶ Septimò quæritur, † an ſit mortale iurare ſine ſecundo comite, id eſt, iuſtitia? Et dico quòd ſic tripliciter. Primò quando quis iurat ſe facturum vel omiſſurum, quod faciendo vel omittẽdo peccat mortaliter: puta ſi iurat ſe occiſurum hominem, vel non honoraturũ parentes. ¶ Secũdò, quando quis iurat ſe nõ facturum aliquod bonum notabile, licet ad illud non teneatur: puta ſe non ingreſſurũ religionem. quod quidem Sanct. Thom. dicit eſſe grauè peccatum. quia præcluditur via Spiritui ſancto. Arch. autẽ videtur velle eſſe mortale: vnde propter tale iuramentũ prohibetur quis promoueri ad epiſcopatum diſt. lxxxv. Florentinum. Secus ſi quis iuret ſe nõ facturum aliquod bonum modicum: puta ſe non daturũ pomum puero, aut facturũ aliquod leue malum, puta veniale: quia hoc eſt veniale. ſecundũ Veruec. & Monal. & Piſa. & Arch. & veritatẽ. licet Hug. tenuerit eſſe mortale: quia illa authoritas xxij. q. iiij. in malis. impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur. hoc nõ probat: cum veniale propriè non dicatur ſcelus. Et hoc maximè verum eſt, quando iurans intendebat implere iuramentũ. Sed contra: quia Sanct. Tho. talẽ appellat periuriũ ij. ij. q. xcviij. art. j. ad primũ. & in multis alijs locis. Sol. etiã eum qui iurat ſine iudicio diſcretionis appellat periurum. & tamen non ſemper peccat mortaliter: vt §. ſeq. ¶ Tertiò, quando quis iurat ſe facturum aliquid qđ poteſt eſſe bonũ & malũ: ſicut Herodes iurauit puellæ ſe daturum quicquid peteret. quod ſanè intelligendo potuit eſſe licitum: puta ſi peteret aliquid licitè dabile: malè verò intelligẽdo potuit eſſe mortale.
8 ¶ Octauò quæritur, † an ſit mortale iurare ſine tertio comite, id eſt iudicio, puta ex leuitate, ſine neceſsitate vel vtilitate? Et dico quòd non, ſecundum omnes Doct. niſi primò interueniret contemptus: aut ſecũdò exponat ſe periculo notabili deierandi: aut tertiò quòd dubitatur vtrũ iuretur pro verò, præcipuè in alterius præiudiciũ: quia ſecũdum Doct. iurare debet ſecundũ quod recolit, ſcilicet dubiè, vel certè. Vnde ſecundũ Veruec. Ho. & Bar. mulier confeſſa adulteriũ ſacerdoti non poteſt iurare marito ſe peccatum iſtud non habere: quia nõ eſt certa ſibi eſſe dimiſſum de purg. can. c. accepimus.
9 ¶ Nonò quæritur, † vtrũ inducens alium ad iurandum, quem ſcit falſum iuraturũ, vel non ſeruaturum quod iurat. peccet mortaliter? Et dicit Richard. in iij. diſtinct. xxxix. quòd aut facit vt perſona publica ad inſtãtiam partis, & ex ordine iuris: & ſic non peccat. Si verò facit vt perſona publica, tamen contra ordinem, iuris, vel vt perſona priuata, ſic peccat grauiter. Card. autem in cle. vnica. de iureiuran. dicit ꝙ talis vincit homicidam. xxij. q. v. ſi quis conuictus. & c. ſeq. & ſic patet quòd eſt mortale. Et ex hoc infert Pan. in c. clericos. de cohabit. cler. & muli. quòd nunquam eſt deferendum iuramentum illi, contra quem eſt vehemẽs ſuſpicio de tranſgreſsione eius, & deferens peccat: intellige mortaliter, iuxta prædictam diſtinctionem. & alleg. c. ille xxij. q. v. & facit optimè tex. d. c. clericos. qui non vult cogi clericos ad iurandum dimittere cõcubinas. Quod nota contra confeſſores recipientes à ſecularibus iuramẽta de abſtinendo ab aliquo: vnde potius pœnam ſtatuant. Non credo tamẽ verum quod dictum eſt, quando is, quem quis ſcit falſum iuraturũ, eſt iam paratus iurare: puta quia obtulit ſe: & eſt aliqua rationabilis cauſa recipiendi tale iuramẽtum: nec de tali loquitur d. cap. ille. ſed de eo qui ad iurãdum inducit vel diſponit eum. quem ſcit vel probabiliter credit periuraturum.
10 ¶ Decimò quæritur, † vtrum ſit mortale iurare per membra Dei vel ſanctorum? Et dicit Summa Angel. quòd tales, ſi iurant per membra inhoneſta, ſunt blaſphemi: vt patet per cap. ſi quis per capillum, xxij. q. j. ibi: vel alio modo blaſphemia, &c. Si verò iurant per honeſta, & cum reuerentia, eſt veniale. Sed primum dictum eſt falſum quando talia membra ſunt in Deo vel ſanctis: vt patet ex diffinitione blaſphemię. nec hoc probat dict. cap. ſi quis. quia ſecundum Bonau. vbi ſuprà, loquitur contra eos, qui credebant Deum ſecundum deitatem habere talia membra. eſt tamẽ blaſphemia verè, ſi nõ ſunt in Deo: vt cùm iuratur per ſexum fœmineũ Dei, vel ſecundum modum quãdo per talia membra irreuerenter iuratur, aut etiam ſi ſine iuramento nominentur & attribuantur Deo. Et ideo quantum ad hoc dico quòd aliquando ſunt blaſphemi aliquando non. ſemper tamen peccant mortaliter, cum ſint blaſphemi verè vel modaliter ratione contemptus & irreuerentiæ, arg. extra de malefic. ſtatuimus. & ita ſentit Archid. & communiter Doct. ſecundum etiam dictum eſt falſum: quia ſi iurando per creaturas ſeparatas à deitate, non peccatur niſi per defectum debitarum circunſtantiarum, puta per Euangelia & crucem: multo magis per coniunctas, vt per ſanctum corpus aut ſanguinem vel caput Dei: ad ſanum intellectum ſaltem iſta ſcilicet attribuendo Deo humano. De iuramento etiam infrà Periurium.

## Rurſus de Iuramento tertiò, quomodo intelligendum ſit, & interpretandum.

1 *Conditiones quæ in iuramento ſubintelligi debeant.*
2 *Iuramentum qualiter ſit interpretandum.*
3 *Iuramentũ præſtitũ in materia iuris, debet ſcđm ius reſtringi.*
4 *Iurans non alienare bona eccleſiæ ſine licentia ſuperioris, qualiter intelligatur.*
5 *Iurans aliquã ducere, an ſubintelligatur, niſi intret religionẽ.*
6 *Iuramentum an interpretari poßit, vt habeat locum in caſu ficto.*
7 *Iuramentum interpretari an poßit inferior à papa.*

IVRAMENTVM rurſus tertiò indiget conſideratione, quantum ad aliqua in eo ſubintellecta & præſuppoſita. Vnde tunc de eius intellectu vel interpretatione agendũ eſt quæ interpretatio valet & locum habet quando iurans non habet expreſsè & ſpecificè animum obligandi ſe ſuper aliquo determinato contra ipſam interpretationem: aliter autem nõ valeret, vt no. Pan. in c. veniens. de iureiu. & facit c. iuramenti. xxij. q. j.
1 ¶ Primò verò quæritur, † vtrum in omni iuramento etiam ſimpliciter facto ſubintelligendæ ſint multæ conditiones? Et dicit glo. in c. quemadmodum. de iureiur. quòd in aſſertorio nulla conditio ſubintelligitur, ſed in promiſſorio ſubintelliguntur multæ: nec tamen illud erit conditionatum, etiam ſi ipſæ exprimantur, ſecundum Pan. ibi: vt in c. ſignificaſti. & quod ibi no. de elect. & in l. iij. ff. de leg. j. & l. aliquando. ff. de condi. & demon. de quo dic vt infrà Matrimonium. §. j. ¶ Subintelligitur autem primò ſi Deo placuerit: xxij. q. ij. beatus. §. j. Et ſecundò ſi placuerit papæ: vt in d. c. venientes. de iureiu. imò in omni iuramento excipitur authoritas ſuperioris cuiuſcunq;, extra eo. ea te. In rebus tamen vel iuribus papę non ſubiectis, ſecundum Pan. in c. conſtituimus. de reſcri. non ſubintelligitur illa clauſula. d. c. venientes. Vñ ſine cauſa rationabili abſoluere non poteſt à iuramento pręſtito ſuper rebus non ſpectãtibus ad eũ: vt no. gl. in c. quinto. de iureiu. & Inno. in c. cùm inter P. de renun. Ex his Fed. conſ. cxcj. format hanc quæſtionem. Quidam clericus in minoribus ſcholaris filiusfam. exiſtens in ſtudio de voluntate patris obligatus eſt iuramento non exire diſtrictum Bononien. niſi prius ſolueret debitũ: ſed reuocatus à patre ad certam diem petita & obtenta licentia à creditore, redijt ad patrem vel epiſcopum. Nunquid eſt periurus. Et concludit quòd primò excuſatur propter præceptum patris, ad quod multipliciter ex lege eſt obligatus: & conſequenter videtur quòd omnis obligatio facta per filium, etiã cum iuramento, intelligitur ſaluo iure patris: & inter alias conditiones, quas habet iuramentum, iſta eſt potior, quòd in eo intelligitur ſaluum ius alterius, extra eo. cùm contingat. & c. quanto & d. c. venientes. Et hinc eſt quòd filiusfa. non poteſt vouere ſine conſenſu patris: excepto voto religiõis, per quod ſoluitur patria poteſtas. xxij. q. v. pueri. Cõcludit etiam quòd iſte excuſaretur à periurio etiam propter iuſſum epiſcopi: addens quòd prædicta intelligunt vera vbi filius nõ procurauit ſe reuocari: aliàs ſecus. Et ita tenet Sum. Roſ. Ego verò dico quòd ſiue pater ſiue epiſcopus conſenſerit iuramento, & generaliter quicunq; ſuperior, filius ex obedientia non excuſatur: quia nulla eſt, cùm ſuperior ſe ſpoliauerit iure ſuo. & de hoc vide ſ. Iuramentum. iiij. §. xij. in ſi. poſſet tamen excuſari ex aliqua alia conditione vna ex ſequentibus. ¶ Nam tertiò ſubintelligitur ſi res in eodem ſtatu permanſerit, extra eo. quemadmodum. Vnde qui iurauit accipere Bertam in vxorem, ſi fuerit illa fornicata, aut effecta leproſa, vel incurabiliter aliàs infirma, non tenetur obſeruare iuramentum. d. c. quemadmodum. Et ſecundũ Archi qui iurauit reddere gladium, non tenetur ſi reperiatur in furia: nec erit periurus, quia cùm promiſit, non cogitabat de furia, quæ ſuperuenit: de qua ſi cogitaſſet, non promiſiſſet. Et ob hoc Bar. in l. qui ſeruum. de verb. obli. determinat hanc quæſtionem: Feci pactum cum inimico meo, & promiſi non offendere illum. Demum ipſe fuit exbannitus: & ex forma ſtatuti quis poteſt illum occidere, an occidendo eum videar frangere pacem? Oldr. determinauit quòd nõ: ar. d. l. qui ſeruum. iuncta l. ſi ſeruum. de verb. obl. Et idem tenet Bart. probans hac ratiõe: quia illa promiſsio nõ offendendi intelligitur, niſi lege permittente, vt l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. Item quia ita videtur facta pax, id eſt, rebus ſic ſtantibus. d. c. quemadmodum. Item videtur tenere Io. And. in c. fruſtra, in mer. de re. iur. lib. vj. & iſta rerum permutatio excuſans à iuramento dupliciter intelligitur. Primò, quòd caſus nouiter emergens eſt talis, quòd ſi fuiſſet à principio, iuramentum fuiſſet temerarium. & hoc per ſe patet. Secundò, quando eſt talis quòd ſi fuiſſet à principio iurans non iuraſſet, ſecundum multos Doct. & bene: quoniam iuramentum interpretandũ eſt ſecundum intentionem iurantis: quia in tali caſu non intendebat ſe obligare actu, vt patet: nec habitu, quia ſi de eo cogitaſſet, non ſe obligaſſet. ¶ Et quartò intelligitur, ſi ſeruetur mihi fides ſeu promiſſum. extra eo. peruenit. Et ob hoc dicit Bar. in l. ſi cùm venerit. ff. pro ſoc. quòd ſi promiſi nõ diuidere ſocietatem, intelligitur ſi ſeruetur mihi promiſſum. Et addit quòd iſta conuentio habet etiã iſtam conditionem, niſi ſocius ſit rixoſus vel moleſtus: quod eſt vtile ad q. quòd pupillus prouocare nõ poteſt ſociũ ad diuiſionem. l. ſi pupillorũ. ff. de reb. eo. quod intelligiť, niſi habeat ſociũ odioſum vel moleſtũ. Et hoc etiã facit ad teſtatores, qui ſæpe apponunt in teſtamento quòd fratres diuidere nõ poſsint: quia intelligiť ſub dictis cõditionibus. Qñ aũt huiuſmodi ꝓmiſsiones obligent, vide Iuramentũ. iiij. §. xiij. ¶ Et quintò intelligitur, ſi res ſit honeſta & poſsibilis. d. c. quẽadmodũ. & c. Quintauallis. extra eo. ¶ Et ſextò, ſi facultas ſubſit. extra eo. querelam. & c. breui. vbi habeť quòd difficultas excuſat à periurio: licet ſcđm gl. ibi nõ liberet à pœna cõuentiõali. ¶ Septimò, ſi iuraueris mihi reddere pecuniã ſpe futuræ numerationis: ſubintelligiť, ſi ego tibi numerauero. C. de nõ nu. pe. l. indubitati. ¶ Et octauò, ſi iuraui dare dotem: intelligiť, ſi nuptiæ fuerint ſubſecutæ. ff. de iu. do. l. ſtipulationem. ¶ Et nonò ſi iuraui ſtare præceptis alicuius, intelligiť ſi nõ præcipiať quid immoderatũ à ſuperiore vel arbitro: vt exhæredare filios, vel vxorem repellere. d. c. Quintauallis. vel curiã principis nõ intrare, ſi erat cõſiliarius vel aduocatus: extra eo. veniens. Pro hoc facit, qa iuramentũ nõ extendiť ad veriſimiliter nõ cogitata: vt in d. c. quemadmodum. nec obligat vltra cõſenſum. facit d. c. Quintauallis. & d. c. veniens. & no. Pan. in c. cùm gratia. de cõmo. ¶ Et decimò, ſi iuraui tibi reddere centũ libras vſq; ad certũ tempus: ſubintelligitur niſi iudex interdicat: ar. extra de cenſi. ſignificauit. ¶ Et vndecimò, ſi iuraui tibi reddere granum aut vinum & huiuſmodi, intelligitur eiuſdem bonitatis. ff. ſi cer. pe. l. cùm quid. ¶ Et duodecimò, cùm quis iurat factum alterius: ſubintelligitur quòd ad hoc perficiendũ bona fide laborabit. de ſpon. ex literis. el ij. ¶ Et decimotertiò ſi iuraui tibi fidelitatem, aut quòd non ero tibi contrarius: ſubintelligitur, niſi ius meum vel meorum petendo vel defendendo. extra eo. petitio. ¶ Et decimoquartò, ſi vir & mulier iurent contrahere: ſubintelligitur, niſi alteri accidat quid turpe, & huiuſmodi, vt dictum eſt: vel niſi ex mutuo conſenſu inuicem ſe abſoluant: de ſpon. c. ij. ¶ Et decimoquintò, ſi iuro tibi tanquam regi vel epiſcopo: intelligitur ſi non deponaris: quia te depoſito non obligor. Et idem videtur ſi tu tanquam epiſcopus iures mihi reſtituere pecuniã quam mutuaui: quia depoſitus non tenebris. quod limita, ſi in vtilitatem eccleſiæ pecunia verſa eſt. xv. quæſt. vj. alius. ¶ Et decimoſextò, ſi iuro



facta

facta pace cum aliquo de non offendendo:reſtringitur ad of-
fenſam ratione inimicitiæ præteritæ, non ad nouam ex poſt
facto inſurgentem,ſecundum Bart.in l.aut facta.ff.de pœ.&
ſequitur Pan.in cap.cùm inter.de renuntiatio. ¶ Decimoſe-
ptimò,ſi quis renuntiauit cum iuramento iuri quod habet,
vel habere ſperat,aut poteſt in aliqua re, non extenditur ad
ius ſuperueniens ex noua cauſa vel ſpe, ſecundum Pan.in d.
cap.cùm inter.¶ Et ſimiliter decimooctauò,ſi quis iurat non
expellere inquilinum:intelligitur,ſi ſoluerit penſionem, ſe-
cundum Pan.in c.tua nos.de iureiu.¶ Et decimononò,ſi pa-
ter iurauit non exhæredare filium: intelligitur, niſi crimen
ingratitudinis commiſerit.l.quidam cùm filium.ff.de verbo.
obli.¶ Et viceſimò,ſecundum Bar.in l.quæro.§.inter locato-
rem.ff.loca. vbi dicitur quòd ſi conductor præterit, id ad
quod tenetur ex natura contractus, non teneri ei locatorem
ex promiſsione locationis. Dictus §.facit ad omnes contra-
ctus,in quibus aliquid vltro citroq; promittitur : vt quilibet
nō teneatur ſeruare quòd promiſit,ſi per aduerſam partem
non ſeruatur,id propter quod ſunt promiſſa : de quo titu.ſe-
quenti.§.j.Vnde ſi vir iurauit non dimittere vxorem:intelli-
gitur,niſi faciat contra legem coniugum. & ſi promiſit do-
tem.dimittere poteſt ſi non ſoluit,iuxta no.in cap.veſtras.de
do.poſt diuor.reſtit. ¶ Sciendum tamen eſt quòd ſpeciales
conditiones non ſubintelliguntur in iuramento,ſi non expri-
mantur,quanuis mente concipiantur.xxxij.q.vlt. niſi vbi lex
exprimit aliquid agi tacitè inter contrahentes:quia tunc pro
expreſſo habetur.d.l.cùm quid.¶ Secundò quæritur genera-
2 liter,† quomodo iuramentum interpretandum ſit? Et pro fun
damento adduco duo dicta Sancti Tho.nam ij.ij.q.lxxxix.ar.
vij.ad quartum,dicit quòd iurans ſine dolo,obligatur ſecun-
dum intentionem iurantis:iurans verò cum dolo, ſecundum
ſanum intellectum eius cui iuratur.In tertio verò di.xxxix.q.
j.art.iij.q.iij.dicit quòd iurans ſine dolo,in foro conſcientiæ
non obligatur,niſi ſecundum ſuam intentionem : ſed in foro
contentioſo,vbi intentio ignoratur,obligatur ſecundū quod
verba communiter accipi ſolent.hæc ille:cuius verba intelli
guntur de iuramento promiſſorio:quia in aſſertorio non ca-
dit obligatio. ¶ Ad quæſtionem igitur dicit Inno.in cap.ve-
niens.de iureiu.quòd iuramentum generaliter pręſtitum pro
obedientia præſtanda mādatis,interpretat̃ ſic vt nō extenda
tur niſi ad ea,de quibus cogitatum eſt,vel debuit meritò co-
gitari:vt in c.Quintauallis.de iureiu.& de deci.ex multiplici.
de reſtit.ſpo.audita.xxij.q.ij.ne quis. Alij tamen dicunt quòd
interpretatur generaliter,niſi ſit contra prius iuramentum:vt
in d.c.veniens.vel cōtra ius:vt in d.c.Quintauallis.vel contra
præſumptionem cōmunem quòd ſi hoc mandari credidiſſet,
nunquam iuraſſet,ar.c.petitio.de iureiu.Sed primū eſt verum
in foro animę:quia iuramentum promiſſorium factum bona
fide & ſine dolo,trahit obligationem ab intentione iurantis,
& ſecundum illam debet interpretari.Secundum verò proce
dit in foro cauſarum.¶ In iuramento verò determinato ſu-
per aliquo particulari,ſecundum eundem Inn.vbi ſ.interpre-
tatur in foro animę ſecundum intentionem iurantis extra eo.
venientes.&.c.ad noſtra.el ij.In iudicio verò interpretabitur
ſecundum iura.extra eo.venientes.facit c.humanæ aures.xx-
ij.q.v.quod quidem dictum quantū ad forū animæ procedit,
quantum ad perſonam priuatam exigentem iniquè,id eſt,vi,
& quantum ad iudicem exigentem ſimiliter iniquè.Vnde ſe-
cundum Ro.quem ſequitur Aſten.cùm vir exigit ab vxore iu
ramentum ſuper adulterio: quia iniquè agit, poterit iurare
quod eſt verum ſecundum ſuam intentionem,licèt ſit falſum
ſecundum intellectum audientis.& ſecundum Ric.in iiij.diſt.
xviij.circa literam,obſtetrices non peccaſſent, licet non reſ-
pondiſſent ad intentionem Pharaonis : quia non fuit ei data
authoritas ad aliquid agendum contra Deum. Et ſimiliter
cum iuramento ab aliquo aliquid exigitur, quod ſine pecca-
to præſtare non poteſt,cùm iurat illud facere,poteſt habere
intentionem faciendi quantum poterit ſine peccato: ſicut
mulier habens impedimentum excommunicata:quia non po
teſt probare:cum in mortis articulo oporteat eam iurare de
ſtando cum viro,debet intelligere qnantum poterit ſine pec
cato:& non ſtando,non periurabit:vt no.in c.literas.de reſti.
ſpo.¶ Si verò is,qui exigit,ſit iudex in bona fide exigens in ca
ſu licito ſecundum ordinem iuris:tunc habet locum illud xx-
ij.q.v.quacunq; arte verborum quis iuret,Deus tamen qui cō
ſcientiæ teſtis eſt,ita hoc accipit,ſicut ille,cui iuratur,intelli-
git:& ſcienter non iurans ſecundum intentionem exigentis
peccat mortaliter,& eſt periurus:& implere tenetur ſicut il-
le intellexit. ¶ Si verò exigens ſit perſona priuata, quæ non
exigat vi aut iniquè:tunc diſtinguo.Nam aut iurans eſt in do
lo,& malitioſè iurat,& exigens in bona fide:& tunc interpre
tabitur ſecundum intentionem ſanam recipientis:& alius fuit
periurus.ar.d.c.quacunq;.Nec obſtat quod votum doloſum
non obligat:quia votum fit Deo propriè,ſed iuramentum ho
mini:& rurſus obligatio in voto contrahitur per intentionē:
in iuramento verò per deliberatam verborum atteſtationē.
Aut econuerſo exigens eſt in dolo,& iurans in bona fide:&
ſic interpretabitur ſecundum intentionem iurantis : quia in
ea fundatur obligatio in iuramento voluntario : & fraus ac
dolus nemini debent patrocinari.de reſcri.ex tenore.Et iux-
ta hæc intellige quæ dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.ar.vij.ad quar
tum.& tertiò vbi ſuprà. Si verò vterq; fuit in bona fide,ſed
vnus vno & alius alio modo intelligebat : ſic in foro animæ
interpretabitur ſecundum intentionem iurantis : vt no.in §.
ex his omnibus colligitur.xxij.q.v.in foro autem contentio-
ſo ſtabitur verbis.de ſpon.ex literis.quæ ſi duplicem habeant
intellectum,in ſtipulationibus,& alijs contractibus,contra ſti
pulantem & vendentem interpretabitur.l.inter ſtipulantem.
§.j.ff.de ver.obl.& l.Labeo.la j.ff.de contrahen.emp.In iudi-
cijs verò in principio pro actore:in medio pro vtroq;:in fine
pro reo interpretabitur.de proba.ex literis. vt eccle.be.c.vt
noſtrum.In delictis autem contra delinquentem, niſi aliud
appareat.de præſum.cap.j. ¶ Licet autem omnia recitata in
hoc §. dicta ſint à Doctoribus de iuramento promiſſorio
principaliter:tamen etiam vera ſunt in aſſertorio, vt patet
per exemplum & dictum Rod.& Aſten. excepto quòd non
videtur diſtinguendum vtrum iuramentum fiat ſuper re ge-
nerali aut particulari:ſed ſolùm vtrum exigatur iniquè:puta
à iudice vel ſuperiore contra iura : à particulari autem vi:&
tunc dic vt dictum eſt. Et adde quòd etiam ſi priuatus non
exigat vi iuramentum,ſed ſpontè offeratur : ſecundum ali-
quos non eſt iurandum doloſè:quia hoc eſt vti iuramento ad
alium finem quàm ſit inuentum:quia hoc eſt vti ad fallendū,
& inuentum eſt ad certificandum. Si autem exigat quidem,
ſed non vi,ſed deprecatiuè:licitum eſt iurare cauteloſè non
ad fallendum,ſed ad occultādum,quæ non expedit reuelare.
¶ Ex quibus patet quòd religioſi in materia peſtis iurantes
ad portas ciuitatum doloſè & ſophiſticè,deierant: quia illud
iuramentum ſeu teſtimonium ſuæ conſcientiæ, quod iſtis
eſt exigitur quidem ab eo qui non eſt ſuperior, ſed non exi-
gitur violenter comminando, nec ipſi violenter iurant, ſed
coguntur ſolùm ex ſuppoſitione ſi volunt iurare:vnde lici-
citè hoc exigunt,& illi tenentur iurare ad intentionem ſa-
eorum propinquam vel remotam, quæ eſt principaliter a-
quam propinqua ordinatur.Quod ideo dico,quia aliquando
tales officiales credunt aliquem locum eſſe peſtilentem:
non eſt:quia tunc non credo periurare iurantem cauteloſè:
quia iurat ad intentionem prædictorū remotam,quæ eſt ſci-
re an fuerit in tali loco infecto.Et idem ſi quis fuit quidē in
tali loco infecto,ſed nō ſic vt potuerit infici:vt quia non erat
aër corruptus,& tranſiuit celeriter in equo? Et generaliter
idē eſt quoties tales officiales cōcederent,aut concedere de-
berent ingreſſum, ſi ſcirent veritatem. ¶ Tertiò quæritur,
† vtrum iuramentū præſtitum in materia iuris ad iuris limi-
3 tes reſtringatur? Et dicit Panor.in c.tua nos.de eccl.ędi.quòd
ſic:ita quòd recipit omnes limitationes & reſtrictiones quas
recipit illud ius.Facit text.in l.fin.C.de condi.inde.& l.fin.C.
qui ſatiſd.cog.& not.per Innoc.& gloſ.in c.per tuas.de arbi.
vbi dicit quòd cùm quis iurat ſtare ſentētiæ arbitri ſub certa
pœna,non obligatur niſi vel parere ſentētię vel ſoluere pœ
nam: ideoq; ſufficit ſi pœnam ſoluit.Similiter ſi iurauit non
ſub pœna:quia tenetur vel ſeruare ſententiā vel ad intereſſe.
ff.de arbit.l.diem.§.fin.quia intelligitur iſta clauſula:ego pa
rebo ſententiæ,vel ſoluam pœnam : cùm iſte intellectus ſit
ſibi datus à iure.Panor.autem in c.Quintauallis.de iureiurā.
dicit hoc verum in ſententia arbitri,non autem arbitratoris:
quia in tali ſententia nō eſt datus talis intellectus.Item pro
hoc facit Innoc.in c.cùm omnes.de cōſtit.dicēs quòd præla-
tus qui iurauit non alienare bona eccleſiæ,pōt nihilo minus
alienare in cauſa neceſſaria:vt in c.ij.de ec.ædifi. & etiā vtili,
cùm in hoc caſu neceſsitas & vilitas æquiparentur à iure.xij.
q.ij.ſine exceptione.& ſic iuramētum intelligitur de aliena-
tione illicita ſolùm.Facit c.petitio.de iureiur.vbi iurans non
eſſe cōtra aliquē,intelligitur illicitè:ſecus legitimè, etiā pro
vtilitate propria.Facit etiā c. ex parte tua.de cler.nō reſi.vbi
iurans reſidere in eccleſia,poteſt iuramento non obſtante ſe
abſentare ꝓ neceſsitate vel vtilitate eccleſiæ.Facit etiā quod
not.in c.prout nobis.de dolo.vbi is qui iurauit parere māda-
tis eccleſiæ vel iudicis: ſi ſe grauatū ſentit, poteſt appellare:
quia iuramentum non ſe extendit ad hoc,quādo eſt genera-
liter latum.Et quod not.in c.ex tenore.de ſenten.excom.vbi
tenet idem Panor.quòd etiam ex cauſa noua ſuperueniente:
vel ſi erat prius,erat occulta:poterit ille,qui iurauit, reſpon
dere coram aliquo iudice, non obſtante iuramēto generali,
illum recuſare.Nec obſtat prædictis quod iuramentū habet
clauſulam aut vim clauſulę,ſi nō valet quod ago vt ago,va-
leat quantum poteſt:vt in c.quanto.& in c.ad noſtram.el iij.
de iureiur.not. in l.cū pater.§.filius matrē.ff.de leg.ij.& per
Bart.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& in l.ſciendū.ff. de verb.
oblig.& cōſequenter debet aliquid operari:quod non faceret
ſi prędicta eſſent vera.Dicitur enim quòd aliquid operatur:
quia adijcit vinculum,& ſtrictius ligat iurantem: & quādoq;
accumulat forum foro:vt in c.fin.de for.cōpet.lib.vj.In caſu
autem vbi nihil aut parum operaretur:verū eſt quòd habet
vim illius clauſulæ;ſed hoc non eſt in caſibus prædictis:quia
ſtrictius ſtringit,& ideo ſufficit.Facit etiā pro prędictis quod
not.do.Ant.in c.ex literis.el ij.de ſpon.& ſequitur ibidē Pan.
quòd ſicut æquitas prętoria facit vt in ſtipulationibus pręto-
rijs promittēdo factum alienum in dubio interpretetur pro-
miſiſſe ſe facturum & curaturum,quantum in eo eſt:vt in l.
quoties ff.de verb.oblig.ita æquitas iuris canonici hoc indu-
cit in materia canonica:vt patet in d.c.ex literis. & in gl.ibi-
dem.vbi parentes qui iurant ſponſalia pro filijs,non peccant,
licet non ſequātur.nō ex eorum defectu:quia illud iuramen-
tum intelligitur,quantū in eis eſt ſe facturos.Facit etiā quod
not.Pan.in c.cùm clerici.de verb.ſig.vbi dicit quòd iuramen-
tum generaliter pręſtitum,debet reſtringi quātum poteſt,vt
minus obliget iurātem:quia vbi tractatur de obligatione,eſt
facienda ſtricta interpretatio.alleg.c.ad noſtrā.el iij. de iure-
iur.& c.j.eod.tit.lib.vj.& l.quicquid adſtringēdæ.ff. de verb.
oblig.Et in c.quemadmodum.dicit idem Panor.quòd iura-
mentum in aliquo contractu recipit omnes cōditiones & li-
mitationes & ſubauditiōes,quas habes ille cōtractus:& ſimi-
liter ſi apponitur in alia diſpoſitiōe vel obligatione:quia re-
gulatur ab illa. & facit pro hoc l. fin. C.de non num.pec.&
not.per Bart.in l.ſi ſocietatē.§.arbitrorū.ff.pro ſoc.quæ not.
quia faciūt ad multa,vt §.priori dictū eſt.¶ Quartò quęrirur
† quomodo interpretetur,ſi prælatus iurauit nō alienare bo- 4
na eccleſiæ ſine licentia papæ,aut ſuperioris? Et dicit Panor.
in d.c.tua nos.quòd interpretabitur vt alienare nō poſsit ſine
licentia:quia de ſignificato huius verbi,licentia,eſt quòd de-
bet primò peti etiam in caſu licito,quaſi prelatus reſeruet in
ſe cognitionem,vtrum caſus ſit licitus an non. Pro quo facit
in ſimili cap.licet.de regula.Itē quia ſi intelligeretur de illi-
cita alienatione ſolùm,iuramentum nihil valeret : quia nec
cum licentia ſuperioris fieri poſſet : & conſequenter opor-
tet quòd intelligatur de omni licita.concord.Ioan.And.poſt
Hoſtienſ.in c.j.de his quæ fiunt à prelat.Non obſtāte tamen
iuramento imminente neceſsitate vrgente poſſet alienare ſi
ſuperior adiri non poſſet,arg.in l.tutor qui repertorium.ff.
de adminiſt.tuto.vbi ex cauſa neceſsitatis poteſt tutor inuen
tario non facto adminiſtrare bona pupilli:quod aliàs neceſ-
ſitate ceſſante non poteſt.Facit quod not.Ioan.xij.q.ij.c.ſine
exceptione.& cap.placuit.Hugo.& Archid. ead.q. & Ioan.de
Fanco.in clemē.j.de reb.eccleſ.non alienan.vbi dicit in caſu
illius clement.alienationem poſſe fieri impunè, ſi neceſsitas
non patitur tantam dilationem.& tenuit Panor. in diſputa-
tione,quæ incipit,cōdemnatus.& ſequitur Card. in d.clem.j.
& Pan.in c.fin.de eccl.ædific.quod not.pro religioſis habēti-
bus prælatos in remotis.¶ Quintò quæritur,† vtrū iuramen- 5
tum illius qui iurauit aliquam accipere, interpretādum ſit
vt poſsit intrare religionē? Et dicit Panor.in.c. cōmiſſum.de
ſpon.ſecūdum vnam lect.quæ ſibi placet,quòd ſic,& ideo in-
terpretatur quòd eam accipiet, niſi ingrediatur religionem.
Nec obſtat quòd vt cōtrahat ibi conſulitur, & poſtea ingre-
diatur: quia iſtud fit ꝓpter vulgi opinionē, ne appareat per-
iurus,cum in veritate nō ſit.Si verò dicatur, quomodo inue-
nitur iſta interpretatio? dico quòd ſubintelligitur, niſi moria
tur ciuiliter.vel dic quod habetur in c.peruenit.el ij.de iure-
iuran.vbi dicitur quòd promiſſum nō infringit,qui in melius
cōmutat.vel dic quòd ſicut non valet iuramentū nō faciendi
aliquod bonum,ſic non valeat iuramentum faciendi bonum
melioris impeditiuum.¶ Sextò quæritur,† vtrum interpreta- 6
bitur iuramentū vt locum habeat in caſu ficto? Et dicit Pan.
in cap.ex parte.el ij.de cler.nō reſi.quòd ſi iuramentū nō tē-
dit in aliquam lęſionē illius qui iurauit,& facit ad bonū illius
cui pæſtitū eſt:tunc ſubeſt cauſa largè interpretandi: vt in d.
c.ex parte.vbi ille qui iurauit reſidere, ſi ſe abſentat pro ne-
ceſsitate eccleſiæ,habetur pro reſidēte.Si verò iuramēti ob-
ſeruantia tendit in damnū illius cui fit,licet reſpiciat vtilita-
tem alterius tantùm, tunc non verificatur in caſu ficto.quod
probatur ſecundū cōmunem lect.in c.ad noſtrā.el j.de iure-
iur.vbi dicitur quòd iuramentū debet ſeruari in caſu ſpecifi-
co,& nō in caſu ficto.Nam ibi tenēt Inn.& Ioan.And. quòd
ſi debitor iurauerat nō moleſtare creditorē ſuper pignore
donec ſoluiſſet ſibi debitum,nō ſufficit quòd creditori ſit ſa-
tisfactum ex fructibus pignoris:ſed oportet primò quòd fiat
realis ſolutio debiti,licet fictè ſoluerit, ex quo percepit debi
tum ex fructibus pignoris.Facit l.lucius.ff.de cōdi.& demō.
vbi not.quòd conditio fieri debet in forma ſpecifica.Bar.ta-
men in l.amplius.ff.rem rat.hab.determinat cōtrariū in iſto
caſu:quia iuſſus dare ſeu ſoluere, implet conditionem cōpen
ſando

ſando.l.ſi peculium.§.j.ff.de ſtatu lib.Item impeditus iuſta de cauſa facere quod promiſit,non eſt periurus.l.ſi.ff.qui ſatiſd. cog.&.c.ſignificante.de pigno.Si autem tibi non ſoluo, quia tu mihi non ſoluis: facto tuo impedior:& conſequenter non ero periurus.Et hæc opinio mihi videtur de iure verior: nec eſſe contra caſum d.c.ad noſtram.quia iſte debitor certat de damno vitando,& creditor nullum damnum habet: & ideo habebit locum fictus intellectus in tali caſu.Et ſic ꝓcedit opinio Bart.& d.c.ad noſtram non probat cõtrarium:quia ſecũdum Ioan.And.ibi,ex forma iuramenti requirebatur numeratio pecuniæ.¶ Septimò quæritur,vtrum inferior papa poſſit interpretari iuramentũ? Et dicit Spec.tit.de leg. quòd ſic, quãdo dubitatur de validitate eius.Quod autem in cap.venerabilem.de elect.videtur cõtrariũ dici:dicit dupliciter habere locum.primò quãdo proceditur in arduo negotio,& inter magnas perſonas.Secundò,quãdo vult dare licentiã cõtrauenien di ſine cõmutatione in aliud.Et ſic hoc poteſt epiſcopus, & qui eius habet authoritatem.De periurio infrà ſuo loco.

## Rurſus de Iuramento quartò quantum ad virtutem obligatoriam.

1 *Iuramentum promiſſoriũ priuati an ſit ſemper obligatorium.*
2 *Iuramentum vniuerſitatis an ſemper & quomodo liget.*
3 *Iurans alicui ſubiectionem,an ſucceſſoribus teneatur, & an ſui ſucceſſores teneantur.*
4 *Iuramentum Pagani per falſos deos an obliget eum.*
5 *Obligatio quæ ſit maior,voti aut iuramenti.*
6 *Iurans in genere an obligetur ad ſpeciem.*
7 *Iuramentum metu extortum an ſit obligatorium.*
8 *Iuramentum dolo extortum an ſit obligatorium.*
9 *Iuramentum factum ex impetu iracundiæ an obliget.*
10 *Iuramentum vergens in diſpendium corporis an obliget.*
11 *Iuramentum contra bonos mores naturales an obliget.*
12 *Iuramentum ſecundum,contrarium primo,an obliget.*
13 *Iuramentum an ſit frangenti fidem ſeruandum.*
14 *Iuramentum non obligat contra mandatũ legis vel ſuperioris.*
15 *Iuramentum an obliget in alterius præiudicium.*
16 *Iuramentum contra legem poſitiuam aut ſtatutum an obliget.*
17 *Iuramentum an obliget in contractu ſimulato.*
18 *Iuramentum an obliget,vbi ſuperuenit difficultas magna.*
19 *Iuramentum non obligat,vbi eſt dolus.*
20 *Iuramentum non obligat,quando in melius commutatur.*
21 *Iuramentum ad factum an obliget.*
22 *Iuramentum conditionale vel ob cauſam,an obliget.*
23 *Iurans ſeruare ſtatuta,an teneatur ad futura.*
24 *Iurans ſe certo loco obſidem fore,ſi ibi non habet victum,an teneatur.*
25 *Iurans ſe ſoluere certo termino vel loco, an impedimento excuſetur.*
26 *Iurans redire ad carceres,an teneatur.*
27 *Iurans ſoluere an obijciat compenſationem.*
28 *Iuramentum an impediat ſecreti reuelationem*
29 *Iurans non fideiubere,quando fideiubeat.*
30 *Iuramentum puellæ quòd dote contenta non habebit regreſſum ad bona paterna an obliget.*
31 *Iuramenti & ſimplicis loquelæ an ſit coram Deo differentia.*

IVRAMENTVM quartò conſiderandum eſt,inquãtum eſt promiſſoriũ,habens vim obligãdi ad aliquid faciendũ aut omittendũ,quæ quidẽ obligatio, ſecundum Sanctum Thom. vbi ſuprà non habet locum in iuramento,quod non eſt de fiendo per nos vel omittẽdo,ſed de præterito aut præſenti: neque in aſſertorio de futuro per alias cauſas fiendo, vt quòd cras erit pluuia:ſed ſolùm in his quæ ſunt fienda per iurantem.¶ Primò igitur,quæritur,† vtrum iuramẽtum promiſſorium priuati ſit ſemper obligatorium? Et dicit Sanctus Thom.ſecunda ſecũdæ,q.lxxxix.quòd ſic:niſi vergat in peiorem exitum.quod quidem tripliciter in genere contingit, vt colligitur ab eo ibi.artic.vij.ad ſecundum. Primò quia iurat quis facere aliquid ſecundum ſe malum, puta fornicari, quo caſu malum eſt iurare & ſeruare iuramentum.Secundò quia iuratur aliquid maioris boni impeditiuum:puta non ingredi religionem:quo caſu peccatum eſt iurare,quia ponitur obex Spiritui ſancto:ſed non eſt peccatum ſeruare iuramẽtum, licet ſit melius non ſeruare.Tertiò,quia nouiter aliquid emergit faciens eſſe illicitum ſeruare iuramentum,quod à principio ſanè intellectum potuit eſſe licitum,vt patet in iuramento hæredis. Sed Archid. in cap.ſi aliquid.xxij. q.iiij.& Panor. in cap.ſi verò.de iureiuran.magis particularizant.Ex quibus habetur quòd iurans aliquid ſe facturum;obligatur ad illud, niſi primò vergat in interitum ſalutis ſpiritualis:quia ſcilicet eſt aliquid mortale animæ,vel ſecundò niſi vergat in interitum ſalutis corporalis:quia ſcilicet eſt aliquid mortale corpori.vel tertiò niſi vergat in diſpendium ſalutis æternæ ſeu ſpiritualis:quia ſcilicet eſt aliquid veniale quaſi diſponens ad mortale & conſequenter ad interitum. vel quartò niſi vergat in peiorem exitum. ¶ Et hic quartus caſus eſt multum generalis,ſub quo Sanct. Thom.omnes comprehẽdit,& illum diuidit in tres,vt dictum eſt.Sed ſecundum Archid.in dicto cap.ſi aliquid.& gloſ.Rayn.hoc eſt ſex modis. ¶ Primò quando iuratur aliquid quod eſt mortale.¶ Secundò,quando iuratur aliquid in ſe veniale. ¶ Tertiò,quãdo iuratur aliquid ex ſe indifferens:quod tamẽ ex circunſtantia efficitur veniale aut mortale:vt non eſſe negotiatorem,vel militẽ,vel non recipere fundum à tali domino: quia dato caſu, in quo quis viuere nequeat,niſi veniat contra iuramentum:illud ſeruare non tenetur:quia ſi à principio fuiſſet iſte caſus,iuramentum fuiſſet temerarium.vnde contrauenire poteſt propria authoritate.¶ Quartò,cum iuramentum excludit opus faciendum ex charitate:vt quãdo quis iurat quòd nihil ex charitate dabit tali:quia non eſt veriſimile quòd Deus,qui mandat opera charitatis,acceptet talia iuramenta,quæ non debẽt eſſe vinculum iniquitatis,extra eod.quanto.¶ Quintò,cùm excludit opus de genere bonorũ,vt cum quis iurat quòd non erit epiſcopus vel religioſus,vel non ieiunabit pro ſuis peccatis, & huiuſmodi.quę quidem iuramenta,cum ſcilicet non iurans, veniale aut mortale.Hug.xxij.q.xliiij.in prin.notauit eſſe ſeruanda:& idem Gratianus eadẽ q.§.vlt.ſed Archi.in c.Florentinum.diſt.lxxxv.poſt beat.Thom. ij.ij.q. lxxxix. hoc reprobat nõ obſtante dicto tex.per quem ab epiſcopatu repellitur qui iurauit quòd non erit epiſcopus,quia hoc non eſt quia teneat iuramentũ,ſed quia peccauit mortaliter iurando cõtra ſecũdam partẽ iuſtitiæ,ſcilicet fac bonũ:ſicut ſi iuraſſet cõtra primã,ſcilicet declina à malo.¶ Sextò,cum excludit opus indifferens pro Deo vel proximo pia intentione faciendum: vt quòd nõ loquetur Martino:vel nõ intrabit domũ eius,& huiuſmodi.vnde ſecundũ San.Tho.in quol. xij. iurans quòd nõ cõmunicabit aliquod experimentũ,peccat,nec tenetur ſeruare iuramentum,niſi quãdo docens eſt præſens,& vult illo vti. ¶ Sed pro his ſciendum eſt quòd primus quidem,id eſt, iurãs de mortali,peccat mortaliter iurãdo & ſeruãdo:ſecũdus autẽ id eſt,iurãs de veniali peccat venialiter iurãdo,vt §.Iuramentum ij.§.vij.ſeruando autẽ iuramentũ ſecũdum Hug. peccat mortaliter,quia facit contra c.in malis.xxij.q.iiij.Sed nec etiam dicta Ro.quòd ſolùm venialiter.& ratio,quia nõ eſt hoc ratione operis.vt patet:nec ratione obſeruationis iuramenti quia illa non eſt de ſe mala,nec conſequẽter aggrauat. San.

autem



autem Ang.dicit eſſe veniale,quando ſimpliciter committitur veniale:mortale verò quando quis ideo committeret veniale quia iurauit, quia nomen Dei aſſumit in malum: ſed minus quia illa intentio nõ aggrauat,ſed alleuiat:cùm veniat ex reuerentia Dei:nec tunc aſſumit nomen ad malum, ſed quando iurauit:& tamen etiam tunc non peccauit mortaliter, vt dictũ eſt:quia res eſt modica.¶ Circa hoc autem ſic dicit Arch.Si quod iuratur eſt illicitũ & veniale de ſe,vt bibere pater,quod eſt nimis iuranti,ſeruare iuramentum eſt veniale.Et ſimiliter ſi quod iuratur eſt aliquid indifferens,vt ire ad alij,vel aliquod licitum in ſe vel vtile alteri:nullius tamen vel paruiſſimæ importantiæ,vt verberare filium,vel dare aliquid paruum,vt pomum,& huiuſmodi:non ſeruare tale iuramentum non videtur mortale,quamuis iurans intenderet ſeruare.Si autem quod iuratur eſt licitũ,& alicuius importãtię, vt dare pecuniã ex cõtractu vel dono,vel ingredi religionem ſi iurans intendebat non ſeruare,eſt mortale:quia mentitur, & tenetur implere,ſi poteſt in foro iudiciali tantum ſecundum aliquos,vel etiam in conſcientia ſecundum alios, quod eſt tutius.& conſulendum,ſecundum Arch. Si verò intendebat ſeruare,obligatur,ſed implere non tenetur,ſi non poteſt vel eo modò quo nõ poteſt.¶ Secundò quæritur,† vtrũ ſemper & quomodo obliget iuramentũ collegij vel vniuerſitatis vel ſocietatis? Et dico multa.¶ Primum.Quando vniuerſitas alicuius ciuitatis vel collegij iuramento ſe obligauit,& iurantes iam ſunt mortui:ſucceſſores illud iuramentum non ſeruantes non ſunt periuri,ſecundũ Ray.& S.Tho.ij.ij.q.xcviij.quia obligatio iuramenti eſt perſonalis, & nõ tranſit ex parte iurantis ad ſucceſſores:quantum ad periurium.j.§.ſeq.tenentur tamen ex quadam fidelitate illud implere.extra eo.veritatis. & de vſur.tua.Ex parte verò eius,cui iuratur, tranſgreditur perſonam.vnde promittens obedientiam prælato & ſucceſſoribus,non tenetur denuò promittere ſucceſſori:quia eſt ei obligatus ſicut anteceſſori cui promiſit. Quod tamen fallit in liberto,qui tenetur profeſſionem facere intra annum non patrono.xij.q.ij.longinquitate.&.c.ſæpe fit.no.Inn.& Ber. in d.c.veritatis.¶ Secundum.Si multitudo iurauit aliquid facere vel non facere,ſecundum Veruec.tenetur quilibet obſeruare ſi abſolutè & in omnem euentum iuratum eſt. Si verò ſub conditione ob determinatam cauſam, puta ſi alij ſeruarent,& huiuſmodi:non tenetur quis niſi extante conditione, arg.de condi.appoſ.verum.extra eo.peruenit.Vnde ſi omnes alij vel plures non ſeruant:hoc caſu alij videntur abſoluti.Si verò pauci ſunt qui nõ ſeruant,recurrendum eſt ad intentionem iurantium.Videlicet quòd ſi intendebãt quòd quocũq; non obſeruante ipſi nõ tenerentur.aut ſolum ſi multi eſſent alij qui non ſeruarent:& de intentione neſcitur,tutius eſt ſeruare vbi autem nullam conditionem habebat in mente, vel dubitatur an fuerit ſimplex vel ſub conditione, diſtinguit. Nam ſi iuramentum ſpectet tãtum ad cõmodum iurantiũ: & medietas vel maior pars non ſeruat, & hoc vergit in damnum ſeruantium & lucrum nõ ſeruantium,benignè interpretandum eſt quòd alij non tenentur.ſed ſi ſeruantes nullũ damnum patiuntur,non eſt tutum contrauenire: ſed denuntient prælato,vt cogat ſeruare,vel ſibi inuicem remittere.Si verò concernit commodum aliorum:non poſſunt ſibi remittere,aut alijs non ſeruantibus non ſeruare, ſine periurio,ſi ſimpliciter iurarunt:& ſi dubitant an ſimpliciter vel ſub cõditione iurarũt,dimittant incertũ,ſcilicet nõ ſeruare,& ſeruent quod certum eſt.hæc ex illo.Sed adde quòd ſi iſta non obſeruatio aliquorum talem reddit caſum, quòd ſi à principio talis fuiſſet,nõ iuraſſent,nõ tenentur:vt patet ex dictis ti.priori §.j.conditione tertia.infrà Iuramentum.v.§.x.¶ Tertium. Quando ſingulares perſonæ firmant iuramento ſtatuta collegij,ſublatis ſtatutis per ipſam vniuerſitatem non obligat iuramentum,ſecundum Io.And.in c.de his quæ ſi.à ma. par. ca.Sed Pan.in c.dilecto.de præb.egregiè diſtinguit. Nam ſi ſingulares de collegio iurant vt ſingulares, vera eſt opi.Ioã. And.ſicut ſi ſtatuto cauetur vt nullus det vocem niſi matriculatus:aut ꝙ nullus vadat de nocte:& iurauerũt ſinguli ſeruare:quia hoc cõcernit obſeruantiam ſingulorũ, ſi collegium tollat ſtatutũ,nõ peccabunt contrauenientes:quia iuramentum erat ſtatuto acceſſorium:& remoto principali,remouetur acceſſorium.Si verò iuramentũ adſtringit eos ad obſeruantiam,vt collegialiter:ſic ſine periurio contrauenire non poſſunt etiam collegialiter,cauſa rationabili nõ ſubſiſtente. Exemplum,vt in d.c.dilecto.de canonicis iurantibus vt etiã collegialiter non recipiant canonicos: quia non eſt dubium quòd vt ſinguli non poſſunt.Aduerte tamen quòd ſi ſtatuentes vel eorum ſucceſſores veniunt ſcienter contra ſtatutum, videntur illud tollere etiam vnico actu,ſcilicet collegiali,ſecundum Pan.& Hoſt.& Io.And. Aduerte etiam quòd eo caſu quo non poſſunt contrauenire collegialiter: intelligitur niſi propter fauorem publicum: quia hoc intelligitur exceptum,vt no.Pan.ibi. Et ſecundum prædicta intellige glo.in c.in his.xj.diſt. Aduerte etiam quòd in caſu eodem ex cauſa poſſent contrauenire aliquando authoritate propria vel ſuperioris,iuxta dicenda infrà titulo ſeq.per totum. ¶ Quartũ. Singuli de collegio vel vniuerſitate qui iurarunt ſeruare multa contenta in ſuis ſtatutis, an ſint periuri contraueniendo. Pan.in cle.j.de reg.diſtinguit.Nam ſi iurarunt ſeruare ſtatuta,ſi contraueniunt collegialiter,non incidunt in periurium, quia tollunt ſtatutum,& conſequenter tollitur iuramentum ſtatuto acceſſorium.quod limita vt particula priore dictum eſt.Si verò iurauerunt ſeruare contenta in ſtatuto, incidunt in periurium veniendo contra ſine cauſa rationabili. Quod quidem Pan.in d.c.dilecto.intelligit quando iurauerunt ſeruare contenta in ſtatuto nulla habita mentione de ſtatuto: vt puta,ſi dixerunt:iuramus non recipere aliquem, qui non ſit graduatus:ſecus ſi addidiſſent,ſicut continetur in ſtatuto: quia hoc caſu videntur iuraſſe ſeruare ſtatutum.Et idem ſentit Car.in d.cle.j.Io.autem de Lig.in d.cle.j. dicit quòd in primo membro,id eſt,quando iurauerunt ſeruare ſtatuta, contrauenien do etiam collegialiter incidunt in periurium. Tu verò dic diſtinguendo cum Pan.vt particula priore.¶ Quintum.Si autem talia ſtatuta eſſent cõfirmata ab epiſcopis aut principibus ciuitatum vel terrarum, poſſunt inferiores indiſtinctè contrauenire dicto modo,ſecundum Bar.in l.omniũ. C.de teſta.&in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iu.Sed Bal.in d.l. omnium.tenet quòd non.Pan. autem in c.cùm acceſſiſſent. de conſtitu. concordat, quia primum eſt verum ſi ſtatutum concernit principaliter fauorem ſtatuentium.facit c. pro illorum.de præb.etiam ſi ſtatutum contineat talem materiã, quod non valuiſſet ſine ſuperiore:vt idem Pan.notat.in c.cũ M.de conſti.quia cõfirmatio habet vim priuilegij,cui ſtatuentes tanquam priuilegio poſſunt renuntiare. Si verò concernat fauorem aliorum vel bonum publicum ſic verũ eſt ſecũdũ: ꝗa ſuperior cõfirmãdo videtur ſuã facere diſpoſitionem: quia omnia noſtra facimus,quibus authoritatẽ impartimur. de præb.ſi apoſtolicæ.libro vj.& l.j.C.de veteri iure enucle. ¶ Sextum.Statuta terrarum non permittentia vinũ aliunde allatum vendi in ſuo territorio, id eſt, quandiu vinum illius terræ inueniatur tanto vel tanto pretio venale: etiam ſi ſint iuramento firmata,non ſunt obſeruanda,ſecundum Monal. quia illicita ſunt ipſa,& iuramenta: cum etiam circunſcripto ſtatuto & iuramento talia facere intentione corrupta,

illicitum

illicitum ſit.Secus ſi aliqua bona intentione ad bonum reipu.
blicæ,puta quia ibi ſunt vina corruptioni obnoxia,quæ in lō-
gum tempus ſeruari nō poſſunt:quæ vendi nō poſſent,ſi aliū-
de portaretur vinū:& ſic terra illa pateretur grauem iactu-
ram.Quomodo autem intelligendum ſit quando quis iurat
ſeruare ſtatuta vniuerſitatis,vide infrà.§.xxiiij.¶Tertiò quę-
3 ritur,†vtrum iuramentum factum ab aliquo ſubdito alicui,
obliget eum ad ſucceſſores eius cui iuratur,aut ſucceſſorem
iurantis.Et ad primū Arch.poſt Pan.in c.veritatis.extra eod.
dicit quòd aut in iuramento facta eſt mentio de ſucceſſori-
bus:& tunc non cogitur amplius iurare, licet teneatur ſe re-
cognoſcere libertum ſeu vaſallum vel ſubditum: de qua re-
cognitione loquitur c.de longinquitate.xij.q.ij.Aut ſimplici-
ter fuit præſtitum nulla facta mentione de ſucceſſoribus:&
tunc aut fuit præſtitum ſimpliciter perſonaliter:& tunc ſecū
dum Goſ.& Hoſ.cuilibet ſucceſſori iurare tenetur.facit l.im
perialem.de prohi.feu.ali.Sed contra hoc eſt d.c. veritatis.&
Pan.limitat hoc verum,ſi fuit præſtitum ſub nomine proprio
vel appoſito aliquo verbo perſonali : vt promitto tibi.ſi ta-
men is,cui fuit iuratum,remouetur à dignitate,nō tenetur iu
rans illi amplius ad iuramenti obſeruantiam: quia intelligi-
tur præſtitum perſonæ ratione dignitatis.& de hoc eſt tex.in
c.venerabilem.in fi.de elec. Aut fuit præſtitū ſimpliciter ſub
nomine dignitatis:& tunc tranſit ad ſucceſſores quantūcun-
que non fuerit facta mentio de ſucceſſoribus:vt ſi dixit pro-
mitto obedire epiſcopo Senenſi vel Romano pontifici : quia
dignitas ex diuerſitate præſidentium non variatur.xij.q.ij.li-
berti.de reſcri.ſi gratioſè.lib.vj.& facit c.quoniam abbas.de
offi.dele.& quod no.Bar.in l.centeſimis.ff.de ver.obli.Ad ſe-
cundum dicit idem Pan.quòd Hoſt. & communiter Doc.di-
cunt iuramentum non tranſire in hæredem vel ſucceſſorem
iurantis,etiam ſi iuraſſet pro ſe & ſuis ſucceſſoribus vel hæ-
redibus:quia licet poſsit quis hæredem obligare temporali-
ter,imò etiam non faciendo mentionem de hæredibus, pa-
ctum regulariter trāſit in eos: ſpiritualiter tamen nō poteſt:
quia licet ſit honeſtum vt in ſpiritualibus obligationibus fi-
lius ſequatur voluntatem patris,non tamen eſt neceſſarium,
vt in c.j.de deſpon.impu.& in c.ex literis.de ſpon. ¶Quarto,
4 quæritur,†vtrum paganus iurans per falſos deos non conceſ
ſos teneatur?Et dicit Ray.quòd cùm iurauit,peccatum com
miſit in iurando:ſed ſi modò nō obſeruat fidem promiſſam,
addit peccatum peccato.Et concordat Sanctus Thomas.ad-
dens quod licitum eſt recipere iuramentum eius qui paratus
eſt per falſos deos iurare,nō tamen licet eū ad hoc inducere.
5 ¶Quintò quæritur,†quæ obligatio ſit maior, voti,vel iura-
menti?Et dicit Sanctus Tho.ij.ij.q.lxxxix.quòd votum ex ſui
ratione eſt magis obligatorium:quia eius obligatio ex fideli
tate cauſatur,quam debemus Deo:cuius tranſgreſsio infideli
tatem,& conſequenter irreuerentiam continet:obligatio ve
rò iuramenti cauſatur ex reuerentia , quam debemus ei:ex
qua tenemur quòd verificemus id quod per nomen eius pro-
mittimus:cuius tranſgreſsio continet irreuerentiam tantum
6 ¶Sextò quęritur,†vtrum iurans aliquid in genere,obligetur
ad ſpeciem?Et dicit Hoſti.quòd cum generalitas obſcurita-
tem pariat,non videor cogitaſſe de his,ſuper quibus ſpeciali-
ter iuraturus non fuiſſem.Et ſic interpretādum eſt iuramen-
tum ſecundum intentionem iurantis , quando ſine dolo quis
iurat.Secus autem quando ipſe cum dolo eſt:& ille,cui iura-
tur,eſt ſine dolo.Igitur ſi emergat caſus inopinatus , de quo
ſi cogitaſſem,nullo modo iuraſſem,non teneor . Satis con-
cor.Ray.& Veruec.Sed adde ex Pan.in c.veniens.extra eod.
vbi habetur ſecundum Inno.quòd ſi iuramentum fuit genera
liter præſtitum,non extenditur niſi ad ea, de quibus cogita-
tum eſt,vel debuit meritò cogitari:extra eo.Quintaualliſ.vt
ſuprà Iuramentum.iij.§.ij.dictum eſt.Si verò fuit ſpecialiter
præſtitum , recipit interpretationem ſecundum ius in foro
contentioſo:in pœnitentiali verò ſecundum intentionem iu-
rantis.& de hoc ſuprà Iuramentum.iij . §.ij . Per hoc autem
abſoluitur iſta quæſtio: Quidam clericus iurauit ſtare man-
dato epiſcopi:qui præcepit vt renuntiaret beneficio , & non
appellaret.Certè ex quo non erat veriſimile quòd de his co-
gitaſſet,poterat præcepto non obſtante appellare.& ita ter-
minatum fuit per Docto . de Rota. ¶Septimò quæritur,
†vtrum iuramentum per metum extortum ſit obligato-
rium:puta ſi deprehenſus à latronibus iurauit ſe daturum pe
cuniam?Et dico multa.¶Primum.Secundum Ray.ſi fuit de
re licita,eſt obligatorium:ſecus de illicita . & idem Sanctus
Thom.addens quòd poterit tamen in iudicio repetere quod
ſoluit,vel denuntiare prælato , qui ex iuſta cauſa huiuſmodi
obligationem poterit relaxare:etiam ſi contrarium iuraſſet:
quia tale iuramentum vergeret in deteriorem exitum: cùm
ſit contra iuſtitiam publicam.Intelligunt autem quidam, vt
Io.Cal.& glo.xv.q.vj.authoritatem.quòd in foro conſcientiæ
ſit hoc iuramentum obligatorium indiſtinctè.quidam verò,
vt Io.And.tenent melius,quòd ſit obligatorium in foro con-
ſcientiæ ſolum ſi intendebat ſe obligare:ſed in foro iudiciali
hoc ſibi non crederetur.Et hoc ſequitur Pan.in c.ſi verò.eo.
tit.& eſt verius.& quòd talis quo ad Deum non indiget abſo
lutione,ſi non intendebat ſe obligare : quia Deus iuramen-
tum accipit prout ex corde procedit.xxij.q.v.humanæ aures.
In foro autem contentioſo eccleſiæ,ſecundum S.Bona.iura-
mentum coactum non eſt obligatorium : quia præſumitur
quòd quis non iurauerit voluntate implendi . Et iſta eſt etiā
opinio S.Tho.ſcilicet quòd obliget in conſcientia iuramen-
tum coactum,ſcilicet ſi erat intentio ſe obligādi:non autem
in foro contentioſo,vt patet in iij.di.xxxix.& iiij.di.xxix.ij.ij.
q.lxxxix.ar.vij.ad tertiū.q.xcviij.iij.ad primū.Oppoſitū videt
tenere Io.And.& tenet Pan.ibi,dicens quòd iuramentum nō
debet eſſe obligatorium, ſi quis non habuit animū obligan-
di ſe:& ſic deberet præſumi:ſed eccleſia aliter ſtatuit, ne de-
tur materia allegandi metum,& ſic deierandi:cùm frequen-
ter iuramentum interueniat in actibus hominum . Sed hoc
non bene dicitur : quia ſi iuraui dare latroni centum aureos
intentione non dandi,ſed euadendi:in conſcientia nō teneor,
ſecundum eundem Panor.in foro contentioſo præſumitur
quòd eo animo iurauerim,vt ipſemet dicit: & conſequenter
ſi eccleſia ſtatuit me dare centum:iniquè agit contra me ob
reuerentiam iuramenti:& ſic facit malum vt veniat bonum,
contra apoſtolum Ro.iij.Et præterea,vt dicit Sanctus Tho-
mas in tertio,ei qui vim intulit,ſcilicet cadentem in conſtan-
tem virum,non competit actio ex obligatione talis iuramen
ti.Nec valet dicere poſsibile eſſe quòd non eo animo iuraui,
ſed animo dandi : quia cùm hoc non conſtet , ſi ſtatuiſſet vt
darem,exponeret ſe periculo faciēdi iniuſtitiam.Capitulum
autem,ſi verò.&.c.verum.quæ adducit Pan . non probant
oppoſitum:quia loquuntur in caſu quo iuramentum tenebat
ex intentione iurantis,vel ſaltem cum hoc erat dubium.Cal.
etiam qui adducit Sanctum Thomam pro opinione contra-
ria,eum non vidit in tertio,vbi clarè loquitur . & in ij.ij.vbi
eum allegat,non intellexit ad plenum.¶Secundum.Iurando
verò talis cum tali animo,ſcilicet ſe non obligandi , ſecun-
dum eundem Pan.ibi peccauit : quia aſſumpſit nomen Dei
ſine effectu:ſed venialiter ſi erat homo perfectus . alias non
peccauit.pro quo facit quod habetur in ſimili xxij.quæſt.
ij.ne quis.Sed ego diſtinguo:quia ſi in nullo ſenſu intendit
facere quod iurabat : verè & formaliter deierauit , & pec-
cauit formaliter.Et ſic intellige Arch.dicentem quòd pecca
uit mortaliter.facit c.querelam.de iureiur.&.c.illud.ij.q.v.&
quod no.gl.in d.c.authoritatem.Si verò in aliquo ſenſu inten
debat facere quod iurabat,licet non in ſenſu eius cui iurabat:
vt quia iurauit dare centum,ſubaudiēdo in animo ſuo,ſi de-
buero:tunc non peccat:quia non tenetur iurare ſecundū in-
tentionem eius,cùm non ſit ſuus iudex:ſed vtitur ſimulatiōe
licita,quæ licet:vt in c.vtilem.xxij. q.ij. ¶Tertium.Eo caſu
quo iuramentū hoc eſt obligatoriū,ſi cōtraueniat qui iurauit
ante abſolutionem à iuramento peccat: & ſecundū aliquos
venialiter tantum,pro eo quod c.verum.eo.tit.dicit,pro tali
tranſgreſsione nō eſſe imponendam pœnitentiā vt pro mor-
tali.& hoc ſequitur Sum.Ang.etiam quando habuit animum
ſe obligandi:ſed Io.Cal.S.Tho.Archi.&Arch.& Pan.&Sum.
Roſ.tenent quòd peccet mortaliter.& hoc eſt indubitatum:
quia deierat.Ad c.autem,verum.Io.Cal. reſpōdet tripliciter.
Primò quòd loquitur poſt abſolutionem à iuramento . ſed
hoc non placet Io.And.& bene:quia tunc cum nō peccet, nul
la eſt illi imponenda pœnitentia . Secundò quòd procedit in
foro iudiciali:ſecus in pœnitentiali , Tertiò , quòd non dicit
illum non peccare mortaliter:ſed non puniendum tanquam
pro mortali,ſcilcet voluntariè commiſſo : quia metus alle-
uiat culpam.Et eodem modo videtur reſpōdere Pan.dicens
quòd ſi conſtaret ipſum habuiſſe animum ſe obligandi,debe
ret puniri pro mortali,licet non ita acriter , ſicut ſi iuraſſet
contra iuramentū libere præſtitum.&ita reſtringit d.c.verū.
ſ.cæterum . ¶Quartum. Si ſumus in dubio vtrum habuerit
animum ſe obligandi nécne.dicit Sum.Ang. quòd non obli-
gatur ad ſeruandū:vt eſt text.in c.j.quod me. cau.ſed illud c.
non loquitur quando interuenit iuramentum in quo,ſicut di
cit S.Tho.eſt duplex promiſsio,ſcilicet facta homini,quæ nō
eſt efficax,& facta Deo quæ ligat,quando quis intendebat li
gari.vnde melius Sum.Roſ.poſt Archi.& Pan. dicit quòd tunc
propriè loquitur d.c.verū.quia in dubio præſumendum eſſet
quòd non habuit animū ſe obligandi:ſed quia poſſet accide-
re contrariū,ne eccleſia daret materiā deliberandi,voluit ꝙ
in dubio iuramentum obſeruaretur. ſed poſt factum reſpe-
ctu pœnæ eſt reſtringendum in mitiorem partem,vt non pu
niatur tanquā pro mortali.¶Quintum.Prædicta intelligen-
da ſunt primò in iuramento promiſſorio,nō autem in aſſer-
torio:quia in hoc nullus metus excuſaret à mortali iurātem
falſum.xxij.q.v.ita ne.& S.Tho.iij.diſt.xxxix.Et ſecundò in-
tellige de metu cadente in conſtantem virū,ſecundum gl.in
d.c.verum.& S. Th.in.iij.diſt.xxxix.q.j.arti.iij.q.ij.leuis autē
metus non excuſat.¶Octauò quæritur, † vtrū iuramentum
extortum dolo,ſit obligatorium?Et dicit Arch. poſt Panor.
quòd ſi cōtractus ſuper quo præſtatur,eſt aliàs reprobatus,
fauore ipſius iurantis tale iuramentum non eſt obligatoriū.
& caſus eſt in c.cùm contingat.à contrario literæ:vbi dicitur
quòd mulier conſentiens alienationi rei dotalis,& iurans nō
contrauenire,vbi non ſuperuenit dolus nec metus,nō eſt au-
dienda,ſcilicet quo ad relaxationem iuramēti,vel annullatio
nem contractus.Ergo ſi interuenit dolus,ſecus eſt:quia text.
excipit dolum:& ſic etiam in c.ij.de pac.lib.vj.&.c.licet.eod.
tit.& lib.& in auth.ſacramenta puberum.Et idem dicendum
etiam interuenit metus. Ex quo enim talia iuramenta contra
legem ſunt,non ligant,niſi ſint volūtaria omnino.quod etiā
tenet Bar.tutius tamen eſt ſi petatur abſolutio: ſed primum
verius.Si verò iuramentum non venit contra diſpoſitum à iu
re,& interuenit dolus:ſubdiſtingue . Nam aut tantus eſt do-
lus quòd excipit mentem iurantis : puta , quia ceſſante do-
lo nullo modo ſe obligaſſet:& tunc non ligat iuramentum:
& poteſt cōtrauenire nulla obſtāte abſolutione.argu: per id





quod not.Io.And.in c.vnico.de commo.Et ſic intellige Fed.
conſi.cxciiij.vbi hoc expreſſe ſentit,ponendo terminos in mi
nore xxv.annis.& in muliere ſeducta à fratribus hæreditati
paternæ renuntiando , quæ valebat longè plus quàm habuit
in dote.quod eſt notandum prò limitatione c.ij.de pac.lic.vj.
ſcilicet quòd non procedat,quando dolus dedit cauſam con
tractui:quia vbi dolus dat cauſam contractui,excluditur vo-
luntas.l.j.ff.de dolo.& iuramentum non obligat vltra inten-
tionem iurantis.extra eo.veniens.¶Nonò quæritur,†vtrum 9
obliget iuramentum factum ex impetu iracūdiæ?Et dico ꝙ
Pan.in c.ſicut ex literis.de iureiur.& Sum.Ang.ac Roſ.attri-
buunt Io.And.in d.c.quòd iuramentum factū calore iracun-
diæ non obligat.quod quidem dictū d.Ant.& omnes prædi-
cti limitant,quando calor fuit tantus,quòd quis deliberatè il
lud iuramentum non feciſſet:quia cùm procedāt de pari vo-
tū & iuramentū,vt no.in c.j.& ij.de iureiu.ſicut in voto,ſecun
dum S.Tho.deliberatio requiritur,ita & in iuramento . Sed
ego dico quòd Io.Andr.ibi loquitur de iuramento monachi
iurans nō redire ad clauſtrum:quod non ſolùm fuit ex iracun
dia,ſed etiam de ſe temerarium & illicitū,vt ibi patet ex tex.
Et quòd prædicta limitatio eſt contra mentem eiuſdem Io.
And.qui in c.dudum.de conuer.coniu.videtur limitare quan-
do tātus eſt calor quòd homo nō aduertit plenè,dicens quòd
votum emiſſum calore iracundiæ non obligare , verum eſt,
quando eſt talis & tāta turbatio , quòd ſapit quandā mentis
alienationem ex multo furore:aliàs votū ex iracundia obli-
gat:quia ea,quæ in ſe ſunt bona,non indigent deliberatione:
intellige lōga & multa:vt in dubijs,cùm hæc ſubitò fieri poſ
ſint.Eſt etiā dicta limitatio cōtra Veruec.dicentem quòd qui
ex impetu iurauerit,quod deliberatè nō iuraſſet , ſeruare te-
netur,ſi licitū eſt.& ſic etiā ſentit Sum.Confeſ.& Sum Piſ.&
Arch.Nec valet prædictorum fundamentum:quia delibera-
tio dupliciter ſumitur.aliquando ſcilicet pro concluſione cō-
ſilij,quæ aliquando penè repentè etiam in homine paſsiona-
to fit:& iſta eſt,quæ in voto & iuramento requiritur.Aliquā-
do verò ſumitur pro cōcluſione prædicta facta animo quie-
to:& iſta in prædictis nō requiritur:vt patebit ex dicendis in-
frà Votum.ij.§.xiij.Et iuxta hęc intellige quòd iuramentum
ex abrupto,id eſt,ſine deliberatione factum,non obligat,ſe-
cundum Arch.poſt Pan.quem refert:quia nō habet in ſe con
ſenſum: licet peti poſsit abſolutio ad cautelam . ¶Decimò
quæritur,†vtrum obliget iuramentum vergens in diſpendiū 10
propriæ ſalutis corporalis?Et dicit Pan.in c.ſi verò.eod.titu.
quòd non:quia ſicut non valet iuramentum tendens in mor-
tem alterius.xxij.q.iiij.c . j. ita & fortius valere non debet,ſi
tendit in propriam:vt in c.ſi non licet.xxiij q.v . Hoc limitat
gl.in d.c.ſi verò.qn̄ directè vergit in mortem . ſecus ſi occa-
ſionaliter:ſicut qui iurauit ſtare Romæ de menſe Auguſto,
tenetur ibi ſtare:quia licet multi moriantur,non tamen ſem
per.Hanc etiam limitationem limitat Io.And.veram,niſi ex
imminenti infirmitate vel complexione iudicaretur ſic iurās
ex tali mora moriturus.Et ſic collige ex dictis eius quòd ſi ex
qualitatibus veriſimiliter præſumitur de morte,nō obligat.
Et ſimiliter dico quòd non obligat iuramentum,quando ce-
dit in mutilationem:quia nemò membrorum ſuorum eſt do
minus.lege,liber homo.la j.in principio.ff.ad l.Aquiliā.Item
quia ſi à principio talis caſus affuiſſet,iuramentum fuiſſet te
merarium.vnde tali caſu emergente temerarium eſſet illud
obſeruare.Prædicta tamen limita , niſi mors aut mutilatio
infligenda eſſet ex iuſtitia:quia tunc non poſſet quis fugere
contra iuramentum:vt ſuprà Accuſatio.§.vltimo. Ex prædi-
ctis inuehit Pan.contra Cartuſienſes dicens quòd ſi à peritis
medicis diceretur fratrem Cartuſienſis ordinis non poſſe

aliter mortem euadere niſi per eſum carnium,non obſtante regula aut voto deberet carnes comedere:quia ſicut iuramẽtum,ita & votum nõ ligat propter periculum mortis,& cum paribus paſsibus ambulet:vt not.in c.j.& cap.debitores.extra eo.&.c.licet.&.c.magnæ.de vo.Fertur tamen quòd magiſter Ray.de villa noua fecit tractatum,in quo cõcludit vitam poſſe reſtaurari ſine eſu carnium:dicens quòd vinum mediocre maximè aromaticum & vitella ouorũ mediocriter mollia, quæ acutiſsima digeſtione cõuertuntur in laudabilẽ & multum ſanguinem,ſunt ad hæc magis competentia quàm carnes.Et certè ſi hoc eſt verum,ceſſat primum dictum : ſed vbi ex circunſtantijs medici dicerent contrarium,procederet dictum meum.Itẽ poſſet contingere quòd infirmo oua eſſent faſtidio & horrori,& quòd nõ poſſet illa capere.quo caſu indubiè illud eſſet tenendum:quia neceſsitas excuſat ab omni peccato:vt in c.ij.de obſer.ieiu.hęc ille. Vnde Cartuſiẽſes indiſtinctè nõ reprobat,ſed tantùm in caſu:& meo iudicio,be-
11 ne dicit.¶Vndecimò quæritur, †vtrũ obliget iuramentum factum contra bonos mores naturales:puta quia præbet occaſionem delinquẽdi? Et dico quòd non:vt in c.quemadmodum.de iureiur.& in regu.non eſt obligatorium.de regu.iur. lib.vj.Sicut ſi vir iurat non agere contra vxorem rerum amotarum,non valet:vt ff.de pact.do.l.conuenire.quia præbetur mulieribus occaſio furandi.Similiter qui iurauit non denuntiare aliquem,non tenetur:quia eſt cõtra bonum animæ delinquẽtis,& charitatis.ij.q.j.ſi peccauerit.& de iudi.nouit.&facit l.ſi vnus.§.pacta.ff.de pac.Hoc tamen exemplum limitat Hoſt.verum eſſe,ſcilicet quòd non tenetur,niſi quando vellet denuntiare ſolùm propter commodum proprium : quod non licet.Et facit c.ad noſtram.el j.de iureiur.ſed oportet denuntiare vel agere ꝓpter bonum commune principaliter:& ſic ſecũdariò propter propriũ.quod intellige in iniurijs:quia ad vitãdum intereſſe rerum,nõ eſt peccatum quęrere ſuum in iudicio:argu.dictorũ ſuprà Accuſatio.§.vj. ¶Duodecimò
12 quæritur,†vtrum obliget iuramentum contra iuramentum prius factum? Et dico primò quòd non:vt in c.ſicut ex literis. de ſpõ.& in c.quanto.de iureiu.& in c.intellecto.eo.tit.quod Hoſt.Inno.& Pan.in d.c.ſicut.intelligunt etiam ſi ſit promiſſio.quanuis poſtmodum Inn.videatur tenere contrarium in c.veniens.de iureiu.ſed non eſt verum per c.iuramẽti.xxij.q. v.Dico ſecundò quòd actus geſtus contra primum iuramentum non eſt ipſo iure nullus indiſtinctè:ſed ſecundũ Pan.d. c.intellecto.ſi actus dependet à mera voluntate iurãtis:puta, quia nullo iure prohibetur:ſic tenet.Vnde ſecundum Inn.in c.dilecto.de præben.ſi quis iurauit non alienare librum,& tamen alienauit,tenet alienatio,licet ſit periurus.& facit c.vltima voluntas.xiij.quæſt.ij.in gl.vbi tangitur quòd qui iurauit non mutare teſtamentũ,& mutat,tenet ſecundũ,licet ſit periurus:niſi in caſu alicuius conditionis ſubintellectæ excuſantis.Hoſtien.tamen in c.cum Marthæ.de cele.miſ.tenet nõ valere ſecundum teſtamentum.Sed Ioan.And.in regu.quod ſemel.lib.vj.tenet illud valere:quia nullo iure cauetur quòd ſit nullum factum,per quod fit contra iuramentũ:quod verum eſt quãdo actus dependet à mera facultate iurãtis.Si verò ab ea nõ depẽdeat,puta quia interdicitur à lege fauore ipſius iurantis.Exemplum in muliere & minore,qui alienare nõ poſſunt,vel alium contractum facere ſine certa ſolennitate:tũc actus etiam iuratus contra primum iuramentum non valet ipſo iure.& ſic intelligo gloſ.in c.licet.de iureiu.lib.vj. Et ratio eſt,quia actus ſine iuramento erat ipſo iure nullus,obſtãte legis prohibitione:ratione autem iuramenti ſuſtineri non poteſt:quia iam obligauerat ſe Deo per prius iuramentum: & ſecundum fuit illicitum. Et idem dic quãdo actus prohibetur ratiõe publicę vtilitatis.& iſte eſt caſus cap.intellecto.le-tur dic quòd ſi lex ſeu ſtatutum non reſiſtit actui iurato ſi contrarium fiat,actus non eſt ipſo iure nullus:ſecus ſi reſiſtit. Et ita tenet Archi.in c.ſi à ſede.de præben.libr.vj.Gaſpar de Cal.in capit.cum contingat.de iureiurãdo.& Spe.de emptione & venditione.Quod nota pro cautela mulierũ timẽtium ne inducantur ad aliqua facienda in ſuum præiudicium. Iurent enim prius in manibus alicuius coram teſtibus ſe nolle tales alienationes vel renuntiationes facere:dummodo quando contrarium faciunt,intendant non facere contra iuramẽtum primum,id eſt,non effectualiter renuntiare, ſed ſolùm verbaliter:quia ſic non erunt periuræ eo caſu quo non tenentur iurare ſecundùm intentionem exigentis iuramentum,de quo ſuprà Iuramentum.iij.§.ij.dictum eſt. ¶Decimotertiò quæritur,†vtrum obliget iuramentum,quando is,cui fit,frangit fidem iuranti? Et dicit Panor.in c.peruenit.el ij.de iureiurãdo.ꝙ quãdoq; duæ obligationes reſpiciunt ſe adinuicẽ: puta,promiſi equum,propter quod alius promiſit mihi centum:& ſi ego non ſeruo promiſſum,nec ille tenebitur mihi de centum.Et ſic intellige illud,frangenti fidem.ff.pro ſocio. lege,ſi cõuenerit.xxviij.quæſt.ij.ſi infidelis.ff.de inof.te.lege, inſtituta.C.de pactis.l.cum proponas.la ij.& ſic intelligit d.c. peruenit.& cap.conſtitutus.de pœnis. Et idem dico quando conditionaliter promiſi:puta iuraui ire Romam,ſi dederis cẽtum.ſi non das,non teneor:quia promiſsio mea non purificatur niſi à tempore exiſtentis conditionis.l.cedere diem ff.de verborum ſigni.Inſti.de verb.obligat.§.ex conditionali.Et ſi is,cui iuraui,non implet promiſſum ex aliqua neceſsitate:puta,quia non poteſt,nihilo minus ego non teneor ad iuramentum factum propter illud.& hoc tenet do.Ant.& Pan.in c.ſicut.el iij.de iureiur.& placet,licet alij teneant ſolum me non teneri,quando alius ex negligentia aut voluntate non attendit.Quandoque autem obligationes non referuntur adinuicem,ſed ad diuerſa:puta promiſi tibi ſimpliciter cẽtum:& nõ ex hoc,ſed ſimpliciter promiſiſti mihi aliquid facere:& tunc licet ego nõ impleam promiſſum,tamen tu teneris:quia nõ promiſiſti mihi ratione meæ promiſsionis,ſed ſimpliciter:& de ſpecie ad ſpeciẽ nõ fit compenſatio:vt not.in cap.ij.de depo.Et hoc tenuit Cyn.in d.l.cùm proponas.& ſic intellige c. noli.xxiij.q.j.vbi dicitur quòd hoſti ſeruanda eſt fides. Nec obſt.c.quod Deo patri.xxxiij.q.v.de voto viri & mulieris:vbi licet alter frangat,alter tenetur ſeruare:quia ibi quilibet eorum ſimpliciter vouerat Deo, non conditionaliter:& ei eſt obligatus:ſecus ſi conditionaliter,ſaltem tacitè:vt quia ſi de hoc cogitaſſet,non vouiſſet:quia ſic non tenetur,per ea quæ dicta ſunt ſuprà iuramentum, tertio.§.ij. ¶Decimoquartò quæritur,†vtrum obliget iuramentum quando mandatum legis aut ſuperioris contrarium vult? Et dico quòd non. Exemplum:ſi iuraui dare tibi decem,& iudex ex aliqua legitima cauſa hoc inhibet:vtiq; non teneor:de cenſi.ſignificauit. lege fin.ff.qui ſatiſd.cog.Item ſi fuiſti excommunicatus poſt iuramentum tibi factum de aliquo tibi dando:non teneor:vt ſuprà,Excommunicatio.iij.in princip.effec.xiij. Item Excommunicatio.v.§.iiij.dub.xij.Vnde in omni iuramento ſubintelligitur,ſaluo iure ſuperioris vel alterius,ſecundum Ioannem Andr.in d.c.quemadmodũ. extra eo.& facit c.veniens.eo.tit. ¶Decimoquintò quæritur,†vtrũ obliget iuramentũ in alterius præiudiciũ:vt puta ſi iurent canonici quòd ſi quis eorum efficiatur epiſcopus ſeruabit quędã in præiudiciũ epiſcopalis dignitatis? Et dico quòd nõ,vt in c.ſicut ex noſtris.de iureiur. Et idem ſi cardinales iuraſſent in præiudicium ſedis apoſtolicæ quia aſſumptus in papam non teneretur.Et idem ſi vir iurauit non ſtare cum propria vxore propter odium:quia non tenetur:imò nec etiam ſi propter continentiam:ſed eo caſu tenetur reddere,licet exigere nõ poſsit: quia illud eſt ſolùm in præiudicium ſuum.Et hoc videntur tenere Hoſtiẽ.Tanc. Goffr.& Ioan.And.pro quo vide gloſ. in cap.tua nos. de iureiurand.Et ſi iurauit in præiudicium alterius, cuius poteſtati ſubijcitur:puta,ſi vxor iurauit peregrinationem vel abſtinẽtiam:ſimiliter ſeruus,monachus , & huiuſmodi.vnde implere non poſſunt,cum eis à ſuperiori contradicitur:de quo infrà Votum.iij.§.iij.Et idem cum quis promiſit tenere ſecretum:quia non tenetur quando eſt alteri nociuum , quin poſſit & debeat reuelare his qui poſſent prodeſſe, & nõ obeſſe. xxij.quæſt.v.hoc videtur.& ſentit gloſ. in cap.ego,de iureiurand.Aut ſi producatur in teſtem : quia ſecundùm Inno.in c. qualiter & quãdo.el j.de accuſ.tenetur dicere,etiam ſi cogitaſſet de hoc quando iurauit.& facit cap.quia pleriq;.de offi. ord.lib.vj.& cap.conſtitutus.el j.de teſtib.& cap.olim.de accu.Si tamen is,qui exigit iuramentum ab aliquo de veritate dicẽda,ſit homo ferus,de quo veriſimiliter pręſumitur quòd procedet ordine iuſtitię non ſeruato:ſic non tenetur reuelare quòd ſcit, etiam ſi poſſet probare. Et ſimiliter quanuis non ſit crudelis,ſed qui procedet ordine debito: nõ debet ei reuelare,ſi probare nõ poteſt,ſcilicet in iudicio arg.c.ſi peccauerit.ij.quæſt.j.& xx.quæſt.vij.plerunq;. ſecundùm Rodo. Illis tamẽ qui poſſunt prodeſſe,nõ obeſſe, teneretur ſi iurauit.xx.quæſt.v.hoc videtur.Et idem de eo qui iurauit nõ pręſtare auxilium tali:quia intelligitur iniuſtè,ſecundùm Ioan. all.c.petitio.de iureiur.& cap.j.de his quę fiũt à ma.par.ca.& cap.grauem.de exceſ.præl. & ſi etiã iuraſſet de iuſto auxilio non dando,non tenetur:quia iuramentum nõ ligat ad illicita,& contra ius.d.c.quanto.eod.tit.Et idem de eo,qui exiſtẽs in dignitate,& alienãs bona, iurat nõ reuocare: quia non tenetur:vt in d.c.intellecto.eo.tit.quia eſt in præiudicium alterius,ſcilicet dignitatis.c.cum contingat.in fi.eo.tit.& c.ij. de pac.lib.vj.Et hoc tene etiam ſi nõ iuraſſet prius nõ alienare. licet gloſ. ſentiat oppoſitum.d.c.intellecto.per prędicta.Sed limita in notabili alienatione , per quã dignitas notabiliter læditur:ſecus in re modica:quia propriũ eſt principũ donare: de dona.c.j.& in iuramento facto à prælato de nõ alienãdo niſi cõſulto papa.non debet fieri relatio ad alienationẽ modicam:quia iuramẽtum non extenditur ad veriſimiliter nõ cogitata.cap.veniẽs.eod.titu.& conſentit Feder.conſil. cciij.
16 ¶Decimoſextò quæritur,†vtrum obliget iuramẽtum factũ contra legem poſitiuã aut contra ſtatutũ? Et dico multas de hoc fuiſſe opiniones,vt recitat Pan.in c.cum cõtingat de iureiurand.tamẽ hoc videtur verius. Nam aut lex poſitiua ſeu ſtatutum aliquid prohibet propter bonos mores naturales conſeruandos: & tunc non valet iuramentum: vt in reg.non eſt obligatorium.de reg.iur.lib.vj.ſicut iuramentũ mulieris, quæ viuente viro dedit fidem adultero de contrahendo poſt mortẽ viri:quia ſic lex eſt indiſpẽſabilis & inuariabilis.v.diſ. in princ.& viij.diſt.quæ contra.Secus in bonis moribus ciuilibus:quia iuramentum valet contra eos.de pign.ſignificante.vbi valet iuramentum contra pactum legis cõmiſſoriæ. Aut lex ſeu ſtatutum fundatur ſuper bono publico principaliter:& ſic non tenet iuramentum: quia pactis vel iuramẽtis priuatorum ius publicum remitti non poteſt : ad quod l.ius publicum.ff.de pact.Aut lex ſeu ſtatutum nõ fundatur in bonis moribus naturalibus,nec ſuper bono publico principaliter,ſed in odiũ aliquorum: & ſic tenet iuramentum quando poteſt ſine diſpendio ſalutis impleri licet non ſine diſpẽdio rerum corporalium:vt in d.cap.ſignificãte.& in cap. debitores.de iureiurand.Idem dicendum eſt quãdo lex eſt fundata principaliter ſuper fauore priuato:licet cõſequẽter & ſecundariò ſuper publica vtilitate:quia iuramentum ligat . & eſt iſte caſus propriè.c.ſi.de pact.lib.vj.& hoc quando non cõtinet aliquam turpitudinem cõtra bones mores naturales nec ex parte iurantis,nec ex parte materiæ ſuper qua iuramentũ præſtatur,nec contra bonũ publicum principaliter.Et ratio quare teneat iuramentum in iſtis duobus caſibus,eſt,quia iurando non peccauit : quia talis lex eſt potius priuilegiatiua, quàm præceptiua:ideoq; eius contrarium nõ eſt in diſpẽdiũ ſalutis æternæ,ſed ſolùm rerum temporalium:aut ſi peccat tranſgrediẽdo,tamẽ poteſt ſeruari ſine peccato,ideoq; tenet iuramentum:de iureiur.& ſi Chriſtus.iũcto §.illicitũ.xxij.q. iiij.Secus autem quando eſſet cõtra bonos mores naturales, vel ius publicũ principaliter:quia ſine peccato ſeruari nõ poteſt.Actus autẽ geſtus cõtra legẽ vel ſtatutum principaliter fundatum ſuper fauore vel odio priuato,iurameto ita firmatur quòd etiã obligat hęredes,ſecundũ cõmunem opinionẽ, vt dicit Pan.in d.c.cùm cõtingat.quia iuramẽtum cõfirmatoriũ validat actũ inualidũ:& ex illo oritur actio:vt in auth. ſacramenta puberũ.C.ſi aduer.vend. quod limita , niſi dolo, vi,aut metu ſit iuramentum extortum:vt in c.cum cõtingat. eo.titu.& c.licet.eo.lib.vj.& in c.ij.de pact.lib.vj.& dic.auth. ſacramenta.Secus autẽ in ſacramẽto introductorio obligationis:puta,iuro dare tibi centũ,nulla cauſa præcedẽte : quia iſte nõ eſt modus inducendæ obligationis,niſi in liberto : vt in l.iuriſiurandi in prin.ff.de oper.lib.& l.ſi.ff.de lib.cauſa.& ibi Gul.de Cu.& Bar in l.iuſiurandum. la ij.ff.de iuiur . Et ideo nõ ligaret hæredẽ de iure ciuili,ſed de iure canonico ſi fuit in culpa non implendi,& iuramentum erat ſimplex, puta iurauit dare decem,& pœnituit de pactis ſuis: vnde credo quòd teneatur per id quod dixi ſuprà Hæreditas.iij.§.vij. Si autem in dicta lege vel ſtatuto fundato ſuper priuato bono vel odio dicatur ꝙ nõ valeat cõtractus, nihilominus valebit ſi interponatur iuramẽtũ,& facit qđ notat Inn.in c.ij.de reg. vbi dicit ꝙ in iſtis ſpiritualibus ius naturale pręfertur poſitiuo.Si verò in ſtatuto addatur,ꝙ ſi ſeruata non fuit ſolẽnitas debita,præſumitur dolus vel alia illicita cauſa:adhuc tamen ligat iuramentũ,ſi cõſtat contractum eſſe verũ,& nõ fictitiũ aut doloſum quo ad ipſum minorẽ,& huiuſmodi,ꝓ quo fit: & hoc tam in foro animę,vbi creditur pro ſe,& cõtra ſe,vt in c.ſignificaſti.el j.de homi.& no.in cle.j.de pœn.quàm etiã in foro cõtẽtioſo:qa ceſſat ratio ſtatuti.Si verò fuerit dolus vel fraus:tunc ſi ſtatuto ſuberat cauſa pręſumẽdi dolũ: vt qa cõmuniter in loco decipiebãtur doloſè minores:tũc ſaluabitur opinio Bar.& Bal.& aliorũ tenẽtiũ iuramẽtũ nõ valere:quia non tollit pręſumptionẽ ſtatuti legitimè inductã:ſed ſecus ſi ſtatuto nõ ſuberat cauſa præſumẽdi dolũ:quia tũc ligat iuramentũ.¶Sed pone ꝙ epiſcopus ſtatuerit quelibet clericũ abſentẽ intra certã diẽ reuerti ſub pęna excõmunicationis:clericus autẽ de licẽtia epiſcopi iuerat ad ſtudiũ , & iurauerat creditori ſuo nõ recedere ante eius ſolutionẽ . Quæritur an obliget iuramentũ vel præceptũ ſuperioris aut legis Et dico videri quidẽ iuramentũ eſſe nullũ:quia cõtra obedientiã ſuperioris,ſeruari nõ poteſt ſine interitu ſalutis.d.c.cum cõtingat.&.c.ij.de pact.lib.vj.Sed tamẽ in rei veritate tenet: quia dicit Pan.in c.veniẽtes.de iureiur.& eſt dictum Ioan.And.in merc.in regula.in malis promiſsis.lib.vj.quod ex quo cũ licẽtia epiſcopi fuit in ſtudio,& pro neceſsitate ſtudij debitũ cõtraxit videtur ſe obligaſſe cum licẽtia epiſcopi:quia vno cõceſſo cõceduntur omnia,ſine quibus illud nõ habet effectũ. de off.deleg.c.præterea.&.c.prudẽtiã.& l.ad rem mobilẽ.& l.ad legatũ.ff.de procu.& ſic recedere non debet , ſed ſeruare iuramentum.Secus verò ſi ſine licẽtia epiſcopi adiuit ſtudium:vel non pro neceſsitate ſtudij,ſed pro laſciuia debitum

contraxit: quia tunc non valet iuramentum contra obedien
tiam ſuperioris. Idem dico in patre reuocante filium, qui
prędicto modo iurauerat:& idē de quolibet ſubdito. Et facit
pro mercatoribus, qui contra prohibitionem ſuorum domi-
norum vadunt ad certa loca prohibita, ſecundū quod prohi-
bere poſſunt: vt in l.fi.& quod ibi not.ff. de decre.ab or. fa.&
l.mercatores.C.de cōmer.&mer.l.relegatorum.ff.de interd.
& re.& quod ibi not. quia ad ſtandum ibi ſe obligare nō po-
terunt, niſi ſuperiores tacitè vel expreſsè conſentiant. ¶De-
17 cimoſeptimò quæritur,† vtrum obliget iuramentum poſitū
ſuper contractu ſimulato? Et dico quòd Panor. in d.c. cùm
cōtingat diſtinguit. ¶Nā aut ſimulatio eſt de cōſenſu vtriuſ-
q; partis tam ſuper cōtractu quàm ſuper iuramēto:& tunc ſi
ex iuſta cauſa, puta ex iuſto timore, vel quia indigebat mu-
tuo, concepit pugnus in forma venditionis, vt creditor lucra-
retur fructus:& ſic non obligat iuramentum: quia defuit con
ſenſus & fuit iuſta cauſa ſimulandi. ad quod cap.j. quod met.
cau.& l.fin.C.de non nume.pecu. Si verò fit ex cauſa iniuſta,
puta cauſa fraudādi gabellas, vel aliter ad deceptionē ꝓximi
ſimulauit vnum contractū eſſe alium,& iurauit ſingula con-
tenta in inſtrumēto vera: tunc eo ipſo eſt periurus: quia ſimu
latio intentionis ex iniuſta cauſa non excuſat: vt not.in cap.
interrogaſti.xxvij.diſtinct. ſicut ille qui prece vel pretio depo
ſuit falſum. capitu.j.de crimi.fal.& volens contrauenire non
debet audiri: ſed ſi iuraſſet ſolùm non cōtrauenire illi cōtra-
ctui quem ſimulabat in deceptionem populi: licet grauiter
peccauerit iurando in damnum proximi, tamen non obliga-
tur, quia defuit cōſenſus: vnde reſpectu Dei non exigitur ab-
ſolutio à iuramento, arg.cap.tua de ſponſ. ſed in foro conten
tioſo compellitur obſeruare. nec auditur volēs allegare tur-
pitudinem ſuam:& hoc verum inquantum eſt ſolùm in prę iu
dicium ſuum,& non imminet periculum animæ. ¶Aut ſimu-
latio ſolùm erat ſuper contractu ex parte vtriuſque: ſed iura
mētum interuenit ne agatur cōtra tacitè vel expreſsè:& hoc
ne contractus fœneratitius detegeretur: ſicut pignorauit
quis res,& tamen ſimulauit vendere: vt mutuans faciat fru
ctus ſuos,& iurauit non detegere, ſed ſeruare pignoratitium
contractum:& tunc obligat iuramentum:& perinde eſt ac ſi
iuraſſet ſoluere vſuras.& facit quod not. Cyn.in l. ex cautio-
ne.C.de non nume.pec. vbi cōcludit quòd iurans non oppo-
nere exceptionem de non nu.pec. obligatur: licet ſimpliciter
renūtiatio non valeret. In foro tamen animæ ſi non habuit
intentionē obligandi ſe non tenętur, vt dictum eſt ſuprà Iu-
ramentū.iij. §.ij. ¶Aut ſimulatio eſt de vno cōtractu ad aliū
contractum. qui ſine peccato ſeruari nō poteſt, vt contractus
ſimoniacus, licet concipiatur ſub alio contractu:& tunc iu-
rans ſcienter peccat mortaliter:& tenetur non ſeruare. xxij.
quęſ.iiij. per totū. Aut ſimulatio fuit ex parte iurantis tātùm,
ſuper cōtractu ſolùm ab eo ſimulato: vt quia aliud gerebat
in corde, aliud in verbis: vel vſus eſt verbis duplicibus callidè
iurando:& tunc ſecundum Panorm. ibi intelligitur ſecūdum
intentionē recipientis:& ſic Deus videtur recipere. ij.quæſt.v.
quacunque.& §. ex his omnibus.& ſic ligat iuramentum, ſe-
cundum diſtinctionem de qua ſuprà Iuramētum. iij.in prin-
18 cipio.& §.ij. ¶Decimooctauò quæritur,† vtrum obliget iu-
ramentum, ſi ſuperueniat impoſsibilitas, vel neceſsitas, aut
magna difficultas? Et dico quòd non. Nam de impoſsibilita-
te dicitur, impoſsibilium nulla eſt obligatio. ff.de reg.iur. de
neceſsitate verò & magna difficultate dicunt doctores in c.
querelam.de iureiurand.& in cap.breui. eod. tit. quòd excu-
ſat à periculo. Ratio: quia Deus reſpicit animum, nō manum.
xiiij.quæſt.v. ſi quid inueniſti. & facit l.fi.ff.qui ſatiſd.cogan.
Vnde dicit Ionnoc. in c.venerabilem.de elect. quòd vrgente
neceſsitate poteſt quis propria authoritate frangere iura-
mentum. ſi non poteſt haberi ſuperior, à quo petatur abſolu
tio xj.q.iij.anteceſſor. Et ſi tēpore iuramēti credebat ſe iu-
rās nō poſſe implere, vel nō habebat probabilē cauſam cre-
dendi quòd poſſet implere, ſecundum Hoſtien. peccauit mor
taliter iurādo: quia defuit in primo veritas: in ſecundo iudi-
cium:& ſic eſt periurus. ſecus ſi probabiliter credidit ſe face-
re poſſe. infrà Votū.ij.§.j. ¶Decimononò quæritur,† vtrum 19
obliget iuramentum quando quis non habuit animum obli-
gandi ſe cum iurauit: puta quis dolo inductus iurauit, quòd
omnino nō iuraſſet niſi dolus fuiſſet? Et dico quòd non, niſi
ſi dolus veniret re ipſa. facit l.tres fratres.ff.de pact.& l.ſi ſo-
ror.C.de col.& Feder.conſil.cxv. vbi determinat filiam mino
rem ſeductā à fratribus, quæ renuntiauit bonis paternis, cre-
dens quòd non valeant multo plus quàm ſua dos, non obli-
gari iuramento, quando multo plus valebant: quia vbi do-
lus eſt, excluditur voluntas. l.j.ff.de dolo. Tenet etiam Sanc.
Bon. vbi ſ.q.iij.ar.j. quòd vniuerſaliter non obligat iuramen-
tum, ſi iurans animum ſe obligandi non habuit: debet tamē
indemnitati proximi ſatisfacere, ſi eum doloſe decepit, ſecun
dum Richar.ead.diſt.ar.j.q.ij. An autem peccet mortaliter iu
rando: dic vt ſ.§.vij. facit c. veniens.&.c. Quintauallis. extra
eod. ¶Viceſimò quæritur,† vtrū obliget iuramentū quando 20
in melius cōmutatur? Et dico quòd non: vt in c.peruenit.el ij.
de iureiur. Sed hoc habet duas limitationes. Primam, quando
vtrūq; nō poteſt impleri, ſecundum do. Anto.in d.c.peruenit.
quia tūc quādo iuramētū eſt impeditiuū vel turbatiuū maio
ris boni: licet ſit tutū habere licentiā à ſuperiore, tamē nō eſt
neceſſaria: quia pōt cōtrauenire iuramēto. all.c.cōmiſſum.de
ſpon.&.c.licet.de reg. allego etiā c.ſcripturæ.de voto. vbi hoc
tenet Innoc. apertè. facit gl. in c.monachum.xx.quæſt.iiij.&
xxxiij.q.v.noluit. Secus ſi bonū iuratū non eſſet impeditiuum
maioris boni, ſed vtrūq; fieri poſſet: quia cōtrauenire nō poſ
ſet iuramēto ſine authoritate ſuperioris: licet epiſcopus poſ-
ſet diſpenſare vt cōtraueniat ratione maioris boni, ſecūdum
Inn.in c.debitores.eo.ti. Et ſimiliter dic ſi eſſet dubiū an eſſet
maioris boni impeditiuū, neceſſariò requiri diſpenſationem
epiſcopi.ar.c.j.de voto. Secundā, quādo iuramentū non con-
cernit propriā vtilitatē alicuius: quia ſi concerneret, nō eſſet
vera dicta regula: etiā ſi vnum ſit totaliter impeditiuum alte
rius: nec prodeſt in hoc ſuperioris authoritas. & facit quod
nota.in cap.quanto.eod.titu.& in cap.cum inter P.de renun.
& Ioan. Andr.in mercu.in regula, in malis.de reg.iur.libr.vj.
quia debitor, qui iurauit dare vnam rem, non poteſt dare me
liorem aliam pro illa inuito creditore. l.ij.§.j.ff.ſi certum pe.
& Inſtitu.quib.mod.tol.oblig.in princ. niſi velit in propriam
religionis obſeruātiam commutare,& vnum eſt impeditiuū
alierius. quod placet fauore religionis.& etiam ſequitur Pa-
normitan.in dicto ca.peruenit. ¶Viceſimoprimò quæritur,
†vtrum obliget iuramentum, quando id, quod iuratur, conſi 21
ſtit in facto? Et dico ſecundum aliquos quòd non obligat ſic,
vt iurans teneatur præciſe ad factum. quia, ſecūdum aliquos.
obligatus ad factum ſufficit ſi ſoluat intereſſe: vt in l.ſtipula
tiones non diuiduntur. ff.de verborum obligat.& in l.ſi quis
ab alio.in fi.ff.de reg.iur. quia ſecūdum communiter doct. te
netur vel ad factum vel ad intereſſe,& non præciſe ad factū.
vt no. Bart.in dicta l.ſtipulationes. Sed ego dico quòd diuino
& canonico iure tenetur ad factum præciſe, ſi poteſt impleri,
& non ſit contra bonos mores, aut aliquod prædictorum, in
quo non obligat iuramentum.& hoc probatur per c.j.& cap.
qualiter. de pact.& cap.iuramentum.xxij.quæſt.v.& facit ca.
licet.de voto.& cap.ex literis.el ij.de ſponſa.& capit.nonnulli de
iudic.& hoc etiam videtur ſenſiſſe Bartol. vbi ſuprà. Quando
autem



autem factum eſt alienum, nō tenetur quis facere niſi quan-
tū in ipſo eſt bona fide. de ſpon.ex literis. ¶Viceſimoſecun-
dò quæritur,† vtrum obliget iuramentum conditionale vel
22 propter cauſam? Et dico quòd non, niſi extet cōditio vel cau
ſa. de condi.appo.c.verum.& de iureiur.c.peruenit. quod in-
tellige quando tota obligatio ponebatur in conditionis euē
tu, vel propter cauſam: aliàs teneretur. Vnde iurans adire S.
Iacobum vt fratrē ſuum videat,& redimat ſua peccata: licet
frater ſuus deceſſerit, tenetur nihilominus ire propter aliam
cauſam. ¶Viceſimotertiò quæritur,† vtrū iurans ſeruare ſta
23 tuta alicuius eccleſiæ vel ciuitatis aut vniuerſitatis, ſi aliquod
fiat nouum, aut ſit illicitum, teneatur ad illud? Et tenent cō-
muniter doct.in c.clericus. extra eo. quòd ſi iurauit ſeruare
ſtatuta edita, nō extenditur iuramentum ad futura: quia non
extenditur ad ea, de quibus nō fuit veriſimiliter cogitatum.
& hoc eſt indubitatum ex mente S.Tho.ij.ij.q.xcviij.arti.ij.
ad quartum. Si verò non fuit appoſitum hoc verbum, edita,
ſed ſimpliciter iurauit ſeruaſſe ſtatuta, extēditur etiam ad e-
denda, ſecundum Io.And.& Car. indiſtinctè: ſecundum alios
verò indiſtinctè ad futura nō extenditur. quod melius Sum.
Ang. aſſerit, quàm Sum.Roſ. diſtinguat, vt extendatur ad fu-
tura quæ ſunt modici præiudicij: non autem ad ea quæ ſunt
magni: quia hoc ſentit S.Thom. vbi ſ. dicens quòd talis non
tenetur ex iuramēto ſeruare futura, niſi intenderet ſe ad hęc
obligare.& bene hoc probat Panor. quia propter periculum
periurij iuramētum eſt grauis præiudicij,& ſtrictæ interprę
tationis: ideoq; non extendēdum, ſed potius reſtringendum,
vt non comprehendat etiam quod ex lata verborum ſignifi
catione poſſet cōprehendere: quod vult Archi.in c.ne quis.
xxij.q.ij. Et ſi dictus iurans addidit quòd per prius præſtitū
iuramentum ſeruabit etiam futura: non eſt obligatus ex iu-
ramēto illa ſeruare: ita quòd ſit periurus nō ſeruādo, ſed ex
promiſsione: vt in c.clericus.eod.tit. quod limita ſecundum
Pan. niſi conſtaret in foro animæ: vel iudiciali quòd intēde-
bat nouiter iurare: quia obligaretur de iuramēto. arg. extra
eo.& ſi Chriſtus. Quòd ſi interdicta ſtatuta vel cōſuetudines
cōtinēt aliqua illicita vel impoſsibilia aut eccleſiaſticę liber
tati contraria, ſi iurans hoc ſciuit, non debuit ſic generaliter
iurare, nec ſunt huiuſmodi ſtatuta aliquatenus ſeruanda, ſed
alia ſolùm: ſed iurando peccauit mortaliter, iuxta prædicta.
Si verò neſciuit, ſimiliter nō ſunt ſeruāda. extra eod.contin-
git.lib.vj. ſed non ſimiliter peccauit, ſed plus vel minus ſecū-
dum qualitatem ignorantiæ. Sciendum eſt etiam quòd talis
non tenetur ſeruare ſtatuta abrogata per conſuetudinem ra
tionabilem & pręſcriptā. de conſue.c.ſi. quia iam nō habent
vim ſtatuti. arg. diſti.iij.§.leges. ¶Viceſimoquartò quęritur,
24 †quid ſi quis iurauit tenere obſtagia in certo loco,& nō ha-
bet ibi quid comedat, vel vnde ſoluat? Et dicit Hoſti. quòd ſi
tempore obligationis iam erat non ſoluēdo, tenetur obſta-
gia ſeruare: quia videtur ad hoc ſe obligaſſe, vt victum quæ-
rat manibus ſuis vel mendicando: ſed ſi tunc erat ſoluendo,
& nunc deuenit ad paupertatē: diſtingue: quia ſi eſt talis qui
poſsit ſine verecūdia mēdicare: idem dicitur quod prius. ſed
ſi eſt nobilis,& in dignitate, tali ſubueniendū eſt iuris bene-
ficio. extra eo. querelam.&.c.breui. ¶Viceſimoquintò quęri
25 tur,† quid ſi debitor iurauit creditori ſe ſoluturum in certo
termino,& impeditus non poteſt? Et dicit Hoſt. quòd ſi cum
iurauit credebat ſe non poſſe ſoluere, vel non habebat pro-
babilē cauſam credendi: in vtroq; caſu periurat, quia in pri-
mo deerat veritas: in ſecūdo iudiciū. Si verò ab initio proba
biliter credebat ſe poſſe ſoluere: non periurauit:& ſi poſtea
fecit poſſe ſuum, nō eſt periurus. Et multomagis excuſatur,
ſi pecuniam miſit tēpore debito: ſed caſu fuit perdita: de iu-
reiuran. quærelā. Et ſi poſtea lapſo termino poſſet,& nō ſol
ueret, efficeretur periurus: quia lapſus termini nō ſuſtulit ob
ligationē iuramēti. de do.& cōtu. cū dilecti. ¶Viceſimoſextò
quærit,† qd ſi qs iurauit redire ad carcerē? Et dico ꝙ ad hoc 26
nō tenetur, ſi carcer erat iniurioſus, id eſt, cōtra iura. qđ met.
cauſa.c.j. ſecus ſi nō erat iniurioſus: quia tenet, etiā ſi immi-
neret periculū mortis, ſecūdum gl.in cle.paſtoralis.de re iu.
& Bar.in l.relegati.ff.de pœ.& Pan. vt ſ. Accuſatio.§.vlt. hoc
autē limita vt nō teneatur, ſi iurauit animo euadēdi: ſecus ſi
animo ſe obligandi, iuxta ea quæ dicta ſunt ſ.eod.titu.§.vij.
¶Viceſimoſeptimò quæritur,† vtrū poſsim cōpenſare ſi iura 27
ui dare tibi decem,& tu mihi debes alia decem? Et dicit Pan.
in c.ad noſtram.el j. extra eo. quòd non: quia iuramentum eſt
obſeruandum in forma ſpecifica: nec ſufficit illud adimplere
in effectu. quod ibi patet per tex. illū: quia iurās tenetur prius
actualiter ſoluere: nec ſufficit cōpenſare, quāquam compen
ſatio ſit ficta ſolutio. l.ſi peculiū.§.j.ff.de ſta.li. Et dicit idem
quòd noſtri doct. communiter ſentiūt quod dictum eſt: ſed
contrarium ſenſit Bar.in l.amplius.ff.rem ra.ha. vbi conclu-
dit quòd compenſans nō ero periurus. Nam conditiones de-
bent quidem impleri in forma ſpecifica, ſicut iuramentum:
vt in l.qui hęredi.& l.Meuius.ff.de cōdi.& dem. ſed iuſſus ſta
re implet conditionem compenſando: vt in d.l.ſi peculium.
Ergo &c. Pręterea ſi ego impedior iuſta de cauſa facere qđ
promiſi, nō ſum periurus: vt in l.fi.ff.qui ſatiſda.cogan. ſed ſi
ego non ſoluo tibi, quoniam tu debes mihi tantundem: ego
impedior à te. vnde quaſi facto tuo impeditus non debeo eſ-
ſe periurus. Hāc rationē facit tex.in l.iij.ver. item quæritur.
ff.de ſta.lib. Et cōcludit Panor. ob rationes Bar. quòd ante fa
ctum ſequēda eſt opinio prima, quam tenet Ioan.And.& In-
no. ſed poſt factū vt quis excuſetur à periurio, ſequēda eſt o-
pinio Bar. Ego verò dico quòd ſi ideo nō poſſum ſoluere ti-
bi, quia tu mihi nō ſoluis, indubitāter & ante factum opinio
Barto. eſt tenenda: quia ſi impotentia me excuſat à periurio,
vt patet ex dictis: multo magis impotentia quam ex tuo de-
fectu patior. Si verò poſſum ſoluere, etiā ſi mihi non ſoluas,
adhuc eſt vera, ſaltem in cōſcientia, niſi iurans intendiſſet ſe
obligare ad dandum decem formaliter, vel ad dandum etiā
ſi alius ſibi non ſoluiſſet, modò liquida ſint decem quæ mihi
debes: quia recōpenſans ſoluit, licet nō ſouat formaliter, ſed
virtualiter.& ſic intelligitur d.l.ſi peculiū. ex iuramēto aūt
nō teneor ſoluere formaliter, niſi expreſſerim vel intēderim
ſoluere decē, etiā alio mihi nihil ſoluente. quo caſu loquit d.
c.ad noſtrā. vbi erat reddēda pecunia mutuata ſuper pigno-
re nō cōputatis fructibus.& in d.c.debitores.eod.tit. vbi erāt
promiſſæ vſuræ. ¶Viceſimooctauò quæritur,† vtrum is, qui 28
iurauit nō reuelare ſecretum, indiſtinctè teneatur illud cela
re. Et dicit Pan. de mēte gl.in c.ego. extra eo. quòd ſi quis iu-
rauit nō reuelare ſecretum, intelligitur de honeſto,& nō de
alteri nociuo: ſed illud poſſum reuelare, nō omibus, ſed his,
qui poſſunt ꝓdeſſe pro quo vide tex. iuncta gloſſa in c.ner-
ui.diſtin.xiij. ¶Viceſimononò quæritur,† quid ſi quis iurauit 29
non fideiubere? Et dicit Ioan.And. quòd obſeruare non tene
tur, vbi periclitatur ſalus proximi niſi fideiubeatur: quia iura
mentum nō extenditur ad hunc caſum incogitatum: de quo
ſi tunc cogitaſſet, iuramētum fuiſſet temerarium.& hoc Pa
nor.in c.ſi verò, eo.tit. habet pro indubitato: quia in tāta ne-
ceſsitate tenetur quis proximo ſubuenire. diſt.lxxxvj. paſce.
Imò ſentit idem Panor.& valde bene, quòd tale iuramētum
non obliget, vbicunq; proximus verè indiget fideiuſsione, li
cet nō periclitetur eius ſalus, nec eleemoſyna ſit de neceſsi-
tate, niſi in neceſsitate extrema: qa licet hoc caſu fideiuſsio
nō ſit de pręcepto, eſt tamē de conſilio,& opus ex pietate fa

ciendum propter Deum & proximum:non poteſt autē quis obligari vt nō faciat opera pietatis & perfectionis:quia non eſt veriſimile quòd Deus talia iuramēta ſuſcipiat cōtra cōſi-
30 liū ſuū. ¶ Triceſimò quærit,† an obliget iuramētum puellæ quòd dote cōtenta nō habebit regreſſum ad bona paterna? Et dico quòd ſic,vt ſuprà dictū eſt in ti.Dos.in prin.Si tñ dolus interuenit,ita quòd non iuraſſet niſi dolus affuiſſet,tunc ſecus,vt s̄.eod.§.xix.Adde tñ quod ſingulariter no.Pan.in c. nō ſine.de arbi.vbi ponit regulā quòd quātumcūq; iuramentū prohibeatur quacūq; lege.etiā canonica vel diuina,tamen ſi nō continet in ſe peccatū,tenetur iurās obſeruare illud,licet peccauerit iurādo.Et facit pro hoc c.etſi Chriſtus.Vtrū autē mulier quæ facit donationē,& iurauit nō cōtrauenire. poſsit reuocare ſuperueniētibus liberis,ſuprà Donatio.j.§.xv
31 iij. ¶ Triceſimoprimò quæritur,† quomodo intelligitur illa authoritas.xxij.q.v.c.iuramēti. quòd Deus nō facit differentiā inter iuramentū & ſimplicē loquelā? Et dicit Pan.in ꝓœmio Decretaliū,prope finē,hoc eſſe quādo ſimplex loquela cōtinet perfidiā vel mendacium:vt quia venit ad decipiēdū. & intellige mēdacium pernicioſum.& ſic etiam ſentit gl.ibi quia,inquit,vtrūq; eſt mortale,licet alterum altero grauius. Sed tamē aduerte quòd textus non dicit illud,ſed dicit quòd Deus inter iuramētum & loquelam noſtram nullam vult eſſe differentiā:quia ſcilicet in vtroq; vult eſſe veritatem,vt patet intuēti. ¶ Vtrum etiam is,qui iurauit ſtare ſententiæ arbitri,poſsit petere reductionem ad arbitrium boni viri.s̄.Arbiter.§.v.Vide etiam ſuprà Familia.§.viij.de famulo qui iurauit reuelare domino fures.De Periurio,infrà ſuo loco.

## Rurſus de Iuramento quintò quātum ad relaxationem vel abolitionem.

1 *Iuramento quando liceat propria authoritate contrauenire.*
2 *Iuramentū an poſsit ſemper diſpenſari,vel abſolutio impēdi.*
3 *Epiſcopus an poſsit in iuramentis diſpenſare.*
4 *Papa qualiter ab epiſcopo differat in iuramēti diſpenſatiōe.*
5 *Iuramento quòd tenet,quando quis abſoluatur.*
6 *Iuramenti commutatio à quo & quando fiat.*
7 *Iuramentum à quo poſsit irritari.*
8 *Iuramentum an tollere poſsit ille,cui promiſſum eſt.*
9 *Iurantes inuicem,an ſibi iuramentum relaxent.& nu.10.*
11 *Iurans nō contrauenire vēditioni,an dicere poſsit ſe deceptū.*
12 *Iuramento per dolum extorto an liceat propria authoritate contrauenire.*
13 *Iuramenti abſolutio an petatur poſt periurium.*
14 *Iurās ſoluere vſuras an petere poſsit abſolutionē ante quàm ſoluat.*
15 *Iuramenti relaxatio an fieri debeat parte vocata.*

IVRAMENTVM quintò cōſiderari pōt quātū ad eius ablitionem,quæ quidem locum non habet vbi manifeſte iuramētum nō obligat:quia tunc poteſt,qui iurauit,propria authoritate contrauenire,vt patebit:ſed ſolum vbi per iuramētum cōtrahit verè vel apparenter obligatio:quæ alicuius authoritate aut voluntate aboleri aut relaxari poteſt. Hoc autem fit quatuor modis.primò ſcilicet abſolutione ſuperioris.puta epiſcopi vel papæ:& ſecundò,cōmutatione boni melioris:& tertiò,irritatione gubernatoris:& quartò,relaxatione creditoris.de quibus omnibus ſtatim patebit. ¶ Pri-
1 mò igitur quæritur,† vtrū & quādo poſsit quis contra ſuum iuramentum propria authoritate cōtrauenire? dico duo:vnū ſcilicet in genere,aliud in ſpecie. ¶ Quantum ad primum vt colligo ex Inn.in c.cū quidā.de iureiu.dico quòd quando dubium eſt an iuramentū ſit obligatorium necne,nemo cōtrauenire poteſt ſine authoritate ſuperioris:nec iudex ſecularis in eo caſu poteſt ſe intromittere,ſed remittere debet ad eccleſiaſticum.ita no.Pan.in c.cum contingat.eo.ti. Quando verò nō eſt dubiū de eius obligatione,ſed certum eſt quòd nō obligat:tunc ſi ſeruari poteſt abſq; aliquo diſpendio ſalutis: debet peti abſolutio ꝓpter reuerentiā ſacramēti.quod Pan. in c.cum quidam.eod.tit.dicit verum,non quantū ad neceſſitatē,ſed ſolū ne notetur de trāſgreſsiōe iuramēti,id eſt, ratione ſcādali.& ita tene.Si verò ſit in diſpendiū ſalutis:vt quia derogat charitati vel eius perfectioni,vel diſponētibus ad illā,poteſt homo propria authoritate cōtrauenire. Conſonat autē S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.ar.ix.ad tertiū,dicēs quòd in dubijs debet peti abſolutio,quam epiſcopus poteſt impendere:ſed quando manifeſtè iuramentū repugnat iuſtitiæ:vt quia iuratum eſt illicitū,puta homicidiū:vel impeditiuū maioris boni,puta nō intrare religionē:nō eſt opus diſpenſatiōe:ſed in primo caſu tenetur quis nō ſeruare iuramētū:in ſecūdo ſeruare poteſt,& non ſeruare. ¶ Quantū ad ſecundū,cum dictum ſit iuramentū vergere in peiorē exitū ſex modis.primò,ſi iuratur aliqd mortale.ſecūdò,ſi veniale.tertiò,ſi indifferēs qd ex circūſtantia poteſt fieri mortale,aut veniale.quartò,ſi excluditur aliquid fiendum ex charitate.quintò,ſi excludit opus de genere bonorū.ſextò,ſi excludit qd indifferēs pia intētione faciēdū:vt ſuprà Iuramētū.iiij.§.j.Cū in quātū ſic dictum ſit,dicit Monal.quòd in tribus primis caſibus pōt quis ꝓpria authoritate cōtrauenire:ſed imponēda eſt tali pœnitentia ꝓ temerario iuramēto.in reliquis autē tribus quāuis huiuſmodi iuramēta nō ſint obligatoria,nec imponēda ſit pœnitētia ꝓ trāſgreſsione eorū tanquā pro mortali:non expedit tamē propria authoritate cōtrauenire:niſi propter vrgētem neceſsitatem,tum propter reuerentiā iuramēti:tum propter ſcādalū.hæc ex illo.Quē tñ intellige iuxta diſtinctionē primi dicti,id eſt,in generali,ſcilicet de certo & dubio:quia in omnibus his ſex caſibus poteſt quis authoritate ꝓpria cōtrauenire,ſi certū eſt quòd iuramentū nō liget.Adde etiam quòd ſecundū Inn.in licitis licet ex iuſta cauſa ꝓpria authorite cōtrauenire vrgēte neceſsitate,ſi non poteſt haberi ſuperior,à quo petatur abſolutio.s̄.Iuramētū.iiij.§.viij. ¶ Secūdò quæritur,† vtrū in iuramentis poſsit diſpēſari ſemper vel impendi abſolutio? Et dico ſecundū S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.& omnes doctores,ꝙ in iuramento promiſſorio aliquando,in aſſertorio verò nunquā diſpēſari poteſt.quorū omniū rationē vide ibi. Vtrū aūt ſemper diſpenſari poſsit in promiſſorio per aliquē hominē.Sum.Roſ.recitās Dir.in li.ij.dicit quòd ſi quis iuret aliqd licitè & honeſtè ſeruabile,nec ſubeſt cauſa: papa illud mutare nō debet.ſi tamē abſoluat aliquem,tenet abſolutio:quia eſt ſupra ius poſitiuum.etiam cōtra ius diuinum poteſt diſpēſare,dum tamen contra Euāgeliū vel articulos fidei nō diſpēſat.hæc ille.Et ſic ſecūdū hoc ſemp fieri poſſet abſolutio à iuramēto ꝓmiſſorio de plenitudine poteſtatis papalis.In quibus paucis verbis ſunt multæ falſitates. Prima ſcilicet quòd papa poſsit diſpēſare,licet nō debeat,in iuramēto licitè & honeſtè ſeruabili,ſine cauſa.Secūda,quòd obſeruatio talis iuramēti ſit de iure poſitiuo. Tertia ꝙ plus poſsit papa diſpēſare cōtra vetus quàm cōtra nouū teſtamētū.Quarta,quòd plus poſsit diſpēſare circa omnia ſacramēta,quàm circa articulos fidei.Sed cōtra primam & ſecūdam adduco Sanct.Thom.ij.ij.vbi ſuprà,ſic dicentem: Diſpenſatio in iuramento nō ſe extendit ad hoc quòd aliquid contra iuramentum fiat:quia hoc eſt impoſsibile, cum obſeruatio iuramenti cadat ſub præcepto diuino, quod eſt indiſpenſabile:ſed ad hoc vt id, quod ſub iuramento cadebat, ſub eo non cadat,quaſi non exiſtens debita materia iuramēti,ſicut de voto dictum eſt.hæc ex illo.Nec eſt verum quòd in caſu



nientes.eod.titul. dicatur in omni iuramento authoritas ſuperioris excepta:ſed ſuperioris ius. Et ideo Pauorm.in cap. quanto.extra eod.quando iuramentum ex omni parte licitum eſt,ſcilicet tam ex parte iurantis quàm iuramentum recipientis,& materiæ:reſpondet cum diſtinctione dicens:Aut tale iuramentum fuit præſtitum per inferiorem in materia ſpectante principaliter ad papā: vt ſi iurauerint canonici nō recipere aliquem in canonicū vltra numerum talē : & tunc poteſt papa abſoluere à tali iuramento ſine cauſa: quia in tali iuramēto intelligitur excepta authoritas papæ : vt in cap. venientes.eodē titul.& hoc ibi not.Hoſtien. Aut fuit præſtitum in alia materia:& tūc aut materia,in qua præſtatur,eſt ad honorem Dei principaliter: puta ꝓ fabrica eccleſiæ vel religionis ingreſſu:& ſic ſine cauſa nullus poteſt abſoluere niſi Deus.Et ſic intellige Ioan.Andr.poſt Vincent.in cap.ij. de ſponſa. quia papa nō poteſt remittere obligationē Deo quæſitā ſine cauſa.xxiiij.q.j.manet.xxij.q.iiij.ſi is qui.& multo minus poteſt abſoluere ſeipſum. de iure patro.ꝑ veſtras. Si tamē aliū abſoluit , præſumit in dubio abſolutus quo ad eccleſiā militantē. Si autē ſubeſt cauſa:papa poteſt abſoluere:vt in c.ſi verò.eo.tit.imò & epiſcopus.ſicut & votū cōmutare:vt dicit Inn. & in c.debitores. & Pan.in c.cū contingat. eo.tit.qui etiā poterit interpretari ſecundū dom. Ant.in d.c. quāto.& Spe.in tit.de delegato.quādo ſcilicet dubitatur de eius validitate,& alijs dubijs.Quæ autem ſit inter papam & epiſcopum differētia,dicetur §.iij.& iiij.Eſt autē iuſta cauſa ſcandalum vitādum, ſecundum Innocent.in cap. venerabilem.de elect.& gloſſ.in cap.quanto.de iureiuran. vel cum maior vtilitas imminet in commutatione:vt no.Innocen,in dicto cap.debitores.& eſt tex.in c.peruenit.el ij.eo.tit.vel ſecundum Direct.ſi malum exemplū prorogetur in multos: vel quæcunque alia eorum arbitrio iudicanda,meo iudicio. de quibus cauſis in cap.nos ſanctorum.xv.quæſt.vj.& cap.authoritatē.Aut materia,in qua eſt præſtitum, nō pertinet ad papam,nec ad honorem Dei,ſed cōmodum hominis : & ſic papa ſine cauſa remittere non poteſt:vt not. Archid.in cap. authoritatem.xv.quæſ.vj.ſed poteſt ex cauſa:vt in cap.quan-
3 to.extra eo.& in cap.ij.de voto. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum epiſcopus poſsit in iuramentis diſpenſare? Et dicit Rayn. quòd idem iudicandum eſt de abſolutione à iuramento & à voto.& gloſ.eius dicit quòd non ſolùm papa,ſed etiam epiſcopus diſpenſare poteſt in iuramēto,ſicut & in voto.Et ſecundum Sanct.Tho.ſecunda ſecundæ.q.lxxxix.art.ix.ad tertium, diſpenſare poteſt quando dubium eſt,vtrum id,quod ſub iuramento cadit,ſit licitum vel illicitum,proficuum vel nociuū,aut ſimpliciter,aut in aliquo caſu:& intellige à fortiori ſi ſit manifeſtum.Si autem ſit manifeſtè licitū & vtile: non videtur,inquit,habere locum diſpenſatio vel commutationi ſi aliquid melius occurrat ad communē vtilitatem faciendum.quod maximè videtur pertinere ad poteſtatē papæ:qui habet curā vniuerſalis eccleſiæ. hæc ille cuius mens eſt quòd iuramentum licitum ex omni parte,ſcilicet iurantis eſt eius cui iuratur,& materiæ,ſit in diſpenſabile: & vtile ſit incōmutabile,niſi occurrat vtilius ad commune bonum: quod ſi ſit bonum diœceſis,commutabit epiſcopus alioquin papa.vt innuit illud verbum,maximè . Igitur in iuramento manifeſtè licito.ſcilicet ex omni parte,epiſcopus non diſpenſat,ſed papa:& hoc ex cauſa.Sed ſi ſit turpe ex parte iurātis vel materiæ,vel ex parte recipientis,poterit diſpēſare. vnde ſecundum Innocent.diſpenſat in iuramētis,ſi ſunt dolo,metu,aut vi extorta.Et ſecundum Panormit. in cap. j. de iureiurand.ſi notoriè conſtat de turpi receptione,poterit diſpenſare abſque hoc quod citet ſuſcipientem , vel cogat relaxare: puta ſi quis metu exegit iuramentum ſuper eo,de quo aliàs etiam de iure tenetur: vt exemplificat idem Panor. in cap.ad noſtrā.el iij.eod. titul. ¶ Quartò quæritur,† quæ diſ- 4
ferentia in diſpenſando ſit inter papam & epiſcopum? Et dicit Archid.poſt Pan. ꝙ papa hoc pōt reſpectu totius orbis: epiſcopus verò reſpectu ſuæ diœceſis. Itē ille poteſt reſpectu magnarū perſonarū,& in multum dubijs: quomodo poteſt intelligi c.venerabilē.eo.tit.Iſte verò hoc poteſt in alijs. Item,vt dicit Panor. in c.propoſuit.de conceſ.præbē.epiſcopus non liberat ex toto à voto,ſed cōmutat in cauſam magis acceptam.extra de voto.cap.j.quod intellige quando votum tenet, & ligat:papa autē pōt ex toto liberare , quemadmodum ipſe Deus.Sed de hoc tertio infrà Votū.iiij.§.iij. Inferior autem epiſcopo nō habēs epiſcopalem iuriſdictionem,non poteſt à iuramēto abſoluere,ſicut nec in voto diſ-
penſare:vt not.in c.j.de voto. ¶ Quintò quæritur,† vtrum li- 5
citè quis poſsit petere abſolutionem à iuramēto in caſu in quo tenet.Et Panor.in c.cum contingat.eo.tit.reſpondet cū diſtinctiōe.Nam aut iuramentū cōtinet turpitudinē ex parte ſuſcipientis,maximè concurrēte materia turpi,ſuper qua præſtatur:ex parte iurātis nullo imminēte peccato:& ſic poteſt peti abſolutio nō obſtante cōtradictione aduerſarij.& caſus eſt in c.debitores.eod.tit.Aut iuramentū nullam aliā turpitudinem habet,niſi quia eſt cōtra legē præſtitum: & in hoc diſtingue.Aut enim lex reſiſtit propter fauorē Reipublice principaliter: & non eſt neceſſaria abſolutio:quia iuramentum nō valuit:de foro comp.ſi diligenti.Aut reſiſtit principaliter propter fauorē iurantis,licet ſecundariò in fauorē publicū,vt in muliere,minore,& huiuſmodi:& tūc ſi ſeruari poteſt ſine diſpēdio ſalutis,abſolutio peti nō poteſt. c.ſi verò.cū ſimilibus.eo.tit.quod intellige quādo ſine dolo , vi, aut metu,ſed ſponte & ſcienter eſt iuratum.Si verò iuramētum ſit in contractu,& datur enormis læſio: licet iurauerit nō cōtrauenire,petere tamē poterit abſolutionem:quia præſumitur dolus.l.omēs.§.Lucius.ff.de his quæ in fraud cred. & l.qui teſtium.ff.de probat.& quia nihil intereſt vtrū interueniat dolus à propoſito,vel re ipſa.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.oblig.& quia verba iuramenti debent intelligi ciuili modo,ſcilicet quòd nō contraueniat vlla ratione vel cauſa. exceptis grauibus læſionibus.ar.l.creditor.§.Lucius.ff.manda.intellige niſi ſciēter iuraſſet:quia ceſſat dolus,& re ipſa, & ex propoſito:ideoq; nō poterit.Sic etiam ſi non intellexit enormem læſionem:licet dixerit nō cōtrauenire neq; paruæ neque magnæ,vt ponunt notarij:nō propterea prohibetur quin poſsit petere abſolutionem.de quo vide ſuprà Ar-
biter.§.vij.circa finem. ¶ Sextò queritur,† vtrum & à quo in 6
iuramento poſsit fieri commutatio.Et dico quòd de hoc in c.peruenit.ſummatim dicitur quòd nō deierat qui iuramēti complementū in melius commutat Circa quod Pan. ibi ſic diſtinguit.Nam iuramentū aut concernit vtilitatem priuatam,aut honorem Dei.Si cōcernit vtilitatem priuatam cōmutari non poteſt,etiam in melius,ſine conſenſu eius, cui præſtitum fuit:nec in hoc prodeſt ſuperioris authoritas. ex hoc quod not.in c.quanto.eo.tit.& per Inno.in cap.cum inter.de renunt.Pro quo etiā facit,quia debitor vnā rem etiā meliorem pro alia inuito creditore ſoluere non poteſt.Inſtit.quibus mod.tol.ob.in prin.Si verò cōcernit honorē Dei, requiritur ſuperioris authoritas in commutatione, ſecundū Ant.ſi dubium eſt vtrū illud,in quod vult quis cōmutare,ſit maius bonū.Et idem ſi euidēter eſt maius bonū:ſed obſeruatio eius quod iurauit non impedit illud vel turbat : puta, quia iurauit adire S.Antoniū.& nūc vult adire Sepulcrū,pōt enim implere primum.& poſtea ſecundū:quia requiritur ſu

perioris authoritas ſaltē epiſcopi:qui ſicut votū,ita & iura-
mentū poteſt cōmutare,ſecundū Inn.in c.debitores.e.tit.Si
verò ſeruari non poteſt iuramentū ſine perturbatione vel
deſertione maioris boni,ꝓpria authoritate cōtrauenire po-
teſt,ſecundū d.Ant.ſicut ſi iurauit adire Sepulcrū,aut cōtra
here cum aliqua:poteſt ꝓpria authoritate intrare religio-
nem:quia pro tēporali obſequio impēdit domino perpetuā
ſeruitutē.ar.de vot.ſcripturæ.Sed not.ꝙ ſi nō ſit ad honorē
Dei,nec priuatā vtilitatē,ſed ꝓpter bonū cōe:idem videtur
ſicut ſi eſſet ad priuatā vtilitatē: quia cōmutari non poterit
ſine cōſenſu eius qui habet curā boni cōmunis. ¶Septimò
7 quæritur,† vtrū aboleri poſsit iuramētū per irritationē gu
bernatoris ſeu domini?Et dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.ꝙ ad v-
numquēq; pertinet irritare,id eſt annullare iuramentū à ſi-
bi ſubditis factū,circa ea quæ eius poteſtati ſubdūtur: ſicut
poteſt pater irritare iuramētū puellę,& vir vxoris,vt dicitur
Numer.xxx.quod ſecundū Veruec. videtur intelligendū in
his quę nō pn̄t fieri ſine ſcādalo & pręiudicio virorū. Et idē
ſecundū Arch.de filijs & ſeruis videtur.¶Octauò quęritur,
8 † vtrū ille,cui iurādo aliquid promittitur,poſsit abolere iu-
ramentū relaxādo illud.Et dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxxix.ꝙ ſi ꝓ-
miſſum erat aliquid pertinēs ad eius vtilitatē: puta ſeruitiū
vel pecunia:qa intelligitur ei ſoluiſſe ꝓmiſſum, quādo fe-
cit Deo ſecundū eius voluntatē.Siverò promiſſum pertinet
ad honorēDei velvtilitatē aliorū:vt religionis ingreſſusvel
opus pietatis:tunc abſoluere nō poteſt ille cui promittit:qa
promiſsio nō eſt facta illi principaliter,ſedDeo:niſi fortè ſit
interpoſita cōditio,ſi illi videbitur cui promittit:vel aliquid
9 aliud tale cōcor.Hoſ.&Ray.¶Nonò quæritur,†quid ſi duo
vel plures ſibi inuicē aliquid ſub iuramēto promittūt?Et di
cit Io.An.in c.ij.de ſpō.& Ioā.de Lig.in cle.j.de vſur. ꝙ pn̄t
ſibijnuicē relaxare iuramētū quod cōcernit vtilitatē iuran-
tiū tantū:ſecus ſi cōcerneret cultūDei,vel religionē,aut pie
tatē:puta,quia iurauerūt ingredi religionē,dicere duo pſal-
teria ꝓ inuicē,vel quòd de ſuo lucro dabūt certā partē pau-
pibus:quia hmōi ſibi remittere nō poſſunt.Similiter nec ſi
iurauerūt id,ad qđ tenebātur:puta, quòd nō faciāt furtum
quòd nō falſificabūt merces.Similiter nec ſi iurauerūt face
re non facere aliquid ſimpliciter, quod nō pertinet ad eum
cui iuratur:vt quòd nō negotiabūtur,vel nō facient talē ar-
tē:ſi tamē tale iuramentū reſpiciat incōmodū alterius,pu-
ta cōmunitatis vel aliorū,nō valeret, vt dictū eſt.Similiter
nō tenetur quādo iurādo de aliquo faciendo vel nō faciēdo
intēdebat quòd ille,cui iuratur,ſimiliter faceret,quia ſi ille
nō ſeruat:nec iſte tenetur.cōcor.per omnia Direc. facit qđ
no. Ho.Inn.& Ber.in c.peruenit.el ij.& facit c.ſicut.el iij.de
10 iureiu.¶Decimò,†quid ſi duo habētes mēſurā vel ſtateram
cōmunitatis,quā conſueuerāt portare ad vendentes,& inde
mercedē recipere,iurauerūt ſibijnuicē eā de cętero nō por-
tare?Et dicit Veruec.ꝙ ſi ex hoc multū damnificati ſunt,vt
qa ꝓuiſum eſt de alia mēſura, nō poſſent authoritate pro-
priavenire cōtra iuramētū,ſi fortè ex hoc ad extremā neceſ
ſitatē deuenirēt,vel nullo modo habere poſſent vn̄viuerēt:
epiſcopus tamē abſq; tāta neceſsitate poſſet iuramentū in
melius cōmutare,cū nulli ſit vtile, ſed aliquibus dānoſum.
Et ſi alter eorū periurat portādo,reliquus nō tenebitur iura
mēto,ſi intēdebat iurare ſub cōditione ꝙ alter ſeruaret iu-
ramentū:tenebitur verò,ſi iurauit abſolutè:& ſi neſcit quo-
modo iurauit vel intēderit,tunc ſi emolumentū erat cōmu-
ne,nihilominus tenetur:quia nullū ex hoc fit ei præiudiciū.
Si verò emolumentū eſt ſolùm portātis,tunc benignius eſt
interpretandū,ſcilicet quòd fidem nō ſeruanti nō promiſe-
rit cum dāno ſuo & lucro alterius:quia generaliter ſecūdū
Hoſtien.&Ber.ſi duo aliquid inuicem ſibi iurarunt:vno non
ſeruante,alius non tenetur.extra eod.ſicut.el iij.niſi illud eſ
ſet in honorē Dei,puta dicere pſalterium pro inuicē,vel cer
tam eleemoſynā elargiri, ſuprà Iuramentū.iiij.§.ij.¶Vnde
cimò quæritur,† vtrum venditor iurans non contrauenire
venditioni,& nunc dicens ſe deceptum vltra dimidiam,de-
beat audiri?Et dicit gloſſ.in cap.cū cauſa.de empt. & vend.
ꝙ nō,ſi eſt maior:ſecus autē ſi minor:quia per tale iuramē-
tum non excluditur niſi beneficium ætatis, non autem q
renuntiet iuri communi:vnde poſſunt agere ad ſupplemen
tum pretij,aut venditionis reſciſsionē,niſi iuraſſet rem aut
pretium nō repetere,eo quòd vltra dimidiā eſſet deceptus:
quia tunc vtraq; via eſſet illi præcluſa propter iuramētum.
Addit tamen Panor.ibi,quòd ſi minor eſſet enormiter læ-
ſus,poſſet petere abſolutionē à iuramēto,etiam ſi interue-
niſſent verba magis ſpecifica,vt quia dixit ſe velle donare
totum quod plus valebat etiā in magna quantitate:quia in
minore pręſumitur deceptio:arg. c. ſi quis cū ſciret. ff.pro
emp. Et idē credit de maiore,vt poſsit petere abſolutionē ra
tione enormiſsimæ læſionis,intelligendo quòd nō donaue-
rit quod plus valebit:quia non præſumitur in tanta quanti-
te donatio,ſed deceptio.hæc ille ibi.ſi tamē præſumeretur
donatio,ſecus. ¶Duodecimò quæritur,† vtrum poſsit quis
propria authoritate venire contra iuramentum extortū do
lo?Et Archid.poſt Panorm.diſtinguit.Nam ſi iuramentum
venit ſuper contractu reprobato,poteſt:vt ſ.Iuramentū.iiij.
§.viij.Si verò iuramentum non venit contra diſpoſitū à iu-
re:diſtinguendum eſt:quia ſi tantus eſt dolus quòd excedit
mentem iurantis,puta quia eo ceſſante non iuraſſet:ſimili-
liter poteſt:arg.per id quod not.Ioan.And.in cap. vnico.de
commo.de quo etiā vide in d.§.viij.Si verò dolus non excedit
dit conſenſum,vt quia non dat cauſam cōtractui.requiritur
abſolutio,quę præſtari debet nō obſtante cōtradictione ad-
uerſarij,propter eius turpitudinem & dolum.Et ſimiliter re
quiritur vbi interuenit metus,qui in odium aduerſarij metū
inferentis faciliter debet impendi:vt in c.verum.eo.ti.nō ſo-
lùm ſi metus cadebat in conſtantem virum:vt vult ibi glo.
ſed etiā ſi metus fuit vanus,ſecundū Hoſt.quod magis pla-
cet Panor.in odium cogentis,ne commodū ex ſuo dolo re-
portet.Sed intellige quando iurans intendebat ſe obligare,
aliàs propria authoritate conuenire poteſt, iuxta prædicta.
¶Decimotertiò,†quādo turpitudo reperitur ex parte reci-
piētis iuramentū,ita quòd locus eſt petitiōi abſolutionis,ſed
iurans antequā abſolueretur incidit in periurium,quæritur
vtrū poſsit abſolutionē petere ſicut ante periuriū?Et dicit
Arch.poſt Pan.extra eo.c.j.quod aut iam eſt elapſus termi-
nus ſolutionis:&nō debet audiri:qa fruſtra implorat legis
auxiliū qui cōmittit in legē, de vſuc.quia fruſtra.Et hoc ſen
tit Feder.cōſil.cclxxxviij.& hoc nō pſeueret in periurio:ſed
debet ſoluerevſuras.& poſtea repetere:vt in c.debitores.ex-
tra eod.ſi verò nō eſt elapſus terminus,ſed mora cōmittitur ex
ſola interpellatione:ſic inſtante termino ſolutionis peti nō
poteſt relaxatio à iuramento, ne in termino incidat in per-
iuriū ſecundū Io.And.& ſic ſolùm poteſt petere relaxatio-
nem antequā cōſtituatur in mora ſolutionis.Sed non placet
do.Anto.dictum Feder.ſcilicet quòd audiri nō debeat per-
iurus relaxationem petens:quia cum eſſet obligatus ad ſol
uendū in termino,&ad ſoluendū ſimpliciter,quatenus rema
neat obligatus poſt terminū poteſt petere relaxationem.
quodPan.putat verū ſi nō perſeuerat in peccato:licet inci-
derit in periuriū,de quo eſt ſibi pœnitētia imponenda:ſecus
ſi in peccato perſeueret.¶Decimoquartò quæritur,† vtrum
iurans.ſoluere quod alter turpiter accipit,puta vſuras,poſsit
petere abſolutionem ante ſolutionem?Et dicit Archid.poſt
Panor.in c.j.eod.tit.quòd ſi ſimpliciter iurauit ſoluere vſu-
ras,tunc habet plura remedia.¶Primū, vt ſoluēdo impleat
iuramentū,deinde repetat.extra eod.debitores. ¶Secūdum
vt petat creditorē compelli ad relaxationem iuramenti: vt
in d.c.j.& hoc niſi inſtaret terminus ſolutionis, ita quòd ex
mora incideret in periuriū:quia tunc nō audiretur:ſed prius
ſoluat,& poſtea repetat.& idē ſi terminus eſt elapſus.¶Ter
tium,vt petat abſolutionem ab epiſcopo.quod quidē reme
dium Innocen.putat eſſe ſubſidium ſubſidiarium,id eſt,non
valens niſi ſeruato ſecundo remedio.& conſentit Ioan.And.
ſed do.Ant.tenet quòd ſit ſubſidiū,id eſt,valens per ſe. quod
magis placet Panor.quia ſi epiſcopus abſoluit à iuramento
metu præſtito,nec eſt neceſſe recurrere ad iuramentum
recipiētē,vt in ca.ad aures.extra de his quæ vi metúsue cau.
ſi.multo magis in caſu iſto. ¶Quartum, vt conuentus exci-
piat,ſe non teneri ad obſeruantiam iuramenti,cum ipſe cre
ditor propter ſuam turpitudinem illud relaxare teneatur,&
illud relaxari petit quod tamen facere debet ante terminū
ſolutionis elapſum.¶Quintum:vt iudex ex officio ſuo com
pellat creditorem,reſiſtere ab vſurarum exactione. Si verò
iurauit ſoluere,& nullam ſuper hoc querimoniam mouere,
vel iudici denuntiare,tunc habet etiam plura remedia.¶Pri
mum,vt ſoluat,& poſtea repetat:quia non iurauit nō repe-
tere:& hoc iuramentum eſt ſtrictè intelligendum:vt in cap.
ad audientiam.de his quævi met.&c.ſed hoc ego non appro
bo:quia virtualiter,& ſecundum ſuam mentem iurauit non
repetere,ſi non mētiebatur.¶Secundum,vt denuntiet eccle
ſiæ:quia nullum iuramentum obligare poteſt, quin poſsit
quis eccleſiæ denuntiare criminoſum:vt in cap. quemadmo-
dum.eod.tit.quod Panor.poſt Hoſtienſ. videtur limitare vt
denuntiet,ſi videt intentionem ſuam ſuper ſalute proximi
fundatam,& nō ſuper intereſſe ſuo principaliter:quia obſta
ret illi iuramentum.Sed ego dico de mente Sācti Tho.eſſe,
quòd hoc poſsit intendens principaliter ſuum intereſſe:quia
ex quo iuramentum nullum eſt, illud me non adſtringit ad
hanc intentionem vel illam.¶Tertium eſt vt faciat ſe abſol
uere ſine citatione creditoris,ſecundū Ioā.And. quod Pan.
non placet:quia hoc implicitè querela continet,quam abiu-
rauit.Sed ego dico quòd iuramentum non querulandi non
valuit,cùm ſit contra publicam iuſtitiam.Quartum eſt, vt
iudex ex officio ſuo compellat creditorem relaxare iuramē
tum,vel ab exactione deſiſtere.Si verò iam ſoluit vſuras,po
teſt repetere:quòd ſi iurauit nō repetere vel querulari,ſem-
per remanet ſibi via denuntiandi,quæ per iuramentū exclu
15 di non poteſt.¶Decimoquintò quæritur,† vtrū vocanda ſit
pars aduerſa,cum quis petit relaxari ſibi iuramentum factū
ad inſtantiam eius?Et dicit Archid.poſt Panor.quòd ſi iura-
mentum continet aliquam vtilitatē ex parte recipientis:re-
laxari non debet, niſi vocata parte: quia nihil fieri debet in
præiudiciū abſentis.de cauſ.poſſeſ.c.j.& ſi aliter fiat,abſolu
tio non valet.quod tamen limitat,niſi notorie conſtet iura-
mentum cōtinere turpitudinē ex parte recipientis,ita quòd
parti abſenti certum ſit nullam defenſionē cōpetere in hoc
quo caſu valet abſolutio parte non vocata.ad quod c.bonę.
de elect.Sed ſi non conſtet manifeſtè de turpitudine:vt quia
nō cōſtat quòd iurauerit ſoluere vſuras:puta quia cōtractus
erat ſub forma licita conceptus.& ſic non poteſt conſtare de
turpitudine ante finem termini: vel propter abſentiā partis
vel quia terminus inſtabat: tunc non fiet abſolutio parte nō
vocata:vt in c.debitores.eod.tit.do.autem Ant.dicit quòd ſi
tanta ſit turpitudo ex parte recipientis iuramētum, quòd ei
nulla actio acquiratur, nec contractus iuramēto firmetur,



non eſt neceſſe partem vocari:quia nullum poteſt intereſſe
prætendere:ſed ſuppoſito quòd debeat pars vocari,ſi tamen
abſolutio fiat parte nō vocata,tenet:ſicut dicitur de abſolu-
tione ab excōmunicatione.quod ego verū puto quādo iura-
mentū iuſtè petebatur relaxari:aliàs ſecus, niſi eo caſu quo
relaxans poſſet de iure partis auferre,& dare alteri parti.

1 *Iuriſdictio quid & quotuplex ſit.*
2 *Ordinariam iuriſdictionem quæ donent.*

IVRISDICTIO ſecundū Azo.†eſt poteſtas de publi- 1
co introducta cum neceſsitate iuriſdicendi vel æquitatis
ſtatuēdæ. & dicitur iuriſdictio quaſi iuris dictio à iure di
cendo:& eſt facultas quædā cōceſſa ei qui iuri dicendo prę-
eſt,qua commiſſa, intelligūtur omnia conceſſa,ſine quibus
explicari nō poteſt.ff.de iuriſd.om.iud.l.ij.Secundū Herueū
ſic deſcribitur:Iuriſdictio eſt,qua præſidēs alicui reipublicę
poteſt dicere ius ſtatuēdo,ſententiādo vel cum obligatione
ſubditorum ad habendum id,quod dicitur pro iuſto. Iuriſdi-
ctionum quædam eſt ordinaria,& quædam delegata.† Or- 2
dinariam dant quatuor. Primò lex inanimata vel canon: &
hoc in dubio:ſecus ſi appareat quòd velit delegatā.Secūdò
lex animata:vt papa vel Imperator,& nō inferior: niſi epi-
ſcopus ſuo vicario.Tertiò,conſuetudo.Quartò, vniuerſitas
approbata.vt mercatorū,cerdonū,& aliorū artificū,qui poſ
ſunt de ſuo corpore creare & eligere iudicē ordinarium:&
ſimiliter vniuerſitas facultatū artiū vel legiſtarū:de quo no.
in c.cum ab eccleſiarū.de offic.ord.Item alia eſt plena,ſcili-
cet ſolius principis:alia ſemiplena,ſcilicet aliorū à principe.
de quo vide C.eod.tit.l.iij.Item quædam eſt volūtaria,quā-
do ſcilicet nemo ſe opponit:quæ exerceri poteſt omni tem
pore & loco.ff.de adop.l.emancipari.quædā contentioſa,ſci
licet quādo litigatur,quæ expediri non poteſt à iudicè pro-
cedente ſeu ſedente nō pro tribunali,nec diebus feriatis,nec
de nocte.iij.q.iij.ſpatium.de offic.deleg.conſuluit.

1 *Ius quid.*
2 *Aequitas quid.*

IVS dictum eſt† quaſi iuſtum.diſt.vij.c.ius autem.& ſecū-
dum Iſid.v.Etym.cuius multas ſignificationes ponit Io. 1
And.de re iud.in princ.lib.vj.& Sanc. Tho. ij.ij.q.vij. art.
j.& in propoſito ſumitur prout eſt pars boni & æqui: cuius
merito quis nos ſacerdotes appellat, id eſt, ſua iura cuilibet
miniſtrantes,ſeu ſacrorū præceptorū miniſtros.ff.de iuſtit.
& iur.l.j.ij.reſpōſo.& eſt quid mediū inter æquitatem. & ri-
gorē. Eſt autē rigor exceſſus ſiue auſteritas iuris aliquoties
ad terrorem ſcriptus, qui ſeruandus nō eſt niſi vbi timetur
exemplū mali.diſtin.xlv.ſed & illud.quandoq; tamen ſumi-
tur alijs modis:vt j.Rigor.† Aequitas verò eſt iuſtitia dulco- 2
re miſericordiæ temperata:& hanc iudex ſemper debet ha-
bere præ oculis.ff.de eo quod certo loc.l.quod ſi Epheſi. &
diſt.xlv.diſciplina.& diſt.50.ponderet.quia melius eſt de mi
ſericordia quàm de ſeueritate reddere rationē.xxvj.q.vij.al-
legāt.quodRay.intelligit niſi ex cauſa iuſta ſeruetur rigor,
aut fiat diſpenſatio.Et quia iura humana ſemper intendunt
cum miſericordia punire:quia deriuātur à diuino:ideo æqui
tas etiam in ipſo rigore ſeruanda eſt,quando expedit: vnde
proprium eius eſt diſcedere à verbis legis ſeruata eius inten
tione:vt ſuprà Aequitas,dictum eſt.Vide autē multa de iure
canonico & ciuili infrà Lex. Diuiditur autem ius naturale,
gentium,ciuile,& publicū:de quo vide diſt.j. per totum. &
ff.de iuſtit.& iure.per totum.Vtrum autem valeant ea, quæ
fiunt contra ius,vide infrà Lex.§.vlt.

IVSIVRANDVM,vt dicit Pan.extra eo.in rub.& Iura-
mentū & Sacramentū ſunt ſynonyma, id eſt,idē ſignifi-
cantia,vt ibi probat.Dicitur verò iuſiurandū, ſecundum

aliquos,vt not.in authen.ſacramenta.C.ſi aduer. vendi. quia ius ponitur pro expreſsione verborum. quod non placet ibi Petro & Cyno:& dicũt quòd multa ſunt neceſſaria vt iuridice iuretur:vt ſit ſenſus cùm dicitur de iurando iure, id eſt, iuramento iure facto.& dicit Hoſtien.in Summa eod.tit.§. j.quòd melius diceretur de facto iurato, vel de iure, iurato. Eſt autem multiplex,iuxta dicta ſuprà Iuramentum . j.§.ij.

## De Iure patronus & Patrono.


1 *Ius patronatus quid.*
2 *Patronus quibus modis quis fiat.*
3 *Patrono quale & quotuplex ius acquiratur*
4 *Patronus an poſsit aliquid exigere in recognitionem.*
5 *Ius patronatus quomodo tranſeat ad hæredes vel legatarios.*
6 *Ius patronatus quomodo vendatur & confiſcetur.*
7 *Præſentatio & inſtitutio qualiter & quando fieri debeant.*
8 *Patronus qualem præſentare debeat.*
9 *Patronus quando poſsit præſentando variare,& quis præſentatorum præferatur*
10 *Patronatum ſi duo contendant,qualiter inſtituet epiſcopus.*
11 *Patronus qualiter debeat præſentare.*
12 *Patroni vnius contemptus an impediat inſtitutionem.*
13 *Patroni plures ſi in præſentando diſcordent,quis præferatur.*
14 *Patronorum maior pars qualiter ſit accipienda.*
15 *Præſentare qui ſint idonei.*


1 IVs patronatus † à iure & Patrono dictũ multipliciter in iure nominatur.Dicitur enim quandoq; aduocatio.extra eod.quia clericus.quandoq; vicedominatus vel cuſtodia ſeu guardia:extra eod.preterea.quãdoq; ius frequentationis vel cõfeſsionis.xvj.q.vij.piæ mentis. & cap.Frigentius. quæ nomina pro eodem ſupponunt.de ſtatu monac. in ſingulis. §.fin. Eſt igitur ius patronatus,ſecundum Hoſtienſ.poteſtas præſentandi inſtituendum ad beneficium eccleſiaſticũ.intellige ſimplex & vacans ſecundum Ray.Gofred.Innocent. & Bern. Vel eſt ius honorificum,oneroſum,& vtile, alicui cõpetens in eccleſia: pro eo quod de conſenſu diœceſani eam fundauit,conſtruxit,vel dotauit ipſe,vel is,à quo cauſam habuit ſecundum Ioan.And.& Panorm.in rubr. de iure patro. Quomodo autem ſit honorificum,oneroſum, & vtile, vide infrà,§.ij.per totum . Patronus quoque dupliciter ſumitur loquendo iuridicè,ſcilicet ciuiliter,ſeu ſecundum iura ciuilia:& ſic patronus eſt, qui ſeruum manumiſit: & aduocatus qui patrocinatur in cauſis: & canonicè, ſeu ſecundum iura canonica:& eſt is,qui habet dictam poteſtatem præſentãdi.

2 ¶Primò verò quæritur,† quomodo quiſq; poſsit eſſe patronus,ſeu acquirere ius patronatus?Et dico multa.¶Primum, quòd tribus modis fit quis eccleſiæ patronus: quia patronũ faciunt dos. ædificatio, fundus : vt dicit verſus : & intellige quòd per quodlibet horum efficitur quis patronus, ſecundum Ioann.Andr.quod Archidiac.limitat , ſi fiat authoritate epiſcopi.Et ſic patet quod multi poſſunt eſſe patroni : vt quia vnus dedit fundum : alius ædificauit,alius dotauit : vel etiam ſi plures fundauerunt aut ædificauerunt aut dotauerunt, vt infra particula tertia.circa princip . Primò ergo eſt quis patronus, quia eccleſiam fundauit, id eſt ,fundum ad ædificationem dedit:de iure patron.cap.à nobis.& c. abbatem xvj.queſt.ij.ſed ſi fundus pereat eccleſia facta vel fiẽda, perditur hoc ius. Secundò,quia eccleſiam conſtruxit. xvj. q. ij. monaſterium. quod intellige ſi de conſenſu epiſcopi fiat: cùm alio modo eccleſia fieri non debeat.de conſecr. diſtin. j.nemo.de iure patron.cap . quoniam . & cap.nobis fuit.xvj. queſt.vij.filijs Et idem eſt etiam ſi mulier ſit quę conſtruxit, ſecundum Archidiac.& idem ſecundum Hoſtienſ. & ſi quis funditus deſtructam de conſenſu epiſcopi reparauit,& intellige etiam de eadem materia:quia perindę eſt,ac ſi de nouo feciſſet.de Iudę.conſuluit.& in authent.vt nullus fab.orato. dom. §.j. ſecus ſi ſolum refecit, ſecundum Laurent.& primus ædificator perdit ius patronatus:niſi fundum dediſſet, ſecundum Gloſſ.in c.quoniam eod.tit . vel dotem , æquum tamen eſſet ſecundum Hoſtienſ.vt antequam reędificationi epiſcopus cõſentiat,antiquus patronus requiratur: & ipſe in reædificando,ſi voluerit,cæteris præferatur.Tertiò, quia eccleſiam dotauit.d.cap.filijs & cap.quicunq;. ibidem.quod quidam intelligunt de dote ante conſecrationem data:quia nulla ſeruitus rei ſacræ poteſt imponi.l.ſeruitutes.ff.de ſerui.l.ij.§.vltim,& quod humani iuris deſinit eſſe,ſeruitutẽ nõ recipit. ff.commun. prædi.l.caueri.Sed quia habere bonum patronum non videtur ſeruitus , ſed beneficium,cùm non gratia ſui ſed eccleſiæ patrocinetur quo ad temporalia:ideo melius Innocen.& Hoſtienſ.hoc intelligunt de data etiam poſt conſecrationem:quia ſine ſubſtantia rerum non poteſt eccleſiæ deſeruiri.j.quæſt.iij.ſi quis obiecerit.& eo caſu ſecũdum Ioann.And.efficitur dotans patronus cùm ædificante. quod Panorm.in cap.quoniam.eod.tit.limitat verum,quando fundator ad dotationem compelli non poteſt , vt fit in iſtis capellis. Archidiac. verò limitat primò, ſi fiat authoritate diœceſani,& à conſecrari faciente,vel ipſo epiſcopo cõſecratore dos haberi non poteſt : limita etiam ſi detur nomine dotis:quia ſi quis aliquid magnum dederit eccleſiæ ante conſecrationem vel poſt non dotis nomine:erit quidem benefactor,ſed non patronus,ſecundum Innocent.& Panorm. in dicto cap.quoniam . & Archidiac. ¶Secundum. Quantũ ad fundationem & conſecrationem eccleſiæ remanent multę quæſtiones,quas Archidiac.poſt aliquos Doctores ſic determinat:Si vnus materiam in conſtruẽdo, alius gratis operas ponit,vt faber, aut ſoluit ponenti:ambo erunt patroni,ſi de hoc cum authoritate epiſcopi conuenerunt:aliàs non:ſed ſupple erit ſolus ille,qui materiam poſuit. Si tutor nomine pupilli,vel de eius pecunia aut in eius fundo eccleſiam fundet , conſtruat,vel dotet , ius patronatus acquiritur pupillo , & non tutori:quia omnia acquiſita per tutorem ex rebus pupilli , acquiruntur pupillo.de pecul.cleric.cap.ſecundo.Si clericus de pecunia propria eccleſiam conſtruat in fundo eccleſiæ,vtriq;,id eſt,clerico & eccleſiæ acquiritur hoc ius;quia eccleſiæ ſuæ conditionẽ deteriorẽ facere non potuit.de donat.cap.ij.& idem ſi in fundo proprio ex pecunia eccleſiæ, vt ſentire videtur Ioan.Andr.Sed ſi ex pecunia eccleſiæ emptus eſt fundus, & facta conſtructio:licet non eius nomine,eccleſiæ tantùm acquiritur hoc ius.arg.xij . quæſt. ij.apoſtolicos.Et ex his patet quòd ſi laicus capellam in eccleſia conſtruat & dotet, non acquiritur hoc ius illi ſoli:ſed etiam eccleſiæ ſimul ,ſecundum Panorm.in capit. ad audientiam.de eccleſ.ædifican.quia eccleſia fundum ponit.Si ex pecunia militis non eo ſciente nec eius nomine alius eccleſiam conſtruat , non acquiritur hoc ius militi : quia non fuit conſenſus epiſcopi ad militem . d.capit. quoniam.nec fortè expedit eccleſię militem habere patronum,nec etiam conſtructori : quia fraus & dolus nemini debent patrocinari.de reſcrip.c.ſedes.ſed remanebit eccleſia libera.Si de pecunia fœnebri vſurarij eccleſia conſtructa eſt, licet de talibus non ſit eccleſia conſtruenda, de vſur.c.quia fuſtra.nec eleemoſyna facienda.j.q. j.non eſt putanda. ſed reſtituenda ſint . propter hoc tamen non eſt eccleſia illa demoliẽda.xiiij.quæſt.vj.c.comperimus.& ius patronatus acquiritur ipſi vſurario : quia dominium pecuniæ erat ipſius, imò & res empta ex ea:vt notatur per Modernos in cap.cùm tu de vſur.



vſur.quod limitant,ſi aliunde habet vnde ſoluat his,à quibus extorſit:aliàs eccleſia ſit libera.arg.eorum quæ no.j.q.j.non eſt putanda.Et idem dicendum de eccleſia ędificata ex pecunia furis , aut ſimoniaca, vel acquiſita per meretricium,vel alium illicitum modum.In vltimo tamen caſu non eſt pecunia reſtituenda vel eroganda pauperibus,vt in alijs. ¶Tertium.Quantum etiam ad omnes actus inducentes hoc ius, remanent multæ quæſtiones.quas Archi.poſt aliquos ſolennes Docto.ſic determinat:Si plures inæqualiter tribuunt ad actum inducentem ius patronatus,hoc non impedit æqualẽ acquiſitionem illius iuris.ar.de conſue.c.ſi.libr.vj.Non enim requiritur quòd quilibet det ſufficiẽtem dotem,ex quo ſunt plures.Vnde ſecundum Inn.poſſunt eſſe plures in conſtituẽda dote,& quilibet erit patronus.& idẽ gl.lxiij.diſt.in Sum. & ſic glo.in c.quicunque.xvj.q.vj.quæ vult quòd dans modicam dotem non ſit patronus : limitatur quando vnus ſolus dat ſecus ſi plures dant ſufficiẽtem.Et idem dic in ędificatione & fundatione . Et ſi vnus habuit licentiam à dioceſano, alij non:ille ſolus erit patronus.& intellige à diœceſano, nõ quidem ædificantis,ſed diœceſis in qua eſt fundus.eo.tit.nobis.de for.compe.ſanè.Si epiſcopus licentiam dare non vult, vt quia vult pecuniam,vel alia de cauſa:referatur hoc papæ, qui eum compellet.eo.ti.nullus.vel licentiam dabit.niſi ſub ſit iuſta cauſa negandi.Vtrum autẽ hoc caſu recurſus haberi poſsit ad metropolitanum.Tãc.Vin.& Gof.videntur ſentire quòd ſic.contrarium ſenſit Hoſt.Sed alij dicunt ſi epiſcopus monitus licentiam dare recuſauerit vel neglexerit ſine iuſta cauſa:eã dare poterit archiepiſcopus:quia negligentiã ſuffraganei ſupplet.ix.q.iij.cum ſimus. negligentia autẽ eſt lapſo tempore monitiõis nulla cauſa aſsignata.Si vacauerit ſedes,capitulum poterit dare licentiam ædiſicandi eccleſiã: quia in his quæ ſunt iuriſdictionis non ordinis,vt eſt hoc,capitulũ ſuccedit:de maio.& obed.cum olim. ¶Secundò quæ-
3 ritur,†quotuplex & quale ius acquiratur patrono ? Et dico quòd quadruplex,iuxta illud, Patrono debetur honor,onus, emolumentum: Præſentet,præſit,defendat,alatur egenus. ¶Primum ergo eſt,quòd habet hunc honorem vt pręſentet inſtituendum ad præbendas,ſiue eccleſias nõ collegiatas,extra eo.ferè per totum.in collegiatis autem in electione iam facta non fienda poſtulatur aſſenſus patroni.eod.tit.à nobis. vel etiam in fienda,ſi in fundatione hoc conceſsit epiſcopus patrono clerico,& papa laico:vt in d.c.à nobis iũcta gloſ. Et ſi epiſcopus vel alius prælatus ſine patroni præſentatione rectorem inſtituit:inſtitutio ipſo iure nulla eſt,per c.decernimus.xvj.q.vij.ſecundum Ioann.Andr.in c.ij.de of.vica.lib.vj. Quod fallit primò,ſi patronus fuiſſet negligens in præſentando:quia elapſo tempore epiſcopus bene inſtituit:& ſecũdo ſi inſtituens ſit papa:quia inſtituere poteſt ſine præſentatione patroni:licet ſecus ſit in alijs prælatis citra papã:extra eo.cũ dilectus.& ſimiliter poteſt legatus de latere,ſi patronus ſit eccleſiaſticus:ſecus ſi ſecularis.pro quo vide gl.in cle. per literas.de pęben.& Pan.in c.quoniam.extra eo.& eſt caſus d.c.cum dilectus.¶Secundum eſt,quòd habet hũc honorem,quòd quaſi principalis & primus in proceſsionibus incedit.xvj.q.vij.piæ mentis.&.c.Frigentius. ¶Tertium eſt,quòd habet hoc onus,quòd ſit defenſor præcipuus eccleſiæ : ideo quòd tenetur eam defendere ab omibus oppreſſoribus.xvj. q.vij.filijs.vnde ei tenetur de adminiſtratione rationem reddere pręſentatus.intellige,ſi patronus ſit eccleſiaſtic⁹,vt no. in c.cum & plantare.de priui.& Panor.in c.ex literis.&.c.cũ ppter.eo.tit.non tamen valde ſtrictè dicendo quid expẽdat quotidie.ſed in genere:vt no.Panor.in c.ex literis . extra eo. ¶Quartum,vt habeat hanc vtilitatem,quòd ſi vergat ad inopiã,alatur de bonis ipſius eccleſiæ.d.c.fili⁹.ita ſcilicet quòd ex reditibus vltra neceſſaria remanentibus eccleſia tenetur alimentare patronum pinguius quàm alios pauperes.xvj.q. vij.quicunque.el ij.&.c.nobis.in fine.de iure patro. ¶Tertiò
quæritur,†vtrũ patronus aliquid poſsit exigere in recogni- 4
tionem iuris patronatus?Et dico quòd non,ſecundum Pan. in c.prærerea.el ij.eo.ti. niſi in fundatione hoc à diœceſano fuiſſet ſibi reſeruatum.Nam in ipſa fundatione poteſt patronus laicus de conſenſu epiſcopi certum retinere cẽſum.d.c. præterea.non tamen poteſt ſeruitium aliquod exigere poſt fundationem:vt dicit ibi Pan.niſi reſeruatum fuerit per epiſcopum tempore fundationis,vel aliàs iure cautum. Vnde ſi epiſcopus authoritatem præſtitiſſet,poſſet tale ius vendere, titulo apud ipſum remanente.¶Et dicit primò per illũ text. ſe aliàs conſuluiſſe quòd populus patronus exigere non poteſt à presbytero certos cereos in recognitionẽ iuris patronatus,ex quo illud non fuit reſeruatum tempore fundatiõis: nec poteſt patronus propria authoritate aliquod ſeruitium vel aliud temporale ſibi reſeruare:ſed hoc facere debet epiſcopus ad eius petitionẽ. Infert etiam ſecundò quòd ſi patronus in teſtamento mandauit eccleſiam cõſtrui:& reſeruauit aliquam penſionem annuatim filijs ſoluendam,quòd eã exigere nõ poterunt,niſi epiſcopus illud reſeruet patrono per ſtatutum.¶Et tertiò quòd patronus donare non poteſt ius patronatus ſine conſenſu epiſcopi:& intellige laico vel clerico ratiõe patrimonij.Secus ſi vult donare eccleſiæ.extra eo. illud.Imò ſecundum Doc.ſi epiſcopus ſtatuiſſet penſionẽ patrono immoderatam reſpectu redituum eccleſiæ, vel quæ ex poſt facto incipiat multũ grauare:reduci poterit ad moderationẽ debitã.¶Fallit qđ dictũ eſt de reſeruatione cũ authoritate epiſcopi,primò quando patronus nõ dedit dotem pinguẽ & abundãtẽ,ſed ſolũ neceſſariã ad ſuſtentationẽ miniſtrorũ:quia tũc nullũ ſeruitiũ poterit ſibi retinere:vt not. Pan.in c.j.de cen.¶Secũdò,qñ locus religioſus,puta monaſteriũ,in proprio ſolo proprijs expenſis eccleſiam cõſtruxit: qa talis locus habet in ea omnia tẽporalia bona,ſicut epiſcopus om̃ia ſpiritualia.de priuile.cũ & plãtare.§.in eccleſijs.& de capel.mo.c.j.& nihilo minus habet dictus locus ius præſentãdi.de ſupp.neg.p̃la.c.ſicut.¶Quartò quærit̃ ſpecialiter,
†vtrũ & quomodo ius patronatus trãſire poſsit ad hæredes 5
vel legatarios.Et dico multa.¶Primũ.Pro intellectu dicendorũ aduertẽ quòd dupliciter hoc ius trãſit in aliũ.Primò ſecundũ ſe:ſicut cũ permutat̃ cũ alio ſpirituali.Secũdò gratia eius cui eſt annexũ:vt cũ vẽditur vel donatur,aut aliter trãſit in aliũ villa,vel huiuſmodi:vñ & dicitur trãſire in aliũ cum vniuerſitate bonorũ:vt xvj.q.vij.nemini.& extra e.ex literis. &.c.cũ ſeculũ.niſi ſpecialiter de ipſo excipiatur ſecũdũ Hoſ. ſic etiã trãſit ius ſepulcri.ff.de cõtra.emp.l.in modicis.& ſimiliter omnia iura quę poſſunt per laicos poſsideri.Sed ſec⁹ de decimis & eccleſijs & alijs iuribus merè ſpiritualib⁹ ſecũdũ Inn.qa illa cũ vniuerſitate nõ tranſeunt.quod Hoſt.limitat, niſi vniuerſitas trãſiret in eccleſiã vel locũ religioſum:qa tũc etiã illa trãſeũt.Non põt autẽ ſecundũ Arc.& Io.An.tolli à patronis etiã à legato de latere,ſed ſolũ à papa:qui etiã hoc nõ facit,niſi ex cauſa vrgẽti:ne laici retrahãtur à cõſtructiõe & dotatiõe eccleſiarũ.Ius igitur patronatus trãſit ad hr̃des ſecũdũ Pan.in c.j.de iure pat.& omnes Doct.Et erit hoc ius apud quẽlibet hęredũ inſolidũ,etiã ſi ex inęqualib⁹ partibus ſint hęredes,ſecundũ gl.in c.j.e.ti.modò nõ ſit aliquis hæres conſtitutus in certa re.& cuilibet patronorũ cõpetit quo ad oẽs effectus pręter ſacerdotis p̃ſentationẽ,quæ ita eſt apud oẽs cõmuniter,quòd non eſt apud aliquẽ ſingulariter:extra eo.c.j.&.ij.vt cõmuniter tenẽt Doc.licet forſan,vt dicit Inn.

pingu

pinguior ſit vox illius qui plus habet in hæreditate? Et ratio
eſt ſecundum gloſſ. quia cum hoc ius ſit indiuiſibile, nõ poſ-
ſumus dicere vnũ habere duas partes in eo ſicut in hæredi-
tate. ¶ Secundum. Nec poteſt diuidi hoc ius inter hæredes, ſe
cundum Panorm. in d.c.j. qualitercunque intelligatur iſta di
uiſio, cùm ipſum ius ſit incorporale: poſſent tamen cõuenire
patroni vt alternatis vicibus præſentẽt. d.cle.ſi. & de hoc poſ
ſunt paciſci ſecundum Hoſt. & Ber. licet contrarium ſenſerit
Inno. quod intelligi poteſt vt honeſtius ſit ſi ſemper concor
dent. & ſimiliter ſi habent plures eccleſias, poſſent cõuenire
vt vnus in vna, & alius in alia præſentet: quia ſicut in tempo
re, ita & reſpectu locorũ eſt permiſſa diuiſio: & hæc non eſt
ea quæ prohibetur in d.c.j. de iure pa. ¶ Tertium. Et non ſo-
lùm ad ſuos, ſed etiã ad extraneos hæredes tranſit ſecũdum
Panorm. in c. cum ſeculum. eod. tit. de mente Ioan. Andr. &
Inno. quia ſi filij ſolum ſuccederẽt, nõ poſſet patronus illud
trãſferre in aliam perſonã etiã cum vniuerſitate. quod patet
falſum in d.c. cum ſeculum. & in c. illud. eo. tit. Vnde tranſ-
fertur in quoſcunque hæredes, & non ſolũ in mares, ſed etiã
in fœminas. arg. cle. ſi. de conceſ. præben. & ſentit gloſſ. in c.
quoniam inueſtituram. xvj. q. vij. & ideo ſecundum Fede. cõ-
ſil. iij. filius, qui repudiauit hæreditatem paternam, non erit
patronus. ſimiliter nec filia dotata non ſuccedens patri: quia
renuntiat hæreditati. Ex his collige duo. Primũ, quòd ſi filia
eſt hæres, ſuccedit ſicut maſculus, vt dictum eſt. Secundum,
quòd ius patronatus regulatur ab hęreditate etiam inter fi-
lios: & ſic filius, qui non eſt hæres, non ſuccedit in hoc iure.
quod ſentit Ioann. Audr. in c. ſi vero. eod. tit. dicens quòd vbi
eſt conſuetudo quòd ſolus primogenitus ſuccedat, vt in An-
glia, alij filij nõ ſuccedent in iure patronatus: imò ſecũdum
Panorm. in d.c.j. eo. tit. ſi pater inſtituit filium in certa re, &
extraneum hæredem vniuerſalem: ius patronatus in extra-
neum tranſibit, & non in filium: vt d.c.j. ¶ Quartum. Succe-
dunt autem hæredes per ſtirpes, & non in capita, ſecundum
Panor. in d.c.j. & hodie determinatum eſt in cle. ſi. extra eo.
vnde ſi plures ſuccedũt vni ex duobus patronis eccleſiæ, o-
mnes habentur loco vnius. ¶ Quintum. Nec poteſt hoc ius
adiudicari vni ex hæredibus, ſecundũ Panor, in c. quærimo-
nia. eod. tit. quia ſi æqualiter diuidunt: tunc ſi datur habenti
minus pro reſtauratione, illicitum eſt, & ſimoniacum. eo. tit.
præter ea. ¶ Sextum. Panor. in d.c. cum ſeculum. refert Ioã.
And. dicere quòd quemadmodum ius patronatus poteſt do
nari, ita & legari: quia legatum eſt donatio quædam facta à
teſtatore: vt Inſtitut. de lega. in prin. ideoq; infert quòd ſi do
natur eccleſię, nõ eſt neceſſe interuenire conſenſum epiſco
pi, ſicut in donatione inter viuos. Si autem legatur laico vel
etiam clerico nomine proprio: tunc debet interuenire cõſen
ſus epiſcopi, ſicut in donatione. Dicit tamen hoc ſpeciale fa-
uore vltimæ voluntatis vt conſenſus epiſcopi poſsit interue
nire etiam ex poſt facto: licet ſit conſilium vt habeatur con
ſenſus tẽpore teſtamenti vel ante mortem teſtatoris. Et idẽ
ſentit Ioã. Andr. in dicto capitulo, cum ſeculum. eodem tit.
dicens quòd ſine licentia epiſcopi tenet legatũ factũ de eo
eccleſiæ: ſed nõ priuatæ perſonæ. Fede. autẽ fuit in ſingulari
opinione quòd titulo legati transferri poſsit ſine conſenſu
epiſcopi. Sed moderni communiter tenent quod dictum eſt.
maximè Cal. dicens quòd ante cõſenſum epiſcopi ius patro
natus conſiſtit apud hæredem: quia ex ordinatione laici ius
hoc non poteſt in alium trãſferri: & hoc plus placet Panor.
quia iura communiter loquuntur de filijs vel hæredibus, nõ
autẽ de legatarijs: vt in c. filijs. xvj. q. vij. extra eo. c.j. ¶ Quin-
6 tò quæritur, † quomodo generaliter tranſeat in aliũ etiam
in fiſcum? Et dico multa. ¶ Primum. Hoc ius directè non di-
citur ſpirituale: quia cadit in laicum, ſed ſecundum quid in-
quantum per ipſum præſtatur via ad cõſequendum ſpiritua
le beneficium: vnde etiã vocatur annexum ſpirituali. extra
eo. de iure. ¶ Secundum. Summariè loquendo ſecundũ Hoſt.
hoc ius transfertur in alium quatuor modis. Primò, ſcilicet
ſucceſsione, vt dictum eſt: & ſecũdò, permutatione ad aliud
ſpirituale, de re. permu. ad quæſtiones. & c. ſi. & tertiò, dona-
tione, extra eo. præterea. & quartò, venditione: quia licet ſpe
cialiter vendi nõ poſsit, extra eo. de iure tamen tranſit cum
vniuerſitate, niſi de ipſo excipiatur, vt dictũ eſt, extra eodẽ.
ex literis. & c. cum ſeculum. Adde quòd ſimiliter trãſit cum
vniuerſitate in conductione ad firmam ſeu ad penſionẽ. d.c.
ex literis. & ſimiliter ſecundũ Ioan. An. in legatione, quæ eſt
quædam donatio. ¶ Tertium. Donatione hoc ius ſic tranſit
in alium, quòd donari non poteſt cuicunque laico ſine licen
tia epiſcopi. extra eod. præterea. maximè vbi dubitat̃ ne fiat
in fraudem, & in potentiorem transferatur, vt ibi innuitur:
clerico autem ſine tali licẽtia donari poteſt. quod Panorm.
in d.c. cum ſeculũ. videtur limitare ſi clericus recipiat nomi-
ne eccleſiæ ſuæ. ſi verò nomine ꝓprio, requiritur dicta licẽ-
tia. & idem ſentit Ioann. Andr. in d.c. cum ſeculum. vt patet
§. priore, particula. vj. Eccleſiæ verò & loco religioſo, ſecun-
dum Doct. communiter, ſine licẽtia epiſcopi donari poteſt.
vt no. in c. nullus. & c. ex inſinuatiõe. & c. illud. & c. vnico. eo.
ti. lib. vj. ¶ Quartum. Si autem vendatur ſpecialiter, eſt ſimo
nia: ſi verò ematur intentiõe priuandi aut præſentãdi quem
velit, ſpoliari debet emptor, & eccleſia eſſe libera, ſecũdum
Inno. Sed ſi ematur cum vniuerſitate temporalium, cũ qua
& ipſum tranſit, non eſt ſimonia, ſecundum Hoſtiẽ. & Cald.
& patet ex c. ex literis. eod. tit. Quod in c. quia clerici limitat
Panorm. niſi illa temporalia principaliter emant̃ propter
hoc ius conſequendum: quia eſſet ſimonia, ſcilicet ex parte
emptoris. Limita etiam, niſi & ipſum cũ talibus in venditio-
ne exprimatur: quia ſecundum Ioann. Andr. in c. vnico. eod.
tit. lib. vj. ſi dicatur, vendo tibi villam & ius patronatus quod
habeo in villa: non valet venditio: ſed ſecus ſi ſimpliciter vil
lam vendit: vt in clemen. paſtoralis. de re. iudi. Et idem ſi ven
datur palatium, in quo eſt capella: q̃a licet contrariũ notet
Innocen. & Hoſtien. in d.c. ex literis. tamẽ verior eſt opinio
dicentium quòd tranſit illud ius patronatus cũ palatio, ar. l.
ſi mercede. §. ſi eum fundũ. ff. de actio. emp. Et ideo emptor
& feudatarius cum acquirant directum vel vtile dominium
rerum, ſimiliter acquirũt ius patronatus licitè, ſicut alios fru
ctus habent. ff. de contra. emp. l. in lege. §. dolia. ¶ Quintum.
In feudum hoc ius dari poteſt cum vniuerſitate: vt in d.c. cũ
ſeculum. nõ autem ſpecialiter & expreſſe, ſecundum Hoſt.
quia feudum requirit homagium, quod eſt rei tẽporalis: pi-
gnori autem dari non poteſt ſimpliciter, vt planum eſt, nec
cum vniuerſitate ſecũdum Inno. licet alij ſint in cõtrarium.
Et ratio poteſt eſſe: q̃a dato oppoſito, ſcilicet quòd eſſet pi-
gnoratum cum vniuerſitate, nõ poſſet præſentare creditor:
quia non poteſt vti re pignorata. nec debitor: quia tranſtulit
in creditorem. & ſic fieret detrimentũ eccleſię. quod eſſe nõ
debet. d.c. cũ ſeculum. ¶ Sextum. Publicatis bonis omnibus
patris nõ confiſcatur hoc ius, nec eo priuatur filius, ſi publi-
catio fiat ab imperatore vel iudice ſeculari, etiã ꝓ crimine
læſæ maieſtatis: quia Imperaror priuare hoc iure laicũ non
poteſt, cum habeat illud à papa, vt no. gloſſ. Archid. in c. filij.
xvj. q. vij. quod intelligẽ verũ, niſi hoc ius eſſet in aliqua vni-
uerſitate ſeculari: quia cum ea tranſiret. Vide etiã gloſſ. in c.
ſatis peruerſum. diſt. lvj. quæ dicit quòd licet pater cõmiſe-
rit crimẽ lęſæ maie. ex quo filij efficiunt̃ infames. l. quiſquis.
C. ad l. Iul. ma. infames autem etiam promoti deijciuntur. vj.
q.j. infam



q.j. infames. filij tamen clerici nõ perdũt beneficia: quia non
efficiuntur infames: & ſic nec ius patronatus, imò etiam ſi nõ
ſunt clerici, niſi cum vniuerſitate, vt dictũ eſt. ¶ Septimum.
Secundum Archid. diſt. lxxj. c. hortamur. ius patronatus præ-
ſcribi non poteſt à laicis etiam parochianis. Sed Ioan. And. in
Nouel. ſuper regula, quod alicui gratioſe. in vj. diffuſe diſpu-
tans efficaciter deſtruit rationes Archid. & concludit contra-
rium. vide ibi. ¶ Sextò, cum parronus habeat præſentare epi-
ſcopo rectorem inſtituendum in eccleſia, cuius eſt patronus.
xvj. q. vij. decernimus. quæritur quãdo debeat præſentare, vel
epiſcopus inſtituere? Et dico multa. ¶ Primum patronus, ſi
eſt laicus, præſentare tenetur intra quatuor menſes à tẽpore
vacationis. Si verò eſt eccleſia, monaſteriũ, vel clericus, intra
ſex, etiã ſi ius patronatus habuit ex collatiõe laici. extra eod.
ſi laicus. lib. vj. aliter epiſcopus ordinabit de eccleſia. arg. ex-
tra eod. quoniã. & c. cùm ꝓpter. Sed intellige ſi patronus ſciẽ
ter omittit præſentare: quia ei ignoranti non currit dictum
tempus, ſecundũ Fede. & Ioan. And. in c. ij. de ſup. neg. prælat.
& Pan. in c. cùm propter. extra eod. tit. ¶ Secundum. Si autem
patroni ſint ſimul laicus & clericus, vel eccleſia ſeu monaſte
rium: habebunt ſimiliter tempus ſex menſium ad præſentan
dum, ſecũdum Ioan. And. & Arch. in c. vnico. eod. tit. lib. vj. &
gloſ. in d.c. ſi laicus. cõtra Hoſt. ita quòd ratione cõmunionis
priuilegiũ eccleſiæ tranſibit ad laicum, ad inſtar eius quod di
citur de eo qui habet rem cõmunem cũ pupillo: quæ vſucapi
nõ poteſt vel præſcribi ꝓpter pupillum: vt in l. ſi cõmunem.
ff. quemad. ſer. amit. & ita per eccleſiã conſequitur quod per
ſe non poſſet. Et idem Panor. in c. eam te. eod. tit. quia magis
dignum trahit ad ſe minus dignum: de cõſec. eccle. vel alta. c.
quod in dubijs. Sed intellige de patrono eccleſiaſtico habẽte
hoc ius ratione eccleſiæ: quia ſi haberet ratione patrimonij,
eſſet idẽ per omnia ſicut in laico. eod. tit. cùm dilectus. & gl.
in cle. ſin. eod. tit. & not. Pan. in d.c. eam te. ¶ Tertium. Si pa
troni ex contẽtione de patronatu occupati intra dictum tem
pus non præſentant: nihilominus epiſcopus prouidebit. Nam
duo ſunt caſus, vt not. Pan. in d.c. quoniam. in quibus epiſco-
pus ſine præſentatione patroni rectorem inſtituit. Primus:
quãdo præſentatus ſine ſcandalo inſtitui nõ poteſt. Secũdus,
quando cõtentio ſuper patronatu non deciditur intra tẽpus
præfixum patronis ad præſentandum. Ex hoc vltimo habes
caſum in quo non valenti agere currit tempus. Nec tamẽ eſt
ſimile de electoribus & præſentatoribus: quia ſi nõ deciditur
quæſtio inter electores intra tempus ad eligendũ præfixum.
non deuoluitur propter hoc ad ſuperiorẽ poteſtas liberè ordi
nandi eccleſiam, ſecundũ Hoſt. & Ioan. And. quia nõ eſt quod
imputetur habẽtibus ius eligẽdi, cùm per eos nõ ſteterit, ſed
per litẽ ſibi motam, vnde cum contrariũ ſtatutũ non ſit niſi
in præſentatione, nõ debemus hoc ius extẽdere ad electionẽ,
vbi habetur pinguius ius, & eſſet preiudiciũ maius: cum fortè
daretur ſuperior non gratus vel non expediens, pro quo vide
mr text. c. ij. de in integ. reſti. vbi longo tẽpore fuit certatum
ſuper iure eligendi: nec tamen fuit ad ſuperiorẽ deuoluta po
teſtas. ¶ Quartũ. Semeſtre, quod in c. nulla. de cõceſ. præben.
datur ſuperiori, cùm facta eſt deuolutio ad eum in beneficio
conferendo, nõ habet locũ in habente inſtituere præſentatũ
per patronũ, ſecundum dominos de Rota: vt refert Pan. in d.
c. nulla. quia ille text. loquitur in eo qui habet cõferre: nõ aũt
extenditur ad habentẽ inſtituere: quia in inſtitutiõe nõ debet
eſſe tempus ita prolixum: cũ inſtitutor habeat ſolùm exami-
nare præſentatũ: alioquin longo tẽpore poſſet vacare bene-
ficium id eſt per annũ, ſi inſtitutor haberet ſex menſes, ſicut &
eccleſiaſticus patronus. Et quia reſpectu inſtitutionis non ha-
betur tempus à iure præfixum, remedium eſt ad ſuperiorẽ re
currere, qui præfigat tempus inſtitutori. Et idem in eo qui ha
bet cõfirmare electionẽ, vt ſcilicet tempus ſibi per ſuperiorẽ
pręfigatur, ſi deffert intra tempus debitũ confirmare. hæc ex
illo. ¶ Septimò quæritur. † quales poſsit vel teneatur patro- 8
nus præſenrare? Et dico multa. ¶ Primũ. Patronus tenetur
præſentare alium à ſe, & quantũcunq; idoneus ſeipſum præ-
ſentare non poteſt. extra eod. per veſtras. poteſt tamen pater
præſentare filium ſuum vel nepotem, ſi ſit idoneus, ſecũdum
Hoſtienſ. Gof. & Ber. quin potius videtur præſentandus quàm
alius, ſcilicet cæteris paribus. de cohab. cler. c.j. Si etiã ſint plu
res patroni, poſſunt præſentare vnum de ſeipſis. arg. de elect.
c. cum in iure. Similiter vacãte eccleſia, poteſt epiſcopus voca
re patronũ, & illi motu proprio cõferre, ſecũdum Hoſt. ar. d.
c. cùm in iure. & idem Panor. in d.c. per veſtras. & cõmuniter
Doct. Et ſi obijciatur, quia inſtitutio facta ſine præſentatiõe
patroni eſt irrita vel irritanda: vt in c. illud. eod. tit. reſpondet
idem Pan. quòd patronus acceptando collationẽ, videtur cõ-
ſentire, nec tamẽ ſe ingerere: cùm hoc nõ habuerit originem
à ſe, ſed à ſuperiore. Item pręſentatio interuenit aliquãdo ex
poſt facto: vt in c. ſi verò. extra eod. ¶ Secundum. Si patronus
præſentet non idoneum ſeu indignũ, ſi ipſe eſt collegium vel
perſona eccleſiaſtica, priuatus eſt pro ea vice iure pręſentãdi,
& deuoluitur ad ſuperiorem. extra eod. cùm in cunctis. & de
ſupplen. neg. præla. ſicut. Et idem, ſecũdum quoſdam, ſi ſit lai
cus, ſaltem eſt priuandus: licet ſecũdum Inno. bene faciat epi
ſcopus ſi iterum remittat prouiſionem patrono laico. Et hoc
ſequit̃ Sum. Roſ. ſed Supple. & Sum. Ang. melius tenẽt quòd
nõ ſit priuatus. quod etiam tenet Archi. in c. ſuſpecti. de præb.
lib. vj. & Innoc. & Ber. in c. cùm vos. de offic. ordi. vbi dicit gl.
quòd non eſt priuatus vel priuandus: quia laicus eſt minus
expertus circa eccleſiaſtica, & minus habet tẽpus ad præſen-
tandum, quàm clericus: vnde & variare poteſt non clericus,
extra eod. cũ autẽ. Et hoc elicitur ſubtiliter ex d.c. cùm vos.
& hoc ſequitur Archid. addens quòd poteſt priuari. Peccaret
tamẽ mortaliter patronus etiã laicus ſciẽter pręſentãdo indi
gnum, quia infideliter agit in officio ſibi cõmiſſo. ¶ Octauò
quæritur, † poſito quòd multi poſſunt variando præſentari,
quis eorum ſit præferẽdus. Et dico multa. ¶ Primum. Poteſt
patronus laicus duos ſucceſsiuè præſentare: ita quòd variare
poteſt antequam epiſcopus confirmet? Et iudicio epiſcopi re
linquitur quem velit inſtituere: extra eod. cùm autẽ. Ex quo
patet, vt ibi elicit Pan. quòd variare poteſt accumulatiuè: ſed
non ex toto recedendo à primo. aliàs epiſcopus non haberet
illam facultatem. Si verò patronus ſit collegiũ vel eccleſiaſti
ca perſona, variare non poteſt? Sed primus eſt præferendus:
extra eod. cùm aduocat. & Panor. addit de mẽte Innoc. quòd
eius præſentatio habet vim electiõis: quia ſicut electores va-
riare nequeũt, de elec. publicato. ita nec præſentãtes. & idem
ſentit Archi. ita quòd poſſet appellare acquiſito ſibi iam iure,
ſi ſine cauſa repelleretur, ſecũdum Gof. arg. extra eod. paſto-
ralis. Et intellige de patrono eccleſiaſtico, cui cõpetit preſen
tatio iure eccleſiæ: ſecus iure patrimonij: quia idem eſt per
omnia in eo quod in laico. pro quo vide gloſ. in cle. ij. eod. tit.
¶ Secundum. Si duo ſint patroni laicus & clericus, qui primò
pręſentauerũt vnũ, & deinde variãdo laicus præſentauit aliũ
Pan. in c. cùm autẽ. eod. tit. dicit quòd nõ habebit locũ diſpo-
ſitio d.c. cùm aũt. vt ſcilicet epiſcopus poſsit gratificare: quia
primus eſt potior, cùm præſentatus fuerit ab vtroq;: ſecũdus
verò à laico tantùm. Itẽ quia licet patronus variare poſsit in
præiudiciũ præſentati: nõ tamen compatroni. ¶ Tertiũ. Et ſi
præſentatus ſecũdò ſit idoneus magis, ſecundũ Panor. in d.c.
cùm autẽ. epiſcopus nõ habebit optionem, licet Ioan. And. vi
deatur ſentire contrarium per c. ſi fortè. lxiij. vbi dicitur quòd
vbi

vbi vota ſunt paria, præferendus eſt qui maioribus iuuatur meritis.& facit d.c.cùm autem.dum ponderat quòd ſecũdus erat æquè idoneus.ſecus ergo ſi idoneus magis . Imò putat Pan. quòd ſi magis idoneus poſtergaretur,poſſet appellare quia id cõmittitur iudicio epiſcopi tanquam boni viri : quia verbum,iudicium.ſapit diſcretionem & arbitrium boni viri. ¶Quartũ.Si autem patroni variant in pari numero : vt quia vnus vnũ & alius alium præſentat:quidam dicũt epiſcopum non habere optionẽ.Ioan.And.verò dicit quòd ſic: adducens d.c quod autẽ. Sed Pan.ibi tenet primũ.alleg.gl.xvj.q. vij.ſi plures.& Inno.in c.j.eo.tit.& ſequitur Gaſ.de Cal.& do.Car. quinimò de iuris rigore poſſet attentari quòd epiſcopus inſtituere poteſt extraneũ,ex quo patroni non cõcordãt ſecundum eundem Pan.¶Quintũ.Si pupillus ſiue puer,qui eſt patronus,habẽs ſeptẽ annos & vltra,præſentet idoneũ, & eius tutor aliũ quanuis æqualem, ſecundũ Archi. præferẽdus eſt is,quem præſentauit pupillus:quia pupillus eſt dominus,& idem Bart.Brix.¶Sextũ epiſcopus, qui præſentatũ idoneum malitioſe recuſauit admittere:ad prouidendum ei in cõpetenti beneficio cõpellatur.extra eo.paſtoralis: quod quidem c.ſecundum Arch.loquitur quando primò præſentatus erat dignior ſecundò:ſecus ſi ſecundus erat æquè idoneus,& variare patrono cõceditur:& epiſcopus in hoc habet liberum arbitrium:vt in c.cùm autẽ.eod.tit.& ſic puniri non debet. qđ etiam not.Goſ.in Sum.imo ſecundum Ioan.And.poſt Hoſt. ſi non erat æquè idoneus,dummodo idoneus.Dicit etiã Pan. in d.c.cùm autem.quòd epiſcopus incidit in dictam pœnam poſtergando primum ſiue cauſa. Secus ſi non ſpreuit inſtituere primum,ſed diſtulit vt haberet cauſam examinãdi: & ante inſtitutionẽ patronus alium præſentauit:quia nõ debet puniri aliqua pœna:quia vſus eſt legis authoritate.quod intellige ſi ſecũdus fuit æquè dignus,vel ſaltem dignus,& patro-
10 no licebat variare.¶Nonò quæritur,† quid iuris ſi dubitatur quis præſentantiũ ſit patronus?Et dico quòd ſi queſtio ante prædictum tempus quatuor menſium quo ad laicum , & ſex quo ad eccleſiaſticũ,finita nõ fuerit:epiſcopus inſtituet ſaluo iure eius qui vicerit.extra eod.ſi verò.&.c,quoniã in quibuſdam.qui inſtitutũ ab epiſcopo debet repræſentare: vt in d.c. ſi verò.¶Decimò quæritur,†quomodo debeãt patroni pre-
11 ſentare?Et dicit Arch.poſt Archiep.ſuper c.decernimus.xvj. q.vij.quod fieri ſolet vt patroni ſiue parochiani,ſi ſunt patroni,conueniant in eccleſia,ſicut monachi in capitulo, & cõueniunt in aliquẽ vt præſentetur,& illum eligũt vt præſentandum:quod fieri cõſueuit per ſcripturam.Poſſunt etiam compromittere in aliquem,vt nomine eorũ eligat vel præſentet vt ſibi videtur.Sed per talem electionem non acquiritur ius electo.de iureiuran.c.fin.& ea non obſtante poſſunt patroni variare:quia illa electio,non eſt niſi quædam poſtulatio.quæ antequam ſuperiori præſentetur nõ impedit aliã.de poſtul. c.bonæ.el j.Vtrũ autem ſit neceſſariũ quòd ſic cõueniãt,vel
12 debent eſſe.vide §.ſeq.¶Vndecimò quæritur,†vtrũ contemptus alicuius patroni impediat inſtitutionẽ alicuius preſentati ab alijs?Et dico multa.¶Primũ. Secundum Archi .in d. c.decernimus.tribus modis ſpernitur patronus : vel quia nõ vocatur,cum expectari & vocari cõmodè poteſt:vel ſi adeſt, ſed repellitur vel nõ auditur ſiue admittitur ad cõſiliũ.¶Secundum Ioan.And.in nouel.ſuper cap.quoniam.eod.tit.dicit quòd ſi patroni habeant præſentare vt collegium,contẽptus alicuius patroni impedit inſtitutionẽ preſentati ab alijs,ſicut in electionibus:vt extra de preben.cum in eccleſijs.lib.vj.Et ratio eſt quia nõ ſinguli,vt ſinguli,ſed vt corpus habent præſentare: & cõſequenter neceſſe eſt vocari exiſtẽtes de corpore.& ita ſeruatur.Si verò preſententur ſinguli,dato quòd alijs qui præſentationẽ ſuam faciant alijs nõ vocatis,tenet:& illis nõ vetatur quin poſſet eundem vel aliũ preſentare:& in inſtitutione ſeruabitur quod dicitur in d.c.quoniã.vt ſcilicet inſtituatur habẽs plures voces,ſi eſt idoneus. Et hoc ſequitur etiã Feder.Pan.autem dubitat an hoc ſit verũ per theoricã Bart. in l.omnes populi.ff.de iuſti.& iure. vbi dicit quòd ſiue à collegio conſenſus ſit explicãdus,ſiue à pluribus , vt ſunt ſingulares,dummodo in actu maior pars præiudicet minori,ſemper debẽt ſimul eſſe,per l.iuris gentiũ.ff.de pact. & hoc plus placet Pan.quia ex contrario dicto maior pars patronorum poſſet negligere minorẽ:quę ſi fuiſſet præſens, potuiſſet inducere aliam ad conſenſum alterius.pro quo facit c.ij. & quę ibi not.de arbit.lib.vj.¶ Duodecimò quæritur,†quid ſi patro- 13
ni ſint plures,& in præſentando diſcordent?Et dicit Sum.Piſa.poſt Summam Confeſ.quòd ille debet præfici qui maioribus iuuatur meritis,& à pluribus eligitur.extra eo.tit.quoniam.Et ſi numerus eſt æqualis:ad merita recurrendum eſt. diſt.lxiij.ſi fortè.Si verò omnia ſunt æqualia , poteſt epiſcopus dicere quòd concordent,& iterũ præſentent.diſt. lxxix.ſi duo.& ſi nõ cõcordãt,locus eſt gratificatiõi.de ele.c.venerabilem.§.obiectioni.Si tamen neuter poteſt poni ſine ſcandalo:tunc epiſcopus eccleſiam ordinabit vt melius videbit expedire:vt in d.c.quoniam.& cõcordat Hoſtienſ.addens quòd ſi epiſcopus talem eccleſiam ordinare nõ poteſt, eam interdicat extrahens reliquas in patronorũ ruborem.extra eod. c.j.& ij.quod ſecundum Innocent.Ber.& eundem Hoſt.intelligẽdum eſt de reliquijs,quæ ſunt extra altare in capſis:alias non liceret.Quod ſi nec ſic poſſunt compeſci vel ad concordiam reuocari : putat recurrendum ad brachium ſeculare.de offic.ordi.c.j.Et hæc intelligenda ſunt, niſi inde maius ſcandalum oriretur.quia tunc eſſent omittenda.diſt.50.vt conſtitueretur.Et interim durante diſcordia ponetur ab epiſcopo in eccleſia œconomus,appellatione ceſſante:qui eius fructus aut expẽdet in vtilitatẽ eccleſiæ,aut fideliter inſtituẽdo reſeruabit de off.ord.cùm vos.Arch.vide ſi oportet iij.parte, tit.xij.c.vl.§.vlt.¶Decimotertiò quæritur,†vtrũ maior pars 14
patronorũ,quæ in inſtitutione alicuius requiritur intelligenda ſit reſpectu omniũ patronorũ,vt ex decẽ vocibus habeat ſex:vel reſpectu minorum partiũ, vt ex decẽ vocibus habeat quatuor,ſi nullus alius habet plures quàm tres? Et dicit Pan. in c.quoniã,extra eod.poſt Ioan.And.quòd ſi præſentatio fit ab iſtis vt à collegio,requirit maior pars reſpectu totius collegij:& videtur tex.in cap.eccleſia.el j.de elect.Aut præſentant tanquam ſinguli:& tũc ſufficit maior pars reſpectu aliarum partiũ.& ſic intellige d.c.quoniã.Hoc autẽ dictũ notandũ eſt:quia facit ad multa.Vbi enim plures habent explicare aliquẽ actum,aduertendum eſt vtrũ habeãt hãc poteſtatem vt collegiũ,vel vt ſinguli : vt primò caſu requirat maior pars totius collegij:ſecundò verò ſufficiat maior reſpectu minoris.Aduerte tamen pro prædictis ſecundum Innoc. & Hoſt. quòd in huiuſmodi licet tantã vocẽ habeat vnus ex patronis quantum alius:tamẽ attendẽda ſunt merita perſonarũ,ſicut & in electionibus eccleſiaſticis.de ele.dudum. & in teſtibus vt de teſtib.in noſtra.¶Decimòquartò quæritur,† cuius æta- 15
tis vel conditionis debeant eſſe qui vocãtur, quãdo ſecularis vniuerſitas habet præſentare?Et dicit Archi.poſt Archiep.& Hugo.quos refert,quòd cum vniuerſitas ſecularis vocari debet ad eligendum ſeu nominandum rectorẽ eccleſiæ omnes maiores.xiiij.anno.vocari debent.ſiue ſint mares ſiue fœminæ:ſiue virgines,ſiue coniugatæ:ſiue viduæ,& minorum tutores.ff.ad muncipales.l.filium.§.ſi vidua.& ſimiliter filijfamiliâs , ſi alibi quàm in iudicio patris habent domicilium. iſtud tamen, vt dicit Archidiac. quòd vocentur fœminæ & populo ad eligendum,communiter non ſeruatur : & in hoc conſuetudini ſtandum eſt:ſi tamen aliqua in particulari habet hoc ius in aliqua eccleſia,ad ipſam bene ſpectat præſentatio,ſicut ad viros.hæc ille.



IVSTITIA, ſecundũ quod ſonat habitum virtutis,vt colligitur à Sanc.Tho.j.ij.q.lx.ij.ij.q.lviij.& lxj.ij.diſtin.xx. & xxvj.iij.diſt.ix.& xxxiij.ſic diuiditur.Nam quædã eſt infuſa,& quædam acquiſita : & vtraque eodem modo diuiditur. Acquiſita eſt duplex:ſcilicet generalis, quæ eſt ordinans ad bonũ commune:& particularis ordinans ad ſingulares perſonas.Generalis eſt duplex:ſcilicet per caſualitatem:quæ eſt iuſtitia legalis,ordinans omnes virtutes ad bonũ cõmune,differens realiter à qualibet alia virtute:& per prædicationẽ quæ eſt virtus in communi:vt imperata à legali ſeu vt ordinata ad commune bonum,differens ab alijs virtutibus ſecundum rationem tantũ.Iuſtitia etiam particularis ſimiliter eſt duplex, ſcilicet commutatiua,quæ dirigit vnam priuatam perſonam ad aliam:in his,quæ inter eas conſiſtunt:& diſtributiua,quæ eſt directiua ordinis eius quod eſt cõmune ad ſingulares perſonas,diſtribuens ſingulis vt decet.

## De Laicis.

1 *Laicus an poſsit eſſe procurator vel ſyndicus eccleſiæ.*
2 *Laicus an poſsit eſſe procurator clerici ad eligendum.*
3 *Laicus an poſsit eſſe vicarius epiſcopi.*
4 *Laicus an poſsit accuſare clericum.*

LAICVS à λαὸς Græcè,Latinè populus dictus eſt,quaſi popularis,id eſt,de populo , non de clero.Sicut enĩ patet per Hier.xij.q.j.duo ſunt Chriſtianorũ gñа,ſcilicet clerus electus in ſortẽ dñi,diuinis officijs mãcipatus , à cleros ſors:& laici,id eſt,populus,quãuis quidã de vtroq; participent,vt Deo deuoti,id eſt,cõuerſi,quia ſunt de clero,& tamẽ laici dicũtur,fortè à laos quod eſt lapis,quaſi lapidei & duri, non facilè ſuſceptiui impreſsionis literariæ.Vñ ꝓpriè ad clerũ ſpectant clerici,id eſt,qui per primã tonſurã ordinãtur tãdem ad horas canonicas & ſacrificiũ altaris:ad populũ verò, ſeculares:medij autem ſunt cõuerſi & oblati . ¶Primò verò quæritur,†vtrũ laicus poſsit eſſe ꝓcurator vel ſyndicus rerũ eccleſiaſticarũ.Et dicit Colle.vt refert Pan.in c.decernimus. de iudi.quòd gñalis adminiſtrator eſſe non põt loco prælati abſentis:vel qui reputatur abſens ſicut minor:vt de ætate & qual.c.ij.Sed ſi prælatus præſit ſpiritualibus:bene põt cõmittere laico tẽporaliũ cura,maximè vbi clericus nõ reperitur idoneus.Allegat no.per Inno.dicentem quòd laicis gñalis adminiſtratio committi non poteſt,vt ſuper omnes dominentur: ſed ſpecialis quarundam rerum,ita vt ſuperiori adminiſtratori reſpondeat.quod placet Panorm. qui alleg.gloſſ.in c.iudicatum.lxxxix.diſt.Et ideo d.c.decernimus.dicit quòd non poteſt eſſe œconomus,nec habere generalem adminiſtrationẽ omnium bonorum eccleſiaſticorum tam temporaliũ quàm ſpiritualium,& ſic præſit omnibus:ſed bene poteſt eſſe œconomus eccleſiæ in temporalibus.xvj.q.vij.in noua.Et hoc idẽ tenent Gaſp.de Col.& Hoſt.& Ioan.Andr.in c.vnico.de ſynd. ¶Secundò quæritur,†vtrum Laicus poſsit eſſe procurator clerici ad eligendum?Et dico quòd non,vt no.Doc.in d.c.decernimus.quia vbi habet exercere actum ſpiritualem iudicio non poteſt conſtitui laicus:vt no.Io.And.in regula,quod alicui ſuo nõ licet.de regu.iur.lib.vj.Et ſic limita c.j.de procurat.& ſolum habeat locum in iudicialibus:vbi etiam in cauſis ſpiritualibus admittitur ad agedum & defendendum. ¶Tertiò quæritur,†vtrum laicus poſsit eſſe vicarius epiſcopi?Et dico quòd non:vt not.Docto.in d.c.in noua.& in c.contingit.de arbitr.& in cap.vno.de ſynd.& facit gloſſ.in d.cap. decernimus.dicens quòd cauſæ ſpirituales non poſſunt committi laicis,etiam tanquam delegatis per epiſcopum . Quod intellige in ſpiritualibus : quia ſi epiſcopus habet iuriſdictionem temporalem in loco:poteſt laicum facere vicariũ ſuum: vt in c.fina.ne clerici vel mona.lib.vj.ſed in ſpiritualibus nõ: imò nec clericum coniugatum,ſecundum Doct.de cler.coniu.cap.vno.lib.vj.

¶Quartò quæritur,†vtrum laicus poſsit clericum accuſare? 4
Et dicit Bartho.Brix.ij.q.vij.in princip.quòd ſic,ſi eſt bonæ famæ.ij.q.vij.clericos.& idem Gratianus,vt patet per totam quæſtionem.& ſecundùm aliquos accuſare poteſt proprium prælatum propter delictum:quia ſua intereſt habere bonum prælatum:vt xxiij.diſtinct.illud.Sed certior eſt opinio quòd non poſsit,niſi proſequendo iniuriam ſuam.iiij.quæſt.vj.omnibus.de teſti.de cætero.& in crimine hæreſis.& ſimoniæ,& læſæ maieſtatis.xv.q.iij.ſanè.de ſimo.tanta.& in crimine ſacrilegij ſecundum quoſdam.xvij.q.iiij.§.qui autem.In his autem omnibus ita demum admittuntur laici,ſi bono zelo denuntiẽt crimẽ.de ſimo.licet autem.Et ſi accuſatus fuerit vitę ſuſpectæ,admittuntur laici malæ vitæ.Si verò fuerit bonæ vitæ,admittuntur ſolum laici bonæ vitæ:de ſimo.per tuas.Clerici verò admittuntur contra clericos , niſi fuerint criminoſi vel irregulares.ij.quæſtio.vij.præſumunt.& ca.ipſi apoſtoli. Imò & ſi ſint irregulares , admittuntur ad accuſationem eorum.qui ſunt eiuſdem ordinis,vel inferioris:vt in dicto c. ipſi apoſtoli.Et hæc intellige de ſolenni accuſatione. Vtrum laicus poſsit prædicare,infrà Prædicator.Vtrum verò ei poſsit committi verberatio clerici,ſuprà Excommunicatio.vj.§.iiij caſu xj.

## De Latria & omni Adoratione.

1 *Latria,dulia & hyperdulia quomodo differant.*
2 *Adoratio latria quibus debeatur.*
3 *Adoratio hyperdulia quibus conueniat.*
4 *Adoratio dulia in quibus locum habeat.*
5 *Adorare an poſsit quis aduerſarium,quando credit eum eſſe Chriſtum.*

LATRIA Græcè,Latinè dicitur religio,ſecundũ Aug. x.de ciui.Dei.c.iiij.& eſt virtus moralis,qua Deum adoramus & colimus:& ſecundũ Aug.habet quatuor nomina:q̃a apud Græcos dicit̃ latria,id eſt,cultus:& theoſebia, id eſt,diuinus vel bonus cultus:apud latinos verò dicit̃ religio & pietas.Huius virtutis actus imperati,mediante alia virtute eliciti ſunt actus omnium virtutum,quos omnes ordinat in reuerentiam Dei:vt viſitare viduas.Ia.j.eliciti verò immediatè ab illa interiores & principales ſunt deuotio & oratio:exteriores verò & ſecundarij ordinati ad interiores,quibus ipſa veluti ſignis vtitur ad mentem excitandam & mouendam in ſpiritualia,ſunt adoratio quæ corpus exhibet ad reuerendum Deum:& alij quibus Deum rebus exteriobus colit : vel promittendo,vt in voto,vt in ſacrificijs,decimis,primitijs,& huiuſmodi:de quibus omnibus Sanct.Tho.agit ij.ij.q.lxxxiiij.& ſequentibus multis.ſignificat etiam actum ipſius virtutis.

¶Primò verò quæritur,†quomodo conueniant & differant 1
latria,dulia,& hyperdulia?Et dico quòd in hoc conueniunt, quia ſunt virtutes,quibus honoramus honoranda differunt verò ſic.Nã latria Deum honoramus & colimus : vt patet ex dictis.& eſt ſeruitus,quæ ſoli Deo per ſe debetur.& hoc ratione principij,creationis,& gubernationis.iij.diſt.ix. & ij. ij. quæſt.lxxxj.aliquibus verò alijs ratione Dei : vt infrà.§.ſeq. Dulia verò honoramus creaturam:& eſt ſeruitus,quæ debetur creaturæ.iij.diſtinct.ix.& ij.ij.q.cv . Hyperdulia verò eſt

potiſ

potiſsima ſpecies duliæ conueniens creaturæ ex vnione ad
Deum.ij.ij.q.ciij.articu.iiij.ad ſecundum.iij.diſt.ix.q.ij.ij.cor.
2 ¶Secundò quæritur,†quę adoranda ſint latria?Et dico quòd
primò tota trinitas:&hoc vna adoratione.iij.di.ix.ij.ij.q.lxxxj.
¶Et ſecundò humanitas Chriſti.j.ij.q.xxv.& hoc vt eſt vnita
verbo,ſcilicet in perſona,non autem ſecundum ſe:ſed hyper-
dulia,vt ibidem.¶Et tertiò caro Chriſti.iij.di.ix.& j.ij.q.xxv.
¶Et quartò imago Chriſti.ij.ij.q.lxxxj.& j.ij.q.xxv.¶Et quin
tò diuinæ relationes.j.ij.q.xxviij.¶Et ſextò hoſtia,ſub condi-
tione tamen habituali,ſi ſit ritè conſecrata.iij.diſ.ix.q.j.ar.ij.
q.vlti.ad ſecundum.¶Et ſeptimò crux Chriſti vt repræſen-
tans Chriſtum extenſum,& tangens ipſum, & eius ſanguine
perfuſa.ſed crux in alia materia debet adorari latria,'vt ima-
go tantum.ij.ij.q.xxv.ij.ij.ciij.iiij.tertium. vt res autem quæ-
dam adoratur hyperdulia.iij.diſt.ix.¶Et octauò omnia talia
quæ fuerunt Chriſti,vt claui,lancea,corona,veſtes,& huiuſ-
modi,ratione contactus tantum.j.ij.q.xxv. In prædictis ta-
men ſunt aliquæ difficultates, quas diffusè tetigi in additio-
nibus ad porta.iij.di.ix.& in Roſa aurea caſu xij.& lix.¶Ter-
3 tiò quæritur,†quæ adoranda ſint hyperdulia?Et dico primò
quòd humanitas Chriſti ſecundum ſe,vt dictum eſt.Et ſecun
dò crux Chriſti vt res quædam,vt dictum eſt:quod non intel-
ligitur vt in ſe nec ſecundum ſe præcisè:quia rei irrationali vt
ſic nullus honor debetur,vt patet iij.par.xxv.neq; vt tangens
vel repræſentans Chriſtum ſeu illi actu coniuncta: quia ſic
adoratur latria:ſed vt res Chriſti ſeparata à Chriſto.vide vbi
ſuprà.Et tertiò mater Chriſti,quæ ratione ſui licet adoretur
dulia.tamen vt mater Chriſti adoratur hyperdulia.iij.diſt.ix.
4 ¶Quartò quæritur,†quæ adoranda ſint dulia?Et dico quòd
primò mater Dei in ſe,vt dictum eſt:& ſecundò,reliquiæ ſan
ctorum.j.ij.q.xxv.& tertiò viri ſancti.iij.diſtinc.ix.& intellige
ſancti,ſecundum noſtram opinionem. ¶Quintò quæritur,
5 †vtrum poſsit quis adorare aduerſarium ſine peccato,quan-
do creditur eſſe Chriſtus? Et dico quòd non, niſi ſub condi-
tione ſi ita eſt actu voce aut mente expreſſa:quia ipſa noui-
tas inſolitæ rei conſiderationem & diſcuſsionem requirit.ſi-
cut beata virgo cogitabat qualis eſſet angelica ſalutatio.

LATRO publicus dicitur,qui inſidiatur& aggreditur in
publicis ſtratis:nocturnus verò populator agrorũ,qui no
cte agros incendit& vaſtat.de quo ſ. Fur.§.j.& Excõmu
nicatio.vij.§.ij. hos ſecundum leges impunè licet occidere.
de quo ſuprà Homicidium.j.§.ij.particula vj.ne gaudent im-
munitate eccleſiaſtica ſi confugiunt ad eccleſiam: vt ſuprà
Immunitas.iij.§.ij.Vide etiam infrà Prædo & Raptor.

LAVDEMIVM eſt ſolutio quinquageſimæ partis vel
æſtimationis rei fienda domino ab eo, qui de nouo ac-
quirit emphyteuſim.Vide ſuprà Emphyteuſis.§.xx.

## De Legatis primo in genere & abſolutè.

1 *Legatum quid.*
2 *Legatum quot modis fiat.*
3 *Si,an & quando ſit conditionalis.*
4 *Cum dictio,'quid importet.*
5 *Si,& cum, qualiter differant.*
6 *Fructus medij temporis an debeantur ex legato in diem.*
7 *Legatum conditionale quando valeat,non impleta conditione.*
8 *Legatum ſub conditione impoſsibili vel inhoneſta an valeat.*
9 *Legatum vxori,ſi caſtè & honeſtè vixerit, an prohibeat ſe-
cundas nuptias.*
10 *Legatum factum eccleſiæ ſub conditione ſepulturæ,an valeat.*
11 *Legatũ ſub cõditiõe vt fiat aliquid qđ iã factũ eſt,an valeat.*
12 *Legatum an teneat, ſi legatarius præmoriatur.*
13 *Legatum ſi nupſerit, an debeatur ingredienti religionem.*
14 *Legatũ an valeat,ſi legatarius moriatᷣ ante euentũ cõditiõis.*
15 *Legatum conditionale an expiret, ſi purificetur conditio ante
mortem teſtatoris.*
16 *Legatum an vitietur falſa demonſtratione,vel falſa cauſa.*
17 *Legatum ſi voluerit, an tranſeat ad hæredes.*
18 *Legata qua actione petantur.*
19 *Legata quando peti debeant.*
20 *Legatarij quo ordine petant.*
21 *Legatum quibus modis efficitur caducum.*

LEGATVM eſt†donatio quędam à teſtatore relicta,& 1
ab hærede præſtãda. Debetur enim poſt mortem teſta-
toris,& poſt aditã hæreditatem ab hærede: vt colligitur In-
ſtit.de lega.§.j.Et hodie legatũ & fideicommiſſum ſunt fe-
rè idem:& quicquid iuris eſt in vno,eſt etiam in alio.ff.de leg.
j.l.j.ſed fideicommiſſum dictum eſt,quia olim pendebat ex
fide hæredum.Et ideo fideicommiſſarij dicuntur,quorum fi-
dei legata ſoluenda committuntur:qui etiam dicuntur teſta-
mentorum executores.¶Primò verò quæritur,†quomodo 2
poſsit fieri legatũ? Et dico quòd omne legatum fieri poteſt
quibuſcunq; verbis aptis & idoneis:vt ſi dicatur,lego,do,dari
iubeo,volo,rogo,poſco,opto vt des.l.ij.C.communi.de le.ſi
tamen verba demonſtratiua ſint annexa,vide ſuprà Conditio,
§.iiij.Et hoc multipliciter fit. ¶Primò quidem purè:vt cùm
dicitur,lego tali centum:& tunc ſtatim mortuo teſtatore le-
gatum cedit legatario:vt infrà.§.xv.¶Secundò verò in diem:
vt,lego tali ad paſcha.Et tunc ſi dies eſt omnino incerta: vt,
lego tibi centum die qua inimicum vicero:legatum eſt con-
ditionale.l.dies.ff.de condi.& demon.& l.ſtipulatio iſta.§.in-
ter certam.ff.de verb.obli.& not.gl.in l.Seius Saturninus.ff.
ad Treb.Si verò eſt certa omnino:vt,lego Titio in paſchate
futuro,vel qñ curret m.ccccc v.& huiuſmodi:vel eſt certa ad
minus in ſe,licet ſit incerta in proprio ſubiecto:vt,lego Titio
quãdo erit xxv.annorum.quod ſcilicet tempus certò eueniet:
ſed fortè tunc non viuet Titius: tunc legatum factum tali
tempore vel die, ſtatim à die mortis teſtatoris cedit legata-
rio quo ad tranſmiſsionẽ: quia ſi legatarius moreretur poſt
mortem teſtatoris,&ante illum diem,nihilo minus legatum
debetur hæredibus eius: vt patet in l.vnica.§.cum igitur.C.
de cad.tol.Et idem dic quando legantur fructus,qui naſcen-
tur ex tali fundo: quia licet moriatur legatarius, tamen ad
ſuos hæredes tranſmittit: vt no.gloſſ.in l.itẽ quia.ff.de pact.
Sed intellige niſi aliud impediat.l.ſi ea quæſtio.C.de his qui.
vt indig. Patet quod dictũ eſt l.ſi cùm hæres. ff. quando dies
le.ce.& l.hæres. in prin.ff.de condi. & demõ. vbi patet quòd
quando quis legat Titio poſſeſsionem cum morietur, licet
ſit incertum quando morietur: quia tamen certum eſt quòd
morietur,legatum eſt ad diem certum: & ſic debebitur eius
hæredibus;ſed ſi legaret ſic, hæres dato poſſeſsionem Titio
cùm morieris: ſecus eſt: qui ſic eſt conditionale: quia eſt in
diem incertum:quia ignoratur quis prior ſit moriturus, hæ-
res ſcilicet vel Titius.¶ Et tertiò,ex die:vt,lego tali à paſcha
te antea:& tunc diſtingue,vt de legato in diem.¶Et quartò,
ſub conditione per ly ſi: vt,lego tibi centum,ſi filiam meam
acceperis. vel per cum:vt, lego tibi centum cum fueris xiiij.
annorum: & tunc ineſt conditio hæc, dum completus fuerit
xiiij.annus, & non aliter.C.de leg.l.fi. Hoc tamen fallit in li-
bertate:vt dicendo,ſeruum meum liberum eſſe iubeo, cum
filius meus fuerit quatuordecim annorum:vt videatur potius
relicta eſſe in diem,quàm ſub conditione.C.de fideicommiſ.
lib.l. fideicommiſſaria. ¶ Et quintò, purè & ſub conditione
ſimul:vnde ſi in ſingulos annos aliquid alicui legatũ ſit, plu-
ra ſunt legata:& primi anni erit purum: ſequentium verò
conditionale,ſcilicet ſi viuat:vnde eo mortuo nõ tranſmittitur
ad hæredes.l.ſi in ſingulos.§.de annu.leg.Quando igitur fit
ſub conditione,legatum ante conditionis euentum non ce-
dit legatario:vnde ſi moriatur ante cõditionis impletionẽ,
remanebit apud grauatum,& non tranſmittet ad ſuos hære
des.ſed tamen limita,vt infrà.§.iiij.&.x. ¶†Sed pro notitia
3 præmiſſorum ſciendum eſt primò quòd ly ſi,nõ ſemper cõ
ditionem facit.Nam quando apponitur tempori præterito
vel præſenti,nõ facit conditionem propriè.l.inſtitutio talis.
in ſi.ff.de condi.inſt.& l.eas.in principio.& l.ſi ita ſtipulatus
fuero hanc ſummam.ff.de verb.obli.nec obſtat l.ſi ſic.ff.de
le.j.quia impropriè loquitur.Similiter ly ſi,non facit condi
tionem:quãdo reſpicit euentum futuri temporis certum o-
mni certitudine,ſecundum Bart.in.l.prima.ff.de cõd.& de-
monſtra.& idem dic quando conditio eſt impoſsibilis.l.j.ff.
de cõdi.inſti.Quãdo autẽ euentus eſt certus,ſed incertũ eſt
quãdo,vt mors:ſic facit conditionem,ſecundum Bart.vbi ſu
pra,& gl.in l.in omnibus obligationibus.ff.de reg.iu.& ſimi
liter conditionem fecit,quãdo euentus eſt omnino incertus.
Quãdoq; etiam ly ſi,ponitur ꝓ quia.l.videamus.in prin.ff.
de in li.iur.& l.Titiũ & Meuiũ.ff.de admini.tuto.quandoq;
etiam ꝓ quanuis.l.fina.C.de libe.& eorum lib.& quandoq;
ſimul cũ ly &,hoc modo:& ſi negotijs familiarib.prępediti.
de ſtat.ꝓ quanuis.l.j.§.nuntiatio.ff.de no.ope.nũtia.& diffu-
ſe Bartol.vbi ſ.¶†Sciendum eſt ſecundò,quòd ly cum, ali-
quãdo habet vim copulæ.l.illi cum illo.ff.de vſufr.leg.& ſic
nõ facit conditionem,niſi ante appareat voluntas diſponen
tis.l.ſi ita fuerit.§.fi.ff.de teſta.manu.& l.ſi ancilla.ff.de le.j.
Aliquando verò eſt coniunctio,videlicet quando apponitur
verbo præteriti vel præſentis temporis:& ſic etiam nõ facit
conditionem:ſed ponitur cauſatiuè cum pro quia:vel aduer
ſatiuè ꝓ quanuis.l.demonſtratio.§.j.ff.de condi.& demon-
ſtra.& ibi Bar.Aliquando reperitur aduerbium,ſcilicet cum
ꝓ quando?quod eſt cum apponitur verbo futuri tẽporis:&
ſic tunc videtur quod non ſit differentia inter ſi: & cum,&
quod vtrunq; faciat conditionem.l.qui promiſit.ff.de condi.
inde.cum multis alijs in gloſſ.d.l.demonſtratio.¶†Sed quia
multæ leges videntur contrariæ:ſciẽdũ eſt tertiò quòd Bar.
ibidem dicit,quod eſt triplex differentia. ¶Prima, quia ſi
principaliter denotat conditionem,ſecũdariò verò tempus:
quia nulla eſt conditio quæ non habeat in ſe futurũ tempus:
cum verò principaliter tempus,quia eſt aduerbium tẽporis:
ſecundariò verò conditionem:quod ꝓbatur in l. ſi Titio.ff.
quando dies leg.ce.Et ideo quando ponitur circa ſubſtantiã
obligationis,vel circa voluntatem quæ exprimitur per ver-
bum futuri ſubiunctiui:ſi ponitur per ſi,non valet, ſed bene
per cũ.verbi gratia.Stipulatio quæ fit ſic:promitto tibi cẽtũ
ſi volueris:non valet.ſecus dicendo, promitto tibi centũ,cũ
volueris.l.centeſimis.§.fin.ff.de verb.oblihat.quia in primo
conditio eſt expreſſa per ſi:in ſecundo eſt tacita per cum,&
expreſſa nocent.l.nonnunquam.ff.de condi.& demon.¶Se-
cunda differentia eſt,quia ſi legas mihi decem cum petiero:
non facio conditionem.l.ſi decem cum petiero.ff.de ver.ob.
& l.Titia.ff.de condi.& demonſt.ſed bene ſi legas decem ſi
petiero:vt no.in d.l.ſi decem.quia per ſi,eſt conditio expreſ-
ſa:per cum,tempus principaliter:& conſequenter cùm talis
expreſsio temporis ſapiat exactionem de præſenti,ſiue exe-
cutionẽ,nullam ſuſpenſionem inducit:ideoq; licet moriatur
antequam petat,non deficit conditio.l.liber homo.§.decem.
ff.de verb.obligationibus.¶Tertia differentia:quia ly ſi,ſi-
ue apponatur circa diſpoſitionem,ſiue circa executionẽ,fa-
cit diſpoſitionem conditionalem l.quibus diebus.§.quidam
Titio.ff.de condi.& demonſtratio.ſed cum,facit diſpoſitio-
nem conditionalem in vltimis voluntatibus: vt in d.§. qui-
dam Titio.vbi nota.ſecus in contractibus:ſed bene diſpoſi-
tionẽ reſoluendam ſub conditione:vt.ff.de in diem addict.l.
ij.& ibi bona gloſſa.Cùm,tamen facere diſpoſitionem cõdi
tionalem in vltimis volũtaribus,limita verum quando addi-
tur diſpoſitioni vltimæ,quæ concernit voluntatem diſponẽ
di ſiue diſpoſitionem.lege,ſi cui legetur.ff.de legatis primo.
niſi quando relinquitur coniunctæ perſonæ:quia tunc in du-
bio facit diẽ.d.l.Seius Saturninus.ff.ad Trebellia. Sed ſecus
quando diſpoſitio concernit præceptum ſoluendi ſiue execu
tionem,& tempus certum,ſaltem in ſe,ſicut eſt tempus cer-
tæ ætatis:quia tunc nõ facit cõditionem,ſed dilationem: qa
de natura ly cum,eſt facere tempus.l.his verbis.& ibi Bald.
C.quãdo di.leg.ced.Aduerte etiam quòd licet dicatur,lego
tibi centum ea conditione vt facias tale quid: legatum non
eſt cõditionale,ſed modale.l.Meuia.ff.de manu.teſ.& l.ij.ff.
de dona.Et ſic verbum,ea cõditione,accipitur improprie,ſe-
cundum Bar.in d.l.quibus diebus.Secundò quęritur,†vtrum 6
relictum in diem debeatur cum fructibus intermedij tẽpo-
ris?Et diſtinguo,Nam ſi dies fuit appoſitus gratia legatarij
puta quia puer:ſic debentur.ſi verò fuit appoſitus gratia hæ
redis:ſic non debentur.Et ſic concorda.l.in fideicommiſſa-
ria.ff.ad Treb.& l.in fideicõmiſsi.§.cũ Pollidius.ff.de vſuris.
& l.cum.de ann.leg.& eſt gloſ.in l.his verbis.C.quando di.
leg.ce.Tertiò quæritur,†vtrum valeat legatum conditiona- 7
le non impleta conditione ex defectu legatarij vel alio mo-
do?Et diſtinguo.Aut enim conditio reſpicit factum eius cui
relinquitur ſolum:puta ſi manumiſerit ſeruũ ſuũ:& tũc ſi cõ
ditio deficit per caſum,vt quia ſeruus naturali moritur mor
te:ſic conſequenter legatum.ff.de conditio.inſti.l.qui ſub cõ
ditione.§.quoties.niſi fuerit in mora.ff.de condi.& demon-
ſtra.l.penultima.Si verò deficit per alium,puta quia fuit in-
terfectus:tunc aget contra interfectorem lege Aquilia.l.in-
de Neratius.§.idẽ Iulianus.ff.ad l.Aquiliam.& ſi occiſor eſt
non ſoluendo,de æquitate admitti debet ad legatum. lege
Titio.§.finali.ff.de condi.& demonſtr.& in fine,ff.de eo per
quem fa.eſt.Aut cõſiſtit in facto eius cui relictum eſt,& etiã
alterius:& tũc ſi per caſum fortuitum euenit ne impleat:ad-
mitteret legatum,niſi fauore alimẽtorũ.l.annua. ff. de ann.
lega.Si verò non per caſum,ſed per factum alterius:ſic non
amittet,ſed habebit.Probatur hęc diſtinctio in lege,in teſta
mento.ff.de cond.& demon.& in gloſſa & in l. prima. C.de
inſtit.& ſubſti.& eſt æqua,niſi aliud in aliquo caſu dicatur fa
uore libertatis.l.cum ita legatur.ff.de condi.& demonſt.vel
etiam niſi conditio eſſet inhoneſta:quia ſic habetur pro non
adiecta.l.cum ita legatũ ſit.ff.de condi.& demon. ¶Quartò
quæritur,†vtrum expiret legatũ factum ſub conditione im 8
poſsibili vel inhoneſta?Et dico quòd ſi conditio ſit impoſsi
bilis,nõ vitiat legatum:vt l.obtinuit.ff.de condi.& demonſt.
imò nec ſi ſit poſsibilis,ſed per legatarium fieri nõ poteſt:vt
ſi legatur aliquid alicui,& eius fidei committitur vt emptũ
alienum ſeruum manumittat,& dominus eum vendere nõ
vult.Habebit enim legatum:quia per eum nõ ſtetit quo mi
nus fideicommiſſum præſtiterit:vnde & ſi ſeruus mortuus
fuiſſet,à legato non ſubmoueretur.l.ſi Titio.ff.de lega.j. Et
idem dico de conditione inhoneſta:quia habẽda eſt ꝓ non
adiecta.Vnde legatum factum ſub conditione, ſi nupſerit
Sempronio:ſi non nupſerit illi, non expirat, ſi ſit indignus
eius nuptijs:ſecus ſi poſsit illi honeſtè nubere.ar.d.l.cùm ita
legatum ſit.& l.cum tale legatum.§.Meuiæ.ff.de condit.&
demon.Et idem ſi legatum ſit vt nubat ſecundum arbitrium
Sempronij,quia perinde eſt ac ſi hæc cõditio nõ ſit adiecta.l.
filiæ ſuæ.ff.de condi.& demonſtr.¶†Quitò quæritur,quid ſi 9

legetur vxori ſub conditione, ſi caſtè & honeſtè vixerit, & il-
la transfert ſe ad ſecūda vota? Et dicit Bar. in l. mulier. §. cum
proponeretur. ff. ad Treb. quòd legatum non amittet: quia
hoc eſt caſtè & honeſtè viuere. xxxj. diſtin. Nicena. Sed limi-
ta, niſi aliud ſenſerit teſtator, vel habeat vſus loquendi. Pro
quo facit quod no. idem in l. labeo. ff. de ſupe. lega. & in l. o-
mnes populi. ff. de iuſti. & iure. & Inn. in c. olim. de verborum
ſignificatione. & gloſſa in cap. nōnulli. de reſcrip. quia com-
munis vſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi ver-
borum in quacunque materia. Et idem tenet Panor. in cap.
vt clericorum. de vita & hone. clericorum. addens quòd cau
tè addendum eſſet. ſi caſtè vixerit, & in viduitate. Oldradus
autem dicit ſtandum communi intellectui teſtatoris, qui in-
tendit quòd alteri non nubat: quod quidam verum dicunt, ſi
talis ſit ſimplex & idiota: quia poteſt ignorare in matrimo-
nio eſſe caſtitatē: ſecus ſi doctus eſſet. Ang. autem de Are. in
§. iuris præcepta. Inſti. de iuſt. & iure. dicit ꝙ intelligitur do
nec alteri nō nupſerit, vel corpus ſuū corruperit: ſi talia ver-
ba ꝓlata ſunt à marito vel filijs vel hęredibus qui læduntur
per tranſitū ad ſecūda vota: vt no. glo. in l. fi. & ibi Docto. C.
de indic. vidui. tol. ſecus ſi proferantur à lege, vel à patre, ma-
tre, vel alijs cōiunctis mulieris vel penitus extraneis: quia nu
bendo legatum non perdet: vt §. cum proponeretur. l. mu-
lier. ff. ad Trebellia. niſi fortè nubat tali, qui eſſet dedecori
agnationi ſuæ & relinquenti. arg. l. iij. §. ſi emancipatus. ff. de
contra tab. ſecus ſi corpus ſuum corruperit. Intelligit tamen
Ang. in auth. quomodo opor. epi. §. hæc de Deo. ſi nubat tan
tum ſemel. prō quo tex. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo-
rum ſignificatione. per quem textum. quidam dicūt quòd ſi
quis mandauit bona ſua diſtribui in dotandis mulieribus, in
diſtinctè intelligitur de primis vel ſecundis nuptijs, non de
tertijs. Ego autē dico prædicta omnia vera eſſe; ſi volūtas te
ſtatoris ignoretur: ſed ſi ſciatur aut ꝓbabiliter coniecturet,
in vtroq; foro ſeruabitur ſine prædictis diſtinctionibus, quia
vltima voluntas teſtatoris pro lege ſeruanda eſt. xiij. q. ij. ca.
10 vltimo. ¶Sextò quæritur, † an teneat legatum factum alicui
eccleſiæ ſub conditione quòd ibi ſepeliatur: ſi quid accidat
propter quod ibi non debeat ſepeliri: vt quia ſe occidit, vel
moritur excommunicatus, & huiuſmodi? Et dicit Bart. poſt
Dy. in l. miles. §. ream. ff. de adul. quòd nihilo minus ſoluetur
legatum eccleſiæ: cùm facto legantis & eius culpa hoc acci
derit. & ſequitur Bal. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. &
cler. & l. j. C. de his quę pœn. no. Ratio, quia in legato ad pias
cauſas attenditur duplex fauor, ſcilicet legantis, & cui lega-
tur: & conſequenter licet hoc caſu eſſet fauor alicuius legan
tis, non tamen ceſſat fauor eccleſiæ cui legatur. Nec obſtat
quòd nō ſit impleta cōditio: quia eſt impoſſibilis: & cōſequē
ter non vitiat legatum: vt l. obtinuit. ff. de condi. & demon.
11 ¶Septimò quæritur, † vtrum valeat legatum factum ſub cō
ditione quòd fiat aliquid quod iam factum eſt: puta, quòd
fiat altare in tali loco ad honorem talis ſancti, & hoc iam le
gatarius fecerat? Et dico quòd nō, ſed efficitur caducum, per
l. conditionem. ff. de condi. & demonſt. Et hoc videtur ibi te-
nuiſſe Bar. vbi dicit quòd ad actionem conſequendam non
ſufficit aliquid fieri fato. & videtur eſſe tex. ibi in fine. dicens
ſi fato fecerit, nō videtur obtemperaſſe voluntati, ſed ad pœ
nam euitandam dicit de mente Dyn. nō referri qualiter fiat
vt l. ea quidem. C. ſi mar. ita alie. Et ſic patet quòd non debe
tur prædictum legatum: nec ligaretur talis ſi fieret excōmu
nicatio contra nō ſoluētes legata: nec incurreret alienā pœ
nam ſi eſſet appoſita. pro quo facit quod no. Lud. de Roma.
& Bar. in l. cū ſeruus. ff. de verborum obligationibus. & l. for-
ma. §. ſi cum ego. ff. de cenſi. Et valet ad multa, prędicta Bar-
toli diſtinctio. ¶Octauò quæritur, † vtrū teneat legatum, ſi
legatarius præmoriatur leganti? Et dico quòd nō, ſed rema-
nebit hæredibus legantis? ſecus autē ſi moreretur poſt mor-
tem quidem teſtantis, ſed antequam hæres adiret hæredita-
tem: quia tunc debetur hæredibus legatarij. l. vnica. §. ſed vt
manifeſtius. C. de cad. tol. Limita tamen iſta, vt infrà Lega-
tum. ij. §. v. particula prima.
¶Nonò, † quid ſi legetur aliquid alicui ſub conditione, ſi li-
beros habuerit, vel nupſerit, & ille religionem ingreditur?
Et dico ꝙ nihilominus debet habere legatū: vt ſupà Hęredi-
tas. iiij. §. vltimo. Vnde & ſi puellæ relinquantur mille, ſi nu-
pſerit, & ſi religionem intrauerit, centum: nihilominus ſi in-
trabit, habebit mille, vt dictū eſt ibidē. ¶† Decimò quæritur,
quid fiet ſi legatarius moritur ante euentum conditionis, ſub
qua factum eſt legatum? Et dicit Panorm. in capite, nos qui-
dem. de teſta. quòd aut legatum eſt factum perſonæ intuitu
animæ: puta quia alij perſonæ fuiſſet teſtator relicturus: &
tunc deficiente illa perſona conuerti debet in alium vſum
piū, vt volūtas defuncti vel effectus impleatur. ſicut dicimus
in legato facto in ciuitate propter perpetuam memoriā de-
functi, quod alibi fiet, ſi fieri non poſſit vbi ordinauerat: vt l. le-
ge, legatum. ff. de vſufr. leg. Si verò relictum fuit contempla-
tione perſonæ vel collegij certi, non habito reſpectu ad piā
cauſam: tunc deficiente legatario, expirat legatum, & rema-
net apud grauatū: vt l. pater. §. Tuſculanus. ff. de leg. iij. C. de
cad. tol. l. vnica. §. ſi autem aliquid ſub conditione. Si autem
dubitatur an habuerit reſpectum ad animam vel perſonam,
tunc in dubio fauore animæ vel religionis præſumere debe-
mus ꝙ ad piā cauſam reliquerit. arg. legis, ſunt ꝑſonæ. ff. de
reli. & ſum. fu. Et hoc notat & ſequitur Barto. in dicto. §. Tu-
ſculanus. Et hæc deputatio ad alium pium vſum fieri debet
de cōſenſu epiſcopi & hæredis ſimul: dicta l. legatum. & not.
in clemen. quia contingit. de re. do. ¶Et faciunt iſta ad quæ-
ſtionem, ſi relinquitur aliquid puellæ maritandę, ea moritur
antequam relictum aſſequeretur vtrum expiret, vel ſit con-
uertendū in aliam puellā maritandam? Et dicit Pan. in dicto
ca. nos quidem quòd ex varijs coniecturis iudex coniectura-
bit an teſtator reſpectum habuerit ad animam vel ad fauo-
rem puellæ, fortè quia ſibi diu ſeruierat. Nam tunc præſum-
ptio eſt quòd voluerit eam potius remunerare. Secus ergo ſi
ex coniecturis hoc non poterit conſtare: quia tunc debet cō-
uerti ad aliam puellam maritandam: quia videtur factum
contemplatione animæ. Et idem de omni legato quod cōſe-
qui non poteſt ſuum effectum. ¶Vndecimò quæritur, † an
expiret legatum conditionale, ſi purificetur conditio ante-
quam legatum firmetur morte teſtatoris? Et dico quòd ſic:
puta quia legauit quidam centum puellæ maritādæ, id eſt, ſi
vel quādo maritabitur: & ante eius mortem illa nupſit. Nō
enim poſt eius mortem poterit hoc petere, ſi teſtamentum
non reuocetur: quia ſicut expirat legatum abſolutè factū ſi
legatarius præmoriatur abſolutè, ita expirat factum ſub ali-
qua conditione, ſi legatarius quantum ad illam conditionē
moriatur. quod ſit cùm illa conditio iam eſſe non poteſt: &
præterea idem eſt ac ſi relictum eſſet aliquid vt fieret, quod
iam erat factum. Si tamen aliter conſtaret de volūtate legan-
tis, ſeruanda eſſet. ¶† Duodecimò quæritur, vtrum falſa de-
monſtratio vel cauſa vitiet legatum? Et dico quòd falſa de-
monſtratio non officit: quia ibi conſtat de re & voluntate:
dicēdo, lego tibi ſeruū meū emptū à Titio, cū ſit emptus ab
alio, modò cōſtet de ſeruo. Inſti. e. §. huic ꝓxima. vide ſ. Con-
ditio. Similiter nō vitiat falſa cauſa: vt, lego Petro centū quia
mihi tale ſeruitiū fecit: cum tn̄ non fecerit. Inſtit. eod. §. lon-
ge. ſecus ſi conditionaliter, & ibidē. ¶Decimotertiò quæri-
tur, † quid ſi legetur cētum Titio ſub cōditione, ſi voluerit?
Et dico quòd legatū non tranſibit ad hæredes Titij, niſi ille
expreſſerit ſe velle. l. ſi ita legatum ſit. §. illi ſi volet. ff. de
leg. j. ¶Decimoquartò quæritur, † qua actione petuntur
legata? Et dico quòd nō ſolùm per actionem perſonalem,
ſed etiā per in rem, & hypothecariam in res mortui: & idem
dico in fideicōmiſſis: vt Inſtit. de leg. §. noſtra. & C. cōmunia
de leg. l. j. ¶Decimoquintò quærit †, quādo poſſunt peti le-
gata? Et dico quòd ſolùm poſt aditā hæreditatē, niſi ſint ad
pias cauſas. Vnde ſcito quòd rei legatæ dominium, poſtquā
adita eſt hæreditas, ipſo iure tranſit ab eo qui legauit ad le-
gatariū recta via. ff. de furt. l. à Titio. not. gl. in c. Raynaldus
de teſta. Et ideo ex tūc pertinet ad legatariū fructus rei le-
gatæ. not. gloſ. in l. legatis. C. de vſur. l. à Titio. ff. de fur. l. le-
gatū. la ij. ff. de leg. ij. & l. ſi tibi homo. §. cū ſeruus. ff. de leg.
j. Fallit hoc quando legatur res aliena. l. cum alienā. C. de le-
ga. & l. non dubiū. ff. de leg. iij. Et in legato relicto in gene-
re. l. apud Offidiū. ff. de op. leg. Et in relicto alternatiue. l. hu
iuſmodi. §. Stichū. ff. de leg. j. & l. ſtatuliberū. §. Stichū. ff. de
lega. ij. Et in relicto in diē: quia niſi adueniente die non trā-
ſit. l. Sempronius. ff. de vſufruct. leg. Et quando aggrauat hę-
redē ad vendendū rem. l. vxorem. ff. de leg. iij. Ad quem autē
pertineat ſoluere legata: ad hæredē videlicet vel ad ꝓprie-
tarium, an magis ad vſufructuarium omniū bonorū, vide in
ſ. Vſus & Vſusfructus. §. ix. particula v. ¶Decimoſextò
quæritur, † quo ordine capient legatarij? Et dico quòd nul-
lum ordinem obſeruamus, ſed ſimul æqualiter tuemur. l. is
cui. §. ſi plures. ff. vt in poſſeſſ. legat. ¶Decimoſeptimò quæ-
ritur, † quibus modis legatū efficitur caducū? Et dico quòd
tribus in genere. ¶Primò, quando id quod legatur in teſta-
mento, habetur pro non ſcripto. quod tripliciter contingit.
Aut ſcilicet quia deceſſit legatarius, quē teſtator viuere cre
debat. Aut quia id quod legatur, nec eſt nec eſſe poteſt in re
rum natura: vt equus mortuus, quem teſtator viuere credi-
dit. Aut quia rei legatæ nullum eſt cōmerciū vel quæ aliena
ri prohibentur. & dicit Azo quòd etiā ſi ſit cōmercium, ſed
cum difficultate, vt in prædijs neceſſarijs Cæſaris, non valet
legatum, nec etiā æſtimatio dabitur, Inſtitut. de legat. §. ſed
ſi talis res. nec voluntas teſtatoris appareret velle æſtimatio
nem dari, quādo æſtimari poſſent. ff. de legat. j. l. ſi q̄s inqui-
linon. Excipitur, ſecūdū eundē, caſus quādo redemit hominē
liberū ab hoſtibus: q̄a poteſt liberari à pignore quod tacite
habeo in eo, donec ſoluatur prætiū, vel ſeruierit per q̄nquē-
nium. l. ſenatus. ff. de leg. j. Itē aduerte ꝙ ſi commerciū rei le-
gatæ ſit in communi: ſed nō hæredi ſic damnato ad dandū:
tamē valebit legatū: & præſtabit talis dānatus. Si verò com
mercium nō ſit ei cui præſtari debet, aut propter eius delictū
puta, quia hęreticus, aut propter ſectā: puta, quia Iudæus, qui
nō poteſt habere mancipiū Chriſtianū: tunc nec res nec æſti
matio debetur. Aut propter conditionem ſtatus: vt quia eſt
ſeruus, cui malitia nō debetur. Aut pervitium corporis: quia
eſt claudus, & legatur ſtipendium curſoris: & ſic ſi teſtator
ſciebat, dabitur æſtimatio: aliàs non: vt not. gloſſ. in lege, ſed
ſi res. ff. de legatis. j. Item ea quæ ſunt coniuncta ædibus, ne
vrbs deformetur, non ſunt in commercium. ff. de legatis. j.
l. cætera. Item nec res ſacræ. ¶Secundò, dicitur legatum ca-
ducum in caſu caduco tripliciter: aut quia legatarius præmo-
ritur quàm teſtator, vel efficitur ſeruus pœnę: aut quia teſta
mentū improbè inofficioſum dicit. ff. de inoffi. teſtam. l. Pa-
pinianus. §. meminiſſe. aut etiam propter graues inimicitias
exortas inter legantē & legatariū: ſi tamē redeāt ad amici-
tiā, reintegrat legatū: ſed propter leues inimicitias nō efficit
caducum. ff. de adi. leg. l. iij. in fin. & ff. de his quib. vt indi. l. ſi
inimicitiæ. ¶Tertiò dicitur propriè caducum, quod poſt
mortem teſtatoris deficit quacūque ratione: vt ſi legatarius
ſpernat. vel conditio ſub qua legatū eſt. deficiat. C. de cadu.
tollend. l. vnica.



## Rurſus de Legatis ſecundò, à quo fieri poſſint, aut cui facta eſſe intelligantur.


1 *Legare quis poſſit.*
2 *Legari cui poſſit.*
3 *Legari an poſſit fratribus mendicantibus.*
4 *Annuos reditus an liceat habere fratribus minoribus.*
5 *Legatum factum duobus re coniunctis, quando accreſcat vni.*
6 *Legatum factum epiſcopo an cenſeatur factum contemplatione eccleſiæ.*
7 *Legatum factum eccleſiaſtico non habenti adminiſtrationem an cenſeatur factum fauore eccleſiæ.*
8 *Legatum factum eccleſiæ ſanctæ Mariæ, cuius erit, ſi multæ ſint tales eccleſiæ.*
9 *Legatum factum filiofamilias an cenſeatur factum contemplatione patris.*
10 *Legatum factum canonicis an cenſeatur factum contemplatione eccleſiæ.*
11 *Legatum viæ ad eccleſiam an cenſeatur factum contemplatione eccleſiæ.*
12 *Legans Titio & filijs eius, cenſetur medietatem patri legare.*
13 *Legatum cædendi lapides an tranſeat ad hæredes.*
14 *Legatū ſi quis faciat alicui adimi, & ſibi relinqui, an teneatur*
15 *Legatum non vitiatur errore nominis.*
16 *Legatum an vitietur ob vitium legatarij, quod ſi teſtator ſciuiſſet, non legaſſet.*


LEGATVM ſecundò conſiderandum eſt quantum ad
eum, qui legare poteſt: & cui legare intelligitur. ¶Pri
mò ergo queritur, † quis poſſit legare? Et dico multa. ¶Pri-
mum Legare poteſt omnis, & ſolus ille, qui poteſt teſtari. ff. 1
de legatis. j. l. ij. Et ratio eſt quia legatum relinqui nō poteſt
niſi in teſtamēto vel codicillo: vn̄ teſtari, codicillare, & lega
re, quantum ad hoc æquipollēt: vt qui vnū poteſt, poſſit &
reliqua. ff. de iure cod. l. diui. §. codicillos is demū. Fallit hoc
in legatis ad pias cauſas, vt ĩ. Legatū iiij. §. x. Qui autē poſ-
ſint teſtari, ĩ. Teſtamentū. §. j. ¶Secundū. Minor tamen pro-
digus aut furioſus ingrediēs religionē teſtari, legare, & diſ-
ponere poteſt de rebus ſuis, etiā ſine authoritate curatoris,
ſecundū cōmuniter doct. vt dicit Panorm. in c. in pręſentia.
de probat. dūmodo tēpore diſpoſitionis & ingreſſus non ſit
furioſus. Et hoc aperte ſentit Io. An. ibi: quia in iſtis ſpiritua-
libus nō curamus de patria vel curatoris auhoritate: vt in c.
ſi annū. de iudic. lib. vj. ¶Tertium. De filio autem familias
quātū ad bona caſtrenſia vel quaſi nō eſt dubiū ꝙ de his po-
teſt teſtari, ſecundum Cy. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. ec
cleſijs. nec quātum ad profectitia quòd de his nō poteſt te-
ſtari ſed dubiū remanet in bonis aduentitijs. & Pan. ibidem
putat bona aduētitia ingreſſo, indiſtinctè acquiri monaſte-
rio: tum quia amplius nō eſt filius in poteſtate patris: & ſic
nō acquiritur vſusfructus patri: tum quia clerici & perſonæ
religioſæ ſunt priuilegiati ſuper bonis aduentitijs, ita vt ple
nam habeant ipſorū adminiſtrationem: ita quòd illud quod
laicis eſt aduentitium, clericis reputatur caſtrenſe vel quaſi.
Et hac ratione fortè idē dici poteſt de bonis acquiſitis prius,
vt ſtatim per ingreſſum gaudeant illo priuilegio: de quo vi-
de ſ. Clericus. iiij. §. xiiij. ¶Secūdò quæritur, † cui poſſit ali-
q̄d legari? Et dico multa. ¶Primū. Regulariter illi ſoli pōt 2
legari, qui poteſt hæres inſtitui. de quo vide ſuprà Hęreditas

iij.§.ij.& quæ ſit perſona certa:aliter non valet. l. vulgo.ff. de ſta.ho.fallit tamen hoc in aliquibus caſibus,de quibus in ſupra & infra Legatum.iiij.§.iij.¶Secundum.Poteſt tamen pater legare filijs ſpurijs ratione alimentorũ.vel relinquere dotes filiabus ſpurijs:cum dos ſuccedat loco alimentorũ ſecundum Bart.in auth.ex complexu.C.de inceſt.nup. licet ſpurij nõ poſsint hæredes inſtitui.¶Tertium.Eccleſiæ conſtruendæ,ſecundũ Panor.in c.nos quidem.de teſta.poteſt aliquid legari,ſed nõ donari:quia nõ valet donatio facta loco conſtruendo:vt in cap.abbate ſane.de re iud.lib.vj. Rationem diuerſitatis ponit Bart.in l.ſeruos ad cuſtodiã.ff.de ali.& cib.leg.quia donatio requirit perſonam & ſciẽtiam. ideo abſenti licet poſsit donari:nõ tamen ſit dominus antequam ſciat & conſentiat.l.abſenti.ff.de donat.& de præben. ſi tibi abſenti.lib.vj.Incertę etiam perſonæ legari poteſt,dummodo ex euẽtu poſsit certificari.l.cum pater.§.ſurdo.ff.de leg.ij.ſecus ſi certificari nõ poſſet euẽtu:vt not.gloſ. in d. c.nos quidẽ.¶Quartum.Fratribus minoribus, qui ſcilicet annuos reditus,habere nõ poſſunt,per cle.exiui.§.quicũq; annui.de verborum ſign.poteſt aliquid legari:vt in d.clem.§.cupientes.modò non ſit valor hæreditatis,vel tãta eius pars quòd præſumatur fieri in modo & forma legati fraudulenter pro ſucceſsione hęreditatis:de qua non ſunt capaces. ¶Tertiò
3 quæritur,†vtrum legari poſsit aliquid fratribus mendicãti-
4 bus:Et dico multa.¶Primum.†Fratribus minoribus non licet habere annuos reditus:vt §.priore dictum eſt:tamẽ hoc debet intelligi pro victu aut veſtitu & ad tempus nõ modicum.vnde ſecundũ Card.in d.clem.exiui.poſt Fede. eos poſſunt habere,ſi relicti ſunt ad certũ vſum diuini cultus: puta vinum pro ſacrificio:frumentum pro hoſtijs:& cõuentus eſt capax.& ſimiliter ſi relicti ſunt pro victu aut veſtitu: vel indiſtinctè nõ perpetuum,ſed ad modicũ tempus:quia videtur legatum vinum,cuius ſumma quo ad ſolutionem diuiſa eſt: nec per hoc tollitur mendicitas,ſed ſubleuatur: ſed ſi relinquuntur ad tempus non modicum,non valet:quia cõputantur inter immobilia:vt in d.§.quicunq; annui.Dicitur autem tempus non modicum,ſecũdum Sum.Ang.id quod eſt vltra decennium:ſed melius dicitur ſecundum Sum.Roſel.decenniũ,vel vltra:vt not.in clem.j.de rebus eccle.nõ alie.in gloſ. Addit etiam ipſe Car.quòd nõ repugnat mendicitati ſeruare victualia,quãdo timetur quòd alio modo haberi non poterunt.¶Secũdum.Legata autem quæ fiunt eiſdẽ fratribus minoribus,dum quidã indirectè relinquũt hoſpitalibus aut collegijs cum onere ſoluẽdi ſingulis annis duas petias pãni, vel huiuſmodi,ſecundũ Pan.in c.in præſentia.de probatio.& in c.j. nimis praua.de exceſ.præla.nõ valẽt:quia eſſet habere quandã proprietatẽ: & poſſent eſſe tot annui reditus, quòd eos non oporteret mendicare.quod eſt contra eorũ regulã. Prædicatores tamẽ nõ ſunt incapaces ex eorum regula: ſed ex conſtitutionibus.Sed intellige iſta non licere, non quidẽ indiſtinctè,vt tenuit.Summa Roſel.ſed quando poſsideãtur quaſi reditus & proprietates exigẽdo etiam in iudicio:ſecus eleemoſynaliter extra iudiciũ petendo,vt §.ſequenti.¶Tertium.Petrus de Palu.ordi.prædic.in epiſtola ad magiſtrum ordinis eiuſdem,loquens de dicto ordine, & conſequẽter de omnibus mendicantibus,de anniuerſarijs perpetuis ſic dicit: Sicut non eſt contra ordinẽ,imò de ordine, recipere quotidianas eleemoſynas:ita etiã anniuerſaria perpetua.nec hoc eſt habere reditus recipiendo gratis,& petendo extra iudicium:nec eſt in hoc neceſſaria diſpenſatio, ſicut nec in quotidie mendicando:ſed repetere illa in iudicio,tanquam reditus ſibi debitos,non licet abſq; diſpenſatione:quæ fieri non debet,nec illud diſsimulari,niſi ex cauſa neceſsitatis: puta, in locis vbi ita charitas refriguit,quòd fratres ſeminantes ſpiritualia non poſſunt aliter metere corporalia, hæc ille: addens idẽ eſſe de cenſibus annuis & reditibus fratrum ad vitam.& concord.Archid.& Farinerius ordi.mi.generalis in conſtit.dicens quòd nõ licet fratribus inducere aliquem ad talia legata facienda.quòd ſi facta fuerint, in iudicio nõ petant:quaſi innuens quòd extra iudiciũ per modum eleemoſynæ peti poſſunt.Ex his. Sum Ro. infert quòd annuũ prouentum locorum poſſeſsionis vel huiuſmodi, non licet minoribus etiã extra iudiciũ exigere:ſed recipere ſponte oblatum.Sed per exactionem ſi intelligit compulſionem ad dandum:nihil eſt quod dicitur:quia hoc extra iudiciũ non fit niſi per violentiam.Si verò intelligit petitionem, dico quòd hoc poſſunt ſecundũ Sum.Angel.licet is qui eſt daturus, ad hoc conſcientia teneatur: ſicut poſſunt petere eleemoſynã ab eo,q̃ ad eã tenetur ratione ſuperfluitatis.Prædicta limita de reditibus & prouentibus ad magnum tempus: quia ſi ſint ad modicũ.poſſunt mẽdicantes illos petere in iudicio: exceptis minoribus,quibus non licet,per dictam clem.§.rerũ de verb.ſig.Pro prędictis etiã aduerte ſequi ex dictis Pet. quòd idem prouẽtus reſpectu vnius fratris poteſt repugnare mendicitati,non reſpectu alterius: vt quia vnus intẽdit in iudicio repetere, & non alius.¶Quartũ.Quod dictũ eſt de perpetuis anniuerſarijs,idem à fortiori dici poteſt de pentibus:quos aliquando domini ordinant annuatim fratribus dari ſuper datijs vel gabellis iuſtis:quia ſunt eleemoſynæ, cum ſpõte & ad beneplacitũ dẽtur & reuocẽtur.¶Quartò quæritur,† vtrum legatũ factũ duobus re cõiunctis, ſi vnus repudiat,aut viuo teſtatore moriatur,aut deportet, vel huiuſmodi,accreſcat alteri?Et dicit Pet.de peru. in tract.de ca. porti.epiſcopi.quòd ſic.l.re cõiuncti.ff.de leg.iij.& l.vnica. §.his ita.C.de cad.tollen.non autem accreſcit cognitione legali cõiunctis.l.mulieri & Titio.ff de condit. & demõſtrat. Eſt autem notandum quòd legatarij dicuntur coniuncti re & verbis,quando vna res legatur eis copulatim:vt, lego Stichum meum Petro & Martino.& re tantum,quãdo legatur diuiſim:vt lego Petro Stichum meum: item lego Martino Stichum meũ:vt Inſtitut.de leg.§.ſi eadem res in text.& gl. & verbis tãtum:vt quãdo Petro & Martino legatur fundus æquis portionibus.Præfertur autem cõiunctus re & verbis, alijs cõiunctis re tantũ: an verò coniunctus verbis tantum, præferatur coniũctis re tantùm: eſt opinio diuerſa.Sed dic ꝙ non æqualiter veniunt:vt not.in dicta l.re cõiuncti.Vnde dicit Angel.Aret.Inſtitut de pupil.ſubſtitut.§.ſingulis.quòd quando teſtator dicit,lego filiabus meis centum pro qualibet:licet ſint verbaliter coniunctæ: tamẽ quia quælibet ad ſua centum,& ſic ad rem diuerſam vocãtur, nõ eſt inter eas ius accreſcendi.& caſus eſt,& ibi Bartol.in huiuſmodi.§.j.ff. de legat.j.¶Quintò quæritur,†vtrum legatum factũ epiſcopo,in dubio præſumatur factum contemplatione eccleſiæ? Et dico duo. ¶Primum. Cum aliquid relinquitur conſtituto in dignitate non ratione dignitatis,ſed ratione ſuæ perſonæ,illud eſt ſuum:& ſi ante diem cadentem legati moriatur, expirat legatum: vt ſuprà dictum eſt legatum.j.§.vlt. & argu.l.cum princip.& ſequent.ff.de legat.ij.Sed ſi legatum aſſequatur,erit ſuum:& ab inteſtato ſuccedũt propinqui argu.cap.quia nos.de teſtam.Si verò relinquitur ei ratione dignitatis.vel loci,in quo habet dignitatem: etiam ſi moriatur ante diem cadentem legati, debetur ſucceſſori quia dignitas non moritur.xij.quæſt. ij. liberti. ¶Secundum. Ad quæſtionem igitur motam dicunt aliqui quòd cum aliquid relinquitur principi, videtur legatum eſſe dignitati, ex hoc quod relictum eſt ſub nomine dignitatis: vnde ſucceſſori



debetur ſi ille moriatur ante diẽ legati cadentẽ:quia dignitas nõ moritur.d.c.liberti.Sed vbi relinquitur aliquid Auguſtæ,ſi illa moritur ante diem legati cadẽtem, legatũ perijt. l.cum principi.& ſeq. ff.de le.ij. quia cum dignitatẽ habeat, nõ ex ſe,ſed ex Auguſto, nõ videtur ei relinqui ſub nomine dignitatis,ſed ſub nomine proprio:vnde non debetur Auguſtæ ſuccedenti,niſi alio medio probabili concludatur teſtatoris voluntas.Et ex his de mente Bart.faciunt theoricã, ꝙ ſi quid relinquatur expreſſo nomine proprio tãtùm,videtur relictum perſonæ.expreſſo verò appellatiuo tantùm,relinquo principi vel epiſcopo:videtur relictum dignitati:expreſſo verò vtroq;,ſi præcedit propriũ,videtur cedere perſonę:ſi appellatiuũ dignitatis vel eccleſiæ,cedit dignitati.& de hoc per Card.in l.ciuibus.ff.de reb.du.Pan.aũt in c.requiſiſti. de teſta.dicit ꝙ in dubio ad coniecturas eſt recurrendum: vt ſi factum à perſona coniũcta,non præſumatur factum contẽplatione eccleſiæ quanuis dixerit,relinquo hoc epiſcopo vel domino Ioanni,nõ expreſſo epiſcopo:& ſic erit ſuum,& ſuccedent propinqui ab inteſtato.c.quia nos.de teſta.Si verò legetur ab extraneo:præſumitur factũ contemplatione eccleſiæ.& idem per omnia dic de quocũq; habẽte adminiſtrationem ſeu prelationẽ in eccleſia.Sed ego dico quòd poteſt cõiunctus nõ amare coniunctum,& econtra extraneus extraneum amare:& ſimiliter nomine proprio poſſumus ſignificare dignitatẽ,Imperatorẽ vocando Cæſarem:& econtra nomine appellatiuo certam perſonã:ſicut cum ruſticus cognominatur rex:ideo voluntas teſtatoris in dubio ex cõiecturis exploranda eſt probabilibus,primò quidẽ ex realibus & verbalibus ſimul,ſi poſsibile eſt,vt innuit tex. in d.c.requiſiſti. deinde verò ex ſumptis à rebus,vt facit Pan. deinde verò ex ſumptis à nomine ſi reales deficiunt,vt facit Bar. Eſt autem notandum quòd verbũ.adminiſtratio.hic verificatur in habente dignitatem ſeu miniſterium in eccleſia ſeparatũ à cõgregatione.& ſecundũ Inn.in d.c.requiſiſti.adminiſtrationẽ habet qui poteſt abſoluere: prælatio etiam hic ſumitur largè vt comprehendat etiã habẽtes eccleſiam curatam.Extraneus etiam dicitur, qui non eſt coniunctus in quarto gradu conſanguinitatis vel affinitatis,vt eſt text.in auth. licẽtiam. C.de epiſ.& cle.& in auth.de eccl.ti.§.interdicimus.& idẽ gl. xij.q.iij.c.j.& eſt cõmunis opinio,quanuis aliqui aliter teneant.¶Sextò quæritur,† cuius contẽplatione præſumatur factum legatũ eccleſiaſtico nõ habẽti tamẽ adminiſtrationẽ in eccleſia?Et dico ꝙ de habente adminiſtrationẽ dictũ eſt §.priore,de non habente verò, qui tamen eſt eccleſiaſticus dicit Pan.in d.c.requiſiſti.de teſta. ꝙ in dubio præſumetur factum intuitu perſonæ,ſi proprium poteſt habere: ſi verò habere nõ poteſt propriũ,puta quia religioſus,ſic præſumitur factum intuitu monaſterij vel eccleſiæ. Facit l.Deo nobis.C.de epiſ.& cle.& xviij.q.j.c.vnico.Et ſic quãdo factũ eſt intuitu eccleſiæ,diſponere nõ poterit,niſi ſicut de rebus eccleſiæ.¶Septimò quęritur,† cuius erit legatũ factũ eccleſię ſanctæ Mariæ indiſtinctè,cum in loco ſint multæ?Et dicit Pan.in c.indicãte.de teſta.ꝙ in dubio dabitur eccleſiæ parochiali,ſi vocatur illo nomine: alioquin dabitur pauperiori, ſecundũ cõmuniter doc.& ſi ſint æquales,ſecundũ cõmuniorem opinionẽ dabitur epiſcopo, vt diſtribuat vel gratificet alteri.& ſi nulla ſic vocetur in loco illo,ſecũdũ gl.in d.c.nos quidẽ.de teſta.dabitur eccleſiæ cathedrali:vt not.in gl.præſat.c.indicãte.& facit l.quæ cõditio.ff.de cõdi.& demon.vbi ſi teſtator mãdauit aliquid fieri in foro:& nõ dixit in quo,intelligit de foro illis municipij,vbi habitat:& hoc de authoritate epiſcopi & executoris. Similiter quãdo legatᷣ aliquid eccleſiæ faciendæ:& non dicitur de loco:epiſcopus & executor prouidebũt de loco cõſtructionis:& hoc fauore pię cauſæ,niſi aliter conſtet de mẽte teſtatoris.¶Octauò quęritur,
9 †vtrum legatum factũ filiofamilias in dubio præſumatur factum intuitu patris?Et dicit Bart.in lege,cum aliquis. C. de iu.deli.& refert Pan.in c.Raynutius.de teſta. quòd ſi fit per iſta verba,lego filio Martini: intelligitur cõtemplatione patris:maximè ſi exprimatur nomen filij:puta Titio filio Martini:& nominatio patris intelligitur facta cauſa demonſtrationis.nõ obſt.d.l.cum aliquis.quę loquitur in ſeruo:quia exprimitur qualitas,quæ ſi eſſet vera,legatum de iure acquireretur domino.& ſic videtur contemplatione domini factũ. ſed ſecus in filio:quia filiatio non facit relictũ acquiri patri: quia poſſet eſſe emãcipatus:& maximè hodie,cùm in aduentitijs acquiratur filio proprietas.Si verò fieret de patre mentio,& de patria poteſtate:idẽ eſſet ſicut de ſeruo:de quo tamẽ dubitat Pan.quia filiationis qualitas nõ impedit proprietatem acquiri filio: & ideo videtur quòd ſolum vſusfructus
10 acquiratur patri. ¶Nonò quæritur,†vtrum legatum factũ omnibus canonicis talis eccleſię,etiam expreſsis nominibus, præſumatur eccleſiæ contemplatione factum?Et dico quòd ſic, per l.ciuibus.ff.de reb.dubijs.vbi dicit tex. quòd ciuibus ciuitatis legatũ vel fideicõmiſſum, datum ciuitati relictum videtur.quod verum eſt ſecundum glo.niſi ſit datum vt ſingulis:quia nõ ciuitati,ſed ipſis ciuibus acquiritur.Facit l.annua.§.à Titia.ff.de annu.lega.Secus ſi vni nõ habẽti adminiſtrationem vel prelationẽ,qui eſt ſimplex canonicus:quia ſibi,nõ eccleſiæ acquiritur,vt dictum eſt:niſi probaretur legatum factum fuiſſe intuitu eccleſię:vel niſi legatarius fraudẽ adhibuiſſet.d.c.requiſiſti.in fi.de teſt.& facit l. nonnunquam
11 ff.ad Treb.¶Decimò quæritur,†cum legatarius vti non poteſt legato niſi reſpectu eccleſiæ: quia legauit quis clerico viam per ſuum fundum,qua vadat ad eccleſiam:vtrum in dubio intelligatur factum intuitu eccleſiæ?Et dico quòd ſic:& ſic acquiritur eccleſiæ.& ita intelligo quòd notat gl. in l.nõ plures.C.de ſacroſan.eccleſ.ne legatum ſit inutile. Vide etiã quod notant doctores in l.j.C. eodem. ¶Vndecimò quæri-
12 tur,†quid ſi quis legat ſic:lego Petro & filijs eius poſſeſsionem vel aliud?Et dico quòd Petrus habebit medietatem, & filij eius aliam medietatem conſequẽtur.ff.de vſufru.accre. l.ſi quis Titio.& de teſta.c.Raynaldus.in gloſ.¶Duodecimò
13 quęritur,† vtrũ legatũ quo mihi licet cædere lapides in ſolo teſtatoris,tranſeat ad meos hæredes?Et dico quòd nõ.& eſt text.in l.apud Iulianum.§.ſi quis.ff.de legatis.j.Et ratio ſecũdum glo.eſt,quia eſt ius perſonale. ¶Decimotertiò quæri-
14 tur,†vtrum faciens legatum alicui adimi & ſibi relinqui per ſuggeſtionem, ſolicitudinem vel importunitatẽ, teneatur? Et dicit dominus Bar.Cepo.in ſuis cautelis,quòd tenetur actione de dolo vel in factum ſubſidiaria ei,cui ademptũ eſt, vel cui ideo nõ eſt relictũ.ff.de doli excep.l.prima.not.Ang. in l.fi.C.ſi quis ali.teſtari prohi.& facit.l.j.& ibi not.C.de pe. bo.ſubla.lib.x.Sed melius dic vt infrà,Reſtitutio.ij. §. vj.qui
15 incipit,aliquando.¶Decimoquartò quæritur,† quid ſi teſtator erret in nomine?Et dico non officere, modò conſtet de quo ſentit.l.ſi in nomine.C.de teſta.Facit ff.de leg.j.l.iiij.Inſti.de lega.§.ſi.quis in nomine.¶Decimoquinto quęritur,de
16 quotidiana quęſtione:† Pone quòd legatarius cõmiſerit aliquid qđ ſi teſtator ſciuiſſet,vt quia vxorẽ eius corrupit:quæritur an legatarius repellatur exceptione? Et videtur dicere gloſ.in lege,fideicommiſſum.C.de fideicom.quod ſic quod Bar.dicit procedere ſine ſcrupulo,ſi hoc cõmiſit viuo teſtatore:ſi verò commiſit poſt mortem eius,eſt dubium: quia dici non poteſt quòd teſtator tacitè reuocauerit, & ideo tunc putat dicendum quòd legatũ non extinguitur: ſed à legata-

rio aufertur tanquam ab indigno:vt not.in l.ſorore.C.de his
qui.vt indi.hęc ex illo.Et ſic ex prædictis videtur dicendum
quòd talis legatarius poſsit tenere cum bona conſcientia di-
ctum legatum,donec per iudicem aliter fuerit iudicatũ. Se-
cus tamen videtur dicendum , ſi teſtator diceret,relinquo
vxori meæ centum ſi caſtè vixerit:quia ſi fornicetur,non po
terit in conſcientia illa habere ſeu vſumfructum.

## Rurſus de Legatis tertiò, quantum ad rem legatam, quid ſcilicet poſsit, aut quid intelligatur legari.

1 *Legari quid poſsit.*
2 *Legari an poſsit res aliena, etiam in foro conſcientiæ.*
3 *Legata vna re an intelligantur legari ei annexa.*
4 *Legatum in genere an valeat.*
5 *Legata quatuor menſuræ olei quæ ſunt in tali vaſe, an debeantur, ſi ibi non reperiantur niſi duæ.*
6 *Legato omnium bonorum mobilium an contineantur fructus & debita.*
7 *Legans lancem minorem, qualem debeat.*
8 *Legans vni fundum & alteri vſumfructum, quid intelligat.*
9 *Legato alimentorum quid debeatur.*
10 *Legatum annuum an ſingulis annis debeat peti.*
11 *Legatum dotis quid valeat.*
12 *Legans creditori an videatur velle compenſare.*
13 *Legato ſi ſit annexũ onus, an ratiõe eius detrahat̃ de gabella.*
14 *Legans ancillam nomine* Bertam, *ſi eam vendat, & aliam* Bertam *emat, an debeatur ſecunda.*
15 *Legatam rem ſi vendat teſtator, an poſtea teneatur hæres.*
16 *Legatis* Titio *centum, quæ ſi perdat, iterum lego alia centum an ſemel tantum debeantur.*

LEGATVM tertiò cõſiderari poteſt quo ad rẽ legatã:
quid ſcilicet poſsit,aut quid intelligatur legari.ꝑ quo
etiã vide ĩ.Lex.§.xvj.ad finẽ. ¶ Primò igitur quæritur
1 †quid legari poſsit ex bonis nõ alienis?Et dico multa.¶ Pri-
mum.Legari põt quod nondũ eſt in rerũ natura,modò ſit fu
turũ:vt fructus futuri in tali fundo,aut qđ naſcetur ex ancil-
la,& hmõi.Inſti.de lega.§.ea quoq; res.¶ Secundũ.Quęlibet
res teſtatoris & hęredis ſimiliter legari põt:nec refert an ſci
uerit vel ignorauerit eſſe ſuã,vel hęredis.Inſti.e.§.ſi quis rẽ
ſuã.Et ratio huius patebit §.ſiquidẽ.¶ Tertiũ.Iura, actiones
& ſeruitutes,& hmõi incorporea,ſimiliter legari poſſunt,ni
ſi viuẽs teſtator debitum exegerit vel remiſerit.Et in dubio
præſumit̃ legatũ voluiſſe adimere exigẽdo vel remittẽdo
Inſti.de leg.§.cũ autẽ.in tex.& in gl.¶ Quartũ.Debitori ſua
liberatio legari põt.Inſti.eo.§.ſi quis debitori.niſi teſtator
viuus exegerit.Inſti.ibidem.§.cauſam . ¶ Secundò quæritur,
2 †vtrum teſtator legare poſsit rem alienã etiã in foro con-
ſcientiæ?Et dico quòd ſic,ſi ſciẽter legauit:& hæres tenetur
eã emere & præſtare,vel ſoluere æſtimationẽ,ſi eã habere
non põt,& poſsit æſtimari.Inſti.de lega.§.nõ ſolũ.& §.quod
autẽ.Sed ꝑ intellectu prædictorum dico multa.¶ Primum.
Quantũ ex Pan.extra de teſt.in c.filius.colligit̃,intellige qđ
dictũ eſt cum tali diſtinctione:Aut enim res legata ſcienter
erat teſtatori pignorata,vel in ea habebat aliquod aliud ius:
& tunc non præſumitur legaſſe niſi ius quod habebat:& ſic
non dabitur æſtimatio.vt in l.ſerui electione.ff.de le.j.& ſic
ſi legauit fundũ,quem conduxerat per quinquennium : hæ-
res ſoluet penſionem:& legatarius habebit vſum fundi ſine
aliqua ſolutione.l.qui concubinam.§.qui hortos.ff.de lega.
iij. Aut res legata erat ſimul communis teſtatori & alteri:&
ſic intelligitur legaſſe partẽ ſuã ſolùm,niſi dixiſſet totã ta-
lem rẽ,vel aliquid æquiualẽs:quia ſic æſtimatio deberetur
vt no.Bar.in l.cum alienã.C.de leg.Aut res omnino eſt alie-
na:& tũc ſi eſt hæredis,debet̃ res omnino.& eſt tex in l.vnũ
ex familia.§.ſi rẽ.ff.de leg.ij.Si verò nõ eſt hæredis,ſed alte
rius:ſi legauit ſcienter,debet̃ res vel ęſtimatio,ſi ęſtimari po
teſt.d.l.cum alienã ſed ſi illius rei commerciũ haberi nõ po
teſt,legatum eſt inutile:vt quia legauit rem ſacrã vel priua
pis.l.apud Iulianũ.ff.de leg.j. Si verò legauit ignorãter ſuis
aut extraneo:& nõ valet indiſtinctè,ſecundũ Sum.Ang. vel
melius ſecundũ Sum.Piſa.nõ valet,niſi res eſſet hęredis, quo
caſu tenetur eam præſtare.d.l.vnũ.§.ſi rem tuam.aut niſi re
liquerit perſonæ coniunctæ, cui aliàs tantũ de ſuo erat reli-
cturus ſi ſciuiſſet.d.l.cum alienã.Et Bal.in l.j.C.de ſacroſan.
eccleſ.tenet eccleſiã eſſe cõiunctã perſonã , cum ſit omnium
fideliũ mater.xij.q.ij.qui abſtulerit.Sed Pan. in c.filius de te
ſta.tenet quòd non,ſed ſolum cõiunctum ſanguine eſſe hic
coniunctam perſonam:vt in c.nonulli. de reſcr.Ego autem
dico quòd coniunctam perſonam vel extraneam per accidẽs
ſe habet:ſed per ſe cõſiderandũ eſt ſi ei aliàs erat relicturus:
& tenetur hęres etiã extraneo:tum quia ſi aliàs erat relictu-
rus,eſt ratio legis: tum voluntas eius pro lege ſeruanda eſt.
xiij.q.ij.c.vlt.¶ Secundum.Quæ deciſa ſunt particula priore
cõmuniter doct.tenẽt eſſe vera,etiã in foro canonico & cõ-
ſciẽtiæ:vt refert Pan.in d.c.filius.de teſta.ipſe verò ibi tenet
contrarium propter tex.dicentẽ quòd ſecundũ leges ſecu-
hæres cogitur ſoluere rem alienã legatã:ſed quia lege Dei,
nõ lege huius ſeculi viuimus:valde iniuſtũ videtur vt res tibi
legatę quę cuiuſdam eccleſię eſſe perhibẽtur, à te teneantur.
ſed ſuũ motiuũ eſt inefficax:quia ſecũdũ Inn.tex . loquitur in
rebus eccleſiæ,legatis alteri eccleſiæ,in quibus legatũ nõ te-
nuit.vnde indubitanter in omni foro tenẽda ſunt prædicta:
quia procedũt in virtute huius quòd voluntas teſtatoris ſer-
uanda eſt,ſi ſcitur aut probabiliter deprehẽditur per conie-
cturas:& eo caſu idẽ ęſt ac ſi legaſſet alternatiuè rem prin-
cipaliter,aut ſaltẽ pretiũ eius. ¶ Tertiũ.Per ꝑdicta ſoluitur
quæſtio,quę de facto accidit : ſcilicet vt cũ muliere legaret
monaſterio ꝑ ſalute animæ veſtẽ alienã,id eſt,ſoceri,tenet
legatũ?Et dico quòd ſic, iuxta prædictã diſtinctionem.non
obſt.d.c.filius.quia cõmunior eſt lectura Inn.quòd loquitur
in rebus eccleſiæ.quem etiam intellectũ tenet gl.in c.ſi epi-
ſcopus.xij.q.v.vbi Arch .videtur dicere quòd hoc caſu lega-
tarius agere poterit ad æſtimationẽ.Et hoc ſcilicet legatũ
valere,& ſaltẽ æſtimationẽ deberi,cõmuniter tenẽt docto-
res in d.l.cum alienã.¶ Tertiò quæritur,†vtrũ legata vna re
aliquãdo debeat intelligi legata eſſe etiam alia in dubio.Et
dico multa.¶ Primũ.Legata domo,debetur etiã hortus cohæ-
hærens,ſecundũ Pan. in c.Raynutius.de teſta.ff.ſi ſeruũ vẽd.
l.teſtatrix,& ff.de act.empt.& vẽd.l.ſi creditor in ſi . quod li-
mita primò in dubio:quia ſi aliter cõſtaret de volũtate legã
tis,ſecus eſſet:& ſecundò quando eadẽ ianua claudit domũ
& hortũ.ſecus ſi ſic nõ cohæret:quia nõ debetur.Et ſic intel
lige gl.in c.ſi.xij.q.ij.& Pan.vbi ſ.De hoc in c.ſancitũ.de te-
ſi.vbi domus ac hortus ponũtur vt diuerſa.¶ Secũdũ.Legatis
veſtibus vxori,ornamẽta aurea vel argẽtea earũ nõ videntur
legata:q̃a acceſſoria pretioſiora ſuo principali nõ accedũt.
Sed tñ Lud.Ro.tenet ꝙ veniãt etiã pretioſiora,& accedant
principali:vt l.& ſi nõ ſunt.§.ꝑuenianius.ff.de aur.& ar.leg.
& Bar.ibi in l.cum aurũ.dicit gl.falſam in l.ij.ff.de pen.leg.
qui vult quòd acceſſoria pretioſiora nõ extinguãtur defe-
cto principali.Eſt autẽ aduertẽdũ quod Bart.in l.nulli pror-
ſus.C.nulli licere in fræ.& eque.ſel.lib.vndecimo,notat mu-
lieribus non eſſe de iure prohibita , ea quæ ſpectant ad ea-
rum ornatum: ſed hodie in multis ciuitatibus eſt ſtatutum
quòd aliqua ornamenta eis portare nõ liceat. Propter quod
dicit eo caſu quo ſunt prohibita , non poſſunt dici acceſsio-
nes veſtium.ar.dictæ l.Et eodem modo non poſſent dici mu
lieris cauſa empta ea quę gratia eius ſunt prohibita.Hæc ex
illo.¶ Tertium.Legato chirographo , intelliguntur legatæ
actiones quæ ſunt in eo.l.qui chirographum.ff.de legat.iij.
¶ Quartum.Legato lecto venit ornamentum eius:vt in l.li-
4 brorum.§.ſi.ff.de leg.iij.¶ Quartò quæritur,† quid debeatur
quando legatum ſit in genere? Et dico quòd legatum nul-
lum eſt,ſi genus illud ſit generaliſsimum: vt,lego ſubſtan-
tiam vel rem.Si verò eſt ſubalternum:vt,lego animal , cor-
pus,& huiuſmodi,ſimiliter eſt nullum:quia data muſca,eſſet
quis liber.Si verò eſt genus inferius,quod impropriè dicitur
genus,ſed eſt ſpecies ſpecialiſsima:tunc diſtinguendum eſt.
Nam ſi res huiuſmodi generis habet certos fines à natura
deſignatos,vt bos,equus,& huiuſmodi : eſt varia opinio,ſed
placet mihi opinio Io.quam ſequitur Accur. in l.legato ge-
neraliter.ff.de leg.j.ſcilicet quòd aut teſtator quos reliquit
ſeruos vel boues incertos & de incertis ſunt in ſuo patrimo-
nio:& tunc eligit legatarius:vt Inſtitu.eod.§.ſi generaliter.
dum tamen non eligat optimum.dic.l.legato.Aut non ſunt
in ſuo patrimonio:& ſic electio erit hæredis: vt ff.de tritico
leg.l.iij.in princ.& l.iiij.Et ſimiliter vbi teſtator de certis ſer
uis ſenſit incertum:puta,quia legauit vnum de ſeruis ſuis:ſic
electio erit legatarij.l.qui duos.ff.de legat.j . Si verò habet
certos fines ex ſola diſtinctione hominis:vt fundus.ff.de le-
gatis.primo.l.quod in rerum.§.ſi quis.ſic non valet:quia vi-
detur deriſorium:quia hæres præſtando fundum vnius digi
ti vel vnguis liberaretur,dicta lege,quod in rerum. §.ſi quis
autem.Si verò habet facto hominis:vt domus, quæ per fa-
ctum hominis de duabus ſit vna,diruendo parietem , & hu-
iuſmodi:vt ff.communia prædio.l.ſi quis duas.§.j. ſic aut le-
gans domum in genere reliquit domos aliquas : & electio
erit legatarij.aut non reliquit:& legatum erit deriſorium.ff.
de legatis primo.l.ſi domus. Aduertendum eſt tamen quòd
quando electio datur hæredi in rebus legatis in genere, &
illud genus eſt talis qualitatis,quòd in ipſo ſunt quædam ni-
hil valentia,& quæ non habere magis expedit quàm habere:
tunc non poteſt talia dare:ſed debet rem mediocrem : vt in
dicta l.legato.& C.de don.l.ſi quis argentum.§.j.& C.com-
mu.de leg.l.ſi.§.j.Si verò ſumus extra talia,poterit hæres da
re minimum in tali genere.l.ſi ita ſcriptum ſit.in fine.& l.apud
Iulianum.§.Seio.ff.de leg.j.& ff.de reg.iur.l. ſemper in ob-
ſcuris.ff.de verbo.obli.l.ſi ita ſtipulatus.Fallit hoc in legatis
ad pias cauſas:quia debetur id quod melius eſt fauore piæ
cauſæ:vel ſaltem mediocre:puta, legatum eſt vas : dabitur
argenteum,inter aurum & auricalchum vel ſtannum : vt ha-
betur & nota.in l.Tiria.§.Seia.ff.de auro & argento legato.
vbi dicit Bar.quòd ſi legatur calix,intelligitur argenteus:ſi
planeta,intelligitur de ſerico.& ſic de ſimilibus . ¶ Quintò
quæritur,† quid iuris ſi quis legauit quatuor lagenas olei,quę
ſunt in tali vaſæ,quæ ſcilicet non ſunt niſi duæ:vel ſi de pe-
cunia quæ eſt in tali capſa legauit vni xxx.alij xx.alij x.&nõ
ſunt niſi triginta?Et dico ſolùm deberi id quod inuenitur.l.
ſi quis teſtamento.ff.de leg.j.& vnicuiq; pro rata defalcabi-
tur:ſcilicet is cui xxx.legauerat,non habeat niſi xv.alius x.
alius v.Facit l.cũm certus numerus.ff.de tri.vi.& oleo lega.
& de lagenis eſt caſus in l.ſi quis ſeruum.ff.de leg.ij.¶ Sextò
quæritur,†vtrum legans mihi omnia bona ſua mobilia , in
dubio intelligatur etiam omnes fructus & debitores legaſſe?
Et dico quòd ſic,omnes fructus,qui tempore mortis teſtato
ris erant à ſolo ſeparati.ff.de rei vendi.l.fructus.ſed non ha-
bere dicitur legato nomina debitorũ ſuorũ,niſi aliter de men
te conſtiterit:quia nomina debitorum non ſunt mobilia nec
immobilia,ſed in tertia ſpecie.ff.de re iudi.l.à diuo Pio.§.in
venditione.Item quia non eſt noſtrum quod nobis debetur:
ſed tantùm illud quod poſſumus vendicare.ff.de auro& arg.
leg.l.ij.Sed de hoc dic vt ſ.Alienatio.§.ix. Et idem dic de li-
gnis & lapidibus ad ædificium prępararis,quòd non veniunt,
ar.ff.de leg.iij.l.ligni appellatione.§.ſi.¶ Septimò quæritur,
†quid ſi habens lancem maximam,minorem,& minimam, 7
legat lacem minorem.Et dico quòd debetur medię magni-
tudinis in dubio.ff.de auro & arg.leg.l.qui lancem . ¶ Octa-
uò quæritur,†vtrum is qui legauit vni fundum , alij vſum- 8
fructum fundi,in dubio debeat intelligi legaſſe vnicuiq; ip-
ſorum dimidium vſusfructus dicti fundi?Et dicit Lu.de Ro.
quòd ſic.l.ſi alij ff.de vſufru.leg.ſecus in iudicis ſententia:vt
l.& puto.§.j.ff.famil.erciſc.¶ Nonò quæritur,†quid habebit 9
is cui legatur victus & veſtitus ſeu alimenta, quod idem eſt?
Et dico quòd habere debet cibum,potum,veſtes,lectum,ha
bitationem,& ea,ſine quibus viuere non poteſt.ff.de alim.&
ciba.lega.l.legatus.ff.de verbo.ſigni.l.victus. non tamen ea
quæ pertinent ad diſciplinam.d.l.legatus. intellige non ne-
ceſſariam:vt ſ.Alimenta.in principio.¶ Decimò,†ſi teſtator 10
legauit filiæ ſuæ nuptæ quotannis aureos decem pro indu-
mentis,& illa per quatuor annos dictam ſummam à fratri-
bus non petiuit,quæritur an petere poſsit ſummam præteri
torum annorum?Et dico quòd non,arg.l.quidam prædia.ff.
de vſufru.leg.¶ Vndecimò quæritur,†quid vxori valeat lega 11
tum quo legatur ei ſua dos?Et dicit Aſten. quòd plenior eſt
actio ex legato quàm ex dote,Inſti.de leg.§.& ſi vxori.quia
vt ibi dicit gl.legatum ſtatim debetur:dos verò, ſi conſiſtat
in mobilibus,debetur poſt annum.Item valet quia non habe
bit probare dotem fuiſſe tantæ quantitatis ſi exprimatur:
aliàs ſic.C.de falſ.cauſa adiec.l.iij . ¶ Duodecimò quæritur,
†vtrum legans creditori ſuo,in dubio videatur voluiſſe com 12
penſare?Et dicit Pan.in cap.officij.de teſta.quòd ſic, per l.ſi
cum dotem.§.ſi pater.ff.ſolut.mat.vbi dicitur quòd filia,cui
debebatur dos,& factum eſt legatum , non poteſt repetere
vtrunque:quia videtur teſtator legaſſe animo compenſandi
cum dote.& ibi Bar.& communiter moderni hoc limitant ve
rum,quando relictum eſt per debitorem neceſſarium , qui
ex neceſsitate iuris tenebatur ad debitum.Secus per debito-
rem voluntarium,qui ſcilicet ſua voluntate ſe obligauit ad
debitum:quia hoc caſu nõ videtur factũ animo cõpenſandi,
niſi ſit expreſſum:vt probatur in l.vnica.§. ſciendũ.C.de rei
vxo.acti.vbi habetur quòd ſi maritus,qui tenetur ſcilicet ex
volũtario cõtractu matrimonij reſtituere dotem poſt mor-
tem,aliquid vxori ſimpliciter legauerit : illa poterit petere,
vtrunq;.Et ſimiliter dic de legato facto cuicũq; creditori à
debitore.Ad qđ.C.de hære.inſti.l.ſi cõpenſandi.ff.de leg.j.l.
Lucius.& ff.de leg.ij.l.vlt.§.pe.& in d.c.officij. vbi legatum
epiſcopo ſimpliciter factũ,nõ minuit portionem ſibi debitã
ex alijs legatis factis eccleſijs:quãuis,vt dicit ibi Pan. lega-
tor nõ eſt debitor epiſcopi neceſſarius aut volũtarius,ſed ec
cleſiæ ipſæ quibus reliquit.¶ Decimotertiò quærit̃,†ſi lega 13
to ſit annexũ certũ onus,an ratione dicti oneris ſit legata-
rius abſolutus à ſoluenda gabella,qua ex ſtatuto debet̃ ſoli-
dus pro libra,vel hmõi?Et dico quòd tãtò minus ſoluere te-
netur quãta eſt oneri æſtimatio:vt videt̃ voluiſſe Dy.& Bal.
per l.ſed ſi hoc.ff.de condi.& demonſt. Et hoc facit ſecundũ
Sum.Roſ.cõtra gabellarios , quibus pro ſacco frumenti de-
bentur quatuor ſolidi,vel huiuſmodi:vt ſolui non debeat de
eo quod accepit molens:quod rationabiliter diceretur ſi per
portam tranſiret frumentum ſolùm dum fertur ad molendi
num:ſed vbi tranſit propter multas cauſas,de his non habet
iudicare datiarius, ſed accipere quod ſtatutum eſt . ¶ De-

14 cimoquartò quæritur,†ſi legans ancillam nomine Bertam
eam vendiderit,& emerit aliam vocans eam ſimiliter Ber-
tam,an debeatur Berta ſecunda? Et dico quòd ſic.ff.de con-
di.& demon.l.filiæ ſuæ.quod limita niſi teſtator vendendo
habuerit animum adimendi legatum.de quo dic vt §.ſequen
15 ti.¶Decimoquintò quęritur,†vtrum legatis aliquibus rebus
& poſtea venditis per teſtatorem , teneatur hæres ? Et dico
quòd ſic,niſi vendendo teſtator habuerit animum adimen-
di legatum.Inſti.eo.§.ſi rem.& in dubio probabit hæresvo-
luntatem defuncti eſſe mutatam:vt no.glo.in d.§.ſi rem.Et
idem dicendum ſi rem legatam pignori tradidit:quia niſi ha
buerit animum adimendi legatum,tenetur hæres eam redi-
mere & tradere legatario.d.§.ſi rem.Inſtit.eo.¶Decimoſe-
16 xtò,†Quid ſi teſtator dicit,lego centum Titio : & ſi ea per-
diderit,iterum lego alia centum? Et dico quòd hæres ſemel
tantùm reſtituère tenetur.ff.de leg.iij . l.fideicommiſſa.§.ſi
quis decem.Quomodo legari poſsit vſusfructus,& quomo-
do intelligantur talia legata:relinquo vxorem meam domi
nam & vſufructuariam, vide infrà Vſus.§.xiij.

## Rurſus de Legatis quartò ad pias cauſas.

1 *Legatum quòd dicatur eſſe ad pias cauſas.*
2 *Legatum pro male ablatis incertis an dicatur ad pias cauſas.*
3 *Legatum incertum an cenſeatur eſſe ad pias cauſas.*
4 *Legatum conſanguineo pauperi an ſit ad piam cauſam.*
5 *Legata ad pias cauſas an gaudeant eodem priuilegio cum legato eccleſiæ.*
6 *Legato ad pias cauſas facto an detrahatur Falcidia vel Trebellianica.*
7 *Legatum ad pias cauſas vt valeat,quot teſtes requirantur.*
8 *Legata ad pias cauſas an valeant ſine inſtitutione hæredis.*
9 *Legata ad pias cauſas anvaleant in teſtamẽto minus ſolenni.*
10 *Legata ad pias cauſas an vitientur vitiato teſtamento.*
11 *Legatum ad certum vſum an poßit ad alium vſum conuerti, àquo fiat talis commutatio,& an requiratur conſenſus hæredis nu.12.13.& 14.*
15 *Legata præſtari quis iudex compellat.*

LEGATVM quartò conſiderandum eſt quãtũ ad pias
1 cauſas.¶Primòverò quęritur,†quod legatum dicatur
eſſe ad pias cauſas ? Et dico quòd tale eſt omne qđ re-
linquitur pro anima:vt ſentit gl.& clarius Bar.in l.ſi quis Ti
tio.ff.de lega.ij.Et quod relinquitur miſerabilibus perſonis,
vt pupillis,viduis,peregrinis,pauperibus, & huiuſmodi auxi-
lio proprio deſtitutis,ſecundum Pet.de Peru.in trac.de cano
nica portione epiſcopi.alleg.lxxxvij.diſt.c.j.quia huiuſmodi
perſonæ in iudicio & extra quidam prærogatiua lætantur.
C quando Imperat.inter pu.& vi.per totum.& in l.ſi quis ad
declinandam.C.de epiſ.& cle.& in auth.de eccl.tit.§.fi.& de
verbo.ſigni.c.ſuper quibuſdam.in fi. quod verum limita de
pupillis & viduis pauperibus.de fo.comp.ex tenore.de offic.
deleg.ſignificantibus.Et quod relinquitur eccleſiæ,vel alijs
pijs locis.de teſti.c.fi.Pia autem loca ſunt hoſpitalia,mona-
ſteria,& quælibet alia loca,in quibus ſenes,pauperes,& lan-
guidæ perſonæ aluntur,& alia opera charitatis exercentur.
d.l.ſi quis ad declinandam.& l.orphanotrophos.ibidem.&de
reli.do.de xenodochijs. Et ſecundum quoſdam quod relin-
quitur ad cuſtodiam ciuitatis,vel aliorum locorum commu
nium ſeu publicorum,arg.c.ij.de immu.eccle.& C. de do.l.
penul.§.ij.ſed clarè l.illud.C.de ſacroſan.eccl. & quæ ibi no.
& quod relinquitur ad refectionem pontium , & viarum,vt
dicit gloſſ.l.j.§.ad municipium.ff ad legem falcid. ſimiliter
murorum & foſſatorum vrbis aut caſtri & ſimilium: & hoc
ſi neceſsitas immineat,aliàs non:arg.l.ad inſtructiones.C.de
ſacroſan.eccle.& l.omnes.prouinciarum.& l.ad portus.C.de
oper.pu.& l.vnica.C.de quibus mu.& l.pe.C.de priuileg.do.
Aug.&.c.ij.&.c.non minus.&.c.aduerſus.de immu.eccle.Et
quod legatur in ornamentis eccleſiæ,pro luminaribus,fabri
ca,libris,&alijs ad cultum diuinum pertinentibus,ſiue ſit ad
temporalem ſiue ad perpetuum cultum.de teſta.c.fi.& facit
glo.C.ad l.Falc.auth.ſimiliter.Et quod relinquitur pro redi-
mendis captiuis.l.nulli.C.de epiſ.& cle.in auth.de eccl.ti.§.
ſi quis.Et quod relinquitur pro maritandis puellis, ſecundũ
Bar.in l.j.ff.ſol.mat.& in l.ſi ego.in prin.ff.de iure dot.& in
l.ij.ff.de don.& arg.c.fi.de fer.vbi dicunt doctores quòd dos
eſt pia cauſa:& conſequenter relictum pro dote,eſt ad piam
cauſam.Et quod relinquitur pro alimentis : intellige egen-
tium.xij.q.ij.aurum. Et generaliter quod Deo relinquitur,
pro anima cenſetur relinqui.Et ideo conclude quòd propriè
dicitur relictum ad pias cauſas,quando relinquitur pro Dei
honore aut ſanctorum:vel pro ſalute animæ,quibuſcunque
perſonis aut locis relinquatur:quia piũ eſt quod fit propter
cultũ diuinũ.ſecus ꝑ honore mũdi,aut perpetua fama: quia
nõ dicitur piũ.In foro tamen cauſarũ, ſi dubiũ fuerit præſu-
metur omne relictũ ſupradictis,ad piã cauſam eſſe relictũ,
id eſt,pro Deo & animæ ſalute.¶Secũdo quæro,†vtrum di- 2
catur ad pias cauſas legatum pro male ablatis incertis?Et di
cit Io.And.in addit.ad Spec.de inſtru.edit.quòd ſic, ſi relin-
quatur pauperibus,vel eccleſijs,& huiuſmodi:aliàs nõ.vnde
dicit potius conſiderari cui,quàm quare legat.l. illud.C.de
ſacroſan.eccl.vbi dicit gl.quòd qñ legatur diuiti pro anima,
non eſt ad pias cauſas:ſecus ſi non diuiti.d.l.ſi quis Titio.qđ
verum eſt quo ad præſumptionem:ſecus quo ad veritatem,
quæ principaliter reſpicit intentionem. ¶Tertio quæritur,
† quid ſi leget centum,nõ expreſſa cauſa propter quam,nec 3
perſona cui legat?Et dicit Io. Andr.vbi ſ.illud eſſe legatũ ad
pias cauſas.Et vt no.Albe.in d.l.ad inſtructiones.C.de ſacro-
ſanc.ecc.legatum incertum ad pium vel publicum vſum,pu
ta viarum & pontium refectionem,valet:vt ff.de le.ij.l. qui-
dam in teſtamento.¶Quartò quæritur , †vtrũ relictũ con- 4
ſanguineo pauperi,ſit ad piã cauſam?Et dicit Bal.in l.j.C.de
ſacr.ſan.eccl.quòd non,niſi dicat pro anima & pro Deo hoc
ſe facere.Et facit quod no.Card.in d.l.j.ſed intellige quo ad
præſumptionem.¶Quintò quæritur , †vtrũ legata ad pias 5
cauſas gaudeant eodem priuilegio cum relicto eccleſiæ?Et
dicit Pan.in cap.relatum.el j.de teſta.quòd ſic:quia eccleſia
priuilegiatur propter animam contemplatione Dei. facit
quod no.Io.And.in c.j.de in integ.reſt.lib.vj.vbi voluit quòd
ſicut eccleſia,ita & alia pia loca poſſunt petere reſtitutio-
nem in integrũ.¶Sextò quæritur,†vtrum de legatis ad pias
cauſas poſsit Falcidia vel Trebellianica detrahi? Et dicit 6
Pan.in c.Raynaldus.de teſta.cõmuniter teneri ꝙ non quo
ad Falcidiã:quo verò ad Trebellianicã, Bar.in l.Marcellus.
ff.ad Trebel.& Bal.in l.id quod pauperibus.C.de epiſ.& cle.
& multi alij tenent etiã ꝙ nõ detrahatur:ſed Io.And. tenet
contrariũ in gl.ſua.&multi alij,vt no.Albe.in l.ſi quis.ad de-
clinandã.C.de epiſ.& cle.Prima autem opinio eſt magis pia
&tenenda:quia rationabilius eſt hoc de Trebellianica quàm
de Falcidia:ſicut potior eſt in hæreditate hæres, cui abſolu-
tè relinquitur,quàm hæres cui relinquit vt reſtituenda alte-
ri:vnde teſtator ſicut poteſt ꝓhibere Falcidiã,ita & Trebel-
lianicã:vt ĩ.Legitima,§.xij.¶Septimò quæritur,†quot teſtes
requirantur aut valeant ad legata pia?Et dico vt ĩ.Teſtamen-
tum.j.§.v.& vij.¶Octauò quæritur, †vtrum valeant legata
ad pias cauſas ſine inſtitutione hæredis?Et dicit Pan.in c.in 8
dicante.de teſta.quòd ſi teſtator noluit mori inteſtatus:non
valent.Inſtitut.eod.§.ante hæredis. quod intellige in ſ.
cauſarum:vt patet ex dicendis §.ſequenti.ſed vbi quis eligit
mori inteſtatus:valent nedum legata ad pias cauſas , ſed &
quæcunq; alia.Qui autem talia legata facit , in dubio videt̃
voluiſſe mori inteſtatus:vt probatur tex.in d.c. indicante.&
facit quod legit̃ & no.in l.iij.ff.de iure codic.¶Nonò quæri-
9 tur,†vtrũ legata ad pias cauſas valeant in teſtamento etiam
minus ſolenni volũtate facto?Et dico quòd ſic.extra de teſta.
cùm eſſes. quia in tali legato ſufficiunt duo vel tres teſtes:
cùm tñ dicat ibi do.Ant.de Bu.ꝙ de iure ciuili in teſtamẽto
requirunt̃ ſeptem:niſi ſit ruſticorũ,in quo ſufficiũt quinq;,ſi-
cut & in codicillis.C.de teſta.l.fi . Sed quia d.c.cùm eſſes.vi-
detur cum duobus aut tribus teſtibus requirere etiã presby-
teri pręſentiã:quærit an valeat teſtamentũ nõ aſsiſtente preſ
bytero parochiali?Et dicit quòd ſic, quãtũ ad legatũ ad pias
cauſas,ſecundũ cõmuniter Doct.nõ autem in alijs,niſi adſit
presbyter cùm duobus teſtibus: & ſic d.c.debet intelligi ſe-
cundũ c.ſequẽs,ſcilicet c.relatũ.quod de duobus teſtibus nõ
de presbytero mentionem facit.Et dicit Spec.ꝙ ſi adeſſent
tres alij teſtes,& non presbyter,non valeret.& idem ſi alius
presbyter & nõ ſuus:quia à ſolennitate legali recedi nõ de-
bet,niſi quantũ expreſſum eſt in iure canonico. vñ cùm tex.
requirat presbyterũ ſuum:dempto presbytero ſuo remane-
mus in diſpoſitione iuris ciuilis.& iſta eſt cõis opinio.Ipſe tñ
aliter determinat,vt ĩ.Teſtamentum.j.§.v. ¶Decimò quæ-
10 ritur,†vtrum ex defectu teſtamenti vitientur legata ad pias
cauſas?Et dicit Pan.in c.indicãte.de teſta.quòd nõ,ſecũdum
vnam opinionem:vt no.in l.j.C.de ſacroſan.eccl.& in l.eam
quam.C.de fideicõ.pro quo facit quod no.Bar.in l.j.& Bal.in
l.illa inſtitutio.ff.de hære.inſti.qui tenent quòd cùm quis re
linquit ſua reſpectu piæ cauſæ diſpoſitioni Titij valet : licet
non valeat teſtamentũ quãdo hæres ponitur in volũtate al-
terius:de quo ĩ.Teſtamentũ.j.§.ix.Ratio diuerſitatis eſt:quia
talis,cuius arbitrio cõmittitur,habet regulã iuris diuini,hu-
mani & gentiũ,limitantem eius volũtatem: quæ eſt vt præ
omnibus Deo & religioni debeantur, & ad redimenda pec-
cata.xiij.q.ij.animæ.de pœ.diſt.j. medicina.ideo quòd aliud
facere nõ poteſt.In profanis autem nulla eſt regula limitãs:
ideoq; poſſet aliud velle quàm teſtator:& propterea cùm vo
luntas teſtatoris ſit incerta:ideo eſt captatoria,id eſt, adula-
toria,ſeu deceptoria,ſcđm Glo.in c.cùm tibi.de teſta.Aduer
tendum eſt hic ſcđm Bar.de Saxofer.in ſua minorica,ꝙ aut
teſtator voluit quòd teſtamentũ valeret iure directo teſta-
menti,& nõ aliter:&ſic ſi teſtamentũ eſt nullũ,quia inſtituit
hæredem incapacem:hæres,ad quem veniũt bona,nõ tenet̃
in cõſcientia:aut voluit quòd ſi nõ iure teſtamenti , ſaltem
valeret iure codicillorum,& omni alio modo quo poſſet:&
tunc ille,ad quem bona peruenerũt,tenetur implere legata
defuncti:& ſic eſt præſumendum:niſi quando teſtator proui
dit ſibi:puta alium ſubſtituendo:vel quando ordinauit quid
faciendum ſit,quod ordinauerat nõ habebit effectũ. & facit
l.cùm proponas.C.de hære.inſti.Item dic ſecundũ Bar. in l.
in teſtamẽto.ff.de fideicom.liber.& Pan. in c.j.de ſucceſ.ab
inteſta.quòd licet voluntas defuncti nõ fuerit perfecta ratio
ne publicationis:vt puta , quia teſtamentũ manu ſua cõſcri-
pſit,volens poſtea redigi in publicã formã:ſed morte vel fu-
rore præuentus nõ potuit:quòd nihilominus hæres tenetur.
Item ſi teſtamentũ facere cœpit,ſed cõplere nõ potuit:lega
ta facta valent:quia negari nõ poteſt quin ſit perfectus con-
ſenſus ratione voluntatis,licet nõ ratione operis.Item Bar.in
l.cùm quis.C.de iuris & facti igno.tenet quòd ſi teſtamentũ
eſt nullum,vel quia deficit voluntas defuncti,vel ex præte-
ritione hæredis,ignorando quòd eum habeat, ſic legata nõ
valent,quod limita,niſi ſint talia,quòd etiam ſi filium ſe ha
bere ſciuiſſet:nihilominus feciſſet.arg.xvij.q.iiij.cap.fi. Sed
quando eſt irritum ex præteritione vel exhæredatione no-
minis,debentur omnia legata:vt in auth.ex cauſa.C.de libe.
præteri.Quando etiã eſt nullũ,quia nõ ſunt teſtes ſufficien-
tes,vel deficit ſolennitas aliqua iuris ciuilis:ſi conſtat hæredi
de volũtate defuncti,vel per duos teſtes probari poteſt:obli
gatur naturaliter iure gentiũ ad illã implendã.¶Vndecimò
quæritur,†vtrũ legatũ ad certũ vſum,poſsit ad aliũ cõuerti? 11
Et dicit Arch.poſt Lap.in cle.quia cõtingit.de reli.do. quòd
ea quæ ad certũ vſum largitione ſunt deputata fideliũ ad il-
lum debent,& non ad alium,ſalua ſedis apoſtolicæ authori-
tate,conuerti.de relig.do.quia cõtingit.Et ſicut hoc, ſcilicet
mutare legata,non licet in facto:ita nec in modo,nec in lo-
co.de reſti.ſpol. Piſanis.Ex cauſa tamen,puta quia in loco il-
lo fieri nõ põt vbi eſt legatũ,licet mutare.de teſta. nos qui-
dem.& hoc etiã per epiſcopũ vel aliũ inferiorem à papa.Sed
Petrus de Per.vbi ſ.diſtinguit.Nam ſi ipſe vſus impleri põt
de iure & de facto:puta,quia legauit quis vt monaſteriũ fiat
in tali diœceſi epiſcopus eſt cõtentus:& ſic de iure tenet. de
conſe.diſt.j.nemo.& nullum eſt impedimentũ in facto:quia
pecunia eſt parata,& cætera neceſſaria: nec eſt qui aduerſe-
tur,& poteſt fieri de facto:tunc dicit quòd in aliũ vſum con-
uerti non poteſt.& eſt caſus c.nos quidem. de teſta . & ff.de
admi.re.ad ciui.perti.l.j.de quo etiã eſt caſus in l.nulli. C.de
epi.& cle.Imò ſi per lagatariũ non impletur,tale legatũ re-
dit ad hæredem.& pro hoc eſt caſus in c.cùm dilecti .de do.
& facit quod no.de condi.appo.c.verum.Et hæc intellige ve-
ra,niſi in legatis ad pias cauſas,ſi interueniat diſpenſatio pa-
pæ.Si verò ille vſus poteſt impleri de iure, ſed non de facto,
puta propter guerras,vel quia pecunia eſt modica,vel nõ eſt
locus in eccleſia vbi legauit pro capella fienda,& huiuſmo-
di:tunc iſte caſus eſt in l.legatam.ff.de admi.re.ad ci . perti.
&in d.c.nos quidem.ibi,impleri non poteſt.quod verbum in-
telligitur etiam de potentia.facit de reſcrip.ſciſcitatus.& po
teſt fieri commutatio authoritate ſuperioris, etiam ſi in te-
ſtamento ſit clauſula quòd ad alium vſum conuerti non poſ
ſit quàm deputatum.Ratio eſt , quia voluntas teſtatoris in-
terpretanda eſt ſecundum ius commune,vt res magis valeat
quàm pereat:de ver.ſig.abbate.ideoq; cum de iure commu-
ni poſsit in alium vſum conuerti,talis clauſula non obſtabit.
Et ex his dicit Spe.quòd ſi mihi legatur vt vadam vltra ma-
re,& nullus audet ire:quòd aſſequar legatum licet non va
dam,modò vadam ad ſimilem locum.Similiter ſi teſtator le
gat pro labore itineris vel pœnitentiæ ſibi iniunctæ vt va-
dam Romam,& propter impedimenta non poſſum : quòd
aſſequar legatum,modò vadam ad locum ſimilem.d.l.lega
tum.Excipitur tamen quod legatur pro ſubſidio terræ ſan-
ctæ:quia ſi non poſſum modò expectabitur tempus,&ſerua
bitur legatũ:de vo.magnæ.Si verò talis vſus poteſt impleri
de facto,ſed non de iure:tunc aut hoc eſt quia non eſt ad ali
quem finem honeſtum:puta quia legauit quis centum vt fiat
ludus theatralis in eccleſia,qui eſt illicitus de iure. de vita &
ho.cle.cùm decorem.& ſic legatum inutile eſt,nec fiet con-
uerſio,ar.eorum quę no.gl.in l.j.ff.de condi.inſti.aut hoc eſt
non quia non ſit ad finem honeſtũ,ſed quia ius habet:ꝙ tũc
fiet conuerſio in alium vſum honeſtum:vt eſt caſus in l.lega
tum ciuitati.ff.de vſufr.leg.& ſic intellige d.c. nos quidem.
in verbo,non poteſt impleri,ſcilicet de iure.Exemplum:Te-
ſtator legat quòd prædicatores aut minores ſe cõferant ad
habitandũ in ſuis domibus:& ibi diuina celebrent pro ſalute
animę ſuæ:quod de iure fieri nõ poteſt,per c.vnicũ de exceſ.
præl.li.vj.tñ vſus eſt honeſtus:qa pro anima & cultu diuino.
¶Similiter legat quòd fiat eccleſia in tali loco,quòd fieri nõ

poteſt propter priuilegium quod habent Prædicatores & Minores, vel huiuſmodi: ideoque fiet in loco congruo & honeſto.
12 ¶ Duodecimò quæritur, † cuius authoritate talis commutatio fiet? Et dicit Pet. de Per. vbi ſ. quòd ſi non ſubeſt cauſa: intellige ex parte rei vel legati: puta, quia poteſt de iure & de facto impleri. adde, & nihil apparet in quod ſit bonum mutare: tunc inquit, ſolus papa poteſt. l. legatum. ff. de admi. rer. ad ci. perti. & cle. quia contingit. de reli. do. Si verò ſubeſt cauſa legitima: poteſt diœceſanus, etiam ſi poteſt impleri de facto & de iure: niſi teſtator prouidiſſet quid fiendum de legato, vſu non impleto: quo caſu fieri non poteſt commutatio: vt no. Bar. in l. liberto. §. Lucius. & ibi tex. ff. de annu. leg. intellige ſaltem per diœceſanum. Bar. autem in d. l. legatum aliter diſtinguit per illam. l. Quādo enim relinquitur, vt fiat opus non licitum: intellige nō quia ſit in ſe inhoneſtum: ſed quia ius prohibet: vt §. priore. tunc conuertitur in aliud authoritate proximi ſuperioris cauſa cognita: & vocatis his quorum intereſſe poteſt: vt l. legatum. ff. de vſufr. leg. Quando verò poteſt licitè fieri: tunc ſi pecunia pro hoc relicta ſufficit, non poteſt in alium vſum conuerti, niſi authoritate principis: vt d. l. legatum. in princ. ſi verò non ſufficit, conuerti poteſt abſq; principis authoritate: vt d. l. legatum. hęc ex illo. Vide pro his etiam no. per Bal. Ang. & Sali. in l. ſi teſtamentū. C. de teſta. vbi ſtrictius dicunt, quòd non licet papæ alterare vſum illarum rerum, quæ per fideles ſunt relictę: quod intellige de poteſtate ordinaria & in non pijs: ſecus de abſoluta, vel in pijs legatis. Ex quibus omnibus conclude quòd voluntas ac legata teſtatoris circa pias cauſas poſſent per papam mutari in alium pium vſum, etiam ſine cauſa ſe tenente ex parte rei: non autem ſine cauſa ſe tenente ex parte ipſius papæ: quia oportet quòd faciat bono fine, quæ eſt cauſa. Vnde ſecundum Bal. in l. reſcripta. C. de preci. Impe. offe. omnis ratio motiua principis, habetur pro cauſa. Per epiſcopum verò ſecundum aliquos, indiſtinctè mutari nō poſſunt: quod Sum. Roſ. videtur tenere in titu. Legatus. §. vij. alleg. cle. quia contingit. de reli. do. licet ibidem §. ix. ſentiat oppoſitum: ſecundum alios verò poſſunt per epiſcopum mutari: primò ex cauſa legitima, ſcilicet ſe tenente ex parte rei: non autem ſine cauſa. & ſecundò in dubio an cauſa ſit legitima nécne, & hoc tenet Pet. de Peru. & Arch. poſt Lap. vbi ſ. & Bar. de Saxofer. vbi ſ. & facit dictum Lu. de Ro. in no. quòd legatum factum pro calice vel reparatione eccleſiæ, ſi eccleſia non habet opus, poteſt per epiſcopum ſolùm fieri conuerſio in alium vſum pium. Ad d. verò cle. dico quòd limitatur communiter maximè ſecundum Lap. vt epiſcopus hoc nō poſsit ſine cauſa. Et idem eſt ſecundum Glo. ordinariam: & Lap. in d. cle. de legato ſedis apoſtolicæ: quia ſcilicet hoc non poteſt ſine cauſa. Et idem videtur tenere Zab. ibi, dicens quòd legatus de latere hoc poteſt quando conuerti non poteſt ad vſum deſtinatum.
13 ¶ Decimotertiò quæritur, † vtrum in tali commutatione requiratur conſenſus hæredis grauati? Et dicit Petr. vbi ſ. quòd ſi impleri non poteſt de iure vel de facto, requiritur conſenſus hæredis grauati, & eccleſiæ cui legatum eſt. & ita loquitur l. legatum ff. de vſufr. leg. Et idem dic quandocunq; ex cauſa legitima debet fieri mutatio. Et ſi eccleſia, cui legatur, conſentit commutationi, hæredes verò diſſentiunt: epiſcopus fauebit eccleſiæ legatariæ fauore voluntatis defuncti adimplendæ, & non hæredi. & eſt caſus in d. l. legatum. Quod tamen fallit in legato pro monaſterio fiendo, quod ſine conſenſu hæredis commutari non poteſt, niſi fuerit negligens: quo caſu epiſcopus elapſo termino hoc poteſt ſine eius conſenſu. d. cap. nos quidem. Prædicta autem faciunt ad quæſtionem quam notauit Spec. & Io. And. de eo qui relicto hærede & tribus commiſſarijs iuſsit ædificari & dotari eccleſiam: quo mortuo duo commiſſarij voluerunt legatum conuertere in transferendo vnum monaſterium malè ſitutum, ſed tertius & hæres diſſenſit: & tenent quòd nedum duo ex his: ſed nec omnes contra voluntatem hęredis potuerunt: quia in eccleſia nouiter conſtructa ius debet acquiri patronatus: & per id memoria defuncti conſeruatur. Et remittit Io. And. ad ea quę no. in c. nos quidem. de teſta. Veruntamen in prædictis excluditur authoritas ſedis apoſtolicæ: quia vt dicit Gul. de monte Laud. papa poteſt in legatis ad pias cauſas quicquid voluerit facere. ¶ Decimoquartò quæritur, † vtrum legatum factum pro conſtruendo hoſpitali, in quo poneretur rector ad arbitrium certi prælati, poſsit per hæredes mutari in ædificationem monaſterij religioſorum? Et dicit Lap. in dicta cle. quia contingit. & refert do. Ant. in d. c. nos quidem. quòd Io. And. cum quibuſdam Iuriſtis conſuluit quòd ſic, cum licentia epiſcopi, etiam contradicente illo prælato: quia qui melius facit, nō aliud, ſed idem facit. de iureiu. peruenit. el ij. & facit c. ſcripturæ. de vot. & regula, plus ſemper. de reg. iur. lib. vj. Sed contra, quia voluntas defuncti pro lege ſeruari debet: vt patet xiij. q. ij. c. vltima voluntas. de cele. miſ. c. cùm Marthæ. & conſequenter forma mādati debet diligentiſsima accuratione ſeruari: nec eo caſu plus continet in ſe quod eſt minus vel econtrario. de præb. c. cùm de beneficio. lib. vj. & in hoc videtur reſidere Lap. & Zaba. & dicunt illud non eſſe ſimpliciter maius quàm hoc, ſed ſunt diuerſa opera pietatis, quæ ſe habent ſecundum excedens & exceſſum. Dicit autem ad hoc do. Ant. quòd iſta ſunt vera in materia odioſa vel ambitioſa, & conſequenter reſtringibili. de præb. c. quanuis. lib. vj. Opinio verò Io. And loquitur in materia fauorabili, maximè animæ defuncti, in qua fit plena interpretatio, de don. c. cùm dilecti. Vnde veriſimiliter præſumitur quòd defunctus non contradixiſſet demonſtrando ſibi vſum vtiliorem. Facit ad hæc quod no. Bar. in l. ſi. de ope. pub. ¶ Decimoquintò quæritur, † quis poſsit ſuum officium impendere, vt legata conſequantur ſuum effectum? Et dico duo. ¶ Primum. Secundum Pan. in c. nos quidem. de teſta. hoc poteſt etiam iudex ſecularis, etiam in legatis ad pias cauſas. tex. eſt in auth. de eccle. tit. §. ſi quis ædificationem. Similiter tam ſecularis quàm eccleſiaſticus poteſt compellere vt legata ſoluantur, quæ fiunt non certæ perſonæ: vel ſi certæ, tamen eſt talis quòd nō poteſt in iudicio petere: vt ſunt fratres minores. d. §. ſi quis. Secus ſi legatum ſit factum certæ perſonæ non ad piam cauſam: quia tunc oportet quòd ſolùm ad inſtantiam partis compellat. ¶ Secundum. Secundum eundem Pan. in c. ſi hæredes, de teſta. ſi teſtator prouidit ſibi de executore: epiſcopus non ſe poteſt intromittere in legatis ad pias cauſas, niſi in defectum: vt j. Teſtamentum. ij. §. vj. & viij. & in c. tua nos. de teſta. & in auth. de eccle. tit. §. ſi quis pro redemptione. Si verò de executore ſibi non prouidit tunc in legatis pro redemptione captiuorum & alimoniæ pauperum prouidebit epiſcopus: vt in d. §. ſi quis pro re. & l. nulli. C. de epiſ. & cle. In alijs autem hæres: vt in d. c. ſi hæredes. & c. tua. & c. nos quidem. de teſta. niſi in negligentia: vt j. Teſtamentum. ij. §. vj. De cautela danda volenti legare pro anima, ſed timenti parentes, vide infrà Pactum. §. xj.

LEGATVS, vide ſ. Delegatus. §. x. Et adde quòd impedientes legatos vel nuntios apoſtolicos ne exerceant ſua officia, ipſo facto ſunt excōicati, & terræ, regna, vel loca eorum ſunt interdicta tandiu, quandiu in contumacia perſtiterint eorum domini. c. ſuper gentes & regna de offi. le. lib. vj.

## De Legitimo & Legitimatione.


1 *Legitimus filius quis ſit.*
2 *Legitimare quid ſit.*
3 *Legitimatio triplex.*
4 *Legitimatio facta à iure quotuplex ſit.*
5 *Legitimatio iure ciuili quot modis fiat.*
6 *Legitimatio iuris ciuilis an valeat quo ad ſpiritualia.*
7 *Legitimatio facta ab homine quotuplex ſit.*
8 *Legitimatio qualiter fiat.*
9 *Legitimatio papæ quo ad tēporalia an valeat in terris Imperij.*
10 *Imperator vbi poſsit legitimare.*
11 *Comites palatini an legitimare poſsint in præiudiciū agnatorū.*
12 *Legitimatio quatenus extendatur ex parte legitimati.*
13 *Legitimatio per ſequens matrimonium an fiat in filio clerici in quatuor minoribus conſtituti.*
14 *Legitimum ſe pronuntiari an quis petat.*


1 LEGITIMVS † filius eſt. ſecundum Ray. qui de legitimo matrimonio natus eſt, vel de eo, quod legitimū reputabatur, ſupple, licet intereſſet impedimētū. extra qui fil. ſint leg. cū inter Ioannē. & hoc ſiue ambo in facie eccleſiæ coniuncti ſunt bona fide, credētes ſe legitimare copulatos cùm tamē non eſſent, ſiue alter tantū. hoc credebat quia ſic etiā legitimus eſt filius, & vtriq; parēti ſuccedet: extra eodem. ex tenore. Secus ſi clandeſtine cōtraxiſſent: quia videtur fuiſſe ignorantia affectata: & multo magis ſi ambo impedimētum ſcientes publicè cōtraxerunt. de clā. deſpon. cum inhibitio. Conſentit ſanct. Tho. & Per. Sed adde quòd etiā ſunt legitimi qui nati ſunt de ſponſa, ſi ſponſalia fuerunt contracta in faciē eccleſiæ, & ibi non fuit impedimentū nec copula fornicaria. Et ſic intellige Panor. in c. per tuas qui fil. ſint leg. imò etiā ſi copula fuit fornicaria: vt videtur caſus in c. is qui de ſponſa. & ibi hoc videtur tenere Panor. Si verò ſponſalia fuerunt clandeſtina, non tamē fuit impedimētum, nec copula fornicaria: dicit gloſſ. fi. in c. lator. qui fil. ſint legi. quòd clandeſtinè contrahētes non dicuntur coniuges. Sed Ala. dicit hoc procedere reſpectu nubentium, nō reſpectu filiorū, ſed dicuntur coniuges. & placet Pan. Ex quo infertur quòd natus ex maſculo & fœmina ſimul habitātibus, præſumitur legitimus, quaſi fauore legitimationis, maximè ſecundū Inno. ſi ſe vocabant cōiuges. de quo vide ibi Panorm. & idem in caſu noſtro fauore matrimonij. Si autem ſponſalia fuerūt clandeſtina, & copula fornicaria, ſed nullum erat impedimētum: videtur quòd filij ſint illegitimi: niſi ex diuturna cohabitatione præſumatur matrimonium: vt ſ. Filius. §. viij. quia non eſt matrimonium verum nec præſumptiuum.
2 ¶ Ligitimare autē, † eſt habilitādo de illegitimo legitimū ex gratia facere. & legitimatio, eſt habilitatio illegitimi ad actus legitimos ad quos ex illegitimitate erat inhabilis: de quibus infra eod. fere per totum.
3 ¶ Licet autē † legitimatio in ordine ad legitimantem diſtinguatur, vt j. §. j. & ij. tamen in ſe & in ordine ad ſuum effectum eſt triplex, vt colligitur ex Anto. de Butr. in c. per venerabilē. qui filij ſint legi. dicentem quòd legitimatio eſt triplex. Quędā enī eſt pleniſsima, per quā deletur fundamentū vitij: à quo legitimationis & illegitimationis differētia cōſurgit, quā ſolus papa facere poteſt quia ſolus diſponere pōt ſuper matrimonio. Quædā verò eſt plenior, quę integrat ad iura primæuæ naturę nō diſponēdo in vitiū, quā poteſt & papa & Imperator, ſecūdū ea quæ ſpectāt ad illos. Quædā vero eſt plena vt diſpēſatio, cum illegitimo in aliquo effectu legitimationis nō integrando ex toto: quā etiam facere poteſt eorum vterq; hæc ex illo. Sed intellige quòd diſponere in vitiū, & facere quòd illicitè coeuntes licitè coniungantur: puta concedendo matrimonium in quarto gradu.
4 ¶ Primò verò quærit, † quotuplex ſit legitimatio



facta à iure? Et dico ſecundum Petrum de Pal. in iiij. diſtin. xlj. quæſt. xxxvij. quòd eſt triplex. Quædam enim eſt cōmunis iuri canonico & ciuili: vt quādo in vxorē ducitur concubina, ex qua prius nati ſunt filij quia tunc per ſequens matrimonium filij prius ex illa ſuſcepti fiūt legitimi quo ad omnia: ſi tempore conceptionis poterat eſſe vxor legitima, quanuis aliàs meretrix communis ſiue mediatè ſiue immediatè ducta fuerit, aliter, nūquam. de quo ſuprà Illegitimus. §. iij. ¶ Quædam verò eſt iuri canonico propria, quæ eſt per religionis ingreſſum, ſcilicet cum effectu profitendo, quo legitimatur ingrediēs quo ad omnes ordines & nullam dignitatem propriè dictam: vt quòd ſit prælatus per electionē. de fi. presby. c. j. quia curam animarum iure ordinario, ſiue per electionem, ſiue per commiſsionem, habere non poteſt. Et quod dicunt aliqui, epiſcopum poſſe diſpenſare cum ſpurio religioſo ad curam & abbatiam, non legi, inquit: ſimiliter quod poſsit ex hoc ſuccedere, vel ordo pro eo, qui ſuccederet ſi eſſet legitimus. C. de ſacroſan. eccle. l. Deo nobis. non credo, quia eſt ſtricti iuris. Vnde ſi eſt legitimatus quo ad ordines nō propter hoc eſt quo ad ſucceſsionē. ¶ Quædam verò eſt † propria iuri ciuili, quæ fit multis modis, de quibus expreſſe habētur iura ciuilia in diuerſis locis. 5
¶ Primus eſt quādo pater (intellige nō habēs filios legitimos) filium naturalem tradit curiæ ciuitatis ſuæ vnde eſt oriundus: vel ſi eſt oriundus de veteri aut noua Roma, offert eum curiæ cuiuſq; ciuitatis metropolitanæ: & fit officialis in ea. Inſti. de nup. §. vlti. ¶ Secundus eſt quādo pater offert illum Imperatori: & fit curialis. in auth. qui. mo. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur. Sed tamen iſte non ſuccedit agnatis aſcendētibus vel deſcendentibus: vt ibidem. ¶ Tertius eſt, quando pater filiam naturalē matrimonio copulauerit officiali ciuitatis vnde eſt oriūdus: vel ſi eſt pater oriundus de veteri aut noua Roma, copulet officiali ciuitatis metropolis. C. de nat. lib. l. iij. & l. ſi. ¶ Quartus eſt, quia nullo alio legitimo exiſtēte, vel ſi exiſtit, nō contradicit, ſed conſentit, filius naturalis patre defuncto offert ſeipſum curiæ in officialē, & illa eum recipit: vt in d. §. ſi quis igitur. Erit enim legitimus, vt ſuccedat patri ab inteſtato, nō tamen alijs cognatis ex parte patris: nec ipſi illi, vt in d. auth. §. filiū verò. ¶ Quintus, quādo pater, deficiente prole legitima, offert principi preces pro filijs naturalibus, vt ſint legitimi ſucceſſores, etiam ſine matrimonio, dum tamē princeps preces admittat. d. auth. §. illud tamen. ¶ Sextus, quando pater in teſtamento dicit eū ſibi velle ſuccedere: ſi tamen filius poſt mortem patris principi ſupplicauerit, & teſtamentum oſtenderit: quia tunc dono principis & legis erit hæres legitimus, modò ſequatur volūtatem patris: vt in d. auth. §. ſi vero is qui. ¶ Septimus: quando pater in vltima voluntate nominat filium, & hæredē inſtituit. C. de na. lib. auth. item ſi quis. quod limita ſecundum quod in caſu ſequenti. ¶ Octauus, quando in publico inſtrumento, id eſt, ſcripto per notarium, aut etiā ſi ſit ſcriptum propria manu cum ſubſcriptione triū teſtium, nominauerit eum filiū, nec adiecerit naturalē, quod Bald. in c. innotuit. de electio. limitat, ſi addat ſuum. quaſi dicat, in ſua poteſtate, & ſic legitimum: nec ſufficeret ſola nominatio, ſecundū eundem. Et hoc caſu ſi ſunt plures filij naturales ex eadē matre nati: licet teſtimoniū dederit vni tantum, omnes tamen erunt legitimi. Et hoc intellige, quando non ſupereſt proles legitima ſecundum gl. in c. per tuas. qui fi. ſint leg. quam ſequūtur communiter Doc. ¶ Eſt autē † notandum quòd prædicta legitimatio iuris ciuilis propria ſecūdum Pet. de pal. nō tenet quo ad ſpiritualia, nec etiā quo ad alia: qa leges, inquit, Imperatoris in his quæ nec eccleſiaſtica nec ſpiritualia ſunt, ligant, niſi per papam reprobentur: in 6

eccleſ

eccleſiaſticis autem & ſpiritualibus, cuiuſmodi eſt cauſa legitimationis & matrimonialis, nõ ligãt, niſi per canones approbẽtur, etiam ſi non reprobentur ſpecialiter. Sũma verò Angeli. videtur aliud extremũ tenere, ſcilicet quòd indiſtinctè dicta legitimatio valeat. Ego verò dico ꝙ melius dicit Sum. Roſel. cum Inn. & Ber. eam valere ad ſecularia & temporalia, quo ad ſucceſsionẽ & dignitates in terris ſubiectis poteſtati legitimãtis: & in alijs, vbi nõ fit alteri præiudiciũ: nõ autem ad ordinem vel dignitatem eccleſiaſticam. Et ad Petrum dico quod legitimatio, quo ad ſecularia & temporalia, non eſt cauſa eccleſiaſtica vel ſpiritualis merè: alioquin quo ad hæc conditor legũ Imperator nõ poſſet legitimare. quod falſum patebit. Contra Sum. verò Ang. dico quòd legũ poteſtas nõ poteſt ſe plus extẽdere, quã Imperatoria, à qua habent efficaciam: quæ poteſtas Imperatoria nõ ſe extẽdit ad legitimandum quo ad omnia indiſtinctè, vt etiã patebit. Spurij verò. quãtum eſt per leges, legitimari nõ poſſunt, ſed ſolùm per papam vel Imperatorẽ, aut alium eius authoritate, ſecundum Ray. Pet. & Al. ¶ Secundò quæritur, † quotuplex ſit legitimatio facta ab homine? Et dico ꝙ eſt triplex ſecundum eũdem Petrum, vbi ſuprà. Quędam enim fit per epiſcopum, quem certum eſt poſſe legitimare quantum ad minores ordines & ſimplicia beneficia, id eſt, quæ nec curæ ſunt, nec dignitatis. de filijs presbyt. c. j. & de facto diſpẽſare videt̃, ſi ordines vel beneficiũ illegitimo cõferat ſciẽter. qđ de ſubditis intelligendũ eſt: cum non ſubditum ſoluere non poſsit à pœna legis, ſicut nec ligare: vnde ei nec beneficium nec minorum ordinum executionem dare poteſt, niſi à ſuo epiſcopo fuerit legitimatus. Ad antecedentia autem legitimatus, videtur etiam & ad ſequentia legitimatus eſſe. Vnde quia canonici, maximè cathedralium eccleſiarũ, in iudices impetrantur, videtur quòd ſi aliàs illegitimi iudices eſſe non poſſunt: quia de hoc ſunt opiniones: tamen eo ipſo quòd canonici ſunt, in iudices, ſicut & cæteri, poſſent impetrari: quia cui licet quod maius eſt, nõ debet quod minus eſt nõ licere. Ad ſucceſsionem verò hæreditatis nec epiſcopus nec aliquis prælatus papa inferior poteſt legitimare: quia nõ eſt ei permiſſum. ¶ Quædam verò fit per papam: extra eo. per venerabilem. quem certum eſt legitimare poſſe ad omnẽ ordinem, beneficium, dignitatẽ eccleſiaſticam: cùm hoc nihil ſit aliud quã impedimẽta iuris canonici amouere: & ad omnes actus ſeculares & ſpirituales, & ad ſucceſsionẽ hæreditariã in terra ſibi ſubiecta, ſi ſit illegitimus iure poſitiuo: qa omñe tale poteſt remouere nõ ſolùm à principio ſed etiã ex poſt facto nõ faciẽdo quòd legitimatus ſit natus legitimè ſed faciendo quòd à ſucceſsione nõ repellatur ratione illegitimitatis, imò ſecundũ Pet. de Pal. etiã ſi ſit illegitimus iure diuino aut naturali: quia cùm nõ priuetur per hoc quòd natus eſt illegitimè: alioquin à quocunq; legitimatus priuaretur: ſed per hoc quòd nunc iudicatur illegitimus, eccleſia, cuius eſt iudicare an ſit illegitimus. etiã ad ſucceſsionẽ poteſt eũ facere haberi pro legitimo. hęc ex illo. qui intẽdit quòd licet illegitimitas ſit de iure diuino aut naturali, tamen inhabilitas illegitimi ad ſuccedendum eſt de iure poſitiuo, & conſequenter tolli poteſt ab eo. De terra verò nõ ſubiecta illi, patebit infrà. §. iiij. ¶ Quædam verò fit per principẽ ſecularẽ, Imperatorem, aut alium principẽ eius authoritate, aut aliũ non recognoſcentem ſuperiorem in tẽporalibus, de quo vide per Doct. in c. per tuas. qui fi. ſint le. Quem quidem imperatorem certum eſt poſſe legitimare ſuper prole pręſenti in temporalibus: puta in ſucceſsionibus & honoribus ſeculi in terris ſibi mediatè vel immediatè ſubiectis: non autem in terris eccleſiæ. cùm abſurdum ſit, eũ maioris eſſe poteſtatis in terris eccleſię, quàm papa, ſecundum multos, in terris imperij. Item quia in illis nõ habet iuriſdictionẽ temporalem ſed papa. ſimiliter nec in ſpiritualibus: puta in promotione ad ordines, etiã in terris ſuis, vnde legitimatus ab eo ſimpliciter, vel ab alio eius authoritate, indiget diſpenſatione, ſi vult promoueri. Vide gloſ. x. diſ. c. lege nec erit legitimus in dominio eorũ, qui Imperatorẽ non recognoſcunt, quantum ad ea, per quæ fieret alteri præiudicium: puta, quantum ad ſucceſsionem bonorum ab inteſtato: vt no. in d. c. per venerabilem. Similiter nec ſuper prole futura: quia non poteſt ſua lege tollere gradus cõſanguinitatis & affinitatis. Et hęc procedunt de Imperatore iam coronato. de non coronato autẽ magis eſt dubium. tamẽ Ia. de Are. & Io. Ant. tenẽt quòd poteſt. ¶ Quantum verò ad alios principes, legitimare poteſt ſubditum ſuum quicunque in temporalibus nõ habet dominum temporalem ſuperiorẽ: quia ex hoc poteſt pœnas temporales ſuorum ſubditorum ſtatuere vel deſtituere: vt vult ſecundum Arch. & Pet. de Palu. Vnde ſi lex ciuilis dicit ſpurium non ſuccedere: non ligat ſpurium Franciæ niſi inquantum placet regi Francorum. hæc omnia ex achi. poſt Pet. de Pal. Sed intellige de non recognoſcente ſuperiorẽ licitè & iuridicè propter conceſsionem eccleſiæ, vel conſuetudinem rationabilem & præſcriptam, vel huiuſmodi. ¶ Tertiò quæritur † de qualitate vel modo legitimationis ab homine. Et dico multa. ¶ Primũ. Secundum Panor. in d. c. per venerabilem. quatuor requirũtur vt valeat legitimatio. Primò vt exprimatur qualitas legitimationis, ſcilicet an ſit ſpurius vel inceſtuoſus vel naturalis tantùm. Secũdò, vt exprimatur an habeat fratres legitimos aut naturales. Tertiò quòd pater & filius legitimandus conſentiant. Vnde Bart. in l. inuiti. ff. de ijs qui ſunt ſui vel alie. iur concludit quòd pater legitimare non poteſt filios baſtardos ipſis inuitis. & idem dicit de naturalibus natis ex concubinis: niſi filius ſit infans: vt l. iubemus. C. de eman. lib. Et eſt ratio, ſecundũ Lud. de Ro. qa liber homo nõ poteſt nolẽs alterius ſubijci poteſtati. dicuntur tamẽ conſentire, ſi ſciant ſuam legitimationẽ impetrari, & non contradicunt. & eſt gloſſ. ſing. in l. adoptionibus. ff. de adop. aliquando tamen communiter contrarium tenebatur: quia in præiudicialibus taciturnitas non habetur prò conſenſu. Quartò, quòd ſi pater mortuus fuerit, vocẽtur agnati vt conſentiant: niſi princeps legitimare vellet ex certa ſcientia ipſis nõ vocatis: quia poteſt ex certa ſciẽtia reſtituere in integrũ cũ p̃iudicio alteri⁹: vt no. in l. j. C. de ſen. paſ. & in l. in cauſæ ff. de minorib. Si tamẽ pater viuit, ſufficit ſi ipſe cõſentiat & ſimiliter ſi eſt mortuus, & diſponit vt legitimaretur poſt mortem ſuam nec tunc eſſet neceſſe quòd agnati vocarentur: quia tunc etiã ipſis inuitis poſſet legitimari. adeo quòd etiã ſuccedet ab inteſtato ipſis agnatis. ¶ Secundũ. Adde quo ad primum prædictorum quòd ſecundum. Ioã. And. in addi. ad Spe. in tit. qui fil. ſint legi. ſi quis impetrando legitimationem dicit ſe ſpurium: & ſit ſpurius duplicatus: vt quia ex vxorato & vxorata, ſi hoc nõ exprimatur, impetratio non valet, ſed reputatur ſubreptitia. facit in ſimili cle. j. de prében. & de fil. presby. c. fin. ¶ Tertiũ. Adde quo ad ſecundum & tertium quòd ſecũdum Anto de But. ſi legitimatio fiat in vita patris, poteſt diſponere de hæreditate quod vult in præiudicium ſperantis hæreditatem: & valet legitimatio nõ citata parte: & tamen exigitur quod mentio fiat agnatorum. & idem ſi fiat ad inſtantiam filij intuitu patris. ſed tamen requiritur aſſenſus patris à principio vel ex poſt facto. ¶ Quartum. Dicas autem generaliter quòd omne tacitum, quo expreſſo princeps nõ legitimaſſet, habet vitiare legitimationem, & tamen tãquam ſubreptitiam imò ſecundum Panor. in d. c. per venerabilem etiam ſi nõ ita de facili legitimaſſet. ad quod de reſcript. poſtulaſti. ſed ſaltem primum eſt verum. ¶ Quintũ. Adde pro quartò quòd ſecundum Anto. de But. quando legitimatio fit poſt mortem patris, ſi fiat per verba reſtrictiua: vt dicendo, conferimus tibi legitimationem: tunc nõ retro trahatur. Si verò fiat per verba reſtrictiua: vt dicendo, integramus te ad omnia primæua naturę, ac ſi legitimè natus eſſes. quod fieri debet quãdo legitimans vult totaliter integrare: tũc retro trahitur, ſed diuerſimodè ſecundũ diuerſos. Nam ſecundum aliquos ſic retro trahitur, quod tollit ius alijs medio tẽpore quæſitum. ſecundũ Bar. autem in l. Gallus. ff. de lib. & poſth. nõ tollit, niſi aliud legitimato ſpecificetur reſtitutũ. Et hoc tenet Ioan. And. in addit. Specul. & Ant. de But. dicẽs quòd ſi non appareat de expreſſa voluntate principis quòd voluerit alteri præiudicare, nec exprimat aliud de iure alteri quæſitum, valet legitimatio, ſed non ad præiudiciũ alterius. Et hæc intellige de legitimatione, quã quis facit in terris ſuis: alibi autẽ non poſſet, etiam citatis illis, quibus ius eſt quæſitum, niſi conſentiant. ¶ Quartò quæritur ſpecialiter, † vtrum papa legitimare poſsit quo ad ſucceſsionẽ hæreditariã & alia temporalia in terris imperij. & dico quòd ſicut Arch. recitat, in hoc duę ſunt opiniones. Quidã em̃ dicũt quòd ex quo aliquis legitimatur à papa in ſpiritualibus, videt̃ per cõſequentiã legitimatus in temporalibus, quo ad ſucceſsionem ſcilicet & dignitates, ne ſit abſurdum & quaſi monſtroſum, vt legitimatus ad ſpiritualia, illegitimus ad temporalia cenſeatur. quam opinionem tenet Gofr. in Sum. & concordat d. c. per venerabilem. Alii verò dicunt quòd hoc non poteſt quo ad ſucceſsionem, quæ eſſet præiudicialis hæredi: ſed quo ad actus ſpirituales & dignitates ſeculares. quod de facto reperit in regno Franciæ: quia primogenitus comitis Flandriæ legitimatus non ſucceſsit in comitatu, ſed alius minor legitimus. Veritas autem quantum ex Archidi. poſt Petrum de Pal. colligitur, eſt vt in terris ſibi temporaliter nõ ſubiectis legitimare poſsit, primò quantum ad actus ſpirituales: & ſecundò quantum ad dignitates vel officia publica non præiudicantia alteri: puta, eſſe iudicem ordinarium, vel delegatũ: & tertiò quantum ad ſucceſsionem reſpectu iuris quærẽdi: puta viuente patre: quando conſtat de mente papæ exprimentis quaſi ad ſucceſsionem: vt iuxta dicenda infrà §. vij. quia hoc ſpectat ad ius poſitiuum, vt ſuprà §. ij. dictum eſt. quartò verò reſpectu iuris iam quæſiti, vt quia legitimatur poſt mortem patris iam acquiſito alijs iure in hæreditate paterna, aliud eſt: quia obſtat non ſolum ius poſitiuum, dicens ipſum non debere ſuccedere: ſed etiam naturale, dicens rem iuſtè quæſitam, ſine culpa & facto ſuo perdi nõ debere. Vnde papa facere non poteſt, niſi ſit dominus temporalium, in caſu, in quo hoc Princeps poſſet. hæc ex illis. Adde quintò quantum ad prolem futuram ſecundum Anto. de But. ſcilicet faciendo quòd legitimè naſcatur, qui aliàs illegitimè naſceretur, ſcilicet remouendo aliquem gradum conſanguinitatis vel affinitatis generaliter: ſicut Gregorius ix. remouit quintum & ſextum. vnde hodie in his gradibus naſcuntur legitimi: Vel particulariter cum aliquibus diſpenſando vt contrahant in gradibus ſtantibus, puta, tertio vel quarto: & generaliter remouendo omne impedimentum matrimonij iuris poſitiui. Omnes autem Doct. communiter concordant quo ad tria prima & quintum: ſed in quarto eſt tota diuerſitas. & tenent multi Canoniſtæ quòd non poteſt in terra nõ ſua ſine conſenſu temporalis domini non recognoſcentis ſuperiorem legitimare prolẽ præſentẽ cum preiudicio iuris quæſiti alijs: vt Ioan. & Ber. & Pan. vt illi imponit Sum. Ang. quæ hoc ſequitur. Alij verò, quos ſequitur Sum. Roſ. contra



Ang. hoc limitant, & melius, ſicut Ant. de But. qui limitando excipit quando legitimat ſibi ſuppoſitũ, vel de proximo ſupponendum: puta clericũ factũ, vel de proximo clericãdum: quia tunc legitimando ſimpliciter, intelligitur legitimatus quo ad ſucceſsionẽ & honores. & ſimpliciter Pan. qui in d. c. per venerabilẽ. ſimpliciter excipit quãdo hoc facit ex maxima & ardua cauſa: puta, quia inde ſequitur maxima fidei dilatatio, vel huiuſmodi: quia tunc papa exercere poteſt iuriſdictionem temporalem: vt in d. cap. per venerabilem. & in c. pro humani. de homicid. lib. vj. & quando dominus temporalis non recognoſcens ſuperiorem cõſentit: & quando ipm non recognoſcendum ſuperiorem legitimat, aut filios eius: & quando vult incipere à radicè matrimonij: vt in ca. tanta. qui filij ſint legiti. & in cap. quia circa. de conſanguin. & affinitat. Alij verò adhuc magis appropinquantes veritati, dicũt duo. Primum, quòd papa in hoc abſolutè & ſine diſtinctione poteſt: & ſecundum quòd hoc non poteſt directè, ſed indirectè tantum, per hoc quod legitimare poteſt in maioribus, id eſt, ſpiritualibus, vel per hoc quòd poteſt in radicem matriminij, id eſt, per hoc quòd illud matrimonium potuiſſet facere legitimum. Et quantum ad primum verum dicũt, vt patet per dictum cap. per venerabilem. in princip. vbi papa virtualiter ſic arguit, & dicit: Sedes apoſtolica legitimat non ſolùm naturales, ſed etiam adulterinos filios ad actus ſpirituales, etiam ad epiſcopalem dignitatem, in quibus maior prouidentia, authoritas, & idoneitas requiritur: ergo legitimare poteſt ad ſeculares: quia qđ in maiori conceditur, licitum eſſe videtur & in minori, præſertim ſi præter Romanum pontificem inter homines ſuperiorem alium nõ recognoſcãt. quod etiam videtur poſſe probari per ſimile: quia eo ipſo quòd aliquis ad apicẽ epiſcopalis dignitatis attollitur, eximitur à patria poteſtate. hæc ibi. vbi clarè patet propoſitum. Et ſi dicatur quòd intelligitur in terris eccleſiæ tãtum, ſiue in patrimonio beati Petri: contra primò: quia hoc excluditur per ly. præſertim. quod Io. gloſſat, id eſt, maximè quanuis alij contra intellectũ dictionis gloſſent, id eſt, tantum. Secũdò, quia probatio adducta, ſcilicet quia ſpiritualia ſunt maiora, vbiq; probat, cum vbiq; ſint maiora, etiam in terris Imperij. Si etiã dicatur quòd intelligitur de actibus ſecularibus non præiudicantibus iuri quæſito alicuius: cõtra primò, quia hunc ſenſum dicta probatio excludit: cum & illi ſint ſpiritualibus minores: ſecundò, quia etiam excludit illũ, ſimile adductum: quia epiſcopalis dignitas confertur cũ pręiudicio patris. Secundũ verò dictum, ſcilicet quòd hoc poſsit ſolùm indirectè, eſſe falſum: quia qui directè poteſt maius directè poteſt & minus. Vnde decepti ſunt in textu non diſtinguentes inter poſſe & facere: quia text. nõ dicit quòd diſpenſans in ſpiritualibus, cõſequenter poſsit diſpenſare in ſecularibus: ſed quòd conſequẽter diſpẽſat, ſcilicet etiam ſi nihil aliud exprimatur: quod in nõ præiudicantibus indubitãter eſt verũ: & ſimiliter in alijs, ſi conſtet de voluntate pontificis. Sed contra prædicta arguo per text. ibi dicentem: Id autem ſcilicet legitimare quo ad ſecularia in patrimonio beati Petri liberè poteſt apoſtolica ſedes: ex quo videtur ꝙ alibi hoc liberè nõ poſsit. Sed dico quòd vtriq; in terris ſibi non ſubditis tẽporaliter hoc papa liberè non poteſt: ſed requiritur cauſa non ſolùm ex parte legitimandi: vt in dicto patrimonio: ſed etiam ex parte Imperatoris vel principis, cui præiudicare non poteſt, diſpenſando cum ſubditis eius eo modo quo ſunt ſubditi, id eſt, quo ad temporalia, ſine cauſa vel licentia eius: ex cauſa tamen poteſt: puta, quia ille deberet legitimare, & non vult, vel non poteſt de facto aut de iure, vel huiuſmodi, Concludo igitur, & dico quòd cùm

pote

poteſtas Imperatoris, & à fortiori aliorum principum, vt
probant Herue. & augu.de Ancho.& recitat Archid.tertia
parte,tit.xxiij.ſit ſubdelegata reſpectu papæ.ij.quæſt.j.cap.
quicunque litem. & ſit deriuata à Deo mediante papa.qui
ſecundum Sanctum Tho.in ij.diſtin.xliiij.in lege tenet api-
cem in poteſtate ſpirituali & temporali, & tota iuriſdictio
Imperatoris à papa depẽdeat,qui illum inſtituit & deſtituit
vt infrà in titul.Papa.ſtultum eſt dicere quòd non poſſit cir
ca ſubditos eius,quicquid ille poteſt, vel vltra,maximè de
plenitudine poteſtatis:quicquid ſit de poteſtate iurium: quæ
tamen non legi aliquid contra hoc apertè dixiſſe: imò ex-
preſsè d.cap.per venerabilem. concludit quòd ex cauſa hoc
poteſt, etiam extra patrimonium beati Petri: & hoc non
ſolùm,ſi ad ipſum recurratur,vt videtur velle gloſſ.ſed ſim-
pliciter,modò ſubſit cauſa ex parte domini temporalis: qua
non extante,hoc non poſſet immediate de iure:quia præiu-
dicaret domino ſine cauſa.Et ſi de facto contrarium tenuit
in regno Franciæ,hoc non fuit quia papa hoc non potuerit:
ſed quia non expreſsit ſuam voluntatem quantum ad ſuc-
ceſsionem, vel ex alia cauſa. Quod etiam hoc non ſeruetur
in practica, non eſt quia papa non poſsit, ſed quia non vult
10 vel certè non expedit. ¶Quintò †ſpecialiter quæritur de
Imperatore, vbi poſsit legitimare? Et dico quòd in ſibi ter
ris ſubiectis mediatè vel immediatè: imò de iure ipſe ſolus
poteſt in toto Imperio: non autem alij reges vel principes
recognoſcentes eum in dominum: quia legitimatio,ſicut
& famæ reſtitutio, & ſimilia, reſeruata videntur principi,
cuius eſt proprium diſpenſare circa ſuam legem. Secus
ſi eſſent principes vel ciuitates non recognoſcẽtes in tem-
poralibus ſuperiorem: quia iſti tantam habent poteſtatem,
quantam Imperator in ſuo Imperio.vnde & in cap. per ve-
nerabilem.dicitur quòd videtur aliquibus, regem Franciæ
ex hoc quòd ſuperiorem non recognoſcit, poſſe legitima-
re filium ſuum, non inquantum eſt pater, ſed inquantum
eſt princeps.In terris autem eccleſiæ non poteſt legitimare
per reſcriptum,maximè quantum ad ea quæ præiudicant iu
ri quæſito vel quærendo: quia in eis nullam habent iuriſdi-
ctionem:poteſt tamen in eis legitimare per legem genera-
lem,ſecundum Anto.de Butr.quia virtus legis eius ſe exten-
dit ad exiſtentes in terris eccleſię,non ex virtute legis ſolùm
ſed ex generali approbatione eccleſiæ.diſtinct.x. ſi in adiu-
torium.& papa approbare cenſetur,eò quòd non reprobat.
Similiter legitimare non poteſt in terris eorum, qui ſupe-
riorem in temporalibus licitè non recognoſcunt,eadem ra-
tione: & multo minus hoc poteſt,qui eius authoritate legi-
timat:ſed hoc poteſt ſolùm vbi & Imperator. Pro hoc au-
tem ſciendum eſt quòd vt patet in d.cap.per venerabilem.
rex Francorum ſuperiorem in temporalibus non recogno-
ſcit.quod gloſſ.dicit verum de facto: de iure tamen ſubeſt
inquit, Imperio Romano.vij.quęſ.j.in apibus.ad quod etiam
de elect.cap.per venerabilem.multa adducit, & idem tenet
Hoſtienſ.contra Innocent.dicentẽ quòd de iure tamen ſub-
eſt papæ, & non imperio: quia omnes principes ſeculares
Imperatorem recognoſcere debent in dominum.lxviij. di-
ſtinct, Adrianus.Ex quo dicit quòd reges Hiſpaniæ,Angliæ
& Franciæ tenentur de iure obedire Imperatori:licet de fa-
cto non obediant. & ſentit quòd contra Imperium præſcri-
bere non poterũt niſi præſcripſiſſent paſsiuè,id eſt, nomine
eccleſiæ Romanæ:fortè tamẽ,inquit,interim excuſantur à
peccato,dum Imperator nõ exigit ab eis obediẽtiã:ſicut in
ſimili notatur de decimis.& conſentit Ioã.And. Panor.autẽ
in d.c.per venerabilem dicit quod præſcribere nõ potuerũt,
vt ipſi non ſubſint Imperio:quia ſine poſſeſsione præſcri-
ptio non procedit.non poteſt autem quis poſsidere ſeipſum
iura autem Imperij in ſuis regnis præſcribere potuerũt. Ad
quod facit quod not.Ioan.And. in c.cùm epiſcopus.de offic.
ordin.lib.vj.& cum hoc tranſit Sum.Roſ.Sed dominus Ant.
dicit poſſe defendi quòd iſti cõtra Imperium præſcripſerũt:
quia plures poſſunt eſſe Imperatores: quemadmodũ quan-
do plures eliguntur in diſcordia,de conſuetudine vterq; mi-
niſtrat,vt not.gloſ.in clem.Romani.de iureiur.& hoc tenet
etiam quantum ad nõ ſubijci:quia licet nemo poſsit eſſe in
poſſeſsione ſui eo modo quo dominus ſerui: ſecus eo modo
quo liber homo eſt in poſſeſsione libertatis. ¶Sextò quæri-
tur,†vtrum comites Palatini,vel alij habẽtes authoritatem 11
legitimãdi ab Imperatore,legitimare poſsint in præiudiciũ
agnatorũ?Et dicit do.Ant.in d.c.per venerabilem. quòd nõ:
& ſimiliter ſi habeãt illam à papa:quia huiuſmodi cõceſsio
nes,tãquam præiudiciales alijs,ſunt reſtringendæ:vt l.j.§.ſi
quis à principe.ff.ne quid in loco publ. & intelliguntur ſine
aliorum præiudicio.de offi.deleg.ſuper eo.Bal.autem in ru
brica.C.eſt in contrarium,quãdo ſimpliciter eſt cõceſſa au-
thoritas legitimandi. Panor.autem in d.c.per venerabilem.
dicit inſpiciẽda fore verba poteſtatis collatæ: & vbi eſſet da
ta ſimpliciter,credit quòd poſsint legitimare in pręiudiciũ
agnatorum,quemadmodum & Imperator:quia in hac legi-
timatione iura nõ loquuntur niſi de patre:cùm agnatis non
præiudicetur,niſi reſpectu ſpeciei. Poſſet autem dici quòd
dictum Bald.& Panor.eſt verum quo ad filios naturales tan
tum,maximè cùm præiudicatur ſolùm in ſpe:non autem in
ſpurijs & alijs natis ex coitu legibus damnato: niſi expreſsè
concedatur.& facit quod not. Ioan.And. in additio.ad Spec.
in tit.qui filij ſint legit.dicẽs,ſi ſpurius dupliciter, ſcilicet ex
patre vxorato & matre maritata,impetrat reſcriptum legi-
timationis,non valet,ſi non ſit expreſſum vtrunq;.facit etiã
quod dictum eſt ſuprà.§.tertio.dicto tertio.facit etiam quod
dicetur §.ſequenti. ¶Septimò quæritur,† quomodo intel- 12
ligenda ſit legitimatio ex parte legitimati? Et dico multa.
¶Primum.Legitimatus quo ad ordinem & beneficiũ eccle
ſiaſticum:ſi quidem hoc fiat ab epiſcopo, non intelligitur le
gitimatus niſi ad ea,ad quæ epiſcopus poteſt, ſcilicet ad or-
dines minores,& beneficium ſine cura & dignitate:& pote-
rit etiam in alia diœceſi promoueri:quia hoc eſt de iuriſdi-
ctione eccleſiaſtica, & in nullius præiudicium: non tamen
erit legitimatus ad actus ſeculares,ſecundum Summam Pi-
ſa.niſi in terris ſubditis temporaliter papę quod non intel-
ligas quantum ad ſucceſsionem, quæ ſummo pontifici reſer-
uatur, vt dictum eſt:ſed quantum ad dignitates ſeculares,
& alia nulli præiudicantia. Si verò hoc fiat à papa: poterit
promoueri ad parochialem eccleſiam: non ad perſonatum
vel rectoriam,ad quam per electionẽ procedi conſueuit.de
præbend.cap.vlti.& conſentit Raynal.Gofred.& Hoſtienſ.
¶Secundũ.Si papa aliqua exprimat,ad quæ aliquem legiti-
mat, ſecundum Anto.de Bur. non propter hoc intelligitur
legitimare ad alia:niſi qunado ſunt minora & non præiudi-
catiua alijs:ſicut ſi legitimat ad dignitates, non legitimat
propter hoc ad ſucceſsionem,ſed ad poſſe eſſe conſeruato-
rem,& huiuſmodi.¶Tertium.Legitimatus à papa ſimplici-
ter in foro cõmuni,ſecundum Anto.de But.non intelligitur
legitimatus ad ſucceſsionem niſi exprimatur:etiã ſi legiti-
maretur quo ad omnia:nec ſecundum Gofr.eſt legitimatus
quo ad dignitates:ſed verius ſecũdum Hoſtienſ.eſt quòd ſic:
quia talis eſt perinde,ac ſi ex legitimo matrimonio eſſet na
tus:cum hoc faciat lex mortua.cap.tãta.qui filij ſint legi.&
multo magis viua.ff.de conſtitu.prin.l.beneficium. & ſicut
ſimpliciter reſtitutus,ad omnia reſtituit.C.de ſen. paſſ.l.j.ſic
ſimpl-



ſimpliciter legitimatus,intelligi debet ad omnia legitima-
tis.extra de priuile.quia circa.& idẽ Aſten.lib.viij.Sed intel
lige ſemper excepta præiudicialia,vt dictũ eſt.¶Quartũ. Le
gitimatus à papa ad dignitates ſecundum Goſre.in Sum.&
Hoſtien.non intelligitur legitimatus ad epiſcopatũ,& alias
dignitates maiores:ſed tantum quo ad inferiores.de conceſ.
præben.dilectus.quia cum hæc indulgentia ſit odioſa,eſt re
ſtringenda:extra de conſang.quod dilectio. ¶Quintum. Si
papa diſpenſat in matrimonio contracto in gradibus prohi-
bitis iure canonico:non propter hoc legitimat filios ante cõ
ceptos:ſed conceptos poſt legitimat quo ad omnia:& ſi ex-
preſſe legitimet ante conceptos,non erunt quo ad omnia,id
eſt,quo ad temporalia in terris papæ non ſubditis,ſecũdum
dominum Auton.Sed verius ſecundum Ioan.And.& Panor.
in d.c.venerabilem.legitimãdo matrimoniũ vt ex tunc erũt
legitimi per omnia,modò ꝓles fuerit generata ex coitu ma
trimoniali ſaltem effectu.licet de iure poſitiuo nõ tenuerit.
¶Sextum.Legitimatus ab aliquo principe ſeculari vel ciuita
te,ſecundum Innocentium,intelligitur legitimatus quo ad
omnes actus ſeculares in terris ſubditis legitimanti:ſed non
intelligas de præiudicantibus,niſi ſpecialiter exprimantur,
iuxta prædicta:in alijs autem terris quo ad præiudicantia tã
tum.& intellige,etiam ſi expreſſe fuiſſet legitimatus ad prę
iudicantia:ſed propter hoc non erit legitimatus ad ſpiritua-
lia.¶Septimũ.Legitimatus ab Imperatore cũ clauſula iſta,
ſine præiudicio filiorũ legitimorum:ſecundum Ludouicum,
de Bolog.in additio.cõſilij xxix.Ioannis de Ana.incipientis
in Chriſti nomine:debet intelligi quòd æqua lãce ſuccedat:
non autem quòd in totum ab hæreditate excludatur:quia in
omnibus literis,maximè gratioſis,debet euitari maligna &
callida interpretatio,& eligi ſana.de decimis.ad audiẽtiam.
& de clericis nõ reſiden.interpretatio autem quòd iſte in to
tum excludatur à ſucceſsione,parum aut nihil ꝓdeſt: quod
eſſe nõ debet:vt in capitulo,ſi papa.de priuilegijs.libro ſex-
to.& eſſet contra mentem & verba legitimantis:& produce
ret effectum contrarium,contra omnia iura mundi:vt patet
in lege,legata inutiliter.ff.de le.j.Et præterea quòd tale prę
iudicium nõ attenditur virtute dictæ clauſulæ,expreſſe pro
batur per text.iuncta gloſſ.final.in cap.ij.de pactis.libro vj.
13 ¶Octauò quæritur.†vtrum filij nati ex clerico non exiſten-
te in ſacris,ſed in minoribus,& concubina, legitimentur per
ſequens matrimonium?Et tenuit Richar.Mal.quòd nõ:quia
coitus concubinarius in clericis eſt totaliter reprobatus à le
ge:vt in auth.de ſan.epiſco.§.clericos.vnde non poſſunt dici
filij naturales nec conſequenter legitimari per ſequens ma-
trimoniũ.Sed Ioan.And.in mercu.in reg.ſine culpa,recitato
dicto Richar.determinat contrarium,per regulam quòd ex
quocunque coitu ſint nati,modò potuerit eſſe vxorius ſi cõ-
ſenſus affuiſſet,legitimantur per ſequens matrimonium:ſe-
cus ſi tunc nõ poterat eſſe vxorius.Bar.autem in.l.cõcubinã.
ff.de cõcu.diſtinguit an ille clericus fuerit beneficiatus nec-
ne.ſed hoc nihil facit cõtra Ioan.Andr.quia dato quòd eſſet
beneficiatus:nihilo minus ſi contraheret matrimonium,te-
neret:& cõſequẽter legitimarentur:per d.c.tanta.Et per di-
ctam regulam patet quòd ſi Saracenus habuit filiũ ex Chri-
ſtiana:& poſtea effectus Chriſtianus contrahat cum illa,nõ
propter hoc filius legitimatur: quia tempore conceptionis
non poterat eſſe matrimonium:vt in c.caue.xxviij.q.j.Et idẽ
dic de nato ex coitu inceſtuoſo.licet poſtmodum ex diſpen-
ſatione eccleſiæ cõtrahatur matrimonium:niſi aliud in diſ-
penſatione dicatur:quia tempore conceptionis non poterat
eſſe matrimonium,obſtante impedimento conſanguinitatis
& affinitatis.Et ſic Panorm.in d.c.tanta.cõcludit quòd vbi
coitus nõ poterat eſſe vxorius, obſtante impedimento per-
petuo,non remouibili ſine diſpenſatione eccleſiæ:filij per ſe
quens matrimonium non legitimantur. ¶Nonò quæritur,
†vtrum poſsit quis petere ſe pronuntiari legitimum? Et di- 14
cit Innocen.quòd non,niſi ad aliquem effectum:puta,ſi agi-
tur de ſucceſsione:& imputatur ſibi quòd nõ eſt legitimus:
quia tunc hoc poteſt petere:vt in cap.j.qui filij ſint legiti.vel
ſi diffamantur de illegitimitate.Et idem Panormi.in ca.cau
ſam.eod.titul.

## De Legitima portione.


1 *Legitima portio quotuplex ſit? & quid in eis computetur. & num.2.*

3 *Legitima debita iure naturæ an poſſit ſtatuto vel conſuetudine tolli.*

4 *Legitima an perdatur per non confectionem inuentarij.*

5 *Legitima filij an perdatur per crimen patris in læſam maieſtatem.*

6 *Legitima an priuari poſſet filius non implens voluntatem piã patris.*

7 *Hæres inſtitutus an poſſit repudiare hæreditatem retẽta legitima.*

8 *Legitimæ ſupplementũ petit qui eſt inſtitutus in minori parte.*

9 *Falcidia in quibus caſibus ceſſet.*

10 *Falcidia an detrahatur etiam de legatis ad pias cauſas vnà cum alijs.*

11 *Falcidia quæ ceſſat in legatis ad pias cauſas an pertineat ad onus hæredis, vel aliorum legatariorum.*

12 *Trebellianica in quibus caſibus ceſſet.*

13 *Legitimam & Trebellianicam an quis ſimul deducat.*

14 *Inſtitutus in re certa an per omnia habeatur loco legatarij.*

15 *Eccleſia hæres adiens ſine inuentario an teneatur in ſolidum.*

16 *Legitimam an ſufficiat habere quoquo titulo relictam.*

17 *Legitimam an debeant habere parentes iure inſtitutionis.*

18 *Legitima an ſit aucta in aſcendentibus ſicut in deſcendẽtibus ad trientem vel ſemiſſem.*


LEGITIMA portio,eſt pars hęreditatis aliquibus à le
ge decreta.Cùm enĩ olim poſſet teſtator totã hæredi
tatẽ ſuã alteri relinquere,lex ſtatuit aliquid relinqui le
gitimis hæredibus,vt patebit.¶Primò ergo quęritur, †quo- 1
tuplex eſt legitima portio?Et dico quòd eſt triplex.¶Prima
dicit̃ legitima:vt C.de inoffici.teſtamẽto.l.omni modo.dici
tur etiã aliquãdo debita pars:vt in l.ſcimus.C.eodẽ. aliquan
do debitũ ſimpliciter:vt in authentico, de triente & ſemiſſe.
§.j.aliquãdo debitũ bonorũ ſubſidiũ:vt C.de inoffici.dona-
tioni.l.ſi totas.aliquando dicitur pars debita iure naturæ: vt
in authentico,de triente & ſemiſſe.§.hoc nos. Hæc debetur
iure naturæ filijs,q̃ ſine cauſa exhæredari nõ poſſunt: & eis
mortuis debetur nepotibus ex eis legitimè natis:& huic nul
lum grauamen poteſt imponi per lagata aut fideicõmiſſa:
ſed per debita tantum non poteſt etiã ei imponi dilatio vel
cõditio aut modus:& ſi apponantur, habentur pro nõ adie-
ctis:dicta l.omnimodo.& duabus ſequentibus. Et hæc eſt ta
lis:Si filij ſunt quatuor vel infrà, debent habere tertiam par
tem:ſi quinque vel vltra,debent habere medietatem. C.de
inofficio.teſtamen. authent. nouiſsima. Et intellige etiam
partem vel medietatem eius quod eis deferebatur ab inte-
ſtato:vt not.gloſſ.in l ſi arrogator.de adoptio. & ibi Barto.
pro hoc allegat l.Papinianus.§.quoniam autem.ff.de inof-
ficio.teſtamen. Et intellige detractis debitis, ſi qui eſſent.
Pro quo facit l. veniſſe.ff.de verbo.ſig. ¶Secunda, dicitur
Falcidia à Falcidio authore,quæ debet iure inſtitutionis. &
eſt quarta pars totiꝰ hęreditatis,quã inſtitutus hęres retinet
& detrah

& detrahit ſibi de ſingulis legatis niſi ad pias cauſas:ſi hæredicas eſt exhauſta legatis:vt quia ſupra dodrantē in tres partes hæreditatis eſt aliquid legatum vel fideicommiſſum.de teſta.Raynaldus.auth.ſimiliter.C.ad legē fal.Inſtit.eo.j.reſpon.¶Tertia,dicitur Trebellianica, à Trebellio authore: quæ debetur iure inſtitutionis:& eſt quarta pars totius hæreditatis:ſicut cum inſtitutus hæres vniuerſaliter,vel in certa quota hæreditatis,rogaturvt alteri reſtituat hęreditatem ſine liberis moriēdo:poteſt ſic inſtitutus retinere quartā partem totius hæreditatis.Inſti.de fideicomm.hære.§.ſed quia. & C.ad Treb.per totum.etiam ſi plures fuerint hæredes:tamen inſtitutus hæres in certa parte eam non habebit,ſecundum Bald.in l.j.ff.ad legem fal.Vnde no.ſecundum Panor. in c.Raynutius.de teſta.quòd hæc quarta Trebellianica nō detrahitur per hæredem conſtitutum in re certa,ſed per vniuerſalem:vt conſuluit Bal.per l.j.ff.ad l.fal.id eſt,per cōſtitutum hæredem inſolidum,vel in quota hæreditatis:ſicut Falcidia detrahi poteſt per inſtitutum in dimidia:vt ꝓbatur in c.Raynaldus.de teſta.Et hæc detrahitur de tota hęreditate, ſicut Falcidia deducitur non ex tota hæreditate,ſed ex ſingularibus relictis. ¶Secundò quæritur,† quid computetur in

2 iſtis legitimis?Et dicit Panor.in c.Raynutius. de teſta.quòd in Falcidia non computantur niſi ea,quæ obuenerunt hæredi iure inſtitutionis:nō autē legata,vel alio titulo ꝓuenientia.in Trebellianica verò computantur non ſolùm quæ obuenerunt illi iure inſtitutionis,ſed etiam quæ ex teſtamēto: puta,iure legati vel donationis:non autem alia obuenientia extra teſtamentū:& de prædictis eſt caſus,vt ibi Bar.&Ang. & Imol.in l.in quartam.ff.ad legē falci.& ibi ponunt rationem differentiæ:cum gloſſ.quæ dicit quòd ideo eſt,quia in falcidia plus grauatʳ hęres,cùm onera hęreditaria remaneāt penes eum inſolidū:ideoq; releuatur in hoc, vt illud ſolùm computetur in falcidiā,quod iure hæreditario capit:in Trebellianica autem non ſuſtinet onera,niſi pro parte:ideoque plus grauatur.In legitima verò,ſeu in portione debita iure naturæ computantur nō ſolum prouenientia ex teſtamento quocūque titulo,ſed etiam vndecunque ſint profecta,ſcilicet à defuncto:ſecus ſi quid caperetur extra patrimoniū defuncti:quia illud in quartam non imputatur:vt l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoff.teſta.quod etiam vult Bar.in d.l.in quartam.Et ſic patet quod captum extra teſtamentum,nō computatur in quartam Trebellianicam:vt l.pater filium.ff.ad Trebellia.& tamen computantur in legitimam debitam iure naturæ.Cuius ratio eſt ſecundum Bart.in d.l.in quartam. quia Falcidia & Trebellianica debetur occaſiōe teſtamēti: ideo in eam non computatur,niſi quod venit ex teſtamēto: debita verò iure naturæ venit aliunde:cū non propriè proueniat ex voluntate patris,ſed ex legis diſpoſitione:quia,velit,nolit pater,oportet filium habere legitimam ſuam. ¶Et ex his patet quòd in alijs quartis,quæ deberentur ex alijs diſpoſitionibus,vt mulieri,vel viro ex forma ſtatuti computatur quicquid extrinſecus venit:vt in authen.præterea.C. vñ vir & vxor.¶Aduertendum eſt tamen circa hoc vltimum,ſecundum Panorm.in dicto capitulo,Raynutius.quòd aut pater donauit filio ob cauſam,puta dotis vel donationis propter nuptias:& illud imputatur in ſuam legitimā:vt in auth. ex teſtamēto.C.de collati.aut fuit donatio facta ſimpliciter: & tunc ſi tenuit:vt quia facta fuit filio emancipato,vel filio vt benemerito,illud non cōputatur:quia valet hæc donatio, ac ſi fuiſſet facta extraneo.Aut donatio non tenuit in vita:& tunc computatur in legitimam,etiam ſi morte cōfirmetur. Et ex his infert Panorm.in dicto capitulo,Raynutius. quòd Falcidia magis eſt priuilegiata,quàm Trebellianica, & iſta eſt magis,quàm legitima.¶Aduertendum eſt etiam ſecundum Aſten.quantū ad modum inchoādi huiuſmodi quartas, ſi hæres inſtitutus ſit de liberis teſtatoris. ad quem pertinet portio naturalis:primò ex tota hæreditate deducet legitimā portionē,ſcilicet tertiam,id eſt,quatuor vncias:ex reliquis verò octo vncijs defalcabit per legem Falcidiam iure inſtitutiōis,quartā,id eſt,duas vncias:reliquas verò ſex,id eſt,medietatem hæreditatis diuidet inter legatarios pro rata. Inſtitut.ad legem Falcidiam.§.cum autem. ¶Tertiò quæritur, †vtrum legitima debita iure naturæ poſsit per ſtatutum vel conſuetudinem tolli in totum?Et dicit Alberi.in l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſtamen.quòd Doctores communiter,& etiam vltramontani tenent quòd nō:alij verò magis tenent quòd ſic.Sed prima opinio videtur eſſe verior,ſcilicet quòd non in totū:licet poſsit per ſtatutum vel conſuetudinē minui aut diſtingui:quia ſicut à natura depēdet alimētatio filij à patre.ff.de iuſt.& iu.l.j.§.hinc deſcēdit.ita poſt mortē patris alimentatio filij ab hac portione iure naturæ depēdere videtʳ:vt innuitur in auth.de triē.& ſemi.§.j.ad fi.& §.prohibemus autē.ibi:ſi vult filiorū,&c.Pro hoc facit Inſti.de iure natura.§.j.ff.de pac.l.ius agnationis.Cy.autem in l.ſancimus.C.de nuptijs.& Dy.in regula, indultum.& Bart.in l.Titio,§.fin.ff.de condi.& demon.tenet quòd tolli poteſt in totum:quia iſta portio eſt de iure ciuili,cùm olim nō eſſet.Sed hæc ratio nō concludit:quia eſt de iure ciuili ſolùm quantū ad taxationem talis quantitatis,non autem abſolutè. Poteſt tamen in d.c.Raynutius.diſtingui,& bene.Nā aut filius non habet vnde viuat aliunde:& ſic vera eſt opinio prima.& mouetur:quia iure ciuili ſpurio nihil debetur:vt in auth.ex complexu.C.de inceſ.nup.& tamen ius canonicum ſequendo naturalem æquitatem diſponit vt habeat alimenta.de eo qui duxit in mat.c.cū haberet.ergo fortiꝰ in legitimo,ſi hoc vult ius ciuile,poſſet ius canonicum hoc tollere.Aut habet vnde viuat:& ſic eſt vera ſecunda.Aduertendum eſt tamē quòd licet in legitima iſta filius grauari non poſsit per fideicōmiſſum,ſecundum opinionem communē,per l.quoniā in prioribus.C.de inoff.teſta.& l.cùm patronus.ff.de leg.ij.de quo Bar.& Dyn.dubitauerunt in l.j.ff.de vulga.& pupilla.ſubſtitutio.tamen ſuccedentes ab inteſtato ipſi filio,ſi illum decedere contingat impuberē,poſſunt grauari.& eſt caſus in l.ſi fundum per fideicommiſſum cum l.ſequēti.ff.de legatis primo.Vnde dicit Bal.in l.cum virum.C.de fideicom.quòd ſubſtitutus filio impuberi,poterit grauari vt reſtituat legitimā filio debitam.Et ſi verba ſunt dubia:puta,teſtator dixit,poſt mortē filij mei impuberis hæreditas integra reſtituatʳ.Seius: nec expreſsit,per filiū vel ſuccedentes ab inteſtato filio meo vel per ſubſtitutum datum filio meo:fideicommiſſum debebitur in legitima,etiā ſecundum Bart.in l.qui duos.ff.de vulga.& pupilla.ſubſtitu.& communiter ſequuntur ſcribentes ibi.& refert Panorm.fuiſſe conſultum per Ioan.de Imol.& Fulgo.in c.Raynutius.de teſta.licet Bar.in l.cohæredi.ff.de vulg.& pupil.ſub.aliter dixerit.¶Quartò quæritur,†vtrum per non confectionē inuentarij perdatur legitima debita iure naturæ?Et dico quòd Bart.in authen.ſed cum teſtator.C. eod.refert gloſſ.tenere quod non.in auth.hoc amplius.C.de fideicom.¶Quintò quæritur,†vtrum legitima debita iure naturæ amittatur per crimen patris in læſam maieſtatē?Et dico quòd Card.in cle.paſtoralis.de re iud.refert Landul.tenere quòd non.& filios audita cōdemnatiōe patris,ſi furtim ſubripiant legitimam,non teneri ad reſtitutionem priuatam ſaltē in foro animæ:quia poſſunt tenere de iure naturæ quod per ius poſitiuum tolli non poteſt.Ad hoc de teſtam.Raynutius.quia pater non poteſt priuare filium legitima,niſi in caſu ingratitudinis.C.de inof.teſt.l.quoniam in prioribus.& facit caſus dictū.de verb.ſig.& auth.de hære.& falci.§.ſi quis autem non implens.vbi dicitur quòd etiam propter reatum inobedientiæ filius priuari nō pōt legitima. Sed Zen.tenet contrarium:quia per contractum poteſt tolli legitima: cùm debeatur deducto ære alieno: vt l.Papinian.§.iiij.ff.de inof. teſt.In delictis autem quaſi cōtrahimus: quia per quaſi contractum quis ſe obligat ad pœnam. ff.de iure fiſ.l.Imperatores.Hanc opinionē tenet Ioan.de Lig.& dicit veriorē: quia legitima,eſt quota bonorum, quā pater habet tēpore mortis:nihil autem habet quando ſunt cōfiſcata.ff.de inter.& reſ.l.iij.Et pro iſta opiniōe facit quod not.Bat. in auth. ſi qua mulier.C.de ſacroſan. eccle. vbi dicit quòd portio legitima filio debita,nō debetur,niſi poſt mortem naturalem:vt lege prima.§.ſi impuberi.ff.de col.bo.vbi dicit Bar.quòd ille §.facit ad quæſtionem,an pater debeat ſoluere condemnationē vſq; ad legitimā, ſi filius cōdemnetur pro maleficio?Et dicit quòd videtur tex.ibi,quòd nō: quia in vita patris non debet legitima ſeparari:vt in d.§.ſi impuberi.& in l.ſi.ff.de lib. agno.dicit quòd filius nullum ius habet in debito bonorum ſubſidio viuēte patre.Et de hoc vide caſum in d.l.fin.quia patronus nullū ius habet in bonis liberti. pro quo l.ij.ff.ſi à pa. quis fue. manu. Sed quod dicit Brto. legitimā nō deberi niſi poſt mortem naturalem:intellige,vel ſibi æquiualentē, ſcilicet mortē ciuilem:puta,religionis ingreſſum, quando hęc habet quo ad bona temporalia omnino eundē effectū quē habet mos naturalis: puta, ſi ingrediatur religionē fratrum Minorū: vt not.Bar.in dicta authen. ſi qua mulier.Pro quo etiā facit c.cum ſimus.de regular. & idem eſt de quacunque religione, in qua ingreſſus bona ſibi retinere nō poteſt,etiā in communi. Primā opinionem Landul. Summa Angelica tenet tanquā magis piam,licet de rigore iuris minus veram: quia per titulum lucratiuum & donationem pater in præiudicium filij alienare nō poteſt.C.de inoff.do. per totum.& de dona.& quòd ibi not.c.fin.fiſcus autem hoc capit ex titu. lucratiuo:ideoq; non poteſt in præiudiciū filij. ad Zen.dicit verum dicere quādo ex quaſi contractu damnificauit principem in bonis:aliàs non eſt ęs alienum: nec propriè pater tenetur ex quaſi cōtractu,ſed ſimpliciter ex delicto.Ad Ioā de Lig.dicit patere:quia alienatio facta titulo lucratiuo in fraudem filij,nō valet.Ad Bart. nihil dicit, nec illū adducit.Summa autem Roſ.tenet opinionē ſecundam: & ita tenendum eſt:quia Summa Angel.male ꝓbat,& malè ſoluit.Patet primū:quia quod dicitur,patrem alienare nō poſſe titulo lucratiuo in præiudicium filij,verum eſt.ſponte ſua.quod non eſt hic,vbi cogitur:& præterea hic ipſe nō alienat, ſed ius. Patet etiā ſecundum quo ad Zen. quia princeps damnum patitur, in honore ſaltem:& eſt æs alienum, nō ex ſublatione,ſed ex legis cōdemnatione. Et quo ad Ioannē de Lig. quia valet talis alienatio quando eſt coacta, & à lege.

¶Sextò quæritur, †cùm dicitur in teſtamento, quòd ſi filij non fuerint executi voluntatē teſtatoris, ſint exhæredati & priuati legitima debita iure naturę:an incurrāt dictam pœnam non exequendo, maximè ad pias cauſas? Et dico quòd gloſſa in cap.ſi hæredes.de teſtament. limitat auth.hoc amplius.C.de fideicommiſ.dicens quòd filius inſtitutus nōn implens voluntatē in relictis ad non pias cauſas, ſolùm priuatur ſucceſsione defuncti,nō autem debito iure naturæ:ſed ſi relicta ſunt ad pias cauſas, priuatur etiam debito iure naturæ.Et licet gloſſa in fine non videatur iſtam opinionem firmare,eam tamen ſequitur Hoſti. licet fateatur quòd ſi filiū pæniteret,eccleſia poſſet illi facere aliquam eleemoſynam. Panorm.autem dubitat de hoc: quia iura loquuntur de relictis in teſtamento: hæc autem portio filio debetur extra omne teſtamentum:cùm ſit quaſi debitum naturæ.Vnde iura ſolùm voluerūt excludere à commodo habito per defectū quia ex quo noluit onus,nō debet habere honore ſeu emolumentū.Quę ratio ceſſat in debito iure naturæ,quod debetur ſine aliquo onere.vt lege,quoniam in prioribus.de inoff. teſt.Item negare non poſſumus quin res ſit dubia:& in dubijs ſequi debemus partem benigniorem:vt in reg.odia.de regu.iur.lib.vj.vide etiam §.ix.cau iiij.¶Septimò quæritur,

7 †vtrum filius inſtitutus hæres poſsit repudiare paternā hæreditatem retenta ſibi legitima?Et dicendum eſt quod non: quia cum etiam in legitima fuerit inſtitutus,non poteſt pro parte acceptare & pro parte repudiare,ſecundū Bar.in lege, gerit.ff.de acquiren.hæredi.& Baldum in l.vnica.C.quando non petent.par.Et eadem ratione idem dicendum eſt patre decedente ab inteſtato:quia non poteſt agnoſcere hæreditatem paternam pro parte,& pro parte abſtinere. ¶Octauò

8 quęritur,†quid ſi filius inſtitutus ſit in minori parte?Et dico quòd nihilominus aget vſq; ad ſupplementum.d.l.omnimodo.qa hæc legitima datʳ in bonorū ſubſidiū de iure naturæ.

9 ¶Nonò quęritur,†in quibus caſibus ceſſet Falcidia?Et dico quòd in multis.¶Primò,in his,quæ ſic legātur quòd alienari nō poſſunt,vt perueniāt ad ſucceſſores eiꝰ,cui relicta ſunt C.ad leg.fal.auth.ſed in ea re.¶Secundò,in his,quæ ad pias cauſas relinquūtur,vt in auth.ſimiliter.C.ad leg.fal.& Bal.in l.à iure.§.Titio.ff.de condi.& demonſt.Si tamen eccleſia vel pius locus inſtitueretʳ hæres: tūc detraheretur falcidia de legatis factis alteri eccleſię vel pio loco:quia currit priuilegiū cum priuilegio.& ſic concurrentibus priuilegijs vtuntur iure cōmuni.Pro quo facit l.aſsiduis.C.qui po.in pigno.hab.& no.Pan.in c.in præſentia.de proba.& idem tenet Dyn.& ſequitur Alber.in l.ſi quis ad declinandam.C.de epiſco.& clericis.Et quod dictum eſt,Falcidiam non deberi de legatis ad pias cauſas:Bal.in d.l.auia.dicit verum,etiam ſi indirectè relinquātur:puta,cū legatur mihi fundus, cùm pacto quòd reſtituatur eccleſiæ.¶Tertiò,in teſtamēto militis.C.ad l.Fal. l.in teſtamēto.Sed hodie corrigitur per auth.de hære.& fal. §.fi.ideoq; nō ceſſat.¶Quartò,in malè ablatis certis vel incertis legatis:& ſimiliter in alijs alienis.l.imponenda.C.ad l. fal.& ita tenet Sum.Ang.ſed melius Sum.Roſ.cū Bart.in l.j. C.de ſac.ſan.ecc.diſtinguit:qa ſi ſunt incerta,ceſſat falcidia. quia ſunt ad pias cauſas,id eſt,pro anima illius,cuius erant.Si verò ſint certa relicta his,quibus debentur, non ſunt ad pias cauſas:quia proxima cauſa relinquendi, eſt debitum, & non cauſa pia:quæ eſt ſolùm,quando nulla neceſsitas ſubeſt: ſed ſola religio & liberalitas in Deū.Vnde in his videtur cōcludere quòd falcidia poſsit detrahi,ſi probari nequeūt: ſi verò is,cui relinquūtur.probaret ſibi debita eſſe aliunde quàm ex teſtamento:detrahi non poſſet,ſed ceſſaret.ff.de auro & argen.leg.l.qui vxori.Hæc ex Bar.quē ſequitur Sum.Ro.indiſtinctè.Sed melius dicitur quòd Barto.loquitur in foro cauſarum: in foro autem animæ etiā ſi probari nequeūt, modò hæres ſciat,vel probabiliter credat eſſe aliena,nō poteſt Falcidiā ſubtrahere: quia eſſet ſubripere aliena.Et ſi pater pro malè ablatis tantùm leget,quòd legitima iure naturę debita minuatur:dicit Aſten.libro tertio,titul. xxv. poſt Monal. quòd ſi talia malè ablata probari nō poſſunt:hæres ſoluere non tenetur vt debitum,id eſt,vt æs alienū, ſed vt legatum. Vnde ſi legitimam iure naturæ debitam minuit,ſoluere nō tenetur:intellige in foro cauſarum,etiam in foro cōſcietię, niſi ſciat vel ꝓbabiliter credat ita eſſe.Secus in illo,cui falcidia cōpetit: quia cùm talia legata ſint ad pias cauſas, ceſſat hodie,vt dictum eſt:ideoq; illam nō detrahet.Cōſilium au-

tem datur tali patri à Monal. ſi filiū inducere non poteſt vt
velit ea reſtituere male ablata,quæ quaſi totam hæreditatē
exhauriūt,vel ad hoc ſe obligare,legitima non detracta:vt
reſtituat ipſe dum viuit,vel faciat codicillū,in quo ordinet
omnia bona ſua diſtribui pauperibus ꝓ male ablatis incer-
tis:aſſerēs quòd plura ſunt male ablata,quàm ſua bona:&
ſimiliter quæ ꝓbari nequeūt relinquat his,quibus debētur.
¶Quintò,ſi teſtator certus de quātitate ſui patrimonij pro-
hibeat expreſſe deduci falcidiam:in auth.ſed cū teſtator.C.
ad l.falcid.¶Sextò,ſi hæres non fecerit inuentarium ſecun-
dum modum & tempus ſtatutum à iure:vt in dicta auth.ſed
cum teſtator.¶Septimò,ſi hæres intra legitimum tēpus vo-
luntati non paruerit teſtatoris:de teſta.Raynaldus.ad finē.
vbi dicit glo.tempus legitimum eſſe,tempus anni à iuſſu iu-
dicis computandum,intra quod ſi non paruerit, dicit etiam
quòd perdit omnia,excepto eo quod ſibi debetur ex fideicō-
miſſo.¶Octauò,de legato dotis:vt l.ſecunda.§.idem quæſi
uit.ff.de dote præleg.¶Nonò in libertate legata.l.Papinia-
nus.ff.de inofficio.teſtamento.¶Decimò,quādo legatur in-
ſtrumentum rei alterius.
¶Vndecimò,in caſu legis beneficio, quando ſcilicet occul-
tauit vel negauit res hereditatis.ff.ad leg.falcid. vide etiam
10 infra.§.xij.caſu.¶Decimò quæritur,†vtrum factis multis le
gatis tam ad pias cauſas,quàm non pias,excedētibus faculta
tem hæreditatis, debeat fieri detractio de vtriſq;,an ſolū de
his quæ non ad pias?Et dicit Alberic.in l.ſi quis ad declinan-
dam.C.de epiſco.& cler.& quod fit communiter de vtriſq;
non obſtante quòd ceſſet falcidia in his quæ ad pias cauſas:
quia non eſt falcidia,ſed declaratio legati inaniter facti ab
11 initio.ff.ad Treb.l.j.§.ſi is qui quadraginta.¶Vndecimò quę
ritur,cum in legatis ad pias cauſas ceſſet falcidia:vtrum hoc
pertineat ad onus hęredis, an aliorū legatariorum? Et dicit
Bartolus in auth.ſed & in ea.C.ad legem falcidiam.quòd o-
nerātur hęredes & legatarij:qa iſta legata debēt ante omia
detrahi vt æs alienum.ff.ad l.Falci.l.æris alieni.& ſic ex hoc
hæres minorē quartam.& alij legatarij minus habebunt de
12 legato.¶Duodecimò quæritur, † in quibus caſibus ceſſet
Trebellianica?Et dico quòd in multis.¶Primo,in legatis ad
pias cauſas:vt dictum eſt ſuprà Legatum.iiij.§.vj.¶Secundò
ſi teſtator prohibuit,vt in authen.de hæred.& falcid.§.ſi ve-
rò expreſsi.¶Nam ſi poteſt tollere falcidiam,multo magis
Trebellianicam,quæ minus eſt priuilegiata:vt ff.ad l.falc.l.
in quartam.Et licet contrarium teneat gl.in authē.ſed cum
teſtator.C.ad l.Falcid.tamen Bart.in l. Marcellus.ff.ad Tre
bel.concludit quod poteſt:dicēs idem tenere Odoffr.Iacob.
de Are.& Cyn.& eſt opinio communis & verior:vt in d.§.ſi
vero.¶Tertiò,quādo ſubſtitutio euaneſcit:vt puta,quia re-
ſtituere rogatus ſi decederet ſine liberis,vel nō maritaret,&
huiuſmodi,ingreditur religionē:vt in auth.niſi rogati.C.ad
Trebellia.¶Quartò,quando ſolo iudicis officio compulſus
adijt hęreditatem:quia totum reſtituet.Inſti.de fideicōmiſ.
hæred.§.in primis.¶Quintò,in fideicōmiſſo vniuerſali reli-
cto ad pias cauſas:quod vniuerſale dicitur,quando tota hæ-
reditas venit reſtituenda:ſicut dicitur particulare quando re
ſtituenda veniunt ſolum quædam particularia bona. Hoc
enim tenet Bartol.in authen.ſed in ea.C.ad legē falcid. con-
tra gloſſ.in ca.j.de teſta.lib.vj.non obſtāte ratione in cōtra-
rium,ſcilicet quia ſi in fideicommiſſo vniuerſali nō detraha
tur,fruſtra erit hæres.Dicit enim in lege, Marcellus.ff.ad
Trebellianum.hoc eſſe contra textū in corpore vnde ſumi-
tur authentica,ſimiliter.C.ad leg.falcid.vbi loquitur quan-
do tota ſubſtantia eſt exhauſta.Nec eſt in vacuum hæres:qa
text.in dicto authen.de hæred.& falcid.§.ſi verò expreſſum.

dicit quòd habet meritum quo ad Deum: quia exercuit a-
ctum pietatis.¶Sextò,admittitur tam ipſa quàm falcida,ſe-
cundum Bald.in l.ſcimus.§.licentia.C.de iure delibe.per ne-
gationem fideicommiſsi in qualitate vel quantitate factam,ſi
ille:cui fideicōmiſſum eſt factum,probauerit qualitatē vel
quantitatem fideicommiſsi:nec aliquam ex ipſis poterit de-
trahere.¶Septimò, ſecundum aliquos, per non confectio-
nem inuentarij.Sed verius eſt ſecundum Bartolum in d.au-
then.ſed cum teſtator.quòd non debent induci correctio le-
gis corrigentis:vt l.præcipimus.C.de adop. & idē tenet Iac.
de Bel.& Cy.¶Decimotertiò quæritur,†vtrum quis poſſit
deducere duas legitimas portiones,ſcilicet debitam iure na-
turę.& Trebellianicā?Et dico de hoc olim fuiſſe opiniones
vt patet in l.quanquam.C.ad leg.falci.hodie verò diſtinguē-
dum eſt cum Bart.in l.Papinianus.§.meminiſſe.ff.de inoffi.
teſta.& Bal.in l.filium quem habentem.C.fami.ercil.& Ca-
noniſtis in ca.Raynutius.& in cap.Raynaldus.de teſt. Nam
ſi ſubſtitutio aut rogatio ſit facta purè,aut ad certum diem,
intellige de præſenti,quod perinde eſt ac ſi ſit purè facta tūc
detrahere non poterit,niſi vnam quam voluerit.Sed ſi ſit fa-
cta ſub conditione:puta,ſi decedat ſine liberis:vel ad incer-
tum diem:tunc poterit deducere ambas.Et ſic concordatur
canonicum & ciuile.& hæc eſt opinio communis,ſecundum
Panor.in dicto ca.Raynutius.vbi etiam approbatur,ſicut &
dicto ca.Raynaldus.licet contrarium videatur de iure ciui-
li:vt in auth.de reſti.§.quam ob rem.Vnde dicit Barto.quòd
vbi quis eſſet rogatus de reſtituendo incontinenti vel poſt
non obſeruaretur illa decretalis de duplici portione deducē-
da,vt ſæpe cōſuluit.Quod quidem ſæpe accidit,quando di-
ſpoſitio non valet iure teſtamenti: & eſt appoſita clauſula
quòd valeat ſaltem iure codicillorum,de qua vide infrà,Te-
ſtamentum,primò.§.xj.Tunc enim ſi teſtamentum non va-
leat aliqua ratione,vt quia in eo non ſunt teſtes debiti vel a-
lia cauſa:teſtator videtur voluiſſe quòd hæreditas reſtitua-
tur venientibus ab inteſtato ſtatim,vt not.in authen.ex cau-
ſa.C.de liber.præterit.& ſic non detrahetur niſi vna quarta.
hęc ex illo.Ratio autem diuerſitatis ſecundum doc.vt refert
Aſten.lib.tertio titu.xxv.& Panorm.in dicto ca.Raynutius.
eſt,quia in reſtitutiōe fienda purè de pręſenti cōcurrūt eo-
dem tempore duæ deductiōes.quod regula iuris ciuilis non
patitur:vt l.in ratione.§.quod vulgo.ff.ad l.falci.& in l.iube-
mus.C.ad Trebel.& in dicta l.filiū quem habentem.Vbi ve-
rò nō eſt fienda purè vel ad certā diem de pręſenti:ſed ad in-
certā, poſſet incōtinenti deduci quarta debita iure naturæ:
quia eā ſine omni grauamine debet habere:in proceſſu verò
temporis deducet Trebellianicā,in qua cùm fructus perce-
pti computantur,minus diminuitur ſubſtantia hæreditatis,
quàm ſi fieret reſtitutio incōtinēti,vbi ſubſtātia eius minue-
retur.Et per hoc videtur quòd ſi dies illa incerta vel cōditio
emergeret ante perceptionē fructuū,detraheretur altera por-
tio tantū.¶Decimoquartò quæritur,†vtrū inſtitutus in re
certa habeat per omnia loco legatarij?Et dicit Pan.poſt gl.
in d.c.Raynutius.ꝙ habetur loco legatarij quo ad quędā,&
quo ad quædā loco hæredis.de quo dicendū vt in l. quoties.
C.de hære.inſti.Et inter cæteros effectus operatur hoc valdè
notabile in inſtituto in re certa: quia cohærede nō potente
vel nolente adire hæreditatem,iſte habebit illā in totū:quia
nō pōt teſtator decedere pro parte teſtatus, & pro parte in-
teſtatus.l.j.§.ſi ex fundo.ff.de hære.inſti. quā vtilitatem iſte
nō aſſequeretur,ſi eſſet purus legatarius quinimo perderet le-
gatū,ex quo nō aditur hereditas ex teſtamento.C.ſi quis omiſ.
cau.teſta.quaſi ꝑ totū,niſi ad piā cauſam: quia talia debentur
etiā non adita hæreditate:vt voluit Bar.in l.j.C.de ſacroſan.
eccl.



eccl.De quo vide s.Legatū.iiij.§.viij.ix.& x.¶Decimoquin-
tò quæritur,quid ſi eccleſia vel hoſpitale inſtituitur hæres,
& adeat abſque beneficio inuentarij:an teneatur in ſolidū?
Et Bart.in dicta authent.ſed cum teſtator.reſpōdet per ver-
bū cogitabitis:ſed in l.j.C de ſacroſanctis eccleſi.tenet quòd
non quia iura ciuilia non poſſunt obligare eccleſiam,& pia
loca,vltra vires hæredatis:cum talis obligatio non ſit de iu-
re naturali:vt in legatis ad pias cauſas ceſſat omnis ſolenni-
tas iuris ciuilis.Si tamen aliquis ſacerdos inſtituatur hæres
ratione conſanguinitatis vel amicitiæ,nō intuitu diuinæ re-
ligionis:tunc putat teneri in ſolidum:vt in authentic.de hæ-
red.& Falcid.§.penul.Secus ſi amore Dei,vel pro anima ſua.
16 ¶Decimoſextò quæritur, † an filio ſufficiat habere legiti-
mam,quocunq; titul.relicti,& dicit Bartol.in authen.nouiſ-
ſima.C.de inof.teſta.quòd hodie habere debet iure inſtitu-
tionis:vt in auth.vt cum de appe.cogno. §.aliud.Ratio,quia
eſt titulus magis honorabilis.Item,quia habet ius accreſcē-
di in hæreditate:vt not.in l.quoties.C.de hæred. inſtit.Et de
bet eam habere cum vſufructu: vt in auth.de trien.& ſemiſ.
§.prohibemus.Et ſic l.vxori meæ. de vſufructu leg. eſt cor-
recta in filijs.Dicit etiā gloſ.in d.§.aliud.quòd in minimo fa
cta inſtitutio excludit querelam,vt in dicta authent.vt cum
de appel.cogno.§.cæterum ſi qui.aget tamē ad ſupplemen-
tum.vt C.de inoff.teſta.l.omnimodo. Nec ſufficeret ſi filio
relinqueretur fideicōmiſſum vniuerſale: vt vult Bartol.in l.
ita tamē.§.qui rogatus.ff. ad Trebel. & in l.ſcimus. §. cum
autē.C.de inoffi.teſtam.vbi gloſ.reprobat: quia tex.in cor-
pore vnde ſumitur authent.nouiſsima.præallegata, expreſ-
ſam mentionem facit quòd nō valet iure fideicōmiſsi:quod
etiam videtur expreſſum in dicto §.qui rogatus. Gloſ.tamē
ſingularis in dicta authent.nouiſsima.de qua ibi Alexander
de Imol.facit magnum feſtum,diſtinguit: quia ſi teſtamen-
tum fiat ſolenne,debet inſtitui.Si verò minus ſolenne: puta
inter liberos,ſufficit quocunq; relicti titulo, dummodo ali-
quid relinquatur:qui defectus alicuius ſolennitatis iuris po-
ſitiui,illud non viciat:vt in §.ex imperfecto.l.hac conſultiſsi
ma.C.de teſtam.& aget vſque ad ſupplementū. Secus ſi præ
teriti fuerint aliqui ex ipſis filijs:quia teſtamentum eſſet nul
lum l.filio præterito.ff.de iniuſto ruptóque teſta.Item limi-
ta quòd debet habere iure inſtitutionis:niſi inſtitutio omit-
teretur in fauorem filij:vt in caſu l.multi.de liber.& poſthu.
vt notabiliter videtur cōcludere Bartol.& Imol.in l.cum ex
filio.de vulgari & pupilla.ſub.Item fallit ſi ſtatutum hoc nō
ſic diceret:ſecundum Bald.in l.fi.C.de bonis quę lib.Et not.
quòd mater non debet habere legitimam filij, niſi quando
filius facit teſtamētū,vel moritur ab inteſtato: ſecus ſi pater
facit teſtamentū filio impuberi:vt in c.ſi pater.de teſt.lib.vj.
17 ¶Decimoſeptimò quæritur,†vtrum hodie parētes debeāt
habere legitimam iure inſtitutionis? Et dicit Bart.in dicta
authent. nouiſsima.quòd gloſſ.in l.j.§.j.ff.ſi à pa.quis fuer.
ma.tangit iſtam quæſtionem in patrono:& concludit quòd
patronus poteſt habere quocunque relicti titulo. Pater au-
tem & patronus æquiparantur ad omnia, exceptis quibuſ-
dam,quæ notantur in dicta l.j inter quæ nō reperitur iſta di
uerſitas.ergo &c.Præterea,quod non mutatur expreſſe,re-
manet incorrectum:vt l.præcipimus.C.de appellat.hæc Bar
tol.Bald.autem in l.j.C.de bonorum poſſeſsion.contra tab.
lib.tenet contrarium:vbi dicit quòd filius debet relinquere
parentibus iure inſtitutionis.& fundat ſe per tex.expreſſum
in dicta l.omnimodo.circa principiū.& idem Iacob.de Bel-
uiſ.Et hæc opinio eſt tenenda, vbi filius teſtans nullos filios
relinquit:quoniam vbi filij ſupereſſent,nulla legitima vide-
tur debita patri:imò in nihilū ſuccedit,vt eſt gloſ.valde no-

ta Inſtit.quibus modis ius patriæ poteſt.ſol.§.noſtra autē.in
verbo,paterno.Et nō mirū:quia in ſucceſsione prima cauſa
eſt liberorū:vt in auth.de hęredi.ab inteſta.circa princ.Gloſ
ſa tamē in l.pater filiū.ff.de inoffi.teſtam. tenet debere in-
ſtitui patrē,etiā extātibus liberis:ſed primū eſt verius.¶De-
cimooctauò quęritur,†vtrū in aſcendētibus ſit aucta portio 18
legitima,ſicut eſt aucta in filijs,vſq; ad trientē & ſemiſſem?
Et dicit Bartol.in dicta authent.nouiſsima. de mente gloſſ.
& docto.quòd ſic,vt in authent.de trien.& ſemiſ.§.j.

LENO,ſecundum glo.in §.quod ſi in adulterio.xxiij.q.
j. eſt qui damnatam adulteram ducit:vel qui eam ſi-
bi reconciliat.C.de adul.l.caſtitati.vel qui ſcienter ad-
ulteram tenet:vt in dicto.§.quod ſi.vel qui recipit pecuniam
ꝓ adulterio.ff.de adult.l.ij.§.lenocinij.Sed limita prędicta
in tribus primis caſibus vera,niſi eſſet emandata. Item le-
nocinium committit,qui habet mancipia quæſtuaria: quia
hoc non eſt minus quàm proprio corpore facere quæſtum.
l.palam.§.lenocinium.ff.de ritu nupt.

## De Lepra & Leproſo.

*1 Lepra ſuperueniens ſoluit ſponſalia de futuro,ſed non matri-
monium.& nu.2.*
*3 Lepra an excuſet ab obligatione reddendi debitum vel coha-
bitatione.*
*4 Leproſi an teneantur ad decimas.*
*5 Leproſi an habere poſsint eccleſiam & presbyterum.*
*6 Leproſus factus an tollatur à prælatione eccleſiæ, & an cele-
bret.*

LEPRA inter morbos contagioſos computatur: vnde
ſecūdum iura leproſi ab hominum habitatione ſepa-
rantur.de cōiug.lepro.c.j.¶Primò verò quæritur,†v- 1
trū lepra ſuperueniēs ſoluat ſponſalia,ſcilicet de futuro ad
inſtantiā ſani?Et dico quòd ſic:extra eod.literas. & idem de
qualibet alia enormitate ſuperueniēte:quia in obligatione
generali de contrahendo matrimonio ſubintelligitur, niſi
quicquā turpe ſuperueniat:vt in c.quemadmodū.de iureiur.
¶Secundò quæritur,†vtrum lepra ſuperueniens ſoluat ma- 2
trimonium,vel impediat contrahendum?Et dico quòd non
ſoluit matrimonium.extra eodem.cap.j.& c.literas in quo li
cet dicatur conſummatum,tamen ſecundum Hoſt. & Pan.
debet intelligi,id eſt,contractū. Similiter nec impedit:quia
poteſt contrahere leproſus ſi inueniat volentem.extra eodē.
cap.ij.¶Tertio quæritur, † vtrum abſoluat coniugem ſanū 3
ab obligatione reddendi debitum coniugale vel ſeruitij aut
cohabitationis?Et dico quo ad debitum coniugale quod nō
ſecundum gloſ.in dicto.c.j.niſi eo modo quo dictū eſt ſuprà
Debitum.§.j.ſcilicet propter periculum infectionis ꝓbabi-
le:non obſtante quod in cap.ij.eod.tit.in hoc caſu nulla ex-
ceptio inuenitur,quia intelligitur propria: ſecus de cōmuni
& generali quæ in multis caſibus inuenitur, ſcilicet ratione
dicti periculi,vel etiā ratiōe impoſsibilitatis:ſicut fortè quis
ex horrore reddere non poteſt,ſicut nec moueri:qui & ſi ob
hoc excōmunicaretur, haberetur pro excōmunicato apud
eccleſiā,nō tamē quo ad Deū,ſecundū Pan.ar c.literas.de re
ſtit.ſpol.& in c.inquiſitioni.de ſent.excomm. Similiter non
abſoluit à debito ſeruiendi in neceſſarijs:cum hoc ſit minus
periculoſum quàm debitum cōiugale.Abſoluit autē ſecun-
dum Sanct.Tho in iiij.diſt.xxxij.à debito cohabitādi in eo-
dem lecto vel in eadem domo:quia nō ita inficitur ex coitu,
ſicut ex frequenti cohabitatione.& idē gloſ.in d.cap.j.Filij
quoque leproſorum debent manere cum ſano ne inficiātur,
ſecundū omnes.¶Quartò quęritur,† vtrū leproſi teneātur 4
ad decimas?Et dicit glo.in c.ij.de ec.ædi.ꝙ ſic, niſi de hor-

tis & nutrimentis animaliũ ſuorum,quæ ſolæ ibi excipiuntur:ſed intellige quãdo cõmuniter viuũt:vt ibi.aliàs de omnibus ſimpliciter dare tenētur vt alij Chriſtiani.¶Quintò quęritur† vtrũ leproſi habere poſsint eccleſiã & presbyterũ qui
5 celebret eis?Et dico quòd ſic,ſi tot ſunt ſimul cõmuniter viuẽtes quòd eam cũ cœmeterio poſsint cõſtituere:modò veteribus eccleſijs de iure parochiali nõ fiat iniuria.d.c.ij.Sextò quæritur,†vtrũ ſacerdos factus leproſus poſsit in eccleſia
6 parochiali prælatiõis officio fungi?Et dico quòd ſi ſine ſcandalo & abominatione populi nõ poteſt illud exercere,debet ab officio remoueri:ita tñ ꝙ ſecũdũ facultates eccleſiæ adminiſtrētur illi neceſſaria quouſq; vixerit:vt in c. tua nos.de cleric.ęgro. Rectoribusverò eccleſiarũ qui ſine ſcãdalo eorũ qui ſunt,altari ſeruire nõ pñt,dãdus eſt coadiutor, q curã habeat animarũ:cui adiutori ad ſuſtentationẽ cõgrua portio de facultate eccleſiæ eiuſdẽ aſsignetur:vt in c.de rectoribus.de cler.ęgro.Ex quo etiã patet quòd nõ prohibētur celebrare,quãdo hoc ſine ſcãdalo poteſt,vt in ſecreto,&hmõi:ar.d.c.de rectoribus.vide de hoc ſ. Corpore vitiatus.§.vij.

## Lex.

1 *Legis ſeptem ſpecies.*
2 *Legis naturalis,canonicæ,& ciuilis,quæ ſunt partes.*
3 *Legis naturalis quæ ſint peculiaria.*
4 *Legem quis poßit facere.*
5 *Lex eſſe iuſta ex quibus dicatur.*
6 *Lex vt obliget,quæ requirantur.& nu.7.*
8 *Lex omnis an tranſgreſſores obliget ad mortale.& nu.9.*
10 *Leges ciuiles iniuſtæ enumerantur multæ,nec ligantes laicos.& nu.11.*
12 *Leges iniuſtas ſtatuentium quæ ſit pœna.*
13 *Canonicæ leges an inueniantur aliquæ non obſeruandæ.*
14 *Lege an omnes ligentur.*
15 *Leges & ſtatuta laicorum an ligent clericos.*
16 *Lex quomodo ſit interpretanda & extendenda etiam in odioſis ac pœnalibus.vſque ad nu.19.*
20 *Legis mens cõprehenſiua & extenſiua quomodo demõſtretur.*
21 *Prohibitum an intelligatur quicquid non eſt lege conceſſum.*
22 *Legis indulgentia an intelligatur ſaluo iure partis.*
23 *Conſtitutio an reſpiciat præterita.*
24 *Lex loquens per verba præterita an extendatur ad futura.*
25 *Leges humanæ an ſint mutandæ faciliter.*
26 *Lex quibus modis tollatur.*
27 *Lex quid tollat.*
28 *Legi contrarius actus an ſit nullus ipſo iure.*
29 *Fraus ſi fiat legi an valeat factum.*

LEX dicta eſt,ſecundũ B.Tho.j.ij.q.xc.à ligãdo quia obligat: quod omni legi eſt commune:vel à legẽdo:quia ſcripta eſt quod omni nõ cõuenit,ſed ei primò quæ apud nos legis nomẽ habuit, id eſt,humanæ cõſtitutiõi:deinde etiã diuinę.Sũt verò quatuor generalia nomina ex diuerſis ſumpta ad ſignificandũ idẽ,ſcilicet lex,eo ꝙ liget vel legatur:ius redactũ maximè in ſcriptis,eo ꝙ per hoc iuſtũ cognoſcatur & reddat:ſtatutũ eo quòd firmetur deliberatiõe,quaſi in ſtatu,id eſt, in gradu immobili ſitũ vel poſitũ:& cõſtitutio,quaſi ſimul ſtatuitio : eò ꝙ ad eã deliberandã multi,id eſt,populus conuenirẽt.Nec tamẽ ſignificat cõſtitutio ſolùm id qđ populus ſtatuit:ſed ampliatur ad omne ſtatutũ & legẽ.Eſt igitur lex,ſecundũ eundẽ ibi , ordinatio, ſcilicet actiua rationis,ſcilicet practicæ:ad bonũ commune,ſcilicet terræ ciuitatis,prouinciæ,regni,aut mundi,ab eo qui curam habet cõmunitatis de iure nõ de facto promulgata. Ex qua diffinitiõe ſic intellecta ſequitur primò quòd lex ſit aliquid rationis,ſcilicet propoſitiones vniuerſales rationis practicę actu vel habitu cõſideratę:vt dicitur j.ij.q.xc.ar.j.ſiue dictamẽ practicę rationis,vt ibi q.xcj.art.j.Et ſecũdò quòd voluntas principis nõ habet vim legis,ſed iniquitatis, niſi vt regulatur aliqua ratione,vt etiã dicit̃ ibi art.j.ad tertiũ.Et tertiò quòd nullũ præceptũ habet vim legis:niſi ſecundũ ordinem ad bonũ,ſcilicet commune,ad quod omnis lex,vt ad finem,ordinatur,vt ibi ar.ij.Et quartò ꝙ nullũ præceptum vel ordinatio iniuſtè præſidẽtis eſt lex,nec obligat in aliquo foro.

¶Primò verò quæritur† quot,& quę ſint propinquę partes ſeu ſpecies legis in cõmuni?Et dico quòd quantũ ex S.Tho.j.ij.q.xcj.& Thomiſtis colligitur,ſunt ſeptẽ.¶Quarum prima eſt lex ęterna,quæ eſt ordinatio rationis Dei ad bonum commune totius mundi:ſeu ſub alijs verbis,eſt cõceptum gubernationis rerũ in Deo.j.ij.q.xcj.arti.j.quã legẽ ſeu præceptũ Deus dedit cœlis:& conſequenter alijs,iuxta illud Pſal. Præceptũ poſuit,&nõ præteribit.Secunda eſt lex naturalis:quæ eſt participatio quędã legis ęternæ, & impreſsio diuini luminis in creatura rationali:qua inclinat̃ ad debitũ actũ & finẽ j.ij.q.xcj.ar.ij.ſiue ſub alijs verbis,eſt ordinatio rationis in homine impreſſa à Deo in ordine ad finẽ debitũ.¶Tertia eſt lex Moſaica.¶Quarta,eſt lex Euãgelica.Omnes hæ quatuor ſunt leges diuinæ.¶Quinta eſt cõſuetudo,quę eſt quædam lex humana,inquantũ habet vim legis ex principis ſeu populi volũtate:quæ quid ſit,dictũ eſt ſuprà,ſicut & de omnibus ſpectãtibus ad illã.¶Sexta eſt lex canonica,quę applicando diffinitionẽ legis in cõmuni ſ.poſitã ex mẽte S.Tho. ſi nõ ſit vniuerſalis,eſt ordinatio rationis ad bonũ commune eccleſiaſticũ.ab eo qui habet authoritatẽ promulgatã.Si verò ſit vniuerſalis,eſt ordinatio rationis ad bonũ cõe eccleſiaſticũ totius orbis à ſummo põtifice promulgata.Si verò ſit particularis,eſt ordinatio rationis ad prouincię vel loci cõmune bonũ eccleſiaſticum à metropolitano vel diœceſano aut eccleſiaſtico collegio habẽte authoritatẽ ꝓmulgata:& tunc propriè dicitur lex municipalis,quæ videt̃ appropriare ſibi nomẽ ſtatuti.¶Septima eſt lex ciuilis ſiue politica,quæ ſi diffiniatur cõmuniter ad iuſtã & iniuſtã,vniuerſalẽ & municipalẽ,ſic lex eſt cõſtitutio populi,qua maiores natu ſimul cũ plebe aliquid ſanxerũt.diſt,ij. lex.Sed ſi diſtinguamus ad mentẽ S.Tho.ſi ſit vniuerſalis & iuſta,eſt ordinatio rationis ad bonũ cõmune ciuile totius orbis à tota multitudine vel gerẽte vices eius promulgata.Si verò ſit particularis,eſt ordinatio rationis ad bonũ cõe prouinciæ,vel loci à tota multitudine aut gerẽte vices eius ꝓmulgata.Eſt etiã quædã lex ſpecialis conformis gñali,id eſt, reſcriptũ:& quędã priuata,quaſi generali aduerſa,id eſt,priuilegiũ,de quibus ĩ. in locis ſuis.Cũ autẽ ſint ſeptẽ genera legũ vniuerſaliũ,de ęterna nõ intẽdimus,cum ſpectet ad Theologos,niſi quatenus infrà in tit.Volũtas,§.vnico.dicetur de cõformitate voluntatũ.ſimiliter nec de Moſaica:quia hodie nõ viget,niſi quatenus continet naturalẽ.ſimiliter nec de Euãgelica, niſi quatenus cõtinet præcepta,de quibus infrà Præceptũ,per totũ.& conſilia,de quibus infrà Religio:nec de cõſuetudinaria,quia de hac dictũ eſt ſ.Cõſuetudo:ſed ſolùm de naturali ex parte & de canonica,inquantũ habet aliquid cõmune cum ciuili & de ciuili principaliter:& de vtraq; principaliter,inquantũ eſt vniuerſalis:inquantũ verò eſt particularis vel municipalis ſecundariò:inquantũ in ea ſaluantur quæ de lege in cõmuni dicuntur.¶Secũdò quæritur,† quæ ſint partes harum trium legũ,naturales,canonicæ,& ciuilis : & quomodo allegẽtur. ¶Et dico quantum ad naturalem quòd cum partes eius accipiantur ſolùm penes cõtẽta in illa,licet numeraliter ſint ferè bis innumerabilia : in genere tamen ſunt tria,ſcilicet præcepta,concluſiones,& particulares determinationes. de quibus ſ.Conſuetudo.§.ix.quæ tamen tria diſperſa ſunt per totum ius Canonicum ac ciuiles:vnde particulariter non allegantur.¶Quantum verò ad ius canonicum,dico quòd partes eius dupliciter ſumuntur.¶Primò quantũ ad conditores vel modum condendi tales leges:& ſic diſtinguuntur ſecundum nomina ſignificantia huiuſmodi legis præcepta , quæ ſunt canon,decretũ,decretalis.Canon autem Græcè,Latinè dicitur regula.iiij.diſt.canon.quomodo in medicina ſunt canones regulantes in medicando.& ſcriptura dicitur canonica quia regulat in credendo & agendo:& omne quod habetur in corpore iuris canonici,etiam ſi non ſit conſtitutio eccleſiaſtica,ſed dictum alicuius doctoris:ſed ſtricte & in propoſito dicitur canon cõſtitutio eccleſiaſtica facta in cõcilio vniuerſali vel prouinciali:& ſic capitur de conſti.canonum. Decretum verò ſecundũ Spe.dicitur quandoq; ſententia diffinitiua.ff.de re iudi.l.decretũ.vel interlocutoria.ff.de aſſeſ.l.j.in fi.Quandoq; eſt cõſenſus eligentiũ in ſcriptis redactus.lj.q.j.legum.de elec.innotuit.Quadoq; illud quod capitulũ vel ordo,vel vniuerſitas,vel maior pars ordinauit . ff.qđ cuiuſ.vni.l.planè.& quaſi per totũ.Quãdoq; authoritas iudicis in alienationibus rerum præcipuè minorum interpoſita : vt C.de prædi.mi.l.interpoſita.& per totum. Quãdoq; authoritas principis in reſcriptis beneficialib.interpoſita.Quãdoq; vt in propoſito dicitur id quod papa ſtatuit de cõſilio cardinalium nulla facta cõſultatione:quod &in reſcriptis redigit̃:vt de reſcri.c.præſenti.xx.diſt.decreta.&.c.ſequenti. Decretalis verò epiſtola eſt,in qua papa ad cõſultationem alicuius reſpõdet.de reſcrip.c.j.ſiue ſolus ſiue de fratrũ cõſilio:vt de elec.bonæ memoriæ.Inueniunt̃ & alia nomina ſignificãtia iuris canonici præcepta:ſed ſemper ſignificant aliqđ prædictorũ ex alia ratiõe : vt dogma qđ cõſiſtit in doctrina fidei:mandatũ in doctrina morum:interdictũ,in quo nulla pœna adijcitur:ſanctio,vbi addijcit̃ pœna.tñ vnũ pro alio frequenter ponitur.xxv.q.ij.ſi quis. ¶Secũdò ſumunt̃ partes iuris canonici ſcđm libros in quibus cõtinetur , quæ ſunt quatuor,ſcilicet Decretũ,Decretalis,ſextus,ſic dictus ꝙ poſt quinq; libros Decretaliũ ſit editus:& Clementinæ , ſic dictus quia cõſtitutiões cõtineat Clementis quinti.Aliæ autem cõſtitutiones papales quæ emanarũt poſt cõpilationem Decretalium,nõ habent vim,niſi de eis mentio fiat in vj.vel niſi ſint editæ poſt ſextum:vt probat̃ in prologo dicti ſexti.Decretũ diuiditur in tres partes.primò ſcilicet in diſtinctiões centũ,vel centũ & vnã ſcđm eos qui vltimã diſtinguũt . Allegatur autem ſic,xxvj.diſt.acutius.ita quòd ly.acutius,eſt principiũ capituli.Et ſecũdò in cauſas xxxvj.diſtinctas per quæſtiones diſtinctas per capitula,excepta iij.q.xxxiij.cauſæ,quæ diſtinguitur per ſeptem diſtinctiones,& vocatur tractatus de pœnitentia:& allegatur ſic,xvj.q.j. decimæ . quæſtio tamen de pœnitentia allegatur ſic.de pœn.diſt.iij.ſepties. Et tertiò in tractatum de conſecratione , diſtinctum per quinq; diſtinctiones:& ſic allegatur.de conſ.di.j.vaſa.Liber verò Decretaliũ in quinq; libros diuiditur diuiſos per rubricas & capitula.& ſic allegatur,extra de Iudæ.& ſi Iudæos imò melius omittitur ly extra,id eſt,extra decretum ſecundum Pan.in ꝓœmio Decretaliũ:quia allegatio quantò breuior,tantò melior,modò intelligatur,Sextus verò & Clementinæ eodem modo per eaſdem rubricas diſtinguunt̃ ſicut & Decretales.& eodem modo allegant̃ excepto qđ addit̃.lib.vj.vel in cle.ſic,de ſen.excom.ſi iudex.lib.vj.de ver.ſig.ſæpe.in cle.Quãtum verò ad ius ciuile dico ꝙ partes multis modis ſumunt̃,de quibus proſequit̃.S.Tho.j.ij.q.xcv.ar.iiij.& ibi vide ſi vis:ſed quantum pertinet ad præſentem conſiderationem dupliciter ſumuntur. ¶Et primò quantum ad modum deſcendendi à iure naturali:& ſic diuiditur in ius natule,id eſt,gentium,quod ſcilicet à natura,etiam ſine lege habet authoritatem:& ius legale,id eſt,lege poſitũ:vt patet v.Et hic.& ius gentiũ deriuatur à naturali,vt cõſuetudo. vnde & ipſum eſt aliquo modo naturale.ius verò legale deriuatur vt particularis determinatio:de quo vide §.ſeq.parti.iij.Pro quo ſciendum eſt quòd ius ſiue iuſtũ naturale dicitur qđ ex ſui natura eſt alteri adæquatum:quod dupliciter cõtingit ſcilicet ſecũdum ſuam abſolutã rationem:ſicut fœmina adæquatur maſculo:vt inde fiat generatio,& ſecundum aliquid inde cõſequens:ſicut ager adæquatur iſti vel illi,vt ſit ſuus proprius,non ſecundũ ſuam rationem abſolutè: ſed ſecundũ opportunitatem colendi:& ſimiliter hic homo illi,vt ſit eius ſeruus,non ſcđm ſuã rationem abſolutè,ſed inquantũ vtile eſt huic regi ab illo,& illi iuuari per iſtũ.naturale autem primo modo conuenit omnibus animalibus.ſicut & apprehendere aliquid abſolutè:ſed naturale ſecundo modo eſt hominis proprium,quia propriũ eſt rationis conſiderare aliquid cõparatiuè ad illud quod inde ſequitur.Et hoc eſt ius gentiũ . Vnde dicit Iuriſconſultus, quòd naturalis ratio inter homines conſtituit id quod apud omnes gentes cuſtoditur,vocaturq; ius gentiũ.¶Secũdò diuiditur quantũ ad libros,in quibus cõtinetur:& ſic diuiditur in tres ꝑtes principales, quarũ prima dicitur Digeſtũ:& ſic ſcribitur,ff.& cõtinet 50 . libros diuiſos in tria volumina.Digeſtũ vetus,& Infortiatũ,& Digeſtũ nouũ:quorum quodlibet diuiditur per libros:& libri per rubricas:& rubricæ per leges ſeu capitula:& hæc aliqñ per paragraphos:vnde Digeſtũ vetus cõtinet xxiij.libros &partem xxiiij.id eſt,dictas rubricas:Infortiatũ verò cõtinet xiiij.libros,& rubricã vnã.Digeſtũ autem nouũ cõtinet libros xij.vnde totũ ff.cõtinet 50.libros.Secũda dicitur Codex,& ſcribitur ſic,C.vel ſic,Co.& cõtinet nouem libros vt ſ.Tertia verò dicitur Volumen,quod in ſe continet quatuor volumina ſeu opera:primum dicitur Inſtituta.ſecundum tres libri Codicis numerati cum nouem prioribus,licet ſint in alio volumine.tertium Authenticũ,quartum liber ſeu vſus feudorũ. Quidam tamen ius ciuile diuidunt in quatuor partes principales:ſcilicet ff.C.authen.Inſti.¶Allegatur autem ius ciuile ſeptem modis.Primò ſic,ff.de eden.l. ſi quis ex argentarijs.§.j.id eſt,Digeſtis de edendo.l.ſi quis.§.tali vel tali.& ſignificatur hoc eſſe in aliquo 50.librorũ ff.ſecundo ſic,C.de epiſ.audi.l.minimè.id eſt,Codice de epiſcopali audientia.lege tali vel tali.tertio ſic,C.de agrico.& cenſi.l.cùm ſcimus.lib.xj.& patet totũ,excepto quod additur lib.xj. ad denotandũ dictam legem non eſſe in nouem primis libris Codicis,ſed in tribus qui ſunt in volumine quorum primus eſt decimus:ſecundus vndecimus:tertius duodecimus.quarto ſic,C.de epiſ.& cle.auth.ſtatuimus.id eſt , Codice de epiſcopis & clericis.authentica,ſtatuimus.Pro quo aduerte quòd quædã ſententiæ ſunt extractę de libro Authenticorũ,&denotatę in margine Codicis vel etiam in aliquibus codicibus inſertæ textui ſcđm cõuenientiã rubricarũ,quæ nõ ſunt quærendæ in Authentico:ſed in Codice ſub rubrica allegata.Quintò ſic,Authen.de leno.§.ſancimus.id eſt, authentico, de lenonibus.§.tali.& alia ponit̃ collatiõe tali:& deſignat̃ allegata eſſe in libro Authenticorũ,qui cõtinet nouem collationes:vñ ly authentica in gñe fœminino importat legem:in neutro verò librũ Authenticorũ.Sextò ſic,In libro vel in vſi.feu.de ꝓhi.feu.alie.c.qm̃.id eſt,in lib.vel vſibus feudorũ , de prohibita feudi alienatione.c.tali& patet totũ.Septimò ſic,Inſt.de re.di.§.item ea.& patet totũ ex dictis. Et ſic patet ꝙ quãtũ ad allegationes diuiditur in quinque lib.ſcilicet Digeſtum,Co-

dicem, Authenticum, librum feudorum, & Inſtitutum:
3 quia Codex tribus modis allegatur. ¶ Tertiò quęritur, † quę
ſunt tradita per doctores de lege naturali: quæ expedit no-
ſtræ intentioni eſſe ſcita? Et dico quòd ſunt multa. ¶ Primũ.
Secundum S. Tho. j. ij. q. xciiij. ar. ij. lex naturalis nõ eſt eſſen
tialiter habitus rationis, quo ſcilicet ratio agit: quia ipſa eſt
quoddam actũ ſiue cõſtitutũ per rationem: ſed eſt habitus,
id eſt, aliquid habitualiter tantũ: inquantũ principia eius ali-
qñ habitu tãtũ cõſiderant, id eſt, ipſa principia humanorum
actuũ cõtenta in habitu, qui eſt ſynterelis: puta, nõ inferre
iniuriã, reddere depoſitũ, vim vi repellere, & hmõi: quæ o-
mnia habent rationem vnius legis naturalis, inquantũ omnia
referuntur ad vnũ principiũ, ſcilicet bonũ eſt faciendũ & ma
lum vitandũ: qđ eſt primum præceptũ legis naturalis: vt ibi
ſubtiliter probat: ſuper quo, inquit, fundant omnia alia prę-
cepta: vt ſcilicet omnia alia facienda aut vitanda pertineãt
ad præcepta legis naturalis, quæ ratio practica naturaliter
apprehendit eſſe bona. Hæc ex illo. ¶ Secundum. Sicut dicit
S. Th. j. ij. q. xciij. ar. v. aliquid dupliciter poteſt intelligi eſſe
de iure naturæ. primò, quia ad illud natura inclinat. vt quòd
nemini facienda eſt iniuria. Secũdò, quia natura cõtrariũ nõ
induxit: ſicut dicere poſſumus de lege naturæ eſſe ꝙ homo
ſit nudus: qa natura illi veſtimenta nõ dedit: & ſic eſt etiã de
lege naturæ communis omnium poſſeſsio: quia ſcilicet di-
ſtinctio poſſeſsionum. proprietas & ſeruitus non ſunt indu-
cta à natura: ſed per hominum rationem inuenta ad vitæ vti-
litatem. ¶ Tertium. Sicut dictum eſt ſ. Conſuetudo. §. ix. in
lege naturali tria ſunt, ſcilicet prima eius principia; vt, decli-
na à malo & fac bonũ, nulli nocendũ, ſecundũ rationem vi-
uendum, & huiuſmodi. & quædam concluſiones principiorũ
communium, quæ ſunt quaſi ſecundaria præcepta: vt nõ oc-
cides, depoſitum reddes, iniquũ punies. & omnia præcepta
decalogi: vt j. ij. q. 100. ar. iij. & art. v. ad primum: & quædam
ꝑticulares determinatiões: vt, iniquũ punies hoc vel illo mo
do. ¶ Quartũ. Ius naturale tẽpore nõ variatur, ſed ꝑmanet
immutabile, vt dicit Grati. di. 50. §. j. quod S. Th. j. ij. q. xciiij.
ar. v. ſic exponit; quia cùm dupliciter hęc lex intelligatur mu
tari, ſcilicet per ſubtractionem, vt iam non ſit de lege natu-
ræ quod prius erat: & per additionem. primo modo quantũ
ad ſua prima principia eſt omnino immutabilis: quantum ve
rò ad ſecunda præcepta quæ ſunt quaſi propinquæ primorũ
concluſiones, eſt immutabilis in pluribus, ſed in paucioribus
poteſt mutari, vt dicetur in ſequenti particula. Secundò verò
modo mutari poteſt: quia multa ad naturalem legem ſuper
addita ſunt tam per leges diuinas quàm humanas pertinen-
tia ad vtilitatem humanæ vitæ. Tu verò adde quòd etiã pri-
mo modo mutari poteſt quo ad particulares determinatio-
nes: ſicut & lex humana, à qua habent vigorem. ¶ Quintum.
Ius naturale, ſecundum Iſid. in lib. Etym. eſt cõmune omniũ
nationum: quod S. Tho. j. ij. q. xciiij. ar. iiij. dicit eſſe verũ quã-
tum ad prima principia ſecundum rectitudinem: quia ſcili-
cet ſemper ſunt recta & obſeruanda: & ſecundum notitiam,
quia ſcilicet ſemper & ab omnibus cognoſcuntur eſſe recta
& ſeruanda. Et ſimiliter eſt verum quantũ ad concluſiones
ſecundũ rectitudinem & notitiam, vt in pluribus: ſed in pau-
cioribus deficit quantum ad rectitudinem propter particu-
laria impedimenta: ſicut depoſitum in caſu non eſt redden
dum, quia eſſet dãnoſum: & cõſequenter irrationabile: vt ſi
reperatur ad impugnãdã patriam: & ſimiliter deficit in pau
cioribus quantũ ad notitiam, ex hoc quòd aliqui habent ra-
tionem paſsionibus deprauatam: vel malam conſuetudinem
ſeu malã habitudinẽ naturæ: ſicut Germani olim nõ reputa-
bant latrocinia eſſe peccata: vt refert Iulius Cæſar. Nec ob

ſtat quod dicit Grat. in prin. Decretorum, ius naturale eſſe
quod in lege, & Euangelio cõtinetur: quæ non ſunt omnia
communia: quia, vt dicit S. Tho. non ideo ſic dicitur quaſi o-
mnia cõtenta in illis ſint de iure naturæ, cum ibi quædã tra
dantur ſupra naturã, vt ſpectãtia ad fidem: ſed quia ea quæ
ſunt de iure naturæ ibi plenè continent: vt qđ fiat vel nõ fiat
alteri qđ quis ſibi vult fieri vel nõ fieri. Quantũ verò ad par
ticulares determinationes nõ eſt omnibus cõmune; quia vt
patet vbi ſ. q. xcv. illæ nõ habent vigorem niſi ex humana le
ge, quæ ſcilicet nõ eſt eadem apud omnes. ¶ Sextũ. Ius natu-
rale prius eſt omni lege creata: qa cœpit ab exordio creatu-
ræ rationalis: vt dicit Grati. diſt. vj. in fi. & poſt hoc exordium
habuit ius conſuetudinis. ¶ Quartò quæritur, † quis poſſit fa-
cere legem, & dico quòd ſcđm Hoſt. canonem, id eſt, eccle- 4
ſiaſticam conſtitutionem facere poteſt papa generalem in
omnibus ſpiritualibus, & eccleſiaſticis. de conſti. c. fi. & gene
rale concilium eius authoritate factum. di. iij. regula. & lega
tus in prouincia ſua. de offi. le. c. fi. de loca. & condi. ex relati.
& conciliũ prouinciale, ſiue legatus ad faciendũ illud ſpecia
liter deſtinatus. diſ. xvj. quod dicitur. & metropolitanus cum
ſuo cõcilio prouinciali de paruis negotijs & ſpectantibus ad
onus ſuũ: nõ autem de magnis, vt ſpectãtibus ad fidem. xvij.
di. multis. ſed ſui canones obligãt ſolũ ſibi ſubditos, id eſt, ꝓ-
uinciales, & ſecundum Arch. di. iij. §. j. durãt etiã eo receden-
te. de offi. le. nemini. de alijs autem præceptis, inhibitionibus
& interdictis, dicit quòd ſi prohibeat aliquem aduocare poſt
tempus ſuæ adminiſtrationis: ille aduocare poterit. ff. de po.
l. vlt. ſecundũ Vin. & ſimiliter, ſi ad tempus prohibet illud. ff.
de poe. l. moris. Si verò ſententialiter cum cauſæ cognitione,
ſuo officio finito nihil minus tenet ſtatutũ. & ita intelligitur
C. de poſtu. l. j. Et ſimiliter canonem facere poteſt epiſcopus
in ſua diœceſi. de maio. & obe. ſi quis. & hoc ſaltem in ſuo cõ
cilio ſynodali, ſcđm gl. di. xviij. §. j. licet propriè nõ cõſueue-
rit dici canõ, ſed cõſtitutio ſynodalis. Et ſimiliter capitulum
põt ſibi cõſtitutionem facere, extra eo. c. cùm acceſsiſſent. &
vniuerſitas clericorũ ac magiſtrorũ, extra eo. ex literis. & ſi-
militer ſtatuere aliqđ ius, di. xj. catholica. vbi dicit Arc. quòd
nullum ſtatutũ facere poteſt eccleſia cathedralis vel alia ſi-
ne cõſenſu epiſcopi. de cõſue. cũ cõſuetudinis. & de his quæ fi.
à præla. nouit. niſi ſint aliqua minima. Et ratio eſt: quia epi-
ſcopus eſt caput cathedralis eccleſiæ & aliarũ, de teſti. requi
ſiti. & ſine capite nihil eſt faciendũ, ſcđm Inno. qui ſic no. de
cõſt. cùm acceſsiſſent. Et qđ videt cõtradicere, extra de cõſt.
cùm oẽs. & de cle. nõ re. cùm dilect⁹. Dic ꝙ illa iura poſſunt
intelligi qñ illa cõſtitutio facta fuit authoritate epiſcopi vel
nõ erat qui illã impugnaret aliàs nõ valeret, niſi papa ex cer
ta ſcientia illã cõfirmaſſet, ſcđm Bar. Cõpoſt. qui ita no. in d.
c. cùm omnis. ¶ Legem verò ciuilẽ gñalẽ facere põt in tem-
poralibus Imperator. C. de legi. l. ij. & l. fi. & præfectus præ-
torio. & oẽs quibus Imperator hoc mãdat, & populus Ro
ma. & Romanus ſenatus, & omnis ciuitas ſeu populus põt ſi-
bi legem facere ꝓbant hæc omnia Inſti. de iur. nat. §. j. & ij.
Dicit aũt Bal. in l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iu. ꝙ quantũ quis
habet de iuriſdictione, tantum habet de authoritate condendi
legem vel ſtatutum, nec vlterius extenditur: niſi hi, quo-
rum intereſt, conſentiant, vel ad minus ſint præſentes, ſecun
dum Inno. in c. j. de loca. & in c. à nobis. el. j. de ſent. excom. &
allegat cap. finali. de his quæ ſiunt à præla. Ratio ſecundum
do. Anto. in c. cùm laicis. de reb. eccle. non alie. quia poteſtas
ſtatuendi dependet à iuriſdictione & imperio in ſtatuente, &
ſubiectione quo ad eum in quem ſtatuitur. de conſti. eccle-
ſia. xcvj. diſtin. bene quidem. glo. & Bar. in l. j. ff. de iuriſ. om.
iudic. ¶ Omnium autem dictorum in hoc §. quo ad ra
tionem



nes & leges rationem aſsignat Sanct. Tho. j. ij. q. xc. quia,
ꝓpriè, ordinare aliquid ad bonum cõmune, quod facit lex,
eſt vel totius multitudinis, vel alicuius gerẽtis vices eius. vn-
de legem cõdere pertinet ad totã multitudinẽ, vel ad perſo
nam publicam, quæ habet curã totius multitudinis. Et dicit
etiam idem in ij. diſ. xliiij. in lit. quòd poteſtatis ſpiritualis &
ſecularis papa apicẽ tenet. Vnde dico quòd ipſe poteſt quo
uis ciuilia ex cauſa facere legẽ vbiq; melius quàm Impera-
tor. vt de ſ. Legitimatio. §. iiij. ¶ Quintò quæritur, † quę vel
5 quot requirũtur ad legẽ eſſe iuſtam? Et dico ſecundũ Archi.
poſt Sanc. Tho. j. ij. xcvj. ar. iiij. quòd leges dicuntur iuſtę vel
iniuſtæ ſecundũ quadruplex genus cauſarũ. quod ſic intelli-
ge, quia requiritur ad iuſtitiã earum iuſtitia ſecundũ omnes
cauſas ſimul. ad iniuſtitiam verò ſufficit iniuſtitia ſecũdum
vnam: quia ſecundũ Dio. bonum eſt ex totali & integra cau
ſa, malum ex ſingulis defectibus. ¶ Ex fine igitur dicitur lex
iuſta, quando ordinatur ad bonum commune. quod eſt finis
eius: iniuſta verò quando eſt contraria bono cõmuni: ſicut
quando imponitur ad priuatam vtilitatem imponẽtis vel cu
piditatem aut gloriam iniuſta eſt. ¶ Ex cauſa verò efficiente
iuſta eſt, ſi ſtatuẽs nõ excedit ſuam poteſtatem: quia ſcilicet
eam facit ſubditis ſuis: iniuſta verò ſi fert eam ſuper eos, in
quibus non habet poteſtatem: puta ſi laicus quicunq; etiam
Imperator, faciat legẽ etiã ſuper clericos: vt qđ reſpondeant
in foro ſuo, vt ſoluant talias, & huiuſmodi. ¶ Ex forma ve-
rò iuſta eſt quando ſecũdum æqualitatem proportionis im-
ponuntur onera ſubditis in ordine ad bonum cõmune: quia
cum vnus homo ſit pars multitudinis, quilibet homo quod
eſt & quod habet eſt multitudinis, ſicut & quælibet pars
quod eſt, totius eſt. vnde ex cauſa iuſta à rectoribus imponũ
tur collectę, ſecundũ proportionẽ: puta ad ſe defendendũ in
bello iuſto: iniuſta verò quãdo nõ imponitur onera propor
tionaliter: ſed aliqui alleuiantur: aliqui nimis notabiliter ag
grauantur. ¶ Ex natura verò iuſta eſt, quando eſt de rebus in
ſe iuſtis: iniuſta verò quando eſt de illicitis: puta cõtra ius di-
uinum aut naturale. ¶ Sextò quæritur, † quæ & quot requi-
6 rãtur ad hoc quòd lex habeat vim obligatiuam in ſe ſiue in
communi? Et dico quòd multa. ¶ Primò quòd ſit iuſta: quia
aliàs non habet rationem legis, ſecũdum Sanct. Thom. vt di
ctum eſt. ¶ Secũdò, quòd ſit publicè promulgata, aut ſolen-
niter edita; puta, in conſilio populi, ſecundum Pan. de poſtul.
prælato. c. j. ¶ Tertio, quod elapſum ſit tempus poſt quod in
cœpit obligare: circa quod ſciedum eſt quòd Hoſt. & ſimili
ter Bar. quos ſequitur Supple. dicit indiſtinctè cõſtitutionẽ
generalẽ incipere arctare poſt duos meſes à publicatione:
vt in auth. vt fac. no. conſtit. in rubro & nigro. colla. v. & idẽ
Io. And. niſi aliud in cõſtitutione caueatur: quia, inquit, cum
hoc ſit iure ciuili expreſſum, & iure canonico contrariũ nõ
ſit cautum, illud ſeruabimus: quoniam etiam roboratum vi
detur extra ne cler. vel mon. c. vl. & de ſent. excõ. nouerit.
inferiorum autem conſtitutio ſecundum eũdem Hoſt. puta,
capitulorũ & vniuerſitatũ, vel epiſcopi, & huiuſmodi ligat in
continenti facta promulgatione, niſi fortè abſentes & igno
rantes, quibus neq; tempus dabitur, neq; limitabitur, ſed re-
linquitur iudicis arbitrio: extra qui ma. accu. poſ. c. fi. Sum. ve
rò Ang. indiſtinctè dicit legẽ poſtquã eſt ſolenniter edita li
gare ſciẽtes ſine expectatione temporis alterius. Sum. verò
Rol. melius diſtinguit Panor. in c. cognoſcentes. extra eod.
Nam aut conſtitutio ponit tempus, poſt cuius lapſum vult li
gare: & ſtandum eſt tempori. & ſic intelligendum c. cum ſin
gula. de præben. lib. vj. adeò quòd ſi conſtitutio dicat, quòd
ex nũc vult ligare, immediatè ligat. quod intellige reſpectu
maculationis actus: non autem reſpectu pœnæ: quia abſur

dum eſſet ad pœnam obligari ignorantes: vt in d. c. cogno-
ſcentes. nam verba generalia debẽt reſtringi ad hoc vt ab-
ſurditatẽ nõ includant. Aũt cõſtitutio non apponit tempus,
ſed loquitur ſimpliciter: & tũc ſi eſt inferioris à principe, im
mediatè ligat omnes facta promulgatione: niſi fortè abſen-
tes & ignorãtes, quibus nec tempus dabo nec limitabo; ſed
iudicis arbitrio relinquo: in conſtitutionibus tamẽ inferio-
rum à principe opinio eſt determinata quòd non ligãt igno
rãntes. extra eod. vt animarum. lib. vj. Si verò eſt conſtitutio
principis, ſecundum omnes dantur duo mẽſes: vt in dicta au-
thẽt. vt fac. no. conſtit. quod quidem tempus incipit currere
ſecundum aliquos à publicatione facta in prouincia: vt vide-
tur velle dicta authẽt. ſecũdum alios verò à publicatione fa
cta in curia Romana pro quo vide glo. ſuper data lib. vj. vbi
dicit Ioan. And. primum eſſe verum in cõſtitutione Impera
toris qui diſcurrit per prouincias. ſecundum verò in cõſtitu-
tione papę qui ſic non diſcurrit. Et ita expreſſe tenet Pan. in
c. nouerit. de ſent. excom. dicens non eſſe neceſſe conſtitutio
nem papæ publicari in qualibet prouincia: ſed ſatis eſſe ſi in
curia Romana. Et ita tenet Sum. Ro. & tenẽdũ eſt, cum eius
ſtatuta nõ ſint ſingulorum auribus inculcanda. de po. præla.
c. j. licet ipſe Panor. in d. c. cognoſcentes. dicat ſe de hac opi-
nione Io. And. dubitare. Sum. tamen Angel. idem tenet eſſe
de vtraq; cõſtitutione, contra illud quod ſeruatur in practi-
ca: & præterea cũ nulla fortè decretalis publicata ſit in om-
nibus prouincijs, nulla vbiq; ligaret. Si verò ante terminũ
dicti temporis cõſtitutio veniat ad notitiã, immediatè ligat,
ſecundũ gl. in c. ij. de reb. eccl. nõ alie. lib. vj. & idẽ Paul. ibi:
& idẽ Hoſt. & idem Pan. in c. j. de poſt. prælat. & placet Io.
de Lig. quia fruſtra expectatur euentus, cuius nullus eſt effe
ctus. de offi. deleg. cũ cõtingat. ¶ Quartò, quòd per inferio-
res ſit ſuſcepta & approbata. diſt. iiij. in iſtis. §. leges. vbi & vir
tualiter hæc ratio aſsignatur: qa ſi minores vtentiũ poſſunt
legem confirmatam abrogare, poſſunt etiam facere ne fir-
metur & accipiat vim obligatiuã. Et ſi opponatur quòd hoc
ſit abſurdum: quia poteſtas condentis legem penderet à ſub
ditorũ arbitrio: dico primò hoc nõ eſſe inconueniẽs in prin-
cipe ſeculari, id eſt, Imperatore. quia, vt recitat & ſequi vide
tur Archid. diſtinctione. iij. lex quidam, vt Landu. dicũt popu
lum poſſe auferre Imperatori authoritatem quam in eum
tranſtulerunt; iuxta §. ſed quod principi Inſtitut. de iur. natu.
ſicut iudex qui delegauit. ſed omnes eccleſiæ nõ poſſunt au
ferre authoritatem à papa: quia eam habet à domino. Vide
ſi vis Archid. tertia parte, titu. xviij. cap. vnico. col. iij. Eſto ta-
men quòd illud ſit inconueniẽs in Imperatore, ſicut in papa
dico quòd hoc non ſequitur: quia poteſt princeps deputare
executorem compellentem ad obſeruantiam legis: quo ca-
ſu neceſſaria erit ſuſceptio legis ſubditis compulſis. Et dato
quòd compelli nõ poſsint: adhuc non ſequitur illud incon-
ueniens: quia eo caſu, quo princeps vult compellere, ſed ne-
quit non receptio non impedit vim legis: cum eo modo eã
impediat quo conſuetudo tollit, ſcilicet quia princeps ſcit &
tolerat. ¶ Circa hoc Car. in procœ. clement. duo dicit, primũ
quòd non receptio tunc excuſat; quando lex per conſuetu-
dinem contrariam eſt non recepta, quã princeps ſcit & tole-
rat. quod intelligo qa alibi vel à maiori parte eſt recepta: &
ſic intelligitur dictũ cap. in his. & cap. ſeq. ſecũdũ quod aliàs
non receptio nihil operatur. Ego autem approbo primũ di-
ctum & ſecundum, quando maior pars recipit, vel princeps
non receptionẽ non tolerat. ſecus ſi eam ſcit & tolerat: pu-
ta ſi condita lege antequam veniat tẽpus receptionis actua-
lis ſeu vſus, propoſitum mutat, & tolerat, non vſum. ¶ Pro
maiori autem horum notitia ſciendum eſt quòd gl. ſingula-

ris in cap.quia circa,de conſang.& affin.dicit quod tolerantia & diſsimulatio principis in actu de iure prohibito inducit diſpẽſationẽ.quod do. Ant.intelligit quãdo cõſtitutio papæ à principio nõ recipitur,papa ſciente & tolerãte quo caſu tolerantia excuſat à peccato.nõ autem ſi à principio recipitur ab aliquibus,& ab aliquibus non hoc autem Pan.limitat,quando maior pars populi recipit rem : quia tunc minor peccat:ſecus ecõtra.Et ex hoc nota pulchrã theoricã,ꝙ vbicũq; lex generalis recipitur in vſu à certo genere perſonarũ ab alio verò nõ:nõ recipiẽtes nõ peccant,ſaltẽ per lõga tẽpora:ad quod di.iiij.leges.Secus ſi in eodẽ genere perſonarum maior pars recipit:qa minor nõ excuſatur: ſed poteſt habere locum illud de præben.cũ iandudũ.ſcilicet,multa per patientiã tolerãtur, &c.Et ex his etiã colligi poteſt alia theorica,ſcilicet quòd etiã lex præceptiua tollitur,ſi moribus vtentiũ nõ recipit̃.licet aliud cẽſeat Hoſt.cuius dictũ eſt verũ,quãdo lex eſt principis inducẽs ex natura ſua peccatũ ex cõtrauẽtione:vt qa cõcurrit cũ lege diuina. ſ. Cõſuetudo.§.

7 vij.¶Septimò quæritur,†quot & quæ requirãtur ad hoc vt lex obliget,& liget iſtũ hominẽ vel illũ in particulari?Et dico ꝙ requirũtur quatuor,requiſita ad hoc ꝙ in ſe habeat virtutẽ obligatiuã,de qbus in §.priore dictũ eſt: & vlterius requiritur quòd nõ ignoret legẽ ſine culpa, ſed eã ſciat,aut ignoret ſuã culpa:iuxta ea quæ dicta ſunt ſ.Ignorãtia.§.viij.Et q voluerit ignorantiã probare,poſtquã ſcientia præſumitur,id eſt,poſt tẽpus quo lex cæpit arctare,indubitãter admittẽdus eſt,ſecundũ Pan in d.c.cognoſcẽtes.vt in c.ſi qui ma.accuſ. poſ.& in l.ſi.ff.de decre.ab ord.& in c.j.de poſt.præla.vbi dicitur ꝙ nõ facilè admittitur:ex quo ſequitur quòd admitti põt. Ex quo etiã patet quòd in cõſciẽtia nõ ligatur ignorãs ſine culpa ſua:alioquin fruſtratoriè admitteretur ad ꝓbandũ ſuã ignorantiã.Admittitur autẽ ſecundũ Dire.& Io.And. proprio iuramẽto.de ſen.excõ.ſi verò.el ij.vel alio modo ſi probare põt:quia fuit in alio loco vel extra diœceſim,ſecundum Ber. Inn. & Hoſ.in c.cũ in tua.qui ma.acc. poſ.Si tamẽ pręſumptio aliqua eſſet cõtra eum,nõ crederet̃ iuramento: quia in dependẽtibus à conſciẽtia alicuius nõ ſtatur iuramento eius,vbi ſunt cõiecturę aliquę in cõtrariũ:vt dicit Pan.in c.vidua.de reg.qđ intellige in foro contẽtioſo ſecus in foro

8 animę vbi conſcientię ſuæ ſtatur.¶Octauò quæritur,† vtrũ lex canonica vel ciuilis aut quæcũq; cõſtitutio vel ſtatutum obliget ex ſua tranſgreſsione ad mortale ſemper & in omni caſu?Et dico quòd lex vel ſtatutũ quãdoq; præcipit,quãdoq; mãdat,quãdoq; conſulit.quod quado fiat,vide infrà, Præceptũ.§.ij.Omnis igitur tranſgreſsio pręcepti,mãdati, vel cõſilij.ſi fit ex contẽptu,eſt pctm̃ mortale eo modo , quo dictũ eſt ſ.Contẽptus.§.ij. Trãſgręſsio verò mãdati ceſſante cõtẽptu eſt venialis tantũ,ſecundũ doc. quod intelligo etiã in cõſtitutionibus ciuilibus:quia ſecũdũ Archi.poſt Ang. leges Imperiales iuſtæ obſeruationis neceſsitatem imponũt etiã in foro cõſciẽtiæ. Trãſgreſsio verò præcepti ſeu ſtatuti præceptiui,humani,canonici,vel ciuilis,ceſſante cõtemptu,de ſe & regulariter eſt peccatum mortale,niſi fiat ex rationabili cauſa,ſecus ſi fiat ex cauſa rationabili.vera vel ſaltẽ ꝓbabiliter credita.Hoc enim ſentit S.Tho.quo ad ius canonicũ.ij.ij.quæſ.cxlvij.arti.iij.ad ſecundum. vbi dicit quòd tranſgrediens præceptũ de ieiunio ex contẽptu , vel impediẽdo finẽ legiſlatoris, peccat mortaliter,niſi ex cauſa rationabili . Et ſimiliter quantum ad ius ciuile. ij.ij.quæſt.xcvj.artic.vj . vbi dicit quòd omnis lex ordinatur ad bonũ cõmune:ſed contingit quòd aliquid ſeruari communi ſaluti ſit vtile in pluribus : quod tamen in caſu eſt nociuum: & tunc lex non eſt ſeruanda:vt ſi lex mãdet non aperiri portas dum ciuitas eſt obſeſſa:nihilominus aperientur contra verba , & ſecundum mentem legis,eo caſu quo hoſtes inſequerentur aliquos per quos ciuitas conſeruatur.Hoc tamen cõſiderandũ eſt quòd ſi obſeruatio legis ſecundum verba nõ habeat ſubitum periculum,cui oporteat ſtatim occurri, non pertinet ad quemlibet interpretari quid ſit vtile: ſed eſt ſolius principis, qui propter huiuſmodi caſus habet authoritatem diſpenſandi in legibus. Si verò ſit ſubitum periculum non patiens tantam moram vt ad ſuperiorẽ poſsit recurſus haberi , ipſa neceſsitas diſpenſationem habet annexam,quia neceſsitas non ſubditur legi.Hæc ex illo.& ſic verum eſt illud,Neceſsitas non habet legem,ſed ipſa ſibi facit legem.j.quæſ.j.remiſsionem §.ſed notandum.Idem etiam ſentit Archidia.in cap.vtinam. diſtinctio.lxxvj.dicens quod præcepta quę per modum ſtatuti vel conſtitutionis proponuntur, non eodem modo obligant omnes,ſed ſecundum quod requiritur ad finem, quem legiſlator intendit,cuius authoritatem ſi quis tranſgrediendo contemnat,vel alio modo tranſgrediatur quòd impediatur finis quem intẽdit peccat mortaliter.Sed ſi ex rationabili cauſa non ſeruet,& præcipuè ſi non decerneret eſſe ſeruandũ legiſlator ſi adeſſet,nõ eſt mortale.Et ſi obijciatur quòd præcepta eccleſiæ obligant ſicut præcepta Dei,ſecũdum illud Lucæ x.Qui vos audit,me audit:dic quòd præcepta Dei ſunt iuris naturalis,& ſecundũ ſe neceſſaria ad ſalutem:ſed ſtatuta eccleſię ſunt de his,quæ nõ ſunt per ſe de neceſsitate ſalutis,ſed ſolũ de inſtitutione eccleſiæ:vnde poſſunt eſſe aliqua impedimẽta,propter quæ quis ad obſeruãda ieiunia nõ tenetur,ſecundum Sanct.Tho.Hæc ex illo.Et conſentit Panorm.ſuper rub.de ob.ieiu.dicẽs quòd in omni præcepto legis poſitiuæ admittitur exceptio cauſæ rationabilis:vt in c. ſi quando.de reſcrip.aliàs tranſgreſsio eſſet mortale,etiam ſine contemptu.Nec eſt facienda diſtinctio an tranſgreſsio fiat ex conſuetudine vel ne:quia iterario actuũ de ſe veniali non facit mortale.Et ſi obijciatur,quia ebrietas,ſi eſt aſsidua eſt mortalis.xxv.diſt.§.alias ea demũ.dic vt ſ.Ebrietas. §.j.Opinio autem Sum.Ang.eſt quòd non ſit mortale facere cõtra præceptum legis humanæ,niſi ex contemptu vel conſuetudine.De hoc etiam ſupra ieiunium.§. viij. & ſupra Inobediẽtia.¶Nonò quæritur,†, vtrum leges humanæ,canonicæ vel ciuiles obligent in foro conſcientiæ,ſic quòd leges ſint ſeruandæ?Et dico quòd ſecũdũ S.Tho.j.ij.q.xcvj.& ij.q.lx.leges humanę,ſi ſunt iuſtæ habẽt vim obligandi in foro cõſcientiæ à lege ęterna,à qua deriuãtur:ſecundũ illud Prouerb.viij.Per me reges regnãt,&c.nõ aũt ſi ſunt iniuſtæ,niſi ratione ſcãdali vitãdi in his,quæ ſunt contra Deũ.Sed hæc dicta ſunt vera regulariter,in caſu tamen aliter eſt.Vñ Pan.in c.quia pleriq;.de immun. eccl.ex mente doctorũ ponit duas regulas ad cognoſcẽdum quãdo ligãt in foro cõſciẽtię.¶Prima eſt,ꝙ vbicũq; ius poſitiuũ habẽs cõcurſum legis ſeu æquitatis naturalis,diſponit ſuper reſtitutiõe vel retẽtione,ſeruanda eſt talis lex etiã in foro cõſciẽtiæ.& probatur regula,quia lex poſitiua peccati nõ nutritiua,eſt ſeruãda etiã in foro cõſciẽtiæ:ex quo nulla alia lex diſtinguit eo caſu inter forum iudiciale & pœnitẽtiale:nec ſubeſt cauſa diſtinguendi.¶Secunda.Vbicunq; inter legem poſitiuã & naturalẽ datur diſcrepantia,ſeruanda eſt lex ſeu æquitas naturalis in foro animę, niſi lex poſitiua ex aliqua iuſta & vera cauſa diſponat contra illã.quod quomodo fieri poſsit , vide ſuprà Cõſuetudo.§.x. ¶Adde tertiã,quãdo ius ciuile nõ cõtinet in ſe peccatũ, nec ab eccleſia reprobatur:quia ſeruari debet in foro cõſciẽtiæ: quia vbi Euangelicis & canonicis decretis non obuiauerint, omni reuerentia dignę habeãtur,ſcilicet leges ciuiles.di.x. ecce.niſi vt infrà §.eodẽ,caſu x.& §.xv.per totũ.Et quantum

co-



colligitur ex Inno.in cap.quia plerique.de immun.eccl.&de homic.in c.ſicut dignum.& ex cõſil.xxj.& Feder.& Ioã.Cal. & Pan.in prolo.Decretalium.& Ioã.And.in c.quãquam. de voto. & multis alijs.in caſibus vndecim,lex canonica,ciuilis, aut etiam præceptiua,in foro conſcientiæ non eſt ſeruanda. ¶Primò quãdo lex poſitiua diſtinguit inter forũ cõſcientiæ & contẽtionis:quia non ſeruabitur in foro cõſcientiæ authoritate ipſius legis.c.tua.& quod ibi not.de ſponſ.¶Secundò, quando ius ſe fundat ſuper præſumptione, & nõ ſuper veritate,quia in foro conſcientiæ attẽdimus ad veritatem,vt credamus confitenti de omnibus:quia ſolùm agitur de præiudicio animæ eius.de homic.ſignificaſti.vnde ſi veritas ſit cõtra præſumptionem,nõ ſeruabitur.Vnde licet hæres nõ fecerit inuentarium:tamẽ in conſciẽtia nõ tenebitur,niſi inquantũ veritas ſe extẽdit,quãuis ius aliter velit:qa præſumitur plus eſſe in hæreditate:vt in authẽ.de hæred.& fal.not.& probatur in d.c.tua.& in c.literis.in ſi.de reſtit.ſpol.& in c.à nobis. el j.de ſen excom.ꝓ quo vide Bald.in l.j.C.de ſacroſan.eccl. Si autẽ ius hoc faceret in pœnã: vide infrà Pœna.¶Tertiò, quando lex non eſt ad vtilitatẽ cõmunem.ſed princeps propter vtilitatem propriam edidit.facit c.erit autẽ lex . diſ.iiij. quo caſu dicitur lex iniuſta ex fine,ſecundũ Pan.in c.canonũ. de cõſtit.& Sanct.Tho.j.ij.q.xcvj.art. iiij. Adde idem eſſe ſi ſemel inſtituta ſit ad bonũ cõmune, ſed iam ad illud nõ militat:puta cum inſtitutum eſt pedagiũ ad ſecuritatem & cõmoditatem viarum:& non cuſtodiuntur viæ,vel nõ reficiuntur pontes,& huiuſmodi.¶Quarto,quando lex nõ diſtribuit ęque onera ſubditis:quia eſt iniuſta ex forma,ſecũdũ eoſdẽ. ¶Quintò,quando excedit authoritatẽ ſtatuentis:vt patet in ſtatuto epiſcopi,quod nõ ligat delinquentes extra ſuã diœceſim etiã ſubditos ſuos:vt in c.vt animarũ.de cõſtit.lib.vj. qa eſt iniuſta ex authoritate ſiue cauſa efficiẽte.¶Sextò quãdo inducit ad peccatũ cõtra legem Dei vel naturæ vel iuris canonici:quia eſt iniuſta ex materia,cuius ſunt multæ , de quibus j.§.ſeq.quod limita niſi in pœnã deneget aliquid ꝓpter ęquũ bonũ publicũ: vt quòd nõ ſoluens gabellã nõ audiatur:vel inſtrumentũ nõ regiſtratũ in libris cõmunis nõ reputetur authenticũ,ſed falſum:quia locum habebit etiã in foro cõſciẽtiæ,ſecũdum Bald.in.c.ſi quis triginta.ſi de feud.cõtro.fue.& idem exemplificat Bart.in extrau.ad reprimẽdum in verbo.denuntiationẽ in Macedoniano & Velleiano.¶Septimò,quando eſt pœnalis:quia ante condẽnationem nõ tenetur quis ſoluere pœnã in foro animæ,vt eſt gl.in c fraternitas.xij.q.ij.de quo dic vt j̃.Pœna.§.xxvj.¶Octauò,quando ratio legis ceſſat in foro animæ: quia licet lex , cauſam vel rationẽ nõ exprimat , eam tamẽ nõ debemus coniectari, & ad limites eius legẽ limitare vel ampliare, iuxta theoricam Doc.in l.nõ dubiũ.C.de legib.cuius exẽplũ vnũ eſt in clauſione portarũ , de qua ſuprà. §.viij.prope mediũ.Aliud verò ſi ſtatuto caueatur quòd vir lucretur dimidiã dotis vxore moriente,cauſa nõ expreſſa,cuius cauſam debemus coniectari expenſas mariti in deducẽda vxore ad ſuã domũ.& cõſequẽter ſi eã nõ deducit,nõ lucratur:ſecus ſi æquè lucraretur mulier vt vir:quia tũc cauſa æſtimaret̃ affectus maritalis:ideo ꝙ etiã ſi nõ duxiſſet,lucraretur.Et hoc not.Pan.in c. ex publico.de cõuer.cõiug.& facit qđ idẽ not.in c. quia in inſulis. de ſta.mon.de quo j̃.§.xvij. ¶Nonò quãdo verba legis non adaptantur ad aliquẽ caſum:quia nec eius diſpoſitio adaptabitur,ſi de mẽte aliter nõ conſtiterit:vt eſt notabile dictum Bar.in l.iiij.§.toties ff.de dam.infec.& in l.ita autẽ.ff.de admi.tut.vbi dicit quòd ſi ſtatuto caueatur quòd ſoluãtur pro gabella de quolibet cõtractu ſex denarij, pro libra:iſtud nõ habebit locũ in re inæſtimabili:quia cùm verba nõ adaptentur,nec diſpoſitio.& facit c.indẽnitatibus.§. ſed cum eas . & ibi Gem.de elec.lib.vj.& Bar.in l.conſtitutũ.ff.de teſta.mil. ¶Decimò,quãdo lex ciuilis,licet nõ ſit improbata iure canonico tamẽ fouet lucrũ odioſum proximo,vel rigorẽ quẽdam:cuius exemplum eſt in c.filius noſter.de teſta.vbi licet lex ciuilis diſponat valere legatũ rei alienę: nõ eſt tamẽ fouenda in foro animæ:quia fouet lucrũ odioſum hęredi : nec eſt fundata ſuper naturali æquitate apertè non conſtito de volũtate defuncti.& facit in ſimili c.ex parte in fin.cen. & c. dilecti.de iud.& c.j.de dolo & cõtu.de quo dic vt ſuprà Legatum.iij.§.ij.¶Vndecimò,quando lex ciuilis non fuit moribus vtentium recepta,& canon aliter nõ diſponit expreſſe quia nõ obligat de neceſsitate:et vt not.Pan.in cap. literas. de iura. calum. De lege autem canonica vel ſtatuto, dic vt

ſuprà.§.ſexto.ad fin. ¶Decimò quæritur, † quæ ſint leges 10

imperiales iniuſtæ ex materia , vel ſecundum animam non ligantes,& non ſeruãdæ?Et dico quòd ſunt multę.¶Primò, illæ,quæ concedunt filiũ germani vnius poſſe copulare matrimoniũ cum filia alterius germani:vt inſtit.de rap.§.inter eas.& C.de nup.l.nemini.quia ſecundum Deum tales debent penitus ſeparari.de conſang. & affin.nõ debet. & xxxv.q.iij. progeniem.¶Secundò,illæ quæ dicunt puellam raptam nõ poſſe cõtrahere matrimonium cum ſuo raptore.C.de rapt. virg.l.vnica.quia hodie ſecundũ Canones poteſt.de rap.c. ſi. licet ſecundum antiquos Canones non poſſet.¶Tertiò,illæ quæ cõcedunt homini ſoluto tenere mulierem ſolutam in cõcubinam:vt in authent.quib.mo.nat.effi.ſui.§.ſi quis.quia ſecũdum Deum etiam ſimpliciter fornicatio eſt peccatũ:& excludit à regno Dei.j.Cor.vj.¶Quartò,illæ quæ cõcedunt viro occidere adulterum vxoris deprehenſum in adulterio,ſi eſt perſona vilis,& cui nõ debeatur reuerentia.ff.de adult.l. marito.la.j.& l.ſi adulteriũ.& C.de adul.l. Gracchus . hodie autem iure nouo non ſolum deprehenſum in adulterio , ſed etiam vbiq; poſt trinam denuntiationem poteſt occidere:vt in authent.vt liceat matri & auiæ.§.pen.& vlti.& quæ cõcedunt patri habẽti filiam in ſua poteſtate occidere adulterũ filiæ in domo ſua vel generi fornicantẽ,& ipſam filiam.ff. de adult.l.pater.& l.non in ea.& etiã inuentũ in rebus venereis,per l.quod ait.ff de adul.quæ ſecundum gl.ſunt antecedentia ſcelus,ſcilicet apparatus,colloquia,locus conſtitutus, cõuiuia,baſia,tactus.& idem Bart. & ſimiliter de latrone & populatore agrorũ:quia ſecũdum Deum nihil horum licet, ſecundum illud Exod.xx.Nõ occides.de quo etiã vide ſuprà Homicidium.j.§.ij.partic.v.¶Quintò, qui damnant tenentem in vxorẽ deprehẽſam in adulterio.C.de adult.l.crimen. & l.caſtrati.quia ſecũdum Deũ & iura canonica poteſt illã tenere ſine pœna,modò velit ab adulterio recedere.xxxj.q. j.§.obauditur. ¶Sextò,quę cõcedunt in multis caſibus repudium vxoris,& diſſolutionem matrimonij ritè contracti: & maximè in caſu qui not.in c.lege.diſt.x.& xxvij.q.ij.ſunt qui dicunt.quia hoc in eiſdem cap.prohibetur. ¶Septimò , illæ quæ vxorẽ nubentẽ intra tempus luctus mariti,id eſt,vnius anni,damnant infamia,& multis pœnis.C.de ſecun.nupt.l.j & ij.quia dicit Apoſtolus,quòd nubat mulier cui vult.de ſecun.nup.c.j.in fi.vbi not.Inn.quòd ei remittuntur oẽs pœnę quæ ſunt tantum ad pœnam ipſius: ſecus ſi inde proueniat aliquid ad alios. quod dominus Anto.de But.magis ibidem declarat,dicens quòd pœnę fundatæ ſuper odio ſecũdarum nuptiarum,vel feſtinatione tranſitus,ſint correctæ:vt in d.c. fin.quia contrahere matrimonium non eſt odioſum neque prohibitũ,ſed ab Apoſtolo permiſſum:quæ verò fundantur ſuper fauore primi matrimonij,adhuc durant:ſicut ſi mater conſequitur aliquid ab inteſtato vel ex teſtamento alicuius

filiorum prioris matrimonij:habet ſolùm ſuper eo vſumfru
ctum dum viuit,remanẽte proprietate apud filios eiuſdem
matrimonij,ſi extant:quibus non extantibus cõſequitur ple
num ius:vt l.fœminæ.§.ſi.de ſecun.nup . Adde quòd reſtant
pœnæ poſitę in fauorem filiorum, & propter culpã matris:
ſicut lex imponit pœnam matri,quæ agnouit tutelã filij, &
tranſiuit ad ſecũda vota,nõ petito tutore filio:vt in l.omnẽ
matri.C.ad Tertul.¶Octauò,illę quę filium ſpurium dicũt
non eſſe alendum,vt ſuprà Filius.§.iiij. ¶Nonò,illæ quę di-
cunt hæredem,ſi non fecerit inuentarium,teneri ad omnia
debita defuncti:cuius contrarium dictum eſt ſuprà Hæredi-
tas,iij.§.v.¶Decimò,illæ quæ in certis caſibus dicunt hære-
dem nõ teneri de maleficio defuncti:quia,vt ibi ſuprà patet
tenetur ad omnia eius debita etiam ex maleficio, inquantũ
hæreditas ſufficit.¶Vndecimò,illæ quæ volunt relictum in
vltima voluntate nõ valere,niſi habeat ſeptem vel quinque
teſtes.C.de teſta.l.ſi vnus.& l.fin.quia ſecundũ Deum in reli
ctis ad pias cauſas ſufficiũt tres aut etiã duo teſtes . de teſta.
cum eſſes.& cap.relatum.¶Duodecimò,illæ quæ dicũt ho-
minem nõ teneri ex promiſsione nudo pacto ſine alia iuris
ſolennitate , cum non oriatur inde actio.ff.de pactis.l.iuris
gentium.quia ſecundum Deum & Canones mortaliter pec-
cat recedẽs à pacto,extra de pact.c.j.xxij.q.v.iuramẽti.cum
his quæ ibi not.& idem ſi promitto vni recipienti pro alio:
quia ſecundum Deum teneor: non autem ſecundum leges,
niſi promiſsio facta fuerit perſonæ exiſteti ſub alterius pote
ſtate:vt ſeruo,ſeu filiofamilias,vel procuratori.ſeu negotio-
rum geſtori:quia per hos bene acquiritur patri & domino.
Inſtit.per quas perſo.nob.acquir.oblig.per totum.& ff.& C.
de ꝓcu.& de neg.geſt.¶Decimotertiò,illæ quæ inter emen
tes & vendentes cõcedunt vel permittunt deceptionẽ,iuxta
dicta ſuprà Emptio.vij ¶Decimoquartò, illæ ſecundũ quas
non licet emere ſeu vẽdere iura & actiones,quæ quis habet
contra alium pro minori pretio quàm ſit debitum principa-
le:aliter nõ valet emptio,nec peti poteſt,niſi vſq; ad id quod
ſolutũ eſt,nec etiam poſſunt talia iura pro parte vendi & ꝓ
parte donari. C.mã.l.per diuerſas.& l.ab Anaſtaſio.ſed ſecũ
dum Deum talis emptio licet,modò non fiat in fraudẽ vſu-
rarum:ſed propter intereſſe,aut laborem qui forſitã erit in
rehabendo. ſeu quia dubitatur ne debitor fugiat aut veniat
ad paupertatem.Sed de hoc vide infrà Vſura.ij.§.j. ¶ Deci
moquintò,illę ſecundum quas poſſeſſor malæ fidei longiſsi
mo tẽpore,id eſt.xxx.vel xl.ann.præſcribit, quia hoc eſt fal-
ſum ſecundũ iura canonica.extra de reg.iur.c.poſſeſſor. lib.
vj.vide infrà Preſcriptio.¶Decimoſextò,illæ quæ maleficia
cogitationũ regulariter nõ puniunt. ff.de pœn.l.cogitatio
nis.quia omnis mala cogitatio vel à Deo vel per pœnitentiã
punienda eſt.xxxiij.q.ij.omnis.¶Decimoſeptimò , illæ quæ
licet puniant magos & veneficos,tamẽ qui hęc fecerint cõtra
imbres,ventos,& grandines,ſecundũ eas præmiantur. C.de
male.l.eorũ.quia ſecundũ Deũ talia etiam ſic facere eſt gra
uiſsimum peccatũ,vt probat Sanct.Tho.ij.ij.q.xcvj. ¶Deci
mooctauò,illæ ſecũdũ quas licitũ eſt in cauſa ſanguinis con
rumpere accuſatorem.ff.de præuari.l.ſi.quia hoc ſecundum
Deũ nõ licet.ij.ij.q.lxix.¶Decimononò,illæ quæ vſuras per-
mittunt,ſed hodie etiã per leges omnes abrogatæ ſunt:vt in
frà Vſura. §.i.q.j.ſicut quæ puniebãt mulierẽ in lupinari:vt
11 dicit Sanct.Tho.¶Vndecimò quæritur,†quæ ſint leges iniu
ſtæ nõ ligantes etiã laicos,nec ſeruandæ in foro contẽtioſo,
eccleſiaſtico,vel ciuili?Et dicit Innoc.in c.ſi.de reb.eccl.non
alie.& ſequitur Pan.in c.j.de reſti.in integ.quòd vbi ius cano
nicum in aliqua materia dat regulam ſpecialẽ,nõ debemus
illam diſtinguere per ius ciuile : verbi gratia, canon inducit
ſuam ſolennitatẽ in alienatione rei eccleſiaſticæ:ideo ſerua
re nõ debemus illã iuris ciuilis poſitã in authe.hoc ius.C.de
ſacroſan.eccl. Ex hoc elicio quòd in foro eccleſiaſtico nulla
lex valet,cui aliquis canon ſpecialiter cõtrariatur.quod etiã
patet:quia diſt.x.per totũ,patet quòd leges ſeculares legibus
canonicis cõtrariæ nullius ſunt momẽti:& leges ſacros cano
nes ſequi nõ dedignatur,præcipuæ in matrimonijs,vſuris &
huiuſmodi,in authe.vt non.lux.cõ.na colla.vj.in authent.vt
cler.apud propri.epiſ.col.vj.ſi verò eccleſiaſticũ, quod ſaltẽ
in foro eccleſiaſtico eſt indubitatũ:vt etiã ſentit Ioan. And.
in regula,poſſeſſor.lib.vj.relinquẽs ſub dubio de foro ciuili
vtrũ in eo poſsit papa leges corrigere vel auferre:& expreſ
ſe Panor.in c.clerici.de iudi.dicit ꝙ in materia eccleſiaſtica
nõ datur contrarietas inter Canones & Leges:quia ſuppl. le-
ges ſuccũbunt:in materia verò indifferẽti ſeruatur canõ in
foro ſuo & leges in ſuo:in foro autẽ ciuili an ſint ſeruandæ
leges quibus cõtrariãtur aliqui canones,ſunt opiniones.Qui
dam enim dicũt indiſtinctè ꝙ papa poteſt leges quo ad vtrũq;
forum tollere.& conſequẽter edẽdo Canones cõtrarios eas
corrigit,id eſt,deponit:ad quod diſ.x.cõſtitutiones.& de teſt.
cùm eſſes.quædã verò indiſtinctè dicũt illũ nõ poſſe leges
tollere,niſi quo ad ſuũ forũ:inter hos verò Ioan. And.in gl.
ſuper regula,poſſeſſor.dicit ſe mediũ incedere , dicendo ꝙ
eas tollere poteſt quo ad forũ ciuile ſolùm in terris, in qui-
bus habet temporalẽ iuriſdictionẽ:quia poteſtates diſtinctę
ſunt.xvj.diſt.cùm adverũ.x.diſt.quoniam in his tantũ,in qui-
bus periculũ animæ vertitur,eas tollere põt quãtũ ad vtrũq;
forum vbiq;, vt pobat de iudi. nouit.de præſcrip.c.fin.& de
ſecun.nup.c.pen.quia in his leges ſacros Canones imitari nõ
dedignãtur.auth.vbi ſ.hæc ex illo.Et verũ dicit de facto,&
fortè quo ad poſſe iuridicũ ceſſante cauſa rationabili . & ita
practicatur,vt ſcilicet ſolùm in cauſis eccleſiaſticis Canones
corrigant leges in foro ciuili:quãtũ ad poſſe autẽ abſolutæ
poteſtatis,vbiq; eas poteſt corrigere quantũ ad vtrũq; forũ:
quia omnia iura poſitiua ſubſunt eius voluntati , ſecundũ S.
Tho.& alios Theologos:nõ obſtante quòd poteſtates illæ,
ſcilicet papæ & Imperatoris ſint diſtinctè:quia hoc nõ dicat
quaſi ſint diſparatæ: vt vna nõ poſsit cõtra aliã: ſed quia ſunt
ſubordinatæ:& vna dependet ab alia ſimpliciter vel ſecũdum
quid.Vide tamẽ de his etiam hic.§.xv.poſt medium:& infrà
Obedientiam.§.x Duodecimò quæritur,†quæ pœna ſtatu-
entium leges iniuſtas? Et dico quod ſi tales leges ſint ſimpli
citer cõtra Dei vel eccleſiæ mãdata :puta quòd liceat ſic &
ſic facere ſimoniam,vel alienare feudum eccleſiaſticum,vel
huiuſmodi,ipſo iure non valet.diſt , v.ij.quæ contra xxxij.q.
vij.flagitia.extra de ſimo c cũ in eccleſiæ.& c. no ſatis extra
de conſti .quæ in eccleſiarum.& facientes,inducẽtes,cõſen-
tientes,& ſeruantes peccant mortaliter.d.c.cũ in eccleſię.&
d.c.nõ ſatis.quod intellige ſi ſint contra mandata Dei vt pa
ter,vel naturæ,vel etiam ſi ſint contra ius poſitiuum, ſecun-
dum Hoſtien.ad pauperes opprimendum & impediendum
iuſtitiam.quod intellige etiã de iure ciuili : vt cum imponan
tur indebita grauamina:& ſimiliter ſi cõtra mãdata eccleſię
prius edita.quia eſt ſuperbia & inobedientia diſponere contra
diſpenſationem ſuperioris.Secus ſi eſſent cõtra eaſdem man
data poſterius edita: quia dictũ eſt quòd per ſuperuenientes
Canones non tolluntur in foro ciuili:niſi fortè in his in qui-
bus legum conditor non habebat poteſtatem:puta diſpenſã
do de cauſis eccleſiaſticis:quia tunc videtur mortale ſi contra
voluntatẽ eccleſiæ fecit:quia cõtra iuſtitiã vſurpatione eccl.
quod eſt mortale in re notabili ſecundũ Sanct.Tho. Si verò
eſſent cõtra libertatẽ eccleſiaſticam:tũc condentes & ſeruantes
ſunt excommunicati ipſo facto: vt ſ.Excõicatio.ix.§.ſi. &
quod



quod lucrum eis vel alijs dãnum ex talibus legibus iniu-
ſtè ſequutum eſt,conditores & hæredes eorum, & qui eos ad
ſeruandum induxerunt,tenentur inſolidum:& ſimiliter ſer-
uantes tenentur de omni lucro quod eis earũ occaſione per
uenit,& de omni dãno quod intulerũt:ſicut in ſimili dicã de
participantibus cum raptoribus.Et vltra prædictũ caſum e-
tiam alijs irrogatur excõmunicatio: vt patet ſi cõderent ſu-
per vſuris faciendis, vel nõ reſtituendis:vt in cle.ex graui.de
vſur.& idem videtur Supplemento,ſi ſuper ſimonia facienda:
cum hodie ſimonia cadat ſub excommunicatiõe papali per
extrauagantem Eugenij iiij.cùm deteſtabile.Sed quia excõ
municantur ſimoniaci,& nõ ſtatuentes aut deliberãtes de ſi-
monia:& pœnæ ſunt reſtringendæ:hoc nõ credo verũ.¶De-
cimotertiò quæritur,†vtrũ in iure canonico ſint aliqua non
ligantia,& nõ tenenda,quantũ ad text.aut gl.aut Doctores
eccleſiaſticos in genere,licet eccleſia nõ poſsit errare deter
minando de fide & moribus:vt ſ.dictũ eſt ſ.Eccleſia.j.§.ij.ſi-
militer nec papa vt papa:vt j.papa.§.v.& dico tria,iuxta tria
quæſita.¶Primũ,quantũ ad textũ iuris canonici attinet,in
decretis ſunt multa per cõtrariam cõſuetudinem abrogata
ſeu reuocata:ſicut quòd clerici incohent ieiuniũ quadrageſi
male immediatè poſt ſexageſimã.di.iiij.ſtatuimus.cùm duo
bus ſeq.& tamẽ contrarium facere non eſt peccatum :vt di.
ea.§.vlt.Et quòd dies rogationum ante Aſcenſionẽ feriẽtur.
de conſ.di.iij.pronũtiandum.& ieiunentur.ea.di.rogationes.
Et quòd hebdomoda ſancta ac paſchæ ferietur.d.c pronun-
tiandum.Et quòd certa forma ſeruetur in literis dimiſſorijs
clericorum tranſeuntium ad officiandũ in alia diœceſi. diſt.
lxxij.quod ſecundũ gl.abijt in diſſuetudinẽ:ſed licet illa for-
ma nõ ſeruetur,ſeruandũ tamẽ eſt,ſecundũ Archi.quod tra-
ditur di.lxxij.ſcilicet,quòd clericus alienæ diœceſis nõ reci-
piatur ad officiandũ ſine literis dimiſſorijs,id eſt,teſtimonia
libus ſui epiſcopi:quod quia nõ obſeruatur, & nõ ſine pecca
to ſequitur quòd ſcelerati ſuũ iudicẽ fugiẽtes nõ cogniti ad
miniſtrant:imò aliquãdo nullũ ordinẽ penitus habẽtes.Et quòd
iuramentũ fiat à ieiuno. xxij.q.v.honeſtũ. & quòd nõ exiga-
tur ſolenne,id eſt,in iudicio,& huiuſmodi,in quadrageſima,
aut aduẽtu,vel diebus dñicis:vt ibi in c.decreuit.quorũ vtrũ
que ꝑ cõſuetudinẽ abrogatũ eſt,ſcđm gl.ibi. Et quòd reper-
to furto in monaſterio ignorato authore,ſic fiat purgatio vt
abbas vel alius ex monachis celebrata miſſa omnibus Dei
communionem ſub hac obteſtatione,corpus dñi ſit tibi ad ꝓ-
bationem.qđ ſcđm gl.ibi,hodie eſt abrogatũ:quia indebitè
fieret.cum qua cõcordat S.Tho.in iiij.Et ꝙ ſacramẽta,ſcili
cet altaris,nõ debent niſi à ieiunis celebrari,id eſt,cõfici:ex-
cepto die cœnæ dñi:de conſe.di.j.quod ſcđm gl.eſt abroga-
tum quantũ ad illã exceptionem.Et qđ dicitur de cõſe.di.ij.
in c.triforme.de vna ex tribus partibus hoſtiæ reſeruãda in
fine miſſæ:qđ hodie nõ ſeruatur,ſed ſimul duæ ſiccæ ſumũ-
tur.& quod dicit in c.tribus gradibus.de ieiunio ſeruãdo per
aliquas horas,ſcilicet,poſt ſumptũ ſacramentũ, quod hodie
nõ ſeruatur,ſed paulo poſt comedi poteſt , ſecundũ S.Tho.
Et quod dicitur in c.omnis.de cõtinendo ab actu cõiugali
per tres,quatuor,vel quinque dies ante cõmunionem.qđ gl.di
cit eſſe de cõſilio:& cõſequenter eſt debitũ honeſtatis,nõ ne
ceſſitatis.¶Multa etiã edita antiquo iure in eiſdem decretis
ſunt immutata:vt quòd electio papæ fieret nõ ſolũ à Cardi
nalibus ſed etiã ab alijs religioſis & clericis.di.xxiij.in nomi.
quæ hodie fit per cardinales:extra de elec.per totum . &
c.vbi periculum eo.tit.lib.vj.& quòd electio epiſcoporũ fie-
ret non à canonicis tantum,ſcilicet maioris eccleſiæ : ſed e-
tiam ab alijs religioſis clericis.diſ.lxiij. obeuntibus.quæ dũ
dum ſecundum iura communia ſic fiebat à canonicis cathe-
dralium eccleſiarum,& confirmabatur à metropolitanis:hõ
die verò quando ambitio & laſciuia totam eccleſiam detur
pauit,papa reſeruat ſibi collationem omnium dignitatum,
ſecundum Arch.id eſt patriarcharũ,metropolitanorũ,epiſco
porum,abbatũ,præpoſiturarũ,& plebanatuum ſeu prioratuũ
eccleſiarum collegiatarum:& capitula in his ſe non habent
intromittere.¶O quis det illa tempora redire, quibus popu
li ſibi eligant & acclament antiſtites:qui ideo nũc rarò ſunt
ſancti:quia crebro inſtituuntur iniqui,& omnium clericorũ
peiores.Et quòd certa tempora circa ętates ordinandorum:
puta anni xx.ad ſubdiaconatum,ad diaconatum xxv.xxx.ve-
rò ad ſacerdotium:& certa interſtitia ſeu interualla ſeruent.
diſt.lxxvij.& lxxviij,per totum.quæ hodie per cle.de ætat.&
quali.ordi.ſunt immutata.iuxta dicenda j.Ordo.iiij.§.ij . Et
quòd certi gradus,id eſt,ſex cõſanguinitatis & affinitatis ad
contrahendum obſeruarentur.xxxv.q.ij.iij.& iiij.quæ hodie
immutata ſunt per decretalem,non debet.de conſan.& affi.
& reducta ad quartum conſang.& affini.incluſiuè. Et quòd
omnes in cœna domini,& ter in anno communicent,ſcilicet
Natiuitate,Reſurrectione,& Pentecoſte.de cõſe.di.ij.in cœ
na.& in c.ſeculares.& in alijs tribus capitulis.quod ex modo
loquendi videtur eſſe ſub præcepto,quod hodie eſt ſub cõſi-
lio,excepto die Reſurrectionis,qui ſolus eſt de precepto,per
c.omnis.de pœ.& re.¶Multa etiã Gratianus monachus au-
thor illius libri ex ſuo ſenſu in illo loquitur,quæ non tenen-
tur.¶Primò.Nam in di.xiij.§.j.dicit quòd ei,qui vrgetur in-
ter duo mala,licitum eſt minus eligere:vnde videtur quòd
quis poſsit eſſe perplexus inter duo peccata,ita quòd neceſ-
ſe ſit alterum cõmittere.quod ibi gl.ſum.reprobat.cui con-
cordat S.Tho.¶Secũdò.Nam di.xcv.§.ſed illud.poſt c.preſ-
byteros.dicit ꝙ fortè neceſsitate vrgente in abſentia epiſco
porum,vbi eſt cõſuetudo,presbyteri poſſunt in frõte chriſ-
mare:qđ eſt falſum,in quacunq; neceſsitate.& cõſuetudo in
hoc eſt corruptela,nihil faciens.de cõſue.quãto. & ſic tenet
S.Tho.& alij Theologi:& videtur gl.firmare.nec epiſcopus
in hoc poteſt diſpenſare:ſed papa hoc poteſt,ſcđm S.Tho.&
alios Theologos:licet aliqui hoc negent. quod patet: quia
Gregorius aliquando in hoc diſpenſauit:vt patet di. ea.per-
uenit.¶Tertiò.Nam ij.q.j.c.de manifeſta.ſentit quòd in no-
torijs,quę ibi vocat manifeſta,non requiritur iudiciarius or-
do.quod ſimpliciter non eſt verum : ſed loquitur diminutè.
vnde & gl.ſuper c.de manifeſta.notanter ponit triplex noto
rium,ſcilicet facti,iuris & præſumptionis:& quæ & qualis in
eis requiratur probatio,vide ibi:& j.Notorium.§.v.¶Quar-
tò.Nam q.ea.in c.Deus omnipotens.in §.quãdo . dicit quòd
qui probatus eſt notorius peccator , poſt ſecundam & tertiã
correctionem,id eſt,monitionem,ſi incorrigibilis inueniat.
eſt damnatus per ſententiam.nõ tenetur:quia in huiuſmodi
notorijs nõ requiritur monitio præcedens. ¶Quintò.Nam
xj.q.iij.§.euidenter itaque.poſt c.ad menſam.dicit quòd im-
ponens manus violentas in perſonam eccleſiaſticam, incur-
rit anathema,ſecundum illud xvij.q.iiij . ſi quis ſuadente:&
exponit anathema,id eſt,ſeparationem à ſacramentis,& in-
greſſu eccleſiæ:non autem cõmunione fidelũ,quod eccle-
ſia nõ tenet,ſecundũ gl.ibi:quia in contrariũ eſt c. peruenit.
de app.Nec valet correctio Io . vt dicatur quòd talis nõ eſt
vitãdus antequã denũtietur,quia eſt expreſsè cõtra c.cùm nõ
ab homine.de ſen.excõ.¶Sextò.Nã ea.q.§.cùm ergo ſenten
tia.poſt c.nõ ſolũ reus.illud Greg. ſententia paſtoris ſiue iu-
ſta ſiue iniuſta timẽda eſt,id eſt,ſeruãda,exponit iuſta,id eſt,
lata ꝓ crimine:quod verè eſt in illo homine.iniuſta verò cũ
non eſt in eo illud crimen pro quo fertur: puta furtum , ſed
aliud,puta adulterium:& malè,deceptus ſecundum gloſ. ex
eo quòd

eo quòd Grego.ſubintulit,ne ipſam ſententiam ex alia culpa mereatur,qui Grego.aliam culpam vocat ipſum contemptum ſententiæ.De hoc ſ.Excommunicatio.ij.§.iiij.¶Septimò.Nam xij.q.j.quærit vtrum liceat clericis habere popria bona arguens pro & contra.& demum in c. præcepimus.§.cùm ergo.ſoluit ꝙ hoc licet clericis orientalibus,quibus licet vti matrimonio:& occidentalibus,quæ ante ſuã ordinationem legitimè habuerunt vxores & filios: alijs aũt nõ.qđ eſt falſum ſcdm gl.ſummariam:quia omnibus clericis licet, niſi renuntiauerint proprijs,vt religioſi, vel ſe voto ad hoc adſtrinxerint,vel tempore eccleſiæ primitiuæ.& concor. S. Tho.¶Octauò.Nã xiiij.q.j.quærens vtrũ clericis in iudicio liceat ſua repetere.Reſpondet dupliciter.primò licere clericis etiam perfectis,in iudicio contendere,non pro captando lucro,ſed pro dãno vitãdo.ſecundò, quòd & ſi non pro ſuis rebus,tamen pro cõmunibus eccleſiarũ ſuarum defendendis licet ſtare in iudicio.Sed imperfecta eſt iſta ſolutio:& gloſſ. ſum.perfectius ſoluit,dicens hoc poſſe omnes clericos,qui poſſunt habere proprium:& ſi non habent, vt religioſi poſſunt repetere bona eccleſiarum vel monaſteriorũ ſuorum, ſi ſunt prælati,vel de mandato prælatorum, ſi prælati non ſunt:omnes etiam clerici poſſunt agere in iudicio pro miſerabilibus perſonis de mandato ſuperioris. xvj.q.j. peruenit. quãuis magis deceat per alios,id eſt,laicos litigare.¶Nonò. Nam xvj.q.j.dilectio.§.poteſt etiam aliter dici quòd ad pręſcribendum,ſuff.cit habuiſſe bonam fidem cùm quis cœpit poſsidere,licet medio tempore habuerit cõſcientiam rei alienę:ſed licet hoc ſit contra iura ciuilia,tamen gl.dicit hoc non tenere ſecundum ius canonicum cui in hoc ſtandũ eſt: ſed oportet habere bonã fidem,id eſt,credere ſe iuſte poſsidere omni tempore quo præſcriptio currit.de re.iur.poſſeſſor.lib.vj.¶Decimò.Nam xxij.q.iiij.§.vlti.dicit quòd iurans aliquam ducere in vxorem poſt votum caſtitatis non prohibetur ſeruare hoc iuramentum:ſed iniungenda eſt ei pœnitentia de violatione voti.quod quidem licet ſit verum conſummato matrimonio:qui eam dimittere non poteſt, non obligatione iuramenti,ſed maiori vinculo ſacramenti: tamen ſi non cõſumauit,prohibetur ſub mortali nõ ſeruare iuramẽtũ:quia maius & prius,& conſequenter obligatius eſt vinculum voti quàm illius iuramenti.Ibi etiam ſubdit quòd iurans ſe non fieri clericum vel religioſum,iurat illicitè,nõ ſecundum ſe, ſed ſolũ ex modo:puta quia incõſideratè:quia non adimitur per hoc ſalus animæ vel corporis:ſed ſecundũ S.Tho.hoc iuramentum eſt illicitum ſecundum ſe,quod eſt non ſolum quando adimitur ſalus animæ vel corporis:ſed etiam quando minuitur,vel impeditur profectus animæ per obſeruantiam iuramenti.¶Vndecimò. Nam xxiiij.q.v.§.j. dicit quòd cogens aliquem ad iurandum,peccat mortaliter, ſi periurat.quod & gl.affirmat:ſed intelligitur ſi ſcit,aut veriſimiliter credit quòd iurabit falſum: vt declarat Aug.in c. ille qui.ea.q.de hoc tamen ſ.Iuramentum.ij.§.viij.¶Duodecimò.Nam xiiij.q.j.audiuimus.§.ſi autem poſt.dicit quòd lapſus in veterem hæreſim,eſt excommunicatus,& conſequenter ſuſpenſus ab executione ordinis & iuriſdictionis,& conſequenter excommunicare non poteſt:ſed ſi nouam confingat,non eſt excommunicatus:& cùm toleretur ab eccleſia, ſcilicet cùm eſt occultus,poteſt excommunicare,& alia agere.ſed gl.dicit indiſtinctè quòd eſt excommunicatus:nec poteſt excommunicare,ſiue ſequatur veterem,ſiue noua confingat,ſcilicet niſi ſit omnino occultus, iuxta illud quod dictum eſt ſ.Excommunicatio.iij.§.xj.Valent tamen alia quæ facit dum toleratur.Et idem dicit de ſchiſmaticis:niſi fortè in ſummo pontifice cùm duo creantur, & quilibet credit ſe eſſe papam:quod intellige quando haberent cauſam credendi,& pro vtraq; parte eſſent rationes vehementes, ſecundũ Arch.vt accidit inter Vrbanum & Clementem.¶Decimotertiò.Nam etiam diſt. 50.quærens vtrum lapſi poſt baptiſmum,ſed pœnitentes poſsint promoueri ad ordines,dignitates,vel curas,vel iam promoti in eis permanere:ſoluit duplicitér.Primò in c.ſacerdotes.§.quo modo. quòd ſic ſi verè pœnitent:non ſi fictè,id eſt,non in odium criminis,ſed alio reſpectu.ſecundò in c.presbyteros.§.poſſunt & aliter, quòd ſic ſi peccata ſunt occulta:ſed ſi ſunt manifeſta,quia ſcandalizãt:ſic nec promoueri poſſunt,nec exequi in ſuſceptis.Sed vtraq; ſolutio eſt imperfecta & confuſa:nec vera ſimpliciter, licet ſaluabilis cum additione,ſecundum Arch.iiij.parte.tit. xj.c.viij.§.ij.Quantum enim ad primam dicendum eſt quòd ſi crimina inducunt irregularitatem,non poſſunt his irretiri,quantuncunq; pœniteant,ſine diſpenſatione ordinarij vel beneficiari,vel vti ſuſceptis. Exemplum in enormibus,vt in homicidio,mutilatione,hæreſi,ſchiſmate,ſimonia in ordine ſuſcepto,dignitate,& beneficio curato,etiã occultis in quibus ſolus papa diſpenſat: & in mediocribus cùm ſunt notoria:vt in adulterio,ſacrilegio,inceſtu, & huiuſmodi,in quibus etiã epiſcopi aliquãdo diſpenſant.Si verò non inducunt irregularitatem,poſſunt peracta interiori pœnitentia,& promoueri,& exequi in prædictis.Quantũ tamen ad debere vel non debere diſpenſare cum prædictis, procedit prima ſolutio vt fiat,ſi verè pœnitent,non autem ſi fictè.Quantũ verò ad ſolutionem ſecundam,ſupplendũ eſt:quia ſi talia occulta ſint enormia,neceſſaria eſt diſpenſatio.Si verò nõ ſunt enormia,per ſecretã pœnitentiã purgata nõ impediũt.Manifeſta verò ſeu notoria per confeſsionem in iudicio vel conuictionem vel euidentiã facti,quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari,ſiue ſint enormia,ſiue mediocria, indigent diſpenſatione:ſi tamen ſint mediocria & nõ notoria,ſed tñ à multis ſcita,non indigent diſpenſatione, ſed priuata pœnitentia purgantur.Et hæc ſatis poſſunt elici ibi ex glo.ſum.¶Decimoquartò.Nam de pœ.diſt.j.quærens vtrum ſola contritione & ſecreta ſatisfactione abſq; confeſsione ſacramentali,cùm tamen adſit facultas,poſsint peccata deleri:arguit pro & contra.& demum in §.vlt.non determinat,ſed relinquit iudicio lectoris quam ſequatur opinionem.licet ſecundum gl.ſum. videatur ad hoc declinare quòd ſit neceſſaria confeſsio,ad quod facit c.ſi.Et eodem modo magiſter Sent.hãc quæſtionem motam in quarto indeterminatam relinquit.Sed beatus Tho.ibi in expoſitione literæ dicit quòd tunc ſine præiudicio ſalutis potuit vtraq; opinio teneri:ſed poſtquam eccleſia per Innocentium tertium hoc determinauit.ſecus eſt.& concor.glo.ſum.in ſi.poſt multas falſas opiniones recitatas. ¶Secundum dictum principale eſt hoc. Quantum ad gloſſas Decretorum dico quòd ſunt ſatis bonæ & neceſſariæ.& ſimiliter gl.ſummariæ quæ ponuntur in principio diſtinctionum vel quæſtionum,in quibus cùm multæ recitentur opiniones,vltima eſt melior. Sunt tamen in diuerſis capitulis aliquæ glo.non veræ aliquando.¶Primò.Nam xiij.q.ij.in c. tempus.glo.videtur tenere quòd his,qui ſunt in inferno mediocriter mali,valent ſuffragia facta pro eis ad diminutionem pœnæ,licet nunquam liberentur.quod S.Thom.in 4. improbat.Decepta eſt autem malè intelligens ibi Aug. qui dicit mediocriter malos eos,qui deſcendunt ad purgatorium, quibus dicit valere ſuffragia,vt tolerabilior ſit ipſa damnatio,id eſt condemnatio ad pœnam purgatoriam, vt ſcilicet alleuietur.¶Secundò.Nam de conſ.diſ.ij.ſuper c.tribus.ponit multas opiniones de ſpeciebus euchariſtiæ cùm ſumuntur,ſcilicet quòd non deſcendunt in ſtomachum niſi ſicut alij cibi, vel deſcendunt quidem, ſed per ſudores aut occultos meatus exeunt ſeu reſoluuntur:vel quòd quàm citò atteruntur dentibus,deſinit ibi eſſe corpus Chriſti. quæ omnes ſunt falſæ per San.Thom.& alios Theologos,ſecũdum quos eſt idem iudiciũ de eis vt de alijs cibis quãtum ad digeſtionẽ & nutrimentũ:& tandiu ſub eis eſt corpus Chriſti,quãdiu durãt in ſtomacho,etiã ſi ſumãtur à mure: cõtra aliam gl.ea di.in c.qui bene dicentẽ quòd ſtatim ibi deſinit eſſe, cum à mure ſpecies ſumuntur.de quo vide ſuprà Euchariſtia. iij. §. iij. & Euchariſtia.iiij.§.j.in fin. ¶Tertiò Nam ead.diſt. ſuper c.timorem.videtur dicere quòd poſt inſtitutionẽ euchariſtię.& ante reſurrectionem Chriſti,ſolus Chriſtus poterat cõficere, & quòd ſi in triduo mortis aliquis apoſtolorum cõſecraſſet, nõ fuiſſet ibi corpus Chriſti ſine anima:& quædam alia quæ cõmuniter nõ tenẽtur:licet ſecundũ Capreo. dici poſsit hoc ſacramentũ ſic inſtitutũ fuiſſe,vt ſolùm Chriſto viuente conficeretur.¶Quartò. Nam diſt.xl.ſuper c.ſi papa tenet quòd non ſolum pro hæreſi,ſed pro quolibet notorio crimine, ex quo ſcandalizatur eccleſia,poſſet deponi papa,ſi poſt monitionem eſſet incorrigibilis.quod eſt falſum: vt ſuprà Concilium. §. iij. ¶Quintò.Nam xxij.q.ij.ſuper c.ne quis arbitretur.tenet mandaciũ officioſum,quòd alicui prodeſt, & nulli nocet,eſſe peccatũ mortale in viris perfectis,id eſt,perfectè abrenuntiantibus omnibus temperalibus. quod ſecundum San.Tho.ij.ij.q.cx. eſt falſum:quia perfectio perſonalis aut ſtatus perfectionis non facit veniale de ſe eſſe mortale, niſi ratione ſcandali:quod tamen in huiuſmodi nõ ſemper eſſet mortale,ſed rarò. quod determinare difficile eſt. ¶Sextò. Nam ij.q.j.ſuper c.ſi peccauerit.quærit primò,vtrũ fraterna correctio intelligatur de occultis vel manifeſtis. Et videtur tenere ſecundum Ioã.quòd de occultis,quæ tamen ſciuntur à paucis,& probari poſſunt.ſed Sanct. Tho.dicit ſimpliciter de occultis mortalibus.¶Secundò quæritur, vtrum ad eam teneãtur omnes ex pręcepto?Et dicit quòd quantũ ad peccatum perpetrandum tenentur omnes:quãtum ad perpetratũ prælati ſolum ex pręcepto:ſubditi verò ex conſilio.ſed bea. Tho.probat ſimpliciter ad hoc omnes teneri.¶Tertiò quæritur vtrum ad denuntiationem admittãtur omnes,vt criminoſi & infames?Et dicit quòd admittũtur omnes,modò bono zelo denuntient:quod de criminoſis nõ præſumitur:quia ſua vitia nõ correxerunt.Sed veritas eſt ſecundũ Arch.quòd ad denũtiationẽ euangelicam,id eſt,charitatiuam,vbi intenditur ſolùm emendatio,omnes admittũtur,niſi præſumatur quòd hoc nõ intẽdant:ſed ad iudicialem, vbi etiã intenditur punitio,ſeruãdum eſt quod dicitur extra de accuſa. qualiter & quando.& c.inquiſitionis.vide ſuprà Denuntiatio. ¶Tertium dictũ principale eſt hoc.Quantũ ad doctrinas eccleſiaſticas triplex eſt genus.Quædam enim ſunt reprobatæ tanquam falſę & hæreticę.xxiiij.q.iij.c.pen.& diſ.xv.ſancta Romana.in palea, extra de ſum.tri.& ſi.cath.dãnamus.Quædã verò in d.cap.ſancta Romana.declarãtur apocryphæ,id eſt, quaſi occultæ ſeu ſecretæ ſecundum Archid.diſt.xvi.in prin. q̃ ſcilicet nõ in eccleſia,ſed remotè & ſecretè ſunt legẽdæ. quod intellige de apocryphis ex dubietate veritatis,de quibus loquiť d.c. ſancta Romana.de quibus quiſq; liber eſt ad credendũ quod vult vel nõ credendũ.nõ autẽ intelligitur de apocryphis ſolùm ex dubietate authoris,cuiuſmodi ſunt aliqui libri in biblia,qui tamẽ publicè leguntur.Quædam verò ſunt approbatæ,de quibus vide in d. ſancta Romana.& adde ꝙ inter doctrinas Doctorum ſolenniter approbatas, eſt etiã hodie doctrina Sancti Doctoris:vt patet per extrauagãtem Ioã.xxij.& per bullam Vrbani v.directã archiepiſcopo & cãcellario & magiſtris & vniuerſis in ciuitate Tholoſana,



cuius vltima verba ſunt hæc: Volumus inſuper & tenore præſentiũ vobis iniungimus,vt dicti bea. Tho.doctrinã tanquã veridicã & catholicã ſectemini, eamq; ſtudeatis totis viribus ampliare. Adde etiã quòd ſecundũ & Ang. Archi.in c. noli diſt.ix.in doctrinis Doctorũ approbatis aliquid poteſt reprehẽdi.quod hinc patet ꝙ inuicẽ aliquãdo cõtraria ſcripſerunt,ſicut Hieron.tenuit nõ eſſe bigamũ eum,qui vnã vxorẽ habuit ante baptiſmũ,& aliã poſt:& Aug.tenuit cõtrarium,cuius etiã ſentẽtia præferť.diſt.xxvj.acutius.in ſpectãtibus tamẽ ad fidẽ & mores neceſſarios ad ſalutẽ nullo modo diſcordãt Sãcti Doct.realiter ſecundũ Arch.Adde etiam ſecundũ Arch.ſuper c.quis neſciat.diſt.ix.quòd rubricæ Decretaliũ authenticãtur in Prooemio Decretaliũ, vbi dicitur, vtãtur.& extra vt lit.pend.nihil.inno.in gl.rubricæ:& ſimiliter rubricæ vel tituli legales ſunt authẽtici.ff.de in integ.reſti.l.j.nõ autẽ rubricę Decretorũ,vnde aliquãdo inueniũtur falſæ.xvj.q.j.placuit.ſecundum Inno.qui ita not.in prooem. Decret.quæ tamẽ ponũtur ibi dicta cõciliorũ vel ſummorum põtificũ vel Doctorũ approbata ſunt:ſed nõ dicta Gratiani,ſecũdum Io.And.¶Decimoquartò quæritur, †vtrũ o- 14
mnes ligẽtur lege,quaſi legi ſubiecti?Et dico ex Arch. & S. Tho.j.ij.q.xcvj.art.v.quòd cum lex habeat duo, ſcilicet ꝙ ſit regula, & habeat vim coactiuã: dupliciter aliquis ſubdiť humanæ legi primò ſcilicet vt regulatus regulæ: & ſecũdò ſicut coactus cogẽti.Primò modo humanæ legi oẽs ſubijciuntur,qui ſubdũtur poteſtati eius qui fecit legem: nõ autẽ alij,ſiue ſimpliciter ſint abſoluti à ſubiectione poteſtatis:vñ qui ſunt de vna ciuitate vel regno,nõ ſubdũtur legibus principis alterius ciuitatis aut regni,ſiue ſint abſoluti quantum ad aliqua ſolùm:ſicut ſubiectus proconſuli regulatur eius mãdatis:ſed nõ in his quæ diſpẽſantur ab Imperatore.Secũdò aũt modo ſubdũtur mali,quorũ volũtas à lege diſcordat nõ boni,quorũ volũtas legi cõſonat: quia quod eſt coactũ, eſt violentũ & cõtrariũ voluntati: vnde iſto modo lex iuſto poſita nõ eſt.j.ad Tim.j.ſed impijs.Igitur vt dicitur xxx.q.ij. in c.duæ.qui lege priuata,id eſt,Spiritus Sancti ducitur,non adſtringitur lege publica:quia ſcilicet illa lex eſt ſup omnẽ legẽ humanã.vnde ſecũdũ quod ea ducũtur viri ſpirituales, non ſubdũtur humanæ legi,quãtũ ad ea quæ ſunt contraria ductioni Spiritus ſancti:ad quam tamẽ ductionẽ pertinet vt viri ſpirituales ſubdãtur humanæ legi,ſecundũ illud j.Petri ij.Subiecti,&c.&,Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.xj.q.j.magnũ.Princeps etiã,vt dicit Iuriſcõſultus ſolutus eſt legibus ſuis,ſcilicet quãtũ ad vim coactiuã: quia nullus ſeipſum cogit:nec alius in eum poteſt ferre ſententiã & ſic dixit Dauid,tibi ſoli peccaui,id eſt,à te ſolo ſum puniẽdus:vt patet de pœn.diſ.iij.torã. nõ autẽ quãtũ ad directiuã: ſed eſt ſubiectus ſecũdũ iudiciũ Dei: vnde debet eã ſeruare propria volũtate:vt de cõſti.cùm oẽs. Eſt etiã ſuprà legem, inquantũ poteſt eam mutare,& in ea pro loco & tẽpore diſpẽſare.hęc ex illis.Igitur poteſt diſpẽſare ſecũ ex cauſa,ſicut cum alijs:ſine cauſa verò non ſeruando peccaret.¶Decimoquintò quæritur, †vtrũ leges aut ſtatuta laicorũ ligẽt cleri- 15
cos,& alias eccleſiaſticas pſonas,vt teneãtur hęc obſeruare? Et dicit Pan.in c.eccleſia ſanctæ Marię.de cõſtit. ꝙ aut lex diſponit ſpecificè ſup rebus eccleſiaſticis & bonis earũ:& ſic eſt nulla, & nõ ſeruãda,tanquã condita ab eo qui non habet poteſtatẽ:quia nec Imperator nec alius ſecularis habet poteſtatẽ ſuper eccleſias aut eccleſiaſticas pſonas:vt in d.c.eccleſia:Et hoc verum eſt,niſi in duobus caſibus primò quãdo eſt priuilegiatiua: q̃a poteſt quis priuilegiare etiã nõ ſuũ ſubditum,& ſic intelligitur c.nouit.de iudi.vbi allegať lex Theodoſij.Secũdò quãdo eſt fundata ſuper naturali ratione: qua

tunc

nunc ſeruari debet non ratione legis,ſed ratione iuſtitiæ naturalis.l.ſcire oportet.ff.de excuſ.tut.§.qui nõ iuſtè. Aut lex diſponit generaliter non faciendo mentionẽ de clericis & eccleſiaſticis:& tũc ſi nõ põt ſeruari ſine peccato:vt in præſcriptione malæ fidei,nõ eſt ſeruãda à quocũq;.de præſcrip.c.fi.& c.licet mulieres.de iureiu.lib.vj.Si verò eſt rationabilis,& non contradicẽs Canonibus,ſeruãda eſt,etiam quo ad clericos & eccleſiaſticas perſonas,ſi eſt fauorabilis:vt in ca.requiris.el ij.de appel. Vnde ſtatutũ diſponẽs vt exiſtentibus maſculis mulier non ſuccedat,porrigitur etiã ad clericos:vt not.Pan in c.cõſtitutus.de reſtit.in inte.Et ſimiliter priuilegiũ cõceſſum hominibus alicuius loci,cõprehẽdit etiã clericos illius loci,licet nõ exprimat.Ad quod facit c.dilecti.de foro cõpet.& not.per Ioan.de Lig.in c.quod clericis.de foro cõp.Bal.in l.cunctos populos.C.de ſum.trin. Vbi etiam notandũ eſt quod quãdo talis lex generaliter diſponens,poteſt ſe habere ad cõmodũ & incõmodum, nõ poteſt dici præiudicialis: ſicut ſi ſtatutũ diſponit quòd primogenitus ſuccedat,ſecũdogenitus.licet ſit clericus,nõ ſuccedet.Similiter in ſtatuto,quo maſculi excludũt mulieres,nõ ſuccedet mulier, licet ſit effecta religioſa:vnde omnes leges diſponẽtes ſup cõtractibus emptionis,vẽditio.locatio.comoda.& huiuſmodi,ſi nõ contradicunt canonibus vel legi naturæ,ſunt ſeruãdę,etiã quo ad eccleſiaſticas pſonas.Pro quo facit.c.j.de no.oper.nunt.& eſt de mẽte Hoſ.& Io.And.in c.eccleſia.vt lite pend.Sed ſi afferunt præiudiciũ ſimpliciter,ſecus eſt:vt qui nõ facit inuentariũ,vel intra tale tẽpus non adiuit hæreditatem,ſit priuatus,& huiuſmodi:quia nunquã poteſt eſſe ad cõmodũ eccleſiaſticorũ ideoq; nõ tenetur : ſimiliter quãdo ſtatuitur ne poſsit aliquid vendi nõ ſubditis.Si verò lex ciuilis eſt generalis & rationabilis,ſed deuiãs à canonibus:cuius exemplũ eſt in c.ij.de arbi.lib.vj.tunc in foro ſeculari ſeruabitur,ſed nõ in eccleſiaſtico,neq; in terris ſubiectis dominio eccleſiæ:quia debet ſeruari tũc lex Canonica in vtroq; foro. pro quo facit c.ſi duobus.de app.& quod no.in c.quod clericis.de foro cõpet. Aut lex ciuilis diſponit ſuper materia ad eccleſiã pertinente,non diſponẽdo de ipſa materia,ſed tollendo lucrũ,quod aliàs declarat : vel imponẽdo pœnã actũ explicanti. Exemplũ primi de raptore contrahẽte matrimonium cum rapta,in quo caſu lex priuat omnibus bonis datis ſibi à raptore ,& ſic nõ valet:vt vult gloſ. not.in c.de puellis xxxvj.q.ij.& eã ſequi videtur Feder.conſil.xxxv.& mihi placet:quia videtur intimidare matrimoniũ:& ſic nõ eſt ſeruãda,etiam quo ad nõ eccleſiaſticos.Exemplum ſecundi.Statutum punit contrahentẽ ſine cõſenſu patris vel agnatorum& nõ valet ſecundum Panor.vbi ſuprà.Item aliud exemplum. Lex punit mulierem cõtrahentẽ intra annũ luctus : vt C.de ſecund.nup.quaſi per totum,& non valet,ratione prædicta: quod limita:vt ſuprà.§.x.caſu vij.Aut lex ciuilis diſponit circa accidẽtia tẽporalia ad actũ ſpirituale,vt in dote: & tunc ſi nõ cõtradicit canoni,valet c. Raynutius.& c. Raynaldus. de teſta.& quod no.in c.ij.de dote poſt diuor.re.& hoc verũ, niſi intimidet cõtractionem matrimonij.Si verò cõtradicit canoni:tunc pẽdet ab illa quæſtione, cuius fori ſit cauſa dotis.& Inn.in c.de prudentia.de dote poſt diuor.re.& Panor. tenuit quòd eſt miſti fori.& ſic lex.ſeruabitur in foro ſuo:& locus erit præuẽtioni.cap.cum ſit generale.de foro compet. Aut lex ciuilis procedit circa actum ſpecialem præſumẽdo, & lex canonica inuenitur cõtraria:puta,lex pręſumit matrimonium ſi maſculus & fœmina ſimul habitãt.l.in liberę.ff.de rit.nup.ſi ſit libera, & nõ facit quæſtũ de corpore,vt ibi: lex verò canonica præſumit adulteriũ ſiue fornicationem. xxx.q.v.aliter.& ſic ſtandum eſt in vtroq; foro iuri Canonico:quia lex imitatur canones.de iudi.c.clerici.Et ſecundum hæc limita iura dicentia leges ſeruãdas,quæ Canonibus nõ contradicunt.¶ † Decimoſextò, circa legis intellectũ quæritur,quomodo lex ſit interpretanda:Et dico quòd quid,& quotuplex ſit,& à quo fiat interpretatio legis,dictum eſt ſuprà Interpretatio.quomodo aũt debeat ſe habere interpres interpretando,vt veniat ad legis intellectum ,dico ex Pan. in c.ad audientiam.de deci.quòd diuerſitas vocabulorũ inducit diuerſitatem rerum:& raro cõtingit quòd duo vocabula idem per omnia importẽt:aliàs ars induceret ſuperfluitatẽ. Et de hoc eſt pulcher tex.in l.ſi ijdem codicilli.C.de cod.& ad hoc d.c.ad audiẽtiã.Et ibi dicit Io.de Lig.quòd ſi apparet de mente legis,eſt ei ſtandum etiam cõtra propriũ verborũ ſignificatũ:vt in l.cũ pater.§.dulciſsimis.ff.de leg.ij.vbi verba reſtringũtur per rationem expreſſam.Ratio eſt quia verba deſeruiunt intẽtioni,nõ ecõtrario:cum ſe habeãt verba & intẽtio ſeu ratio vt corpus & anima:quia ſicut anima corpori,ita ratio legis verbis dominatur.ad quod l.non dubiũ.C.de legi.Si verò de mente nõ cõſtat: tunc ſi verba ſunt clara, non eſt ab eis recedendum:vt in c.fi.de verb.ſig.Quod intelligo vbi ratio nõ eſt expreſſa in lege:nec cõiectari poteſt ratio naturalis eius: quia vt ſingulariter dicit Cyn.& alij poſt eum in d.l.non dubiũ.vbi ratio nõ eſt expreſſa in lege,debemus cõiectari per ſimilia rationẽ naturalẽ, quæ mouere potuit legiſlatorem,qui ſine ratiõe nõ fuit motus: cum ſine ratione non ſit lex.iiij.diſt.erit autẽ.& ſecũdum illam rationẽ coniectatã poſſum reſtringere & extendere legẽ etiã odioſam:vt §.ſeq.Sed vbi dictam rationẽ cõiectari nõ poſſumus, procedit dictum Io.de Lig.videlicet quòd recurratur ad verba, ſi clara ſunt. Si verò ſunt dubia: tunc facienda eſt interpretatio per alias leges.ſi fieri poteſt:quia iura debent iuribus concordare:vt in cap.cum expediat.de elect. libro vj.Si verò per alia iura apparere nõ poteſt intellectus:tũc recurrendum eſt ad conſuetudinẽ ciuitatis:vt l.minimè.& l.ſi de interpretatione.ff.de legi.& in cap.cùm dilectus . de cõſuet. Si verò non apparet de conſuetudine loci:recurrendum eſt ad ſimilia:vt in l.non poſſunt.ff.de legib.In defectu verò omnium,recurrendum eſt ad principem : quia eius eſt interpretari,cuius eſt condere.Quod debet intelligi quando per remedia ſupradicta vel ſimilia haberi nõ poteſt legis certitudo.& ſic intellige legem vnicam.C.de profeſ.qui in vrb.Cõſtant.lib.xij.vbi datur Doctoribus poteſtas interpretandi.& idem in iudicibus,iuxta not.in cap.cùm ſpeciali.de appel.Vide tamen quod not.Bar.in l. non aliter. ff. de leg.iij.vbi dicit quòd primò debemus inſpicere qđ ſenſerit teſtator:quia ante omnia voluntas teſtatoris dominatur.l.cùm virum. C. de fideicom.Quod ſi non apparet,debemus deinde inſpicere qđ eſt veriſimile.l.ſi mater.C.de inſtit.& ſubſtit.ſub cõd.fa.& l.mulier.ff.ad Trebellia.Et ſi nõ apparet quid ſit veriſimile: tunc inſpicimus propriam ſignificationem verborũ.& ita loquitur dicta l.non aliter. Vide etiã gloſ.ſingularẽ, quam omnes ſequuntur,in l.tale pactum. §. fin.ff.de pactis. quæ dicit quòd diſpoſitio facta in vnum caſum , trahitur ad alium:de quo ſi diſponentes cogitaſſent , veriſimiliter idẽ diſpoſuiſſent.Quod nota: quia facit ad multa. De prædictis autem dominus Bap. à Fliſco in quodam opuſculo ſic dicit: Quantum ad interpretationem legum & canonum , quod quantũ ad hoc vniuerſale eſt, concluſio eſt quòd vnius diſpoſitionis vnus eſt intellectus,& nõ plures.nam intellectus ſumitur à ratiõe,nõ à cortice verborũ.l.ſcire leges.ff.de legi.& ideo in illa lege dicit Bald.quòd cuius eſt multiplex intellectus,eius veritas ignorat̃.Et ideo Bart.in l.in ambiguo ff. de rebus dub.dicit quòd quãdo vna lex habet plures intellectus,



qui omnes poſſunt eſſe veri:illa lex reputatur inutilis, niſi probentur per alias leges . In hoc autem aduertendum eſt quòd illa lectura,ſeu ille intellectus,eſt magis tenendus, qui vitio caret,ſi alij vitio non carent:quod probatur per reg.l.in ambiguo.ff.de legi.& in l.capienda.ff.de re.iu.Præterea ille intellectus eſt magis tenendus , qui eſt magis dubitabilis per reg.l.quod Labeo.& ibi no.ff.ad Carb.& declarat do. Abbas in c.cùm in iure.de elec.Bar.tamẽ in d.l.in ambiguo. vult quòd ille intellectus ſit magis tenendus , qui probatur per meliores rationes & leges.Præterea quando ex proprietate ſermonis duo intellectus includuntur:ille eſt magis tenendus qui colligitur magis propriè.Ita probat l.nepos. Pro nilo.ff.de verb.ſig.¶ Decimoſeptimò quæritur † ſpecialiter, quomodo lex ſit interpretanda ex ſua ratione ſeu cauſa finali:Et dico quòd quid ſit ratio vel dicta cauſa,& quomodo importetur & cognoſcatur,dictum eſt ſuprà Cauſa.quomodo verò ex ea debeamus legem interpretari,& duci in mentem eius, patet ex ſtatim dicendis hic,& §.ſeq.nam ratio legis plus debet attendi,quàm lex ipſa,id eſt,quàm legis verba . l.j.C.quæ ſit longa conſu.& diſt in c.j.conſuetudo.vbi dicitur quòd lex eſt quicquid ratione conſiſtit . Vnde Bald.in c.j.de conſti.dicit quòd lex conſiſtit in ſubſtantia rationis.& Bar.in l.cùm mulier.ff.ſol.mat.dicit quòd ratio legis & mens legis idem eſt.quod intellige cauſaliter,& de ratione finali,quę dicitur ipſa lex,ſecundum Bal.in c.dilectus.el ij.de reſcrip.qui etiam dicit in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.quòd ratio finalis eſt anima legis.Et ideo vbicunque habet locum ratio legis habet locum etiam lex.C.de interdi.l.j.ſecundum Archi.& ſequitur Gemi.in c.vbi periculum.de elec.lib.vj.& hoc etiam ſi verba contradicant:vt l.ſcire oportet.§.aliud.in verbo,ſed & ſi maximè verba legis.ff.de excu.tu.quia non in folijs,ſed in ſenſu conſiſtit Euangelium.j.q.j.Marcion.&.c.intelligentia.de ver.ſig.& facit tex.in l.iij.C.de liber.præteri.quia vbi, inquit,manifeſtiſsimus eſt ſenſus teſtatoris,interpretatio verborum nuſquam tantum valet,vt melior ſenſu exiſtat.Bald. etiam in l.commiſſoriæ.C.de pac.inter emp. & vendi.dicit quòd licet iudici ſit impoſita neceſsitas ſeruandi ſtatutum ſecundum formam,prout iacęt ad literam,arg.l.j.§.ſi is qui nauem.ff.de exercito.tamen non habebit locum hæc neceſsitas,niſi ſaluo intellectu:quia litera occidit, & ſpiritus viuificat.Pro quo facit glo.in cap.illo vos.in ver.pignus.de pigno. Vnde ſi qua iura dicunt legem ſeruandam etiam in foro animæ:verum dicunt, quando eadem eſt ratio in vtroq; foro: quia ſic in foro animæ non ceſſat,ſecundum Pan.in c.tua.de vſur.in fi.Sed tamen prædicta intellige iuxta dicenda §. ſeq. ¶ Decimooctauò quæritur,† vtrum ex ratione legis ſic debeamus interpretari & intelligere legem, vt eam in ſimilibus & odioſis ac pœnalibus extendamus? Et dico quòd de extenſione legis ad ſimilia,dictum eſt ſ̃ . Argumentatio . §.j. Quantum verò ad odioſa & pœnalia , dictum eſt etiam ibi aliqualiter:ſed plenius patet ex ſtatim dicendis . ¶ Nam ſecundum Io.de Imo.& Gemi.in c.ſi poſtquam. de elec.lib.vj. duplex eſt mens legis , ſcilicet cõprehenſiua & extenſiua.de quibus j.§.xx.quæ duo ſic intellige,nõ quia dicant duas mentes,ſed eandem comparatam dupliciter vel ad duo, ſcilicet ad rem de qua agitur in lege,cuius eſt ratio : ſiue ad caſum in ea cõprehenſum:& ſic dicitur cõprehenſiua: & ad aliã rẽ ſimilem ſiue ad aliũ caſum:& ſic dicit̃ extenſiua.¶ Igitur ſecundum mentem cõprehenſiuam ſit extenſio legis in pœnalibus:& à fortiori in fauorabilibus,ſecundũ Io. de Imo.& Gemi.vbi ſ̃. Sed propriè nõ eſt extenſio. Et ſic intelligo quod dicit Pan.in c.quia in inſulis.de ſta.mo.quòd lex. debet ampliari,& reſtringi ad limites rationis expreſſæ , etiam ſi verba non patiantur:vt in l.adigere.§.quanuis. ff.de iure patro. & in l.cùm pater.§.dulciſsimis.ff.de leg.ij.& in l.pater.§.fundum.ff.de leg.iij.& facit c.cùm dilecta.de confir.vti.vel inul.ti.& bonus tex.in reg.ſi.de reg.iur.lib.vj.& quod no.Bar.in l. item quæritur.§.qui impleto.ff.loca . Et idem Pan.in c.j.de iura.cal.dicit quòd etiam in pœnalibus ſeu odioſis quando ratio eſt expreſſa,extenditur & ampliatur diſpoſitio legis ad limites rationis expreſſæ:no.gl.in cle.j.in verbo,eligatur.de elec.& in cle.ij.in verbo,pileum.de vita & ho.cle.& in d.reg.ſi.& quod no.ibi Dy.& Io.And .in mercu.& quod no. in d.§.dulciſsimis.Secus autem eſſet in dictis pœnalibus,ſecundum eundem Pan.in c.j.de ſent.& re.iudi. vbi allegaretur ſimile ſub terminis facilioribus vel paribus:vt no.Inno.in c.cùm ſpeciali.de appella.Secundum mentem verò legis extenſiuam non ſit extenſio legis in pœnalibus ex indentitate rationis: ſed ſolùm in non pœnalibus,ſecundum eundem Io.de Imo. & Gemi.& de elec.c.ſtatutum.libro.vj. ¶ Pro quo ſciendum eſt quòd in hoc eſt magna difficultas inter Canoniſtas.Nam Io.And.fuit ſibi multum contrarius in gloſsis ſuis:quia in c. diſpendia.de reſcriptis.lib.vj. dicit quòd per identitatem rationis habet locum diſpoſitio,ſed non pœna.ſed in clemen.j.de electio.aliter ſentit.Gloſſa verò dicti capituli,ſæpe.dicit quòd conſtitutio pœnalis extenditur ad alium caſum quàm comprehenſum,quando eſt eadem ratio,& omnimoda ſimilitudo:& tunc propriè non dicitur extenſio:quia ſcilicet quod eſt ex ratione legis eſt ipſa lex. & dominus Pet.dicit iſtam gloſſ.eſſe ſingularem. Sed Io.de Imol.& Io.Andr. dicunt non fieri extenſionem legis ſeu conſtitutionis pœnalis,etiam ſi ſit omnimoda ſimilitudo, & ſubſit eadem ratio, vt etiam not.Io.And.in regu.odia.de reg.iur.libro vj.Et hoc communiter tenetur pro concluſione & regula vera:& probat cap.conſtitutionem. de regul.libro vj . vbi patet quòd conſtitutio loquens de Prædicatoribus & Minoribus , non habeat locum in alijs mendicantibus , licet ſubeſſet eadem ratio:vnde propter identitatem rationis lex eam prorogauit ad alios mendicantes.Fallit tamen hæc regula in multis ſecundum Gemi.in d.c.ſæpe.quam ibi vide ſi vis.Ego autem teneo opinionem dictæ gloſſ.in cap. ſæpe.cum limitatione quòd ratio ſit expreſſa ſaltem indubitatè præſumpta?Et dico quòd conſtitutio pœnalis,cuius ratio eſt expreſſa per legem,extenditur ad caſum alium non expreſſum , ſi ratio ſit par ſimpliciter,ſeu eadem,aut certè maior:& legiſlator particulariter non diſponat in contrarium declinando à ratione legis propter aliquam particularem aut priuatam conſiderationem:quia ſicut,philoſophicè loquendo , eſt impoſsibile eſſe eandem cauſam, quin ſequatur idem effectus : ita, loquendo iuridicè,impoſsibile eſt eſſe eandem rationem,& non eſſe idem ius:cùm ratio ipſa ſit formaliter ius& lex:niſi hoc ſit ex voluntate legiſlatoris, vt dictum eſt : quam tamen ſequi non tenemur niſi exprimatur : vt patet per Sanctum Thomam,de virtu.quæſtione xxiij.articu.vij . & infrà Obedientia.§.vltimo.vnde niſi ipſe ſpecialiter diſponat contra vel præter rationem legis , ſemper fiet dicta extenſio in pœnalibus,vbi ratio eſt expreſſa in lege & eſt eadem : vt l. his ſolis.C.de reuocandis donationibus. ad quod etiam textus optimus in l.ij.§.quid ſi curatores.& §.quid ſi deceſſerint ff.ad Tertull.& l.palam.in §. ſenatus. ff.de ritu nuptiarum. Nec poteſt dici propriè quòd ſit interpretatio extenſiua,ſed potius intenſiua ſeu intellectiua : quia lex non eſt aliud quàm ratio legis:vt probatur in l.non dubium . C.de legib. & quod lex pœnalis extendatur,ſi in ea eſt ſcripta ratio naturalis aut ciuilis,tenet Bald . poſt Bartol . & ſimiliter Panormit.etiam ſi ratio non ſit expreſſa , modò ſit indubitatè

præſump

præſumpta:vt s̃.Argumentatio.§.j.Sed,vt dici, limita niſi le
giſlator ſpecialiter & expreſſe diſponat in contrariũ dictæ
rationis declinando ab ea.Vnde gl.j.in c.cõſtitutio.de elect.
lib.vj.vult conſtitutionem pœnalem non extendi ad caſum
alium,etiam ſi ratio legis ſit expreſſa:quãdo ipſa cõſtitutio
eſt exorbitãs.Vide etiam infrà,Pœna.§.iiij. ¶Decimononò
19 quæritur, †vtrum lex vel conſtitutio pœnalis debeat aliquo
caſu latè interpretari.& no.Bart.vnum ſingulare in l.quem
admodũ.C.de agri.&cen.lib.xj. quòd licet lex pœnalis & o-
dioſa extra propriũ ſignificatum nullatenus extendatur ,vt
in regula, odia. tamen vbi extenſio tendit in fauorẽ reipu-
blicæ:ita debemus ipſam extendere ſicut legẽ fauorabilem:
vnde cùm pertineat ad fauorẽ reipublicæ puniri maleficia,
vt ꝓuincia quieta permaneat.l.congruit.ff.de offi. præſid.ſi
per ſtatutum punitur faciens:punitur etiam fieri faciẽs. Hu-
ius ratio,licet Bart.non dicat,eſt:quia pars totũ quod eſt, to
tius eſt,vnde cum ſtricta interpretatio in pœnalibus ſit in fa
uorem alicuius hominis,qui eſt pars totius multitudinis:cõ-
temni debet ille fauor propter fauorem totius communita-
tis. Panor.quoque in c.ex tenore.qui fil.ſint leg. dicit quòd
conſtitutio pœnalis debet & poteſt extendi , & largo modo
interpretari,quando emanat,vt euitentur pericula animarũ.
cuius ratione intellige eſſe,quia pro ſalute animæ cõtenen-
da eſt corporis ſalus. Sed limita quando etiã ipſa larga inter
pretatio expedit ſaluti animarũ.Et ex his fieri poteſt regula
generalis philoſophica,quòd quoties illud,in cuius fauorem
tendit larga interpretatio cõſtitutiõis pœnalis, eſt fauorabi-
lius eo,in cuius fauorẽ tẽdit interpretatio ſtricta,largè inter
pretandum eſt:quia eius,quod magis diligimus , oppoſitum
magis odimus regulariter,ſecundum Philoſophum.¶Vice-
20 ſimò quæritur,†quomodo mõſtretur & deprehẽdatur mẽs
legis comprehenſiua & extenſiua?Et dico ſecundum Ioann.
de Imo.& Gemi.in d.c.ſi poſtquam.de ele.lib.vj.quòd com-
prehenſiua monſtratur ex quatuor.¶Primò, ex cõmuni vſu
verborum : quia præualet omni rigori & ſignificationi ver-
borum.ff.de le.iij.l.librorũ.§.quod tamen Caſsius.& de con
ſue.cum dilectus.¶Secũdò, ſi aliter intelligendo ſequeretur
abſurdus intellectus: cum lex debeat eſſe poſsibilis & hone-
ſta.iiij.diſt.erit autẽ.& no.Bartol.in l.omnes populi.ff.de iu-
ſti.& iure.Exemplũ : Lex dicit,qui occiderit hominem,capi-
te puniatur.Si ad literam debet intelligi,ſequitur quòd occi
dens ſeipſum deſendendo,vel furioſus,deberet occidi. cõtra
cle.ſi furioſus.de homi. quòd eſt abſonum.¶Tertiò , quãdo
in lege eſt expreſſa ratio legis:quia ex illa,vt dictũ eſt,colli-
gitur mẽs legis.& facit cle.j.de elec. Exemplũ in c.ex parte.
de poſtulan.vbi prohibitio de aduocãdo facta monachis,ex-
tenditur ad canonicos:quia licet ſint diuerſi,tamen quia con
ſtitutio fundat ſe ſuper religione , extenditur etiam ad cano
nicos. Et ideo omnis conſtitutio quæ habet reſpectũ ad re-
ligionem,licet loquatur de monachis, cõprehendit etiã ca-
nonicos, & omnes qui tria vota promittũt.Secus ſi loquere-
tur de religione cum aliqua qualificatione : puta monachus
niger,& huiuſmodi.¶ Quartò , quando per eandem conſti-
tutionem vel per aliam apparet id quod ibi eſt poſitum, gra
tia exempli fuiſſe poſitũ : ſicut l.j.ff.vti poſsi.dicitur quòd li-
cet verba edicti loquatur de æde: tamen in fundo etiam ha-
bent locum:vt in §.hoc interdictum omnibus ibidem. mens
autem extenſiua ſecũdum eoſdem comprehẽditur ex iden-
titate rationis non ſcriptæ,vt in l.j.C.de interdi.& rele.facit
c.inter cætera.de reſc.& c.ij.de transla.præla.quia de ſimili-
bus ad ſimilia idem iudicium eſt : vt dicitur in d.c. ¶Viceſi-
21 moprimò quæritur , †vtrum ſi lex aliquid non prohibet, in
telligatur eſſe conceſſum? Et dico quòd in c.inter corpora-
lia.de transla. habetur duplex argumentum : vnum ſcilicet
quòd prohibita intelligantur omnia quæ non ſunt cõceſſa:
dicente tex.quòd nõnunquam intelligitur prohibitum quod
non eſt conceſſum:aliud quòd cõceſſa intelligantur omnia,
quæ non ſunt prohibita:& vtrunque argumentum habetur
ibi in gloſſ.quæ & ſoluit,dicẽs primum habere locum in iu-
dicijs:adde & contractibus ſtricti iuris:vt in arbitrijs,& priui-
legijs,& reſcriptis licitis:ſecundum verò in iudicijs & contra-
ctibus bonæ fidei,in beneficijs,abſolutionibus , & in edictis
prohibitorijs,in quibus quilibet admittitur qui non prohibe-
tur. Dicit autem Hoſtien.quòd ſi cõſtitutio promulgatur
affirmatiuè,omnia quæ continet,& ex eis ſequentia videntur
cõceſſa,niſi reperiantur prohibita : puta conceſſum eſt con-
trahere matrimonium:ergo cuilibet, & ſemper,niſi reperia-
tur prohibitũ.Si verò promulgata ſit negatiua,omnia et eis
ſequentia intelliguntur prohibita , niſi reperiantur cõceſſa:
ſicut prohibetur ne quis occidat : ergo ſemper & omnibus
prohibetur.niſi quando inuenitur conceſſum. ¶Viceſimoſe-
cundò quæritur , †vtrum lex indulgens aliquid quod poteſt 22
tendere in alterius præiudicium,intelligatur ſaluo intereſſe
partis?Et dico quòd ſic:vt tenet Bal.de pa.iura.ſir.& Panor.
in c.j.de iudi.¶Viceſimotertiò quæritur,† vtrum cõſtitutio 23
intelligatur reſpicere præterita vel futura? Et dico quòd fu-
tura ſolum.de conſtit.c. cognoſcentes.& ibi Panorm.& hoc
niſi in ea nominatim de prꝙteritis caueatur.eo.ti.c.ſi.Sed ad-
de ſingulare dictum Panor.in c.quoniã ſimoniaca.de ſimo.
quòd conſtitutio iuris antiqui declaratoria addens nouam
pœnam,non extenditur reſpectu pœnæ ad præterita:& ſic
reſpectu illius pœnæ cenſetur cõſtitutio noua:quod optimè
probatur ibi.Nam licet ante illam cõſtitutionem concilij ſi
monia cõmitteretur in receptione monialium pretio dato:
tamen iſta pœna non erat ſic ſtatuta,ſcilicet quòd moniales
committentes ſimoniam in earũ receptione de monaſterio
pellerentur,in arctiore ad agendum pœnitentiam detrudẽ-
dæ:quæ pœna nõ extenditur ad moniales ante dictã cõſtitu-
tionem per ſimoniam receptas.Hanc opinionem tenet Pau.
de Elea.in procœmio Clemẽti.& idem Card.per gl.in cle.ex
graui.de vſur.& idẽ Land.Et dicit idem Panorm.in d.c.ſimo.
quòd vbi cõſtitutio eſt declaratoria iuris naturalis, extendi-
tur ad præterita:quia is qui declarat,nihil de nouo inducit.l.
hæredes palam.ff de teſtamen.Vnde potius ligat cõſtitutio
antiqua,quàm noua declinatoria. Sed vbi cõſtitutio eſt par-
tim declaratoria,& partim noui iuris editoria,licet cõcernat
præterita,inquantum eſt declaratoria,non tamen inquantũ
eſt noui iuris editoria.Exemplum:Dicit cõſtitutio quòd ne-
mo audeat vſuras exercere:& quicunque exercuerit, punia-
tur publicatiõe omnium bonorum.Nam certè licet factum
ſit damnatum de præterito : tamen pœna publicatiõis cum
ſit de nouo,non extẽditur ad eos, qui vſuras exercuerunt an
te iſtam cõſtitutionem. ¶ Et per hæc ſoluitur quæſtio ſu-
ſequens:gabellarij exigentes pedagia à clericis ſunt iure cõ
muni excommunicati epiſcopaliter ſolum, vt in c.quãquam
de cen.lib.vj.ſed deinde per extrauagantes,& proceſſum cu-
riæ à tempore Pauli ſecũdi ſunt excommunicati papaliter.
Quæritur ergo,vtrum illi qui inciderũt in antedictas extra-
uagantes ſint excommunicati epiſcopaliter tantùm,vel etiã
papaliter?Et dico quòd epiſcopaliter tantùm:quia licet illæ
poſteriores cõſtitutiones ſint iuris veteris declaratoriæ: pœ-
næ tamen in eis contentæ ſunt nouæ,& ad præterita non ex-
tenduntur : & idem in ſimilibus dicito.¶ Viceſimoquartò
quæritur,†vtrum lex vel ſtatutum loquens per verba præte-
riti temporis indulgẽdo aliquid,extendatur ad futura?Di-
cit panorm.in d.c.cognoſcentes.de conſti.quòd nõ, ne des
mate-



materia delinquendi:vt eſt tex.limitans hanc materiam in l.
cùm lex.ff.de legi.per quam dicit Bart.quòd ſi ſtatuto caue-
tur quod quilibet bannitus ſoluens decem,eximatur de ban
no:non habet locũ reſpectu eorũ qui bannientur de futuro:
quia daretur materia delinquendi. Secus aũt ſi ceſſaret hæc
ratio:quia licet loquatur per verba præterita vel præſentia,
extenditur ad futura : quia lex ſemper loquitur.l.Arriani.C.
de hære.¶Viceſimoquintò quærit,†vtrũ leges humanꝙ ſint
25 mutãdæ faciliter?Et dicit Aug.in primo de lib.arb.quòd lex
temporalis quãuis iuſta ſit,mutari tamen per tempora iuſtè
poteſt quod ſcd̃m S.Th.j.ij.q.xcvij.ar.j.dupliciter cõtingit,
lex ſit quid directiuũ actuũ humanorum. Primò ſcilicet ex
parte rationis,cui naturale videtur gradatim ab imperfecto
ad perfectũ venire.vnde ſicut primi philoſophantes tradide
runt imperfecta quædam per poſteriores magis perficienda:
ita in operabilibus primi intendentes inuenire aliquid vtile
hominũ cõmunitati,inſtituerunt imperfecta quædã in mul-
tis deficientia,quæ poſteriores mutauerũt,inſtituẽtes aliqua
quæ à cõmuni vtilitate deficere poſſent in paucioribus.¶Se-
cundò,ex parte hominis per mutationem conditionis homi
num:quibus ſcd̃m diuerſas eorũ cõditiões diuerſa expediũt.
ſicut ſecundum Aug.vbi s̃.ſi populus ſit moderatus & grauis,
& communis vtilitatis diligentiſsimus cuſtos : rectè fertur
lex,qua ſibi liceat creare magiſtratus : quæ poteſtas ſibi re-
ctè adimitur,ſi paulatim deprauatus,flagitioſis regimen cõ
mittatur . Vnde ſicut ciuilia,ita & canonica iura aliquando
mutata ſunt:ſicut patet di.lxiij.c.vota.circa electionem pon
tificum,quæ principibus catholicis vſu & conſtitutione præ
ſentabatur,vt illa eorum authoritate roborata nullus hære
ticorũ aut ſchiſmaticorũ auderet cõtraire. ſed quia Impera-
tores ſuũ modũ ignorãtes aliquãdo nõ in numero cõſentien
tium,ſed diſtribuentiũ,imò exterminantiũ eſſe voluerũt,fre
quenter etiã in hereſim lapſi vnitatem eccleſiæ impugnare
conati ſunt:ſanctorum patrũ cõtra eos inſtituta prodierunt,
vt ſe electioni non ingererent:& qui eorum ſuffragio eccle-
ſiã obtineret,anathematis vinculo innodaretur. Nõ tamen
debent leges ſine cauſa multũ vtili vel neceſſaria mutari,di.
xij.ridiculum.quia vt dicit S.Tho . cum ipſa legis mutatio,
quantum in ſe eſt,habeat detrimentũ communis ſalutis ſiue
vtilitatis,eò quòd conſuetudo iuuat ad obſeruantiam legis,
quæ ab ea habet maximam virtutem ſecũdum Philoſophũ,
ſecundo Pol.nunquã debet lex mutari,niſi ex alia parte tan
tum recõpenſentur cõmuni ſaluti quantum ex iſta deroga-
tur:quia intantum rectè mutatur,inquantũ per eius mutatio-
nem prouidetur bono cõmuni : hoc aũt contingit ex aliqua
maxima & euidenti vtilitate proueniente ex nouo ſtatuto,
vel ex eo qđ eſt maxima neceſsitas:quia lex aut grauamen,
aut iniquitatem,aut nocumentum continet.¶Viceſimoſex-
26 tò quæritur,†quibus & quotupliciter lex tollatur?Et dico ꝙ
multis & multipliciter.¶ Primò,per conſuetudinem contra-
riam,vt dictum eſt s̃.Conſuetudo.§.vj.& ĩ. Statutum . §.iij.
¶Secundò,tollitur etiam per non vſum aliquo modo : pro
quo ſcito quòd,vt colligitur ex Pan.in c.Ioannes.de cle.con
iug.ſi non vſus habet in ſe actũ tacitũ cõtra diſpoſitionem iu
ris,inducit cõſuetudinem derogatoriã legis.Exemplũ:lex de-
fert hæreditatem cõmuniter & æqualiter filijs tam maſcu-
lis quàm fœminis.l.maximũ vitiũ.C.de liber.præ.ſed cõſue-
tudo defert ſolũ primogenito,vel ſolũ maſculis.Licet igitur
ſecundogeniti vel fœminæ nunquã ſint vſi illa lege cõmuni,
tamen conſuetudo inducitur propter actũ tacitũ contrariũ
legi.Si verò non vſus non habet actum contrarium legi ta-
citum vel expreſſum, non inducitur conſuetudo contra le-
gem per non vſum:ſicut : verbi gratia: licet ſint plus quàm
centum anni quòd nullus vendidit hermaphroditum : non
tamen non eſt abrogata lex,quæritur.ff.de ſtat.ho.quæ vult
vt æſtimetur ſecundum ſtatum prꝙualentem.Similiter licet
non agam contra eum,qui mihi damnum dedit, actione le-
gis Aquiliæ,nõ tamen per hoc abrogatur illa lex : quia ipſa
nõ neceſsitat ad agendũ:ſed dat facultatem.¶Tertiò tolli-
tur per legem ſiue cõſtitutionem cõtrariã.pro quo no.quòd
Pan.in c.cùm acceſsiſſent.de conſti.& Bar. poſt Cy.in d.l.o-
mnes populi.ff.de iuſti.& iu.dicit quòd prior lex vel conſtitu
tio tollitur per legem contrariam poſteriorem:licet non fi-
at mentio de prima.de cogna.ſpir.c.j.niſi habeat clauſulam
derogatoriam ad ſecundam:quo caſu opus eſſet facere men
tionem de prima.arg.l.ſi quis in principio.ff.de lega.iij.& in
c.nonnulli.de reſcriptis.aliqui tamen dicunt oportere face-
re mentionem de prima habente dictam clauſulam deroga
toriam ad ſecundam,ſi loquamur de priuilegio,& reſcripto,
quæ ſunt priuatæ leges:non autem ſi de legibus & ſtatutis:
per cle.dudum.de ſepul.quia cum princeps præſumatur o-
mnia ſcire,videtur velle reuocare ſcienter ſtatuendo in con
trarium:ſed ſecus in priuata,quæ eſt in facto . & placet hæc
opinio etiã ſi lex prior priuata non habeat dictam clauſulã:
quia dicit Arch.ſimpliciter quòd poſterior conſtitutio prio-
rem tollit,etiam ſi de illa non faciat mentionem: niſi prior
ſit reſcriptum.de reſcri.cæterum.vel priuilegium:vt no.diſ.
xviij.quoniam.in gl.vel niſi ſit conſuetudo:quia non tollitur
per ſequentem conſtitutionem:niſi fiat mentio de ea.de cõ-
ſti.licet.lib.vj.Vnde etiam ſi non habeant dictam clauſulã,
adhuc poſteriori lege non tolluntur:niſi de his fiat mentio.
¶Viceſimoſeptimò quꝙritur,†quid lex tollat?Et dico quòd 27
tollit multa.¶ Primò legem,vt dictum eſt §.priori.& ſecun
dò conſuetudinem generalem,iuxta dicta s̃.Conſuetudo.§.
vj.Conſuetudines autem & ſtatuta particularia locorum vel
perſonarum ſingularium,conſtitutio noua principis non tol
lit,modò ſint rationabilia,cùm ſint facti,& in facto cõſiſtãt:
& ea poſsit papa rationabiliter ignorare:niſi de hoc conſti-
tutio expreſſam fecerit mentionem,de cõſti.licet.lib.vj.Vn-
de tertio tollit conſuetudines & ſtatuta ſpecialia, ſi de eis fa
ciat mentionem.¶Quartò etiam tollit ſtatuta ſpecialia, e-
tiam ſi de eis non fiat mentio ſpecialis quãdo illa continent
ſolùm ius commune:quomodo intelligo dictum Dire . Nã
ſi epiſcopus fecit ſtatutum,quo ſolùm cauetur ius cõmune:
& papa deinde fecerit nouam conſtitutionem cõtrariam il-
li ſtatuto:vt extra de æta.& qual.præterea.quꝙ quãtũ ad prꝙ
ſentationes patronorũ eſt hodie reuocata,de inſti.ſi is.lib.vj.
dicit idem quòd ſicut ſublatum eſt ius cõmune,ita & ſtatutũ
epiſcopi quod ſimpliciter continebat id, quod & dicta de-
cretalis:quia illud nõ eſt facti,nec conſiſtit in facto. imò eſt
iuris,& conſiſtit in iure : quia hoc loco ceſſat ratio d.c.licet.
ſecundum Inno.& Hoſt.Et ſi contrariũ diceretur, iã epiſco-
pi poſſent tollere authoritatem ſummo põtifici faciendi iu-
ra in ſuis diœceſibus ſtatuendo ſimpliciter,quæ iure cauent.
hæc no.Arch.& Io.And.in d.c.licet.¶Viceſimooctauò quæ-
ritur,†vtrũ actus geſtus cõtra legem,ſit nullus ipſo iure?Et 28
dicit regula iuris quòd quæ contra ius fiunt,debent pro infe
ctis haberi.¶Quam regulam quidam,vt refert Io And.di-
cunt habere locum ſolùm quando ius prohibet aliquid non
ſimpliciter,ſed addit,& ſi contrariũ fiat,non valeat.Sed hoc,
inquit,reprobatur per l.non dubiũ.C.de legi.vbi habetur ex
preſsè quòd ſufficit legiſlatorem aliquid ꝓhibuiſſe:licet nõ
adiecerit,ſi contra factum fuerit,nõ valere.¶Quidam verò,
vt Sum.Piſ.& Supple tenent regulam ſine illa limitatione,
dicentes quòd indubitanter tenendum eſt quæcunque lex
prohibet nullo alio addito : quæ contra fiunt ipſo iure non

valere,niſi ſint talia,quòd eorum effectus reuocari non poſ
ſit,vt homicidiū,quod ſcilicet tenet de facto.Et ſi quid aliud
lex addit,hoc pōt eſſe tripliciter. Primò addendo verba an-
nullantia:vt dicendo,ſi contra factū fuerit,ſit irritū& inane:
& tunc eſt planum.ff.de tute.l.mutuo.§.ſub cōditione.Secū
dò addendo verba exprimentia modū,per quem illud factū
annullatur:vt dicendo,qui contrafecerit, remoueatur exce-
ptione tali vel tali,vt Macedoniani aut Velleiani,de dolo,&
huiuſmodi:& tunc valet factum contra legem prima facie,
ſed remouetur exceptione appoſita. Tertiò addendo verba
cōfirmatiua:vt,ſi cōtra factū fuerit,valebit q dem&c. & tūc
valet.ff.de fideiu.l.Græcè.§.à tutore.& interdi.& releg.l.re
legatorum.§.ad tempus.ff quando appellā.ſit.l.j.§.biduum.
Et hæc eſt ſententia Dy.& Cy.Sed contra hanc opinionem
obijci poteſt eo modo quo Io.And.obijcit in gl.contra regu
lam prædictam,de matrimonio contracto poſt ſimplex vo-
tum,quod tenet:vt de vot.cap.vno.lib.vj.& contracto con-
tra interdictum eccleſiæ.extra eo.per totum.& inter compa
tres ex catechiſmo.de cog.ſpi.c.ij.libr. vj.& de ſententia ſub
conditione data,quæ tenet.ij.q.vj.biduum.& de eccleſia con
ſecrata per alienum epiſcopum,& de omnibus quæ fieri pro
hibentur,tamen facta tenent:vt in d.§. ad tempus. & de his
quæ fiunt contra ius,& poſtea confirmantur.quæ idem alle-
gat in regula,non firmatur.de re.iu.lib.vj. Et ſoluit ipſe pri-
mò ſecundum Io.Ber.&Accur.hanc regulam habere verita-
tem in his quæ habent perpetuam prohibitionis cauſam:cō
traria verò in his quæ temporalem. Vel ſecundò,inquit,dic
hanc regulam eſſe veram,niſi eodem vel alio iure tollere-
tur,id eſt,ad annullandum certa actio vel exceptio paratur,
vt in his quæ fiunt dolo vel metu,ſecundum Dy. quia factū
tenet licet non teneat cōſiderato effectu.ff.eo.l.nihil inter-
eſt.& ſic intelliguntur contraria. Vel tertiò,inquit,dic quòd
illa non ſunt contra ius:quia licet ius non aſsiſtat,non tamen
plenè reſiſtit.hæc ex illo.Sed tu ſi vis tenere primam opinio
nem,ſolue per ſecundam reſponſionem Io.An.quòd omnia
illa iura tollerentur,quia adduntur prohibitioni verba con-
firmatiua:vel per tertiam quæ redit in ſecundam.¶Pan.au-
tem videtur opinionem Sum.Piſ.diſtinguendo limitare:quia
in cap.in nomine Domini.de teſta.ad quæſtionem principa-
lem reſpondet diſtinguendo.Nam ſi diſpoſitio,id eſt,conſti
tutio non eſt pœnalis,regulariter actus eſt nullus:vt in regu
la,quæ contra ius.& in l.non dubium.C.de legib.quod intel
lige quando lex habet perpetuam cauſam prohibitionis, id
eſt,ratio prohibendi eſt perpetua.ſecus ſi temporalis:de quo
vide ſ.Matrimonium.viij.impedimento xvj. & in c.vides.x.
diſt.vbi eſt bona gloſſa. Si verò diſpoſitio eſt pœnalis: qui-
dam dicunt quòd per appoſitionem pœnæ ſuſtinetur actus:
quia lex tunc non videtur ſimpliciter prohibere: ſed vltrà
proceſsit apponendo pœnam.quod verum eſt, niſi lex vltra
pœnam inducat actus nullitatem:vt in l. iubemus. C.de ſa-
croſan.eccl.& in c.quia propter.de elec.Et licet hæc opinio
non videatur placere Bar.in l.prætor.ff.de no.ope.nun.quia
allegat d.l.iubemus.& multa iura quæ vltra pœnam indu-
cunt actus nullitatem:tamen reſponderi poteſt quòd in iuri
bus illis lex non fuit contenta pœna,ſed etiam voluit induce
re actus nullitatem.¶Ego verò ſuppoſito quòd regula non
intelligatur in maleficijs,quæ ſcilicet tenent de facto, ſicut
occiſus reuiuiſcere non poteſt:ſed, vt dicit Io.And. tenet in
his quæ de iure ſortiuntur effectum:id eſt, aliàs ſortiri poſ-
ſent:nec in habentibus temporalem cauſam prohibitionis,
ſed in habentibus perpetuam.Colligendo omnia prædicta,
quæ vera ſunt ad rectum ſenſum, dico quòd contra ius fit
aliquid duobus modis. Primò ſimpliciter,quando ſcilicet ius
prohibet nullo addito vel addita actus nullitate: & tunc in-
dubitanter non valet:& ſecundò ſecundum quid, id eſt, ali-
quo addito,quod eſt prohibere ex parte & ex parte conce-
dere:vt patebit.& fit tribus modis:& quidem ſi prohibitioni
addatur pœna extra ea quæ ſecundum ſe ſunt illicita, id eſt,
maleficia,factum tenet:niſi expreſsè annulletur:quia ſic pro
hibetur:puta dicendo, nullus emat à tali ſub pœna decem:
eſt prohibere vno modo, & alio modo concedere: quia
eſt dicere,nullus emat ab illo:& ſi quis vult emere, ſoluat
decem:vnde tenet emptio. Si verò addatur confirmatio a-
ctus prohibiti & contra legem facti, etiam eſt prohibere
aliquo modo,id eſt,ante factum,& aliquo modo non:id eſt,
poſt factum. & ſic etiam tenet,licet interuenerit peccatū.Si
verò addatur modus annullandi,etiam eſt prohibere aliquo
modo:id eſt,ante factum,& aliquo modo concedere,ſcilicet
poſt factum,donec irritetur:vnde tenet in ſe prima facie,ſed
non conſiderato effectu.&ſic patet quòd factum contra ius,
eo modo quo eſt factum contra ius,nunquam tenet de iure,
licet teneat alio modo quo à iure toleratur.¶Sed tamen ad-
uertendum eſt,& iam aliqualiter patet ex dictis,quòd ſecun
dum Pan.non ſemper ex non obſeruantia legis inducitur ip
ſo iure nullitas:ſed aliquando irritat ipſo facto: aliquando
præſtat cauſam irritandi.Si enim lex iubet aliquam ſolenni-
tatem adhiberi tempore contractus: ſi aliter fiat, actus eſt
nullus ipſo iure:vt in c.ſiue ex.xij.q.ij.&.c.auditis.de elec.&
in d.l.non dubium.& C.de teſt.l.hac conſultiſsima. Si verò
iubet aliquam ſolennitatem adhiberi poſt contractum vel
alium actum perfectum:tunc ſi ſolennitas illa non interue-
nit,non inducitur nullitas actus ipſo iure:ſed non valet in ef-
fectu:quia debet annullari,niſi aliud expreſſe caueatur in di
ſpoſitione.& hoc videtur probari in l.vniuerſa. C. de preci.
Imper.offe.Exemplum:ſtatutum dicit,de quolibet contra-
ctu ſoluatur gabella in decem ſolidis pro libra:certè ſi non
ſoluitur,contractus remanet validus; licet poſsit annullari.
quod procedit etiam ſi lex dicat,aliàs non valeat:quia debet
intelligi non valer,ſcilicet in effectu,vt in d.l.vniuerſa.ſecus
ſi diceret,non valeat ipſo iure,vel ipſo facto. Ex prædictis
poteſt colligi ratio quare aliqui actus contra legem facti te-
nere dicuntur,& non ſunt nulli ipſo iure.& ſunt quatuor.
¶Primus eſt ſecundum gloſſ.in cap.tua fraternitas.de ſpon.
duo.& Ioan.Andr.& Bernard. & Accur.quando cauſa prohi-
bitionis eſt temporalis,& non perpetua:vt in c.primo.de ma
tri.con.contra inter.eccle.quæ dicitur temporalis,quando
eſt reſtricta ad certum tempus. puta ſi prohibeatur matri-
monium propter venerationem certæ diei: vel ſi prohibea-
tur profeſsio fieri intra annum:vt in cap.ad apoſtolicam.de
reg.iuris.libro ſexto.Secus ſi prohibitionis cauſa eſt perpe-
tua:puta cùm prohibetur aliquid ſecundum ſe propter ma-
lum,quod inde ſequi poteſt:vel bonum quod poſſet impedi-
ri,vt matrimonium in certo gradu.& ſic intellige dictam le-
gem,non dubium.& cap.vides.diſtinctione x.& cap. contra-
dicimus.xxxv.quæſt.iij.& cap.non oportet.xxxiij. quæſt.iiij.
¶Secundò ſecundum Card.in clem.prima.de reſcrip.quan-
do lex punit contra facientem:quia tenet,ſi expreſſe non an-
nulletur factum contra:ſecus quando punit, ſed ſolùm pro-
hibet:& ſic loquitur dicta l.non dubium. ¶Tertiò ſecun-
dum Panormitanum in cap.ad apoſtolicam. de regu.quo-
niam prohibitio legis concernit principaliter fauorem a-
cuius:quia talis prohibitio habet potius vim exhortatoriam
reſpectu illius,pro cuius fauore principaliter fit: qui renun-
tiare poteſt.Pro quo facit iiij.di.§.hæc & ſi legibus.& inſtar
poſſe per hoc interpretari:licet ſtatuto caueatur ne minor
poſsit contractum facere ſine præſentia duorum agnatorum



quòd valeat contractus ſine præſentia eorum, ſi ſtatutum
expreſſe actum factum non annullet.facit l.ſi quis in cōſcri-
bendo.C.de pactis.& dicto cap.ad apoſtolicā. vbi patet ob-
ligationem acquiri Deo,licet actus ſit prohibitus à lege fa-
uore volentis profiteri. ¶Quartò ſecundum Card.in clem.
j.de iure patron.concordant gloſ.ibi & Paul.quando lex dat
certam formam ſuper eodem,quod alicui cōuenit ex ſua po
teſtate: ſicut ſi epiſcopo qui abſoluere poteſt ex ſua iuriſdi-
ctione ab excommunicatione quā ſibi conditor canonis nō
reſeruauit,lex mandat quòd non abſoluat, niſi faciat ſic vel
ſic:quia ſi contrarium faciat, abſolutio tenet. Secus quando
lex dat talem poteſtatem ei,qui aliàs eam nō habebat cum
tali forma:quia forma non ſeruata nihil facit.¶†Viceſimo-
17 nonò quæritur,vtrum teneāt facta in fraudem legis? Et di-
co quòd in fraudem legis nihil agendum eſt. ff. de legibus.
l.contra legē.quia cum quid prohibetur vna via,intelligitur
prohiberi & alia.de regulis iuris.c.cum quid.lib.vj.Vnde fa-
cta in fraudem legis,non tenent:vt not.Bartol.in l.amplius.
ff.rem ra.habe.alleg.l.ſi libertus minorem:& ibi text. ff. de
iure patro.Secus autem ſi quid fieret in fraudem hominis,e-
tiam principis. Vide Panor.in cap.dilectus.el ij. de præben.
& quod not.in d.l.ſi libertus.Quomodò autem fiat fraus le
gi,vide ſuprà Fraus.§.j.

¶De materia etiam Legis,vide ſuprà Conſue-
tudo,& infrà Statutum.

## De Libello actoris & Famoſo.


1 *Libellus quid & quotuplex ſit.*
2 *Libellus quid continere debeat.*
3 *Libelli oblatio an ſit de ſubſtantia ordinis iudiciarij.*
4 *Libellus famoſus quid,& quæ ſit pœna componentis.*
5 *Libellum famoſum componentis qua pœna feriatur.*


LIBELLVS diminutiuè quaſi paruus liber
dictus,iuridicè dicitur multis modis. poteſt
enī hoc diminutiuū deſcendere à liba libæ:
vel à libū libi.& eſt panis azymus ſiue ſubci
nericius,de quo in l. iudices.C.de epiſc.audi.
vbi tex.dicit quod incarceratis debet tradi libellus duobus
aut tribus diurnis.gloſ.id eſt,panibus.poteſt etiam deſcende
re à liber libri.& ſignificat primò generaliter omnē paruū
librum quicquid contineat:ſicut & codicillus paruulū codi-
cem.Secundò ſumitur pro ſcriptura demādatoris:vel tertiò
pro ſcriptura recuſationis: vel quartò pro ea quam dat vir
vxori repudiatæ,qui etiam dicitur libellus repudij:vel quin-
tò pro ſcriptura apppellationis.ff.de appel.l.j. ſextò pro ſcri
ptura,quam iudex dat appellanti apoſtolos. de appellatio.
cordi.lib. vj.ſeptimò pro ſcriptura continente preces obla-
tas principi.C.quando libel.princip.ob.fa.lit.conteſta.octa-
uò pro ſcriptura infamatoria:quæ dicitur libellus famoſus.
nonò propriè pro ſcriptura agētis, quæ continet quæſtionē
1 & futuram actionē. ¶Primò igitur quæritur,†quid & quo-
tuplex,& qualis ſit libellus agentis? Et dicit Cyn. quòd eſt
breuis ſcriptura intentionē actoris vel accuſatoris cōtra reū
clarè depromēs:vel eſt breuis ſcriptura actoris petitionē &
cauſam continens,& actionē complectēs.Eſt autem duplex
ſcilicet accuſationis.qui in criminalibus:& conuentionis,qui
in ciuilibus locum habet:vt eſt gloſ.in princ.cap.j.de libell.
oblatione.&,vt patet ex deſcriptione,nō debet libellus eſſe
verboſus vel vtens ſuperfluis,nec obſcurus,vel alternatiuus:
quia alternatiua obſcuritatē ponit:vt no.in gloſ.iij.l.ſi rē.ff.
de rei ven.eſt tamē libellus incertus admittēdus:vbi incerti-
tudo venit ex facto aduerſarij,iuxta not.in c.ſignificantibus.
de lib.oblat.de quo vide ibi,& glo.auream in cap.abbate ſa
nè de regul.iur.in verbo,dominij.lib.vj.¶Secūdò quæritur,
†quę & quot debeat continere dictus libellus?Et dico quòd 2
plura:vt in his verſibus:Quis, quid, coram quo,quo iure pe-
tatur,& à quo,Rectè cōpoſitus quiſque libellus erit.nam li-
bellum conuentionis oportet continere quis ſcilicet ſit, qui
conuenit alium,id eſt,nomen actoris. & quid petatur,id eſt,
rem petitam.& corā quo agitur,id eſt,nomē iudicis. & quo
iure quis petit.& ſic cauſam petēdi,& à quo petiturus,id eſt,
nomen rei.debet etiam cōtinere diem,in quo libellus datur
ſed in libello accuſationis contineri debet nomen accuſato-
ris,rei,& iudicis,& crimen de quo agitur:& quandoque per-
ſona,cum qua crimē dicitur commiſſum:locus,& dies accu-
ſationis,& menſis, in quo crimen eſt cōmiſſum: ſed diem &
horam ponere non eſt neceſſe,ſecundum Gofr. vide Panor.
in rub.de libel.oblat.¶Tertiò quæritur,†vtrum oblatio li-
belli ſit de ſubſtātia ordinis iudiciarij?Et dico quòd Bernar. 3
cap.j.de libel.ob.ponit opiniones pro & contra:& concludit
quòd ſic.Vnde ſemper offerendus eſt iudici in principio li-
tis,& in ſcriptis:& per eum reo,vt deliberare poſsit.iij.quæ-
ſtio.iij.offeratur.in modicis tamen cauſis ſcriptura nō requi
ritur.xj.quæſt.j.ſi quis cū clerico.¶Quartò quæritur,† quid 4
ſit libellus famoſus?Et dico quòd ſecūdum doct.eſt compo-
ſitio in ſcriptis facta in infamiā alicuius, eius quod probare
non vult, & in publico iactata, vel in loco vbi inueniatur.
¶Quintò quæritur,†quæ ſit pœna componētis libellum fa 5
moſum?Et dico quòd eſt quadruplex, ſecundum quòd qua-
tuor modis poteſt agi contra eum.Si enim agatur criminali
ter,& ſecundum leges,& ſit certū de authore,ſi ſit cōuictus,
ſecundum gloſ.ſum.v.quæſtio.j.ſecūdum leges decapitatur
ſiue deportatur.v.quæſtio.j.hi qui inuenti.& l.vnica.C.de fa.
libel.& ſit inteſtabilis.iiij.quæſt.iij.ob carmē.ff. qui teſtam.
fac.non poſſunt.l.qui.Si verò agatur ſecundum canones,ver
berandus eſt.v.quæſti.j.cap.j.& anathematizandus:vt in di-
cto capit.hi qui.& cap.ij.ead.quæſtio.Sed ſi ſponte confite-
tur,cùm non poſsit probare:mitius agitur cum eo.v.quæſt.
j:cap.ij.& ſic intellige quòd punitur ad arbitrium iudicis:de
officio.delegati.de cauſis.in fin.Si verò de authore certum
nō eſt,debet moneri vt prodeat in publicum,& probet quod
ſcripſit:quod ſi non fecerit, primò priuabitur ſacramentis,
poſtea excommunicabitur: & hoc eſt,cum innocens aliquis
infamatur: ſecus ſi fuerit reus qui accuſatur: quia expedit
peccata nocentium nota eſſe.ff.de iniur.l.eum qui. in prin-
cip.hæc gloſ.quæ videtur tota contineri ibi in cap.ij.& adde
quòd etiam poterit deponi, cùm illud crimen ſit graue,&
damnatione digniſsimum.xxv.diſtinct.§.nunc autem. Cir-
ca quā gloſ.aduerte quòd Sum.Angel. multipliciter deficit:
primò quia eam tenet indiſtinctè,cùm tamē Sum.Roſel.ſe-
quens Azo.dicat talem gloſ.locum habere in iudicio: quia
extra nemo debet alium prodere.vj.queſ.j.ſumma.de pœn.
diſt.j.homicidiorum.& de hoc vide infrà Rixa.§.per totum.
Secundò quia deprauat gloſſ.quantum ad illud,ſi verò ſpon
te confitetur,cum non poſsit probare locum,cuius de ſum.
habet:ſed ſi ſponte confitetur non timore probationum,mi
tius cum eo agitur. in quo habet ſenſum,ſcilicet quòd non
mitius agatur cum eo,ſi ſponte quidē fatetur, ſed timēs ne
conuincatur:quia cum etiam minor culpa ſit cōfiteri,quàm
obſtinatè perſiſtere vſque dum conuincatur, debet eſſe mi-
nor pœna. Aduertendum eſt etiam ſecundò de mente di
ctæ gloſſæ & textus in dicto cap.ij. quòd ſi author huius rei
occultus prodeat in publicum probaturus quæ continentur
in libello,liber eſt à dicta pœna.Aduertendū eſt tertiò quòd
ſecundum iura ciuilia,qui hunc libellum inuenerit ignarus,

& non ſtatim deſtruxerit vel occultauerit,ſed vim eius manifeſtauerit,ſcilicet dolo,quaſi author huiuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugatur:vt in d.l.vnica. Et ſic etiã ſcd̃m canones punietur vt author.Si verò agit̃ ciuiliter, ſcilicet actione iniuriarũ,quæ nõ publici iudicij , ſed priuati cõtinet quærelam.C.de iniur.l.iniuriarũ.pœna erit ſcd̃m iuramẽtũ actoris,& iudicis taxationẽ.Inſti.de iniu.§.pœna.Si verò agatur in foro pœnitentiali,tenetur,ſicut & alij detractores ad reſtitutionem famæ,ſcilicet alium libellum in contrarium faciendo:& vltra hoc tenetur de omni damno ſatisfacere.

## De Libero,libera,& liberè.

LIBER dicitur is,qui nullius ſubeſt poteſtati.ff.de captiu.& poſtlimin.reuer.l.non dubito.§.liber autẽ populus.ſiue liber eſt,qui ex ingenuis naſcitur,& à libertate dicitur.Et ſunt liberi filij,filiæ,& cęteri omnes in recta linea deſcendẽtes vſq; ad trinepotes:& vlterius dicuntur inferiores ſeu poſteriores:ſicut etiam parẽtes dicuntur omnes aſcendẽtes per paternam ſeu maternam cognationẽ nobis coniuncti vſq; ad tritauum:& vlterius dicitur ſuperiores ſeu maiores.ff.de verborum ſignificatione.l.liberorum.videtur autem quod appellatione liberorum veniant legitimi tantum,aut etiam naturales.Vide Panormitanum in c.in præſentia.de probatio.intricantem . & eo viſo,dic cum gloſſ.in clementin.vnica.de baptiſ.quòd nomine liberorum non veniunt naturales domini quo ad liberorum commodum vel honorem:licet veniant quo ad parentum reuerentiam. Appellatione autem filiorum regulariter non comprehenduntur nepotes.Inſtit.qui da.tuto.poſſunt.in fine.& eſt gloſſ.ſuper verbo,liberi.in clemen.vnica.de baptiſ.& facit glo.in capite,in præſentia.de probationi.

Libera. ¶Hoc autem verbum,libera,adiunctum poteſtati,videtur excludere alterius conſenſum:vt dicatur libera poteſtas,quando poteſt quis ſine alterius conſenſu diſponere.de poſtulatione præla . capite fina. Non tamen ſignificat vltra mandatum generale,cùm datur libera poteſtas aliquid faciendi: & conſequenter non videntur conceſſa quæ requirunt mandatum ſpeciale de communi vſu:licet ſecus ex ſignificato attento de iure ſcripto: quia tunc ſignificat poſſe fieri quod ſine mandato ſpeciali nõ fieret,excepta donatione. l. procurator cui generaliter .ff.de procurato.iũcta l.filius.ff.de donationibus. Significat ergo quòd poſsit alienare:quod non poſſet procurator , cui conceſſa eſt generalis adminiſtratio,non expreſſo verbo,libera: cuius ſignificatum additur & operatur : non autem ſignificat donationem,quæ ex ſua natura eſt gratuita.Vide Barto. in l.qui Romæ.§.Callimachus.ff.de verborum obligationi.

Liberè. ¶Hoc autem verbum,liberè , excludit omnem moram & conditionem de præbendis.extirpandæ.§.penultim.& capite,ſi beneficia.eodem titu.libro ſexto.& de offic. ordinar. cap.ordinarij.§.quod ſi forte.libr.vj.ibi per Io.And.& Arch. de homici.pro humani. lib. vj.imò ſecundum multos denotat quandam prærogatiuam abſolutam,ſeu dominium ſuper actum cui adijcitur:vt l.procurator cui libera.ff.de procurat.l.iuſiurandum.quod ex conuentione.§.fi.ff.de iureiur. de elect.cùm nobis olim.in fi.vide per Bar.in l.alio.ff.de alimen.& ciba. leg. & Pan.in c.cùm liberum.de ſepult.& in c. veſtra.de loca.Vnde liberum dominium non habet quis ſuper actum,circa quem,cum illum vult exercere, impeditur aliqualiter.Omnis enim prohibitio ſiue temporalis ſiue perpetua contradicit libertati.l.libertas.ff.de ſtatu homi.. quod nota:quia facit ad multa.

LIBERTVS,eſt ſeruus manumiſſus. de quo infrà Manumiſsio.

## De Lite & Litigioſis.

1 *Lis quid,& quòd ſit eius principium.*
2 *Litis conteſtatio quid ſit.*
3 *Litis quaſi conteſtatio quid ſit.*
4 *Litem pendere quid ſit.*
5 *Litigioſa res quæ ſit.*
6 *Litigioſus quis dicatur.*
7 *Litigioſi quæ ſit pœna. & nu.11.*
8 *Cedere quando quis poſsit actionem litigioſam.*
9 *Ceſsio actionis an poſsit fieri in clericum.*
10 *Litigãs an teneatur ad reſtitutionẽ expẽſarũ & damnorum.*

LIS à contentione limitis dicta eſt,ſecundum illud Virgilianum,Limes erat poſitus,litem vt diſcerneret agri. de verb.ſigni.forus.& dicitur mota lis cùm fuerit conteſtata:de verbo.ſigni.ex parte.el ij. & capitulo , aduerſarius. de except.Eſt autem lis idem quod litigium:vt innuit S.Tho. ij.ij.q.cxvj.& de mente eius ibi ſic diffiniri poteſt:Lis eſt contradictio verbalis oppoſita amicitiæ ſeu affabilitati,facta animo contriſtandi.Si enim contradictio fiat ratione perſonæ,cui non vult quis aſſentire,pertinet ad diſcordiam:ſi verò fiat ratione perſonæ quam quis contriſtari non veretur, ſic eſt litigium oppoſitum affabilitati ſiue amicitiæ,cuius eſt alijs delectabiliter conuiuere.Et ſic lis ſemper conſiſtit in hoc quod quis alicui malum infert vel aufert bonum:quia triſtitia ſiue contriſtatio non eſt niſi de malo inhærente,vel bono recedẽte.eſt autẽ duplex lis:quædam ſcilicet priuata, id eſt,quæ vertitur inter aliquos nullo præſente:vel præſente priuata perſona,aut publica non vt publica, ſed vt priuata:& quædam publica ſeu iudicialis , quæ vertitur inter aliquos coram publica perſona vt publica:de qua glo.in d.clarus.dicit quòd importat cauſam ciuilẽ,non criminalẽ:quod verum eſt quantum ad primam nominis deriuationẽ,quæ eſt à limite agri:tamen non video quare agitatio cauſæ criminalis non poſsit dici litigium,ſecundum principia S.Tho.

¶Primò verò quæritur,†quid ſit principium litis in iudicio? 1
Et dico quòd eſt conteſtatio:quæ eſt initium actionis & conflictus,non obſtante quòd oporteat libellum præcedere,ſuper quo fiat conteſtatio:vt de libel.obl.c.j.quia ipſa oblatio libelli eſt diſpoſitio ad conteſtationẽ:vñ ſemper neceſſe eſt quòd præcedat libelli oblatio.extra eod.c.j.niſi de partium conſenſu remittatur.¶Secundò quæritur,†quid ſit litis conte- 2
ſtatio?Et dico quòd ſecundum Gofr. eſt negotij principalis hincinde apud iudicẽ facta narratio,& ſubſecuta reſpõſio,ſiue negando,ſiue concedẽdo:quod primò eſt intelligendum iudice interrogante,& ſecũdò verbaliter,id eſt,ore tenus,ſecundum Pan.extra e.c.vnico.& tertiò intellige ꝙ hæc fiãt pendẽdo in cauſa & ea intẽtione directè & à ꝓpoſito: & quartò per principales pſonas,nõ per aduocatos,niſi fortè principales adeò fuerint indiſcreti,vt eorũ defectus de licẽtia iudicis ſuppleatur ꝑ alios:vt in c. paſtoralis.de iud. ¶Tertiò quæritur,†quid ſit litis quaſi cõteſtatio ? Et dico ꝙ eſt qñ aliquis cõuentus in iudicio ſuꝑ rebus mobilibus,quas poſsidet nomine alieno,nominat dominũ in iudicio, & accipit inducias ad denũtiandũ domino,vt ad iudicẽ veniat,aut mittat,ſi ipſe dominus nõ cõparet in termino ſibi dato.tũc enĩ lis dicit̃ quaſi cõteſtata cõtra dominũ:ſiue habetur pro cõteſtata ad interrumpẽdũ lõgi tẽporis pręſcriptionẽ:vt in c.qm̃ frequẽter.§ in alijs.ver.quod ſi ſuper.vt lit.nõ cõſt. ¶Quartò quæritur. †quid ſit litem pẽdere?Et dico quòd eſt litẽ conteſtari & ſic vſque ad ſententiã diffinitiuã vel terminum litis: ſed lis dicitur pẽdere quo ad hoc vt nihil innouetur:cum citatio legitimè peruenerit ad partẽ:vel per eam ſtetit quo minus perueniret,cum tali expreſsione quæ potuit inſtrui ſuper quo citatur:vt ſummat Ioan.And.in cle.ij.eo.tit. & poteſt addi vt ibi not.quòd perueniat debito tempore.¶Quintò quęritur,†quę ſit res litigioſa?Et dico quòd eſt res mobilis vel im- 5
mobilis,vel ſe mouens,de cuius dominio cauſa mouet̃ inter petitorem & poſſeſſorem iudiciaria cõuentione , vel precibus principi oblatis & iudici inſinuatis:& per eũ futuro reo cognitis.ita dicitur in authẽ.litigioſa res.C.de litig.& ſic res efficitur litigioſa ante litis conteſtationẽ per ſolam iudiciariam citationem,vel libelli, id eſt,ſupplicationis oblationẽ, ſcilicet factam principi.& ita tenet gl. in cap.eccleſia.el j.vt lit pend.& in c.j.eod. tit.lib.vj.& Panor.in d.c.eccleſia. licet quidam teneant quòd ſolum efficitur litigioſa per litis cõteſtationem:vt in d.c.j.glo.recitat,& improbat.Sed tamẽ Pan. ibidem dicit quòd glo.imperfectè loquitur,nihil. attingens de actione,an & quando efficiatur litigioſa,ita quòd cedi ſine vitio litigioſi alteri nõ poſsit.& ideo ipſe ibi ſic diſtinguit & limitat.nam cum agitur tripliciter,ſcilicet actione reali, perſonali,aut miſta:vt ſuprà Actio.illud,quod dictũ eſt, verum eſt quãdo agitur actione reali,& agitur de dominio.C. de litigi. in authent. litigioſa.& idem de quaſi dominio.vt Publiciana.de qua glo.in cap.abbate ſanè.de re iudi.lib. vj. puta cùm petitur res bona fide empta,& recepta à nõ domino:quia Publiciana eſt eiuſdẽ naturæ:vt no.in d.auth.Et idẽ ſi agatur de parte dominij,vt de vſufru.quia res erit litigioſa per conuentionẽ ſolam. arg.in d.Auth.& ibi no.& Bar.in l.j.ff.de litigi. Et hoc de ipſa re an verò & ipſa actio realis cum agitur de dominio vel quaſi,vel de eo quod eſt pars dominij efficiatur litigioſa per conuentionẽ ſolam, vt ſic non poſsit vlterius cedi ſine vitio litigioſi.Bart.in d.l.j.ff.eo.& in l.ij.C.eod.tenet idem in actone,quod in re ipſa.ſed Io.And. in cap.fin.extra eodem.tenet quòd reſpectu actionis requiritur litis conteſtatio: vnde ante vendi poterit , licet non ipſa res.Et hoc plus,inquit,mihi placet: quia cum dicta auth. faciat metionem ſolùm de re,nõ de actione ad rem, reſpectu actionis ſtabimus iuri antiquo quod videtur requirere cõteſtatio.vt l.ij.& l.fi.C.de litigi. Sed ſi agitur non de vero dominio vel quaſi:ſed de alio iure,puta hypothecaria:tunc res non efficitur litigioſa:vnde poteſt vẽdi cum onere ſuo:vt in d.auth.ſed ipſa actio efficitur litigioſa tãtum per litis cõteſta.vt erat de iure antiquo.d l.ij.& fi.Si autem,inquit,agatur actione confeſſoria vel negatoria, ſupple quod eſt etiã agere actione reali:tunc ſubdiſtinguo. nam ſi actor dicit ſe ius habere,puta agit ad præbendam tentam ab alio,quam dicit ſuam:& tunc res efficitur litigioſa:intellige per cõuentionẽ ſeu citationẽ:quia,inquit,licet incorporalia non ſint in bonis noſtris,ſunt tamen in quaſi bonis. Secus ſi dicat aliquod ius deberi:quia cùm non contendatur de dominio vel quaſi, non efficitur ipſa res ſeu ipſum ius litigioſum:vt not.Innoc. in cap.cum M.de conſtit.& limitandum eſt & diſtinguendũ dictum Bar.in d.l.j.quòd in incorporalibus res non efficitur litigioſa:vt in auth.eo.§ ad hoc.Ipſæ tamen actiones efficiũtur litigioſæ per litis conteſta.arg.in dicta l.ij.Si verò agitur actione perſonali:Bart.in d.l.j.dicit quòd ſi non cõtenditur de re ipſa:ſed de aliquo opere facto in re:res ipſa nunquã efficitur litigioſa,etiã ſi illa actio ſit in rem ſcripta.Si verò cõtenditur de re ipſa,efficitur litigioſa ipſa & actio per litis cõteſta.vt d.l. ij. C.eo.ſed ipſe in l.ij.C.eo.ſimpliciter dicit ꝙ ipſa res non efficitur litigioſa:ſed ipſa actio efficit̃ litigioſa per litis conteſta.& idem Ioan. And.extra eo.c. fi.& clarius Inno.in d. cap.cum M.vbi ſentit quòd licet per actionẽ perſonalem agatur ad ipſam rem,nihilominus nõ impeditur alienatio per litis conteſtationem:quia nõ efficitur litigioſa, ex quo non contenditur de ipſius dominio. Et hoc plus placet Pan.& videtur ei textus expreſſus in auth.de litigio poſt principium.Si verò agatur actione miſta:ſecundũ Bart.in l. ij.C.eod.& l.j.ff.eodem.ſi actio ſit vniuerſalis olim & hodie efficitur litigioſa res & actio per ſolam cõtrouerſiam ſeu citationem:vt l.diuus.ff.de peti.hęre.& l.alienationes.ff.famil. erciſcun.& not.in gloſ.vbi patet quòd poſt citationem non debet poſſeſſor.hęreditatis,alienare regulariter aliquã rem hæreditariã:ſiue agatur petitiõe hæreditatis,ſiue iudicio famil.erciſc.& placet Panor.quantũ ad res ipſas,de quibus dicta iura loquuntur :ſed ipſe actiones non prohibentur cedi ante litis conteſtationẽ.Vnde ſtarem,inquit,iuri antiquo vt ipſa actio vniuerſalis efficiatur litigioſa per ſolã cõteſta. vt d.l.ij.& fin.C.eodẽ.Si verò actio eſt particularis, vt cõmuni diuidundo,quæ datur ad diuidendũ rem particularem communem,tam res quàm actio efficitur litigioſa per litis cõteſta.vt l.j.C.cõmu.diui. iuncta l.j.& not.gloſ.in d.l.alienationes.& Bart.in iuribus pręallegatis.¶Sextò quæritur† quis ſit 6
litigioſus?Et dico quòd philoſophicè eſt is,qui ad omnia cõtrariatur cauſa contriſtandi:vt patet in ij.Ethi.id eſt, ille qui non eſt cum viuentibus affabilis ſeu delectabilis vt decet,ſed oneroſus,quia facilè verbis contẽdit. Sed iuridicę litigioſus eſt,qui tenetur litigioſo contractu : qui eſt, quando res vel actio litigioſa trãsfertur in alium,vel pignori datur,aut obligatur.Vnde dicit gloſ.in d.cap.eccleſia.vt lit.pen.quòd vitium litigij.dicitur,cùm quis rem litigioſam trãsfert in aliũ lite pendente:ſiue ſint res,ſiue actiones:C.de litig.l.vlt.& in auth.ibi poſita imò in d.cap.eccleſia dicit Panorm.quòd res litigioſa ſine vitio litigioſi nõ poteſt pignorari vel aliter obligari, vt videtur text.in l.ſi filius.§.fin.aliàs eſt in l.j.ff.quæ res pign.oblig.po.& ſentit gloſſ.in l.j.C.communi diui.& ſequitur Bart.in d.l.j.imò ſecũdum gloſſ.ibi in cap.eccleſia.el ij.incidit quis in vitium litigioſi per contractum locationis. quod Panor.in d.cap.eccleſia el j.dicit verum in locatione ad tempus longum vel longiſsimum,quia tunc conſtituitur ius in re.ff.de ſuperfi.l.j.& ij.ff.ſi ager vec. vnde prohibitus vendere,& obligare,prohibetur in longum vel longiſsimũ tempus locare:vt dicit gloſſ.in cle. vni.de re.eccle.non alie. ſecus in locatiõe ad tẽpus modicũ quia res litigioſa lege ꝓhibetur ſolùm alienari,pignorari vel obligari:vt in d.l.fi.C. de litig.& d.l.ſi filius.prohibitus autẽ alienare vel obligare, non prohibetur locare ad modicum tempus:vt eſt tex.maximè iuncta gloſ.in d.cle.vna.& in l pen.§.inſtituto ff.de leg. ij.vbi hæc not.Dyn.& Bar.quod tamẽ Panor.vbi ſ. limitat, niſi locatio ad tempus modicum ſit facta in potentẽ ſerioſe ita quòd rehaberi nõ poſſet de facto:quia ſatis tũc res videtur alienata & obligata,& ratio magis quàm verba attẽdenda eſt,vt l.cùm pater.§. dulciſsimis.ff.de leg.ſecundo & in c. fina. de regulis iuris. lib.vj.& quod not.ibi Dyn.& in l.non dubiũ.C.de legi.fit enĩ fraus legi de priui.quãto.& de imm. eccl c.fi.lib.vj.Sũt tamẽ caſus,vt dicit gl.in d.c.eccleſia.el j. in quibus litigioſa res alienari poteſt:qui ponũtur in d.l.vlti. C.de liti.ſcilicet nomine dotis,donatiõis ante nuptias,tranſactionis,& dimiſsionis rerũ hæreditariarũ factæ vel per legati vel per fideicõmiſsi cauſam.Et hoc locũ habet in ſpecialibus iudicijs:in vniuerſalibus verò cùm agitur de hęreditate.prætor permittit quãdoque fieri alienationem : ſcilicet pro impenſis funeris,pro ſolutione debiti.pro cibarijs familiæ.ff.de petitione hæreditatis.l.diuus.hæc in gl. dicit tamẽ ibi Panorm.quòd inquantum illa excipit caſum legati & fideicommiſsi hodie illa lex fin.quantũ ad hoc recepit correctionem per auth de litig.vbi dicit quòd ſi res litigioſa legatur alicui tunc hęres debet iudicium ad finem perduceret & ſi euicerit,rẽ tradat legatario:aliàs liberatur,cùm videa-

tur teſtator legaſſe litis euentum legando rem litigioſam: ipſe tamen legatarius, ne fiat colluſio contra eum, poterit in lite aſsiſtere hæredi: vt in dicto Authentico, de litigio. Adde etiam prædictis ſecundum Ange. in Auth. de litig. quòd litigioſa res alienari poteſt ab alijs, inter quos de ea nulla eſt

7 res. ¶ Septimò quæritur, † quæ ſit pœna eius qui eſt iuridicè litigioſus, ſeu quid operatur vitium litigioſi? Et dicit Panor. vbi ſuprà, quòd olim erant multæ pœnæ, de quibus per Bar. in l. j. ff. de litig. quæ hodie videntur ceſſare per pœnam legis nouæ; quæ latius videtur prouidere, ſcilicet C. de litig. l. fin. & ſunt principaliter duæ pœnæ. Prima, quia contractus non tenet. Secunda, quia contrahentibus ſcienter imponuntur certæ pœnæ, de quibus in d. l. fi. quas ipſe poſt Hoſti. ſic declarat. Si vterq; contrahentium ignorat, probabilis ignorantia excuſat. de conſti. cognoſcentes. de clerico. excom. mi. apoſtolicæ: licet ipſa in venditore vel aliter alienante difficulter reperiatur: cùm non poſsit ignorare rem eſſe litigioſam, niſi ſucceſſerit alteri, per reg. is qui in ius. de reg. iur. lib. vj. Vnde hoc caſu contractus non tenet: ſed aliæ pœnæ ceſſant. Si verò vterque ſcit: tunc non tenet contractus: & procedet lis ſuo more vt priùs: ſed pœnæ committentur: quia emptor perdit pretium, & venditor cogitur tantundem conferre de ſuo: & vtraque quantitas applicatur fiſco: vt d. l. fi. & adde quòd emptor reſtituet rem, ſcilicet venditori. Si verò aliter tantùm ſciuit: tunc ille ſolus punitur: & ignorans lucratur tertiam partem pretij. Si verò emptor recuperat pretium ſuum, & lucretur tertiam partem de eo quod venditor ſoluere de ſuo tenetur, reliquæ duę partes applicantur fiſco. Et idem dic in donatione: quia æſtimabitur res: & procedetur ad pœnas modo prædicto. Addit Panormitanus, primò quòd ſi quis rem litigioſam ſacræ domui dedicauerit, punitur in duplum applicandum petenti. ff. de litig. l. pe. & vlt. ſecundum Hoſtienſem. Addit etiam ſecundò, quòd eſt altius effectus huius vitij: quia ſententia lata contra alienantem, mandatur executioni abſque alia tela iudicij contra eum, in quem facta fuit alienatio: vt not. Bartolus in dicta lege prima, & latius per eum declaratur in lege, creditores. de pign. Addit tertiò has pœnas procedere, ſi fiat alienatio durante litigio. Si autem inſtantia eſt perempta: tunc aut per lapſum triennij de iure ciuili: & non impeditur contractus: nec habent locum ſupraſcriptæ pœnæ: ſed durat vitium litigioſi quo ad quid: vt lege prima. C. de præſcriptio. longi temporis. & per Bar. in dicta lege prima. aut quia actor renuntiauit liti. & tunc ex toto ceſſat vitium litigioſi. argu. l. poſtquam liti. C. de pact. no. gloſſ. in d. l. j. C. de præſcriptio. longi temp.

8 ¶ Octauò quæritur generaliter, † an & quando quis poſsit cedere actionem litigioſam vel aliam: & valet ceſsio? Pan. in c. fi. de ali. iu. mut. diſtinguit ſic: ¶ Si enim ceſsio facta eſt in vltima voluntate, tenet: vt not. in l. nomen. ff. de leg. iij. ſic tamen quòd ſi actio erat in iudicium deducta per defunctum, non debet agere legatarius, ſed hæres: & ſi euicerit, omnem talem vtilitatem, quam conſequetur, debet legatario reſtituere: & ſi nihil conſequetur, nihil reſtituat: vt dictum eſt §. priore. Sed ſi actio non erat deducta in iudicium, poterit legatarius poſt ceſsionem agere: vt in auth. nunc ſi hæredi. C. de liti. & hoc ſecundum gl. in auth. nunc ſi hæres. ſumptibus hæredis, ſi erat litigioſa cùm legabatur. l. cùm ſeruus. ff. de lega. j. Si verò facta eſt litigioſa viuo aut mortuo teſtatore, ſumptibus legatarij. ff. de le. j. l. ſeruus legatus, niſi hæres fuerit in mora. arg. ff. de leg. j. l. cùm res. ¶ Si verò ceſsio facta eſt, non in vltima voluntate, ſed inter viuos: diſtinguendum eſt. ¶ Nam ſi fit potentiori ratione officij ſeu dignitatis præcipuè, non valet: & cedens perdere debet omne ius quod habebat. & iſte eſt proprius caſus l. ij. C. ne li. po. & hoc verum ſecundum Spe. in tit. de ceſsione actionum. poſt Vin. quando fit potentiori malitioſè cauſa opprimendi aduerſarium: ſecus ſi bona fide. ar. l. qui ſtipendia. ff. de procur. & placet Pan. Si verò ceſsio fit potentiori, non ratione officij vel dignitatis, ſed ratione nobilitatis, vel quia ditior, vel alio reſpectu: tunc ſi fuit facta ceſsio ratione iudicij mutandi, poteſt excludi ceſsionarius per exceptionem: vt l. pe. & quod ibi no. ff. de alien. iudi. mu. cauſ. fac. non perdit tamen actionem cedens, ſed punitur ſecundum vnam opinionem: quia non poteſt amplius cedere iſtam actionem alteri: nec poteſt in ea conſtituere procuratorem, ſed tenetur proſequi: vt videtur innuere d. l. pe. Sed glo. in d. l. penul. dicit quòd in iſto caſu videtur tranſtuliſſe magis rem quàm litem: & ſic ceſsionarius habebit rem ſi euincatur: & cedens expenſas litis facit in damnum ſuum: ſecus ſi non fuit facta ratione iudicij mutandi: quia tenet, vt patet ex no. in gloſſa in l. j. C. ne li. po. ¶ Si verò ceſsio fiat inter viuos, & non potentiori: diſtinguitur. Nam ſi eſt dubitata quod eſt eo ipſo quòd in litigium deducta eſt: quia dubius euentus litis ſic regulariter alteri cedi non poteſt, ſed cedens incidit in vitium litigioſi: vnde puniri debet, vt in l. fi. C. de litig. & per gloſſ. in capite, eccleſia. el j. ne lite pendente. quod tamen fallit in caſibus ibi enumeratis. Vbi tñ notandum eſt quòd in caſibus, in quibus poteſt fieri ceſsio, proſecutio actionis non fiet à ceſsionario, ſed à cedente, ſecundum Inno. in quadam gloſſa in d. c. fin. qui allegat in arg. l. quanquam. ff. de aqua pluu. arcen. ¶ Si verò actio non eſt dubitata, tunc regulariter poteſt cedi titulo donationis, venditionis, vel alio titulo legitimo: vt probatur C. de hæred. vel actio. vendi. l. nominis venditio. & in l. per diuerſas. C. manda. ¶ Prætenditur tamen ſimulatus contractus ex multis. Primò ex pretij modicitate: & æſtimatur iſta actio ſecundum Panor. ibi, ſecundum dubium, expenſas, labores, & huiuſmodi. ¶ Secundò quando in ceſsione non exprimitur titulus: vt quando dicit, cedo actionem, &c. nec dicitur pro qua cauſa: vt probatur in d. l. per diuerſas. & tenent communiter doct. ¶ Tertiò, quando ceſsio fuit pro parte vendita & pro parte donata: vt dicta lege, per diuerſas. Ratio, quia iſta ceſsio eſt odioſa. ſecus in alijs, quia valet. Et iſto caſu admittitur ceſsionarius vſque ad quantitatem quam exburſauit: in alia verò perditur actio: vt in d. l. per diuerſas. ¶ Quartò, quando ceſsio purè venditur, tamen pretium non ſoluitur niſi pro parte, & de reliqua confitetur ſe recepiſſe. ¶ Quintò, quando dicit ſe donare propter benemerita, quæ non ſunt: falit in caſibus contentis in dicta lege, per diuerſas. vbi non præſumitur ſimulatio: vt puta, ſi inter cohęredes eſt facta ceſsio: vel cum eſt facta ſolutum vel pro munimine rei ſuæ: vt cum domus tua minatur ruinam domui meæ: ego timens emo ius tuæ: item ſi ſit inter legatarios & fideicommiſſarios: & quando hæres ceſsit actionem legatario. ſimiliter in ſocietate, ſcilicet quando ſocij ſibi cedunt actionem.

¶ Nonò quæritur, † an ceſsio actionis poſsit fieri clerico? Et dicit Pan. in d. c. fi. quòd non per venditionem: quia vilius emere & carius vendere clerico non licet: poſſet tamen clerico vel eccleſiæ bona fide donari ſecundum eundem ibi. ¶ Decimò quæritur, † vtrum litigans teneatur ad reſtitutionem expenſarum & damnorum parti aduerſæ? Et dico quòd ſic, ſi ſciebat ſe iniuſtam cauſam fouere: aut ſi à principio hoc neſciuit: ſed tamen cognouit in cauſæ proceſſu, & non deſijt: argu. cap. dominus de ſecun. nup. & in lege, ſi quis fideiuſſor. ſi iuratus. & ibi Bartol. ¶ Vndecimò quæritur, quæ pœna litigioſi philoſophicè, de quo ſuprà §. ſexto. Et dico quòd debere non debet ordinari. xlvj. diſtinctione §. primo.

Litera

Literae alienæ non debent aperiri: vt ſupra, Falſarius. §. j. literæ autem propriæ aliquando præiudicant proximo & tenetur ſcriptor ad reſtitutionem: vt infrà Reſtitutio. §. x. aliquãdo verò præiudicãt ſcribẽti. Et de hoc Panorm. in cap. fraternitati. de cleric. non reſi. concludendo poſt Bartol. in l. Lucius ff. de fideiuſ. diſtinguit. Aut enim ſunt literæ generales: ſicut cùm dicitur, præſentiũ latori fidem adhibeas: & iſto caſu cum iſte lator non poſsit contrahere: aut aliquid intẽtare in præiudiciũ ſcribẽtis: ſi is, cui ſcribitur mutuaret illi pecuniam: & huiuſmodi non pręiudicaret ſcribenti: vt in l. fin. C. quod cum eo qui in ali. poteſtat. quia ſunt literæ commendatitiæ, niſi aliud addatur: puta ſub periculo meo, & huiuſmodi: vel niſi doloſe dedit illi literas: quia tunc teneretur. arg. l. venditor. ff. de dolo. Aut ſunt literæ magis ſpeciales: puta quia dicitur in eis, tali de mea intentione pleneinformato plenam fidem adhibeas: quia tunc tenetur, & agit actione mandati contra ſcribentem ille, cui ſcribitur: ſed non debet ei cedere aliquo quod ei approprietur. facit l. ſi verò remunerandi. ff manda.

Litigator, eſt non ſolùm actor, ſed etiam reus: & litigatoris nomine etiam reus comprehenditur. de lit. conteſt. cap. j. lib. vj.

Liuellarius contractus, qui dicitur datio vel acceptio ad liuellum, idem eſt quod emphyteuſis: & ibi vide de laudemio ſoluendo. & licet quidam, vt Bar. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dã. infect. teneãt quòd differt: quia emphyteuſis ſit à domino: dato autem ad liuellum à non domino, id eſt, à vaſallo, emphyteuta, & huiuſmodi: tamen, temporibus noſtris communiter non differunt, niſi quando iſta ratio ſit illicitè, & in fraudem vel in formam vſurarum: vt infrà Vſura. ij. §. xv.

## De Locis religioſis.


1 Locus quotuplex ſit.

2 Cœmeterium inter loca religioſa annumeratur.

3 Hoſpitale vel oratorium vt fiat locus religioſus quid requiratur: & in dubio quomodo cognoſcitur. & nu. 4.

5 Locus ex circunſtantijs religioſus aut profanus iudicatur.

6 Loca quæ ſint religioſa.

7 Baſilica dicitur eccleſia nondum conſecrata: & an eadem immunitatis gaudeat priuilegijs.

8 Locus vt immunitate gaudeat, ſufficit quòd authoritate epiſcopi ſit conſtructus.

9 Priuilegia, quæ eccleſiaſticis conceduntur, ad hoſpitalia epiſcopi authoritate fundata extenduntur.

10 Hoſpitalia ad ſe confugientes tuentur à ſeculari poteſtate.


Loca hic non ſumuntur philoſophicè, vt ſunt ſuperficies corporum locantium & continentium alia corpora, eo modo quo commune corpus dicitur eſſe in loco ſed ſumuntur pro humanis habitationibus in vita vel poſt mortem, quæ diuiduntur in profanas ſiue priuatas, religioſas ſiue publicas & ſacras: vt colligitur ex gloſ. & Panor. in cap. abolendæ. de ſepul. ¶ Primò verò quæritur, † quotuplex ſit locus? Et dico quòd triplex; vt iam patet ex dictis. Nam Panorm. vbi ſuprà dicit: Quidam locus eſt omnino priuatus: vt quia non eſt deputatus ad vſum publicum, ſcilicet ad diuina, aliàs ſiue ſit perſonæ priuatę ſiue Reipublicæ: & talis poteſt libere vendi, etiam vt ibi fiat cœmeterium vel eccleſia. xij. q. ij. quærum. Quidam verò eſt religioſus, ſed nõ ſacer: vt ille, in quo ſepultus eſt aliquis de voluntate domini. C. de reli. & ſum. fu. l. ij. & talis vendi non poteſt, ſecundum glo. & verum eſt ſecundum Inn. de iure ciuili: quia immediate quatenus corpus maximè Chriſtiani, vt addit Ludo. de Ro. tangit illum locum, deſinit eſſe in dominio alicuius. l. quanquam. ff. de aqua plu. arcen. non autem de iure canonico. Vnde putat locum non effici religioſum, niſi authoritate pontificis deputetur ad talem vſum. pro quo c. ad hæc. de relig. domi. & hęc opinio fuit originaliter gloſſatoris decreti, xiij. q. ij. in c. eccleſiaſtico. Sed Panorm. diſtinguit ſoluẽdo dictam glo. & ius ciuile. Nã iſte locus ſtrictè nõ eſt religioſus quo ad hoc quòd gaudeat priuilegio religioſi loci & publici: ſed large, q̃a deputatus ad vſum pium: ſicut dicimus quòd laici valde boni poſſent appellari religioſi, quaſi ad diuinum cultum religati: & in capite, eccleſia. de cõſtit. † Quidam verò eſt locus 2 religioſus & ſacer: vt eſt locus cœmeteriatus, id eſt, deputatus pro cœmeterio eccleſiæ: & iſte indubiè vẽdi nõ poteſt: quia nõ eſt in bonis alicuius: de præbẽdis. ratio. & ff. de re. diui. l. in tantũ. §. ſacer. Dicitur autẽ ſecundũ Pan. ſacer largè propter epiſcopalem benedictionẽ, ſed nõ ſtrictè: quia non fit ibi conſecratio ſeu vnctio cum oleo ſancto, vt in eccleſia vel altari. vnde ſolùm benedicitur, eccleſia verò conſecratur. de conſec. diſtin. ij. nemo. Vnde dicimus cœmeterium minus dignum quàm eccleſia. ¶ Secundò quæritur, † quid requiri- 3 tur ad hoc quòd hoſpitale vel oratorium fiat locus religioſus gaudens eccleſiaſtica immunitate? Et dicit Archidi. poſt Ludo. de Ro. in quodam ſuo cõſil. quòd oportet in eius conſtitutione interuenire authoritatẽ epiſcopi. de relig. dom. ad hæc. Simplex autẽ hoſpitale ad pauperes recipiẽdos ſine altari, cœmeterio vel alio iure epiſcopali, cõſtrui põt per priuatam perſonam ſine licentia epiſcopi: vt not. Innocen. in d. cap. ad hæc. & glo. in cap quædã. xviij. q. ij. & in cle. quia cõtingit. de relig. dom. imò & oratorium ſimplex vt ibi oretur, licet miſſa ibi celebrari nõ poſsit ſine epiſcopi cõſenſu. de cõſec. diſtinct. j. vnicuiq;. & c. clericos. quod etiam not. Hoſtien. & Ioan. And. de cenſib. c. fin. imò in tali oratorio fieri nõ poteſt erectio campanarum. de priuil. patẽtibus. Sed talis locus non eſt religioſus: quia ſecundum gloſ. in cle. quia cõtingit. de relig. domib poteſt per ædificatorẽ ad profanos vſus conuerti: quod nõ eſſet, ſi effectus eſſet religioſus: vt in reg. iur. ſemel Deo. ¶ Tertiò quæritur, † quomodo hoſpitale vel ora- 4 toriũ in dubio cognoſcet' eſſe locus religioſus, id eſt epiſcopi authoritate fundatus? Et reſpõdet Arch. poſt Lud. de Ro. quòd recurrendũ eſt ad præſumptiones ex qualitate circunſtantiarũ talis loci. ſi enim habet omnes circunſtantias loci profani, eſt profanus ad epiſcopi curã nõ pertinens, quãuis eſſet celebrationi & orationi deputatus, prout ferè eſt in omnibus palatijs magnorũ: vbi ſunt capellæ habẽtes formã oratorij quæ circunſtantiæ ſunt non habere cœmeteriũ vel ſignum ſepulturæ: & ſi inſtitutio vel datiũ eius fiat per laicos nõ requiſita authoritate diœceſani, nec eo exiſtẽte in poſſeſſione exercẽdi epiſcopalia iura, & ſi ex bonis eius ſoluantur collectę cõmunitati laicorum: & ſi oratorium, ſi quod eſt, regatur per laicos, & ſi nõ habet campanile vel campanam ſuper tectum: ſi verò hoſpitale haberet oratoriũ ædificatum in forma eccleſię habens campanile erectum ſupra tectũ, & campanã qua pulſatur cũ ibi celebratur, & altare in forma lapidea, ſcilicet fixũ, ſicut habẽt aliæ eccleſiæ, ibiq; per ſacerdotes celebratur publicè, præſumendum eſt locum eſſe religioſum. Et ita determinat Archid. de conſecr. diſtin. j. nemo. & eum ſequitur Ioan. Cal. in ſuo cõſilio, ar. c. quod interrogaſti. diſtin. xxvij. & c. vidua. xxvij. q. j. & de regula. vidua. & idẽ ſi ſit ibi cœmeterium vel ſignũ ſepulturæ: quãuis cũ perceptio decimarum & oblationum, & onus baptizandi nõ cenſeatur facere eccleſiam curatam, vt tenet Hoſtien. & Ioan. And. in nouel. in cap. quia nonnulli. de cler. non reſi. quod ſequitur Fede. in ſuis conſ. arguũt tamẽ locũ ipſum eccleſiaſti-

cum & religioſum:vt not.gl.in clem.quia contingit.de reli. do.in verb.altare.conſentit Ioan.Cald.in ſuis cōſil. Sed quia iſtæ circunſtantiæ variari poſſunt multis modis:ideo ipſe Fe
5 der.conſil.cxxv.& Arch.† videtur velle quòd iudicabitur locus profanus vel religioſus ex pluribus circunſtantijs:quia ꝓ eo iudicandum eſt pro quo faciunt plures rationes. de deci. ſuggeſtum quod intellige ſi ſunt pares:alioquin ex potioribus iudicabitur:vt etiam ipſe Archid.innuit. vnde concludit quòd hoſpitale nō debet cenſeri locus profanus ex hoc ſolo quòd nō habet campanile ſupra tectum,vel habet nomē alicuius laici:puta domini Bonifacij,& non alicuius ſancti: vel quia datur per laicos,& adminiſtratur in tēporalibus:ſi cum is officiatur per clericos in horis,& celebrantur ibi cōtinuè miſſę:aut habet cœmeteriū vel ſepulturam:quia tunc ex potioribus circunſtantijs cenſebitur religioſa domus:& viſitabitur à diœceſano,niſi ſit exemptū:quo caſu ſeruabitur clem. quia cōtingit.de relig.dom.imò dicit idem Lud.quòd in dubio eo ipſo quòd ipſæ miſſæ celebrantur,præſumitur authoritate epiſcopi ædificatum.& dictum eſt ſingulare Archidi. de conſec.diſt.j.nemo.quod verum eſt quando cōtinuè celebrantur,& per clericos in horis officiatur:vel concurrētibus alijs adminiculis,de quibus ſupra. aliàs nō videtur ſufficere, licet in locis profanis dicantur aliquādo miſſæ. Dicit etiam Panormit.in cap.inter dilectos.de dona.quòd ſi longo tempore ibi fuerunt celebrata diuina publicè,& omnibus admiſſis indifferenter & eleuata campana:ſignū eſſet quòd locus
6 eſſet publicus, id eſt,religioſus.❡Quartò quæritur, † quæ loca ſint religioſa?Et dico quòd licet iam aliqualiter pateat ex dictis:tamē adduco text.in ca.ad hæc.de relig. domi.vbi habetur quòd religioſus eſt locus authoritate epiſcopi etiā ad vſum hoſpitalitatis deputatus:& ad mundanos vſus redire non poteſt:& à fortiori loca religioſa ſunt eccleſiæ & capellæ & monaſteria authoritate epiſcopi vel papæ ad cultū diuinum deputata.Et ibi à contrario ſenſu infert Panormi. quòd hoſpitale nō efficitur religioſum,quod non eſt authoritate pōtificis ædificatū,vel deputatum ad hoſpitalitatem: ſed redire poteſt ad humanos vſus.quod intellige eo viuēte qui ædificauit:ſecus autē ſi deceſſerit,per authent.de ecclef.
7 tit.§.ſi quis ædificationem.❡† Prædicta faciunt ad multa:& primò ad quæſtionem an baſilica,id eſt,eccleſia nondū conſecrata gaudeat priuilegio immunitatis,licet diuina myſteria ibi nō fuerint celebrata.gloſ.in c.eccleſia.de immu.eccl. dicit quòd non,mota per textum ibi in qua diuina myſteria celebrantur.à contrario ſenſu. & idem Abbas & idem Clemens,vt refert Hoſtiē.qui fuit egregius Iuriſta.Sed ipſe Ho
8 ſtien.tenuit contrarium:† quia ſufficit,ſecundum eum quòd locus ſit ædificatus authoritate pontificis primarium lapidem imponentis:intellige per ſe vel per alium:cum nō poſſit redire ad vſus humanos : vt in dicto cap.ad hæc.& textus in eo quod dicit, celebrantur,exponit,id eſt,celebrari poſſunt.Hunc ſequutus eſt dom.Card.quia cum iſta materia ſit fauorabilis,non eſt reſtringēda,ſed relaxanda.Sequuntur ſimiliter alij doctores,vt recitant Panormitan. in dicto.cap. eccleſia.quia multum facit textus pro eo:cum nō ſe fundet ſuper celebratione,licet de ea fiat mētio in narratione, ſed ſuper deputatione:quia eſt deputata diuino obſequio. Quæ ratio vendicat ſibi locum,licet ibi nō fuerit celebratum. Sequitur & ipſe Panormitan.adducēs vltra prædicta,l. omnia
9 priuilegia.C.de epiſcop.& cler.vbi probatur † quòd omnia priuilegia cōceſſa eccleſiaſticis extēduntur ad hoſpitalia,ſeilicet epiſcopi authoritate fundata:ergo fortius ad eccleſiā de proximo cōſecrandā.& iſta opinio indubitanter tenēda eſt:quia dicit Arch.in c.diffiniuit.xxvij.q.iiij.quem referēdo ſequitur Bal.in l.ſi quis ad declinandā.C.de epiſ.& cler.† fugiens ad hoſpitale,tutus eſt à iudice ſeculari:ut cui ſi fugiſſet ad eccleſiā.quod verum eſt hoſpitali authoritate epiſcopi fundato,per quod ſcilicet videtur eius authoritate deputatum ad vſum pauperum,etiam ſi adhuc fortè nullus ſit receptus.Si ergo hoc verum eſt de hoſpitali ad receptionem pauperum ordinato:ſtultum eſt hoc negare de eccleſia ordinata ad ſancta myſteria.Quod tamen Pan.videtur limitare niſi conſuetudo ſit in oppoſitum:cui dicit hodie ſtandum vt not.Inn. in c.inter.de immu.eccle. Verum autem mendicantes poſsint noua loca recipere vel antiqua mutare:vide ſuprà Excommunicatio.ix.excommunicatione xliiij.

## De locatione & Conductione.

1 *Locatio quid,de quibus fiat,à quo, & cui.& nu.2.& 3.*
4 *Locatio vſque quo fieri poſsit.*
5 *Locationis merces quando ſoluenda.*
6 *Conductor an teneatur quærere dominum pro ſoluendo.*
7 *Locans familiæ vſum molendi,an teneatur molere, ſi ea multiplicetur in infinitum.*
8 *Conducens partem fundi non facta mentione de arboribus,an habebit partem fructuum.*
9 *Locator an aliquando expellere poſsit conductorem.*
10 *Conductor an aliquando poſsit diſcedere ante finitum tempus.*
11 *Colonus poſtquam ſeminauit agrum,quē dominus vendit,an expelli poſsit per emptorem.*
12 *Conductor ſi vti non poſsit,an ſit minuenda penſio.*
13 *Conductionis pretium an diminuatur propter ſterilitatem,& augeatur propter fertilitatem, & nu.14.*
15 *Penſio vel cenſus in quibus caſibus remittatur.*
16 *Expenſæ conductoris an reſtituantur.*
17 *Conductor an teneatur de damno quod accidit in re locata.*
18 *Locans vaſa vitioſa an teneatur de vino perdito in eis.*
19 *Probatio culpæ an incumbat locatori vel conductori.*

LOCATIO † perſonæ,vel rei ad vſum facta conceſsio mercede in pecunia numeranda conuenta: aliàs ſi res vel ſpecies ꝓ mercede daret,nō eſſet locatio,ſed alius contractus innominatus:ſcilicet do vt facias: & ageret præſcriptis verbis.ff.depoſi.l.j.§.ſi quis ſeruū.Cōductio verò eſt perſonę vel rei ad vſum acceptio interuētu pecuniariæ mercedis.Igit̃ locator eſt,qui ſub pecuniaria mercede locat rem vel perſonā ſuā.Cōductor verò eſt qui hmōi accepit ſoluēdo penſionē.d.§.ſi quis.Vñ ſi meam domū te inhabitare patiar ſub pecuniaria mercede mihi data vel dāda,ego locator tu verò cōductor es.& ſi tu operaris in re mea certa mercede pecuniaria tibi danda:tu locator operarū tuarū,ego verò conductor earundē dicor.ff.eodē.l.qui operas. ſed reſpectu operis eſt ecōtrario:qa ego locator,tu cōductor diceris ff.eodē.l.itē quæritur.§.j.& §.ſi gemina.Aduertēdum tamen eſt ꝙ contractus innominatus inducitur ſecundū naturā contractus nominati cui aſsimilatur,niſi aliud actū fuerit:vt in dicto §.ſi quis.& ſequitur Bar.❡.Primò autē quæritur quid locari poſsit?Et dico ꝙ omnes illæ res quę vēdi poſſunt niſi ſint ſeruitutes prędiales,puta iter,actus , via, &c.quę locari nequeūt:vt eſt tex.& gloſ.in l.locare.ff.loca.ſeruitutes autem perſonales,quę ſunt vſusfructus,bene poſſunt locari.ff.de vſufr.l.arborib⁹.ſed nō ſeruitus vſus:vt Inſti.de vſu & habi. minus.ſed ſi fit ab vſufructuario,extinguit̃ locatio per mortē ipſius vſufructuarij:vt C.de iure domū.l.ſi ſocrus.& per maximā & mediā capitis diminutionē,Inſtitut.de vſufr.finitur à proprietario autē fieri nō poteſt locatio ſeruitutis perſonalis.Res tamen venalis locari nō pōt æſtimata periculo cōducētis quo ad perditionē & deteriorationē:ſed dicitur fieri in fraudem vſurarum: quia res æſtimata intercedit loco pecuniæ.l.ſi verò.§.quod ait.ff.ſolu.matrim.nec eſt vera locatio:quia locator re ſuo periculo tradit.❡Secūdò quę
2 ritur,† quis poſsit rem locabilē locare?Et dico multa. ❡Primum Locare non poteſt aliquis prælatus religioſus ad vitā vel certū tempus,ſcilicet longum,reditus, vel partem eorū, aut iura vel poſſeſsiones monaſteriorum,vel aliarum adminiſtrationum ſibi commiſſarum : niſi neceſsitas vel vtilitas conuentus ſiue loci expoſcat,& accedente conſenſu conuentus vel ſuperioris , ſi conuentum non habeat : aliter ſuſpenſus eſt ipſo facto,nec conductori acquiritur ius aliquod : tamen hoc non extenditur ad locationes aut venditiones fructuum vel redituum ad modicū tempus,vt in clement. monaſteriorum.de rebus eccle.non alienan. cum ibi not. ❡Secundū. Beneficiatus locare poteſt reditus eccleſiæ ſuæ ſine aliqua licentia,ſecundum Panor.in cap.veſtra.de loca.quod intellige ad tempus nō magnum,puta annorum nouem.& facit gloſſ.in clem.j.de rebus eccle.non alienan.Nec impedire valet hoc ſtatutū aut prohibitio ſuperioris in contrariū propter verbum,liberè, quod ponitur in litera. ❡Tertium. Et ſi beneficiatus ante tempus finitum locatiōis moriatur, extinguitur locatio:quia clericus comparatur vſufructuario vel vſuario,de pec.cle.c.fin.& ideo extinguitur ſicut ius vſufructuarij. de donat.cōſultationibus,de pig.c.fin . & ſic not. Ioan.Monal.in cap. hoc conſultiſsimo. de rebus eccle. non alienan.lib.vj.& ſi conductor ſoluit penſionem,non habebit à ſucceſſore in eodem beneficio:niſi ſit cōuerſum in vtilitatem eccleſiæ:vt not.Hoſtienſ.c.ij.ne præla.vic.ſuas. ❡Quartum. Sacerdoti nunquam licet locare operas ſuas ꝓ diuinis officijs dicendis. de ſimo.c. cùm eccleſiæ. & multis capitulis.aliter eſſet ſimoniacus:licet tamen ei paciſci cum aliquo ꝙ moretur in aliqua eccleſia,vt celebret ibi diuina. Ita tamen quòd non habeat intentionem ad diuina, ſed ad māſionem quam ibi facit,vel ad laborem quem ſuſtinet,vel ad damnum quod patitur ratione moræ:vt in cap.ad quæſtiones. de rerum permut.per arg.& not.Innocent.in cap.penult. ne præla.vic.ſuas.ſed de hoc vide infrà Simonia.§.ix.❡Pro temporalibus autem exercitijs poteſt locare:ſed intellige ſi perſonæ ſuæ cōueniant. ❡Quintum. Conductor locare poteſt alteri rem conductam,niſi aliud conueniſſent.C.locati.l.nemo.& tunc res poſterioris conductoris ſunt obligatæ domino principali vſq; ad illam quantitatem,qua ſecundus cōductor tenetur primo.ff.eo.l.ſi lege. Vnde ſcholaris cōtrahens ſocietatem cum alio ſcholari, recedens ſecundum Panorm. in cap.inter dilectos.de fide inſtrumento. poteſt alium loco ſui ponere in domo vel camera conducta.& idem Bald.in d. l.nemo,niſi vellet locare partem ſuam perſonæ inhoneſtæ: quia tunc non poſſet. Et idem intellige de omni perſona in ſocietate præiudicante,eadē ratione:vel niſi inter eos aliud eſſet conuentū.d.l.nemo.An autem hoc poſsit inuitis ſocijs:Bald. videtur tenere quòd ſic.& idē Ceſ.in l.viam.C.loca.Sed melius gloſſ.Inſtit.loca.in fin.dicit quòd licet poſsit alteri locare iure cōductiōis:ratio tamē ſocietatis prohibet:quæ præualet iuri locationis,cum videatur electa induſtria perſonę. Inſt. in pro ſoc.§.ſoluitur. & idem tenet Specul.de iudi.§.ij. & clarius Azo per l.perceptione.ff.de his qui deiec. vel effu. aliàs quòd ſi ſcholaris non degit in domo vt verſari debet, poteſt contra eum agi actione pro ſocio,ſed vtili:quia directa datur quando contrahitur ſocietas ad commodiorem vitam & quæſtum vberiorem:de qua leges loquūtur, vt not. Specul. vbi ſuprà. Ex quo videtur quòd in materia odioſa non venit ſocius in domo. Vnde ſi ſtatutum dicit quòd ſocius teneatur pro ſocio , non veniet ſocius in domo : quia non eſt propriè iſta ſocietas:& in odioſis verba ſtrictè capiūtur.l.iij. §.hæc autem verba.ff.de neg.ge.& cap.in noſtra.de iureiur. Inſuper dicit Panor.in d.c.inter dilectos.quòd ſi male verſatur,& compeſci nō poteſt ſua inſolentia,poterit expelli,per l.ſi cōuenerit.in fi.ff.pro ſocio.& v.q.iiij.in loco . ❡Sextum, Si duo ſocij habēt domum communem, & vnus vult habitare,alius vult eam tradere ad penſionem:præferendus eſt is qui vult habitare.de quo vide gloſ.in l. Sabinus.ff.communi diuidun.Pro quo etiam not.quòd id quod eſt mihi commune cum alio,non eſt meum proprie.C.qui teſtamē.face.poſ. l.quanquam.per quod infert Bal.quòd ſi ſtatuto caueatur vt amputetur manus vulnerāti in domo percuſsi ; non intelligitur de domo communi:cùm verba in ſtatutis debeāt propriè intelligi.l.ille aut ille.& l.nō aliter.de le.iij. Licet autē cōmune propriè non ſit meum:tamen ſocius peregre profectus penſionem petere non poteſt à ſocio,ſi totam domum communem inhabitauit:ſed bene petere poſſet,ſi eam alteri ſub penſiōe locaſſet,ſecūdum Bal.& Imo.in l.duo fratres. ff.de acquir.hær.quod Pau.de Ca.dicit ſe habuiſſe de facto.
❡Tertiò quæritur,† cui poſsit res locabilis locari ? Et dico multa . ❡Primum . Res locabilis locari poteſt omnibus qui 3
poſſunt eam emere:niſi ſit miles vel curialis,quibus nō poſſunt locari prædia ad colendum:ne omiſſo vſu armorum ad opus rurale ſe trāsferāt.C.loca.l.milites.l.curialis . & l.vlti. Subuenitur tñ ignoranter facienti.ff.loca.l.ſi quis ignorans vbi dicitur quòd poteſt exigere mercedē.& idem videtur in clericis & monachis,niſi ex cauſa neceſsitatis.ne cle.vel mo. in c.j.&.ij.vbi hoc no.Ber.& Hoſt.❡Secundum.Fructus decimarum locari poſſunt ad annuum cenſum laicis,ſecundum Panor.in c.veſtra.de loca.❡Tertium . Domus ꝓpinqua vni magiſtro,locari non pōt alteri magiſtro,ita quòd voces adinuicem confundantur:& ſi factum fuerit,primus expellere poterit ſecundū.C.de ſtu.li.vrb.Ro.l.vnica.in fi.Et hæc cauſa tractari poteſt in ferijs tempore meſsis,ſecūdum Hoſt.de iudi.ſignificauerunt.❡Quartum.Id quod in particula priore dictum eſt,dici poteſt ſecundum Sum.Ang.indiſtinctè de quocunq; alio impediente lectionem dicti magiſtri,argu.d. l.vnicæ.Sed melius diſtinguēdum eſt aut dicēdum vt ſtatim. Vnde ad quæſtionem,an Doctor poſsit expellere fabrū qui moratur iuxta ſcholas:Bart.in l.j.ff.ſol.matri.refert Ioan. de Aret.diſtinguentem.nam ſi Doctor præuenit fabrū.præfertur:vt l.ij.§.ſi quis.ff.ne quid in loco pub.Si verò faber præuenit Doctorem:tunc aut Doctor non pōt cōmode ſcholas alibi facere:& tunc etiā præfertur: quia propter neceſsitatē frāgitur diuina reuerētia.l.omnes.C.de fer.Aut poteſt ſcholas alibi cōmodè facere:& tunc ſecus,eo ꝙ præuenit faber: vt l.ſi pluribus.ff.de leg.j.Si verò concurrūt,præfertur Doctor:quia maior præfert̃ minori. Et hæc procedūt:niſi aliæ circunſtātiæ pręponderent.Vnde Bar.dicit hoc tantum pendere ex officio iudicis, conſiderata diſpoſitione locorum,& antiqua conſuetudine contratæ:quia fortè eſt conſuetū ſemper legi:& ex alijs circunſtantijs præferat Doctorem vel fabrum.& idem in duabus ſcholis ſe impediētibus. C.de ſtud. li.vrb.Ro.l.j.lib.xj.& in ambiguis præfertur Doctor fabro: quia in eo verſatur publica vtilitas,& in cōmuni & in quolibet particulari:cum quilibet poſsit audire Doctorē & addiſcere,& per ſcientiam quis efficitur Doctor,& fortè papa. Et idem puto ſi faber ſtat iuxta domum vnius ſcholaris vel plurium.ad quod propriè facit d.l.j.ſolu. matrim.hæc Bart. Et per hoc etiam dici poteſt quòd ſcholaris vel Doctor poteſt inhibere alij ſcholari vel Doctori vt legat voce demiſſa.Prædictis adde tex.in cap.pridē.xv.q.vij.vbi epiſcopo volenti facere baptiſterium prope monaſteriū, Gelaſius papa

inhibuit:quia propter ſtrepitum aduẽtantium monachi non
poterãt quietè & ſecurè deuota officia celebrare.& ſic poſ-
ſunt religioſi expellere fabrum inquietãtem officia diuina,
vel infirmorum quietem,& huiuſmodi. ¶ Quintũ.Non li-
cet etiam locare,ſicut nec vendere aliquid alicui,ſi credatur
eo principaliter vſurum ad peccatum mortale: vt gladium
4 ad iniuſtè occidendum,& domum ad fœnerandum. vide in-
frà Vſura.ix.§.vlt.¶ Quartò quæritur,† vſque quo poſsit fie-
ri locatio? Et dico quòd ad tempus & in perpetuũ ff.ſi ager
vectig.l.j.dicũtur enim agri vectigales,qui perpetuò locant,
ſcilicet quãdiu vectigal ſoluatur. vt dicta l.j.& ſuccedit hæ-
res in locatione & conductione,ſi moritur conductor intra
tempus locationis in iure conductionis: ſecus in vſufructu
qui perſonalis eſt,& extinguitur cum perſona.ff.loc.l.ſi quis
5 domum.§.ſi fructuarius.¶ Quintò quæritur,† quo tempore
merces ſit ſoluẽda? Et dicit Azo & Gof.& cõmuniter Doct.
in cap.propter ſterilitatem.extra eod. quòd ſi quid actũ eſt
illud ſaluabitur:aliàs cõſuetudo regionionis de qua ſi nõ ap
pareat,id quod minimũ eſt,id eſt,in fine anni:vt dicit l.ſem
per in ſtipulationibus.ff.de regulis iur.& not.Hoſtiẽ.& Ber.
de cen.c.ex parte.& facit de regu.iur.in obſcuris. lib.vj.ff.de
verb. obligat.l.qui hoc anno.& l.cum qui.& ff.quando dies
vſusfru.leg.ced.l.j.in princ. & hæc ſecundũ Pan.in c.propter
ſterilitatem.eod.tit,vera ſunt etiam in alijs contractibus,vbi
quis ſe obligat ad aliquid faciendum pro certa mercede,niſi
cauſa,quare datur merces, aliud requirat: puta quia datur
pro ſumptibus:quia tunc ſecundũ Panor.in princ.debet fieri
ſolutio: quia videtur hoc tacitè actum.Si verò ſoluitur pro
labore vel remuneratione:conſiderãda eſt qualitas perſone,
& veriſimiliter iudicandum: qua conſideratione veriſimili
ſoluendi ante ſinem ceſſante,in fine ſoluetur.adde ſecũdum
Panor.in c.peruenit.de arbit.quòd qui promiſit ſoluere an-
nuatim, tenetur ſoluere in principio anni: qui verò ſingulo
6 anno,tenetur in fine.¶ Sextò quæritur† an conductor in ſol
uendo penſionem teneatur quærere dominũ? Et dicit Pan.
in c.ſignificante.de pig.ex mente Bart.in l.irẽ illa.ff.de cõſt.
pec.quòd aut ſolutio debet fieri reſpectu alicuius rei,vt pro
aliqua re,aut non.& ſi primum: tunc ſi creditor eſt eiuſdem
fori,in quo eſt illa res ſituata,ire debet debitor ad domum
creditoris.Si verò ſunt diuerſi fori,non tenetur ire:ſed ſuffi-
cit quòd dicat in domo ſua,ſum paratus facere: ſi quis eſſet
qui reciperet.ideo infert. Panor.quòd ſi emphyteuta nõ eſt
de foro domini,non tenetur pro ſoluẽdo canone dominum
quærere:ſecus ſi eſt eiuſdẽ fori.& ſic intellige c. propter. de
loca.Si verò ſolutio non eſt fienda reſpectu alicuius rei vide
7 eum ibi.¶ Septimò quæritur,† vtrũ is qui alicui locauit mo-
lendinũ ad molendũ ei & filijs ac hæredibus eius certa mer-
cede,in perpetuũ tenebitur illis omnibus eodem pretio mo
lere,ſi fiat illorum multiplicatio in infinitũ? Et dicit Pile. &
Hug.quòd non:quia non videtur de hoc cogitaſſe.l.ſi quis in
vna.ff.de peric.& cõ.rei vend.Sed Alberi.in authen.hoc ius.
C.de ſacroſan.eccl.dicit quod imò tenetur de ſtricto iure.ad
quod facit l.ſi ſeruus ita.ij.reſpõſo.ff.de ſer.vrb.prędi.ſed de
8 æquitate cõſcientiæ tene primũ.¶ Octauò quæritur, † vtrũ
is qui cõduxit fundum ad medium vel certam partem nulla
facta mentione de arboribus,habebit aliquam partẽ de fru-
ctibus arborũ? Et dico quòd nõ:ſed locator habebit omnes.
ff.de vſufruc.l.fructus.& ſi colonus deſtruat arbores,tenebi-
tur.ſimiliter eius culpæ imputatur,ſi quis eius odio arbores
excidat.l.ſi merces.§.culpæ.ff.loc.quod limita ſecũdum Gl.
in d.§.culpæ quando ſuo dolo vel culpa tale odium eſt cau-
9 ſatum:aliàs non.¶ Nonò quæritur,† vtrum aliquando loca-
tor poſsit expellere conductorẽ vel inquilinũ? Et dico quòd

inquilinus propriè eſt qui conduxit rem vrbanã.l.errorem
in glo.iuncta l. licet.C.loca.& propriè vrbanũ prædiũ.Colo-
nus verò licet large ſit omnis conducẽs prædia colẽdo ſub
pecuniaria mercede, ſecundũ Io.And tamẽ propriè dicitur
qui ruſticã rem cõducit.Vnde inquilinus reſidet in ciuitate
colonus autẽ in villa:vt ff.de acquir.poſ.l.qui pignoris.& l.ſi
quid quod.§.etiam per colonos.eod.tit. conductor verò eſt
quoddam generale vtriq; conueniẽs:vt ex diffinitione patet.
Vnde quantũ ad præſentẽ quæſtionẽ nihil differt inter in-
quilinum & conductorem.Dico ergo quòd poteſt ſecundũ
Doct.in d.c.propter.in quatuor caſibus. ¶ Primò,ſi domus
locata neceſſaria facta ſit ſuæ habitationi:puta ſi deſtructa
eſt domus ſuæ habitationis,vel poſtea duxit vxorẽ,vel ſimi-
lis neceſsitas occurrit:quod intellige ſi neceſsitas ſuperue-
nit locationi iam factæ,& aliter prouidere nõ põt:vt l.ædem.
C.loca.aliter nõ diceretur neceſsitas:ſecus ſi tẽpore locatio
nis aliam domũ nõ habebat:quia imputabit ſibi,nec poterit
expellere.ff.locati.l.ſi quis domũ.§.huic ſubiungi.Secundò,
cum domus eget refectione,quia ruinã minatur,quam tem-
pore locationis nõ minabatur:quo caſu,ſicut & in præceden-
ti, fiet remiſsio penſionis pro tẽporis rata.de loca.propter
ſterilitatẽ.& d.l.ædem.& l.quæro.§.inter locatorẽ.ff.loca.
vel prouidebitur de alia domo æquè idonea.ff.eo.l.cum plu
res.in prin.&refecta domo poterit cõductor petere in eam
poni,ſecundum Gl.iuncto text.in l.ſi duo.§.cum inquilinus
ff.vti poſ.& ibi per Bart.¶ Tertiò quãdo cõductor in domo
peruerſe cõuerſatur,etiam ſine læſione rei:vt puta tenendo pu-
blicas meretrices,vel etiam peruerſos homines:vt lenones,
& huiuſmodi.arg.in authe. de leno.§.ſancimus.& ſic nõ re-
mittitur penſio,ſecundũ Hoſt.vel ſi verſatur peruerſe cum
læſione rei,tenendo porcos in ſolario,incidendo arborẽ,non
colendo ſuo tempore:& tunc recipitur penſio:ſed aget loca-
tor ad intereſſe de damno dato,ſecũdũ Hoſt.in d.c.propter
ſterilitatem.¶ Circa hoc ſcito quòd in iſto tertio caſu dixe-
rũt aliqui nõ eſſe remittendam partẽ penſionis pro rata tem
poris.quaſi cõpenſando:ſed poteſt agere contra inquilinum
pro damno dato actione legis Aquiliæ,vel ex locato:quia
Pan.ſecundũ Io.And.limitãdo dicit verum quando peruer-
ſe verſatur dãdo damnũ:ſed ſi ſe haberet peruerſe in domo
ſine damno,poteſt expelli nõ remiſſa pẽſione pro rata:quia
dominus nõ debet ſuſtinere hoc damnũ ex culpa inquilini
quod intelligitur quãdo dominus ignorabat conditionem in-
quilini:aliàs damnũ erit ſuũ:quia expelli nõ poterit ante tem-
pus.¶ Quartò quãdo inquilinus per bienniũ non ſoluit pen-
ſionẽ,ſed ſi paratus ſit ſoluere, audiẽdus eſt.ff.loca.l.quæro.
¶ Circa hoc autẽ Pan.ibi diſtinguit.Nam ſi locatio facta eſt
ad longũ tẽpus,id eſt,decẽ annorũ:tũc hoc eſt dupliciter:
aut primò fuit cõſtituta vna pẽſio pro toto tẽpore:& poterit
expelli ſi nõ ſoluit tẽpore cõuento:qa ſi nõ ſeruat conuentã
non eſt ſibi ſeruanda fides,aut ſecũdò fuit cõſtituta ſingulis
annis:& tũc habet locũ d.c.propter.vt ſi nõ ſoluerit per bien-
nium,poſsit expelli:quod procedit etiã ſi ſtatum fuit quod non
poſſet expelli durãte tẽpore: quia debet intelligi ſi ſoluat
penſionẽ:vt eſt tex.in l.quęro.§.inter locatorẽ.ff.eo.ſi verò
locatio fuit ad tẽpus modicũ:nõ eſt neceſſe expectare bien-
niũ,ſed expelli poteſt ſi nõ ſoluit tẽpore debito,etiã autori-
tate ꝓpria.Et eſt ratio diuerſitatis hic & ibi: quia hoc casu
inquilinus nõ habet ius in re:vnde ſi expellit nõ cõpetit ei
aliquod interdictum cõtra dominũ.arg. in l.colonus.ff.de
& vi arma.ſed in priori caſu colonus poſsidet naturaliter &
habet pinguius ius.ad qđ l.ij.ſi ager vectig. vnde non poteſt
ſic repẽte expelli:ſed expectatur bienniũ,licet poſsit ti-
gere actione locati ad recipiendum pẽſionẽ tẽpore debito.



Adde quo.ſno.do.Alex.de Imo.conſi.cxxvij.quòd ſi condu-
ctor iuratus ſoluere canonem ſingulo anno,& ceſſat ſolue-
re anno vno,ipſo iure cadit à iure ſuæ conductionis,quia eſt
periurus.l.ſi quis maior.C.de tranſac. & in terminis in con-
tractu locationis decidit Bal.in c.querelam.de iureiur.ſuper
gl.j.nõ dicunt communiter Doc.in d.l.ſi quis maior. quòd
diſpoſitio illius legis habet locum in omni cõtractu iurato.
10 ¶ Decimò quæritur,† vtrum inquilinus poſsit ſimiliter pro-
pter neceſsitatem dimittere domum ante finitum tempus
contra domini voluntatem? Et dicit Panorm.in d.c.propter
quòd ſic,ſecundum Vin.& Io.And.quod etiam tenet gl.in l.
ſi in lege.§.ſi domus.ff.loca. Ex quo inferri poteſt quòd di-
mittere poteſt propter peſtem:quia eſt probabilis neceſsitas.
& facit tex.in l.habitatores.ff.eo.& intellige quòd poteſt di
mittere remiſſa penſione pro rata: aliàs nihil ei prodeſſet
iſta facultas.Et ſic in conſcientia ſeruandum eſt:quanuis ſe-
cundum Pan.in practica vix poſsit obtinere, ſcilicet in foro
cautarum.¶ Vndecimò quæritur,† vtrũ colonus poſtquam
agrum ſeminauit,ſi dominus eum vendiderit,expelli poſsit
per emptorem? Et dico quòd non:ſed medietatem fructuũ
habebit:vel vt cõuenerant:ſi tamen venditor omnes fructus
accepiſſet,aget colonus cõtra venditorem.ff.de leg.j.l.nihil
ſpeciale.tamen colonus habet priuilegiũ fiſci.ſecundũ Rod.
Hic tamen aduerte quòd ſuccedens in re locata,ſi eſt de be-
neficijs eccleſiaſticis,& locatio ſit facta ab habente admini-
ſtrationem,&cum debitis ſolennitatibus & cauſis,de quibus
ſ.Alienatio.&ad debitum tempus:tenetur ſtare locationi.&
ſi eccleſia foret læſa poſſet petere reſtitutionem in integrũ.
c.j.de reſti.in inte.g.&.c.j.de reb.eccl.nõ alie.Si verò locator
nõ habuit adminiſtrationem, vt ſunt canonici ſimplices:ſic
nõ tenetur ſtare:quia æquiparatur vſufructuario qui locare
non poteſt vltra tempus vitæ ſuæ.l.ſi quis domũ.ff.loca.niſi
cum cauſa rationabili & epiſcopi authoritate feciſſet. Cum
verò res locata non eſt eccleſiaſtica:tunc ſucceſſor vniuerſa
lis tenetur ſtare.l.viam veritatis.C.loca.ſucceſſor verò par-
ticularis in dicta re non tenetur ſtare,niſi locator habuiſſet
adminiſtrationem plenam:vt maritus in prædio dotali:quia
ſic tenetur:vt in l.ſi filio.§.ſi.ff.ſol.mat.& idem in tutore re-
ſpectu pupilli.l.ſi tutelæ.ff.de admi.tuto.¶ Duodecimò quę
ritur,† vtrum minuenda ſit penſio quando conductor vti nõ
poterit re cõducta? Et diſtinguo:quia aut locator locauit res
aut operas.Et quidem ſi locauit res,ſi ſtetit per locatoris vo
luntatem quo minus conductor re conducta vteretur:ſic te-
netur ei ad intereſſe.l.ſi de fundo.C.loca. Si verò ſtetit nõ ꝑ
eius voluntatem:ſed per caſum fortuitum ex parte locato-
ris contingentem:puta,quia propter eius delictum publica-
tus eſt fundus locatus vel ex parte rei locatæ:puta ſi ædes lo
cata cõbuſta eſt,vel ager terræmotu corruit: ſic penſio re-
mittitur pro rata.l.ſi quis domũ.in fine.& l.ex cõducto.§.j.
& l.ſed addes.§.ſi quis.ff.loca.Et idem dicendũ eſt qñ ex ne-
ceſsitate locatori adueniente oportuit cõductorem expelle
re,vel propter refectionem domus.l.qui inſulã.in prin.& l.ſi
fundus.ff.eo.Si verò ſtat per cõductorem vel eius culpã quo
minus re locata vtatur:nihilo minus totam penſionem ſol-
uere tenet.l.colonus.§.nauem.ff.loca.¶ Si verò ex caſu for-
tuito ſcilicet ex parte eius accidente ſtetit,ſimiliter tenetur,
ſi locator alteri locando veriſimiliter mercedem habuiſ-
ſet:aliàs nõ,vt patet ex l.ſi.§.ſi ff.ad l.Rho.de iac. facit l.ſed
addes.§.cùm quidam.ff.loca.Si verò quis locauerit operas,
ſi per eũ non ſtat quo minus eas ſoluat,ſed per cõductorem
recipiet conductor penſionem,etiam ſi caſu fortuito im-
pediatur:vt eſt caſus in d.§.cùm quidam. quod verum puto
in conſcientia,quando locator aliàs inueniſſet mercedem,

ſi tali non locaſſet.Si verò ſtetit per locatorem non impedi-
tum caſu fortuito,tenetur ad omne intereſſe, nec merce-
dem habebit.Si verò impeditum caſu fortuito:ſic remittitur
penſio pro rata temporis:vt eſt caſus in l.ſi vno.§.item cùm
quidam.ff.loca.& in l.ſi hi.C.loca.& in l.aduocationes. C.de
condi.ob cauſam.non autem tenetur ad intereſſe & ſi iam
inchoaſſet operas,vel feciſſet aliquas expenſas ad ſe præpa-
randum:& tali caſu fortuito impeditur, repetet illas expen-
ſas quas fecit propter hoc:vt habetur in l.pecuniam.in prin.
ff.de condi.ob cauſam.de eo qui parauerat ſe ire ad locum,
& fuit impeditus tempeſtate: fallit hoc vt non remittatur
penſio quando ex caſu fortuito ſtat per locatorem in aduo-
cato:quia non repetitur ſalarium ab eius hæredibus eo mo
riente.l.j.ff.de va.& extraor.cog.& idem de quocũq; haben-
te officium publicum:quomodo loquitur l. laboribus. §. de
illo.ff.de vſufr.& l diem functo.ff.loc.& l.diem functo.ff.de
offi.aſſe.Item fauore libertatis:vt in l.cùm hæres.§.Stichus.
ff.de ſtat.lib.Hæc eliciuntur ex Azo.& Bart.& alijs.Doc.in
d.§.cùm quidam.& ſic tene,niſi conſuetudo aliter haberet.
vide ſ.Familia.§.ij.¶ Decimotertiò quæritur,† vtrum rei vſu 13
non impedito ſit facienda remiſsio propter ſterilitatem in
fructibus? Et dico quòd ſic aliquando:ſed nota quòd quando
ſit tanta ſterilitas vt fiat remiſsio ſunt opiniones, vt recitat
Pan.in d.c.propter.¶ Prima eſt,vt tunc ſit quando fructus ſe
minis non potuerunt colligi:ſed hæc non tenetur commu-
niter.¶ Secunda eſt,vt in hoc ſtetur opinioni vulgari.ar.in l.
cùm delanionis.§.aſinam.ff.de fundo inſtructo. & ſatis eſt
iſta ſuſtentabilis,ex quo lex non determinat. ¶ Tertia eſt,vt
ſi vltra dimidiam iuſti pretij læſus eſt conductor,fiat remiſ-
ſio pro rata,quam tenuit Cyn.in l.licet.C.eod.& expreſsius
ibi Bar.quia iſte contractus eſt bonæ fidei,quæ in conducto
re non patitur tantum damnum ſine culpa ſua.¶ Quarta eſt
quam poſuit Bar.in l.ſi merces.§.vis maior.ff.locati.hoc eſ-
ſe quando deductis ſumptibus nihil percipit colonus: ſed
hanc Panor.ibi meritò improbat.¶ Quinta eſt, quam idem
Bartol.in eadem l.licet.poſuit,vt hoc ſit quando vix colligit
duas ex tribus partibus eius quod ſolebat colligi. Quam o-
pinionem Io.Andr.videtur fouere,dum ponit exemplum in
eo qui pro tribus ſextarijs terræ ſolitus erat colligere quin-
decim:& ſoluebat domino tres aureos:ſi colligit decem,ſol
uat duos:ſed ſi anno ſequenti colligit xxx. fit compenſatio.
Et hanc opinionem ſequitur Summa Angelica.Ego autem
dico ſtandum conuentioni: quaſi in hoc nulla ſit, approbo
ſecundam opinionem:quæ eſt Gofr.ſecundum quod vulga-
ris,id eſt,communis opinio eſt informata conſuetudine pa-
triæ,ita quòd in hoc certa regula dari non poteſt. Sed cùm
locatio & conductio ſint contractus bonæ fidei.Inſtit.de a-
ctio.§.actionum.merces debet conuenire arbitrio boni viri.
l.ſi in lege.ff.locati.Quando igitur propter dictam ſterilita
tem fiat recompenſatio pro rata:dico hoc eſſe,quando eue-
nit præter conſuetudinem caſu fortuito ſine culpa coloni:
puta ex grandine vel alia aëris intemperie: quòd limita ſe-
cundum Hoſt.& Pan.quando non poteſt fieri compenſatio
cum fertilitate anni præcedentis vel ſequentis immediatè
durante eadem locatione.Si verò hoc non contingat caſu
fortuito,ſed vitio & debilitate terræ, ſecundum Dir. nulla
ſit remiſsio:vt quia vinum coacuit, vel herbis ſegetes ſunt
corruptæ:quia hoc poteſt imputari colono, qui herbas non
remouit.Et idem dicit,etiam ſi ſoluatur certa ſpecies: quia
licet non ſit propriè locatio: tamen quo ad hoc idem eſt iu-
dicium.¶ Sed aduerte quòd iſta de partiario non intelligun-
tur:qui lucrum & damnum patitur cum domino: quia non
fiet illi remiſsio:vt not.gloſſ.in dict.cap.propter.¶ Aduerte
etiam

etiã quòd ſi fructus affuiſſent, ſed poſt collectionem emarcuerint, vel exercitus eos cõſumpſit, & huiuſmodi, non dicetur ſterilitas, nec fieret remiſsio: ſecus ſi erãt colligendi: vt in l. ex conducto. §. ſi vis. ff loc. & l. damnum. C. eo. ¶ Decimo-
14 quartò quæritur, † vtrum augenda ſit penſio propter fertilitatem? Et dicit Pan. vbi ſ. quòd non. primò ſi hoc ſit quia fructus valent plus ſolito: ſicut nec fieret minutio, ſi minus valerent. nec ſecundò, ſi ſit propter induſtriam coloni, ne ſua induſtria ſit ſibi damnoſa: vt ff. eo. l. ex conducto. & l. ſi. C. de alluui. nec tertiò, ſi contingat propter bonitatem rei: quia bonitatem dominus locauit meliori pretio quã potuit: ſed ſit ſi contingat caſu fortuito: puta ſi locaui molendinum ex quo conductor percipiebat ſolum 50. ſed propter alia molendina nunc deſtructa hoc anno percepit centum: fiet penſionis augmentum pro rata, ſicut fit remiſsio propter ſterilitatem caſu fortuito contingentem: quia contrariorum eadem eſt diſciplina. xxxj. di. c. hoſpitiolum. & l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. & idem gl. in l. ſi merces. ff. eo. ¶ Decimoquintò quæ-
15 ritur, † quibus caſibus generaliter ſit facienda remiſsio cenſus vel penſionis? Et dico quòd ſit primò, ſi conductor expellitur, iuxta dicta ſ. §. xij. & ſecundò propter vim maiorem, cui reſiſti non potuit: & tertiò propter id quod præter conſuetudinem à caſu euenit, puta tempeſtatem vel aliam intemperiem aëris in deuaſtatione fructuum: vt in d. l. ex conducto. & quartò ſpecialiter propter ſterilitatem: vt ſ. §. xiij. ¶ Deci-
16 moſextò quæritur, † quid iuris ſi conductor aliquid expendit in re conducta? Et dicit Hoſt. quòd ſi expendit neceſſariò vel vtiliter auxit, ædificauit vel inſtituit, aget contra locatorem, vt reſtituat expenſas. ff. loca. l. dominus. & in d. l. ſi addes. §. inquilinus. & ibi gl. Sed clarior tex. eſt in l. colonus. primo reſponſo. ff. eo. Si tamen poſſet tollere impenſas ſine læſione rei, non tenetur locator: ſed conductor eas tollere poteſt. vt in d. §. ſi inquilinus. Prædicta autẽ non intelligas de expenſis factis pro animali locato paſcendo, vel colenda poſſeſsione, & huiuſmodi: ſed de alijs, puta curatione morbi, reparatione ruinæ, plantatione vinearum, & huiuſmodi. de quo etiam vide Aedificium. in prin. ¶ Decimoſeptimò quæritur,
17 † vtrum conductor teneatur locatori de damno, quod in re locata contingit: & ex qua culpa? Et dicit Hoſt. quòd teneatur ſi contingit ſua culpa, vel eorum, quorum opera vtitur. Et tenetur de dolo & lata & leui culpa: quia gratia vtriuſq; celebratur iſte contractus. Inſti. qui. mo. contrah. ob. §. vlti. & ita communiter tenent gl. & Doc. in l. ſi quis domum. §. Celſus. & in l. ſi merces. §. qui columnam. ff. loca. de damno verò illato ab alio, non tenetur ſi obuiare non potuit. ff. eod. ſed de dãno: ſimiliter nec de caſu fortuito, niſi eo modo quo dictũ eſt ſ. Commodatum. §. ix. tenetur tamen de cuſtodia. d. l. qui mercedem. quia & mercedem pro ſola cuſtodia accipiens, tenetur etiam de leuiſsima. extra de depo. bona fides. Et idem intelligas de locatore operarum. Quidam autem, vt Mar. in d. § qui columnam dicunt locatorem operarum ad tranſuehendas columnas, & ſimilia, quæ faciliter franguntur, teneri etiam de leuiſsima, propter text. dicentem, culpa abeſt, ſi omnia facta ſunt quæ dilegentiſsimus quiſq; obſeruaſſet. Sed concordia ſit ſic, vt teneatur de leuiſsima, ſi locauit operas in re quæ curam diligentiſsimã requirit: vt in adamante expoliendo, veſte aurea incideda. aliàs vera erit opinio gl. quòd teneatur ſolum de leui. Nec obſtat gl. in l. qui mercedem. in l. dominus. ff. eo. vbi dicit quòd ſi ſpecialiter mercedem accipit pro cuſtodia, tenetur de leuiſsima: quia pro hoc ſciendũ eſt quòd ſi ſumus in contractu, in quo quis tenebatur ſolum de lata culpa, vt in depoſito, acceptio mercedis pro cuſtodia facit vt teneatur etiam de leui. & ſic intellige c. bona fides. de depo. & l. j. §. ſi veſtimenta. ff. depo. Si verò quis tenebatur de leui culpa, vt in locato: acceptio mercedis pro cuſtodia rei locatæ facit vt teneatur etiam de leuiſsima. & ſic loquitur & intelligitur d. l. qui mercedem. & d. l. dominus. Et hoc quidem Sum. Ang. & Roſ. tenent indiſtinctè. Supple autem limitat qñ quis obtulit ſe cuſtodiæ. ar. l. j. § pe. ff. depo. & hoc tene: quia eſt regula doctorum, vt patet ex Pan. in d. c. bona fides. iuncto c. vnico. de commo. quòd in cõtractu celebrato gratia alterius tantum, venit culpa leuiſsima: nõ autem gratia vtriuſq;, niſi aliud addatur: ſed tantum leuis. modò etiam ipſa acceptio mercedis pro cuſtodia, eſt quidam contractus, & ſit gratia vtriuſq;. Vnde niſi aliud addatur limitans, ponit leuiſsima. ¶ Ex his patet quòd multi conductores rerum & locatores tenentur de damno. Qui enim recipit pallium meum, & per errorem dedit alteri, tenetur: quia error in facto proprio non toleratur. l. item quæritur. §. item ſi pallio. ff. eo. qui etiam veſtimenta polienda accepit, tenetur ſi mus ea corrodit. d. l. item quæritur. §. ſi fullo. Si etiam nauta me inuito ponat res meas in alia naui quàm ego poſueram, tenetur ſi perierunt. d. l. item quæritur. §. j. vbi patet quòd nõ tenetur ſi tranſtulit nõ inuito domino, ſed bona fide, & ſine culpa, etiã ſi mala fide tranſtulit: ſed eadem nauigatione vtraq; nauis perijt. ff. ad l. Rho. de iac. l. ſi. §. j. quia licet fuerit in culpa rem meam infideliter pertractando, ex illa tamen culpa nõ perit: ex quo omnino erat peritura. qđ eſt valde notãdũ.
¶ Decimooctauò quæritur, † vtrum locans vaſa vitioſa ignoranter, propter quod emarcuit vinum, aut effuſum eſt, teneatur? Et dico quòd ſic ad reſtitutionem in intereſſe & vini nec ignorantia eũ excuſat. Secus autem in paſcuis locatis, vbi locatore ignorãte fuit herba peſtifera, & interierunt animalia conductoris: quia nõ tenetur: vt in d. l. ſed addes. §. j. vbi etiam glo. hoc eſſe ſpeciale in locato: vt intereſſe extra rem hac veniat. Ratio diuerſitatis eſſe poteſt: quia dicta ignorantia ibi non præſumitur ſine negligentia ſciendi qđ ſcire debuit, ſecus in herbis. In cõſcientia tamen nõ haberet locũ dicta lex, niſi quando locaſſet talia vaſa pro bonis. ſecus ſi ſimpliciter exhibuiſſet videnda per cõductorem, ignorans an eſſent bona vel ne. quia tunc cùm nõ ſit in aliqua culpa. nõ tenetur. Et qđ dictũ eſt in vaſis, intellige in omni re vitioſa, ex qua damnum prouenire poteſt: niſi vitiũ ſiue culpa ignoretur cùm locatur. A fortiori autem tenetur ad reſtitutionem intereſſe, qui locat rem vitioſam ſcienter: arg. d. l. ſed addes. qđ ro. pro his qui locant equos ſe demergentes in aquas: quia tenentur ſi veſtes deſtituantur: ſecus in commodato. ¶ Decimonono quæritur, † cui incumbet probatio, vbi in locato vnus affirmat dolum aut latam culpam interueniſſe, & alius negat, puta paſtor qui locauit operas? Et dicit Sum. Ang. quod vbi quis tenetur de dolo & lata culpa, probatio incumbit accenti interueniſſe dolum vel latam culpã. Sed vbi tenetur de leui aut leuiſsima: tunc tenetur conductor probare ſe caſu amiſiſſe. Sed Sum. Roſ. & Sup. dicũt ꝓbationem incumbere paſtori. & bene, quia cõſuetudo legũ interpres eſt. ...Et Hoſt. hoc ꝓbat, dicens ꝙ cũ ipſe ratione officij debeat habere cuſtodiam: ſi dicit amiſſam ouem, ꝓbet abſuiſſe dolũ ſiue culpam: ſicut argentarius probare debet ſe amiſiſſe rationes cum ruina vel incendio. ff. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi. & idem videt Dñs in lege veteri determinare... patet Exo. xxij. & idem in cuſtode carceris. ff. de cuſto. reo. Aliàs autem, qui dolũ allegat. l. quoties. §. qui dolo. ff. de proba. Vide etiam ſuprà Cuſtos. § iiij. an liberetur conductor à cuſtodia, ſi dominus aliam cuſtodiam ponat. vide autem multa ſuprà in verbo Familia. lucrum non dicitur, niſi deductis expenſis. l. illud. in glo. C. de col. & ff. pro ſocio. l. Mutus.



## De Ludo ſeu Loco in genere, & in ſpecie.

*1 Ludus quid & quotuplex ſit.*
*2 Ludus humanus an ſit peccatum.*
*3 Ludus ludibrioſus alearis, & quaſi alearis, an & quomodo ſit peccatum. & num. 4. & 5. & 6.*
*7 Habitum religioſorum an ſumere liceat in ludo.*
*8 Ludorum inſpectores an & quantum peccent.*
*9 Ludum prohibitum publice tenens qualiter puniatur.*
*10 Clericus ludens ad aleas qualiter puniatur.*
*11 Ludens quãdo & cui reſtituere teneatur. & n. 12. & 13. & 14.*
*15 Ludi particeps an teneatur reſtituere.*
*16 Lucrata in torneamentis an debeant reſtitui.*
*17 Compenſatio in Ludo quando fiat.*
*18 Ludens cum pluribus ſucceſsiuè an dicatur pluries luſiſſe.*

LVDVS † vel locus eſt loquutio vel operatio, in qua nihil quęritur, niſi delectatio animalis. ij. ij. q. clxxiij. art. ij. Vnde eſt in remediũ contra fatigationẽ animalem, dans animæ quietẽ, id eſt, delectationẽ. ibidẽ. & j. ij. q. j. ar. vj. ad primũ & iij. cõtra. c. xxv. pro quo aduerte quòd ſicut etiã quantũ ad appetitũ ſenſitiuũ eſt duplex cõcupiſcentia ſcilicet naturalis & animalis. j. ij. q. xxxiij. ita eſt duplex delectatio. ſcilicet naturalis: quæ eſt de eo quod abſens apprehẽditur vt naturæ cõueniens: cuiuſmodi ſcilicet ſunt omnia pertinẽtia ad cõſeruationẽ indiuidui: vt cibus, potus: & pertinẽtia ad potẽtias vegetatiuas: & animalis quę eſt de eo qđ apprehẽditur vt conueniẽs ex diſcurſu, id eſt, operatione rationis particularis ſeu cogitatiuæ. ¶ Primò verò quæritur in genere & ſummatim, quid de ludo ſcripſerit San. Tho. Et dico eum ſcripſiſſe fundamẽta totius materiæ ludicræ: vnde ſuppoſita diffinitione de qua ſtatim dictũ eſt, ſic dicit Triplex eſt ludus, ſcilicet turpis, vt theatralis ad luxuriã prouocans. recreatiuus, ſcilicet qui honeſte ad recreationẽ fit: & deuotus, q venit ex vbertate deuotiõis: de quo Dixit Dauid, Ludam & vilior fiã. ij. Reg. vj. Quorũ primus à quolibet debet euitari: tertius debet à quolibet aſſumi: ſecũdus debet ſumi, ſed à pœnitẽte tẽperatius. iiij. diſt. xvj. q. iiij. art. ij. q. j. ¶ In ludis aũt, intellige recreatiuis, cauẽda ſunt tria. primò ſcilicet dicta ac facta turpia vel nociua. ſecũdò reſolutio grauitatis. Vñ dicit Tullius in primo de Offic. ꝙ ſicut pueris nõ omnẽ ludẽdi licentiã damus, ſed eam quæ ab honeſtis actionibus nõ ſit aliena: ſicvt in ipſo ioco aliquid probi ingenij eluceat. tertiò indebitæ circunſtãtię ſecundũ perſonã, tẽpus, locum, & huiuſmodi. ij. ij. q. clxviij. art. ij. Et ſi quis ad recreationem debite ludat eſt meritoriũ in habẽte charitatẽ. ij. diſt. xl. ar. v. in cor. ſi verò ludat indebite ad recreationẽ, opponitur eutrapelliæ: ad quietẽ verò inordinatè ludere pertinet ad molliciem. ij. ij. q. cxviij. ar. j. ad tertiũ, ¶ Exceſſus autẽ in ludo, ſcilicet recreatiuo, eſt duplex, ſcilicet ratione turpitudinis vel nocumẽti: & ratione circũſtantiæ indebitæ: quorum primus eſt peccatũ mortale. intellige in re notabili. ſecũdus eſt veniale, niſi in eo ponatur finis. ij. ij. q. clviij. ar. iij. & ſi obijciatur ꝙ poteſt eſſe tertius exceſſus, nimis reſoluẽdo grauitatem: dico hoc eſſe nõ poſſe, niſi vno illorũ duorũ modorũ: vnde ille modus reducitur ad alios. ¶ Defectus etiam ludi eſt peccatum: ſed minus quàm exceſſus. ibidẽ. ar. iiij. hæc ſunt quæ ille ſummatim docuit: quæ diffuſe vide vbi ſ. ¶ Et ſi q̃ratur de alea, ad quẽ ludũ pertinet. Et dico ꝙ ſecũdũ ſe pertinet ad recreatiuũ: quia de ſe nõ eſt peccatũ, etiã ea ratione qua innititur fortunæ: alioquin in nullo caſu liceret, eo tamen modo quo diuina aut humana lege prohibetur. de quo infrà §. ix. ...quòd pertinet ad turpem, inquantũ eſt cum peccato inobedientiæ: & ſic etiam patet quomodo ſit intelligẽda quorundam diuiſio dicentiũ ludũ diuidi per diuinum, id eſt, deuotũ: & humanũ, id eſt, recreatiuũ: & diabolicũ, id eſt turpẽ, qui eſt triplex, ſcilicet ludibrioſus, id eſt, cõſiſtẽs in ludibrijs qui ſecundũ ſe eſt turpis: alearis ab alea: cuiuſmodi ſecundũ Veruec. eſt omnis, qui fortunæ innitit: & quaſi alearis, id eſt, miſtus ex fortuna & ingenio: vt ludus tabularũ cum taxillis: quia reſpectu taxillorũ viget fortuna: ingeniũ verò reſpectu tabularũ ducendarũ: & idẽ de chartis. & iſti ſunt turpes, vel ſecundũ ſe, vel ex humana prohibitione. Quidam dicitur vulgariter ludus, qui nõ eſt ludus: vt qui fit ſup aliquo euẽtu, & huiuſmodi: de quo infrà §. vj. ¶ † Secundò omiſſo ludo diui- 2
no, quærit de humano vtrũ ſit peccatũ? Et dico quòd ludus humanus eſt, qui fit ad recreationẽ propriã vel aliorum: ad quod reducitur ſi fiat cauſa virtutis experiẽdæ. Et iſte aliquãdo dicitur theatralis à loco apto ad theorandũ, id eſt, ſpectãdum: aliquãdo larualis, ab impoſitione laruarũ, quæ vulgo dicuntur maſcarę: aliquãdo hiſtrionalis, quando quis de ſua perſona facit ludũ, vt bagatellator: & qui inſeruiũt exercitio prouocandi homines ad ridendum: ad quod reducitur ſi quis ſit ſtragitator ſine vitę periculo. nam cum periculo vitę iam ludus nõ eſt humanus, ſed diabolicus. aliquãdo haſtiludialis: vt quãdo lanceis certatur: & vulgariter dicitur gioſtra. Aliquando dicitur torneamẽtalis: in quo olim ſe milites intra circulũ ad pugnandũ concludebãt: ſed hodie non eſt in vſu. Aliquãdo pilealis, baliſtalis, ſchacalis, chorealis & huiuſmodi, qui ſunt vocabulis plures: vt l. natura. ff. de pręſcri. verb. iſte igitur ludus de ſe nõ eſt malus, ſed potius eſt virtuoſus, pertinẽs ad materiã virtutis eutrapellię: vt patet ij. ij. q. clxviij. ar ij. aliquãdo eſt prohibitus: & hoc aliquãdo etiã ſub pręcepto ratione materię in qua fit: quia ſcilicet eſt turpis vel nociua: aut ratione circũſtantiæ. Vnde eſt prohibitus primò quoties ſibi vel alij imminet ex ludo probabiliter periculum mortis corporalis aut mutilationis vel grauis debilitatis mẽbri alicuius, vt in torneamẽto, extra eod. per totũ. & hoc eſt mortale: quia eſt contra præceptũ illud Matt. xx. Diliges proximũ tuum. & te à fortiori. & facit l. cruenta. iũcta glo. C. de gladi. & l. nam ludus. ff. ad leg. Aquil. Secus quãdo non immineret probabiliter, licet aliquãdo raro accidiſſet: vt in haſtiludio. ¶ Secundò eſt prohibitus ratione probabili periculi animæ ſuæ vel alterius: & hoc etiã eſt mortale: vt crebro accidit in choreis: & generaliter quoties continet in ſe turpitudinem. ¶ Tertiò ratione circunſtantiæ loci: & erit mortale ſi fiat in eccleſia cum irreuerẽtia magna, quæ tamẽ arte diffiniri nõ põt, ſed prudẽtis arbitrio. De hoc Sum. Ang. ſic dicit: Tales ludi, qui de ſe nõ ſunt mali, nullo modo fieri poſſunt in eccleſia aut loco ſacro de vi. & hon. cler. c. cũ decorẽ. & d. c. decet. de immun. eccl. lib. vj. Vnde nõ excuſarem a mortali, qui talem faceret in eccleſia, niſi foret quid modicũ: cũ videatur iure diuino ꝓhibitus ibi, Domus mea domus oratiõis vocabitur. hęc ibi. Sed ſua cõcluſio nõ videtur vera: quia nõ eſt rationabile quòd ludẽs ad ſchacos in loco ſacro ſine contemptu peccet mortaliter. Sua etiã probatio eſt inualida: quia c. cùm decorẽ loqtur de ludis theatralibus, quia erãt cum quodam ludibrio & turpitudine. c. autẽ, decet. nõ eſt pręceptiuũ, cum ꝓhibeat in eccleſia etiã fabulationes, de quibus nullus ſapiẽs diceret quòd ſint mortalia. Nõ etiã eſt mortale om̃e quod eſt cõtra ius diuinũ: alioquin mortale eſſet omne mendaciũ, cũ ſit cõtra illud, Pacẽ & veritatẽ diligite Zach. viij. Dico ergo ꝙ eſſet mortale ibi choreizare, aut per laruas repræſentare vana, & huiuſmodi importantia irreuerẽtiam magnã: nõ autẽ vniuerſaliter eſt mortale ibi ludere: nec etiã eſt veniale repręſentare ibi deuota, puta præſepe domini, & huiuſmodi, ſecundũ Gl. in c. cùm decorem. ¶ Quartò eſt ali-
quan-

quando prohibitus ratione perſonæ. nam clericis, & multo
magis religioſis prohibitus eſt omnis ludus cum armis,vt in
c.cotinebatur.de homi.quia & arma portare prohibẽtur &
ſub pręcepto,cum inde excõmunicẽtur:vt in c.clerici arma.
de vita & hon.cler.niſi ex cauſa iuſta,quę ſecũdũ Gl.intelli-
gitur ſi ꝑ loca periculoſa trãſierint: quia licet eis illa porta
re ad terrorẽ latronũ:ſed percutere nõ debent. qđ intellige
niſi eo caſu quo oporteret eos aut percutere aut percuti, vel
ſpoliari. Similiter prohibetur illis ludus hiſtrionalis: vt not.
in c.donare.diſ.lxxxvj.de quo dic vt ſuprà,Ars.§.vij.& ſuprà,
Clericus.iij §.viij. & generaliter ratiõe honeſtatis clericalis
omnis ludus, in quo ex propria perſona facerẽt ludum in pu
blico:vt ſaltatio,choreizatio, & huiuſmodi : vnde eſſent eis
huiuſmodi mortale.ar.c.pro dilectiõe.in fin.de cõſec.diſt.ij.
& quod not.Doct.in d.c.cùm decorẽ. Secus in ſecreto cum
aliquibus domeſticis.Et ſimiliter interdictus eſt eis ludus lar
ualis:quia habitũ mutare non poſſunt, niſi ex cauſa rationa
bili:vt ſuprà,Excõmunicatio.vj.§.v. Prohibet̃ etiã eis ludus
ſchacorum, ſecũdum Iac.de Aret.in l.ſi quis cũ ſciret.ff.pro
empto.& Cyn.& Pet.in authẽt.de ſan.epiſ.& cler.§.interdi
cimus.el.ij.Et ratio eſt ſecũdũ Mar.in d.§.interdicimus.quia
à diuino officio,cui debẽt inſiſtere:vt l.generaliter.C.de epi.
& cler.non minus deuiare facit ludus ſchacorũ, quàm ludus
alearũ,qui eſt eis ibidẽ ꝓhibitus.Et hoc ſequitur Sum.Roſ.
cõtra Sum.Ang.pręſertim in religioſis. Sed iſta ꝓbatio non
eſt bona,alioquin eſſet illis interdictum omne exercitiũ mẽ
tis implicatiuũ:puta ſtudiũ Muſicę vel Aſtrologię, aut piſca
tio,vel huiuſmodi.Vnde dico cum gloſ.in authẽt.interdici-
mus.C.de epiſ.& cler.quòd dicta opinio nõ eſt vera,niſi vbi
propter hunc ludum omitterent officia diuina,ad quæ tenẽ
tur.alias licitũ eſt eis, ſicut & ſecularibus ludere ad ſchacos,
ſecũdũ Richard.in iiij.diſt.xv.& Landu. niſi ratione ſcandali
vel inhoneſtatis clericalis:puta ludendo publicè.vel etiã niſi
ludendo cũ ſecularibus.ij.q.vij.laicos.xxiij.diſt.his igitur . &
idem dic de cantu ſeculari in citharis & huiuſmodi. ¶ Quin-
tò.eſt prohibitus ludus humanus ratiõe ſcãdali:vt ſi clericus
vel religioſus aliquẽ ludũ exerceret in publico,ex quo ſecu-
lares ſcandalizarentur:quod poſſet eſſe mortale,iuxta dicẽ-
da infrà Scãdalum.§.iij.¶ Sextò ratione cupiditatis. vnde te-
net Mat.vt not.Card.in cle.ij.de vita & hon.cler.quòd ludẽs
ad ſchacos cauſa cupiditatis peccat mortaliter.quòdquidem
verũ eſt quãdo ipſa cupiditas eſſet peccatũ mortale, de quo
ſuprà Auaritia.§.j.ſicut & quoties quis ludit ex intẽtione ali-
cuius quod ſit mortale:alias autẽ nõ: licet ſemper ſit illicitũ
ludere ex cupiditate:quia ludus nõ eſt cõceſſus niſi gratia ne
ceſſariæ recreatiõis ſuæ vel ſocij.Sed aduerte quòd ludus di
cit̃ fieri ex cupiditate lucrãdi, quãdo quis nõ luderet ceſſan
te ſpe lucri:ſecus quãdo luderet,etiã ſi crederet nec perdere
nec lucrari.¶ Septimò ratione tẽporis:puta ſi quis vellet lu-
dere ad pilã in paraſceue,quãdo nõ eſt tempus recreationis,
ſed doloris:& poſſet eſſe mortale ꝓpter magnitudinẽ irre-
uerentiæ,quæ arte diffiniri non poteſt:ſed arbitrio boni viri.
Sum.aũt Aug.hic tenet quòd ſit mortale in die feſto, in quo
ꝓhibetur opus ſeruile:Ludus vnus, in quo requiritur multa
ſeruitus,vt haſtiludiũ. quod etiã Richard.in iiij.diſt.xxxvij.
dicit eſſe mortale:nõ autẽ eſt mortale in alijs requirẽtibus
modicã ſeruitutẽ : niſi quis in eis tota die occupetur omiſsis
diuinis.Sed iſta cõcluſio non eſt vera:alioquin nõ liceret die
feſto ludere ad pilã , in quo etiã requiritur magnũ exercitiũ
corporale.& ſimiliter nõ eſſet poſsibile ſine mortali chorei
zare in die feſto quacũq; honeſtate vel cautela data. ꝙ nul
lus ſapiẽs diceret nõ ẽſt etiã peccatũ,maximè mortale,haſti
ludiũ,quando fit ſine periculo ꝓbabili: quia ſi licet exercere

militiam,licet etiam illam addiſcere,quod illo exercitio fit.
de quo infrà §.viij.in fin.& infrà Torneamentũ.Probatio e-
tiam ſua nõ eſt bona:quia opus corporale ordinatũ imme-
diatè ad ſpirituale vel animale, nõ eſt ſeruile , nec illicitũ in
die feſto ſicut qui ſtudet ad intelligendũ,licitè libros deſert,
mutat,& reuoluit:& ſi quis ludit ad recreationẽ,imò & ſi quis
araret ludo & ioco,nõ eſſet opus ſeruile:vnde idem exerci-
tium,puta piſcari ex fine eſt ſeruile & nõ ſeruile:ſicut & lici
tum ac illicitũ.Dicit autẽ eadẽ Sum.Ang. quod in ludis qui
fiunt gratia ingenij aut virtutis exercendæ, id eſt, in quibus
iſta exercitantur,aliàs non eſſet ludus ſi fieret ſolùm illo fi-
ne,vt patet ex dictis ſ.in princ.nõ licet ludere vno ludo niſi
per vnum ſolidũ, id eſt, aureũ:vt in auth. alearũ.C.de relig.
& ſump.fun.& dicitur ludus vnus ſecundũ Bart.in l.infician
do.§.inſanus.ff.de fur. pro toto illo tempore cõtinuato quo
aliqui inuicẽ ludũt. Ex quo infert d. Sum.limitando quòd ſi
magnis in ludo nõ cõceditur niſi ſolidus,paruis non cõcedit̃
niſi groſſus.Sed iſta nõ ſunt de mente illius legis quę ſolùm
intendit prohibere diſsipationem patrimonij:& ſi eſſent ho
die,nõ tenẽt ob contrariã conſuetudinẽ: quia etiã militibus
in haſtiludijs pręmia magna ꝓponũtur.¶ Tertiò quæritur,
†vtrũ & quomodo primus ludus diabolicus,id eſt, ludibrio-
ſus ſit peccatũ?Et dico quòd ludibrioſus à ludibrio,quod eſt
deriſio,dictus eſt.vnde aut eſt ludibrioſus: qa eſt in deriſum
proximi.& ſic dico vt ſuprà Deriſio.vel eſt ludibrioſus: quia
eſt de his,per quę quis venit in ludibriũ,id eſt,deriſum:quod
ſi eſt,quia per hæc ludẽs deridetur,tãquam deficiẽs in intel-
lectu ſeu ſtolidus:nõ videtur mortale niſi ratione ſcãdali.Si
verò deridetur quãtũ ad voluntatẽ, quia ſcilicet per hoc re-
putatur vitioſus vel ꝓuocatiuus ad vitia:vt quia ludẽdo vti-
tur verbis,actibus aut rebus prouocãtibus ad laſciuiã:ſic eſt
peccatũ mortale.¶ Quartò quæritur,†vtrũ & quomodo lu-
dus diabolicus alearis ſit pctm̃?Et dico ꝙ hic ludus non eſt
peccatũ vel eſt veniale,quãdo luditur aliquid modicũ cauſa
recreationis vel cõuiuij:& in hoc omnes Doc. cõueniũt quo
ad laicos ſaltẽ:quia hoc permittitur.ff.de alea.l.quod in cõ-
uiuio.Et intellige modicũ reſpectu perſonæ ludẽtis:& tale
modicũ qđ qs faciliter donaret:in quo ceſſat ratio prohibi
tiõis huiuſmodi ludi,quæ eſt multitudo malorũ ex ludo ſe-
quẽtiũ.Hoc tñ intellige eſſe licitũ niſi interueniat aliqd eo
rum quę ludũ humanũ faciũt eſſe peccatũ,de quibus.§.prio
re dictũ eſt quantũ ad clericos verò gl.in auth.de ſan.epiſ.§.
interdicimus.videtur tenere quòd ſit eis mortale,etiã in mo
dico,ex recreatione:ſed inſpecta ratione allegandarũ legũ,
& cõſiderato ꝙ legũ correctionẽ debemus euitare.de elect.
cum expediat.lib.vj.dico hoc nõ eſſe verũ:quia hoc nõ pro-
hibuit eis papa:nec Imperator poteſt ꝓhibere: quia illi non
ſubdũtur.Si verò luditur,ſed nõ ex recreatione aliquid mo-
dicũ,eo modo quo dictũ eſt:ſic ſemp hic ludus eſt pctm̃ lu
denti,participãti,& inſpiciẽti:quia prohibetur lege ciuili.ff.
de alea.per totũ.& C.eo.in cõſtitutiõe Gręca,& C.de relig.
& ſump.fu.auth.alearũ.& maximè ſi ſunt clerici. & in auth.
de ſan.epi.§.interdicimus.& ſimiliter iure canonico:vt de vi.
& ho.cle.vbi ꝓhibetur clericis.& tamẽ vacat ibi argumẽtũ
à cõtrario ſenſu:qa alibi ꝓhibetur etiã laicis:vt di.xxxv.c.j.
& eſt mortale ſcđm Ray.qđ patet ex pœna quę eſt excõica
tio vel depoſitio:vt di.xxxv.epiſcopus.imò dicit ibi Hug.ꝙ
eſt mortale ſemp:quod tamẽ nõ eſt verũ,nec illud c.hoc ꝓ-
bat:qa dicit deſeruiẽs.& ly.de auget:vt ff.depo l.j.in prin.&
ideo eſt mortale primò ſcđm Gl.ibi,& Rod.ei qui vacat ſer
uit ludo,id eſt,in conſuetudinẽ ducit.& hoc ſequit̃ Sũ.Ang.
ſed qa ſecundũ Arc.poſt.bea.Tho.cõſuetudo & ſi aggrauat
pcm̃,ſpeciẽ tñ eius nõ mutat,vt de veniali fiat mortale vnde
meritis

melius Sum.Roſ.& Sup.ſequendo doctrinam ordinis noſtri,
dicunt hoc eſſe mortale laicis quando luditur ex auaritia.
quod ſecundum Archi.eſt quando quis ludit non ob recrea-
tionem,ſed ad acquirendũ aliquid notabile per ludũ. Vñ in-
telligo quòd ludus ſit ex auaritia qñ ludens non luderet niſi
cum ſpe lucrandi.Ex ſolatio verò qñ ludens luderet , etiã ſi
neutram partem crederet lucraturã,licet deſideret & ſperet
lucrari.Et ratio eſt:quia qñ aliqua duo, puta ludus & ſpes lu
crandi,ita ſe habent quòd poſito vel remoto vno,puta ſpe,al
terum ponitur vel remouetur , oportet alterũ eſſe cauſam
alterius:ſed ſi mota ſpe ſtat ludus,illa nõ erat cauſa ludi. Vñ
non omnis qui appetit lucrari.ludit propter lucrũ.& iſta aua
ritia ſuppoſita ludi prohibitione, eſt mortale in re notabili:
quia intendit ſpoliare ꝓximũ modo indebito:& hoc etiã cle
ricis,cùm prohibeatur iure canonico eſt multo magis quàm
5 laicis.¶ Quintò quæritur,†vtrum & quomodo ſit peccatum
ludus quaſi alearis,vt chartarũ,& huiuſmodi?Et dico ſecun-
dum Arch.idem eſſe iudiciũ qđ de aleari.quia in ludo char-
tarũ principaliter valet fortuna:& idem dic in ludo tabula-
rum:& idem in omnibus,in quibus principaliter fortuna vi-
ctoriam parat:quia omnes iſti ſecundũ mentem Veruec.ve-
6 niunt nomine ludi alearum.¶ Sextò quæritur,†quid iuris de
eo ludo qui vſitatur crebro apud omnes, dũ duo litigant ſu-
per veritate alicuius ſententiæ ſub aliqua pœna,puta vno di
cente,talis princeps eſt mortuus:alio verò dicente,quòd nõ,
ludant aureũ lucrandũ à veridico,& à falſidico ſoluendũ?Et
dico hoc non eſſe propriè ludũ:cùm hoc inuentum nõ ſit ad
recreandum vires animales,ſed potius cùm ſit idem ac ſi di-
catur,do ſi dixeris verũ.reductiuè eſt cõtractus innominatus
ſcilicet do vt facias,ſiue ſi fęceris: quia ad facere reducitur
dicere?Et dico ſcđm mentem Archid.hoc eſſe peccatũ:quia
dicit hoc lucrũ nõ eſſe licitum,ſed turpe ex auaritia deſcen-
dens,& nulli vtilitati,ſed vanitati deſeruiens & prodigalita-
ti.Non tamen tenetur reſtituere neceſſariò qui lucratur:ſed
pauperibus debet erogare magis ex cõſilio quàm ex præce-
pto,arg.xiiij.q.v.non ſanè.&.c.qui habetis.Et ſi eñ lex diui-
na vel naturalis prohibeat omnem actum auaritiæ & illici-
tæ acquiſitionis,vt meretricij, torneamenti , & hmõi nulla
tamen lex in hmõi reſtitutionem mandat.Eſt autem quædã
ſimilitudo quantum ad futurum euentum, inquantum ſcili-
cet ibi aliquid valet fortuna:tamen ludentes principalius fi-
dunt ſe in ingenio cõiectãdo quàm fortunæ.¶ Septimò quę
7 ritur,†vtrum in ludo aliàs licito licitum ſit vti habitu reli-
gioſorum:Et dico quòd nõ,ſed grauiter punitur hoc faciens
vt in auth.de ſan.epi.§.ſi.& pe.& ar.C.de epi.audi.l.minimè.
Sed,vt ibi patet,vtraq; lex de ſecularibus loquitur.& prima
loquitur maximè de theatralia exercentibus . ſecunda verò
de turpibus mulieribus,& in publico . vnde ſecus eſt in reli-
gioſo ſecretè:ſicut ſi ex recreatione frater minor induat ha
8 bitum prædicatoris,vel econtrario. & idem in ſimilibus.de
hoc ſ.Apoſtaſia.§.iiij.¶ Octauò quæritur,†vtrũ & quantum
peccent inſpectores ludorum,ſpectaculorum,& huiuſmodi?
Et dicit Monal.quòd inſpectores & participes ludorum, in-
tellige prohibitorum ſaltem venialiter peccant maximè ſi
ſint clerici.auth.de ſan.epi.§.interdicimus.de vi.& ho.cle.cle
rici.Et idem diceret de ſpectaculis,cùm ſit ratio par:vtrũ ve-
ro peccent mortaliter inſpectores qñ ludus exercetur cum
mortali gl.in d.§.interdicimus.videt̃ tenere quòd ſic,ſi ſunt
clerici.Sed hoc nõ bene dicitur:quia hoc peccatũ conſiſtens
in ſpectando nõ prouenit ex aliqua prohibitione legis poſitiuę
quæ clericos plus quàm laicos in hoc coërceat:vnde proue-
nit ex ꝓhibitiõe legis naturalis.ex hoc ſcilicet quòd aſ-
piciendo faciunt aliquid ſecundum ſe malum:quæ lex natu-

ralis non diſtinguit inter clericos & laicos.Sum.verò Ange.
contra id quod ſ.Curioſitas.§.iij.dictũ eſt,dicit hoc eſſe mor
tale ſolùm ſi ex iſto aſpectu aliqui inducuntur efficaciter
ad ludendũ vel ad ludũ cõtinuandũ.Si verò nõ inducũt, non
eſt mortale:niſi aliquid mali miſceat̃:vel nõ eſſent tales qui
corrigendo poſſent facere ceſſare:quia tales peccarent mor
taliter,cùm videant̃ cõſentire errãti.lxxxiiij.di.error.Sed iſta
non dicunt̃ ſufficienter:quia cùm tales nõ videãt,niſi ex de-
lectatione:ſi eſſent cõtenti talia fieri,vt ipſi viderent,etiã cõ
ſentirent in peccatũ mortale:qđ eſt mortale . ¶ De his Arc.
virtualiter in ſcđa parte,tit.iij.c.vij.§.xj.ſic dicit:Si ſpectacu-
la repræſentant pia:vt adoratio magorũ,& hmõi:ſicut licitũ
eſt ea exercere,ita & videre:licet in eis reſecanda ſint vana &
turpia.Si verò nõ ſunt talia:tũc aut ſunt expreſsè prohibita
à iure,vt torneamẽta & duella.extra de tor.per totũ.& ij.q.
iiij.monomachiã.vel etiã ſi ibi probabiliter imminet pericu-
lum vitæ aut notabilis læſionis:horũ exercitiũ eſt mortale,
non aũt inſpectio:niſi quis ita eſſet affectus vt etiã vellet vi-
dere ſi præciperet̃ cõtrariũ:vel niſi propter hoc omittantur
diuina in diebus feſtis.intellige diuina de præcepto.& ſic in-
tellige c.qui die ſolenni.de cõſe.di.j.vel niſi dent operã effi-
cacem ad hæc facienda.Si aũt nõ ſunt expreſſe ꝓhibita tũc
ſi repræſentant̃ multũ turpia:mortale eſt exercere & volũ-
tariè videre:cùm ſit delectari de turpibus: tũ etiã qa eſt ex-
ponere ſe periculo tentationis.Et ſic intellige illud Aug.di.
lxxxvj. qui venatoribus.de videntibus venatorem qui delectã
tur,væ miſeris.quia loquitur de hiſtrionibus & venatoribus
cum beſtia dẽtata:reſpiciens verò à caſu neſciens talia fieri,
non videtur de facili cõdemnandus pro leui & incauto aſpe-
ctu.Si autem alia vana & ſolatioſa repræſententur nõ in op
probrium eccleſiæ vel cleri aut religionis,de ſe nõ eſt mor-
tale exercere aut videre:vt facere laruas aſpicere choreizã-
tes,currentes ad brauiũ,ſe exercentes in palæſtra, vel haſti-
ludijs,aut alijs ludis:licet per accidens poſsit eſſe ibi morta-
le ratiõe intentiõis,aut periculi,aut ſcãdali . Hæc ex illo.Ex
quo & omnibus præmiſsis infero duo.Primũ ꝙ haſtiludium
nõ eſt torneamentũ,nec de ſe mortale:ſcđm qđ ꝑ ſe loquen
do inſpectio ſpectaculorũ nõ eſt mortale pctm̃:niſi ratione
efficacis inductiõis ad mortale,aut cõplacentiæ in illud,vo-
lendo tale qd fieri vt videat̃:aut ceſſatiõis à corrigendo: per
accidens verò eſt mortale ratiõe intentionis aut periculi a-
nimæ vel corporis vel ſcandali:vide etiam ſ. Curioſus.§.iij.
¶ Nonò quærit̃,†quæ ſit pœna cõtra tenentes ludũ alearũ 9
prohibitũ?Et dico quòd eſt multiplex. ¶ Primò eñ domus,
in qua ludit̃,debet publicari:vt in d.auth.alearũ.in verbo,do
mibus eorũ publicatis.¶ Secũdò,quia ſi tenens ludũ verbere
tur,ex tali iniuria actio nulla oritur , nec punitur verberãs
aut damnũ illi dãs,qñcunq; & vbicunq; factũ fuerit,ſiue tpe
quo luditur,ſiue alio,ſcđm Bal.in d.rub.& Bar.& etiã tex.in
l.j.§.notandũ.ff.de alea.¶ Tertiò,quia ſi fuerit ei aliquid ſub
tractum tẽpore quo in domo eius luditur,ſiue à luſoribus,ſi
ue ab alio,repetere nõ poterit.nec habet rei proſequutionẽ,
nec etiam pœnalẽ furti:vt eſt tex.in d.l.j.§.j.ff.de alea.in cõ
ſcientia tamẽ illud retineri nõ poteſt , nec illi reſtituẽdum:
quia lex eũ priuat in pœnã,ſed pauperibus erogandũ eſt, ar.
c.cũ tu.de vſuris.¶ Quartò,quia ſi aliũ cõpulit ad ludendũ,
etiã ex metu nõ cadente in cõſtatẽ virũ,puniri poteſt iudicis
arbitrio,& carceribus tradi:vt in d.tex.§.j.ibi qui cõpulit. &
iſta cõpulſio intelligenda eſt etiã eo modo quo grauis tẽta-
tio vel perſuaſio , hominem impellere vel cõpellere dicitur
eo ipſo quòd ſtat cũ altari parato,hoc eſt,præſtat domũ, ta-
xillos,ſcamnum,lumina,& huiuſmodi:quia iſtis ſuaſionibus
& illecebris dicitur cõpellere iuuenes nõ valentes refręnare
calores

calores iuueniles.l.ſi.§.filij autem.C.de bo. quæ liber.Sicut dicimus in materia Macedoniani.l.j.& iij.ff.ad Mace. & per totum.Aliter niſi ita acriter dicta lex intelligeretur, non haberet effectum:quod non eſt dicendum.l.ſi prætor.in princ. ff.de iudi.quæ lex prædicta poteſt etiam intelligi in omnibus alijs blanditijs & ſuaſionibus inducentibus homines ad ludum,vt dicantur cōpellere ad ludum:ſicut dicimus de virginum raptoribus:quòd niſi eſſet qui ſolicitaret,qui doloſis artibus circūueniret,nō faceret eam puellam in tantum decus ſeſe prodere.text.eſt in l.vnica.§.ij.C.de rapto.virgin. ¶Quintò,quia omnis contractus celebratus inter inuicem ludentes non tenet:vt no.Bart.in l.ſi quis cùm ſciret. in fine. ff.pro empto.Vnde etiam nō valet tranſactio in ludo facta, ſecundum Pan.in c.clerici.de vi.& ho.cle.Nec vendens in ludo tenetur de euictione:vt in l.ſi filiofamiliâs.§.j.ff.quarum rer.act.non da.¶Sextò,quia mutuās pecuniam luſoribus,vt ſecum ludant,eam repetere non poteſt:vt eſt gl.ordinaria in l.j.in prin.&in l.ſi.ff.de aleato.quodverum credo,non ſolùm ſi mutuans ſit ludens,ſed etiam ſi nō ludat,modò mutuet ludenti ſcienter,vel ludere volenti: quia videtur caſus in l.verum.§.pe.ff.de mino.non obſtante quòd loquatur de minore,ſicut& l.ſi verò non remunerandi.§.ſi adoleſcens.ff.manda.quia idem eſt de maiore:tum quia hoc dicit glo. in d.§.ſi adoleſcens.tamen quia d.l. verum . loquitur quando minor priuilegiatus mutuat minori etiam priuilegiato : & tamen ibi licet ſint in pari priuilegio,potior eſt conditio perdentis pecuniam.Et facit quod no.Bar.in d.l.ſi quis cùm ſciret.ſi autem mutuaret alteri quàm colludenti,licet in ludo,ſecundū Pan.vbi ſ.competit repetitio.Ad quod vide tex.cum gl.in l. j.ff.de alea.& in l.pe.& vlt.C.eo.vide etiam §.ſeq.¶Decimò

10 quæritur,†quæ ſit pœna clerici ludentis ad aleas?Et dico ꝙ de hoc ſic legitur diſt.xxxv.c.j. Epiſcopus aut presbyter aut diaconus aleæ aut ebrietati deſeruiens,aut deſinat,aut certè damnetur:ſubdiaconus autem aut lector aut cantor,aut deſinat,aut cōmunione priuetur.Et,vt ibi patet,idem eſt in laico,quod in clerico in minoribus . Hodie etiam idem eſt in ſubdiacono quod in diacono,ſecundum Hoſ.extra de ſer.nō or.mirant.Ad hoc tamen vt dictas pœnas,ſcilicet depoſitionis vel excōmunicationis incurrant,duo requiruntur,vt colligitur ex doctoribus.Primò quòd habeant ludum in conſuetudine,ſecundum Ray.Vnde dicitur,deſeruiens. Secundò,ꝙ prius moneantur,& non corrigantur: quia etiā pro mortali nullus eſt excommunicandus,niſi ſit contumax,ſecundū beatum Tho.in iiij.vnde dicit,aut deſinat.debet tamen inutroq; caſu pœnitentiam agere de peccato.Sed prædicta intellige de ludente cum mortali peccato:ſecus de ludente licitè aut cum veniali:puta ex recreatione quid modicum:quia ſecundum Ray.dictæ pœnæ nō inferuntur,niſi pro mortali.¶Vn

11 decimò quęritur,†vtrum aliquo caſu reſtituere teneatur qui vicit per aleæ ludum?Et dicit beatus Tho.ij.ij.q.xxxij.ar.vij. quòd in tribus caſibus tenetur quis diuino iure reſtituere illi,à quo eſt lucratus,nec ſufficit dare pauperibus . ¶Primò, quando lucratus eſt ei qui rem ſuam alienare non potuit.Et huiuſmodi ſecundum Arch.poſt Ray.ſunt furioſi& prodigi, id eſt,quibus ratione prodigalitatis dati ſunt tutores : vt exponit Archi.& minores xxv.anno maximè pupilli,& mente capti,& ſurdi,& cæci,& perpetuo morbo laborantes:quia hi cum rebus ſuis ſupereſſe,id eſt,prouidere non poſſunt:dandi ſunt tutores vel curatores.Inſti.de cura.per totum.& ſerui & filij non emancipati : niſi habeant peculium caſtrenſe vel quaſi : & clerici quo ad bona eccleſiaſtica,quæ pauperū ſunt xvj.q.j.quoniam.& religioſi & vxores.Qui enim lucratur,his tenetur reſtituere,ſecundum Sanctum Tho. Ray.& Pet.& alios,niſi ſit quid modicum,de quo præſumitur quia curator non curat.¶Secundò,quando quis lucratur fraude quia hoc vt furtum reputatur,ſecundum S.Tho. & Ray.ar. xiiij.q.j.non ſanè.& ſecundum Piſ.intellige fraudem etiam ante ludum:vt quia finxit ſe inſcium ludi . ¶Tertiò,quando quis traxit aliàs non luſurum per vim aut nimiam importunitatem,ſiue in principio ludi,ſiue in medio,ſecundum beatum Tho.& Azo.& Rayn.qui adducit ad hoc d.c. non ſanè. ¶Duodecimò quæritur , † vtrum is qui lucratur per aleas præter tres caſus de quibus in §.priore dictū eſt:vt qui lucratur,ei qui pōt alienare ſine fraude,& ſine attractu, teneatur reſtituere,vbi non viuitur legibus imperialibus : aut ſi viuitur ſunt per contrariam conſuetudinem abrogatæ? Et dico ſecundum Rich.quòd licet ludus fortunæ vtroq; iure ſit prohibitus:tamen reſtitutio non mandatur fieri niſi per ciuile: imò leges non mandant reſtitutionem,ſed cōcedunt repetitionem vſq; ad 50.annos:vt l.ſi.C.eo.& in d.auth . alearum. Igitur vbi nō viuitur legibus imperialibus,aut ſi viuitur,ſunt abrogatæ ipſæ & ſtatuta municipalia,ſi qua ſunt: qui lucratur,reſtituere nō tenetur,ſecundum communem ſententiā: quia ſolo iure ciuili iſta reſtitutio mādat̄, qđ abrogatū ſupponitur:lucrū tamen ipſum erogandū eſt pauperibus ſecundum penè omnes:quia eſt turpe:vt j.Turpe lucrū.quod quidem dicunt aliqui eſſe verum ex neceſſitate præcepti:alij verò melius dicunt hoc eſſe cōſiliū,ne ſcilicet pateat via ludis. Et iſta eſt opinio Mo.Aſca.Ange.Arch.Fran.Zab.Pet.de Palu.Ray.qui dicunt quòd conſuetudo potuit dominium tranſferre in vincentem.& Io.de Imo.qui allegat iſta,nec reprobat:& Io.And.& Io.Cald.qui in d.c.clerici.dicunt tutum eſſe dari pauperibus,non autem neceſſarium.& Aſten.&vt ibi videtur etiam S.Tho.& Ric.qui dicunt quòd talis reſtituere non tenetur:&.tamen nihil dicunt de dando pauperibus. Et pro hoc facit theorica Veruec.quòd vbi reſtitutio non eſt facienda certæ perſonę ſed pauperibus:talis reſtitutio eſt de conſilio : exceptis tamen quibuſdam caſibus , in quibus ius præcepit expreſsè fieri reſtitutionem:vt j.Reſtitutio.viij.§. ij.& ideo iſta opinio tenenda eſt:vt non negetur abſolutio nolenti erogare pauperibus:ſed alia tanquam magis miſericors & ſecura eſt conſulenda . Nec obſtat prædictis quòd epiſcopus auxilio præſidis poteſt talia lucra,ſi non repetuntur,exigere,& paupereribus diſtribuere:vt dicit tex.in d.authen.alearum.& ſicvidetur eſſe pauperum:tum quia hoc eſt abrogatum,vt ſupponitur:tum quia licet in pœnam illa poſſit auferre:non ſequitur tamen quòd ipſi dare teneantur, ſicut nec in alijs caſibus , in quibus fiſcus turpiter acquiſita tollere poteſt:vt in l.j.C.ad legem Iul.repet.& in l.j ff.de iure fiſci.Eſt tamen hic notandum quòd Sum.Ang.tenet huiuſmodi leges Imperiales non eſſe abrogatas quod verum eſt eo modo quo dicit,ſcilicet per nō vſum:vt patet ex dictis ſ. Lex.§.xvj.ſed ſunt abrogatæ per contrariū vſum , in quantum aliquando repetentibus nō ſit ius.Vnde dicit Alex . Lom.in tit.de vſur.quòd ſunt abrogatæ per conſuetudinem contrariam:quod patet,inquit,quia repetenti ludo perdita in foro ciuili & iudiciali non datur actio,nec ſententia reſtitutionis ſibi fiendæ.& idem tenet Sco.in iiij.diſ.xvj.& ſequitur Sum. Roſ.& eſt verum in multis locis.¶Decimotertiò quæritur, † vtrum is qui lucratur potenti alienare ſine fraude & tractu vbi viuit̄ legibus Imperialibus vel municipalibus non abrogatis quo ad reſtitutionē,teneat̄ reſtituere ? Et dico de hoc eſſe multas opiniones. ¶Prima dicit indiſtinctè quòd talis reſtituere non tenetur , ſed de neceſſitate tenetur erogare pauperibus.& ſic tenuit Hug. & Placen . hac ratione quia cùm turpitudo vertitur ex parte vtriuſque, melior eſt conditio poſsidentis.ff.de condi. ob tur . cau.l.iij . & iiij.Sed hæc opinio eſt falſa quantum ad primum dictum & ſecundum,vt patebit.Ad rationem vero dicit Azo hoc eſſe verū fortè cùm dedi aliquid vt turpe qđ faceres. ſecus ſi dedi contrahendo,vbi lex cōtractū ꝓhibet.C.de agri.&cen.l. quemadmodum.¶Secūda diſtinguit dicens ꝙ tenetur reſtituere, ſi per ſententiā iudicis ad hoc fuerit arctatus ſeu cōdemnatus,aliàs nō:quia iura nō mādant fieri reſtitutionem,ſed cōcedunt poſſe fieri repetitionem.tenetur autem dare pauperibus,ſic quòd ſi prius dediſſet,& poſterius fieret repetitio, excipere poſſet corā iudice,ſi poſſet probare erogationem factam pauperibus.& ſic tenuit Pet.de Pal.in iiij.&Sum.Ange.quantū ad hoc quòd reſtituere nō tenetur,niſi fiat repetitio,qđ patebit falſum.licet dicat nō eſſe neceſſariò lucrum erogandū pauperibus.qđ patebit verū.& addit quòd vbi lex imperialis,quam ſcilicet nullibi credit abrogatā nō ligat,vt in terris eccleſiæ,& ſimilium, non poteſt fieri repetitio. qđ etiam eſt falſum:quia huiuſmodi leges ſi non ſunt abrogatæ,ligant etiam in terris eccleſiæ:vt patet ex dictis ſ.Lex.§. ii.¶Tertia autem opinio dicit quòd tali iure durante ſic acquiſitum eſt ſimpliciter reſtituendum ei , à quo acquiſitum eſt ex iure poſitiuo:quia iura prohibent non ſolùm ludū,ſed etiam acquiſitionem per ipſum:& malæ fidei poſſeſſor dicitur,qui contra legū iura mercatur,de agri.& cen.l.quemadmodum.& hæc eſt opinio Azo.& gl. ſuper c. epiſcopus.diſt. xxxv.&.c.clerici.de vi.& ho.cle.& S.Tho.vbi ſ.& in iiij.diſt. xv.& Rich.in iiij.& Rayn.& Bern.in d.c. clerici.& breuiter Hoſt.dicit,vt refert Archi.& ferè omnes doct.ſic ſentire.Fallit tamen quod dictū eſt ſecundū Arch.in eo,qui lucratus eſt ei,qui traxerat ad ludum:qui non tenetur reſtituere ei , qui amiſit,ſed erogare pauperibus,ſecundū Ray.& Inno.in cap. quia plerique.de immu.eccl.quod intellige de conſilio,& nō præcepto.Fallit etiā in eo qui modicū ex recreatione luſit: quia reſtituere non tenetur,ſi ludus fuit licitus & honeſtus.

14 ¶Decimoquartò quæritur,vtrūvincens per ludum humanum,qui ſcilicet innititur viribus aut ingenio,teneatur reſtituere,ſicut per ludū pilæ & baliſtæ,ſchacorum,& huiuſmodi?Et dico huiuſmodi ludos non eſſe prohibitos,vt dictū eſt. & eſt tex.in l.pe.& vl.ff.de alea.vbi conceſſus videtur omnis ludus,qui fit gratia virtutis experiendæ:intellige niſi aliter ius naturale vel eccleſia ꝓhibuerit:vt torneamentū.& dicūt quidam,vt recitat Pan.in d.c.clerici.quòd hoc caſu quodvincitur,nō ſubiacet reſtitutiōi,cùm nō ſubmittāt ſe homines fortunæ,ſed exinde proueniat bonum,cùm exerceantur ingenia:non tamen debet ludi in magna quantitate:quia iam non fieret ex recreatione,ſed cupiditate.Pan.etiā dicit quòd vbi quis luderet ꝓpter lucrū,eſſet idem qđ de ludo fortunę. ¶Decimoquintò quæritur , † quomodo teneatur particeps in ludo illicito?Et dicit Arc.de dante pecuniā ad partem lucri,quòd tenet̄ de eo quod ad illū peruenit:& idem videt̄ de alijs,qui concedunt domos vel taxillos,vel conſulunt : quia iſta dānificatio fit volente dānificato exponere ſe tali periculo:ſecus in furto & rapina.& de hoc j . Reſtitutio.iij.§.vj. parti.ij.¶Decimoſextò quærit̄,†vtrū poſsit quis licitè retinere qđ lucratus eſt in torneamētis?Et dicit Ric.vbi ſ.quòd ſi quia eccleſia & ſi prohibuit torneamentū,nō tñ acquiſitionem per ipſum:vñ peccat quidem, ſed reſtituere non tenetur:vnde debet pauperibus erogare , de cōſilio tñ magis quàm de præcepto,dicit Archi.¶Decimoſeptimò quæritur, †vtrum poſsit fieri compenſatio , ſi is , qui lucratus eſt cum obligatione reſtituendi.perdat cum eo qui & ipſe reſtituere tenetur?Et dico multa.¶Primum.Non fit compenſatio, ſi perſona ſit alia:quia ſtaret inæqualitas iuſtitiæ, cum is nō recipiat qui amiſit.¶Secundum. Si verò perſona ſit eadem ſed ludus alius genere:puta,quia vnus erat licitus & nō alius: non fit etiā compenſatio:quia vnū lucrum,ſcilicet ludi illiciti,eſt obnoxiū reſtitutioni,& nō aliud: ideo qui perdit ad pilam decem,& lucratus eſt ad aleas alia decem,nihilo minus tenetur ſoluere decem,quæ ipſe in veritate debet:nec poteſt cōponere alia decem:quia ſibi in veritate nō debent̄ , cùm ea reſtituere teneat̄ ſi accepit . ¶Tertiū. Si verò perſona ſit eadem,& ludus idem in genere,& ſpecie diuerſus : vt vterq; licitus,vel vterq; illicitus:& multo fortius ſi ſit idem ſpecie, numero diuerſus:puta quia vterq; eſt alearis vel pilaris: aut ſi ſit idem numero,quod eſt qñ ad alia nō diuertit̄.ſcilicet ꝑ notabile ſpatiū,ar.l.continuus.in princ.ff.de verb.obl.tunc ſi vterq; ludentium perdere poteſt,ſit compenſatio tripliciter primò ſi ludus ſit vnus numero,vt planū eſt:quia in his quæ ſunt eiuſdem rationis conſiſtentia in numero,pōdere,&menſura,& eiuſdem liquiditatis,tenet compenſatio,vt ſ.eo.tit.§. j.& facit quod no.Bar.in l.inficiando.§.infans.ff.de fur.Secūdò ſi ſit vnus ſpecie eadem ratione:quia ſemper vterque erit licitus vel illicitus,& eadem erit ratio obligationis hincinde Tertiò ſi ſit vnus genere:quia eadem eſt ratio.Nec obſtat ſi vterq; ſit illicitus: tum quia ſi hac ratione quia ludus eſt illicitus,ille cui vici, non tenetur mihi,eadē ratione nec ego illi: & ſic fit compēſatio ſaltem impropria falſo credito extinguendo falſum debitum:tum etiam quia&ſi dare ſit caſum, in quo quis non teneatur ei cui vicit ratione paris turpitudinis,poteſt tamen illi reſtituere:& reſtituendo liberat̄:vt no. in Sum.Con.lib.ij.tit.viij.q.xxv.ad finem.Si verò vterq; perdere nō pōt,iterū fit cōpenſatio tripliciter,vt ſ. qa ratio par eſt,& neuter eorum debet etiā in ludo licito pro tūc : quia nō habet vnde perdat.Si verò alter tantū perdere nō pōt:ſi ludus ſit vnus numero,fiet compenſatio ſaltem impropria quantū ad totū,ſi vterq; æqualiter vincit aut perdit:qa nullus lucratur.cùm lucrū ſit quod reportatur in fine : vel pro rata,ſi alter altero plus vincit:quia nō eſt alter lucratus,niſi quod excedit partem illā.Si verò ludus ſit alius & alius numero vel ſpecie,non poterit cōpenſare de ſubtilitate iuris is,qui vicit,perdere non valenti:quia acquirit patri vel dño: non autem perdit. De æquitate tamen conſcientiæ credo quòd fieri poſsit.ar.eius quod no.Pan.in c.filius . de teſta.& c.ex parte.de cenſi.¶Quartū.Circa iſtā materiā Sum. Roſ. tenet vnū falſum cōtra prædicta,& cōtra mentem Summiſtarum ſui ordinis,id eſt,Sum.Ange.& Sup.& hoc ex friuola ratione,dicens.Si ludus ſit cum eadem perſona,ſed alio & alio tempore,nō fit cōpenſatio:quia per interitū rei moroſus debitor non liberatur.l.in re furtiua.ff.de cond.fur.tangit etiam aliud fundamentum:quia quæ prius vicerat danda erāt pauperibus:ludēdo aūt nō pauperū bona,ſed ſua amiſit.Sed dico ad primū motiuū ꝙ iſta lex intelligitur in re certa & determinata:ſicut ſi debeo iſtū equū aut ſummā decem librarum in iſta moneta numero vel ſpecie : nō liberor ſi pereat equus vel iſta moneta.Secus in re incerta,cuiuſmodi eſt aliqua ſumma,puta decem librarū:quia iſta nō interit quandiu ſtant aliqua bona ludentis:quia ſi perdit aurū,quærat argentum,& ſoluat,& ecōtrario.Ad ſcđm dico quòd illa non erant pauperū,quæ prius lucratus erat etiā cōtra legem: vt iſtemet doctor prius dixerat,ſed etiā ipſius lucratoris.¶Decimooctauò†quærit̄ occaſione prædictorū de vſitata qōe. 18
epiſcopus enim ſtatuit vt ludens ad azarum ſit excommunicatus,vel puniatur in tantum:modò vnus vno ſero luſit cum pluribus,& pluriesvicit ac perdidit.Quæritur an ſint hic plures ludi,&plura delicta,& plures excommunicatiões nécne? Et dicit Bartol.in l inficiando.ff.de fur.quòd totum illud vi-

detur vnus ludus donec ſit habitus pro completo & ſoluto recedentibus luſoribus:vt l.contractus.C.de ſi.inſtru.nec poteſt dici perfectè viciſſe,donec ludus non ſit perfectè completus: quia adhuc ſupereſt ſpes perditiōis. Item circa lucrū dico quòd pluralitas perſonarū,cū quibus vnà ſimul ille luſit,nō dicit̃ facere plura delicta:quia illæ nō dicunt̃ offenſæ ab illo,ſed magis reſpublica:ideo vnū eſt delictū: vt l.ſi plures.ff.arb.fur.cæ.Sed prædicta intellige,niſi illo ſero magno ſpatio diuertat̃ ad alia:quia eo caſu diuideret̃ actus, vt patet ex v.Phyſ.& cōſequenter delictū: qđ eſt actus humanus malus,diuerſæ etiā perſonæ colludentes ſimul cōtinuè vel quaſi nō multiplicant delicta:quia oēs tenent locū vnius colludentis. Si verò colluderent ſucceſsiuè,videret̃ ludus diuidi, & multiplicari:ſicut multa facit peccata, ſcđm doc.qui ſucceſsiuè cōtinuè vel quaſi multas fœminas cōcupiſcit. Et per hoc dici ſolet ad illud ſtatutū dicens ꝙ nullus poſsit ducere vltra tres famulos:& vnus duxit viginti.dicit eñ Bar.quòd eſt vnum tantū delictū,& nō vnū pro quolibet famulo vltra dictum numerū:cum ipſi ex tali deductione nō offendant̃,ſed reſpublica quæ eſt vna.Et idem ſi mandet̃ ſub certa pœna, vt ad cōuiuiū nullus habeat plus quàm decem : quia vnū eſt delictum ſi quis habuerit xxx.vel xl. ¶Decimononò quærit̃ iterum occaſione prædictorū de hac qōe.dicit ſtatutū ad nuptias non poſſe inuitari vltra xij.dominas:modò quidam vxorem ducebat ipſe & filius ſuus:quæritur vtrum inuitari poſſint xxiiij.dominæ,tanquam ſint duæ nuptiæ,an xij.tantum. Et dicit Bar.quòd licet ſint duo matrimonia,& ex hoc reſpectu dici poſsint duæ nuptiæ : tamen quia hoc fit vnà ſimul, quo ad ſolennitatem vnicæ nuptiæ dicuntur:vt l.patris & filij.ff.de vul.& pupi.Sed Ang.hoc non admittit:quia d.l.nihil ad hoc facit.quia ibi teſtamentum filij ſine paterno eſſe non poteſt:vnde filiale à paterno dependet:ideoq; dicuntur vnū: ſed nuptiæ patris & filij nō ſunt dependentes vel inſeparabiles:ideoq; fortè cōtrariū eſſet dicendū.Et hoc indubitatè tenendū eſt:vt patet ex ratione ſtatuti,quæ eſt vt nō multiplicentur nimis expenſæ:& competenter honorentur propinqui ſponſi & ſponſæ:qui hic ex parte ſpōſarum duplicantur.

## De Luxuria in genere & in ſpecie.

1 *Luxuriæ quot ſint ſpecies.*
2 *Luxuria quomodo & quando ſit peccatum mortale.*
3 *Fornicatio quando ſit peccatum mortale.*
4 *Inceſtus quæ ſint pœnæ.*
5 *Stupri quæ ſint pœnæ.*
6 *Raptoris quæ ſint pœnæ.*
7 *Sodomitæ quæ ſint pœnæ.*
8 *Sacrilegæ luxuriæ quæ ſit pœna.*

LVXVRIA à luxu,id eſt,ſolutione ſeu fluxu dicta,importat quandā ſolutionem in voluptates. Vnde & ſecūdum Iſid.in lib.Ety.luxurioſus dicitur quaſi ſolutus in voluptates.Et quia voluptates venereæ maximè hominem ſoluunt:ideo ſcđm S.Tho.ij.ij.q.cliij.luxuria primò & principaliter eſt circa voluptates venereas:ſecūdariò etiā exceſſum dicit in alijs.& ſic luxuria dupliciter ſumit̃.Primò ſcilicet largè:& eſt abūdantia ac ſuperfluitas rerū corporalium: quo modo dicit Ambr.in c.pōt fieri.de pœ.diſt.j. quòd egritudo corporis pctm̃ repellit,luxuria carnis,id eſt, abundātia deliciarum peccatum adolet,id eſt,nutrit,& ſecundò ſtrictè & ꝓpriè:& eſt inordinatus appetitus venereorū. ¶Primò verò
1 quæritur,†quot ſunt ſpecies luxuriæ?Et dico quòd ſex,de quibus xxxvj.q.j.§.cùm ergo.aliàs incipit,lex . & S.Tho.ij.ij. q.cliij.& iiij.diſt.xlj.ſi fornicatio ſcilicet ſimplex,adulteriū, inceſtus,ſtuprum,raptus, & vitium contra naturam:additur etiam ſacrilegium:vt cùm quis abutitur perſona ſacra:ſed iſta ſpecies non eſt luxuriæ propriè:ſed reperiri poteſt etiam in alio genere:puta furti,homicidij , vel huiuſmodi : de quo dic vt S.Tho.ij.ij.q.cliiij.ar.x.Quanuis Sum.Roſ.dicat abuſum monialium ad inceſtum pertinere:quod etiam patet in c.hi ergo.xxvij.q.j.iuncta gl.¶Fornicatio propriè eſt coitus ſoluti cum ſoluta:ſecundum S.Tho.iiij.diſt.xlj.& dicitur fornicatio ſimplex.licet largè ſit omnis illicitus coitus viri ad fœminam:imò largiſsimè eſt omne peccatum.ij.ij.q.clj.art. ij.& iiij.diſt.xxxix.ar.vj.ſecundum.ſed intellige ſoluti quolibet vinculo,ſcilicet coniugij,conſanguinitatis,affinitatis, ordinis,& religionis , ſeu voti . ¶Adulterium autem eſt alieni thori violatio.xxxij.q.vj.non mœchaberis. vt dictum eſt s. ¶Inceſtus autem eſt coitus cum perſona conſanguinea vel affine.vnde inceſtuoſi dicuntur,qui conſanguineis vel affinibus abutuntur.xxxvj.q.j.§.cùm ergo.¶Stuprum verò ꝓpriè eſt illicita virginum defloratio ſub cura parentū exiſtentiū. ij.ij.q.cliiij.ar.vj.& diſt.xlj.aliquando tñ largè dicitur ſtuprū quælibet alia ſpecies luxuriæ,ſicut adulteriū dicitur ſtuprū, xxxij.q.iiij.nemo.& Numeri v.¶Raptus verò ſecundū Ray. in tit.de rapto.§.not.eſt cùm puella violenter,& contra eius vel parentum voluntatem educitur,vt corrupta habeatur in vxorem.xxxvj.q.j.§.cùm ergo.vel etiam vt habeatur in concubinam.extra de raptoribus.cùm cauſa.& gl.eius in verbo, vxorem.dicit quòd raptus quoq; cōmittit̃ ſi qs rapiat autetiam ſemel abutatur muliere renitente . xxxvj.q.j.§.ex hac. ſecundum S.Tho.autem ij.ij q.cliiij.arti.vj.raptus ſic poteſt deſcribi:Raptus eſt violentia facta mulieri vel parentibus propter coitum aſſequendum etiam matrimonialem: vnde eſt raptus ſi violentia adhibeatur mulieri,non patri: vt quando non ipſa,ſed vſus eius violenter rapitur.xxxvj.q.j.§.ex hac vel econtrario patri,& non mulieri:puta quia conſentit:ſiue inferatur virgini,ſiue puellæ corruptæ aut viduæ vel maritatæ.adde ex Sancto Tho.vel etiam ſanctimoniali.xxxvj.q. ij.raptores.c.ſi quis non dicam.¶Vitium verò contra naturam ſecundum S.Tho.vbi s.ar.xj.eſt actus venereus repugnans non ſolùm rationi rectę:quod eſt commune in omni vitio luxuriæ,ſed etiam ipſi ordini naturali actus venerei, qui conuenit humanæ ſpeciei,qui ſcilicet eſt, vt ſit inter maſculum & fœminam eiuſdem ſpeciei in vaſe & ſitu debito. Quod quia pluribus modis poteſt contingere, ideo iſta ſpecies luxuriæ tanquam ſubalterna continet ſub ſe multas ſpecialiſsimas. ¶Prima dicitur mollities vel immunditia : quæ eſt cùm quis ſine coitu ſponte polluitur . ¶Secunda dicitur Sodomia:quæ eſt,ſecundum S.Tho. quando coitus eſt inter maſculum & maſculum , vel fœminam & fœminam, ita quòd ſexus debitus non ſeruatur.vnde malè Sum.Ang.diffinit Sodomiam quòd eſt turpitudo in maſculum facta & c. vſus.quod adducit.xxxij.q.vij.eſt expreſſe cōtra eum.¶Tertia dicitur beſtialitas:quæ eſt quando coitus eſt cum re alterius ſpeciei.¶Quarta retinet ſibi nomen contra naturam,& dicitur vitium contra naturam:& eſt quando quis coit cū ſexu fœmineo & eiuſdem ſpeciei:ſed non ſeruatur modus naturalis coeundi quantum ad inſtrumentum non debitum: aut alios monſtruoſos & beſtiales concumbendi modos. ut dicit S.Tho.qui videtur velle quòd vbi ſexus eſt debitus licet vas ſeu locus ſit indebitus , quod non ſit Sodomia, ſed peccatum contra naturam tantum, qui ſcilicet eſt vbi ſequi non poteſt generatio.quod intelligo niſi rarò vt mulier præbeat terga,vel fortè etiā ſi ſupergrediatur.& de hoc s.Debitum.§.iiij.per totum.¶Secundò quæritur,†quomodo & quando in luxuria ſit peccatum mortale ? Et dico quòd omiſſo peccato contra naturam cum propria vxore ſeruato debito vaſe,de quo ſuprà Debitum.§.iiij. omnis alius actus venereus omnium prædictarum ſpecierum eſt de ſe peccatum mortale : & in huiuſmodi eſt mortale multipliciter. ¶Primò ſi opus ipſum perpetretur.¶Secūdò,ſi deliberetur ipſa perpetratio,ſecundū illud Matthæi v. Qui viderit mulierem,&c.& in hoc omnes doct.cōueniunt quod hoc peccatum eſt eiuſdē ſpeciei cum ipſo opere exteriori.quod etiam Sum.Ang.concedit:ſed tamen dicit nō eſſe neceſſario confitendam iſtam circunſtantiam , ſcilicet an quis deliberauit de ſoluta an de coniugata: quia hoc eſt tantū contra vnam prohibitionem,ſcilicet non concupiſces vxorē proximi tui. ¶Sed tamē hoc ſtultum eſt dictu tum quia pari ratione non tenebitur eam confiteri , qui actu perfecit opus , quia non egit cōtra plures prohibitiōes plus quàm is qui deliberauit: tum quia iſta circunſtātia,ſcilicet cōiugata,variat ſpeciē : & eo caſu fit cōtra caſtitatē & cōtra iuſtitiam,propter iniuriā factā marito in perſona cōiuncta: & conſequēter fit contra duo præcepta.nec ſua ratio aliquid valet,vt patuit.¶Tertiò, deliberando & cōſentiēdo circa delectationē operis expreſſe vel tacitè,etiam ſine intētione perficiēdi,iuxta ea quæ di-
3 cta ſunt s.Delectatio.§.j.& iiij.¶Tertiò quæritur,†quid iura & doctores de fornicatione tradiderint ? Et dico multa. ¶Primum.Fornicatio ſimplex ſecundum omnes Doctores indubitatè eſt peccatū mortale:vt patet ex rationibus Sācti Tho.tertio cōtra c.cxix.& ex text.Apoſtoli Gal. v. vbi patet ꝙ excludit à regno Dei:& ſimiliter Rom.j. Nec in hoc excuſat ignorantia:quia eſt contra legē naturalem:nec poteſt eſſe ſine lata culpa addiſcendi quæ pertinent ad ſalutē,cùm penè ab omnibus prædicetur & ſciatur.¶Secūdum.Qui accedunt ad publicas meretrices neſcientes hoc eſſe prohibitum,non excuſantur à mortali:& toties quoties : quia ignorantia iuris naturalis & diuini in caſu tam claro nemine excuſat.j.q.iiij.per totū.& ſimiliter eſt mortale aliquē ad hoc inducere.de pœn.diſ.j.noli.& ij.q.j.no. ¶Tertium.Fornicatio ſimplex eſt peccatū grauius in viro quàm in fœmina:ſed ecōtra eſt de adulterio:quia grauius eſt in fœmina quàm in viro,ſecundū Sanct.Tho.iiij.diſt.xxxv.& ibi vide rationem. ¶Quartū.Simplex fornicatio in clericō publicè tenēte concubinam inducit depoſitionē,ſi monitus nolit corrigi : quia talis primò quidē debet monitus ſuſpēdi à beneficijs:& ſi ſe non correxerit,debet ab eis perpetuò remoueri:ſiue ſit in ſacris.extra de coha.cle.& mu.ſicut ſiue.nō:vt ibi in c.ſi aūt clerici.vbi videtur innui quòd requiratur monitio trina.quod ſi tale crimē ſit notoriū:ſuſpēſus eſt ipſo iure vt dictum eſt s. Clericus.ij.§.iiij.& xxx.Si verò ſit publicū ex fama tantùm ita ꝙ meritò talis habeatur ſuſpicio quòd ſcandalū generetur,etiā ſi nō appareat accuſator,erit purgatio indicenda:in qua ſi defecerit,aut ſe purgare noluerit , canonice punietur extra de coha.cle.tua.& interim nō debet in officijs euitari. ¶Quintū.Clericus in ſacro ordine aliquā ducēs in vxorē,priuari debet ordine & beneficio eccleſiaſtico:& mulier,ſi erat libera,redigi debet in ſeruitutē eccleſiæ diſt.xxxij.eos qui.ſi ancilla,debet vēdi.di.lxxxj.quidā clerici.& filij inde nati rediguntur in ſeruitutē eccleſiæ.xv.q.vlt.multæ. Itē talis clericus eſt excōmunicatus ipſo facto:vt s. Excōmunicatio.ix.§. Et quādo ab ea ſeparatur,debet illā abiurare , ſcilicet ꝙ de cętero ad illā nō accedet,nec comedet aut bibet cū illa, nec in eadē domo manebit,nec in alio loco,niſi tam publico ꝙ mala ſuſpicio eſſe nō poſsit:nec loquetur cum ea niſi coram idoneis teſtibus . & certa neceſsitate:& hoc in eccleſia, vel in publico loco.xxxv.q. vj.ab iſto die.qui cler.vel vo.ex conſtanti.Si tamē habeatur ſuſpectus ꝙ forſitan iuramētum non ſeruabit,exigi nō debet:ſed per ſententiā interdicti aut ſuſpēſionis,vel aliorū huiuſmodi eſt compeſcēdus. extra de coha.cle.clericos.& concor.Ray.& Hoſt:qui etiā addit ꝙ nihil per iuramētū iniungēdū eſt alicui ,ſi de trāſgreſsione veriſimiliter timeat̃.Addit etiā Ray.quòd ſi ducta eſſet ancilla,& filij paruuli,nō vēderetur,ne filij propter eius abſentiā perirēt:ſed in monaſterio truderetur.diſt.xxxiij.fraternitatis.Sed ibi glo.dicit ꝙ pœnarū diuerſitas,quę hic inducitur, dat epiſcopo optionē:vt ſcilicet eligat quā voluerit:imò innuit quòd in caſu d.c.fraternitatis.nō fuit cōtractū matrimonium.& idē Ray.¶Quartò quæritur,†quid iuris de inceſtu, 4
omiſſo adulterio,de quo ſuo loco dictū eſt ? Et dico multa. ¶Primū.Inceſtuoſus ſecundū Pan.in d.c.j.de eo qui cog.cōſan.vx.ſuæ.duplicē pœnā incurrit.Prima eſt,quia priuat̃ facultate cōtrahēdi matrimoniū.Secūda,quia nec exigere poteſt debitū à propria vxore, quā prius habuit antequā commiſit inceſtū.xxvij.q.ij.qui dormierit.niſi ſcilicet cū eo diſpēſetur:& ſi exigit, mortaliter peccat,ſecundū Vinc.quia facit cōtra præceptū canonis,ar.c.ij.de maio.& obe.Sū.verò Angel.cōtra Roſel.hoc intelligit vniuerſaliter de quocūq; inceſtuoſo, & nō ſolū cū vxoris cōſanguinea: ſed dic vt j.Matrimonium.vij.impedimēto vltimo.Secundū.Si autē inceſtuoſus contrahat de facto,ſecundū Pan.in c.trāſmiſſæ.de eo qui cog.cōſ.vxo.ſuæ Matrimoniū tenet,& reddere tenetur debitum:exigere tamē nō poteſt ſine mortali,niſi cū eo diſpēſetur.hoc tamē idē Pan.in c.literis.de præſum.videt̃ velle hāc pęnā,ſcilicet ꝙ inceſtuoſus cōtrahere vel exigere nō poſsit, habere locū ſolū quādo cōſtat de inceſtu qualitercūq;.ar.d. c.ex literis. & xxij. q.j.ſi quis ſpōſam.¶Tertiū. Si autē vxor cōmiſit inceſtū cū mariti cōſanguineo de cōſenſu mariti: ſi fuit violētata abſolutè,ſecundū Richar.nullū ei præiudiciū generatur:vt in c.diſcretionē.de eo qui cogn.conſang.vxo. ſuæ,vbi ſine culpa ſuā nō debet ſuo iure priuari. Si verò per coactionē cadentē in cōſtantē virum,mortaliter peccauit,& cōmiſit inceſtū.credit tamē in deteſtationē criminis viri nō eſſe mulieri interdictū debitū petere à viro:& illi reddere tenetur.Si verò fuit inducta leui metu,nō licet ei debitum petere:ſed tamē ſi vir petat,reddere nō tenetur : quia poteſt ei adulteriū illud obijcere:vir autē debitum petere non poteſt ſecundum eundem,propter affinitatē contractā ſua volūtate & præcepto.¶Quartū.Marito inceſtuoſo vxor pōt debitū negare,ſecundū Hoſt.vt refert Panor.in c.tranſmiſſæ.de eo qui cog.conſang.vxo.Si tamē ipſa ſemel petierit.reddere tenetur,quaſi ſit recōciliata. Sed Panor.dicit melius tenere oppoſitū do.Ant.& Car.quia iſto caſu nō priuatur exactione contēplatione vxoris,ſed atrocitate delicti:ideoq; nō poteſt ſibi hāc pœnam remittere:nec etiam exigendo debitum videtur ſibi velle remittere.¶Quintum.Secundum Panormi. in d.c.j.ſi inceſtus eſt verè commiſſus:puta cum proprijs,aut vxoris ſuæ,cum qua matrimonium conſummauit,cōſanguineis:tunc epiſcopus diſpenſare non poteſt vt contrahat vel exigat niſi ex cauſa:puta ratione iuuentutis , & huiuſmodi. quo caſu bene poterit.xxxv.quæſt.vj.ſi duo.& idem tenet & dicit communiter tenere doct.in cap.tranſmiſſæ . de eo qui cog.conſang.vxo.ſuæ.Si verò inceſtus non eſt verè commiſſus:puta quia cognouit conſanguneam ſponſæ nondum cognitę:ſic epiſcopus poterit diſpenſare etiam ſine cauſa,vt cōtrahat:nō tamen cum ſponſa illa de futuro:ſi cōmiſtus eſt in vaſe,& ibi conſummauit cum eius cōſanguinea , ſed cū alia quæ ſibi non ſit affinis.quod etiam Sum.Ang. dicit poſſe ſine diſpenſatione.adducens.gloſ.in c.quidam.xxxvij.quæſ.ij. ſed nec glo.hoc dicit:nec eſt verū:vt patet ex Panor.in d.c. j.in vltimis verbis iuncto cap.ſeq.vbi iuncta gloſſ.patet expreſſe hoc eſſe factum:quia is qui cognouit matrem ſpōſæ,

glo.id eſt,de futuro,aliam ſponſam habere nõ poteſt niſi ex
5 diſpenſatione.¶Quintò quæritur, †quid de ſtupro iura tra-
diderint? Et dico vnã ſolùm queſtionẽ circa hoc decidendã,
ſcilicet an ſtuprator virginis teneatur ad aliquid? Et dico ꝙ
Dominus determinauit Exo.xxij.quòd ſi eã ſeduxit,tenet̃ ha
bere in vxorẽ,ſi pater voluerit,& dotare:vel ſaltẽ dotare.Et
Deuter.xxij.dicit quòd tenetur patri in 50.ſiclis:ſed qa hæc
pertinebãt ad pręcepta iudicialia,hodie nõ obligãt,niſi qua-
tenus eccleſia vel aliqua ciuitas ea aſſumpſerit tanquã ęqua.
vñ nec S.Tho.qui iſta recitat.ij.ij.q.cliiij.intẽdit aſſerere ita
ſeruandũ eſſe,vt patet j.ij.q.ciiij.art.iij.ſed vult ꝑ hęc ꝓbare
ꝙ ſtuprator ex naturali iure tenet̃ virgini & patri ſatiſface-
re ſecundũ taxationẽ factã à iure poſitiuo:qui quantũ ad vir
ginis dotationẽ eſt eadẽ,vt dicetur:quantũ verò ad patrẽ nõ
eſt iure cõmuni poſitiuo determinatũ qd debeat. Circa hoc
autẽ dicit canõ ꝙ ſi eã ſeduxit, tenetur eã dotare,& ducere,
aut ſaltẽ dotare,ſi pater eam dare noluerit.de adul.c.j.quod
quidẽ gl.limitat verũ de iure antiquo : hodie verò aut ducit
eã,aut verberatus & à ſacramẽtis excluſus detrudit̃ in mona
ſteriũ:de adul.c.ij.Sed hæc limitatio ſtare nõ poteſt,vt patet
intuẽti d.c.ſecundũ.quod loquitur quãdo nõ vult eã ducere,
quo caſu dabit dotẽ,& vapulabit,vt ſuprà. Quidã verò alij,
vt Ray.& Sum.Confeſ.lib.ij.tit.v.q.vj.& quidã alij gloſſato-
res limitãt hoc verũ de raptore , vt intelligatur ſi ſeduxit, id
eſt,ſeorſum duxit à domo paterna,extrahẽs eã ꝑ violẽtiam.
Sed certè iſta limitatio cõmuniter non tenet̃:& de adul c.ii.
patet quòd capitur ſeducere pro decipere,& nõ ꝓ rapere: &
præterea bonus ſenſus nõ patitur,vt quæ in titulo de ſtupro
dicũtur,per extortas expoſitiões trahãtur ad titulũ de rapto
ribus.Et ideo loquẽdo de ſtupratore,dicit Pa.in c.j.de adult.
quòd ſi eã ſeduxit vel decepit,tenetur eã dotare , & vlterius
accipere in vxorẽ,ſi pater vult eã ſibi dare,vt ibi.c.j.& ij.& ſi
eam nõ vult accipere , debet corporaliter caſtigari,nec ſola
conſtitutio dotis eum liberat,ſi pater eã vult dare : & ſi eam
non vult dare,nihilo minus tenetur ad dotẽ iuxta cõſuetudi
nem patriæ.& ſi ſit clericus,qui cõtrahere nõ poteſt , nihilo
minus tenetur ad dotẽ:vt patet per Pan.ibidem.c.ij. Et ſi vir
neget eã virginẽ fuiſſe,non incũbit probatio patri aut virgi
ni,ſecundũ Pan.in dicto c.j.& cõmuniter doctores:quia præ
ſumitur virgo,ex quo habetur pro virgine:& imputetur iſti
qui abuſus eſt: quia ratione delicti probatio trãsfertur in il-
lum.Si verò illã non ſeduxit,ſed ſponte acquieuit,ſecũdum
Panorm.adhuc habet locum d.c.j.quod loquitur de ſeducẽ-
te:quia virgo ſemper præſumitur ſeducta & decepta:quia ſi
non eſſent hominis inſidiæ, tantum facinus non perpetrare-
tur.C.de rap.vir.l.vnica.Prædicta autem vera ſunt, ſecundũ
Sum.Ang.etiam in foro cõſcientiæ:ſed quia ad pœnas lega-
les nullus tenetur niſi condemnatus:tu intellige in foro cõ-
tentioſo:ſcilicet ſi quis fuerit condemnatus ſecundũ Archid.
& Roma.& Supp. ſed in foro conſcientiæ dicit Archid.poſt
Veruec.ſic ſeruandũ quòd ſi eã deflorauit volentem, nõ te-
netur:quia nõ ſeduxit.ſi autẽ inuitã vel ſeductã, puta ꝓmiſ-
ſionibus & mẽdacijs,nõ videtur fuiſſe volũtaria:vnde iniun-
gendum eſt ei quòd ſatisfaciat ad arbitriũ boni viri , vel cũ
ea cõponat. & ſi promiſit eã ducere vt copulã extorqueret,
ſeruet ꝓmiſſum:& multo fortius ſi iurauit.Et hoc ſecũdum
Archi.niſi eſſet nimis diſtans eorũ cõditio:puta ſi mulier eſt
plebeia,vir nobilis & potẽs:quia nõ pręſumitur mulier frau
dem ignoraſſe:vel etiam ſi magnum aliquod ſcandalũ cre-
ditur prouenturũ:& tunc petat remiſsionem promiſsi:& ali
ter ſatisfaciat ſecundũ ſuã facultatẽ & mulieris indigentiã.
Quæ quidẽ notanda ſunt propter eos qui ſub deceptione ac
cipiendi puellas in vxores eas trahunt ad copulam cũ inten-
tione non accipiendi:quia tales ex quo eas accipere promiſe-
runt,vel à fortiori ſi eas acceperũt, tenentur eas accipere &
dotare ſecundum aliquos , licet animũ habuerint decipien-
di : & ſi eas accipere non poſſunt: vt quia iam contraxerunt
cum alia,vel pater eam tradere nonvult,tenẽtur dotare,vel
aliter ad arbitrium boni viri ſatisfacere.Vide etiã infra Ma-
trimoniũ.iiij.§.viij.Secundum leges autem ſtuprator debet
regulari,& dimidia pars bonorũ eius publicari: aut ſi eſt vi-
lis perſona.debet verberari.Inſtitut.de publi.iudic.§.ij.Si au-
tem ꝑ vim fecerit,capite plectitur. Inſtituit.vbi ſ.§.ſin autẽ.
¶Sextò quæritur,†quid iuris de raptu? Et dico multa.¶Pri- 6
mum.Raptoris pœna vt nũc loquimur de raptore,ſecundũ
leges eſt vt capite puniatur, & eius ſubſtantia raptæ applice
tur,ſcilicet ſi ingenuam rapuit:ſecus ſi ancillam vel libertã,
quia decapitatur quidem,ſed ſubſtantiam nõ perdit: nec di-
ſtinguitur vtrum volentẽ quis rapiat vel inuitam , ſponſam
propriam aut alienam,coniugatam vel non coniugatam,&
ſimiliter omnes fautores raptorũ capite puniuntur.Proban
tur hæc omnia C.de rap.vir.l.raptores. Secundum canones
autẽ raptor efficitur ſeruus raptæ:niſi velit ſe redimere:& ſi
mulier voluntariè rapta eſt , obligatur,raptor ſeruire patri:
aut ſe redimere.xxxvj quæſt.j.de raptoribus.quæ tamẽ pœ-
na ſecũdũ glo.Ray.imponi poteſt in foro iudiciali,nõ pœ-
nitentiali : & ſimiliter ipſe raptor cum ſuis fautoribus debet
excommunicari.xxxvj.q.ij.c.j.& iiij.¶Secundum. Has tamẽ
pœnas aliquãdo raptor non includit:primò ſecundum Pa-
nor.in cap.cum cauſa.de rapt.vbi præceſsit tractatus de nu-
ptijs:& pro matrimonio cõtrahẽdo puella fuit abducta.quo
caſu de iure canonico non committitur raptus : quia matri-
moniũ debet eſſe liberũ,& puella fortè nõ poterat cõtrahe
re liberè in domo parentũ:vnde ius canonicũ libertatẽ ma-
trimonij:ius verò ciuile delictum raptoris conſiderauit.Vbi
verò tractatus nõ pręceſsit,ſemper cõmittitur raptus.Secũ-
dò quando quis rapuit ſponſam propriam.xxxvj.quæſt.j.lex
illa.& quæſt.ij.ſi quis virginem. & extra eo.cum cauſam.nõ
obſtat quòd l.vnica. C.de rap.vir.velit raptũ cõmitti etiã in
ſponſa de futuro: quia,vt dicit Panorm.vbi ſ.potius iuri ca-
nonico in hoc ſtandum eſt,ar.c.vlti.& pen.de ſecũd.nupt.&
quod not.in regula,poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj. Dicit tamen
Sanctus Thom.ij.ij.q.cliiij.arti.vij.ad quartũ , quòd ſponſus
peccat violentiã inferendo,licet excuſetur à crimine raptus:
quia ex deſponſatione habet aliquod ius in ſponſa ſua:quod
quantũ ad ſponſam de præſenti poſt debitũ tempus ad debi-
tum reddendum intelligo,quãdo rapit non tentatis alijs vijs
pacificis:ſecus vbi omnia tentaſſet,& nõ proficeret.ar.gl.in
d.c.lex illa.& c.ſi quis virginẽ.Adde ex Hoſt.quòd ſponſa de
præſenti monaſteriũ intrare nõ poterit, ſi vir eam raptã co-
gnouit carnaliter:quia vſus eſt re ſua, licet indebitè. Tertiò
quãdo puella conſentit:vt in d.c.cũ cauſam.intellige in ma-
trimoniũ ,etiam contra voluntatẽ parentum:ſecus ſi cõſen-
tiat ſolùm in rapinã:quia eſt verè raptus , & raptor punitur.
d.c.de raptoribus. Quartò quando rapuit fœminã turpem:
quia dictæ pœnæ ſecundum Gofr.intelliguntur infligẽdæ ſi
rapuit mulierem honeſtã:ſecus ſi meretricẽ : quia ſecundum
leges non punitur dicta pœna.C.de adulter.l.qui adulteriũ.
¶Tertium.Si quis ſeruam ſcilicet ſuam inuitam violauerit,
aut ſeruum, iniuriarũ actione tenetur.de pœnit. diſt.[illegible]
quis.& ſi perſeuerat in vitio in petẽdo illam,nec poteſt re-
ſiſtere quin ſibi violentiam inferat:ſi aliter ſuæ pudicitiæ con-
ſulere non poteſt,licitè poteſt inire fugam,ſecundũ Archi.
ſicut etiã licet vxori recedere à viro trahente ad mortale &
ecõtrario.xxviij.q.j.idololatria. tenetur etiã ſerui corruptor
ſecundũ glo.ibi:vt ff.de ſer.cor.l.j.§.vltimo.C.de fur.l.ſi quis [illegible]



ſeruo.¶Quartum.Secundum Ray . ſi princeps committat
iudici eccleſiaſtico poteſtatem puniendi tales:ipſe citra mor
tem vel mutilationem vel enormem ſanguinis effuſionem
poterit iubere raptorem incarcerari & flagellari: ita tamen
quòd flagella in vindictam ſanguinis tranſire non videãtur:
vel pœna pecuniaria mulctari.¶Quintũ.Aduertendũ etiam
quòd ſecundum leges raptores filiorum,ſeu filios ſeducen-
tes à parentibus,ſi ſunt nobiles, damnantur in metallum:ſi
verò non ſunt nobiles,aut ſi pluries hoc commiſerunt,dam-
nantur ad mortem:& ſeruus vel libertus ſubijcitur beſtijs.
C.de plagia.l.ſi.& ibi gl.Vtrum autem poſsit eſſe matrimo
nium inter raptã & raptorem:vide j̃ . Matrimoniũ.viij.§.xj.
7 ¶Septimò quæritur,†quid iuris de vitio contra naturam? Et
dico quòd pœna Sodomitæ eſt quòd ſi clericus eſt,depona-
tur:vel ſi apparet corrigibilis,traditur religioni ad perpetuã
pœnitentiam:ſi verò eſt laicus, debet excommunicari , & à
cœtu fidelium vſq; ad condignam ſatisfactionem fieri alie-
nus.de exceſ.pręl.clerici.& ſecundum leges vltimo ſupplicio
cõdemnatur, auth.vt nõ lux. cõtra na.col.vj.Nec mirũ,quia
eſt pctm̃ maius adulterio.xxxij.q.vij. vſus . & grauius quàm
cum matre coire:vt ibidem in c.adulterij.Vnde propter ip-
ſos actus Sodomitarũ,fames,terręmotus,& peſtilentiæ fiũt,
& ciuitates cũ hominibus pariter pereunt:vt dicitur in auth.
8 vbi ſ.¶Octauò quæritur,†quid iuris de ſacrilegio, vt eſt ſpe
cies luxuriæ? Et dico quòd ſacrilegium eſt ſi,quæcunq; luxu
ria in loco ſacro committatur:& ſimiliter ſi cum perſona ec
cleſiaſtica,vt ſunt moniales,beghinæ, clerici,& religioſi:&
generaliter ſecundum S.Tho.ij.ij.q.cliiij.ar.x.quælibet ſpe-
cies luxuriæ ſecundum quod violat aliquid pertinens ad cul
tum Dei,eſt ſacrilegiũ.Vnde,vt ibi dicit,cõcurrere põt cum
diuerſis luxuriæ ſpeciebus.Si eñ quis abutatur perſona cõ-
iuncta ſibi ſcd̃m ſpiritualem cognationem , eſt ſacrilegium
ad modum inceſtus:ſi verò abutatur virgine ſacrata,inquã-
tum eſt ſpõſa Chriſti,eſt ſacrilegium per modum adulterij:
inquantumverò eſt ſub ſpiritualis patris cura conſtituta,erit
quoddam ſpirituale ſtuprum: & ſi inferatur violentia,erit ſpi
ritualis raptus:qui etiam ſecundum leges ciuiles grauius pu
nitur quàm alius raptus. Vnde Iuſtinianus Imperator dicit,ſi
quis,nõ dicam rapere,ſed attentare tantummodo matrimo
nij iungendi cauſa ſacratiſsimas virgines auſus fuerit,capita-
li pœna feriatur.De pœna autem ſacrilegi , j̃. Sacrilegium.
¶Nonò quæritur de comparatione ſpecierum luxuriæ,quæ
ſcilicet ſit grauius peccatum? Et ſumendo dicta doct.maxi-
mè S.Tho.ij.ij.vbi ſ.dico ſic : Horũ prædictorũ maximum
eſt quod ſit contra naturam, in quo infimum eſt mollities:
ſupremum,beſtialitas:medium,ſodomia : deinde maius, eſt
inceſtus:deinde adulterium:deinde ſtuprum:quorum vtrun-
que aggrauatur violentia. Vnde raptus virginis aut vxoris
alterius grauius eſt ſimplici ſtupro vel adulterio. omnia au-
tem hæc aggrauantur ſacrilegio. infimum autem omnium
eſt fornicatio.Vtrum autem in tactibus & oſculis & huiuſ-
modi ſit peccatum,vide ſuprà Delectatio.§.quarto.

## De Magiſtro.

MAGISTER dicitur dupliciter,ſcilicet ap-
pellatiuè:& de hoc ſ.Doctor:& antonomaſi-
cè,& ſic eſt magiſter Sententiarum , qui non
tenetur in multis:ſed reprobatur per S.Tho.
& alios Theologos.¶Primò:nam dicit in pri
mo,diſt.xvij.quòd charitas qua diligimus Deum & proximũ,
nõ eſt aliquis habitus creatus,ſed eſt ſpiritus ſanctus. ¶Secũ
dò:nam in di.xxiiij.eiuſdem,dicit quòd termini numerales,
vt trinus,vnus,& huiuſmodi,non dicunt poſitionem,ſed pri
uationem:quod ſic intelligit,vt cùm dicitur, Deus eſt vnus:
ly vnus,nihil ponit,ſed priuat multitudinem deorum:& ſimi
liter cùm dicitur,perſonæ ſunt tres : excluditur ſingularitas
& ſolitudo.¶Tertiò:nam in di.xxxj.eiuſdem , dicit quòd ſi-
militudo & ęqualitas nihil ponunt,ſed tantum priuant:ſicut
& termini numerales:vt ſit ſenſus:Pater eſt æqualis filio,id
eſt,nec maior nec minor:& ſimilis , id eſt, non diuerſus nec
alienus.¶Quartò:nã in v.di.ij.dicit quòd præmium in ange-
lis præceſsit meritum.¶Quintò:nam diſ.xxx.eiuſdem,dicit
quòd nihil de cibis trãſit in veritatem humanæ naturæ.¶Se
xtò:nam eadem di.dicit quòd ſemen eſt de ſubſtantia patris.
¶Septimò:nam in iij.di.dicit quòd humana anima ſeparata
à corpore eſt perſona.¶Octauò:nam di.xxij.eiuſdem , dicit
ꝙ Chriſtus in triduo ſuæ mortis fuit homo.¶Nonò:nã in
j.di.iiij.dicit quòd ſacramenta veteris legis nullo modo iuſti
ficabant,etiã ex charitate facta.¶Decimò:nã di.ij.eiuſdem,
dicit quòd baptizati baptiſmo Ioannis nõ ponentes in eo,
ſpem,nõ rebaptizabantur.¶Vndecimò: nã in v.di.eiuſdem,
dicit quòd Deus potuit communicare creaturæ potentiam
creatiuam.¶Duodecimò:nam xiij.di.eiuſdem,dicit quòd hę
retici,præciſi,ſuſpenſi , ſchiſmatici & degradati conſecrare
non poſſunt.¶Decimotertiò:nam diſt.xxvij. eiuſdem, dicit
quòd maritus alicuius ſponſæ per conſenſum de præſenti,
quam tamen non cognouit, bigamus vocatur : & ad ſacros
ordines promoueri nõ poſſe. ¶Decimoquartò:nam di.xxx-
iiij.eiuſdem,dicit quòd cognoſcens ſororem ſponſæ legiti-
mæ poſtremò non poteſt vxori debitum reddere.De his vi-
de S.Thom.in ſuis locis, & Archie.iiij.parte.titu.xj.cap.viij.

## De Læſa Maieſtate.

MAIESTAS dicta eſt à maioritate,quaſi maior po-
teſtas:& primò ac principaliter Deo.ſecundò Chri-
ſtiano Imperatori:licet crimen læſæ maieſtatis cõ-
mittatur etiã in his,qui Imperatorem repræſentãt . Nã hoc
crimen eſt vbicunq; quis contra vrbem aliquid molitur.intel
lige ſine ordine iuris:aut ꝓfugit ad hoſtes, vel eos iuuat qua
licũq; cauſa,ſcilicet armis,cõſilio,vel pecunia:aut ſubiectas
prouincias nititur facere rebellare:vel ſeditiões & bella mo
uet in ciuitate,vel prælatum,magiſtratũ, aut principem oc-
cidit:aut cõtra latus eius militat,vel arma fert,aut accipit cõ
tra Rempublicã.Et idem dicit̃ crimen perduellionis:id eſt,
hoſtile.perduelliones eñ hoſtes dicunt̃ . ſecus ſi cõmittitur
non cõtra rempublicã:quia nõ videt̃ perduellionis, ſed ſim-
pliciter lęſæ maieſtatis.Et nota quòd nõ ſubditus crimen lę
ſæ maieſtatis nõ cõmittit:vt in §.rurſus.in cle. paſtoralis. de
re.iu.vbi rex Siciliæ Robertus nõ eo modo ſubfuit Henrico
Imperatori quòd crimen læſæ maieſtatis in eum cõmiſerit.
Notandum eſt etiã quòd in confiſcatione bonorũ propter
læſam maieſtatem eccleſiaſticam eſt neceſaria ſententia:vt
ſ.Excõmunicatio.vij.§.xj.dubio iij. Et ſimiliter propter læ-
ſam maieſtatem diuinam:vt ſ.Hæreſis.j.§.viij.parti.iij.mul-
to magis hoc eſt neceſſarium propter lęſam maieſtatem hu
manam ciuilem.vide vbi ſ.¶Maior dicitur is,qui xxv.anno-
rum impleuit ætatem.de quo no.Inſti.de cura. per totum.&
per doctores extrà de reſti.in integ.c.j.vide etiam j̃.Minor.
¶Maioritas non requiritur à ſeruo Dei,ſed minoritas, ſiue
inferioritas.diſt.xl.multi.diſt.xciij.diaconi ſunt.& ſecundum
Rayne.principaliter conſiſtit in quatuor. & intellige de ec-
cleſiaſtica.¶Primò quidem in ordinis prærogatiua , ſicut
presbyter maior eſt diacono.di.xciij.legimus.in ſi extra eo.
ſtatuimus.¶Secundò in pręrogatiua conſecrationis:ſicut e-
piſcopus maior eſt presbytero.diſt.xcv.olim.& c. epiſcopus.
¶Tertiò in pręrogatiua adminiſtrationis:ſicut Archidiaco-
nus eſt maior archipresbytero,& ei ſubeſt atque debet obe-
dire.diſt.xxv.perlectis.¶Quartò in prærogatiua antiquita-

tis:ſecundum quod maior eſtvel qui prius fuit ordinatus,vel
religionem prius intrauit.vel qui prior eſt ætate.di.lxxv.or-
dinationes . extra eo.c.j.de elec.dudum.el j.¶Quintò addi-
tur ſecundum Hoſt.ſecundum prærogatiuam eius, qui ordi
nauit:quia ordinatus à ſuperiore inter alios eiuſdem ordinis
magis eſt honorandus.extra eo.c.per tuas.Adde quòd ſecun
dum glo.in c.lex.in verbo,maiores. diſt.ij.maiores natu di-
cuntur nobilitate,antiquitate,dignitate , ſcientia:vt ij.q.vij.
quærendum.&c.c.criminatio.ſed maioritas eſt ciuilis. ¶Ma-
ior pars in collegijs præualet regulariter . vnde quod fit à
maiori parte capituli vel collegij regulariter vires obtinet.
lxv.diſt.c.j.& ij.& iij.niſi ex alia parte præponderet authori-
tas.de elec.dudum.de teſti.in præſentia . Quandoq; tamen
præualet minor pars,ſcilicet quando ab ea aliquid rationa-
biliter fuerit obiectum vel oſtenſum.extra eo.c.j.Nec opor
tet vocari abſentes,niſi in electione:vt ſ.Electio.j.§.v.&ſimi
liter in ceſſatiõe à diuinis:vt ſ.Ceſſatio.§.j.& cõcordat Alb.

## De Maledictione.

1 Maledici quid poſsit.
2 Maledictio quando ſit licita.
3 Maledictio illicita an ſit peccatum mortale.

MALEDICTIO,vt ipſum nomen ſonat , eſt prola-
tio mali ſiue p linguã exterius , ſiue per intellectũ
in corde,à qua deſcendit maledicere in vi vnius dictionis.
quod importat malũ proferre , ſicut in vi duarũ im-
portat defectũ prolatiõis,ſicut balbutiens male dicit ſiue lo
quitur:etiã ſi loquatur de bonis. Tripliciter aũt cõtingit male-
dicere,ſcdm S.Tho.ij.ij.q.lxxvj.ſcilicet enuntiatiuè detra-
hendo:& caſualiter ſeu imperatiuè,iubendo ſcilicet vt ali-
cui fiat malũ:puta quòd fur ſuſpẽdatur.&optatiuè ſeu impera
tiuè optãdo alicui malũ.& hoc dupliciter , ſcilicet per acci-
dens,id eſt,ſub ratiõe boni,vel quia hoc eſt iuſtũ:vel quia eſt
vtile,vt ſcilicet melior fiat,aut alijs nõ noceat iniuſtè:& per
ſe,id eſt,ſub ratiõe mali:& ſic eſt pctm.& de hoc hic loquitur.
¶Vñ maledictio propriè eſt imprecatio ſeu exoptatio mali
alicui facta ſub ratiõe mali,id eſt , intendendo ipſum malũ:
vt colligitur ibi ab eo.& xxiij.q.iij. Deus.largè tñ accipitur etiã
pro blaſphemia Dei vel ſanctorũ:vt in c.ſtatuimus.de male.
de qua dictã eſt ſ.Blaſphemia.in fine principij.& §.vij.¶Pri
1 mò verò quæritur, †quid poſsit vel nõ poſsit maledici de fa-
cto & cũ effectu?Et dico ſcdm S.Tho.ij.ij.q.lxxvj.ꝙ benedi
ctio vel maledictio ꝓpriè cõuenit ei ſolũ,cui põt bñ vel ma
le cõtingere,id eſt,creaturæ rationabili:aut etiã alijs,nõ ſe-
cundũ ſe:quia eſt vanũ,cum eis malũ nõ eueniat,ſed in ordi
ne ad Deũ vel ad creaturã rationalem:& hoc tollendo ſub-
uentionem,ſicut Deus maledixit terrã,vt per eius ſterilita-
tem homo puniretur.vel ad ſignificationem:ſicut Chriſtus ma
ledixit ficũ,in ſignificationem Iudææ.vel etiã gratia cõten-
ti:ſicut Iob maledixit diei ſuæ natiuitatis ꝓpter culpã origi
nalem,quã naſcendo cõtraxit.& Dauid mõtibus Gelboe ꝓ-
2 pter cædem populi in eis factã ¶Secũdò quæritur,†qñ ma-
ledictio ſit licita vel illicita?Et dico ex S.Tho.vbi ſ.ꝙ quan
tum ad creaturas rationales,ſi loquamur de maledictiõe in-
dicatiua,qua ſcilicet malũ alterius refertur,eſt idem qđ detra-
ctio,intellige ſi malũ illud ſit culpæ & nõ pœnæ quia nõ eſt
detractio:ſi dico,ille eſt infirmus:nec pctm:vñ eodem mo-
do eſt licita vel illicita,ſicut & detractio.Sed de iſta hic non
intendimus.Si verò loquamur de impatiua & optatiua,eodẽ
modo vtraq; eſt licita vel illicita:qa facere aliquid, & velle
illud ſe cõſequuntur in bonitate vel malitia. Vñ vtraq; eſt lici
ta,ſi imperetur vel optetur malũ per accidens, id eſt,ſub ratione
alicuius boni eo modo quo in §.priore dictũ eſt:& vtraque
illicita ſi imperetur vel optetur malũ per ſe quaſi ipſum ma
lum intendendo.Adde illud S.Tho.ꝙ velle & facere ſe con
ſequuntur in bonitate vel malitia,eſſe verũ,niſi illud facere
ſpectet ad publicã poteſtatem:quia licet mihi optare ad bo
num mortem alicuius,quam tñ mihi nõ licet imperare vel
inferre.Adde etiã ſpecialiter de diabolo , ſcdm eũ ibi ar.j.ꝙ
eius naturã,cùm bona ſit à Deo , maledicere nõ licet culpa
tamen eius eſt maledicenda,ſcdm illud Iob iij. Maledicant
ei qui maledicũt diei.Nec obſtat illud Eccleſiaſtici xxj.cùm
maledicit impius diabolũ,ſcilicet propter culpã , maledicit
ipſe animã ſuã:quia intelligitur quòd ſimili ratiõe oſtendit ſe
maledictione dignũ.Quantũ verò ad creaturas irrationabi
les,ſi maledicantur imperatiuè vel optatiuè in ordine ad Deũ
inquantũ creaturæ Dei,eſt pctm blaſphemiæ: in ordine ve-
rò ad creaturas ratiõales,dicit Sum.Roſ.ꝙ nõ licet eas ma-
ledicere niſi ex ſpeciali Dei reuelatiõe. Sed ego dico ꝙ eſt
idem iudiciũ ſicut de maledictione rationabiliũ,ſcdm men-
tem S.Tho.ibi licet hoc expreſſe nõ dicat: quia tũc propriè
creatura rationalis eſt quæ maledicitur:vñ eſt licita,ſi ſit ꝓ
pter bonũ:illicita verò,ſi ſit propter malũ.Et ita tenet Alex.
de Ales xxij.tract.de maledictione:ſed ſi maledicatur ſecun
dum ſe eſt,vt dicit,vanũ & otioſum, & cõſequenter illicitũ.
quantum verò ad Deum,planũ eſt quòd ſemper eſt illicita
etiã indicatiua:quia ei nullũ malũ cõuenit.Et de hoc ſ.Bla-
ſphemia.in prin.& §.vij.¶Tertiò quæritur,†vtrum maledi-
ctio illicita ſit pctm mortale?Et dicit S.Tho.ij.ij.vbi ſ.arti. 3
iij.quòd maledictio ſub ratiõe mali tã imperatiua quàm o-
ptatiua ſecundum ſuum genus eſt pctm mortale:quia repu-
gnat charitati,qua proximũ diligentes volumus ei bonũ:vñ
neque maledici regnum Dei poſsidebunt.j.Cor.vj. & tantò
grauius,quantò perſonam,cui maledicimus,magis amare &
reuereri tenemur. Vnde qui maledixerit patri ſuo & matri,
morte moriatur.Leui.xx.Contingit tamen,inquit,quòd ali
quando ſit veniale vel propter mali paruitatem , quod quis
imprecatur:vel propter affectum proferentis : dum ex leui
motu vel ludo vel ſurreptione talia verba profert:quia pec-
cata verborũ ex affectu penſantur.Quæ autem ſit pœna Deũ
publicè maledicentis,vide ſ.Blaſphemia.§.vij.

MALEFACTOR an poſsit fugere, vel ſe defende-
re:vide ſuprà Accuſatio.§.xvj.

## De Maleficio & Maleficiatis.

1 Maleficium quid & quot modis ſumatur.
1 Diaboli ſcientia ad quid ſe extendat.
2 Diabili poteſtas quo ad corpora & animas . & nu.3.
4 Diaboli voluntas qualis.
5 Dæmoniacorum facta qualia.
6 Dæmones qualiter vexent homines circa copulam carnalem.
7 Maleficia quomodo poſsint auferri.
8 Maleficium vnũ an liceat tollere per aliud maleficiũ.& nu.9.

MALEFICIUM †à malefaciẽdo dictũ, vt ex ipſo
nomine patet,importat malũ illatũ alicui,& cõſe-
quenter damnũ iniuſtũ : quia dãnum iuſtè illatum
nõ eſt malũ ſimpliciter licet ſit malũ iſti vel illi. ¶Igitur ma-
leficiũ tripliciter ſumitur.¶Primò ꝓ dãno iniuſto voluntario
rerum.¶Scdò pro dãno iniuſto perſonæ:vt ſi quis vulneret
aut occidatur,& hoc ſimiliter volũtariè:quia ſi nocumentũ
præter propoſitũ inferatur:vt cũ iudex ꝓpter imperitiã malè
iudicat,vel de domo aliquid eiectũ eſt qđ nocuit, nõ dicitur
maleficiũ,ſed quaſi maleficiũ:Inſt. de oblig. quæ ex quaſi
deli.per totũ.¶Tertiò ꝓ dãno iniuſto perſonæ illato à dia-
bolo,quo qs ſcdm vſum cõmunem loquendi dicitur maleficia
tus:qa illud dãnũ patitur:& maleficus vel malefica dicitur,
qui illud damnũ procurat fieri à diabolo pacto expreſſo vel
tacito interueniente:& ad hoc tertium maleficium pertinet
ſignũ fœderis quod eſt inter diabolũ & maleficum:quod ſi-
gnum etiã maleficiũ dicitur:vt infixio gladij intra circulũ:
plumarum inuolutio,imago cerea cum acubus infixis,& hu
iuſmodi.Ad hoc etiam maleficium reducitur omnis diuina-
tio & incantatio ſiue alligatura:quia,vt patet xxvj.quæſt.v.
nec mirum.ad hoc pertinet ſortilegium,quod eſt diuinatio.
& omnis incãtatio.De iſto autẽ tertio maleficio ſolùm hæc
intendo ſpeculatiue,declarãdo quomodo fieri poſsit aut de-
ſtrui.Ad cuius intellectum oportet aliqua quærere de ſcien
tia & poteſtate diaboli.¶Primò ergo quæritur,†ad quid ſe
extendat ſcientia diaboli?Et dico ex Sanct.Tho.j.q.lxiiij.ar-
ti.j.ad quintum.& ij.diſt.xviij.queſt.ij.ar.j.& iij.cõtra.c.cliij.
quod dæmones tripliciter cognoſcunt veritatem,ſcilicet per
naturam,reuelationem & experientiam. Et per experientiã
quidem præcipuè addiſcit dæmon hominum inclinationes
& modos ſuperãdi illos,dicẽte Cypria.quod diabolus om̃ia
tentãdi genera inſidiasq; deijciẽdi vſu ipſo vetuſtatis edidi-
cit.quod quomodo fiat,cum nõ ſyllogizet,alibi aut dixi,aut
Deo volente dicam.¶Per reuelationẽ autẽ cognoſcit quan
tum Deo placuerit reuelãti.Per naturam verò,vt patet j.q.
lxxix.ar.iij.& q.cix.ar.v.& veri.q.xx.ar.iiij.& ij.contra.cap.
xcvij.à principio ſuæ creatiõis ſtatim cognouerũt dæmones
omnes ſpecies rerum creatarum à Deo per ſpecies inditas:&
per ſimilitudinẽ ſpecierum ſtatim quilibet eorũ põt omnia
indiuidua ſub vna ſpecie cõtenta cognoſcere diſtinctè,vt pa
tet j.q.lvij.ar.ij.& ij.diſt.iij.q.iij.ar.iij.& ij.contra.cap.xcviij.
Ex quibus patet quòd quilibet diabolus perfectè cognoſcit
virtutes omnium angelorum & cœlorum & ſtellarũ,& volu
crum,& animaliũ,& piſcium.& arborũ,& herbarũ,& metal
lorũ,& lapidũ,& elementorũ.vnde cognoſcunt quę homini
2 bus quocũq; modo prodeſſe poſſunt,aut etiã obeſſe . ¶Se-
cũdò quæritur,ad quid ſe extendat diabolica poteſtas quãtũ
ad motũ corporũ?Et ex S.Tho.j.q.cv.ar.j.& q.cx.ar.ij.& iij.
& iiij.q.cxiiij.& q.cxvij.& ij.di.vij.q.iij.ar.j.& di.viij.q.j.& iij.
cõtra.c.ciij.dico tria.¶Primũ.Angeli mali,vt de bonis taceã
nõ poſſunt naturaliter imprimere aliquã formã in aliqđ ſu-
ſceptiuum.quod intellige primò de corporalibus,cuiuſmodi
ſunt formæ ſubſtãtiales & accidẽtia corporum.ſecus de ſpi-
ritualibus:qa poſſunt illuſtrare phãtaſmata.imò & intelle-
ctũ abſolutè,licet nõ ex ſuppoſitiõe ſui iniqui finis : licet ibi
nõ ſit ꝓpriè impreſsio leuis,ſed cõfortatio:& ſecũdò intelli
ge de formis habẽtibus eſſe ꝑ modũ quietis.ſec⁹ de hñtibus
eſſe per modũ trãſeũtis etiã corporalibus:quia poſſunt mo-
uere localiter,& cõſequẽter imprimere illã formã,ad quã ſe
ſequitur motus localis violẽtus,quæ eſt quędã impreſsio non
contrã.¶Secundũ.Angelis malis obediũt omnia corpora infe
riora ad nutũ quantũ ad motũ localẽ,vt probat S.Th.vbi ſ.
non ꝙ ſicut anima humana ſe habet ad mouendũ vnum ſolũ
corpus ſibi vnitũ,ita illi ſpiritus tanquã eleuatiores ſe habẽt
ad mouendũ om̃ia inferiora:vt dicit Aug.excepto quòd nõ
poſſunt mouere totã terrã aut vnũ aliud elemẽtum,vt dicit
S.Tho.q.xvj.ar.x.ad octauũ.& in opus:quia hoc eſſet euerte
re ordinẽ naturæ:ſed bene poſſent mouere turrim aut mon
tem ¶Tertiũ.Angelus malus naturaliter tãta celeritate mo
ueri poteſt,vt in tẽpore imperceptibili ab Oriente in Occi
dentẽ,& à cœlo ad terrã,& econtrario, moueri poſsit,nullo
medio pertranſito , & etiã motu cõtinuo:cũ ſuũ moueri ſit
ſuũ operari,quod eſt contactus rerũ,circa quas mouetur co
modo quo mouetur noſtra imaginatio,vt patet j.q.liij.& in
multis alijs locis & cõſequẽter poteſt aliquod corpus celer-
rimè deferre.Ex his tribus ſequitur ꝙ Angelus malus facere
poteſt omnia quæ fieri poſſunt per motũ localẽ:aut per ap-
plicationẽ virtututũ actiuarũ naturaliũ:vt pluuias,ventos,&
hmõi:& ſimiliter cõdẽſare aërẽ,& illũ fugare,& in eo appa
rere in forma viri aut mulieris vel beſtiæ & huiuſmodi , vt
experientiæ docent,& ſancti tradiderũt.¶Tertiò quæritur,
† ad quid ſe extẽdat diabolica poteſtas ſpecialiter circa ho- 3
minẽ quãtũ ad animã & corpus,& res,ac famã? Et dico mul
ta quæ habẽtur à S.Tho.in diuerſis locis ĩ.allegandis.¶Pri-
mũ.Boni angeli imprimere poſſunt in noſtrũ intellectũ.ij.
diſ.lxxxv.ſextũ.j.ij.q.lxx.ſcdo.ij.ij.q.clxxij. primũ.iij.c.cliij.
ſed hoc nõ eſt imprimẽdo lumẽ ſed cõfortãdo. ſcdo vbi ſ.&
veri.q.ij.iij.c.tertiũ.angeli verò mali nõ poſſunt imprimere
in intellectũ noſtrũ:vt patet in locis præall.quod nõ intelli-
gitur abſolutè:quia cũ hoc cõſequatur naturalẽ ꝓprietatẽ
angelicã,cõuenit bonis:& malis:ſed intelligitur ex ſuppoſi-
tiõe ſui iniqui finis:quia cũ intẽdat hominẽ decipere:cũ hoc
nõ ſtat ꝙ intẽdãt eius lumẽ cõfortare:qa ꝑ hoc euaditur dece
ptio:poſſunt autẽ priuare hominẽ vſu rationis.j.ij.q.lxxx.ar.
iij.qa ſcilicet pñt localiter mouere oẽs humores hominis,&
reducere ad caput:imò poſſent organa potentiarũ ſenſiti-
uarũ mouere & auferre de capite,ſi ꝑmitteretur.¶Secundũ.
Poteſt dæmon noſtrã immutare volũtatẽ , nõ directè mo-
uẽdo,ſed ꝑſuadẽdo & cõcitãdo paſsiões.j.q.iij.& j.ij.q ix.art.
vj.ma.q.xvj.ar.xj.¶Tertiũ . Tã boni quàm mali angeli a-
gũt in noſtra phãtaſmata,applicãdo lumẽ ſuũ,& ea ordinã-
do.ij.di.ij.& j.ij.q.lxxx.ar.ij.quod angelus malus nõ facit, vt
hõ illuminetur ad intelligẽdũ : ſed vt ſciat percipere dubi-
tatiões quas ſoluere neſciat:vt accidit in ſcrupuloſis,qui ſub
tiliſsime dubitãt & ineptiſsimè errãt ac fallũtur,nullũ penè
habẽtes lumẽ aut iudiciũ intelligẽtes.¶Quartũ.Dæmones
ad aliqđ pctm hominẽ efficaciſsimè inclinãt operãdo inte-
rius,ſcilicet in phãtaſiã & appetitũ ſenſitiuũ.j.ij.q.lxxx.ar.ij.
ma.q.xvj.ar.ij.qđ intellige quia poſſunt per motũ ſpirituũ,
in quibus ſunt phãtaſmata reducere ad imaginationem illa
phantaſmata,quæ habẽt allicere cõcupiſcẽtiã,vel iraſcibilẽ
cõcitare , & inclinare intellectũ ad iudicandũ,& nolentẽ ad
volendũ qđ expedit ad perpetrandũ peccatũ.Et adde quòd
ſpiritus,qui ſunt in homine,poſſunt mouere,& per illos cõ-
cupiſcẽtiã excitare.Et ſimiliter adde ꝙ etiã ꝑ exteriora ad
idem inducunt tripliciter. Primò exterius ſuadendo, ſicut
Chriſto tẽtator apparuit in forma humana loquẽs,& aliqui
bus ſanctis in forma iuuẽcularũ blãdientiũ.Secũdò exterius
aliquid oſtẽdẽdo fictũ,ſicut Antonio oſtẽdit diſcũ argẽteũ:
& euntibus ad ludũ oſtẽdit viros & fœminas & ſolatia car
nalia.aut aliquod verũ,ſicut procurare poteſt quòd eccleſiã
adeũti occurrat mulier:aut videat vel audiat aliquod laſci-
uũ & turpe. Tertio aliquod corpus exterius intus mittẽdo:
quia cum ad nutũ poſsint corpora mouere localiter homi-
ne dormiente,vel aliter,poteſt in noſtro ſtomacho dæmon
ponere inflamãtia irę aut cõcupiſcẽtię:puta aromata,aut vi
nũ,vel huiuſmodi.¶Quintũ.Dæmõ poteſt immutare om̃es
ſenſus hominis tam interiores quàm exteriores.j.q.iij.ar.iij.
& iiij.veri.q.j.iij.q. xij.viij.po.q.vj.iij.decimumtertium.ma.
q.xvj.j.ſextumdecimũ.quod intellige vt etiã homo decipia-
tur aliter apprehẽdendo quàm ſit:quod fieri poſſet multipli
citer:primò per hoc quòd diabolus ex aëre corpora format
oſtendens quæ nõ ſunt,ſicut aliquos terruit ſub forma dra-
conis:& monialis credidit ſe manducare lactucam,& erat
corpus aëreum.Secundò applicando per modum localem
quædã actiua naturalia,quæ hoc facere poſſunt,ſicut ſecun
dum Sanctum Thomam,quædam herba fumigans facit tra
bes apparere ſerpẽtes.Tertio reducẽdo ſpiritus, qui ſunt in
homine,ad phantaſiã,& eam ſuo modo immutãdo,vt patet
in phreneticis & arreptitijs & inſanis. Quartò ꝑ acriſiã vel

aoraſiá:quę eſt cęcitas,qua celãtur nobis nõ omnia,ſed quędam,ſicut oculi diſcipulorum euntiũ in Emaus tenebantur ne Ieſum agnoſcerent.& de hoc diffuſe dixi feria ſecũda Paſchæ in aurea roſa.❡Sextum.Diabolus poteſt in corpus humanum inducere infirmitates:vt patuit in Iob . & intellige oẽs infirmitates inducibiles per corpora inferiora:quia nouit virtutes omniũ eorum,& eas poteſt corporibus humanis applicare.❡Septimũ.Poteſt etiam nocere in rebus:vt patuit in Iob,quem ſubitò accepta licẽtia rebus omnibus ſpoliauit &ſimiliter in forma:quia poteſt ſumere formã humanam,& obloqui,& fingere caſus,in quibus videamur delinquere:ſicut permiſit ſe inueniri ſub lectulo cuiuſdã ſancti viri in for

4 ma puellæ.❡Quartò quæritur,†quid appetat aſtuta & iniqua diaboli volũtas?Et dico multa ex Sancto Thom. ❡Primum.Liberũ arbitriũ dæmonum obſtinatũ eſt in malo:nec reuerti poteſt ad bonum.ma.q.xvj.ar.v.& veri.q.xxiiij.art.x. vnde omnis motus liberi arbitrij eorum eſt inordinatus.veri.vbi ſ.ar.xj.quia ſcilicet omnia volũt in ordine ad ſuũ malũ finẽ:& in omnibus quæ agũt propria volũtate peccant mortaliter.j.q.lxiiij.ij.quintũ.j.ij.q.lxxxix.arti.iij.& ij.diſtinct.vij. ❡Secundũ.Dæmones fingunt ſe eſſe animas defunctorũ,vt viuentes ducãt in errorem.j.q.lxxxix.viij. ſecundum.q.cxvij. iiij.ſecundũ ma.q.xvj.ar.j.❡Tertium.Et ſimiliter faciũt aliquas leuitates,vt faciãt ſe hominibus familiares.quos decipere conantur.j.q.lxxxix.ar.iiij.tertium ma.lxxix.ad quartum ❡Quartũ.Et ſimiliter inuocati per mẽdacia & vanas ſuperſtitiones adueniunt,vt homines talia credãt:po.q.vj.ar.x.ad octauũ . ❡Quintũ.Et ſimiliter alliciũtur diuerſis generibus herbarum,animalium,carminum,& rituũ,vt ſignis aliquorum ſibi placentiũ,non vt rebus.cxv.ar.v.ad tertium.& po.q. vj.ar.x.❡Sextum.Et ſimiliter adueniũt ad inuocationẽ diuinę virtutis:ne omnino credantur excluſi à iuſtitia diuina:po. q.vj.ar.x.ad quintũ.❡Septimum.Et ſimiliter vocati ſub certa conſtellatione,licet non ſubſint cœlis,tamen adueniũt:& hoc vt decipiãt & errare faciãt homines,vel coacti à ſuperioribus dæmonibus.j.q.cxv.ar.v.&po.q.vj.ar.x.& quolib . ij.q. vij.❡Octauum.Et ſimiliter vocati à virginibus veniũt vt ducant homines in opinionẽ ſuæ diuinitatis,quaſi amẽt mũditiam:po.q.vj.ar.x.ad quartũ.❡Nonum.Et ſimiliter inuocati per necromãticos alligant alios inferiores aliquibus corporibus,puta annulis,vel ampullis:vt patet ij.quolib.q.ij.ar.j.& quolib.iij.q.j.ar.j.quod ideo faciunt,vel quia odiunt illos,vel vt lucrentur necromãticos.vnde etiam ſuperiores expellunt inferiores à corpore, licet nõ ab anima:vt patet iij.q.xliij.ar. ij.ad tertium.quod ſcilicet faciunt eadem ratiõe vt homines lucrentur,qui eos ad hoc inuocant,vel alios.❡Decimum.Et ſimiliter plus vexant lunaticos in augmẽto lunæ,vt eã infamẽt,ſcilicet quaſi malam creaturam Dei:& rurſus,quia tũc illorum cerebrũ eſt ad patiendũ diſpoſitũ magis.❡Quintò

5 quæritur,†quomodo reddi poſsit ex præmiſsis,ratio eorum quæ fieri videmus per homines diabolicos?Et dico eã reddi poſſe ex dictis dæmonibus:ad quorum intellectũ dico multa.❡ Primũ.Homines diabolici qui mirãda operantur virtute vel ope diabolica,omnes habẽt cum diabolo expreſſe vel tacitè pactũ ſecundũ Aug.ſcilicet vt eis expreſſe inuocãtibus illũ,vel tacitè ſcilicet dum quædã faciũt,ad quorũ factionẽ cõſueuit operari,ipſe illis ſuffragetur,in quo pacto diabolus expreſſe vel tacitè ſpondet ſuffragium,& illi expreſſe vel tacitè ſpondet obſequium & famulatum eius voluntati ſimpliciter ſiue in omnibus,aut quantũ ad aliquid.❡Secundũ.Huiuſmodi effectus omnes,quãtum mihi occurrit,reduci videntur ad quinq;:quia aut ſunt primò diuinationes:aut ſecundò infirmitates:aut tertiò ſanatiões:aut quartò falſę apparitiones:aut quintò effectus mirabiles:& iudicio vulgi impoſsibiles.❡Tertium.Quantum ad diuinationes dictum eſt ſ.Diuinatio , quomodo poſſunt dæmones ſcire & docere futura: præſentia aut occulta omnia norunt,aut nocere poſſunt,ſecundũ omnes Theologos,exceptis cordium cogitationibus: vnde ſciunt omnia principum conſilia,& tractatus hominũ, & corporum diſpoſitiones:& breuiter,exceptis cogitationibus,ſciũt omnia,niſi à Deo prohibeãtur:ſicut prohibiti ſunt ſecundum S.Thom.ſcrutari virginitatem beatæ Mariæ.vñ ſciunt de his omnibus diuinare,etiam de his quæ à præſentibus deriuantur,licet cõiecturaliter:ſicut ſi ſcit determinatũ eſſe in conſilio alicuius regis,quem ſcit non eſſe leuem neq; mutabilem,probabiliter enuntiat quòd tale bellũ erit.præſentia quoq; diſtantia omnia ſimiliter norunt:& quia ſubitò mouentur,ea ſubito nuntiant.❡Quartũ.Quantum verò ad infirmitates & ſanationes, patet quòd ſciunt omnia pficua & nociua , & ea poſſunt ſubitò à longiſsimis partibus afferre,&viſibiliter ac inuiſibiliter locis opportunis applicare,nõ ſolùm exterius,ſed etiam interius inferendo per os dum homo dormit,aut dũ putat ſe bibere,vel quid aliud ſumere:& hinc eſt ꝙ vetula aut alio incãtante ſanãtur infirmitates: & malefico torquẽte imaginem,torquetur homo multùm diſtãs:quia hoc diabolus operatur ex pacto tacito vel expreſſo cũ prædictis.❡Quintum. Quantum verò ad apparitiones, patet quod per aëris cõdenſationẽ poſſunt quam voluerint formam oculis oſtẽdere,licet aliquando cogantur apparere aliter quàm velint per diuinã prouidentiã.Vnde dicit Sanc. Thom.ſuper Iob, quòd frequẽter apparent in figuris beſtiarum,quæ deſignant conditiones eorũ ex prouidẽtia diuina. & ij.diſ.xxj.q.ij.art.j.& ij.ij.q.clxv.arti.ij.ad tertium.& ſuper Iob dicit quòd tentaturus dæmon primos parentes non potuit quam voluit formã aſſumere:ſed tãtum ſerpẽtis. Quãtum verò ad effectus mirabiles:vt ꝙ quis euomat acus,clauos,pilos,oſſa magna,vel quòd plumæ ſint ingenioſiſsimè cõſertæ,& huiuſmodi,patet quomodo iſta fieri poſſunt,quia aut iſtæ ſunt illuſiones,ita quòd videntur ea quæ nõ ſunt,ſiue per actiua naturalia hoc efficiẽtia,ſiue per acriſiam,ſiue per aëris condenſationem: aut ſi ſunt verè res,ipſe diabolus inuiſibiliter huiuſmodi ſtomacho intulit , & inde viſibiliter educit,non obſtante quòd videantur ita magna:quia poteſt ea diuidere & integrare ſaltem apparẽter, cum localiter huiuſmodi corpora & partes eorum ad nutũ moueãtur ab eo, & inuicem conglutinentur. ❡†Sextò quæritur ſpecialiter, 6

quare,& quomodo dæmones poſſunt vexare homines circa copulam carnalem?Et dicit Sanct.Thom.in iiij.diſt.xxxiiij. ar.iij.ad primũ:quòd poteſtas maleficiorũ permittitur dæmonibus à Deo in actu generatiuæ potẽtię magis quàm in alijs quia per eam peccatũ originale trãſfunditur.Petrus autẽ de Pal.in iiij.dicit ꝙ hunc actũ ſeu copulã poſſunt multipliciter impedire.Primò ex hoc quòd poſſunt motũ localẽ corporũ facere aut prohibere:vnde poſſunt impedire corpora ne mutuò propinquẽt,directè vel indirectè ſe interponendo aſſumpto corpore.Secũdò,quia poſſunt ad factũ illud inflammare vel infrigidare adhibẽdo occultè virtutes ad hoc validas,Tertiò turbando imaginatiuã & æſtimatiuam,quæ reddant mulierem exoſam. Quartò prohibẽdo directè vigorẽ membri,ſicut & motum localẽ cuiuſcunq; organi. Quintò, prohibendo miſsionem ſpirituum ad membra in quibus eſt virtus motiua,quaſi intercludendo vias ſeminis ne deſcendat ad vaſa generationis,vel ne ab eis recedat, vel ne excidatur, aut ne emittatur.❡Septimò quęritur,†quomodo maleficia poſsint auferri? Et dico ꝙ ſolùm tribus modis.❡Primò diuina virtute,ſiue Deus immediatè ſoluat,ſiue angelo vel homini det ſupernaturalem virtutem ſoluendi:& hoc planum eſt.& ſic ſancti viri & fideles deſtruunt aliquãdo per orationes & adiurationes.❡Secũdò,virtute naturali angeli mali,ſi ſit natura ſuperior angelo malo authore maleficij: quia angeli mali natura ſuperiores poſſunt inferiores alligare & ſoluere ſiue expellere de corporibus:& conſequẽter remouere poſſunt actiua naturalia, per quæ inferiores faciũt maleficia vel nocumẽta in corporibus maleficiatis.❡Tertiò,virtute naturali angeli boni,ſi ſit natura ſuperior angelo malo authore maleficij : quia non eſt de eo ratio minor quàm de angelo malo ſuperiore.Nõ autẽ poteſt alio modo remouęri maleficiũ,ſi angelus author eius velit illud durare:quia ſi hoc fieri poſſet,eſſet maximè per hominẽ medicũ applicantem actiua naturalia cõtraria ad ſanandũ:quod tamẽ eſt impoſsibile:quia homo eſt minoris poteſtatis quàm diabolus, cui corpora inferiora obediunt ad nutũ in motu locali:vnde diabolus ſemper remouere põt actiua applicata ab homine & cõſeruare applicata à ſe in nocumẽto:ſi tñ diabolus ceſſaret à nocẽdo vel malefaciẽdo,& homo ſciret actiua naturalia,quibus illud nocumentũ ſanari poteſt,& ea poſſet applicare,poſſet homo ſoluere maleficiũ.Et ſimiliter ſi ad ſanandum nõ requirantur aliqua actiua poſſet homo ſoluere maleficiũ deſtruẽdo ſignum fœderis inter dęmonẽ &maleficũ quo ſcilicet durante durat maleficiũ.quod tamẽ, ſi diabolus nollet,homo facere nõ poſſet:quia nunquam poſſet tale ſignũ inuenire:aut ſi inueniret, deſtruere:puta plumas cõglutinatas.

8 ❡†Octauò quæritur,vtrũ licitũ ſit vti opere diaboli in ſoluẽdis maleficijs.tollẽdo,ſcilicet vnũ per aliud.❡Et dico primò quòd,vt ſuprà in principio huius tituli patuit,maleficium,à quo maleficus dicitur,ſumitur dupliciter.primò pro iniuſto nocumẽto illato à diabolo ad requiſitionẽ malefici. & ſecũdò pro ſigno fœderis inter diabolũ. & maleficũ:ſicut maleficium dicitur imago,ad cuius torturã torquetur maleficiatus.❡Dico ſecundò quòd ſecundũ Sãct.Tho.ij.ij.q.xcij. ſuperſtitio eſt vitium oppoſitum religioni per exceſſum,inquantum diuinũ cultum exhibet vel cui nõ debet,vel eo modo quo nõ debet.Huius vitij ſunt duæ ſpecies ſubalternæ: quarum prima cõſiſtit in exhibẽdo diuinũ cultum Deo verò modo indebito.Secũdò verò in exhibẽdo cultũ diuinũ ei, cui nõ debet.Et hæc diuiditur in tres alias ſpecies quarũ prima eſt idololatria.Secũda eſt diuinatiua:quæ & ipſa in multas ſpecies diuiditur,vt ĩ.Superſtitio.§.iij . Tertia eſt obſeruantia:ad quã pertinet ars notoria,& omnes obſeruationes ordinatæ ad corporum immutationes , puta ad ſanitatẽ & ægritudinem,id eſt,omnes incãtationes & ligaturæ. ❡Dico tertiò quòd generaliter omnes diuinatores & incantatores dicũtur malefici,& ſpecialiter magi,vt patet in d. c.nec mirũ xxvj.q.v. ❡His præmiſsis ad quæſtionẽ dico quòd licitè maleficiũ deſtrui poteſt per orationes & adiurationes:vt patet ex dictis ſuprà Adiuratio.§.iiij.Poteſt etiã quilibet ſciens maleficiũ,id eſt,ſignũ fœderis prædictũ deſtruere , quicũq; illud ſcit,ſi poteſt,diabolo ſcilicet nõ impediente:ſed tamen nulli licet hoc facere per aliud maleficiũ, id eſt , per aliquã incantationem vel obſeruantiã:quia hoc eſſet : eſſe maleficum,& habere pactũ cum diabolo.Similiter nulli licet aliquem inducere ad ſoluẽdum maleficiũ per maleficum:quia eſſet inducere ad peccatum.ſimiliter nec licet vti parato ſoluere per maleficium, vt patebit.❡In hoc tamẽ ſunt opiniones inter Sũmiſtas:quia cum Sum.Roſ.& Supple. ſequentes doctrinam ſanam Sancti Thomæ,Archid.& aliorum Theologorum dicunt aliquo pacto hoc non licere . Summa verò Angel.ſuo more in determinando audax & periculoſa,dicit hoc licitũ eſſe,probans authoritate Petri Aureo.& ratione: quia malo alterius vti licet ad bonum noſtrum.& exemplo, ſicut ſecundum Auguſt.licitè vtimur iuramento infidelis iurantis in nomine Dei ſui:& poteſt addi de parato fœnerari à quo licitè accipitur mutuũ. ❡Sed iſta opinio eſt nefanda,& occaſio infinitorum peccatorũ,& maximè cõferens ad dilatandum regnũ diaboli:quod ſic patet ❡Nam eſt cõtra legẽ naturalem requirentẽ reuerentiã & fidem ad dominũ ſuũ: *Nota.* quia ſuo domino non eſt fidelis, qui ab eius inimico certãte cum eo de ſtatu,petit aut accipit auxilium,etiã parato auxiliari:quia hoc pertinet ad habere amicitiã cum illo:cum naturale ſit amare benefactorem:diabolus autem eſt inimicus Dei,quærens vſurpare ſibi dominium mũdi,& volẽs adorari vt Deus, ſecundũ Theologos & ſcipturas & experientiã. Eſt etiã cõtra legem Dei:quia magi ſunt malefici,& parati exercere opera diaboli,cum artẽ iſtã exerceãt. & tamẽ dicitur Leui.xx.Anima quę declinauerit, id eſt acceſſerit ad magos & ariolos,ponã faciẽ meã contra illã,& interficiã illam. ❡Eſt etiã cõtra ius canonicũ quod nõ ſolùm prohibet alicui ſuadere vt talia faciat , ſed etiã ad domũ taliũ accedere:nec mihi dubium quin Aug.taliter determinãtẽ appellaret apoſtatam à fide,qui in c.non obſeruetis.xxvj.q. vij. enumeratis multis ſpeciebus diuinationum,& alligaturis, ac incãtationibus,concludit.Qui has,ſcilicet obſeruantias, & quaſcunq; diuinationes obſeruat,aut attendit,aut conſentit obſeruantibus,& qui talibus credunt,ad domũ eorum euntes,aut ſuis domibus introducunt,& interrogãt, ſciant ſe fidẽ Chriſtianam & baptiſmum pręuaricaſſe,& tanquam paganũ & apoſtatantẽ,id eſt,retro abeũtem & Dei inimicũ iram Dei grauiter in ęternum incurriſſe.hæc ibi.vbi nota non ſolùm prohiberi ſuaſionem ad faciendum maleficium,ſed etiam cõſenſum Eſt etiam contra iura ciuilia,quæ prohibẽt iſtos conſulere vnde etiã iſte compilator dicit infrà tit.Mathematicus. quòd diuini ad limen alterius accedere nõ debent:aliàs concremãtur:nec aliquis eos ſuſcipere ſeu cõſulere:aliàs deportantur,& bona eorũ confiſcãtur , & diuinator gladio vltore feritur:vt C.de malef.& mathem.l.nullus.l.nemo.& l.culpa. Ecce ergo quod quantumcunq; ſint parati,non licet eorum operibus vti. ❡Eſt etiã iſta opinio occaſio innumerabilium peccatorum,quia aperit viam omnibus incãtationibus,cum vbiq; ſint viri &fœminæ parati incantare,& ſoluere maleficia per maleficia:& conſequenter multi currẽt ad huiuſmodi,in quo diaboli regnum conſiſtit:quia adire huiuſmodi eſt ab eo expetere beneficia ſanitatum. Ad authoritatem autẽ, quam iſte adducit,dico quòd ille Doctor nullius eſt authoritatis:quia fundauit multas falſas opiniones, vtpote cuius ſtudium fuit omnibus cõtradicere.Ad rationem dico quòd licitum eſt malo alterius vti ad bonum noſtrum,quando ipſe actus,quo vtimur,de ſe non importat aliquid illicitum,ſicut Deus licitè vtitur peccatis ad ſui gloriam, ea permittẽdo & puniendo, & inde bona eliciendo. quia ea permittere , non eſt aliquid in ſe illicitum.Secus autẽ ſi ipſe noſter vſus eſſet in ſe illicitus:ſicut parato occidere inimicum meum non licet mihi vti ad homicidium quod cedit in bonum meũ:quia ipſe vſus eſt aliquid in ſe malus,id eſt,conſenſus directus in homicidium.vnde Sanc.Doctor in de ma.xiij.q.iiij.ſic dicit: Aliud eſt conſentire alicui in malitia:aliud eſt vti malitia alicuius ad bonum.ille enim alicui in malitia cõſentit,cui placet vt ille malitiam exerceat,& ad hoc fortè eum inducit,& hoc eſt ſemper peccatum:vtitur autem malitia alterius.qui hoc malum, quod alijs facit , retorquet ad aliquod bonum. hæc ille.Et ita eſt in propoſito , tum quia ipſe vſus eſt,cum acceſsit ad tales.quod iura prohibent.tum quia eſt cum conſenſu directo in aliquid:quod ſine peccato fieri nõ poteſt: &

ideo eſt conſenſus in peccatum.Ad exemplum autem dico
quòd non eſt ſimile:quia in tali iuramento ipſe vſus eſt con
ſenſus in aliquid,quod de ſe non eſt malũ,& ſine peccato fie
ri poteſt,id eſt,in hoc quod ille dictũ ſuum firmet iuramen-
to,licet ipſe ex ſua malitia hoc faciat cum peccato:ſicut à ſi-
mili dicit S.Tho.quòd accipiẽs mutuum ſub vſuris non dat
occaſionem vſurario vſuras accipiendi,ſed mutuãdi: ille au
tem ſumit occaſionem peccandi ex malitia ſui cordis. Et ita
patet rationẽ diſsimilitudinis ſtare in hoc quòd ibi directè
cõſentitur in peccatum,nõ autẽ hic vt patet ex verbis Aug.
ad Publi.dicentis quòd qui fide vtitur per falſos deos iurãtis
ad bonũ,nõ pacto illius ſe ſociat qui per dæmonia iurauit:
ſed pacto eius bono,quo fidem ſeruauit.Et ſimiliter ex ver-
bis Sancti Tho.ij.ij.q.lxxviij.art.iiij.dicentis quòd accipiens
mutuũ ſub vſuris non cõſentit in peccatum vſurarij,ſed vti-
tur eo,nec placet ei vſurarũ acceptio,ſed mutuatio,quæ eſt
bona.Vnde in iiij.diſtinc.xxxiiij.ar.iiij.ad tertium,iſtam opi
9 nionem damnat.¶ Nonò quæritur,† vtrum in diſſoluendis
maleficijs licitum ſit vel tolerabile retundere vana vanis,id
eſt,aliquibus de ſe non illicitis:vt dicit Hoſtiẽ.in cap. literæ
veſtræ.§.mulier.de frigi.& malef.Et pro ſolutione quæſtio-
nij declaro quomodo ſit illicitum credere maleficis:& dico
hoc non eſſe quaſi ſit illicitũ credere quòd malefico facien-
te opera ſua ſequatur aliquis effectus,puta ſanitatis: qa hoc
aliquando eſt verũ ad ſenſum:ſed peccatũ eſt credere quòd
effectus,qui vidẽtur,ſint à malefico virtute verborum ſuo-
rum,aut eorum quæ facit,ſi talia ſunt quæ de ſui natura nõ
ſint nata ſic efficere:qa talia fiunt à diabolo mediãte aliquo
pacto cum malefico.Et iſta eſt mẽs Hen. de Gan.quolib.v.
& ſimiliter Sco.& patet idem xxvj.q.v.nec mirum. iungẽdo
finem principio.& ibidẽ q.ij.illud.Ad quæſtionẽ igitur dico
quòd illud dictũ habet veritatem.Primò,quando quis face-
ret illa vana,id eſt,indifferentia,& de ſe nõ illicita, credens
aut volens experiri an per talia ſoluatur maleficiũ non per
operationem diaboli,ſed per eius ceſſationem ab operãdo:
vtpote qui habebat pactũ cum malefico vt à vexando deſi-
ſteret,ſi fieret tale quid ablatiuũ ſigni prioris.talia enim ali
quãdo diabolus aliquibus reuelat: & deinde veniunt in noti
tiam hominum.Secundò,quãdo quis talia facit neſciens eſſe
illicita & peccata:quia tunc tolerari poteſt quaſi nõ morta-
liter peccans:& credo iſtã fuiſſe mentẽ Hoſt.Eſt autem fal-
ſum illud dictum,ſi quis talia indifferẽtia exerceat ſuperſti-
tioſe,quaſi credens talibus eo modo quo & alijs incantatio
nibus:quia omnia remedia vana nõ naturalia ſunt illicita &
pernicioſa.xxvij.q.ij.illud & multo magis eſt falſum,ſi quis
credat quidem talia vana eſſe vana:ſed tamẽ ad exercitium
talium diabolum cooperari ad ſolutionem maleficij.

MALITIA,eſt priuatio abſtractiuè ſignificata à quo
malus denominatur malus: ſicut mors eſt malitia
corporis, à qua dicitur mortuus: & cæcitas, mali-
tia oculi à qua dicitur cæcus. Diuiditur autẽ malitia ſecun
dum priuatiões formarũ & perfectionũ: ſed tamẽ inquantũ
ex malitia dicimur peccare,maria tripliciter dicit'.j.ij.q.lxx-
viij.art.j.ad tertiũ.& ma.q.iij.ar.xij.ad octauũ.¶ Primò habi
tus vitioſus,ex quo qui peccat,ex malitia dicit' peccare.¶ Se-
cundò dicitur malitia ipſa mali electio actualis.¶ Et tertiò
culpa præcedens:ſicut cum quis ex inuidia impugnat gratiã
fraternã.Sum.autẽ Ang.dicit quòd malitia dicitur primò ha
bitus vitioſus.ſecundò,contemptus & abominatio ſpiritua-
lium.& tertio peccatũ in ſpiritũ Sanctum. addens quòd his
duobus modis ſemper eſt mortale,ſecundũ Sanct.Tho.ij.ij.
q.xxxv.Sed quicqd ſit de diuiſione,quæ ex dictis patet ſuſtẽ-
tabilis:tamen falſum eſt quòd dicta abominatio ſemper ſit
peccatum mortale:vt ibi.ar.iij.ad ſecundum argumentum,
cuius ſolutionem iſte non vidit,ſed ſolum corpus articuli.&
de hoc ſupra Acedia.§.j.in fin.

## De Mandato, Mandatore, & Mandatario.

1 *Mandati quæ actio competat mandatori vel mandatario.*
2 *Mandatum quatenus ſe extendat.*
3 *Mandatum quando expiret.*
4 *Mandans delictũ an puniatur pœnis ſtatuti ſicut committens.*
5 *Mandãs an teneatur de delicto poſt multũ tempus commiſſo.*
6 *Mandans an teneatur de caſu fortuito.*
7 *Mãdatarius nõ ſeruans formã mãdati an faciat aliqd validũ.*

MANDATVM dicitur quaſi manu datum, quia per
alium propriè fiat:& Theologicè loquendo eſt iuſ-
ſio facta de bono meliori,id eſt,ad quod quis nõ ob-
ligatur ex neceſsitate:vt colligitur à S.Tho.j.ij.q.xcix.art.v.
Sed loquẽdo iuridicè mandatũ ſecundũ Azo.eſt officium,id
eſt,obſequium ſeu miniſterium ab eo qui gratuitum gratis
ſuſcipit exhibẽdum:vel clarius,eſt imperium,quo quis aliqd
iubet ad ſatisfactionem ſuæ voluntatis: nulla data pecunia,
vel alio quæcunq; verba interueniãt.quod ideo dicitur,quia
ſi mandetur aliquid alicui ad ſatisfactionem ſeu vtilitatem
eius cui mandatur,dicitur perſuaſio & perſuaſor,nõ manda
tor:vt not Bar.in l.nõ ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur. Si au
tem data pecunia,aut nõ eſt circa delictum:& mandatarius
dicitur locator,& mãdans cõductor,& nõ eſt mandatũ pro-
priè.Aut eſt circa delictum:& ſic mandatũ accipiens dicitur
aſſaſsinus,de quo in c.pro humani.de homic.lib vj.mãdator
verò eſt is,qui aliud mandat alicui.mandatarius verò eſt,qui
mandatum ſuſcipit adimplendum.¶† Primò verò quęritur, 1
vtrum inter mandatorem & mandatarium oriatur actio?Et
dico quòd ſic hincinde.nam mandatori & eius hæredi cõtra
mandatariũ cum primò cogi nõ poſſet quòd reciperet man
datum,competit actio mandati directa,inquantum manda
toris interfuit factum fuiſſe quod mãdabatur.ff.eo.l.ſi verò.
§.ſi.& l.ſi mandato Titij.& rurſus ipſi mandatario,qui mã-
datum ſuſcepit,competit actio mandati contraria,ſi quas
expenſas fecit,vel impenſas ratione mandati ſuſcepti,inquã-
tum non exceſsit fines mandati.ff.eo.l.ſi verò non remune-
randi.Si verò mandatũ exceſsit,eas non repetet actione mã
dati contraria,ſed actione negotiorum geſtorum,ſi vtiliter
expendit,ſecundum Mar.l.x.& Accur.contra.prout legitur
& not.Inſtitu.eod.§. is qui. & ff.eod.l.ſed Proculus.cum l.ſe
quenti.& C.de nego.geſt.l.ſin.in glo.vlt.Si autem mandaui
tibi fundum emere,& nondũ ſoluto pretio ages mecũ man-
dati vt ſuſcipiam obligationem qua teneris vẽditori:quia &
ego agere poſſum tecum vt cedas mihi actionẽ empti.ff.eo.
l.ſi mandato meo.primo reſponſo.vide etiam infrà §.vj.
¶ Secundò quæritur,† in genere,quomodo obliget vel inrel 2
ligatur mandatum?Et dico multa.¶ Primum.Si mandatum
fiat poſterius,nõ derogat primo,niſi de eo faciat mentionẽ.
de offi.ord.graue.¶ Secundum.Similiter ſi mandatũ ſit ge-
nerale,nõ prohibet niſi illicita de verb.ſig. ſuper quibuſdã.
& tantum valet quo ad omnia quantũ ſpeciale quo ad quæ-
dam.de vo.& vo.re.magnæ.§.rei.¶ Tertiũ.Si autẽ mandatũ
ſit ſpeciale,derogat generali,etiã ſi de eo nõ faciat mẽtionẽ.
de reſcript.paſtoralis.ſecundũ Ber.quod tamẽ in quatuor ca
ſibus fallit.Primò in generali,quod effectũ eſt ſpeciale.de
off.deleg.ex parte.Secundò,in priuilegijs.de reſcrip.cũ ordi
nem.Tertiò,quando res nõ eſt integra.& quartò in legatis.
de ſepel.leg.l.iiij.¶ Quartũ.Mandatũ rei turpis,nullũ eſt.ff.
mãd.l.iij.Quintum.Mandatũ qualificatum,ſecundum Pan.
in c.

in c.ſi.de reſti.ſpo.diſtribuitur in duo mandata:& ſi impleri
non poteſt in facto ſeu in ſubſtantia,impleri debet in modo
ſeu in qualitate.Ex quo infertur quòd ſi duo mandantur,e-
tiam data certa forma,licet non poſsint ſimul impleri, de-
bet tamen fieri quòd poteſt:& valebit actum.facit quod no.
per gl.& Doc.in c.conſtituimus.de reſcri.¶ Tertiò quęritur,
3 †quando expiret mandatum?Et dicunt quidam tam manda
tum quàm præceptum finiri morte mandantis & præcipien
tis,ſi nominibus expreſsis ſcribantur,ſecundum Io.An.xiiij.
q.j.quod præcipitur.Alij verò dicunt quòd præceptum non
præcipitat mors præcipientis:mandatum autem mandato-
re cadente cadit:vt no.de reſcri.eam te.&.c.in his.de verbo.
ſig.Sed communiter Doc.tenent in c.gratum.& in c.relatũ.
de offi.deleg.quòd re integra expiret mandatum morte mã
datoris.C.manda.l.mandatum.aliàs non. Quomodo autem
res dicatur integra:vide ibi per Doc.Sed prædicta intellige
de præcepto & mandato iuriſdictionali,id eſt,quo datur iu-
riſdictio ad aliquid exequendum circa aliquam cauſam.ar.
d.c.gratum.&.c.relatum.nõ aũt de obligatiuo præcisè,quo
quis obligatur ad aliquid faciendum,puta ieiunandum:quia
talia præcepta expirant morte præcipientis, niſi fiant per
modum conſtitutionis:vt conſuetudo interpretatur.¶ Quar
4 tò quæritur,† vtrũ mandans delictũ, includatur ſub diſpoſi
tione iuris vel ſtatuti punientis eũ qui fecerit tale delictũ?Et
Pan.in c.mulieres.de ſen.excom.ſic diſtinguit.Nam aut ver
ba ſcripta ſunt in rem:puta,dicit ius ſiue ſtatutum : Pro ho-
micidio imponatur talis pœna:& ſic includitur ex propria ſi
gnificatione verborũ:& de homicidio,quod mãdauit, tene-
tur.l.hæc verba.ff.de all.& l.aut qui aliter. §. hæc verba.ff.
quod vi aut clam.& vtrobiq; per Bar.& per Cy.in l.nõ ideo
minus.C.de accu.Aut verba ſunt ſcripta in perſonã: vt quia
dicitur,ſi quis cõmiſerit homicidiũ,puniat' tali pœna : & ſic
ſi cõmittit per inſtrumentũ quod neceſſariò operatur neceſ
ſitate facti:ſicut mittens ſagittam:vel neceſsitate iuris, ſicut
q̃n procuratori vel ſubdito aliquid mandatur licitum:ſic in-
cluditur mandans:quia ipſe vere facit:quoniam actus attri-
buitur principio.& facit l.item Mela.§.j.ff.ad le.Aqui. & ꝓ
hoc tex.in l.ſi pater.in ſi.ff.de manu.vin.& l.iij.§.ſi procura-
tor.ff.quod quiſq; iur.Vnde ſi ſtatutum punit proponentem
exceptionem cõtra inſtrumentũ: mandans procuratori ꝓ-
ponere tenetur pœna ſtatuti.Si verò inſtrumentũ per quod
explicatur,operatur voluntate propria,nõ neceſsitate facti
vel iuris:puta,quia mandauit delictũ cõmitti,& mãdatarius
non tenet' obedire:tũc in diſpoſitiõe iuris cõmunis mãdator
cõprehenditur,non ex propria ſignificatione,ſed iuris inter-
pretatione:quod vult parũ intereſſe per ſe vel per alium fa-
cere:vt dicit tex.in l.j.§.deieciſſe.ff.de vi & vi ar. ſed nõ ha-
bebit locũ in ſtatuto,in quo fictio nõ habet locũ. l.iij.§.hæc
verba.ff.de neg.geſ.& hoc tene:licet Bal.in d.l. nõ ideo mi-
nus aliter diſtinxerit.Diſtinguo tñ ſcd'm Bart.in l.om̃es po-
puli.ff.de iuſt.& iur.ſic:nã aut ſtatutũ indulget,puta homici
de remittatur certa pars pœnæ:& ſic cõprehenditur : quia
tunc odiũ,& fauor eſt ampliandus.re.odia.lib.vj.aut punit.
[illegible] aut in pœna regulari quæ nõ multũ exorbitat à iuris
cõmunis diſpoſitiõe:& ſic includit':qa tũc ſtatutũ debet in-
terpretari ſcd'm ius cõmune:vt in c.cũ dilectus.de cõſue.no.
[illegible] in c.cauſã quę.de reſcri.& Bar.in d.l.oẽs populi.cũ a qdẽ
[illegible] ius cõmune vult vt cõprehendat',vt dictũ eſt.Exẽplũ.
[illegible] iure cõmuni nõ eſt expreſſa pœna:ſtatutũ exprimit pœ-
[illegible] de faciente:& tũc includit'.Aut punit pœna irre
[illegible] & quæ exorbitat à iure cõi:& ſic nõ includit' ſed habe
[illegible] in caſu ſuo.& hoc ſenſerũt Doc. antiqui in ſimili in
[illegible] C.de ſer.fug.in illa quæſtione,nunquid maſcu
linum concipiat fœmininum:quod in odio regulari compre
henditur:ſed in irregulari,nõ.Nec ob.prædictis c.mulieres.
de ſen.exc.in verbo,vere.quod innuere videtur quòd nõ in-
terpretatiuè:quia illud verũ eſt ſcd'm Bart.in l.ſed ſi vnus.ff.
de iniu.in peccato,ſed non in pœna.Et quòd nõ verè cõpre-
hendat,facit tex.vt famæ.de ſen.exc.vbi,inquiens,facere vi-
deantur.ergo interpretatiuè.Ad idem de cle. pug. in duel.c.
ij.vbi pugil verè homicida dicitur,& mandans nõ, licet te-
neatur de homicidio.Item quia tex.ponit vt diuerſa,facere,
& mandare.di.50.c.ſi quis viduã.& de homi.ſicut dignũ.Er-
go in pœnis à iure cõmuni irregularibus per ſtatuta nõ ha-
bebit locum,vbi fictio nõ habet locũ,vt dixi.Item dic quod
quo ad effectus naturales,qui ex ipſo facto proueniunt, vel
requiruntur,nunquã ſunt paria,facere per ſe, vel per aliũ.Et
facit quod no.Bar.in d.§.deieceſſe.vbi vult quòd nõ eſt idem
adulterium facere per aliũ,ſicut per ſe : ſed quo ad effectus
ciuiles,qui cõſiſtunt in reprimendis iniurijs: tene quod ſ̃.di-
ctum eſt:niſi q̃n ius punit aliquem, qui perſonaliter fecerit:
quia tunc nõ includitur in pœna faciens per aliũ.Et ſic intel
lige & limita glo.in c.ſciant cuncti.de elec. libr.vj.& iura in
ea allegata.¶ Quintò quæritur,† quid ſi quis mãdauit deli- 5
ctum,& mãdatarius poſt multum tempus exequitur?Et cõ-
cludit Inno.in c.ad audientiã.de homi.quòd tenet',ſi nõ reuo
cauit expreſsè vel tacitè:puta,quia fecit pacem cum inimico
vel parentelam.l.iij.§.ſi.& ibi glo.& Bar.ff.de adimen.lega.
& hoc ſequitur Bal.in d.l.non ideo minus.¶ Sextò quæritur,
†vtrum mandans teneatur mandatario de caſu fortuito? Et 6
dicit Pan.in c.ſicut.de iureiur.quòd agens actione mandati
petit damna,quæ veriſimiliter contingere potuiſſent: quaſi
mandans ea cogitare debuerit à principio,ſecundum Innoc.
in d.c.ſicut.& ſic petit expenſas & damna.ar.ff.de neg.geſt.l.
Neſennius.& ſic dicit intelligendam.l.inter cauſas.§.non o-
mnia.& l.ſi quis alicui.§.impendia.ff.man.niſi dãna contigiſ
ſent ex caſu fortuito,qui veriſimiliter non fuiſſet cogitatus.
d.§.non omnia.Et hoc etiam tenet Io.And.in reg.damnum.
in mer.lib.vj.Sed Accurſ.dicit illum.§.non omnia.de curia-
litate non debere ſeruari:nec,ſecundum aliquos, de iure, ſi
in caſum fortuitum incidat,non incurſurus niſi propter im-
pletionem mandati principaliter,vt vult Innoc.in c.ſicut.el
iij.de iureiu.Bar.autem in l.ſeruus communis.ff.de fur.vide-
tur diſtinguere & concordare : vt prima opinio ſit vera,ſi
ambaſiaria fuit procurata.Si verò non fuit procurata : tunc
aut portabant res non neceſſarias:vt puta,propter pompam
duxerunt plures equos quàm deberent,vel alias res : & tunc
non debet ſibi emendari:vt d.l.ſeruus.§.quod verò . quia eſt
quod eis imputetur.Si verò portabant res neceſſarias:& tunc
iſtæ debent eis emendari,ſcilicet ſi aliàs nõ erãt perituræ na
turaliter.l.cùm duobus.§.damna.ff.eod.& d.§.quidam ſaga-
riam.Et ita dicit determinaſſe quẽdã ſolennem Doctorem.
Et hoc tanquam æquiſsimũ tene quo ad omnia neceſſaria:
etiam ſi cùm eis portaſſent ſuperflua,modò nõ fuerint cau-
ſa perdendi neceſſaria.Vnde omnia decide & determina ſub
hac maxima quòd quicquid abeſt,& aliàs non abeſſet man-
datario ratione mandati etiam à caſu ſine omni ſua culpa,re
ſarciendum eſt à mandatore.Et intellige prædicta in eo qui
gratis ſuſcipit mandatum:nam mandatum debet eſſe gra-
tuitum.l.j.§.j.ff.manda.Vnde iſti ſtipendiarij,qui pretio ad-
ducuntur ad bellum,agere non poſſunt ad damna:quia non
ſunt mandatarij,vt dictum eſt:ſimiliter nec qui cauſa pieta
tis vel parentelæ & huiuſmodi hoc faciunt.xxiij.q.iij.non in-
ferenda:nec qui ex debito tenetur.ij.q.iij.ſi dominus.&.c.Iu
lianus.Vide quod not.in d.l.Neſennius.& etiam ſ̃.Bellum.j.
§.x.¶ Septimò quæritur,† vtrum mandatarius non ſeruans 7
formam

formam mandati, faciat aliquid validum? Et dico quòd non: quia geſta contra formam mandati nulla ſunt: & non ſolum quando fit expreſſe contra formam, ſed etiam quando fit præter & citra formam: quia quando ad actum datur certa forma, paria ſunt agere contra, præter, & citra illam. Pro quo vide text. cum glo. in c. ſi cui. de elec. lib. vj. & c. prudentiam. de offi. deleg. & facit l. diligenter. in princ. ff. manda. & not. Pan. in c. fi. de reſti. ſpo. quod limita, vt ſ. Abſolutio. iij. §. j. De mandatis Dei & eccleſiæ, vide j. Præceptum. per totum. Qui autem ſint caſus requirentes ſpeciale mandatum, vide per gl. magnam in c. quid ad agendum de procu. lib. vj.

MANIFESTVM tripliciter præſumitur. ¶ Primò ſcilicet vt eſt idem quod notorium: & ſic eſt id quod per confeſsionem vel probationem legitimè notum fuerit, aut rei euidentia, quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari. de ver. ſig. cùm olim. & ibi dicit gl. quòd propriè manifeſtum dicitur, quod non indiget probatione. ¶ Secundò, vt eſt ſpecies diuiſa contra notorium: & ſic manifeſtum dicitur quod ſemper ex ſcientia, & certo actore procedit poſsibile probari. C. de teſta. l. hæredes. Sed intellige poſsibile probari ſufficienter, ſed non per omnes aut partem maiorem: quia eſſet notorium. Vnde manifeſtum, ſecũdum aliquos, dicitur quod probari poteſt de facili per multos teſtes vel authores, ſed non per tot quòd fiat notorium, quod probatione non indiget. Vel ſecundum Spec. eſt quod patet pluribus, ſed non omnibus, ſicut notorium omnibus patet. & no. in l. ciues. C. de appel. per Bal. & Butr. & intellige omnibus, id eſt, maiori parti: & eſt idem cum priore dicto. & hoc modo intellige gl. iij. in fine. in c. conſtitutionem. de ver. ſig. lib. vj. dicentem, euidens & manifeſtum eſt, cuius probatio eſt in euidenti & manifeſto. quod intellige etiam ſi talis probatio colligatur ex coniecturis & veriſimilibus præſumptionibus. pro quo eſt tex. in l. licet. ff. de leg j. vbi dicitur euidens voluntas teſtatoris, quæ coniecturis elicitur. & Abb. Sicu. in c. j. de cle. non re. manifeſtum autem hoc modo aliquando dicitur etiam occultum. C. de app. l. eas. quia occultum dicitur, quod quicunq; ſciunt. de pœ. di. j. §. hæc autem ſecreta. & gl. in c. manifeſta. ij. q. j. ¶ Tertiò ſumitur communiter ad notorium & manifeſtum propriè: & ſic manifeſtum eſt idem quod patens omnibus, ſcilicet vel aliquibus. Eſt autem notandum ſecundum Pano. in d. c. cùm olim. quòd in diſpoſitione, in qua fit ſimpliciter mentio de manifeſto, ad ſciendum an debeamus accipere manifeſtum propriè, id eſt, vt diſtinguitur à notorio, conſiderare debemus materiam ſubiectam, vt no. in c. Rom. j. q. iij. & etiam vſum loquendi. arg. c. quanuis. de ver. ſig. Sed in dubio debemus capere propriè. ad quod l. non aliter. ff. de leg. iij. & in cap. fin. de verbo. ſigni. & maximè in pœnalibus.

## De Manumiſsione & Manumiſſore & Manumiſsis.


1 *Manumiſsio quid, qualiter & quando fiat.*
2 *Manumiſsio quomodo reuocetur.*
3 *Manumiſsio facta in fraudem creditorum non valet.*
4 *Manumittere quis poſsit vel non poſsit.*
5 *Manumiſſor an poſsit in manumiſsione retinere aliquod ſeruitium ſpirituale.*
6 *Patronus quod ius habet in libertum.*
7 *Manumitti an poſsit qui propter delictum incidit in ſeruitutẽ.*
8 *Manumiſſus ab eccleſia & priuato in quibus differant.*


MANVMISSIO à manu & miſsione dicta eſt, quaſi emiſsio rei ad manu vel extra manũ, quæ prius manu detinebať: & in ꝑpoſito ſumiť à manu metaphoricè dicta, id eſt, poteſtate, quam dominus habet in ſeruum: vnde manumiſsio eſt datio ſeu collatio libertatis: manumiſſus verò dicitur ſeruus libertati donatus. Inſti. de liberti. in princip. poſt quam donationem dicitur libertus, id eſt, libertati donatus: manumiſſor verò eſt dominus donans libertatem, qui deinde dicitur patronus. ¶ Primo verò quæritur, † qualiter & quando fiat manumiſsio? Et dico quòd fit multis modis. Aliquando enim fit in eccleſia ſub aſpectu epiſcopi & plebis, de quo debet ad cautelam fieri ſcriptura. C. de his qui in eccle. ma. l. j. de ſer. non or. c. j. Aliquando verò fit coram iudice & dicitur manumiſsio vindictæ: quia vindicta appellabatur virga prætoria, qua tangebantur à prętore qui manumittebantur. Inſti. de liberti. §. in multis. & ibi gl. & quidem ſi ad hoc fiat vt manumiſſus ordinetur, potius coram eccleſiaſtico, quam coram ſeculari iudice fieri debet. arg. de ſer. non or. c. j. Aliquando fieri poteſt in ſecreto: vt dicente domino, eſto liber: vel inter amicos, vel per epiſtolam, vel per teſtamentũ aut quancunq; vltimam voluntatem, etiam diebus feriatis, tam de die quàm de nocte: & iudice in via, id eſt, nõ pro tribunali ſedente. d. §. multis. & ſi fiat à principe, per ſolã voluntatem fieri poteſt. C. de com. ſer. man. l. cùm apud. Inſuper ſerui fiunt liberi aliter quàm per manumiſsionem: vt j. Seruus. §. v. 2 ¶ Secundò quæritur, † quomodo manumiſsio reuocatur? Et dico quòd propter omnes cauſas, ex quibus reuocatur donatio. de qbus ſ. Donatio. j. §. xij. in auth. vt liber. de cæte. §. illud. & de do. c. fi. 3 ¶ Tertiò quæritur, † vtrum valeat manumiſsio facta in fraudem creditorum? Et dico quòd nõ. C. qui manumit. nõ poſſ. l. j. & Inſti. ex q. cau. ma. §. j. 4 ¶ Quartò quæritur, † quis poſsit vel non poſsit manumittere? Et dico quòd hoc poteſt dominus maior xx. annis, niſi careat alias adminiſtratione, vt furioſus, & prodigus. minor verò xx. annis manumittere non poteſt inter viuos, niſi ex cauſa: & tunc ſi eſt maior xvij. anno. C. qui ma. non poſ. l. ſi minor. ſed in vltima voluntate poteſt, ex quo poteſt teſtari, id eſt, poſt xiiij. annum. C. eo. auth. ſed hodie. Item epiſcopus poteſt manumittere ſeruos eccleſiæ benemeritos. xij. q. ij. ſi quos. & alios nõ benemeritos, dum tamen det eccleſiæ ꝑ vno duos eiuſdem meriti & peculij. xij. q. ij. epiſcopus qui mancipium. quod intelligit Veruec. ſi de ſuis bonis proprijs, nõ de rebus eccleſię. Item poteſt manumittere cauſa miſeratiõis. xij. q. ij. cum redemptor. quod quidam dicũt poſſe intelligi de benemeritis. Sed tu intellige ſimpliciter: quia alia & alia ratio manumiſsionis eſt pietas, & benemeritũ eſſe, vt patet in d. c. cùm redemptor. & d. c. epiſcopus. iunctis gl. Abbas autem nõ poteſt manumittere ſeruum monaſterij, niſi de cõſenſu epiſcopi & monachorum. diſt. liiij. Abbati. Intellige niſi ſit conſuetudo contraria. de his quæ fiunt à præla. c. neſcitur. Intellige etiam de monaſterijs non exemptis. Item ſeruus communis plurium manumitti poteſt ab vno: ſed manumiſſor alios ſeruare debet indemnes. C. de com. ſer. ma. l. j. Sum. autem Arg. ſimpliciter concedit quòd libertatem inter viuos dare poteſt qui habet rerum ſuarum adminiſtrationem, & xviij. annum incœpit. allegans Inſtit. qui. ex cau. ma. non lic. §. pe. ſed melius Sum. Roſ. & Sup. poſt Archi. & Piſ. hoc limitant ſi faciat ex cauſa, vt euitetur contradictio legum. ¶ Quintò quęritur, † vtrum manumiſſor in manumiſsione poſsit aliquod ſpirituale ſeruitium imponere, puta quòd ſibi dicat horas, & huiuſmodi? Et dico quòd ſic: ita quòd ſi ſeruare noluerit, etiã ſi fuerit ordinatus, degradatur, & priſtinæ ſeruituti ſubijcitur. de ſer. non or. nullus. Et ſi obijciatur contra, arg. c. quæcunq. di. liiij. vbi non ordinantur qui manumittuntur, retento ſeruitio aliquo: dicit glo. in d. c. nullus. illud intelligi de obſequio temporali, quod retineť in eo qui manumittitur non ad ordines, ſed vt laicus remaneat: non autem in eo qui manumittitur ad ordines. 6 ¶ † Sextò quęritur, in quibus conſiſtit ius patronatus, quod patronus habet in libertum? Et dico quòd in multis: vt not. in l. ſi. C. de bon. lib. in glo. ¶ Primò ſcilicet vt non proponat turpem actionem aut exceptionem aduerſus patronum. ¶ Secundò, vt ei reuerentiam exhibeat tam in faciendo quàm in non faciendo. ¶ Tertiò debet illi præſtare alimenta: ſi aliàs non habet. ¶ Quartò, poteſt eum in ſeruitutem reuocare ratione offenſæ in illum cõmiſſæ. ¶ Quintò, habet ius ſuccedendi illi, ſcilicet liberto. nã libertus tenetur illi relinquere legitimam quæ eſt tertia pars ſuorũ bonorũ, ſi in bonis habet plus quàm centum aureos, & nullos habet liberos cum decedit. Si verò minus quàm cẽtum aureos habet in ſubſtantia, non tenetur ei aliquid relinquere. quòd ſi mortuus fuerit ab inteſtato nullo liberorũ relicto, ſuccedit in totum: & nomine liberorum veniunt legitimi tantum: vt ſuprà Liber. in princ. vide ſuprà Hæreditas. j. §. iiij. vide etiã Inſtit. de ſucceſ. lib. §. ſed noſtra cõſtitutione. Ad quid autem tenetur patronus liberto. gloſ. in. §. libertinorũ. Inſtit. de lib. 7 ¶ † Septimò, quæritur, vtrum poſsit manumitti is, qui propter delictum incidit in ſeruitutem? Et dicit Panorm. in cap. ita quorundam. de Iudæis. quòd non, ſecundum Ioan. Andr. 8 ¶ † Octauò quæritur, in quo differunt, manumiſſus ab eccleſia & manumiſſus à priuato? Et dicit Hoſt. quòd in multis. ¶ Primò, ſcilicet quia iſti liberti eccleſiæ reuocãtur in ſeruitutem propter operas non præſtitas. xij. q. ij. diaconi. quod Inno. in c. de famulis. extra de ſer. non or. intelligit de impoſitis, nõ de alijs: quia ad ea nõ tenetur: imò nec de impoſitis, niſi ſint obſequia multùm neceſſaria: puta quia negãt alimẽta: ſecus de illis ſcilicet libertis priuatorum. ſ. de lib. cap. ſolo. ¶ Secundò, quia iſtorum filij etiam nati poſt manumiſsionẽ obnoxij ſunt eccleſiæ. xij. q. ij. de libertis. & c. liberti. el. ij. ſecus in illis. C. de liber. l. j. & ij. ¶ Tertio quia iſti tenentur eccleſiæ ſeruire, etiam ſi eis nulla opera ſint impoſita. xij. q. ij. diaconi. in fin. & c. liberti. el ij. ſecus in illis C. eod. d. l. j. & ij. & not. Inn. d. c. de famulis cõiunctis quæ not. ſecundũ Rayn. in Sum. Cõfeſ. lib. iij. tit. xvij. q. xiiij. ¶ Quartò, quia iſti ſi iniurientur eccleſiæ, vel illam accuſent, aut contra eam teſtificentur, reuocantur in ſeruitutem, etiam ſi fuerint ordinati. diſt. liiij. qui ex famulis. & in prędicto. c. diaconi. & d. c. de famulis. ¶ Quintò, quia iſti manumiſsi vt ordinẽtur, nõ poſſent de acquiſitis quocunque modo ad alios tranſmittere ſecundum aliquos: quin potius omnia ad eccleſiam pertinebunt: ſed verius eſt vt hoc ſit verum ſolùm, quãdo in manumiſsione fuit dictum: aliàs etiam teſtamentum cõdere poſſunt de his quæ acquiſierunt. xij. q. ij. c. j. & ij. Et idem tenet Ray. Vl. & Hoſt.

MARTYRIVM eſt idẽ quod teſtificatio Chriſtianæ veritatis aut doctrinæ: ſicut & martyr Græcè, Latinè diciť teſtis. ad quã teſtificationem ſecundũ San. Tho. ij. ij. q. cxxiiij. & Pet. de Pal. in iij. diſ. xlix. tria requiruntť. ¶ Primò requiritur pœna quæcũq;. ſed quæ eſt mors, vel ex qua ſequitur mors. ¶ Et ſecũda cauſa, id eſt, veritas fidei, vel opus virtutis, ita quòd dicta pœna ſuſtineatur ꝑ cõfeſsione fidei, aut pro quocunq; bono opere faciendo, vel peccato vitando. Et tertiò volũtas, vt volũtariè dicta pœna ſuſtineatur: licet innocẽtes ſine vſu volũtatis fuerint martyres ex gratia: de quo, & de prædictis omnibus vide Sanct. Tho. vbi ſ. ¶ Ex quo etiã in diuerſis locis multa de martyrio & martyribus colliguntur. ¶ Nam martyr nõ baptizatus, ſi reſurgat, debet baptizari, Hebr. vj. col. iij. ¶ Et in martyrio fit plena abſolutio à pœna & culpa. iiij. diſtinc. iiij. & iij. q. lxviij. Et martyres in tormẽtis percipiebãt aliquid de gloria Dei: eſſentiam tamen diuinam non videbant. veri. iiij. xiij. art. ij. ad nonum. ¶ Et martyrium eſt opus maximè perfectionis, non ſecundũ ſe, ſed vt imperatur à charitate, & eam oſtẽdit. ij. ij. vbi ſuprà. ¶ Et quo ad actum, id eſt, mortem poteſt eſſe ſine charitate: ſed quo ad modum, id eſt, promptè & delectabiliter eſſe nõ poteſt ſine magna charitate, quolib. iiij. q. x. ¶ Et martyrium oblatum tolerari debet patienter: ſed quęri non debet, cum dari non debeat occaſio agendi iniuſtè. ij. ij. vbi ſuprà, artic. j. ad tertium. Sed intellige quòd dicta occaſio dari non debet ſine neceſsitate: ſecus ex neceſsitatę. ſicut licitum eſt indigẽti accipere mutuum ab vſurario, & mulieri pulchræ adire eccleſiam ſub oculis laſciuorum, quos euitare non poteſt. ¶ Et eſt martyrium de præcepto ſecundum præparationem animi. ij. ij. vbi ſuprà. & iiij. diſtin. xlix. quod dictum San. Bonau. diffundit in iij. diſt. xxxix. dicens, ſi adeſt neceſsitas, aut amittendi vitam aut iuſtitiã, quilibet tenetur magis dilecto Deo mori, quàm illo offenſo viuere. Si quis etiam videt quòd per ſuam mortem poteſt ſeruari fides vel iuſtitia, & perſequutio non eſt perſonalis, ſed vniuerſalis, tenetur de præcepto mortem ſuſtinere: ſicut pręlatus quãdo videret quod ex ſua fuga ſequeretur diſpendium in fide vel iuſtitia in eccleſia: & ſimiliter quilibet alius tenetur ex præcepto ſuſtinere mortẽ: ſicut fecit beatus Tho. Cantuarienſis. Si verò adeſt ſolùm opportunitas manifeſtandi gloriam diuinã & ædificandi eccleſiam, martyrium eſt ſupererogationis, & nõ neceſsitatis. Si verò homo daret ſe morti pro Chriſto eo quòd vitam haberet exoſam, mortaliter peccaret. quod intellige extra caſum neceſsitatis: & quando non fieret principaliter pro Chriſto, ſed pro vita effugienda.

MASCVLINVM concipit aliquando fœmininum. ff. de verb. ſig. l. j. ff. de pact. l. tres fratres. & de elect. c. generali. lib. vj. ſed diſtinguit. nam aut ipſum maſculinum aſt adiectiuũ, vt quicũq;, quiſquis, quidam: & ſic intelligitur homo vel perſona, & cõcipit fœmininum in omni materia, in qua ratione, vel lege, aut ſtatuto, vel vſu, nõ eſt differentia inter virũ & mulierẽ: quia tunc ad paria iudicãtur ſicut ibi, qui noctu ꝑiecerit nocẽs de feneſtra, ſoluat decẽ: venit etiã mulier. l. quicũq;. C. de ſer. fugit. & ſumiť ſignificatũ ex paritate delicti: ſecus ſi dicať, quis poteſt poſtulare in ætate xvij. annorum, nec ibi intelligitur fœmina quia in contrariũ eſt edictũ de poſtulãdo, quo fœminæ prohibẽtur poſtulare, ſaltem pro alijs l. j. §. ſexum. ff. de poſtul. & idẽ de eſſe procuratorem in iudicio. l. fœminæ. ff. de procur. & idem ad eſſe teſtem iure ciuili Romanorum: vt in §. teſtis. Inſtitu. de teſta. etiam ſi exprimatur nomẽ cõmunis generis. vbi tamen numerus teſtiũ nõ adhibetur, duo ſufficiũt. l. vbi numerus. ff. de teſti. & continetur etiam mulier. Si verò maſculinũ eſt nomen appellatiuum, vt filius: tunc diſtinguo. Si enim de fauore agitur, cõcipit: ſi de odio, non cõcipit, vt not. in l. quicunq;. C. de ſeruis fugit. & in l. j. ff. de verb. ſig. vbi ponit exceptiones: & ita cõmuniter dicitur ſecundum Glo. in d. c. generali. vnde ſi dicitur: filijs meis do tutorem: etiã filiæ veniũt. ff. de teſta. l. ſi ita. Ratio eſt, volũtas ex æquali affectiõe prouidendi eis: ſed ibi filios meos exhæredo: fœmininũ nõ concipitur. l. j. §. quęritur. ff. de vent. in poſ. mit. quia maſculinum de ſe non ſignificat fœmininũ. nec eſt ibi coniectura probabilis, qua hoc concludatur: ſed ibi eſt odium exhæredationis, quod dictat ſignificatũ verbi nõ extẽdi: vt in reg. odia. lib. vj. Sed hoc intellige, ſi verbum odioſum ſit prolatum ab homine: & ſic intelligitur d. §. quæritur. ſed ſi à lege ꝓfertur, ſiue ſit odioſum, ſiue nõ fœmina cõtinetur. ff. de iuriſd. om. iudi. l. ſi quis id quod. patet in crimine læſæ maieſt. vbi ponitur crimínoſus cum filijs: vbi & filiæ cõprehenduntur: licet mitius puniãtur. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. Vnde indiſtinctè tã in odioſis quàm fauorabilibus & neutris, Ioan. And. in d. c. genera

nerali.dicit ſecundum Gar.dicēdum quòd maſculinum pro-
latum à lege cōprehēdit fœmininū, vt probatur ex c.ſi quis
ſuadente.xvij.q.iiij.iuncto c.mulieres.de ſen.excō. niſi eadē
vel alia cōſtitutione excipiaṫ fœmina.de elec. indēnitatibus
§.ſed cum eos.Et licet Gar.ſecundū aliquos intellexerit de
lege puniente aliquod delictū,tamē tu vniuerſaliter intelli-
ge,niſi vbi ratio, lex, vel ſtatutū,vel cōſuetudo aliter ſentit
de fœmina quàm de maſculo:niſi in materia cōtractuū:vt ſ.
Emphyteuſis.in princ.econuerſo autē fœmininū nō cōcipit
maſculinū.l.ſi qs in fundi vocabulo.ff.de leg.j.cum ibi nota.

MATHEMATICI à Matheſis dicti dupliciter di-
cūtur ſicut &matheſis:quia ſi ſcribatur mateſis ſine
aſpiratione,& proferatur media longa,eſt idē ꝙ di-
uinatio,& matematici ſunt diuini:ſi verò ſcribaṫ cum aſpi-
ratione,& ꝓferatur media breui:ſic eſt quadriuiū, & mathe
matici ſunt quadriuiales,iuxta illud,Scire facit matheſis:ſed
diuinare mateſis.De diuinis autem vide ſuprà Maleficium.
& infrà Superſtitio.

## De Matrimonio primò in ſe.

1 *Matrimonium quid.*
2 *Matrimonium à quo,quādo & propter quid fuerit inſtitutū.*
3 *Matrimonij eſſentialia quæ ſint.*
4 *Copula carnis an ſit de eſſentia matrimonij.*
5 *Matrimonium quotuplex ſit.*
6 *Vir & vxor an dicantur ante copulam.*

MATRIMONIVM dictū eſt quaſi matris muniū,
id eſt,officiū,vel matrem muniens aut monens,vel
mater vnius,vel à matre & nato iiij.diſ.xxvij.vbi etiā
patet ꝙ magis à matre dicitur quàm à patre:quia ad eam
magis quàm ad patrem pertinet:cum ſit facta propter hoc,
& magis ſit officioſa circa prolem.& eſt matrimoniū,cōiun
ctio legitima viri & mulieris,indiuiduā vitæ conſuetudinē re
tinēs.xxvij.q.ij.c.j.extra de preſump.illud.& Inſtit.de nup.§.
ij.item Inſtit.de patria poteſt.in princ.vbi ſecundū Ray.dici
tur viri & mulieris,nō virorū & mulieris,nec viri & mulierū
quia nec vnus vir plures vxores,nec vna mulier plures viros
habere poteſt:licet aliquādo Deo diſpēſante vnus habuerit
plures.de quo infrà Papa.§.xvij.Dicitur etiā coniūcto, ſcili
cet animorū,& matrimonialis,& indiuidua,&c.vel quia neu
ter ſine alterius cōſenſu poteſt cōtinentiā profiteri,vel ora-
tioni vacare,ſecundū Ray.nec ſe alteri copulare.Vel ſcd̄m
Veruec.intelligitur de cōſummato inter fideles,quod ſepa
rari nō poteſt:matrimoniū autē infideliū nō eſt omnino fir-
mū,niſi ratificetur per fidē Chriſti ſecūdū S.Tho.in iiij.diſt.
xxxix.ideo diſſolui poteſt:vt infrà Matrimoniū.viij.impedi-
mento.x.& ſimiliter nō conſummatū inter fideles:vt ī.Ma-
1 trimoniū.viij.§.xij.particula.iiij.¶†Primò verò quæriṫ, qd
de matrimonio in ſe ſummariè tradiderit S.Tho.Et dico ꝙ
ex iiij.diſt.xxvij.& iij.q.xxix. & alijs locis doctrinę ſuæ ſum-
mariè & cōcluſiue præter ea quæ dicta ſunt ſ.Debitum, de
actu cōiugali,& præter ea quæ nō ſpectāt ad hoc opus,colli
gūtur iſta.¶Matrimoniū formaliter & eſſentialiter eſt con
iunctio animorū & coniugum relatio:& ratione eſſentiæ,id
eſt,cōiunctionis dicitur coniugiū:ratione cauſæ,id eſt,deſpō
ſationis,vel cōſenſus:nuptiæ,ratione finis,id eſt,ꝓlis,dicitur
matrimoniū. Eſt autē ſacramentū,etiā ſi ſit ſecundū,tertiū,
aut ſequēs:cuius forma ſunt verba exprimētia cōſenſum:ma
teria verò ſunt actus exteriores tantū: vnde dicti actus ſunt
ſacramentū tantū.obligatio autē mutua eſt res & ſacramen
tū:effectus autē eius ſunt tantùm res contēta:ſed vnio Chri
ſti ad eccleſiā eſt res ſignificata,nō contēta: & ſimiliter cō-
miſtio carnalis,quę etiā eſt de ſecūda matrimonij perfectio
ne,nō de prima.¶Cauſa prima matrimonij,eſt diuina virtus

*Matrimonium*

illud inſtituens:inſtrumentalis autem eſt conſenſus,etiam in
occulto expreſſus per verba vel nutus in mutis,vel alia ſigna,
vel per nō cōtradicere in deſpōſatione.Et ſi exprimatur cō-
ſenſus per verba de futuro,nō facit matrimoniū,etiā addito
iuramēto:imò nec addita copula carnali, niſi in foro eccle-
ſiæ.ſimiliter nec ſi exprimatur per verba de præſenti:& ipſe
mutuus interior cōſenſus deſit:nec ſimiliter facit matrimo-
nium cōſenſus ad tēpus.¶Quælibet perſona libera cōtrahe-
re poteſt ſine parentū cōſenſu,& religionē intrare: ſed nec
cogi poteſt ad matrimoniū filius à patre: licet poſsit induce
re cauſam rationabilē:& tūc ad eius præceptū obligatur ſi-
cut ad cauſam.¶Poteſt autē quis cōtrahere per nuntium vel
ꝓcuratorē:ſed ſi ante alterius cōſenſum pęniteat,nō eſt ma
trimoniū,etiā in foro eccleſiæ,ſi probetur.¶Finis matrimo
nij.per accidēs eſt ille quem contrahens intendit:qui ſcilicet
poteſt eſſe bonus & malus:vt diuitiæ,pulchritudo, virtus,&
huiuſmodi.finis verò per ſe principaliter vel primò eſt ꝓles
generanda & educāda:deinde vitatio fornicationis:mutuum
obſequiū:fides & ſacramētum.& propter horū tria,quę ſunt
de eius ratione,ſcilicet fidē,prolē,& ſacramētum,excuſatur
actus eius,ne ſit malus ex hoc quòd habet annexā iacturā ra
tionis,& carnis tribulationē.¶Tribuit aūt matrimoniū tria
remedia cōtra cōcupiſcentiā:primò reprimēdo eam per gra
tiam,quā cauſat:ſecūdò honeſtādo eam per bona ſua:tertiò
explēdo actus eius per quod dum ſatisfit ei in actu cōiugali:
nō ita incitat ad alias corruptelas.Hæc ex illo.Ex quibus pa
tet quòd matrimoniū eſt officiū naturæ ad generādū, & re-
mediū cōtra cōcupiſcentiā,& ſacramētū.quod quomodo in
telligatur,ſcilicet ꝙ ſit ſacramentū,vide ipſum: quia diuer-
ſimodè à Doct.hic aſsignatur forma,materia,& huiuſmodi.
¶Ex his tamē,ſcilicet ex hoc ꝙ matrimoniū eſt,ſacramētū,
infert Arch.poſt Pet.de Pal.ꝙ cōtrahere matrimoniū ꝑ ver
ba de pręſenti ei,qui eſt in mortali,tā viro quàm mulieri eſt
mortale:imò videtur aliquādo ipſe Pet.tenere ꝙ requiratur
cōfeſsio:nec ſufficiat cōtritio ſola:vt in diſ.xvij.q.ij.& hoc ei
adſcribit Sum.Ang.tn̄ in rei veritate hoc nō tenet, vt patet
ibi in fin.vbi dicit ꝙ cōtritus,cùm ſit iā Deo cōiunctus,non
peccat mortaliter miniſtrādo & ſuſcipiēdo ſacramētū, ſcili-
cet aliud ab eucharistia.nec eſt verū,vt ſ.Cōfeſsio.j.§.ij. Eu-
chariſtia.ij.§.vij.¶Secūdò quæritur,†à quo & quādo & pro- 2
pter quid matrimoniū fuerit inſtitutū.Et quātū ad primū di
co ꝙ fuit inſtitutū primò à Deo dicēte,Creſcite, & multipli
camini.& deinde etiā fuit inſtitutū ab hominibus tenētibus
locū Dei,id eſt legiſlatoribꝰ.Quātū verò ad ſcd̄m dicit Th.
in iiij.di.xxvj.ꝙ vt eſt in officiū generādi prolē,quę erat ne-
ceſſaria,etiā pctō nō exiſtēte,inſtitutū fuit à Deo, etiā ante
pctm̄ Adæ,dicēte Gen.ij.Creſcite.&c.Sed vt eſt in remediū
cōtra peccatū,inſtitutū fuit poſt peccatū tēpore legis naturę
ſecundū verò determinationē perſonarū cōtrahentiū inſtitu
tum fuit in lege Moyſi:ſecundū verò quod eſt ſacramentū
repſentās cōiunctionē Xpi & eccleſię, inſtitutū eſt in noua
lege:& ſecūdū hoc eſt ſacramētū nouę legis.hæc ex illo.De
prima aūt & ſecūda inſtitutiōe,xxxij.q.ij.§.ij.his ita.& extra
de diuor.gaudemus.Quātū verò ad tertiū, patet ex dictis ſ.
priore.¶†Tertiò querit,quæ ſint de integritate ſeu ratione 3
matrimonij,ſine qbus ſcilicet eſſe nō pōt?Et dico ex S.Th.
ꝙ ſunt multa:vt patet ex dictis. ¶Primò eñ requiritur legi
timitas cōtrahere volētiū:quia aliquorū matrimonia etiā ſa
cta dirimūtur tāquā nulla,vt patebit. ¶Secūdò cōſenſus mu
tuus.iiij.diſt.xxvij.q.j.art.ij,q.iiij.¶Et tertiò expreſsio conſe-
quēs per verba de præſenti,vel ęquiualētia ſigna ibi,quæſti
cula ſecūda.¶Et quartò requirūtur bona matrimonij exi-
ſtantia:quia ſunt de eius ratione.iiij.di.xxxj.q.j.ar.j.quæ ſecū-
dam



dam eundem & Ray.& xxvij.q.ij.omne.ſunt tria,ſcilicet fi
des,ſcilicet coniunx cum alia vel cùm alio miſceatur.pro-
les,ſcilicet vt amanter ſuſcipiatur,& religioſe educetur:& ſa
cramentum,ſcilicet vt matrimoniū nō ſeparetur.& hæc tria
adeò ſunt ſubſtātialia coniugio quòd cōditio cōtra aliquod
eorum appoſita vitiat cōtractū matrimonij:extra de condi.
appo.c.ſi.& de hoc plenè ī.Matrimonium.iij.§.xj.¶Quartò
4 quæritur,†vtrum concubitus ſeu copula carnalis ſit de inte
gritate matrimonij?Et dico ſecundum S.Tho.& Rich.quòd
duplex eſt matrimonij perfectio:prima ſcilicet eſſentialis,&
ſecunda accidentalis:& quantum ad primam non eſt de eius
integritate:quia ſine ea eſt ratum.eſt tamen de eius integri
tate quantū ad ſecūdam:quia per eam matrimoniū efficitur
conſummatum:ſicut puer per deductionem ad quātitatem
perfecti efficitur vir cōſummatus,qui tn̄ puer exiſtens habe
bat totam ſuā perfectionem in eſſe primo,quæ reſpicit ho-
5 minis eſſentiā.¶Quintò quæritur,†quotuplex ſit matrimo-
nium?Et dico ſecundum omnes quòd eſt duplex,ſcilicet non
conſummatum:quod ſcilicet factū eſt per verba de præſenti
ſine copula:& conſummatū per copulā.Primum,ſcd̄m glo.
in c.ex publico.de conuer.coniu.ſignificat conformitatem
fidelis animæ ad Chriſtum:& in paradiſo eſt inſtitutum: ſe-
cundum verò coniunctionem eccleſiæ ad Chriſtum per in-
carnationem:& vtrunq; vel propriè nō conſummatū,ſecūdū
mentem Ray.eſt triplex:quorum primum dicitur legitimū
ſed non ratum,vt quod legali tantùm inſtitutiōe vel prouin
ciæ moribus inter infideles cōtrahitur.quod ideo dicitur nō
ratum:quia ſine fide,dicente Aug.non eſt ratum cōiugium,
quod ſine Deo eſt,Secundum verò eſt econuerſo ratum,ſed
non legitimū,ſcilicet quod eſt inter fideles &legitimas per-
ſonas,ſed ſine legitima ſolennitate contractū. Tertiū verò
eſt legitimū & ratū,qđ ſcilicet inter fideles &legitimas per-
ſonas & cū legitima ſolennitate cōtrahitur.ꝓbātur hæc diſt.
xxviij.q.j.§.illud.& extra de diuor.quanto.&.cap.gaudemus.
6 ¶Sextò quæritur,†vtrum matrimonium non conſummatū
denominet virū & vxorem,ſeu vtrū appellatione viri &vxo-
ris veniant ſponſi,qui contraxerunt per verba de præſenti ſi-
ne copula?Et dicit Pan.in c.ex publico.de conuer.coniu.per
tex.illum quòd appellatione viri & vxoris intelliguntur illi
qui matrimoniū conſummauerunt, nō autem qui ſolùm cō
traxerunt per verba de præſenti.&ita ſe cōſuluiſſe Senis.Vnde
quia ſtatuto cauebatur ibi quòd vxore decedente ſine filijs,
maritus lucraretur dimidiā partem dotis,& puella quædam
quæ de præſenti cōtraxerat,incognita deceſsit : multi dice-
bant quòd ſpōſus lucrari debeat mediā partem dotis:tū quia
interueniente conſenſu de præſenti matrimoniū dicitur &
coniuges appellātur:quia cōſenſus matrimoniū facit xxvij.
q.j.ſufficiat.tum quia tales ſponſi,id eſt,promiſsi,à ſpondeo
dici nō poſſunt:quia nō eſt promiſſa,quę de præſenti cōtra-
xit.ſed in contrariū & pro opiniōe Pan.facit ſingulariter il-
le tex.d.c.ex publico.quia cum matrimoniū conſummatum
dicat magis firmū in hac materia odioſa,vbi ſpōſa ſine cau-
ſa perdit dimidiū dotis,debemus intelligere verba in potio-
ri ſignificato,arg.§.ſed quoties.Inſti.de iu.nat.Item ex com-
muni vſu loquendi ſponſa nō amittit nomen ſponſæ, niſi ſit
cognita.Pro quo tex.in d.c.ex publico.ibi, à viro deſpōſata.
Aliquid etiā facit:quia vbi in lege nō exprimiṫ cauſa legis,
eam coarctari debemus,& ad eius limites reſtringere & am
pliare legis diſpoſitionem,iuxta theoricā doctorū in l.nō du
bium.C.de legi.Cauſa aūt deferendi lucrū tale marito,non po
teſt eſſe alia,niſi ꝓpter nimios ſumptus in ducendo vxorem
ad domum:quæ cauſa ceſſat in ſponſa nondum traducta ad
domum viri.Nam ſi hoc lucrum contingeret propter affe-
ctum coniugalem,ſtatutum dediſſet conſimile lucrum vxo
ri ex morte mariti.Vnde ſi lucrum pariter eſſet vtrique cō-
mune,bene crederem quòd ſub verbis ſtatuti cōprehēde-
rentur ſpōſus & ſpōſa de præſenti nō cognita. & ſic intelli-
gerem l.Deo nobis.C.de epiſ.& cle.ſicut & generaliter cō-
prehenduntur in materia larga ſub nomine viri &vxoris ſpō
ſi de futuro:vt ſingulariter ꝓbatur in l.nō ſine.C.de bo.quæ
liber.Cy.quoq; in l.vnica.C.de rei vxo.actio.videtur tenere
dictā opinionem Pan.addens tale ſtatutū eſſe Ferrariæ,&fa
ctum ꝓpter expenſas mariti in vxorem,etiā ꝓpter nuptias.
& idem Salic.in l.cùm te.C.de do.ante nupt.dicens ita ſe cō
ſuluiſſe vnà cum multis apud Florentiā.Sed Bar.in l.nihil.ff.
rerum amo.in terminis quæſtionis propoſitę cōtrariū tenet,
modò contractū fuerit matrimonium per verba de præſen-
ti,etiā ſi cum ea non habitauerit.allegans ad hoc d.l.nihil.&
idem videtur ſentire Bal.in l.Deo nobis.C.de epi.& cle.licet
contrarium teneat in l.nō ſine.C.de bo.quæ lib.Ang.autem
de Aretio Inſtit.de actio . dicit quòd licet opinio Saliceti de
mera ſubtilitate iuris ſit verior:tamen aliam partem gl.ord.
in l.ea quæ.la ij.ff.ad munici.& Bar.& Bal.ſaluaret in practi
ca,potiſsimè ſecundū quod ait Rapha.in d.l.nihil.ſi iam ma-
ritus ante mortem vxoris cœperat ſuſtinere onera matrimo
nij in veſtibus,& alijs,vt docet experientia . Et quamuis iſta
expenſa &damnū mariti non ſit tantū,quantū lucrū eſſet do
tis:tamen integram medietatem dotis lucrari & habere de-
bet,ar.l.creditor.§.ſi inter maritum.ff.māda.Sicut ecōtrario
poſſet cōtingere marito,quòd fructus dotis, vel etiā media
pars eius nō ſufficeret ad onera matrimonij inchoādi ſiue iā
inchoati,&copula carnali cōſummati,ar.c.ſalubriter.de vſu.
&tn̄ ipſe debet ſuſtinere integra onera matrimonij.l.pro o-
neribus.C.de iure do.Vn̄ hoc pendet à fortuna:& cōſequen
ter videtur maritus emiſſe iſtum caſum ſiue alium.l.in ven-
ditione.& l.ſi.ff.de actio.emp.& vend.Si autem maritus iam
nō ſuſtinuit onera vel parua,attenta quantitate dotis:tūc eſ-
ſet magis dubiū an deberet lucrari partem dotis ex ſtatuto:
quia ceſſat dicta ratio.&concludit Sum.Roſ.poſt multa hic,
quòd eam lucratur:& ſic eſt contra Sum.Ang.tenentem opi
nionem Pan.in tit.Lex.Ego autem magis approbo opinio-
nem Pan.& Cy.& Sali.&dico quòd dictam partem nō lucra
tur,qui matrimoniū non conſummauit,etiā ſi iā fecit expen
ſas aliquas:quia aut ſunt donationes,de quibus dicendū eſt vt
ſ.Donatio.ij.Aut ſunt circa res extantes,puta veſtes & ioca-
lia,& huiuſmodi,quæ penes eū remanebunt . Aut ſunt penè
nullæ:& ſic non æſtimandæ.Quæ autem adducit Sum.Ro.
in contrariū,non procedūt:imò aſſumuntur falſa vel dubia:
vt patet intuenti.¶Septimò quæritur,†vtrum ſponſa de fu- 7
turo dicatur maritata,quantū ad ſtatutum,dicens quòd mu-
lier maritata nō admittatur cum fratribus ad ſucceſsionem
fratrum?Et dicit Pan.ſuper rub.de ſpon.quòd non : quia ex
quo agitur de odio,appellatione maritatę non venit ſponſa.
Secus ſi ageretur de fauore.Pro quo eſt text.in l.non ſine.C.
de bo.quæ liber.Pro quo etiam vide gloſſ.Inſtit. de nupt.§.
ſi vxor.& idem Cyn.in dic.l.non ſine.& Iaco.de Are.& Pet.

## Rurſus de Matrimonio.ij.quomodo cō-trahatur quantum ad verba abſolutè.

1 *Conſuetudo & ſtatutum differunt in matrimonijs.*
2 *Statutum laicorum an poſsit aliquid circa matrimonium*
3 *Conſuetudo an poſsit aliquid circa matrimonium.*
4 *Conſuetudo loci mariti, an vxoris debeat attendi.*
5 *Matrimonium per quid contrahatur principaliter.*
6 *Conſenſus partium in matrimonium an debeat præſtari ſimul & eodem tempore.*

Matrimo

7 *Matrimonij conſenſus an debeat neceſſariò exprimi, per verba in valentibus loqui.*
8 *Conſenſus ſigna quomodo cognoſcantur.*
9 *Conſenſum quæ verba probent.*
10 *Matrimonium ex quibus verbis colligatur. vſque ad numer. 14.*
15 *Sponſalia de futuro ſi ſequatur copula, an ſit matrimonium.*
16 *Sponſalia de futuro quando tranſeant in matrimonium abſque copula carnali.*
17 *Matrimonium contrahentes ſine iuris ſolennitatibus quas pœnas incurrant.*

MATRIMONIVM ſecundò conſiderari pōt quãtum ad modũ quo cõtrahitur. quod dupliciter contingit, ſcilicet, quantũ ad verba, & ſigna, quæ in foro cauſarum conſiderãtur: & quãtũ ad intentionem, quæ attenditur in foro animæ: & vtroq; modo cõtingit dupliciter, ſcilicet purè ſiue abſolutè, & ſub cõditione. Nũc igit̃ cõſideremus de eo quõ contrahitur quantum ad verba & abſolutè.

1 ¶ Primò autem quæritur, † vtrum in diſponendo de cõtractu matrimonij, ſit differentia inter ſtatutũ laicorũ, & cõſuetudinem regiõis? Et dico ꝙ ſic de mente Pan. in c. j. de ſpon. quia circa matrimoniũ ſtatutũ laicorũ eſt nullũ: quia materia non pertinet ad eos. Secus de conſuetudine: quia in ea interuenit cõſenſus epiſcopi & clericorũ. Vñ dicit Fede. quòd leges & ſtatuta laicorũ circa matrimoniũ nullius ſunt momẽti: qa hæc materia nõ eſt de foro ſeculari, niſi vt in §. ſeq.

2 ¶ Secundò quæritur, † vtrũ patriæ ſtatutũ poſsit aliquid diſponere circa modũ cõtrahendi matrimoniũ? Et iuxta Pan. in c. j. de ſpon. Do. Ant. diſtinguit. Nã aut diſponit circa ſubſtantialia matrimonij, puta inualidãdo contractũ aut perſonas: & nõ valet: vt in d. c. j. de ſpon. & idem dic ſi habilitaret inhabiles. Aut diſponit circa pœnã erga ſubſtãtialia: qđ ſi facit imponendo pœnã de nouo: ſic inferendo dãnũ, nõ tenet: vt diſputat Io. And. in c. ſtatutum. de hęre. lib. vj. puta ſi diſponit quòd contrahens cum filiofamiliâs ſine conſenſu patris, incurrat certam pœnam: aut quòd contrahens cum minore xxv. annis, niſi præſentibus agnatis ſimiliter certam pœnã incurrat: quia intimidatur matrimonium, quod liberum eſſe debet. de ſpon. cùm locum. Et hæc opinio Pan. magis placet. & eſt cõmunior quàm opinio Gaſ. de Cal. dicentis in c. ij. de clan. deſpon. hoc caſu valere ſtatutũ. de quo vide in d. c. j. per Do. Io. Ant. de ſancto Geor. Si verò imponit pœnam auferendo lucrum quod lex ſecularis attulerat, valet ſecundũ eundem d. Ant. & hoc ſequendo gl. ordinariam Io. And. in c. cùm ſecundum leges. de hære. li. vj. Sed tamen Pan. plus placet gl. in c. de puellis. xxxvj. q. ij. quæ tenet cõtrariũ. & idem ſentit Federi. conſi. xxxv. vbi tenet quòd generaliter ſtatuta laicorum circa matrimonium ſunt nulla: quia hæc materia non eſt de foro ſeculari, ſed eccleſiaſtico: vt in c. tuam. de ordi. cog. & facit quod no. Bar. in l. Titia. ff. ſolu. mat. & per doc. in c. fi. de ſecun. nup. Si verò diſponit non circa ſubſtantialia matrimonij, ſed circa dependentia, puta circa dotem, valet, ſecundum Inno. argu. c. Raynutius. de teſta. Si verò diſponit circa ſolennitatem: dicit Do. Ant. valere ſtatutum, & peccare non ſeruantes: ſed Pan. dicit quòd Docto. loquuntur non de tali ſtatuto laicorum, quod non valet: quia materia non pertinet ad eos: ſed de conſuetudine patriæ, quæ valet. cùm interueniat conſenſus epiſcopi & clericorum: vnde illam non ſeruantes, ſaltem quando eſt talis quòd ex eius pręteritione eccleſia reddatur incerta de contractu, peccant mortaliter. Et ſic intellige dicta Docto. in d. c. j. & ita dictum Pan. tenet Sum. Roſ. indiſtinctè, & benè: licet Sum. Ange. velit concordare, dicens Pan. dicere verum in ſolennitatibus nihil facientibus ad honeſtatem matrimonij: do. autem Anto. & Barto. & Bal. in facientibus ad hęc: quia iſta diſtinctio non euacuat rationem Pan. & ſi euacuat, potius dicendũ erat econtrario, quòd laici diſponere poſſunt circa ſolennitates matrimonij nihil facientes vel attinentes ad eius honeſtatem & certitudinem, ſed ſolùm ad aliquid vtile bono cõmuni: puta ad reprehenſionẽ pomparũ, vel huiuſmodi: nõ aũt circa facientes ad illa, ſcilicet honeſtatẽ & certitudinem matrimonij: alioquin poſſent diſponere quòd nõ cõtraheretur corã teſtibus: quod ad eius certitudinẽ, vel corã ꝓpinquis, ad eius pertinet honeſtatem: niſi daretur alia diſtinctio, quòd in iſtis poſſunt ſtatuere ſolùm in fauorẽ. qđ tamẽ nõ eſt verũ: quia ſic etiã ſtatuendo poſſent minuere libertatem matrimonij. Eſt tamen notandum quòd licet ſponſalia & matrimonium in c. cùm haberet. de eo qui duxit in matrimonium æquiparentur: quod verum eſt quantum ad diſpoſitionem: tamen quantum ad pœnam diſpoſitam circa contractum matrimonij, dicit gloſſa communiter approbata in cle. eos. in verb. contrahere. de conſan. & affi. quod non habet locum in ſponſalibus. Vide etiam ad prædicta s̃. Lex. §. x. particu. vij.

¶ Tertiò quæritur, † vtrum aliqua cõſuetudo poſsit aliquid circa ma-
trimonium? Et dicit Hoſt. quòd ſi eſt approbata per papam 3
ne matrimonium contrahatur, & vt contractum ſeparetur: impedit & dirimit, in quibuſcunque caſibus hoc poſſet facere canonica conſtitutio. de cog. ſpi. c. j. & c. ſuper eo. de conſan. & affi. c. quod dilectio. quia approbatio papæ habet vim conſtitutionis. Sed ſi ipſa nec approbata nec reprobata ſit: tunc ad euitandum ſcandalum impedit, ſed non dirimit. Et idem Bern. & Innoc. Sed Pan. in c. ſuper eo. de cog ſpi. ſic diſtinguit: Aut enim conſuetudo habilitat aliàs inhabiles per ius canonicum: puta quòd contrahatur in ſecundo vel tertio gradu conſanguinitatis, & huiuſmodi: & ſic non valet: vt probatur in d. c. ſuper eo. ſecundum veram ſignificationem, iuncto c. quod ſuper his. de conſ. & affi. quod etiam tenet Hoſt. quòd ſit irrationabilis. Ex quo infero quòd conſuetudo non approbata per papam, tollere non poteſt impedimentum publicæ honeſtatis: cùm non valeat conſuetudo contra honeſtatem eccleſiæ. de vi. & ho. cle. cùm decorem. Aut ſolùm inhabilitat aliàs habiles: vt in filijs duorum compatrum, per quorum neutrum ventum eſt ad cognationem ſpiritualem: & tunc valet vt non contrahatur. facit ver. cæterum. d. c. ſuper eo. & c. olim. de cle. coniu. Aut non ſolùm inhabilitat vt non contrahatur, ſed etiam habet vt diſſoluatur ad tempus: & ſic valet, vt voluit Inno. quia peccauerunt contemnendo conſuetudinem patriæ. xxx. q. v. aliter. Aut inhabilitat ſic, vt contractum diſſoluatur in perpetuum: tunc ſi eſt approbata per papam ſaltem tacitè, valet: vt probatur in d. c. ſuper eo. ſecundum lecturam Hoſtienſis. Sed ſi de approbatione papæ non apparet: tunc non valet, ſecundum Hoſtien. ibi: & propterea dicit caſum d. c. non extendendum. Sed Panor. contrarium tenuit, vbi ſcandalum concurrit: quia ſicut papa poteſt ius diuinum interpretari, & addere, & minuere, vt not. Innoc. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit. ita quòd conſuetudo, vt tenet idem Inno. in c. fi. de conſue. & notabis, inquit, gloſ. licet glo. magnam in d. cap. ſuper eo. quæ vult quòd ſi eſſet conſuetudo quòd non contraheretur in quinto gradu: ſi ex contractu generatur ſcandalum, non valet matrimonium licet c. non debet. de conſan. & affi. hoc permittat. Et poteſt eſſe duplex ratio. Primò, quia hæc conſuetudo concurrit cum iure antiquo, nec cenſetur ſublata per ius nouum: quia per illud non reprobatur, & concurrit ſecum ſcandalum. Et hanc rationem ſentit gloſſ. Secundò, quia conſuetudo contrarium ſe ſcandalum ex præteritione poteſt inhabilitare aliàs habiles: ſed vbi à principio nullum fuiſſet impedimentum, ſolum ſcandalum ſuperueniens non poteſt matrimonium diſſoluere: vt dicit d. glo. quia propter ſcandalum non eſt recedendum à veritate iuris diuini: vt in c. ij. de no. ope. nun. & regula, qui ſcandalizauerit. de re. iu. Et ideo concorditer ad Pan. & d. gl. Ant. de Bu. in d. c. ſuper eo. dicit quòd conſuetudo habens concurſum iuris antiqui, dirimit in perpetuum interueniente ſcandalo niſi dirimatur. Et ſimiliter ſi nouo iure vel à papa approbatur, licet non habeat dictum concurſum. Si verò non habet concurſum iuris antiqui vel noui, aut approbationem papæ non poteſt creare nouum impedimentum ad dirimedum perpetuo. hæc ille. Ex quibus patet quòd Pan. approbat gl. cui cõſonat do. Ant. Sed idem Pan. vlterius vult quòd ſcandalũ cum impedimento cõſuetudinis dirimat perpetuò: etiã ſine cõcurſu iuris. quod non eſt verũ, niſi papa tacitè approbaret ſciendo & tolerando: quia vt patuit s̃. Conſuetudo. §. iij. & x. conſuetudo non habet vim legis. niſi ex voluntate potentis in illa re legem condere. quod in propoſito eſt ſolus papa. Vide etiam quod no. Pan. poſt gl. in c. quod ſuper. de conſang. opin. tamen Hoſt. quam Aſten. dicit communiorem, videtur eſſe clauis & maxima ad decidendas huiuſmodi quæſtiones.

¶ Quartò quæritur, † quæ conſuetudo attendi debet, vbi eſt diuerſa mariti & vxoris? Et dicit Pan. in d. c. j. de ſpon. quòd aut conſuetudo diſponit ſuper ſolennitate contrahendi: & debet ſemper ſeruari ea quæ eſt patriæ vbi matrimonium contrahitur, etiam ſi ambo contrahentes ſint forenſes: quia non debent peregrini patriæ conſuetudinem violare cum ſcandalo aliorum. viij. diſt. quæ contra. Aut diſponit conſuetudo vel ſtatutum ſuper executione vel alijs obſeruandis poſt contractum: & debet attendi conſuetudo domicilij mariti. l. fi. §. item reſcripſerunt. ff. ad munici. Vnde animi deſtinatione matrimonium contractum videtur in domicilio mariti. arg. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. com. lib. vj. Vnde ſi conſuetudo vel ſtatutum domicilij mariti habet quòd ſi maritus ſuperueniens lucretur dimidiam dotis, ſeruabitur ibi: licet in loco vbi fuit contractum matrimonium ſit alia conſuetudo vel ſtatutum. Et hæc ſunt de mente Pan. in l. exigere. ff. de iud. Et idem ſequitur in effectu do. Anto. in d. c. j. de ſpon. dicens ſe putare quòd ſi maritus domicilium mutaret poſt contractum matrimonium, attẽderetur conſuetudo domicilij tempore contractus, & non domicilij vbi diſſoluitur matrimonium: quia debet attendi locus vbi contracta eſt obligatio, & non vbi recipit purificationem. Et per prædicta patet ad quæſtionem, vtrum iudex eccleſiaſticus inhibere poſsit iudici laico, ne procedat ad pœnam contra eum qui cum filiafamiliâs contraxit ſine conſenſu patris cõtra ſtatutum. Refert enim Gemi. in c. ſtatutum. el j. de hære. lib. vj. quæſtionem iſtam diſputatam Bononiæ: & multos tenuiſſe quòd non. ſed ipſe tenet ibi quòd ſic: & quòd ſtatutum non valet. Et facit quod no. Pan. in c. j. de ſpon. in ſimili quęſtione de mente Io. And. quòd non valent huiuſmodi ſtatuta quòd non contrahat quis cum puella ante xxv. annum ſine conſenſu duorum agnatorum ſub certa pœna: vel quòd non contrahat ſine præſentia decem perſonarum, & huiuſmodi: quia per hoc intimidatur matrimonium, quod debet eſſe liberum: licet Gaſpar. de Cal. tenuerit contrarium.

¶ Quintò quæritur, † per quid matrimonium contrahatur principaliter, an ſcilicet per conſenſum mutuum verbis aut ſignis expreſſum? Et dico quòd ſic, ſecundum omnes docto. ... c. tua nos. de ſpon. & ſine conſenſu mutuo ſecundum communiter doc. non contrahitur quo ad Deum & veritatem ... quid exterius fiat. xxvij. q. ij. ſufficiat etiam ſi interueniat copula carnalis. extra de ſpon. duo. tuas. & c. dudum. & de ſpon. ſi inter. & c. cùm apud. licet eccleſia in foro contentioſo aliter quandoq; iudicet: vt in c. is qui. de ſpon.

¶ Sextò
quæritur, † vtrum requiratur neceſſariò conſenſum præſta- 6
ri ſimul eodem tempore? Et dicit Pan. in c. dilectus. de ſpon. quòd ſic de ſubtilitate iuris: quia dicit gl. in l. conſenſu. ff. de act. & obli. & in l. j. de contrah. empt. quòd in contractibus qui perficiuntur iure gentium, debent conſenſum ſimul prę ſtare. & Spe. in tit. de ſpon. dicit quòd reſponſio alterius debet ſequi immediatè, per l. continuus actus. in prin. & l. j. ff. de ver. obli. Sed Hoſt. in c. ex literis. de ſpon. quem ſequitur Io. And. dicit ſufficere quòd vnus conſentiat per prius, & duret in ſuo propoſito, & poſtea alterius conſenſus accedat ex poſt facto. & eſt verior opinio: vt eſt tex. in d. l. j. §. ſi verò præſens interrogauerit. Vbi dicitur quòd interuallum medij temporis non vitiauit obligationem. Secus ſi in primo ꝓpoſito nõ perſeuerat: quia vera eſſet prima opinio, etiã ſi alter poſtea cõſentiret. Et hoc tene indubitatè: quia ſufficit quòd conſenſus vtriuſq; pro eodem inſtanti cõcurrant, etiã ſi diſtarent cõtrahentes.

¶ Septimò quærit̃, † vtrũ neceſſariũ ſit cõſenſum 7
exprimi per verba, in his qui loqui poſſunt? Et dico quòd in hoc cõtractu neceſſaria ſunt aliqua ſigna expreſsiua cõſenſus: nec ſufficit ſolus conſenſus interior, ſecundũ Magi. ſen. & Pet. quia matrimonium eſt ſacramentum, & conſequenter res ſenſibilis: & cõſequenter in eo requiritur aliquid exterius expreſsiuum, nõ obſtante quòd contrahitur per legitimũ viri & mulieris conſenſum. de ſpon. tuæ fraternitatis. quia ille mutuus conſenſus intelligitur eſſe expreſſus: quod non fit niſi per ſigna, quibus eis innoteſcit adinuicem. Vnde ſicut dicit Pan. in c. tua nos. extra eo. ſi vir ignoret mentem mulieris, & econuerſo, non eſt ibi conſenſus, id eſt, ſimul aſſenſus, ſed diſſenſus, & ſeparatus aſſenſus. Eſt autem conueniens ꝙ huiuſmodi ſigna ſint verba: quia conuenientius exprimunt conceptus: imò in valentibus loqui, vt ſunt non muti, nec diſtantes, verba ſunt neceſſaria, ſecundum Sup. Sed in hoc non ſolùm ſenſit cõtra Sum. Ang. & Roſ. ſed etiã contra oẽs penè do. Theologos in iiij. diſt. xxvij. & moderniores Canoniſtas: vt not. Pan. in d. c. tuæ. & Summiſtas qui ſentiunt quòd ſunt neceſſaria verba vel ſigna æquipollentia. quod etiam patet: quia aliquando ſufficit non contradicere: vt cùm puella ex verecundia tacens permittit ſe deſponſare conſentientibus parentibus: quia ipſum nõ contradicere eſt ſignum ſufficiens ad contrahendum: vt patet in c. honoratur. iuncta glo. xxxij. q. ij. & ita ſentit S. Tho. ſecundum quem etiam ſcriptura ſufficit: & Rich. & Arch. & Piſ. & Hoſt. & communiter Moderni, quos licet Sum. Angel. limitet, ſi illi, pro quibus contrahitur, aliquo ſigno annuant: tamen non eſt neceſſe: quia ipſum tacere in tali caſu eſt ſenſibile ſignum ſufficienter oſtenſiuum conſenſus: niſi aliud in contrarium appareat. Si tamen nullum appareret ſignum, de conſenſu eius, non eſſet præſumendum de matrimonio. Nec obſtat prædictis d. c. tuæ fraternitatis. quod dicit verba requiri propter eccleſiam: quia ſicut patet per glo. & ſummarium, per verba intelliguntur generaliter ſigna expreſsiua, in quibus verba tenent principatum.

¶ Octauò quæritur, † quomodo in dubio cognoſcentur 8
ſigna expreſsiua conſenſus de præſenti? Et dico quòd in foro animæ recurrendum eſt ad intentionem. Si verò de intentione conſtare non poſsit verè vel præſumptiuè: dicendum eſt quòd ſi aliqua verba præceſſerũt, dicta ab aliquo contrahentium, vel ab aliquo alio in eorum præſentia, ſignificantia cõſenſum de præſenti: & ſic poſtea ſigna ſecuta ſunt: ſic ſecũdũ verba prædicta iudicabitur & determinabitur de ſignis: vt puta ſi alter dixit, Ego te accipio in vxorem: & ſi tu ſimiliter,

conſentis accipere me in virum, bibe, vel annue capite, & huiuſmodi: ſic iudicabitur conſenſus de præſenti & matrimonium ſi illa biberit. Si verò præcedentia verba denotant cõſenſum de futuro: idem iudicabitur de ſignis. Si autem nulla verba præceſſerunt, nõ iudicabitur matrimoniũ eſſe, ex quo de intentione nõ conſtat, nec de verbis, nec de ſignis. tutius tamen eſt pro matrimonio præſumere: quia nullũ periculũ imminet: aliàs ſic, quod Sum. Ang. indiſtinctè verũ credit. Sed tu limita qñ ſperatur quòd vterq; aſſenſum de nouo præſtabit cõiugio: quia aliter inciderent pericula magna, vt patet.

9 ¶Nonò quæritur † quomodo in dubio cognoſcentur verba, quando de intentione non conſtat? Et dico quòd verborum quædam ſunt clara, quæ demonſtrant conſenſum de præſenti: vt cùm dicit quis, Accipio te in meam vxorem: & illa replicat, Et ego accipio te in meum virũ: & ſimilia. Quædã verba ſunt dubia: & pro his nota quòd circa hoc ſunt tres Theologi, ſcilicet Veruec. do. Ant. & Pan. nam Veruec. dicit quòd qñ ly volo, coniungitur infinitiuo verbi ſubſtantiui, vt eſſe: vel verbi non ſignificantis actum, ſed relationem, vt habere ſeu tenere: tunc per ly volo, exprimi debet voluntas potius cõcomitans, quàm præcedens. vnde præſumendũ eſt matrimonium eſſe contractum. de ſpon. ex parte. præſertim qñ præceſsit interrogatio: vt, vis me habere: adhuc expreſsius ſi additur, de cætero volo. Secus autem ſi iungeretur infinitiuo ſignificanti aliquem actum, vt volo comedere aut bibere, aut te accipere, vel in te conſentire tanquam in meam: quia importatur potius voluntas præcedens quàm concomitans: vnde non erit matrimonium. Sed do. Ant. in c. ex literis. el j. de ſpon. ponit theoricam aliam in verbis: ſed eandem in ſententia, dicens quòd ly placet, & ly volo, denotant tempus præſens: verbũ autem infinitiuũ nihil perfectè ſignificat: ſed ſecundum præcedentia verba determinabitur ad præſens vel futurum. Igitur ſi huic verbo placet, aut volo, addatur verbũ infinitiuum denotans actũ non dependentem ſolùm à libera voluntate proferentis, non inducitur diſpoſitio de præſenti, ſed de futuro: vt cùm dicit quis, placet, aut volo arborem conſcendere. Si autem denotet actum dependentem ſolùm à voluntate proferentis: & tunc ſi denotat principium actus, non inducitur ſimiliter diſpoſitio de præſenti: vt volo tecum contrahere aut te deſponſare: ſed ſi denotat executionem actus, inducitur diſpoſitio de præſenti: vt volo te habere in vxorem: vel placet mihi te retinere pro vxore. & ſic erit matrimonium: quia qui vult conſequens, vult & antecedens. de offi. deleg. præterea. & in c. prudentiam. Pano. autem in c. ex parte. extra eod. dicit fortius, ſcilicet quòd ſi verba tunc eſſent de futuro, quando important executionem, eſſet matrimoniũ: nam quando, inquit, in contractu verba proferuntur de præſenti indubiè contrahitur matrimonium illico: vt ſi dicatur, accipio te in vxorem: & econuerſo: vt in c. pe. extra eo. Quando verò ſonant in futurum, ſi denotant principium actus, cõtrahuntur ſolùm ſponſalia de futuro: vt promitto quòd te ducam in vxorem, vel me ducturum talem: aut quid ſimile. & iſte eſt caſus c. de illis. extra eo. Si verò denotant executionem actus conſummati vel perfecti: vt, promitto quòd habebo te pro legitima vxore: & ſic videtur quis de præſenti contrahere tacitè: quia non poteſt haberi pro vxore, niſi præceſſerit matrimonium, cuius executionem denotant verba ſimilia. Pro quo facit quod not. in c. cùm M. de conſtit. vbi dicunt doctores quòd ſi præbenda quæ ſolùm canonico conferri ſolet conferatur extraneo: videtur tacitè collatus canonicatus. Et hoc maximè procedit, ſi apponatur ly verbũ, ab hoc tempore, vel de cætero: quia immediatè quis ſe obligat ad executionem matrimonij: & conſequenter tunc tacitè contrahit de præſenti: ſed & ſi non apponantur illa verba denotantia extremitatem temporis, idem eſt: quoniam ſi in obligatione non apponatur dies, videtur incontinenti obligatio contracta. l. in omnibus. ff. de re. iu. & iſte eſt propriè caſus d. c. ex parte. Et procedunt iſta, niſi hæc verba denotantia executionem ſequantur ſponſalia de futuro: puta dicendo, promitto quòd ducam te in vxorem, & tenebo te pro legitima coniuge: quia per verba præcedentia ſequentia reſtringuntur ad tempus matrimonij contracti, id eſt, quando matrimonium erit contractum. ¶Decimò quæritur, † quomodo intelligenda ſint quædam verba, quibus vt plurimum vtuntur contrahentes, aut de huiuſmodi cõtractu loquentes? Et dico multa. ¶Primum. Si dicat vir: Prouidebo tibi tanquã vxori meæ, & illa ſimiliter idem reſpondeat: ſecundum Hoſ. in c. ex parte. de ſpon. pro matrimonio eſt iudicandum, niſi aliud proteſtetur. ¶Secundum. Si verò dicat, promitto tibi quòd habebo te pro legitima vxore. & ſimiliter reſpondet mulier: contrahitur de præſenti: vt in d. c. ex parte. in tex. & in gl. & iij. q. v. nec illud. §. ſed obijcitur. quia verbum, habebo, referri poteſt ad tempus præſens. de ma. con. contra. inter eccl. cap. ex literis. ideoq; ſecundum Hoſ. Gof. ſubauditur, de cætero, vel ab hoc tempore. ¶Tertium. Si tantùm dixiſſet, Promitto tibi quòd ducam te in vxorem: ſecundum Io. And. in d. c. nec illud. eſſent ſponſalia tantum: & de hoc ſ. §. priore. ¶Quartum. Si autem vir dicat mulieri: Promitto tibi quòd non habebo aliã mulierem in vxorem, niſi te. ſecundum Io. And. & Spe. eſt matrimonium contractum, ſcilicet muliere econuerſo ſic dicente: quia dictio, niſi, cùm ſequitur negatiua, facit poſitionem: vt no. in regu. peccatum. de re. iu. lib. vj. Dom. autem Ant. videtur oppoſitum ſentire dicens quòd dictio, niſi, facit quandoq; poſitionem ſecundum habitum: quandoque ſecundum actum. Vnde cùm illa verba ſint de futuro, ſcilicet nõ habebo aliam niſi te: videtur ſe diſponere quòd in futurũ, ſi eſt cõtracturus, contrahet cum ea. Si autem fuiſſent de præſenti: vt, nolo aliam habere in vxorem niſi te: tũc dictio, niſi, denotat actum de præſenti, & ſic tenet Sum. Ang. cõtra Roſ. Pan. autem per dicta §. priori. dicit concludendũ eſſe pro prima opinione: nã ſi dixiſſet, promitto quòd te habebo in vxorem: ſtatim eſſet matrimoniũ. Ergo idem, ſi dico quòd nõ habebo aliã niſi te: quia videtur velle quòd iſtã habebit in vxorem: ergo incõtinenti, cùm nõ ſit appoſita dies. Et ita tenere cogitur Sum. Ang. quæ cõcedit hic eſſe matrimoniũ, promitto quòd habebo te pro vxore legitima. quod patet nõ ſolùm ex dictis: ſed etiã ex regula logicali: quia illa exceptiua, Promitto quòd nõ habebo aliã niſi te, ſcd̃m omnes Dialecticos ſic exponitur, Promitto quòd te habebo, & aliã à te nõ habebo. ¶Quintum. Si autem dixerit, Promitto quòd nõ dimittã te pro meliori vel peiori, ſcd̃m Hoſti. in talibus dubijs eſt pro matrimonio iudicandũ. de ſent. & re iud. c. fi. de teſti. licet ex quadam. ¶Sextũ. Si verò dicat quis, Vis aut placet tibi talis & reſpondeat, volo, aut placet: ſcd̃m Io. in Sum. Conf. præſumitur matrimoniũ. Si verò quis dicat: Promitto tibi quòd retinebo te perpetuò mecũ. & reſpondeat ſimiliter: nõ eſt matrimoniũ, ſcd̃m ius ciuile: vt in aut. qui. mo. na. effi. legi. § pe. Sed Io. in c. j. xxx. q. v. & gl. in c. ſolet. xxij. q. ij. tenet contrariũ de iure canonico, & ita tenet in dubio. Sed tamen qñ de mente vel intentiõe cõtrahentiũ cõſtat: de verbis, quo ad Deũ & in foro cõſcientiæ curãdũ nõ eſt: quia quoties intendũt cõtrahere, ſcilicet quocũq; ſigno cõcomitãte, ſemp eſt matrimoniũ, etiãſi verba ſonent cõſenſum de futuro: ar. de verb. ſig. intelligentia. In foro aũt cõtentioſo ſtandũ eſt cõmuni ſignificatiõi verborũ, ſeu iuris interpretatiõi: vt in c. j. eo. ti. Supp. tamen limitat illud dictum quòd in conſcientia intentioni eorum ſtandum eſt, ſcilicet ſi illud ſine aliorũ ſcandalo vel præiudicio contingat: aliàs etiam in foro conſcientiæ ſtandum eſt communi ſignificationi verborũ ſeu iuris interpretationi: vt in cap. ex literis. el j. de ſpon. Sed neque illud cap. hoc dicit vel probat: neque eſt in ſe verum: quia ſcandalũ facere non poteſt, quod qui non conſenſit, conſenſerit. Vnde ſecundum omnes doct. ſtandum eſt intentioni in cõſcientia etiam expreſsè contra verba clara: vt in eo qui aliquam deſponſat ſolùm intendens copulã: de quo infrà. iiij. §. iij. & iiij. in quo tamen eſt præiudicium alterius, & poſsibiliter ſcãdalum maximum ¶Vndecimò quæritur, † ſi quis dicat pluribus ſororibus, Promitto vel etiam iuro quòd vnã ex vobis ducam in vxorem: & omnes reſpondẽt, placet: deinde vnam ex eis cognoſcit: vtrum ſit contractum matrimonium cum illa, ſicut dicetur infrà eod. §. xv. & Matrimoniũ iij. §. xj. particula xv. vbi poſt ſponſalia de futuro ſequitur copula. Et dicit glo. in c. ex literis. de ſpon. el ij. quòd nõ, eo quòd ſpõſalia fuerint nulla: quia cum non poſsint cõſiſtere ex parte vnius tantùm, cõtracta fuerũt cũ omnibus ſororibus: & ſic nullam ducere poſſet obſtante publica honeſtate. Et hoc etiã ſequitur Io. And. Sed Hoſtien. dicit ibi eſſe matrimoniũ: & quòd ſponſalia à principio fuerint incerta: & ſub quadam tacita conditione accipiendi quam elegerit: & cõſequenter nõ eſt nata publica honeſtas, ſed copula ſubſequens operata eſt purificationem illius tacitæ conditionis. c. de illis. de cõdit. appo. quia tunc ipſo facto videtur conſentire in iſtam, eligẽdo illam. Sum. autẽ Angel. diſtinguit quia prima opinio eſt tenenda poſt tranſitum ad ſecunda vota: ſecunda verò ante dictum tranſitum: ſed quia tranſiſſe, aut nõ trãſiſſe, nihil prodeſt aut obeſt ad veritatem matrimonij in dicto caſu: ideo melius Sum. Ro. poſt Sum. Cõfeſ. & Piſ. & dom. Anto. in dicto cap. ex literis qui dicit ita cõmuniter tenere docto. tenẽt indiſtinctè opinionẽ Hoſt. quod etiam ſequitur Panorm. in d. c. ex literis. nam in dubio præſumi nõ debet duplex peccatum, ſtupri ſcilicet & periurij: ſed potius in fauorẽ matrimonij præſumẽdum eſt copulam fuiſſe licitã, & illum voluiſſe adimplere iuramentum ſuum: quia in dubio ſemper pro matrimonio iudicandum eſt: vt in cap. licet ex quadã. de teſtib. ¶Duodecimò quæritur, ſi quis iurauit ſe ducturũ vnã de certo loco: & deinde vnam cognoſcit: vtrũ ſit ibi matrimonium? Et dicit Hoſt. quòd nõ: nec eſt iſte caſus ſimilis priori: quia ibi propter copulam erat nata affinitas cũ alijs ſororibus: ideoq; debuit cogi contrahere cum cognita. hic autẽ poteſt cum alia contrahendo adimplere iuramentũ ſuũ. quod etiam ſequitur Panor. & Cardi. Vnde ſi quis promiſit & iurauit regi Frãcorũ accipere vnam ex ſubditis eius: & vnam ex eis cognoſcit: nõ eſt matrimoniũ. ¶Decimotertiò quæritur, † quid ſi quis alicui promiſit dicens, Promitto quòd nunquam deficiam tibi in vita mea: & ſecuta eſt copula? Et dicit Mon. quòd non debet pro matrimonio præſumi ex iſtis verbis, niſi iudici cõſtaret quòd ſponſalia cõtrahere voluiſſent: quia per huiuſmodi verba negatiua, nõ deficiã tibi: & huiuſmodi non conſueuerunt ſponſalia vel matrimonium contrahi. ¶Decimoquartò quæritur, † vtrum contrahant matrimonium illi, qui poſt datam fidem de contrahendo dicunt: bibamus vel oſculemur nos inuicẽ in nomine matrimonij? Et dicit Veruec. ſe credere quòd nõ, niſi hoc agẽdo recedere voluerint à ſponſalibus de futuro, & contrahere de præſenti: quia quod dicunt nomine matrimonij, intelligendũ eſt contrahendi potius quàm contracti, cũ ante actũ non ſit de matrimonio, ſed de ſponſalibus. & hoc niſi conſtet de intentione contraria: & multo minus eſt matrimonium, ſi nihil actũ fuerit etiã de ſponſalibus: ſed ſimpliciter, quilibet dicit talia verba, & ſequitur oſculum: niſi aliter de intẽtiõe conſtiterit, vt idem dicit: ad quam indagandam recurrendum eſt ad circunſtãtias verborũ præcedentium & ſubſequẽtium, & huiuſmodi indicia.

¶Decimoquintò quæritur, † vtrũ cõtrahatur vel ſit matrimoniũ, ſi poſt ſpõſalia de futuro ſequatur copula carnalis? Et dico quòd S. Tho. in iiij. & in quolib. & cõmuniter tã Theologi, quàm Canoniſtæ diſtinguũt vt diſtinguit Panor. in c. is qui. extra eo. quòd ſi vir ſponſam de futuro cognouit affectu maritali, id eſt, tanquam vxorem, intendẽs ſcilicet cõſummare matrimoniũ: nõ eſt dubiũ quòd eſt matrimonium. quod intellige, vt innuit Ric. in iiij. diſt. xxviij. & expreſſe dicit Monal. ſi & illa ſimiliter intentionẽ habeat: & ſi poſt hoc ſecundũ matrimoniũ cõtrahatur, nullũ eſt: quia primũ in veritate tenet ex cõſenſu, ſcilicet p̃ſenti tacitè præſtito in copula. quod tamen fallit ſi cognita à viro ſit minor ſeptẽnio, ſecundũ Pan. in c. cõtinebatur. de deſpõ. impu. quia nõ videtur habere cõſenſum aptũ ad matrimoniũ. Si verò cognouit eã nõ affectu vxorio, nec animo cõſentiẽdi in eã tanquã in vxorẽ: quod ſecundũ Mo. eſt, ſi ea vtitur intẽtione fornicaria, vel vt ſua in futurũ, & nõ de præſenti: tũc quo ad forũ iudiciale matrimoniũ eſt validũ: & ſecundũ poſt cõtractũ iudicabitur nullũ. Vnde tũc filij erũt legitimi. & p̃ hoc tex. in d. c. is qui. Quantũ verò ad Deũ & forũ cõſciẽtiæ ſunt opiniões: nã Hoſt. vt imponit illi Pan. qui primò tenuit ſequentẽ opinionẽ, dicit quòd in vtroq; foro parendũ eſt papæ, qui in matrimonio nõ cõſummato ſtatuere potuit quicquid voluit. Et ſic videtur velle ꝙ teneat primũ. Pro quo ſciẽdũ eſt ꝙ papa ſcd̃m Gul. de Lau. in ſuo ſacramẽtali, ſtatuere poſſet ꝙ poſt carnalẽ copulã ſpõſæ nõ poſſet quis cũ alia cõtrahere, decernens irritũ quod in cõtrariũ attẽtaretur: & tũc matrimoniũ ſequẽs nõ tenetur. & eſſet cauſa iuſtior quàm cognatio legalis: aliàs nõ eſt obediendũ papæ, niſi in foro cõtentioſo: & nõ poteſt facere cõſenſum, quantũ ad veritatẽ, vbi nõ eſt: vt no. Hoſt. in d. c. is qui. Alij verò dicũt ꝙ tenet ſecundũ & nõ primum: quia ſine cõſenſu expreſſo vel tacito nõ poteſt eſſe verum matrimoniũ in cõſciẽtia: licet ſit præſumptũ vbi eſt cõſenſus præſumptus. Vnde Vincẽt. dicit ꝙ potius deberet quis excõmunicationẽ ſuſtinere, quàm adhærere primæ ſpõſæ: cũ ſpõſalia prima ſint ſoluta per matrimoniũ ſequẽs. Et hoc approbat dom. Ant. & videtur opinio veriſsima: quia papa non poteſt ſupplere conſenſum, quo matrimonium contrahitur & text. in d. c. is qui. annullat ſecundum matrimonium, non diſpoſitiuè, id eſt, non ſtatuendo legem eo modo quo imaginatus eſt Hoſtiẽ. ſed illatiuè, ſcilicet ſi primum eſt præſumptum de iure: ergo ſequitur quòd ſcd̃m eſt nullũ: ita quòd illatio nullitatis eſt fundata ſuper præſumptiõe: quæ ſi ſit falſa, corruit quicquid ſequitur. Idẽ tenuit. Sanct. Tho. Richar. Mon. & eſt communis opinio. Si autem ſumus in dubio: vt quia nihil de hoc cogitauit, ſcilicet an coiret, vt cum ſua de præſenti vel de futuro, iudicandum eſt quòd non habuit cõſenſum actualem, qui ad matrimoniũ requiritur: & copula videtur fornicaria. Si verò cogitauit quidem, ſed neſcit quid: tunc ſi non conſtat ei de conſenſu alterius, iterum nõ eſt matrimoniũ, donec alius cõſentiat: & interim eo vel altero diſſentiente non erit matrimonium. Si verò innotuit ei conſenſus alterius de præſenti p̃ ſigna tẽpore coitus, præſumetur cõſenſiſſe.

¶Decimoſextò quæritur, † vtrũ ſponſalia de futuro alijs modis quàm per copulam carnalẽ trãſire poſsint in matrimoniũ? Et circa hoc dicam duo: quia primò ponã fundamenta: deinde dicam ad quæſtionem. ¶Quantum ad primum, ex dictis. Franc. de Arerio in cõſil. cxliiij. incip. ex facto proponitur. eliciũtur duæ cõcluſiones. ¶Prima. Spõſalia verbis & mẽte de futuro etiã pura iurata nõ tranſeunt in matri-

monium per cohabitationem vel traductionem ad domum,
præſertim in virgine, nec per oſcula, nec, quod his omnibus
lõge fortius eſt, per nixũ ad copulã. Probatur concluſio per
c.fi.de ſpõ.& ita plenè tradũt doc.ibi, & in c.j.de matri.cõtr.
cõtra inter.eccl. ¶ Secũda. Spõſalia verbis & mẽte de pręſen
ti, ſed iuris interpretatione de futuro, propter minorẽ ætatẽ
vtriuſq;, vel alterius cõtrahentiũ: ſi perueniãt ad ætatẽ legi-
timã, & interueniãt oſcula, amplexus, iocalia. & ſimilia, tran
ſeũt in matrimoniũ. Et de hoc eſt tex. cũ gl. in c.vnico. de de-
ſpõ. Impu. li.vj. vbi gl. in ver. modũ aliũ exẽplificat. vt quia ſi-
mul habitauerũt, vel ſe cõiuges nominabãt, & amplexebant
vt cõiuges. Ratio autẽ huius ſecũdæ cõcluſionis ſecũdũ eun
dem do. Fran. eſt hæc. Nã ideo matrimoniũ cõtractũ inter
inhabiles per verba de p̃ſenti trãſit in matrimoniũ præſum-
ptũ p actus ſupradictos poſt ętatẽ legitimã: quia ex verbis &
mẽte partiũ fuit matrimoniũ de pręſenti: ſed ſolùm iuris in-
terpretatione fuerũt ſpõſalia de futuro. Vnde ꝓpter mentẽ
& verba partiũ, quæ eſt quantũ eſt in ipſis, verũ matrimoniũ
cõtraxerũt, facilius tale matrimoniũ ratificatur: ſecus in ſpõ
ſalibus verbis & mẽte de futuro: quia, vt dictũ eſt, etiã nixus
ad copulã nõ facit illa in matrimoniũ trãſire: vt in d.c.fi. Et
ita cõmuniter tenẽt Doct. reprehẽdentes Gaſ. de Cal. Imò
plus dicit. Inn. in d.c.fi. ꝙ ſi ſpõſus deflorauit ſpõſam: ex quo
tamẽ nõ fuit ſubſecuta ſeminis cõmiſtio, nõ eſt iudcandũ ꝓ
matrimonio. Et rationẽ reddit ibi Pan. quia cùm copula ſe-
quens inducat matrimoniũ ex præſumptione iuris deuiantis
à cõmunibus regulis, nõ debemus iſtam præſumptionẽ ſeu
fictionẽ extẽdere ad caſus nõ expreſſos. Et hęc opinio eſt cõ
muniſsima: de qua videtur tex. cum gl. in d.c.vnico. & idẽ te-
net Inn. in c. atteſtationes. de deſpõ. impu. & do. Anto. & Ge-
mi. in d.c.vnico. & Pan. in d.c.fin. ¶ Quantũ ad ſecundũ, patet
quòd ſi ſpõſalia ſint de futuro verbis & mẽte, nõ aliter trãſ-
eunt in matrimoniũ, quàm per copulã carnalẽ, ſecũdum Ge
mi. vbi ſ. & Pan. in c. adoleſcẽtes. de ſpõ. Si autẽ verbis & men
te ſunt de præſenti, ſed iuris interpretatione de futuro, tranſ
eunt in matrimoniũ præter copulã, ſecundũ Gemi. in c.ſi in-
fantes. de deſpõ. impu. li.vj. vt p ſigna ſupradicta, ſi poſt ſigna
pubertatis euenerint. Et rationẽ aſsignat do. Ant. quia actus
ſuperueniẽs declarãs cõſenſum, intelligitur declarare ſecun
dũ naturã verborũ præcedentiũ: vt ſi ſint de præſenti, intel
gatur de præſenti: ſi de futuro, intelligatur de futuro. ¶ Sed
aduerte ꝙ prædicta ſunt dicta de ſponſalibus dę præſenti
cõtractis per impuberes: ſi verò cõtrahantur per ambos in-
fantes vel alterũ tãtùm: & poſt pubertatẽ appareãt dicta ſi-
gna præter copulã: videtur quòd ſit matrimoniũ, per ratio-
nẽ do. Ant. ſ. poſitã. Itẽ ſi infantes poſt ſeptẽniũ cõtrahãt hu-
iuſmodi ſignis ſpõſalia: vt in d.c. infantes. quare poſt puberta
tẽ nõ cõtrahãt matrimoniũ: Tamẽ dico ꝙ huiuſmodi ſignis
poſſet quidẽ cõtrahi matrimociũ, iuxta dicta ſ. §.vj. & vij. nõ
tamen poſſent ſpõſalia de futuro iuris interpretatione, ſi nul
la fuerunt, tranſire in matrimoniũ. Et ita tenet do. Io. And. in
c.fi. de deſpon. impu. & dicit quòd eſt deciſio Rotæ in deci.
ccccliiij. quæ incipit, itẽ fuit dubitatum, duo infantes. Et ho-
rum ratio videtur: quia ab extremo in extremum non itur,
niſi per medium. Cùm ergo iſte ſit ordo in his ſcilicet ſpõſa-
lia nulla, ſpõſalia de futuro verbo & mẽte, ſponſalia de præ-
ſenti verbo & mẽte, ſed de futuro iuris interprætatiõe, & ma
trimoniũ: ſicut dicta ſigna ſponſalia de pręſenti ſcilicet vali
da trahunt ad matrimoniũ: ita ſponſalia nulla, etiam ſi ſint
de præſenti, trahunt ſolùm ad naturã ſponſaliũ. Et ratio do.
Ant. intelligitur quando verba præcedẽtia habuerũt effe-
ctum. Vide Matrimoniũ.v.§.viij. ¶ Decimoſeptimò quæri-
17 tur, † quid iuris ſi in contrahendo omittantur iuris ſolennita
tes, & fiat matrimonium clandeſtinè ſiue occultè? Et dico
multa. ¶ Primũ. Solennitas in matrimonij contractu obſer-
uãda multa requirit. Primò vt mulier petatur ab his qui ha
bẽt curã eius. Secũdò, vt à propinquis ſpõſetur, & legibus do
tetur. Tertiò, vt ſuo tẽpore à ſacerdote benedicat. Quartò,
vt à paranymphis ſecũdum conſuetudinẽ cuſtodita cõgruo
tẽpore à proximis petita legibus dotetur, ac ſolenniter acci
piatur: vt biduo vel triduo orationi vacãtes caſtitatẽ cuſto-
diant: quæ quatuor patent in c. aliter. xxx. q.v. & quintò, ꝙ an
tè publicè in eccleſijs banna proponãtur per presbyteros
præfinito termino cõpetenti, vt legitimũ impedimentũ op-
ponat qui voluerit: extra de clan. deſpõ. c.fi. ¶ Secũdũ. Clande
ſtinũ matrimoniũ ſecundũ glo. in d.c.fi. fit tribus modis: qui
tamen reducũtur ad duos. Primò ſcilicet, quia nõ ſunt teſtes:
vel ſecundò, quia ſolennitas non ſeruatur. c. aliter. vel tertiò,
quia nõ ſeruatur ea quæ eſt d.c.fi. ſecũdũ Hoſt. autẽ fit mul
tis alijs modis: & tandem dat regulã, vt ſit clandeſtinũ, quan
do eſt cõtra eccleſiæ prohibitionẽ generalẽ vel ſpecialem,
expreſſam vel tacitam: & habet locum diſpoſitio d.c. finalis.
Sed ſecundum Panor. ibi. dicendũ eſt, quãtum colligitur ex
Ioan. Andr. in addit. ad ſpecul. tit. de clan. deſpon. & Oldra. cõ
ſil. cclvj. & Inn. in d.c.fin. quòd modò fiat in faciem eccleſiæ
matrimonium, ex alijs non poteſt clandeſtinũ appellari. Pro
quo facit cap. conſtitutus. de relig. do. & cap. quod nobis. de
cland. deſpon. Et in propoſito ſumitur eccleſia pro congre-
gatione fidelium. facit de conſec. diſt.j. eccleſia. Et ſic con-
trahens coram multitudine, ſecũdum conſuetudinẽ patriæ,
non dicitur contrahere clãdeſtinè. Hoc autem Panor. habet
indubitatum, vbi edicta mitti non conſueuerunt: ſed vbi eſſet
talis conſuetudo, dubitat ſi quis cõtraxerit in faciem eccleſię
bannis non præmiſsis: ſed tamen potius credit. tunc nõ habe
re locum pœnam d.c.fi. quia pœna ponitur contra cõtrahen
tes clandeſtinè, & non contra contrahentes edictis non præ-
miſsis. Glo. autem cõtrarium tenuit: ſed de hoc infrà, ſcilicet
particula ſequenti. ¶ Tertium. Si quis omiſsis cõſuetis ſolen
nitatibus clandeſtinè ſiue occultè cõtrahat, ſecundum Ray.
non præſumitur coniugium: ſed adulterina fornicatio. xxx.
q.v. aliter. & ſi quis contrahat bannis nõ præmiſsis. intellige
vbi eſt conſuetum, ſecundum Arch. poſt Pet. de Pal. aut poſt
prohibitionem in gradu prohibito, etiam ignoranter, filij
erunt illegitimi. & idem eſt ſi præter omne interdictũ, etiã
in facie eccleſiæ contraxerunt aliqui vtroq; ſc ẽte legitimũ
impedimentum: vt in d.c.fi. & inſuper peccat mortaliter cõ-
trahens clandeſtinè ſecundum doct. arg. d.c.fin. & cap. rogo.
xj. q.iij. quia materia eſt ponderoſa, & conſequẽter pręcepti-
ua. Vnde ſi nolunt publicare tempore cõgruo arbitrio boni
viri, ſunt in mortali: & ſimiliter ſecundum Archi. poſt Petr.
de Palu. contrahens ſine bannis, vbi ſunt conſueta: quod in-
tellige ſi fiat ſine teſtibus: vel cum teſtibus, ſed ſine cauſa ra
tionabili: quia vbi ex cauſa fieret coram teſtibus ſine bãnis,
maximè de licentia epiſcopi, ſi haberi commodè poteſt: vt
quia timetur ne iniuſtè obijciatur impedimentum: vel quia
eſt ſenex & erubeſcit, excuſatur. arg. eorum quę notantur in
§. fina. & Hugo. xxx. quæſtio.v. in princip. conſulentis quid
fiat de licentia epiſcopi: & Piſ. poſt petr. dicentis quòd con-
ſenſus clandeſtinus eſt duplex, ſcilicet coram teſtibus omiſ-
ſa eccleſiaſtica & publica ſolennitate: & ſine teſtibus: quo-
rum primus facit matrimonium verum & præſumptum: ſe-
cundus verò facit verum, ſed non præſumptum. vnde talibus
bus conſuluit Ray. cõtrahere denuò & publicè. ¶ Quartum.
Si quis contrahat quidem publicè coram teſtibus, ſed tamen
ſine bannis, vbi eſt cõſuetum præmittere banna: nõ incurrit
dictã pœnã d.c.fi. vt ſcilicet filij ſint illegitimi, ſi erat impedi
mentum, ſecundum Inno. & Panorm. licet gloſſ. ibi teneat
contrarium: quia iſti non contraxerunt clandeſtinè, ex quo
in faciem eccleſiæ nemine prohibente contraxerunt. Secus
tamen ſi ambo ſciuiſſent impedimentum, vt ibi. Vtrum au-
tem ſit mortale contrahere matrimonium in peccato mor
tali: vide ſuprà Matrimonium.j.§.v. in fin.



## Rurſus de Matrimonio iij. quomodo contrahatur, quantum ad verba ſub conditione, vel modo, & huiuſmodi.

1 *Matrimonium factum ſub conditione an teneat.*
2 *Conditio neceſſariò futura an ſuſpendat matrimonium.*
3 *Conditio neceſſariò ſubintellecta non facit matrimonium conditionale.*
4 *Matrimoniũ ſub iſta cõditione. ſi pater conſentiat, an valeat.*
5 *Conditiones variæ in matrimonijs. vſque ad nume. 10.*
11 *Conditio vt matrimonium ſuſpendat, multa requiruntur.*
12 *Contrahere ſub cõditione, modo, vel cauſa, qualiter differant.*

MATRIMONIVM tertiò conſiderari poteſt quo
contrahat, quantũ ad verba ſub cõditione, quæ à mo
do & cauſa diſtinguit, iuxta dicta ſ. Cõditio per totũ.
1 ¶ † Primo verò quæritur, vtrum matrimoniũ factũ ſub con
ditione teneat. Et diſtinguo de conditionibus. Nã circa ma-
trimoniũ poſſunt incidere multa genera cõditionũ. Quæ-
dam enim ſunt generales: de quibus Iacob. iiij. vt, ſi Deus volue
rit, ſi vixerimus. Quædam verò ſunt neceſſariæ in cõtractu
matrimonij, ſine quibus impediret: vt ſi eſt Chriſtiana, aut nõ
affinis, vel conſanguinea, & huiuſmodi. Quædam verò ſunt
neceſſariæ in ſe: vt ſi ſol orietur cras, vel tali tempore eclipſa-
bitur luna. Quædam verò ſunt in ſe impoſsibiles: vt ſi cœlũ
digito tetigeris. Quædam verò ſunt cõtingentes inhoneſtæ
tantũ, id eſt, nõ cõtra ſubſtantiã matrimonij: vt ſi furtũ fece
ris, vel occideris hominem. Quædam verò inhoneſtæ & cõ-
tra ſubſtantiã & bona matrimonij, vt cõtraho tecum donec
inueniã meliorem. quod eſt cõtra ſubſtantiã matrimonij, quod
eſt inſeparabile: vel, ſi generationem prolis euites, quod eſt
contra bonũ prolis: vel ſi pro quæſtu re adulterandã tradide
ris, quod eſt contra bonũ fidei. Quædam verò ſunt contigen
tes & honeſtæ, quæ in matrimonio apponi poſſunt & nõ ap-
poni: vt, ſi pater meus voluerit: aut, ſi dederis mihi centum.
Igitur conditiones generales nullum cõtractũ ſuſpendunt:
neceſſariæ verò matrimonio ſemper intelligunt appoſitæ:
nec vitiant iſtum cõtractũ, ſiue apponant ſiue nõ apponant.
Neceſſariæ verò in ſe ſi apponant, ſtatim eſt matrimoniũ,
ſecundũ S. Tho. in iiij. di. xxix. quia talia futura iam ſunt præ-
ſentia in ſuis cauſis: impoſsibiles autem habentur pro nõ ad-
iectis, nec vitiant cõtractũ: & ſimiliter inhoneſtæ tantũ: vnde
nec matrimoniũ vitiãt nec ſponſalia. extra de cond. ap. ca. fi.
ſed inhoneſtæ contra ſubſtantiã vel bona ſi apponant, nihil
agũt, ſed annullant cõtractũ. xxij. q.iiij. inter cætera. xxxij. q.ij.
aliquando. & c. ſolet quæri & d.c.fi. vbi etiam expreſſe patet
de illa cõditione, ſi te adulterandã, &c. tamen ſi poſtea talis
conditio remittatur, & ſequatur copula carnalis: iudicabitur
pro matrimonio. Et ſimiliter pro matrimonio iudicabitur,
ſi alter tantũ coniugum eam ponit, & reliquus contradicit,
aut tacet: vt in d.c. aliquãdo. Honeſtæ autem ſi apponantur,
non vitiant contractum: ſed ſuſpendunt vſq; in euentum con
ditionis: etiã ſi fuerit cõtractum per verba de præſenti: vt in
c. ſuper eo. extra de cond. ap. & interim ſi cùm alia contrahat
abſolutè, tenet, licet poſtea conditio eueniat. Quod autem
dicit Sum. Piſ. quòd ſuſpendunt contractum vſq; in euentum
conditionis, niſi interim conſenſus de præſenti aut carnalis
copula fuerit ſubſequuta: quia videntur à conditione receſ-
ſiſſe: vt in cap. de illis. & cap. ſuper eo. & cap. per tuas. de con-
di. ap. intelligitur quando conditio fuit appoſita in contractu
ſponſalium de futuro: vt in d.c. patet. vel de conſenſu abſolu
to. Sunt antem prædicta de mente S. Tho. Inno. Hoſt. & Io.
And. in Sum. Con. Sed tamen notandum eſt primò quòd iſta
dicta ſunt de conditionibus propriè, id eſt, de futuro: quia ſi
ſint de præſenti, ſtatim eſt matrimonium, ſi ſunt: vel non eſt
ſi non ſunt, ſiue ſint honeſtæ ſiue non: niſi ſint contra ſubſtan
tiam matrimonij, aut bona eius, ſecundum S. Tho. in iiij. diſt.
xxix. Notandum eſt ſecundò quo ad illud verbum, niſi car-
nalis copula fuerit ſubſequuta: quòd ſi ſequatur carnalis co-
pula fornicario animo, non eſt matrimonium verum in con
ſcientia: ſed præſumptum quo ad eccleſiam. & hoc verum
eſt: quia ſine conſenſu mutuo non eſt matrimonium. ¶ Se-
cundò † verò dubitatur circa ea quæ dicta ſunt de conditio- 2
ne in ſe neceſſaria? Et dico quantum ad conditionem futu-
ram neceſſariò quòd glo. in d.c. per tuas. vult quòd ſuſpen-
dat matrimonium vſque ad conditionis euentum: & ſi inte-
rim cùm alio contrahatur, tenebit. & idem Io. And. & gloſſ.
Ray. & Bern. & Goſ. propter quod tenet. vt videtur Supple.
quòd eo caſu ſponſalia contrahuntur, & non matrimonium.
Sum. verò Roſ. tenet fortè tutius eſſe diſsimulandum, ſi in-
terim tranſeatur ad ſecunda vota, aut ad religionem: alle-
gans Mo. & Ro. Sum. verò Ange. audacior non dubitando,
ſed aſſerendo ſequitur opinionem ſecundam. ¶ Sed contra o-
mnes iſtos eſt ſuus doc. S. Bo. in iiij. diſ. xxviij. & S. Tho. cuius
doctrina nihil poteſt continere aduerſum fidei aut bonis mo
ribus, cùm ſit per eccleſiam ſolenniter approbata, & per
Chriſtum ac beatam virginem: imò nunquam in dictis ma-
terijs dubius ſcripſit, niſi prius certificatus à Domino: cuius
ſignum eſt quòd dubius in textu ſcripturæ noluit procede-
re, ſed ieiunijs ſe afflixit, donec Dominus eum per apoſtolos
Petrum & Paulum pleniſsimè docuit. & ſimiliter contra eſt
Hoſt. & Car. & Pan. in d.c. per tuas. & text. apertus in l. ſi pu-
pillus. §.j. ff. de noua. vbi ſtipulatio facta ſub conditione quæ
omnino extitura eſt, purè dicitur fieri: vnde nec propriè con
ditio dici debet. l. hæres meus. ff. de condi. & ratiò euidenter
hoc oſtendit: quia talia quæ omnino ſunt extitura, iam ſunt
præſentia in ſuis cauſis. Vnde hoc deducto ad forum conten
tioſum, iudicabitur quòd ſub tali conditione ſeriò contra-
hens. ſi ſol cras orietur, intendebat contrahere ſtatim, & nõ
in diem craſtinum: quia non eſt veriſimile quòd ſuam men-
tem expreſsiſſet modo loquendi ſic inconſueto: ſed dixiſſet,
contraho tecum pro inſtanti quo ſol cras orietur: quo caſu
eſſent ſponſalia de futuro, vt dixit Sup. In foro autem animę
ſtabitur intentioni contrahentis. Sed contra obijcit Sum. An
ge. quia licet ſtipulatio facta ſub conditione omnino extitu-
ra non ſit conditionalis, eſt tamen in diem. ita quòd non de-
betur aliquid antequam veniat: vt no. in d. §.j. & facit l. hæres
meus. ff. de condi. & demon. vbi licet legatum factum Titio
cùm morietur: non ſit conditionale: tamen hæres ante eius
mortem ſoluere non tenetur. Sed dico, vt patet ibidem, hoc
non eſſe verum quantum ad obligationem quæ naſcitur ex
contractu, & quantum ad contractum ipſum: quia ſtatim &
de præſenti fit: licet ipſa actio vel executio non ſtatim com-
petat: vt ſi legatur Titio vnus fundus, ſi moriatur, & alius pu
rè ſine conditione, eodem momento naſcitur ius legati vtri-
uſque: ſed primum fundum nõ accipiet, niſi in morte: & tũc
tranſibit ad hæredes. Igitur ipſa obligatio matrimonij &
contractus non erit in diem, ſed ſolùm executio, puta reddi-
tio debiti, vel huiuſmodi: niſi tãtum tardetur quòd repugnet
matrimonio vel bonis eius, aut etiam iuri canonico, quòd
circa huiuſmodi ſtatuit determinatum tempus. ¶ Ter-

3 tiò †etiam dubitatur & quæritur, vtrum conditio neceſſariò
ſubintellecta in contractu matrimonij, puta, ſi eſt Chriſtia-
na: aut generaliter in alio contractu, faciat illum conditiona
lem ſi exprimatur? Et dico quòd non: vt in l. hæc verba teſta
toris. ff. de leg. j. & l. conditiones. & l. aliquando. ff. de condi. &
demonſt. Nam legatum factum ſub iſta conditione, ſi hęres
adierit hæreditatem: non eſt conditionale: quia neceſſariò
ſubintelligitur: vt in dictis iuribus patet. Et ita tenet Arch. &
Piſ. & eſt communis doctrina. & eſt tex. in l. aliquando. ff. de
condi. & demon. Sum. autem Ange. virtualiter diſtinguit de
conditione neceſſariò ſubintellecta quòd eſt duplex: vna ſci
licet ſine qua non poteſt fieri contractus: & alia, ſine qua fie
ri poteſt: & iſta, ſi apponatur, facit contractum conditionalē.
Sed idem eſt ac ſi diuideretur animal per hominem & lapi-
dem: quia conditio, ſine qua poteſt fieri contractus, non eſt
neceſſariò ſubintellecta. Vide etiam ĩ. Matrimonium. viij. §.
xiiij. parti. vij. Et ſic patet quòd nō eſt conditionale matrimo
nium, vel ſponſalia, dicendo, Contraho cum tali, ſi cōſentiat
illa in me, vel hmõi. Secus dicendo, ſi Deo placuerit: quia po
teſt eſſe matrimonium contra voluntatem Dei. quod Sum.
Ang. indiſtinctè concedit. Sed tu diſtingue: quia iſta cōditio,
ſi Deus voluerit, volūtate beneplaciti eſt generalis ſubintel-
lecta neceſſariò in omni re, vt dictum eſt: quia illa volūtas
ſemper impletur. & ita communiter loquūtur homines. Iſta
verò, ſi Deus voluerit, voluntate ſigni non eſt generalis: & ali
quando ac ſæpe non impletur talis voluntas: & iſta, ſi expri-
matur, facit contractū conditionalem & ſuſpenſum, quouſq;
conſtiterit quòd diſpliceat Deo, vel non diſpliceat. Si verò
ſumus in dubio de voluntate, præſumetur de ea quæ eſt ſi-
4 gni, cùm ſit hoc animæ tutius. ¶ Quartò verò quæritur † qd
ſi quis cōtraxit ſub iſta cōditione, ſi patri ſuo placuerit: & an-
tequam pater cōſentiat, ille pœnitet. Et dico multa. ¶ Primū.
Si conſentiat quidem pater, ſed ante eius conſenſum filius
mutatur: ſecundum Veruec. non eſt matrimonium: quia nō
videtur quòd debeat dici conſenſus, niſi duret quouſq; pa-
ter conſentiat: tamen antequā tranſeat ad ſecunda vota, cō-
pelli debet, ſiue induci vt illā accipiat, ex quo ſemel in eam
conſenſit ſub cōditione quæ extitit: ar. de deſpon. impu. de il
lis. & idem Hoſt. & Bēr. & Io. in Sum. Con. ¶ Scđm. Si verò re
peritur quòd pater eo tempore erat mortuus, ſecundū Vin.
non valet matrimoniū: quia mortui non eſt cōſenſus neque
placitū. de reſcri. ſi gratioſè. li. vj. Sed Io. And. diſtinguit: quia
ſi iſte ſciebat patrem ſuū eſſe mortuū, iſta cōditio habet' pro
impoſsibili & nō adiecta. vnde tenet matrimoniū. de condi.
ap. c. ſi. Si verò hoc ignorabat: cū animus ſuus nō eſſet cōtra-
here de pręſenti, ſed ſuū arbitriū cōferre in alienū, nō eſt ma
trimoniū. Tertiū. Si verò pater primò diſſenſit, & poſtea aſ-
ſenſit: nō erit matrimoniū, ſcđm Io. Andr. per l. boues. §. hoc
ſermone. ff. de verb. ſig. & l. hæc cōditio. la picola. ff. de cōd. &
demō. quia prædicta cōditio verificari debet de primo con-
ſenſu patris. qđ Sum. Roſ. indiſtinctè cōcedit: ſed Sum. Ang.
diſtinguit dicens hoc tenendū poſtquā aliā accepit licet do.
Car. in d. c. ſuper eo. dicat tenere matrimoniū, ſi taliter cōtra
hentes perſeuerabant in primo propoſito. & hoc eſt melius.
¶ Quartū. Si pater expreſſe nō cōſenſit, nec expreſſe diſſen-
ſit cōtradicendo: ſcđm Card. in d. c. ſuper eo. vt recitat d. Io.
And. de mente Hoſ. eſt matrimoniū: quia taciturnitas habet'
pro cōſenſu fauore matrimonij: & ſic erit ſpeciale in matri-
monio. Et ita tenet Sum. Roſ. ſed Sū. Ang. dicit ſe credere ꝙ
ibi nō ſit matrimoniū, per l. qui hæredi. §. j. & l. Meuius. ff. de
cōdi. & demō. vbi patet quòd cōditio debet impleri in forma
ſpecifica: & conſequenter requirit' quòd expreſſe cōſentiat.
Ego autem dico quòd requiritur quòd expreſſe conſentiat:
quod quidem ſi tacendo facit, vt quia quantum videtur ta-
cet: quia plenè tenet contractus. ſi tacendo non facit, vt quia
tacet, quia ſibi diſplicet, quantum colligitur ex apparentibus
non tenet: in dubio autem præſumitur pro matrimonio.
¶ Quintò, † quæritur, vtrū teneat iſta cōditio, Accipio te in 5
vxorem, ſi donaueris mihi centū? Et dicit tex. in l. ſi ita ſtipu-
latus fuero. §. ſi tibi nupſero. ff. de verb. obl. quòd nō. qđ limi-
ta, qñ talis ſtipulatio fit non cauſa dotis, vel non ſubeſt iuſta
cauſa petendi illud: aliàs ſic: quia ſcđm Bar. nō eſt inhoneſtū
ſi nobilis cōtrahens cum plebeia, in recōpenſationem nobili
tatis aliquid exigat. concor. Pan. in c. de illis. de condi. appo.
¶ Sextò † quæritur, quid ſi B. contraxit cum A. ſub cōditione 6
quòd det illi centū: & ante conditionis euentum contraxit
cum C. ſub eadem conditione. & deinde A. & C. eodem tem-
pore dent centū, & cōditionem purificent: quod matrimoni
um præualebit? Et dico quòd do. Io. And. reiectis tribus opi-
nionibus ponit quartam, quā tenet Gaſp. Cal. & Iac. Zochus:
quia neutrum valet ratione incertitudinis. & facit c. ex litte-
ris. el ij. de ſpon. vbi communiter concluditur quòd incerti-
tudo vitiat matrimonium. facit etiam l. ſi ita fuerit. in princ.
ff. de re. dub. & l. duo ſunt. Titij. ff. de teſta. tut. Item quia cō-
tractus conditionalis ſuſcipit robur ab implemento. l. cedere
diem. ff. de verb. ſig. ideoq; perinde eſt ac ſi cum duobus cō-
traheretur eodem tempore. Nec obſtat l. potior. §. videamus.
ff. qui pot. in pign. habe. d. l. nec emptio. ff. de contrah. empt.
vbi implementū cōditionis trahitur ad diem cōtractus cele
brari: vt perinde habeatur ac ſi à principio fuiſſet cōtractus,
vt ſic primū videatur valere: quia prædicta iura intelligunt,
quando non eſt in poteſtate gerentis ſecundum tollere: quia
ſi eſſet in poteſtate eius tollere, vt in caſu noſtro, bene tolle
retur: vt in d. l. potior. in princ. nec ſcđm poteſt primo præiu-
dicare, quia non eſt maius vinculum. Si autem aliquis eorū
citius impleſſet conditionem, illud eſſet matrimoniū. ¶ Se-
ptimò quærit', † quid ſi quis ſub hac cōditione, ſi coitū permi 7
ſerit, cōtrahat ſponſalia cum aliqua: vel dicat, ſi coitū permi
ſeris contraham tecum, & ſequitur copula? Et dico quòd ſe-
cundū Inno. Bern. & Veruec. pro matrimonio iudicandū eſt:
quia ſi de fornicario coitu intelligit', turpis eſt cōditio, & ha-
benda pro nō adiecta. extra eo. c. j. & vl. Vñ ſecuta copula ſta
tim eſt matrimoniū, ſaltem præſumptū. Si verò intelligitur
de coitu legitimo & matrimoniali: multo fortius pro matri-
monio præſumendū eſt. quod Sum. Ang. ita intelligit, vt ibi
dicitur iudicandū eſſe pro matrimonio, ſit matrimonium, &
non ſpōſalia tātùm. Et idem Sum. Roſ. & Sup. Mihi autem vi
detur quòd ſi quis contraheret de præſenti ſub iſta cōditione:
vera ſunt prædicta. Si verò quis cōtrahat ſpōſalia, vt eſt in
omnibus prædictis caſibus: vbi dicit', accipiā: & nō accipio: cō
ditio, ſi ſit turpis, nō plus facit quàm ſi abſolutè cōtractum
fuiſſet per verba de futuro: quia habetur pro nō adiecta. Si
verò ſit honeſta, ſuſpendit ſolū contractū ſponſaliū, & non
matrimonij: quia ſuſpendit ſolū eū in quo ponit': & cōſequen
ter ſi purificet', nō perficit niſi ſponſalia. Si tñ cōſtaret quòd
copula eſſet matrimonialis, eſſet matrimonium, ſed non ex
virtute dictæ conditionis. Vnde in prædictis caſibus dico eſ-
ſe ſola ſponſalia. quæ ſcilicet ſunt diſpoſitio ad matrimoniū.
Et hac ratione dicunt doc. & Archie. & Sum. Piſa. iudican-
dum eſſe pro matrimonio. Eſt autem idem iudicium, ſi dicat
ſi permiſeris coitum, contraham tecum, ſi vnquam cōtraxe-
ro: ſecundum omnes. Et idem ſi dixit, ducam te poſt annum.
Et multo magis ſi dixit, nūquam deficiam tibi: vt ĩ. Matrimo
nium. ij. §. xij. Si autem dixit, ſi permiſeris coitum, cōtraham
tecum, aut dabo tibi centum: ſi ſequatur copula, dicit Ve-
uec. non eſſe matrimonium: quia ſic dicens habet optionem
ſe liberandi, vtrum libet faciēdo: nec eſt inducta præſumptio
iure quòd intelligatur receſsiſſe ab optione propter copu-
8 lam carnalem. ¶ Octauò quæritur. † quid ſi quis dicat, acci-
piam vel accipio te, ſi virginē te inuenero: & ſecuta copula
non inuenitur virgo? Et dicit Bernard. Innocent. & Hoſtien.
iudicandum eſſe pro matrimonio, ſicut & in. §. priore. quod
primò debet intelligi referendo ſingula ſingulis: vt ſcilicet
ſint ſponſalia, ſi verbum fuit futuri temporis: vel matrimo-
nium, ſi præſentis: & ſecundò debet intelligi ſecundum Ho-
ſtien. in foro iudiciali propter hoc quòd haberi non poſſent
aliæ probationes: in iudicio tamen animæ non eſt matrimo
nium. extra de condi. appo. de illis. & cap. ſuper eo. & cap. per
tuas. Nam bene eſt quòd mulier, quę mētita fuit in fraudem,
decepta permaneat, & viro ſubueniatur: qui fortè intēdebat
vitare bigamiam, & fuit honeſta cōditio, licet actus inhone
ſtus: & ſic ſi probare poſſet per confeſsionem propriam vel
aliàs quòd virgo non fuerit, etiam in foro iudiciali nō tene-
ret matrimonium. Sed Card. in dicto cap. ꝑ tuas. dicit quòd
ſi iſta conditio, ſi te inuenero virginem, non referatur ad coi
tum, ſed ad aſpectum matronarum, vel huiuſmodi, non eſt
turpis, ſed honeſta: & ſuſpendit actum. Si verò referatur ad
coitum: eſt conditio turpis: quia præſupponeret rem cum fu
tura vxore prius quàm eſſet vxor: & ſic tanquam turpis reij-
citur, & matrimonium tenet: licet nō ſit virgo. Et ſic intelli-
git gloſ. in dicto cap. per tuas. & docto. communiter eam ſe-
quentes. Franc. autem de Aretio in ſuo conſil. incipiente, in
Chriſti nomine. idem tenet: limitans tamen quod de ſuſpen
ſione dicitur, eſſe verum, quando conditionis verba ſunt con
cepta in futurum: vt, ſi te inuenero: ſed ſi eſſent concepta de
præſenti. vt accipio te in vxorem, ſi es virgo: incontinenti va
let matrimonium, ſi tempore deſponſationis eſt virgo: aut
non valet, ſi non eſt: quia conditio de præterito vel præſenti
huius eſt naturæ: vt incontinenti valeat actus, ſi eſt vera: vel
non valeat, ſi eſt falſa: vt probatur in l. cum ad præſens. ff. ſi
9 cert. pet. ¶ Nonò quæritur, † ſi habentes legitimum impedi-
mentum contrahant ſub conditione, ſi papa diſpēſabit: vtrū
papa diſpenſante ſit matrimonium ſine alio conſenſu? Quæ
quæſtio facit ad ſciēdū an tranſire poſsint interim ad ſecun-
da vota. Et ſicut refert Panor. in d. cap. ſuper eo. quidā tenēt
quòd ſic, vt Calde. & dominus Anto. & quidam alij: quorum
opinionem Sum. Angel. ſequitur contra Roſel. & dicit verio
rem, per l. ſi rem meam. ff. de verborū obli. vbi poſſum ſtipu
lari rem meam in tempus conditionis, quando mea nō erit,
licet nunc, cum ſit mea, nō poſsim. Et facit ſimiliter l. iij. iun
cta pen. ff. de oper. pub. vbi valet mandatū priuati de opere
publico faciendo principe annuente: quod tamen aliàs non
valeret. Sed hæc non cōcludunt propoſitum: vt patet. maxi-
me d. l. iij. vt patet intuenti. Vnde contrariū, ſcilicet quòd nō
valeat ſine nouo conſenſu, tenet ibi Innocēt. & quidam alij:
quia primus cōſenſus erat omninò à iure reprobatus. de quo
habetur ſtipulantē. §. ſacram. ff. de verb. oblig. vbi nō valet ſti-
pulatio de re ſacra vel publica vel huiuſmodi, de quibus non
eſt commerciū. & l. continuus. §. cum quis. eodē tit. & l. apud
Iulianū. ff. de legatis primò. vbi nō valet ſtipulatio de prędijs
Cæſaris, vel huiuſmodi, de quibus ſine iuſſu principis nō eſt
commerciū. Ad dictū aūt §. ſacrā. dicit Summa Angelica ꝙ
non obſtat: quia ibi res nō erat in commercio, nec eſſe pote-
rat, quod non eſt hic: quia ſublato impedimento per diſpēſa
tionē nihil obſtat. Sed hoc ſimile nō tollit: quia etiam à re-
publica ſublato impedimento per publicam poteſtatē quæ
res illam vendi priuato, etiam valebit ſtipulatio. Ad dictā
autem l. apud Iulianum. dicit debere intelligi quòd condi-
tio ſit impoſsibilis, quando pendet ex voluntate principis, in
his, quæ princeps concedere nō ſolet. ſecus in ſolitis conce-
di diſpenſatiuè: vt eſt textus in l. intercidit. ff. de condit. & de
mōſtra. Sed dico quòd d. l. apud. loquitur in omnibus, in qui-
bus ſine conſenſu principis nō eſt commercium. Et hæc eſt
ratio omnium exemplorum, quæ ibi ponuntur, vt patet in fi
ne l. autem, intercidit. nihil penitus loquitur ad intentionem
allegantis. Hanc etiam opinionē ſequitur ibi Cardin. dicens
ſe ſic in facto cōſuliſſe: quia illud quod dependet principa-
liter à poteſtate alterius, dicitur impoſsibile. l. apud Iulianū.
ff. de lega. j. & quod fit per remedium extraordinarium, dici-
tur fieri non poſſe: vt notat Innocēt. in cap. paſtoralis. de cau
ſa poſſeſ. & proprie. & ſic iſtud matrimonium videtur con-
tractum ſub conditione impoſsibili. Panor. quoq; idem ſen-
tit, aſsignās ibi aliam rationē: quia ad hoc vt actus retro tra
hatur, oportet quòd potuerit incidere à principio, vt no. in l.
ſi quis pro emptore. ff. de vſuca. matrimonium autem nō po
terat eſſe à principio tempore contractus obſtante impedi-
mento: & conſequenter non poterat retro trahi. Richardus
etiam in quarto, videtur idē ſentire in ſimili de his, qui ante
concilium generale capituli, nō debet. de conſanguinitate. &
affinitate. in quo linea conſanguinitatis reſtricta eſt ad quar
tum gradum, contraxerant in quinto vel ſexto aut ſeptimo
gradu: de quibus concludit quòd cum dicta matrimonia fue
rint nulla, nō debuerunt ſimul habitare carnaliter, niſi noui
ter cōtraxiſſent expreſſe vel tacitè. Dominus quoque Frāc.
de Aret. idem tenet indubitatè in conſil. cxliij. incipiente, ex
facto proponitur. quia ſicut non poſſunt contrahi ſpoſalia
ſimpliciter: vel nō poteſt fieri à parētibus promiſsio de ſpon
ſalibus faciendis inter perſonas prohibitas ſimpliciter: ita nō
poſſunt fieri ſub iſta conditione, ſi ſummus pontifex diſpen-
ſaret: quia videntur fieri ſub conditione impoſsibili, cùm de
pendeat à voluntate ſolius principis. di. l. apud Iulianum. Ad-
do quòd conditio impoſsibilis vitiat ſtipulationem ſeu con-
tractum, non ſolùm ſi ſit impoſsibilis natura, ſed etiam de iu
re: vt in l. ſi ſtipuler. ff. de verborum obligatio. & hoc ſiue cō
cipiatur affirmatiuè, ſiue negatiue: vt patet ꝑ Bart. in l. im
poſsibilis. ff. eodem. Et ſi obijciatur quòd conditio impoſsi-
bilis vitiat alios contractus, non autem matrimoniū, vt not.
Panormitan. in dicto cap. final. dico verum eſſe ſi ſit impoſsi
bilis per naturam: ſecus ſi ſit impoſsibilis de iure ſtipulanti.
¶ Decimò quæritur, † quid ſi quis cum vna ſub cōditione, & 10
poſtea cū alia purè contraxerit? Et dico quòd remanebit cū
ſecūda, etiā ſi ſit cōſanguinea primæ: ꝗa nulla publicę hone
ſtatis iuſtitia orta eſt: vt infrà Matrimoniū. viij. impedimēto
xiiij. part. vij. ¶ Vndecimò quæritur † generaliter, quid requi 11
ritur ad hoc vt cōditio contractū iſtum ſuſpēdat? Et dico re-
quiri multa. ¶ Primò, vt ſit appoſita in principio: quia ſi pri-
mò eſſet matrimoniū cōtractū, & poſtea cōditio apponere-
tur: illū ſuſpēdere aut reſcindere nō poſſet. xxx. q. j. dicit. & fa
cit quod not. do. Ant. & Pan. in c. j de condi. appo. ¶ Secundò
quòd in conditionē vterq; expreſſe cōſentiat: vnde ſi alter ex
preſſe non cōſentiat, etiā ſi taceat, erit matrimoniū purū: vt
in c. fin. de cōd. appo. & teneret matrimoniū quanuis cōditio
eſſet cōtra ſubſtantiā eius: vt ibi not. Innoc. & Panor. & facit
cap. aliquando. xxxij. quæſtio. ij. ſaltē quo ad eccleſiā. ¶ Ter-
tiò, quòd conditio non ſit neceſſariò futura: de quo dic. vt ſu
prà. Aut quòd non ſit turpis vel impoſsibilis, quia habetur
pro non adiecta: excepta ea quæ eſt contra ſubſtantiam aut
bona matrimonij ¶ Quartò, quòd non interueniat conſen-
ſus abſolutus de præſenti poſt cōditionē & ante eius imple-
tionē. ¶ Quintò, quòd ante eius euentū nō interueniat copu
la carnalis: quia ſtatim erit matrimoniū, ſi fuerit cōtractum
per verba de præſenti ſub illa cōditione: etiā ſi præceſſerat

conditionis defectus,modò alter eſſet ignorás:puta quia cō
traxit,ſi patri placeret,& pater cōtradicit:tamen alter igno
rabat hoc,& conſentit in copulam:vt notat dominus Anto-
nius in cap.per tuas.de condi.app.adducēs in ſimili not.in c.
ex parte decani.de reſcrip.& ſimiliter Hoſt.ibidem:quod ta
men verum intellige quo ad præſumptionem fori cōtentio-
ſi.& eſſe in cōſcientia:ſi ambo matrimonialiter intendebāt
copulari:aliàs non:vt infra Matrimonium.iiij.§.vj.¶ Sextò,
quòd ſit propriè conditio,non modus:de quo ĵ.§. ſeq. ¶Se-
ptimò,quòd cōditio nō ſit de preterito vel de præſenti: quia
non eſſet propriè conditio:vt in l.inſtitutio talis.ff.de cond.
inſtit.licet vitiet ſi non fuit:vt dicit ibi glo.ſed debet eſſe de
12 futuro.¶Duodecimò quæritur,†quæ differētia ſit inter cō-
trahere ſub cōditione vel modo aut cauſa vel demonſtratio
ne?Et dico horum differentiā in contractibus poſſe haberi
plenè ſuprà Conditio,ferè per totum.& horū exemplū bre-
uiter eſt,vt vendo tibi fundum iſtum,ſi hoc vel illud feceris,
quo ad conditionē:aut vēdo tibi vt hoc vel illud facias , quo
ad modum,alioquin reuocetur : aut vendo quia hoc eſt vel
fuit,quo ad cauſam:aut vendo tibi fundū quem emià Titio,
quo ad demonſtrationem. Et quidem contractus ſi fiat ſub
conditione,non tenet non extante cōditione,vt de matrimo
nio dictum eſt:ſiverò fiat ſub modo,ſtatim tenet:ſed modo
nō ſeruato poterit reuocari. Dicit ergo Veruec. quòd licet
matrimonium vel ſponſalia ſub conditione cōtrahi poſsint,
non tamen ſub modo ita ſcilicet quòd illo nō ſeruato diſſol
uatur:quia ſi rite fiant non diſſoluuntur.ſecūdum Pet. verò
de Pal.in iiij.idem de modo ſicut de cōditione dicendū eſt,
& ſecundum eandem diſtinctionem,excepto vt infrà. Nam
ſi eſt contra ius matrimonij,& apponitur in ipſo contractu,
vitiat contractū:vt accipio te vt procures venena ſterilitatis:
ſecus ſi apponatur ſtatim poſt contractū.Si verò ſit impoſsi-
bilis,habetur pro non adiecto,& purè tenet cōtractus,vt,ac-
cipio te vt miſſam celebres,vel cœlum digito tāgas.Si verò
ſit neceſſarius,habetur pro impleto:vt, accipio te vt moria-
ris.Si verò ſit inhoneſtus, ſimiliter habetur pro nō adiecto:
& matrimoniū tenet:vt accipio te vt fureris.Si verò ſit poſ-
ſibilis & honeſtus,nō ſuſpendit obligationē vt cōditio: quia
de natura modi eſt vt poſterius impleatur:tamē tenetur im
plere celebrato matrimonio,ſcilicet is cui imponitur, niſi ſit
appoſitus ſolùm eius fauore:vt,accipio te cum decem libris,
vt habeas vnde emas tibi fundum:quia non tenetur talis an-
te vel poſt emere.ff.de condi.l.Titio.Cum verò in cōtractu
matrimonij ſit appoſitio cauſæ:ſiue vera ſit ſiue falſa,ſecū-
dum eundem Petr.habetur pro nō adiecta, & purè intelligi
tur contrahi matrimonium & ſimiliter ſponſalia:vt,accipio
vel accipiam,quia pater tuus deſpōſauit te mihi vel me tibi:
etiam ſi hoc non ſit verum,eſt matrimonium vel ſponſalia:
etiam ſi cauſa ponatur in futurum:vt,accipio quia dabis de-
cem pro dote.niſi eſſet neceſſaria ſiue cōtineret impedimē-
tum:puta,contraho tecum,quia es libera:quia ſi eſſet ſerua,
non valeret.ſimiliter,contraho tecum:quia es Ioannes filius
Titij,& huiuſmodi:quia ſi eſſet error conditionis vel perſo-
næ,vitiaret matrimonium.Et idem eſt quādo in tali contra
ctu ponitur demonſtratio:quia ſiue ſit honeſta,ſiue inhone-
ſta,ſiue contraria matrimonio,ſiue non:ſiue de præſenti,ſi-
ue de futuro,per ſe nūquam impedit matrimoniū vel ſuſpē-
dit,ſed habetur pro nō adiecta:vt accipio vel accipiam filiā
tuam,quę procurauit venena ſterilitatis,vel quę eſt ſterilis:
aut quam audiui eſſe diuitē.& huiuſmodi:quia falſa demon
ſtratio non vitiat legatum.ff.de condition.& demonſtrat. l.
falſa.nec conſequenter matrimoniū:niſi interueniret error
conditionis aut ſubſtātiæ:vt,accipio filiam tuam,quæ eſt li-
bera:quia ſi eſt ancilla,& hoc ignorabat,nō valet matrimo-
nium.Et idem ſi demonſtratio feratur ad ſubſtantiam: quia
error ſubſtantiæ & conditionis impedit,non autem error
qualitatis.Vtrum autem matrimonium cōtractum ſub hac
conditione vt duret ſolùm vſque ad tempus, ſit verum ma-
trimonium.vide titul.ſequenti.§.v.

## Ruſus de matrimonio.iiij.quomodo contrahatur quantum ad intentionem abſolutè vel conditionaliter.

1 *Matrimonium an ſit inter eos qui verbis contrahunt,& animo diſſentiunt.& num.8.*

2 *Coniugi qualiter conſulatur,cum alter affirmat ſe nūquam conſenſiſſe.& nu.9.& 10.*

3 *Matrimonium ob cauſam inhoneſtam an vitietur.& nu.ſeq. vſque ad nu.7,*

11 *Matrimonium an impediatur ob proteſtationem præcedentem.*

MATRIMONIVM iiij.conſiderari poteſt quomo-
do cōtrahatur abſolutè vel cōditionaliter quantū ad
intentionē ſiue animū.¶ Primò verò quæritur, † vtrū 1
ſit matrimoniū inter eos qui cōtrahētes verbis animo diſſen
tiebāt?Et dicit Veruec.quòd ſiue vterq;,ſiue alter animo diſ
ſentiat:nō eſt matrimonium.Si tamē de verbis cōſtiterit,ec
cleſia coget eos ſimul eſſe:cum de intentione conſtare non
poſsit.Vnde nec credetur dicenti ſe non intendiſſe cōtrahe-
re.aliàs quilibet ſic poſſet dicere,& ſepararet matrimoniū:
quia,vt dicitur extra de probat.per tuas.nimis indignum eſt
iuxta legitimas ſanctiōes,vt quod quiſq; ſua voce lucidè p-
teſtatus eſt,in eum caſum ꝓprio valeat teſtimonio infirma
re.Si tamen ſignis euidentibus appareat de ſimulatiōe,eccle
ſia non iudicabit matrimonium eſſe:& conſequenter is qui
cōſenſerat,poterit denuò contrahere.Hoc autem Sum.Ro-
ſel.dicit poſſe intelligi quādo vterque vel alter ſtatim poſt
contractum reclamaret ſe nō conſenſiſſe:ſecus ſi poſt tem-
pus notabile,etiam ſi iuraret ſe nunquam conſenſiſſe,ſecun
dum Richar.in iiij.diſtinct.xxix.Sed melius dicendum vide-
tur quòd totum iudicis arbitrio relinquatur:quia etiā ſi quis
ſtatim reclamaret,poſſent eſſe coniecturæ in oppoſitum:vt
quia nouiter poteſt melius cū alia cōtrahere, vel huiuſmo-
di.¶Secundò quæritur,†quid cōſulendum ſit alteri coniu- 2
gum cum reliquus affirmat ſe nunquam cōſenſiſſe:Et dicit
Richar.in iiij.diſtinct.xxvij.conſulendum eſſe illi quòd hoc
non credat:quia nec credere illi tenetur.dicto cap.per tuas.
Si verò illi temerariè credit,durante iſta credulitate non li-
cet ei carnaliter cum illo miſceri:nec ad petitionē propriā:
quia credit quòd non ſit coniunx . nec ad petitionem alte-
rius:quia ille ſibi in hoc pręiudicat,quandiu affirmat ſe con-
iugem non eſſe.Si autem poſtea affirmet ſe eſſe mentitū,&
debitum petat,ſi reliquus permanet in priſtina credulitate:
perplexus eſt quandiu durat illa credulitas:quia ea durante
non credit alterum ſuum coniugem eſſe:& ſi redderet de-
bitum,contra conſcientiam faceret.ſi autem non redderet,
etiam peccaret:quia quāuis alter coniunx in dicendo ſe non
eſſe coniugem pręiudicaſſet ſibi quo ad poteſtatem exigēdi
debitū,quādiu hoc nō reuocabat:tamē quādo reuocat,cre-
do quòd expiret illud pręiudiciū:q̃a reuocatio cōcordat ver
bis quibus in cōtractu expreſsit ſuū cōſenſum.Intellige verò
totū hoc ꝓcedere de credulitate temeraria:quia ſi prius alia
probabiliter crediddiſſet,nō teneretur ſtatim ad eius teſtimo
niū credere oppoſitū,& reddere debitū:ſed poſſet expectare
quòd euacuarētur indicia credendi quæ prius habuit,& alia
inducerent.¶Tertiò quæritur,†vtrū cōtrahere ex intentio- 3
ne alicuius finis ad matrimoniū ſe habentis nō per ſe,ſed per accidens, vt pulchritudo,diuitiæ,& huiuſmodi,vitiet
matrimonium?Et dicit Sanct.Bona.in iiij.diſt.xxx.q̃ ſi quis
moneatur ex aliqua huiuſmodi cauſa,ſicut ex cauſa princi-
pali,eſſet minus honeſta:& cōtra ſacramenti vtilitatē:nō ta
men cōtra eius veritatē:niſi ita eſſet finis quòd nō quæreret
quis niſi libidinē aut diuitias,nō vxorē:quia ſic eſſet cōtra ſa
cramenti veritatē. Et ita cū iſta limitatione vel diſtinctione
tenet Sum.Ang.Sed quia eſt impoſsibile quòd quis quærat
ſolam libidinē,vbi ad eam per matrimoniū vult attingere:
ſed neceſſariò quærit matrimoniū mediū ꝓpter illā vt finē.
ideo melius Sum.Roſ.cum San.Thom.& Pet.& Ray. dicit
quòd hoc nō vitiat cōtractum,ſed tenet matrimonium:quia
ſufficit quòd cōtrahere intēdunt,& cōſentiunt per verba de
præſenti.xxxij.q.ij.ſolet.Deuter.xxj.Si videris mulierem pul
4 chram.¶Quartò quæritur,†vtrū mortaliter peccet contra-
hens principaliter propter dictas cauſas?Et dicit Pet.de Pal.
quòd contrahēs propter finē matrimonij per ſe,ſed ſecūda-
rium ſecūdariò,ſcilicet propter vitationē fornicationis,non
peccat:quia nulla eſt deordinatio.Si verò cōtrahit principa-
liter propter ſecūdariū,eſt veniale:quia ſcilicet deordinatio:
& hoc quando eſt talis qui ſecundū cōmunem ſpeciē poteſt
generare:aliàs nō.Vñ licet finis matrimonij.'primus & per
ſe ſit intentio generandi:tamen quando principale factū eſt
impoſsibile,ſicut in ſene vel ſterili, licet de ſecundario fine,
qui eſt vitatio fornicationis,facere principalem : aliàs ſenes
ſine peccato cōtrahere nō poſſent:aliæ autē cōtrahendi cau
ſæ,vt reformatio pacis,acquiſitio amicitiæ aut diuitiarū,pul
chritudo,& huiuſmodi:& ſi ſecundariò poſsint intendi cum
veniali & ſine:& ſi etiā in ſe ſint honeſtæ,vt reformatio pa-
cis:nō tamē in matrimonio,ſi primò & per ſe intendātur:cū
ad hoc matrimoniū non ſit principaliter ordinatū.Sicut etiā
peccat qui baptizatur vel cognoſcit vxorē gratia ſanitatis:
nō tamen eſſet mortale ſi hoc principaliter intenderet:ſicut
nec diuitias aut pulchritudinē principaliter intendere : aliàs
nō cōtracturus matrimoniū:cum homo nolit talia niſi mo-
do licito:ſicut etiā nō eſt mortale cognoſcere vxorē propter
delectationē infrà limites matrimonij.Quidā dicunt quòd
cum matrimoniū ſit verū ſacramētū,non poteſt in eo princi
paliter intendi finis extraneus & per accidens omnino inſti
tutioni matrimonij: ſicut ſi quis principaliter baptizaretur
propter ſanitatē vel quæſtū.Sed hæc opinio eſt multū dura
quia multos inuoluit:& videtur eſſe cōtra illud iij.Reg. vbi
Dauid in vxorē duxit Abilac nō ſpe prolis aut timore forni-
cationis cum eā nō cognouerit:ſed ſolùm vt eū calefaceret
nec peccauit.hæc ex illo.¶Circa iſta autē Sum.Ang . deficit
in duobus:primò quia dicit Pet.de Pal.tenere quòd ſit mor
tale cōtrahere propter voluptatē principaliter.quod falſum
patet ex dictis & dicēdis ſtatim.Secūdò,quia dicit quòd ſecu
rius eſt ſic tenere:cum tñ hoc ſit falſum & durū & inducēs
deſperationē multis.Vnde intēdit ipſe Pet.quòd cōtrahere
ꝓpter huiuſmodi fines per accidēs & generaliter vti aliquo
ſacramento principaliter ad finē,ad quem non eſt inſtitutū:
puta baptiſmo aut matrimonio ad ſanitatē,eſt veniale,quā-
do quis ideo hoc facit,quia ad illū finē pertingit per mediū
in ſe licitū,id eſt,ſacramentū licet male huic fini vel effectui
applicatū:eſt verò mortale quādo quis de iuſtitia medij nō
curat paratus quocūq; modo talē finē aſſequi.Et idē ſentit
S.Tho.in iiij.diſ.iij.dicēs quòd ſine peccato vel cum veniali
potuit Iacob cōtrahere cum Rachele propter faciei pulchri
tudinē ſecundariò:ſi autē principalis cauſa eſſet libido pul-
chritudinis,nō excuſaretur à mortali, ſi eſſet effrænata libi-
do.hæc ille.qui per libidinem effrenatam intendit eam quæ
non ſiſtit intra limites matrimonij:ſed in ea cōſtituitur finis
vt bene exponit Archid.Et prædicta intellige & limita quā-
do talis effectus, ad quem quis vtitur , competit naturali-
ter ſacramēto:vt ſanitas in matrimonio.vel miraculoſe : vt
ſanitas in baptiſmo:& cū hoc ipſe vſus de ſe non eſt cum irre
uerentia:ſed ſi qua irreuerentia interuenit,eſt ex fine vel in-
tentione veritatis.Addit autē idē Petrus dicens : Dato quòd
cōtrahere propter voluptatem principaliter, eſſet mortale:
non tamen cognoſcere propter voluptatem eſſet mortale,
dummodo nō eſſet idem cum alia facturus:quia non eſt ita
damnabilis abuſus rei communis,id eſt,nō ſacræ,puta vxoris
ad coitum propter voluptatē;ſicut rei ſacræ,puta matrimo-
nij ad finē indebitum:ſicut ſi biberet ex voluptate cum ſcy
pho communi,non eſt niſi veniale:nō ſequitur quin peccet
mortaliter,qui calicem ſacrū ex voluptate defert bibiturus
ad tabernā.hæc ex illo.qui in ſuis verbis vltimis decepit Sū-
mam Angel.vt imponeret illi prædictum falſum,nō intelli-
gens quòd iſte vſus calicis ex ſe eſt cum irreuerētia eius etiā
ceſſante omni mala intētione ſeu voluptate potandi. Et in-
fert dictus Pet.eſſe ex dictis argumentum quòd ſi iudex pœ
na pecuniaria punit malefactores:qui tamē aliàs eſſet puni-
turus:licet quærat pecuniam nihil cogitans actu de iuſtitia:
dum tamen non ſit facturus iniuſtè,non eſt niſi veniale.hęc
ex illo.Ex quibus patet quòd eſt veniale quando quis quęrit
huiuſmodi fines per accidens:aliàs non facturus ſi deeſſet iu-
ſtitia medij,per quòd acquirit.¶Quintò quæritur, † vtrum 5
intentio peruerſa circa ſubſtantiam matrimonij:puta ſi quis
contrahat cum intentione aliquando ſe ſeparandi , ſeu cum
conſenſu ad tempus,vitiet matrimonium?Et dicit Pet.quòd
ſic:nec eſt matrimonium.de condi.ap.c.fin.quia inſeparabi-
litas eſt eſſentialitas matrimonij:vnde requiritur conſenſus
ad inſeparabilitatem.Hoc tamē intellige & limita ſecundū
mentem Inno.do.Ant.& Panor.ſi talis cōditio deducatur in
pactum expreſſum ab vtroq; coniuge.Secus ſi talis conditio
ſit retenta in corde,aut etiā expreſſa per vnū, reliquo cōtra-
dicente aut tacente:hoc enim ſingulariter voluit Inn.vt re-
fert Panor. in d.c.fin.vbi diſtinguit.Nam ſi vterq; cōiugum
conſenſit cōditioni appoſitę,cōtra ſubſtantiam matrimonij.
tunc matrimonium non tenet.Si autem contradixit alter,te
net matrimonium ſi proceſſum fuit ad cōſummationē eius.
Et idem dicit fauore matrimonij,ſi alter tacuit : & ſic tacēs
habebitur pro contradicente.arg.xxxij.q.ij.aliquādo.vbi no.
ſecundū Pan.dictum Inn.quia videtur per hoc quòd in alijs
cōtractibus tacēs videatur cōſentire contractui ſecūdū pro-
teſtationem alterius,licet oneroſam & odioſam.Et idē ibi
tenuit Hoſt.& ſimiliter idem do.Ant.Et ratio, quia propter
ea proteſtatio huiuſmodi vel cōditio vitiat actum:quia par-
tes agendo detrahere ſubſtantiā actus,nō vidētur cōſentire
in actum,quòd ceſſat quādo vnus ſolus agit detrahere,& a-
lius tacet,ſiue nō exprimit:quia tunc deſcēdendo poſtea ad
actum qui perficitur mutuo cōſenſu, & copulā cōſumman-
do in matrimonio,ex quo vtraq; pars turpitudini nō cōſentit
cōtra ſubſtantiā actus,videtur receſſum à cōditione vel prote
ſtatione.Et hoc cōmuniter approbatur.vide etiā §.ſeq. in fi.
¶Sed nota primò quòd iſta non ſolùm ſunt vera quo ad fo-
rum cōtentioſum,ſed etiam in foro animę ſecundū mentē
predictorū,& etiā S.Tho.qui in diſt xxxj.iiij.q.j.ar.iij.loquēs
de bonis matrimonij,quæ ſecūdum eum ſunt de ratione ma
trimonij,dicit quòd non eſſet verū matrimoniū ſi quid con
trarium eis exprimeretur in conſenſu faciente matrimoniū:
& etiam eſt de mēte legis in d.c.fi.vt ibi patet.¶Nota ſecun
dò quòd conſummatio matrimonij,de qua loquitur Innoc.
ſecundū do.Ant.intelligitur copula.tamē,vt patet ex ratiōe

allegata,poſſumus intelligere per conſummationem perfe ctionem matrimonij primam,quæ cōſiſtit in prolatione ver borum de præſenti ab vltimo proferente. ¶ Sextò quęritur,
6 †vtrum intentio peruerſa circa bona matrimonij:puta intẽ tio non ſeruandi fidem,aut non exigẽdi debitũ, vel prolem euitandi,vitiet contractum matrimonij? Et dicit Sum.Ang. ex opinione Rich.in iiij.di.xxxj.quòd ad hoc quòd cōſenſus faciat matrimonium,oportet ibi eſſe tria bona matrimonij, ſiue cōtrahẽtes in ea cōſentire ſaltem implicitè & in habitu: primò in vinculi inſeparabilitatẽ quo ad bonum ſacramẽti. ſecundò in bonũ fidei quantum ad eius eſſentiale, quod eſt non negare debitum,niſi Deo abſoluẽte ab hoc,licet hoc ſit ſolum quo ad bene eſſe quãtum ad accidentale ſeu acceſſorium bonũ fidei,quod eſt nõ exhibere alteri quàm ſuo coniugi vſum corporis ſui:tertiò in bonũ ꝓlis quantum ad eius eſſentiale,quod eſt eam ſuſcipere cõditionaliter,ſi Deus eã dederit:vel nõ procurare ne eueniat:licet quantum ad eius accidentale,ſcilicet abſolutè eã velle & educare nõ ſit neceſſariũ.hæc illa.in quibus dicit duo,præcipuè contra Sã. Tho. qui in xxxj.diſt.iiij.vult quòd ad bonum fidei vtrunq; pertineat,debitum nõ negare coniugi,nec alteri commiſceri;licet primum principalius,& ad bonũ prolis non ſolum ſuſceptionem,ſed etiam educationem eius. Ex quibus etiã infert multa,in quibus Suppl.& Ro.diſſentiunt. Primum.Nam dicit non eſſe matrimonium,ſi quis contrahat cum intentiõe ſeparabilitatis quo ad vinculũ.quod Ro.negat, niſi hoc deducatur in pactum ab vtroque,vt dictum eſt §.priore. ¶ Secundum.Nam dicit non eſſe matrimonium,ſi quis cõtrahat cum intentione negãdi debitum petenti ſine reuelatione diuina:quia eſt cõtra bonum fidei.Ro.autem & ſimiliter Supple.diceret hoc eſſe verum ſolùm ſi iſta conditio deducatur in pactũ.quod patet:quia cùm ad bonũ fidei dicat pertinere ne cum alio commiſceatur:dicit quòd ſecundum Veruec.tenet matrimonium contractum cum propoſito nõ ſeruandi fidem,ſed adulterãdi: dummodo hoc non deducatur in pactum. Si verò deducatur in pactũ quod liceat adulterari,vel proſtituatur vxor,non tenet matrimoniũ.de condi.app.cap. ſi. ¶ Tertium.Nam dicit non eſſe matrimonium ſi quis contrahat cum intentione non ſuſcipiendi prolem,ſi Deus eam daret:aut non educãdi:aut procurandi venena ſterilitatis ne proles conciperetur,naſceretur vel educaretur.Ro. autẽ & Suppl.poſt Pet.dicunt quòd firma intentio euitandi prolem excludit matrimonium:maximè ſi deducatur in pactum:ſed intentio non educandi non excludit. Et concordat Hug. & gloſſa Ray.& Summa Conf.Ego autem dico quod ſecundum ſan.Thom.omnis conditio quæ eſt,non ſolùm contra ſubſtantiam,ſed etiam contra bona matrimonij ſuprà expoſita,illud vitiat ſi deducatur in pactum:quia dicta bona ſunt de ratione matrimonij ſecundum eum.Si verò non deducatur in pactum, ſic quòd exprimatur ab vtroque contrahentium,etiam ſi teneatur in mente, non vitiat matrimonium: vt patet ex dictis §.priore.& communi doctrina Canoniſtarum & Theologorum.Ratio etiam horum eſſe poteſt:quia cauſa matrimonij proxima & immediata eſt cõſenſus ſignis ſenſibilibus expreſſus.Vnde nec ſigna ſine conſenſu,nec conſenſus ſine ſignis operatur.& ideo quæcunque conditio non annectitur dictis ſignis,nihil facit vel operatur:ſicut communiter dicitur quòd conditio in mente retenta nihil operatur. vnde ſtat matrimonium:modò ſit intentio contrahendi expreſſa.vide autem §.priore.quaſi ad fin.aliam rationẽ. ¶ Se-
7 ptimò quæritur,†vtrum intentio non exigendi debitum vitiet matrimonium?Et dicit Panormit.in capitulo,commiſſum.extra eod.vt imponit illi Summa Roſ.quòd non,modò non deducatur in pactum. Sed ego dico quòd nõ vitiat,etiã ſi deducatur in pactum:quia non exigere non eſt contra bonum fidei,nec derogat proli quæ generari poterit,ſi reddat altero petente.Dico etiam quòd malè adducitur Panormit. quia non loquitur de intentione non exigendi debitum, ſed non conſummandi matrimonium,in quo includitur intẽtio negandi debitum,quæ matrimoniũ vitiat ſi exprimatur. Vn de Veruec.reſpondens ad iſtam quæſtionem inter illas intentiones diſtinguit dicẽs.quòd ſi ſit intentio non exigendi, cõtrahitur matrimoniũ:ſicut inter beatam Virginem,& Ioſeph:imò etiam ſi ſit intentio negandi, modò non deducatur in pactum. ¶ Octauò quæritur, † vtrum ſit matrimoniũ 8
ſi quis contraxit per verba de futuro vel etiã de præſenti nõ habens intentionem contrahendi,& ſequuta eſt copula? Et dico ſecundum ſanctum Thom.in iiij.diſt. xxviij.& in quol. v.quæſ.viij.& Rich.quòd pręſumi debet pro matrimonio in foro ſcilicet contentioſo, extra eod.tua. & ita in dicto foro iudicaretur:ſed in foro conſcientiæ ſi ille non propoſuit illam ducere,nec vnquã aſſenſit in eam, non debet ex illo facto matrimonium iudicari,quando ex altera parte dolus affuit,& defuit omnino conſenſus, ſine quo nequeunt cætera fœdus efficere coniugale.d.c.tua.Et ille ex parte cuius non fuit dolus, excuſatur à peccato.Si autem alius interim cum alia contraxerit,tenet matrimonium ſecundum Doc.cõmuniter:& probat Sanct.Thom.in dicto quol. qui licet loquatur in caſu ſponſalium de futuro: tamen ſua ratio probat etiam ſi fuerant de præſenti:quia in primo matrimonio ceſſat conſenſus,qui eſt cauſa: & conſequenter ceſſat effectus: & in ſecundo ponitur cauſa,id eſt, conſenſus verbo expreſſus:ergo & effectus. Tenetur tamẽ deceptor antequam contrahat cum ſecunda,eam ducere in vxorem,ſi eſt ſibi æqualis vel maior,ſecundum Sanctum Thomam:vel etiam ſi eſt quaſi æqualis, ſecũdum alios:quia modicum eſt quaſi nihil. ſecundò Phyſic.& poſtquam ſecundò nupſerit,ſi illa ex hoc patitur notabile damnum in honore vel huiuſmodi,tenetur ei neceſſariò ſatisfacere:& ſecundum Sanctum Thom.prouidere de nuptijs: id eſt, de dote niſi fuerit multò melioris conditionis,vel aliud euidens ſignum fraudis apparuerit: ſic quòd poteſt probabiliter præſumi eam non fuiſſe deceptã, ſed deceptam finxiſſe:quia tunc non tenetur ad prædicta ſecundum aliquos:vt Sanct.Thom.in iiij.diſt.xxviij.recitat,& videtur tenere.Si tamen mulier probare poſſet cõtractũ de præſenti vel futuro,& copulam ſequentem,cogetur vir illã ducere:nec admitteretur probatio in contrarium: vt not.in cap.is qui.de ſponſ.niſi vt infrà.§.ix.& ſi cum alia contraxiſſet,cogeretur ad primam redire:licet ipſe ſi non habuit conſenſum in primam,& illum habuit in ſecundam, etiam ad præceptum eccleſiæ redire non deberet ad primam.ſed potius humiliter etiam excommunicationem pati, & cum ſecunda taliter habitare quòd inde ſcandalum non generetur.Et licet quidam dicãt ſecundũ non eſſe matrimonium, quia eccleſia talem inhabilitat ad contrahendum cum quacunq; alia à prima,in dicto cap.is qui.tamen tu dic vt ſuprà: quia eſt communis opinio:vt not.ibi Panor.nec eccleſia talem inhabilitauit ad contrahendũ cum alia:licet forte hodie bene faceret illum inhabilitando:quia prædicta ex indiſcretione multorum venerunt ad aures virorum, & non puellarum in paucis:& ſic multæ illaqueantur. ¶ Nonò quæritur,
†quid conſulendum ſit iſtis mulierculis quæ exiguitate cere- 9
bri & carnis voluptate tam crebro illaqueantur a contrahentibus cum eis clandeſtinè verbo,ſed non animo? Præter id quod dictum eſt ſuprà, §.ſecundo.dico tria eſſe remedia. ¶ Primũ.Si enim vir ſtatim reuocauit,& patefecit [illegible]



non conſenſiſſe,& inde ad ſecunda vota tranſiuit, tunc eſſet tolerabile,ſi & ipſa ſimiliter ad ſecunda vota tranſiret. ¶ Secundum.Nam ſi inter eos erat magna diſproportio,viro exiſtente multò melioris conditionis quàm ſit mulier,ita quòd non eſt veriſimile quòd ille iſtam accepiſſet in vxorem: vt dicit Rich.ſi aliquod aliud euidens ſignum fraudis appareat, per quod poteſt probabiliter præſumi quòd ſponſa non fuerit decepta,ſed ſe decipi finxerit:tunc ſi vir cùm alia contraxit,etiam mulier poterit cum alio contrahere: viro autem non contrahente non eſt tutum quòd ipſa contrahat:quia videmus ſæpe multos diuites & nobiles propter pulchritudinem contraxiſſe cum vilibus:etiam ſi inter eos eſſet diſproportio magna. ¶ Tertium.Dato quòd iſte ſtatim non diſſenſerit,nec inter eos ſit diſtantia magna: tamen ſi poſt interuallum temporis hoc iurat,& ex ſuæ vitæ qualitate poteſt ſic præſumi:puta quia omni anno confitetur & communicat,& cùm viris bonæ vitæ conuerſatur:tunc eo tranſeunte ad ſecunda vota poſſet & ipſa tranſire. Et ſimiliter ſi in aliquo trium prædictorum caſuum tranſiret ille ad religionẽ, & in ea profiteretur.Iſti autem tres caſus ſub iſta regula militant,quòd mulier tranſire poteſt ad ſecunda vota viro aſſerente ſe in eam non conſenſiſſe,quando eſt probabile & veriſimile quòd verum dicat,arbitrio prudentum: ſi ipſe de facto ad ſecunda vota tranſiuit:vel ſi eam omnino accipere recuſat:aliàs tenetur viuere caſtè.Et ſi de facto ſine tali probabilitate contraxit:quantum in ſe eſt,tenetur viuere caſtè: licet præiudicare non poſsit coniugi maximè ignoranti:vnde non poteſt exigere:ſed reddere tenetur,niſi probabiliter crederet quòd in rei veritate prior cõiunx conſenſerit:licet modò neget:quia tunc nec exigere nec reddere poſſet. arg.eorum quæ no.in c.inquiſitioni.de ſen.excom. ¶ Decimò †poſi-
10 to quòd iſte qui cum aliqua contraxit animo extorquendi copulam,& non conſentiendi:audiat à confeſſore quòd fuit verum matrimonium propter copulam, & quòd cùm alia contrahere non poteſt,& ſic credens dicto confeſſori habitat cum ea,& illam cognoſcat tanquam coniugem:quæritur an propter hoc ſit matrimonium? Et dico quòd non quo ad Deum:quia ex quo nullum vinculum præceſſerat,talis copula non facit matrimonium quo ad Deum:vt no.in c.is qui.de ſpon.vbi dicunt Doc.quòd ſi ſponſalibus ſolutis copula ſequatur,non inducitur matrimonium,ex quo ſponſalium vinculum ſolutum eſt.Idem dicunt vbi interuenerit promiſsio de contrahendis ſponſalibus in futurum. Pro quo facit l.ſi.de cond.ob cauſam.Item error iuris non inducit conſenſum matrimonialem:quia nihil tam contrarium conſenſui eſt quàm error.l.ſi per errorem.ff.de iuriſ.om.iudi.Et facit quod not. Bar.in l.multum.ff.de condi.& demon.vbi dicit non valere proceſſum ſi iudex erat in fundamento iuriſdictionis: licet in veritate haberet iuriſdictionem.& probatur in c. ſciſcitatus. de reſcri.iuncto c.prudentiam de offi.deleg.vbi ſi iudices delegati cum clauſula,ſi non omnes,procedunt ſine alio,ignorantes impedimentum & credentes ſe poſſe ſine eo procedere,non valet proceſſus:licet habeant iuriſdictionem:quia errant in fundamento iuriſdictionis. Similiter enim iſte errauit in fundamento matrimonij,cùm conſenſus ſit eius fundamentum,& de ſubſtantia eius:vt in c.tuæ.de ſponſ. Et ſi iſte [illegible] informatus à peritis quòd ibi ſit matrimonium,de nouo conſenſit quia putauit ſe ligatum,aliàs non conſenſurus ſi crederet ibi non eſſe matrimonium,& ſic faciens de neceſsitate [illegible]:adhuc non eſt matrimonium quo ad Deum. [illegible] facit quod no.Doct.in c.j.de reg.lib.vj.vbi no.quòd [illegible] ante annos pubertatis facit votum religionis,non obligatur ad tale votum maior factus, niſi illud ratificauerit. quod ſi faceret credens ſe obligatum,aliàs non ratificaturus, non tenetur ad illud.Vnde ſi talis aliam accepit, dimittere non poteſt in foro animæ,aut religionem exire,ſi quam profeſſus eſt.& ſtatur eius confeſsioni in hoc vltimo:vt no.gl.in d.c.is qui.& ibi per Doc.& in c.ſignificaſti.de homi. & idem conſuluit do.Alexan.de Neuo.in facto. ¶ Vndecimò †poſito 11
quòd quis coram pluribus proteſtetur, quòd quicquid facit non facit animo contrahendi,poſtea verbo contraxit, & carnaliter cognouit:quæritur vtrum iudicabitur ibi matrimonium? Et dicit Veruec.quòd ſic:quia recurrendum eſt ad communem intelligentiam verborum:quòd contra eum,qui dolum abhibuit,interpretatio facienda eſt.& quia licet ſic proteſtetur,potuit tamen mutaſſe voluntatem.Et concor.Hoſt. & Sum.Confeſ.quod tamen limita, quando quis doloſè eſt proteſtatus:ſecus ſi ob iuſtam cauſam, puta vitandum ſcandalum,& copula non eſt ſecuta:quia tunc non eſt matrimonium propter defectum conſenſus:nec iſte ad aliquid tenetur:vt no.in Sum.Conf.eo.titu.q.xvij.Dicit tamen Veruec. quòd ſi quis animo decipiendi contrahens non vtitur forma conſueta verborum,ſed mutato ſuo nomine dicit, Ioannes vel Petrus deſponſat te:ſicut contingit in caſu c.tua nos.de ſponſ.tunc contra huiuſmodi matrimonium præſumptum propter copulam carnalem ſubſequutam admitti poteſt probatio in contrarium ad probandam fraudem: qua probata pronunciabitur nullum fuiſſe matrimonium: & poterit ad ſecunda vota tranſire.Nec negatur in illo c. quin de fraude iſta conſtare poſsit:ſed dicitur tantùm,qualiter tibi conſtiterit non videmus:& non,qualiter conſtare poterit. Si autem eſſet vſus verbis conſuetis, non admitteretur probatio in contrarium dictæ præſumptionis: vt in dic.cap.is qui.

## Ruſus de Matrimonio.v.à quo, & per quem contrahi poſsit.

1 *Matrimonium qui contrahere poßint.& nu.2.*
3 *Malitia quando ſuppleat ætatem.*
4 *Purbertati proximus quando quis dicatur.*
5 *Matrimonium an valeat vltima die anni decimiquarti vel duodecimi.*
6 *Matrimonium contrahentes ante legitimam ætatẽ,an peccent.*
7 *Matrimonium an validè contrahat qui eſt inhabilis ad coitũ.*
8 *Matrimonium contractũ ante pubertatẽ an validetur poſtea pre oſcula.*
9 *Matrimonium an cõtrahatur per procuratorem, & qualiter. num.14.*
10 *Matrimonium an contrahatur per procuratorem, ſi quis antea pœniteat.& nu.11.*
12 *Matrimonium qualiter contrahatur per literas & nuntios. & nume.13.*

MATRIMONIVM quintò conſiderari poteſt quãtum ad perſonas,à quibus & per quas cõtrahi poteſt. ¶ Primò ergo quæritur,†quis poſsit matrimonium 1
contrahere? Et dico quòd quilibet qui eſt debitę ætatis ſanus ingenio,& lege nõ prohibitus:quia edictum de matrimonio eſt prohibitorium,ſecundum Rayn. ita ſcilicet quòd omnis qui nõ ꝓhibetur,cõtrahere poteſt.de ſpon.cùm apud. Aetas autem legitima ſecundum Do.eſt annorum xiiij.completorum in puero,& xij.in fœmina.extra de deſpon.impu.c.impuberes.&.c.continebatur.Vnde ſi ante contrahunt matrimonium,non erit matrimonium,ſed ſponſalia,iuris interpretatiõe.de deſpon.impu.c.vnico li.vj.niſi eſſent pubertati proximi,& malitia ſuppleret ætatem,extra de deſpon.impub.c. de illis.el ij.Et concor.San.Tho.& Petr. Sanitas verò ingenij requiritur, vt quis poſsit conſentire: vnde furioſus, niſi

habeas

habeat lucida interualla, contrahere non poteſt, ſicut nec cõ
ſentire. & idem eſt de ebrio. Quis aũt impediatur lege con-
trahere, patebit ĩ. cùm de impedimentis agetur. ¶ Secundò
2 †cum cap. de illis. in his qui non ſunt debitæ ætatis requirat
quòd ſint proximi pubertati, vel malitia ſuppleat ætatem.
quæritur vtrum neceſſariò vtrunq; horum requiratur? Et di
cit Pan. in d.c. de illis. quòd ſi incipitur à primo, id eſt, proxi-
mitate pubertatis, neceſſariò requiritur ſecundum: quia pro
ximitas ætatis ſola non ſufficit ad contrahendum matrimo-
nium: ſed etiam requiritur ſecundum, id eſt, malitia, quę quo
ad hoc exponitur, id eſt, vigor naturalis, ſeu potentia coëun
di: vt colligitur ex dicto tex. ibi, potuerint coniungi. Nõ em̃
ſufficeret malitia in rebus agendis: vt in c. puberes. de deſpõ-
ſa. impu. Secundum autem bene ſufficit ſine primo, dũmodo
ſint doli capaces: ita quòd potuerint diſcernere vires matri-
monij: ſicut de illo puero nouem annorum, qui reddidit nu-
tricem ſuã prægnantem: vt dicit glo. xx. q. j. in Sũma. & Albe.
in iiij. dicit ſe vidiſſe puellam in nono anno concepiſſe, &
perperiſſe in x. imò ſecundum Io. de Deo, ſi minor anni. vij.
fuit cognita à maiore quatuordecim, erit matrimonium: qđ
tamen eſt verum ſolùm ſi erat multùm diſcreta & doli ca-
pax: aliter non, ſecundum Pan. in d.c. continebatur. quia non
habet conſenſum aptum ad contrahendum. ¶ Tertiò quæri
3 tur, †quomodo deprehendatur potentia iſta coëundi, quę ha
bet ſupplere defectum ætatis? Et dicunt quidam requiri ꝙ
verè inter eos copula interceſſerit. quod etiam ſequitur Ho.
ſed Goſ. Inno. Abb. & Io. And. tenent oppoſitum, dicentes ſa
tis eſſe quòd potuerint coniungi: quia ſi maſculus minor an
nis xiiij. alias mulieres cognouit, aut fœmina minor annis
xij. ab alijs fuit cognita: nemò negabit matrimonium conſi
ſtere inter iſtos, ex quo apparet eos potentes ad copulam. Et
pro hac ſententia ar. in c. vnico. de deſpon. impu. lib. vj. Si au-
tem clarè hoc non conſtat, ſed tantùm per ſigna: puta ſi ex
aſpectu corporis vel alijs ſignis extrinſecis fœmina aut ma-
ſculus videtur aptus ad copulam: ſentit Inno. hæc ſigna ſuffi
cere quod placet Pan. arg. c. atteſtationes. de deſpon. impub.
vbi nixus ad copulam cum conſenſu adhibito prope ætatem
legitimam ſufficit ad matrimonium. Ad prædicta vide Nic.
de Ly. Exod. xxj. vbi dicit ſecundum Rabbi Salo. quòd ortus
pilorum & menſtruorum ſunt ſigna pubertatis: imò ſecun-
dum medicos menſtrua ſola arguunt pubertatem in mulie-
re: quæ ſi incipit habere, eſt apta ad generationem: & ſi non
habet, generare non poſſet: & cõſequenter tunc malitia æta
tem nõ ſuppleret. Puer verò dicitur aptus ad contrahendũ,
ſi poteſt ſeminare. ¶ Quartò quæritur, †qualiter debet intel
4 ligi quòd quis ſit proximus pubertati? Et dicit gl. in d.c. con-
tinebatur. quòd quando diſtat per ſex menſes. quod Pan. di-
cit facere ad ſtatuta, vt dicatur aliquis proximus alicui ętati,
cùm ab illa diſtat per ſex menſes, aut minus. Et bene facit l.
non tantum. ff. de excu. tut. quæ probat quòd diſtans per ſex
menſes, dicitur eſſe prope illam ætatem. & idem Innoc. ac
Hoſt. Pan. autem dicit quòd hoc communiter non tenetur:
vt eſt gl. in §. furioſus. Inſtit. de inutili. ſtip. & in §. in ſumma.
Inſti. de oblig. quæ ex delic. naſc. quæ dicunt quòd maſculus
dicitur proximus pubertati: cum eſt decem annorum cum di
midio: fœmina verò cùm eſt in nono cum dimidio. Et eſt ra
tio: quia poſt pueritiam, quæ contingit in ſeptimo anno, re-
ſtant ſeptem anni vſq; ad pubertatem in maſculo: vnde ex
quo temporis huius medietatem excedit, videtur proximior
pubertati quàm infantiæ. & idem dic in fœmina. ¶ Quintò
5 quęritur, †vtrum valeat matrimonium vltima die anni xiiij.
vel xij. contractum? Et dicit Pan. in d.c. atteſtationes. ſe cre-
dere quòd ſic, ſicut dicimus in teſtamento. l. qua ætate. ff. de
teſta. & hoc fauore matrimonij. ¶ Sextò quæritur, †vtrum
peccent mortaliter aut venialiter ante ætatem legitimam
contrahentes? Et dicit glo. in c. vbi non eſt, de deſpon. impu.
quòd ante ætatem legitimam non debent aliqui coniungi
tam reſpectu matrimonij quàm ſponſalium. Idem Inno. &
expreſſius Hoſt. in Sum. dicens cauſam huiuſmodi prohibi-
tionis fuiſſe bonum publicum: quia ex ſponſalibus, quæ te-
nent, oritur publicæ honeſtatis iuſtitia: & cùm de facili diſ-
ſoluantur, ſi per minores contrahantur: iam non poteſt ſpon
ſa contrahere cum ſponſi conſanguineis, neque econuerſo:
vt in c. ſponſam. de ſpon. Aliam rationem aſſignat glo. in d.
c. vbi. quare prohibeantur ſponſalia inter iſtos: quia ſæpe mu
tata voluntate oriuntur diſcordiæ, & diuertentes conſangui-
neis copulantur. de ſponſali. iuuenis. & dicit Pan. in d. cap. vbi.
hunc eſſe communem intellectum glo. & Doc. licet ipſe in-
telligat dictum textum non de coniunctione verbali, ſed de
carnali. An verò ſit mortale: Ioan. And. videtur tenere quòd
non: quia illa decretalis loquitur de honeſtate: ſed Pan. dicit
huic obſtare illud verbum, diſtrictè prohibemus. & Archi. in
cap. interdixit. xxxij. diſt. dicit quòd in omni prohibitione in-
telligitur præceptio, & econuerſo: & ideo hoc verbum pro-
hibitiuum ponitur pro præceptiuo, ſecundum Hug. & Io. de
ſan. Et de hoc vide ſ. Lex. §. xxj. Vnde Pet. de Pal. dicit quòd
peccant mortaliter, ſi ſine iuſta cauſa & licentia epiſcopi.
¶ Septimò quæritur, †vtrum habilis ætate, ſed inhabilis coi-
tu poſſit matrimonium validè contrahere? Et dicit gloſſ. in
cap. puberes. de deſponſa. impube. quòd non: ſed Docto. ibi
communiter tenent contrarium: vt Panor. refert glo. repro-
bando: quia ex quo ætas eſt legitima, nec apparet de perpe-
tuo impedimento, matrimonium tenet: aliàs ſequeretur
quòd impotens ad coëundum propter infirmitatem matri-
monium contrahere non poſſet. Vnde iſte adoleſcens debet
expectare vſque ad pubertatem plenam, quæ eſt xviij. anno-
rum: qua adueniente ſi generare non poſſet, & mulier inſta
ret propter diſſolutionem matrimonij, diſſolutio fieri poſ-
ſet: quia tunc præſumeretur eſſe impedimentum perpetu-
um & hæc opinio Doctorum videtur æquior. ¶ Octauò quæ 8
ritur, †vtrum matrimonium contractum poſt annum ſepti-
mum, & ante pubertatem vtriuſque vel alterius, quòd ſcili-
cet eſt ſponſalia, vel habet vim ſponſalium iuris interpreta-
tione: vt in c. vnico. de deſpon. impu. libr. vj. efficiatur verum
matrimonium, ſi in pubertate interueniunt oſcula, ample-
xus, & munera? Et dico quòd ſi interuenit copula: tex. eſt cla
rus in d.c. vnico. quòd efficitur matrimonium, ſcilicet verum
aut præſumptum: ſi etiam interuenit conſenſus expreſſus
per verba ſine copula & nixu, eſt idem: quia hoc ſolum ſuffi-
cit, etiam ſi aliud non præceſſiſſet, vt patet ex dictis ſ. Matri-
monium. j. & ij. Si verò nullum horum interueniat, Doctores
variè loquuntur. Nam Ray. dicit quòd ſi intendebant con-
trahere matrimonium, non ſunt ibi ſponſalia: quia hoc non
intendebant: nec matrimonium propter ætatem: & conſe-
quenter copula adueniens in pubertate non faciet matrimo
nium verum aut præſumptum. Si verò intendebant contra-
here, ſi non vt agebant, ſaltem inquantum valere poterat:
ſic erunt ſponſalia, ſcilicet non inducent matrimonium, niſi
per copulam aut conſenſum euidenter expreſſum. Hoſt. au
tem variauit atteſtationes in c. atteſtationes. de deſpon. impu.
Inno. verò inter actus tenet quòd ad hoc ſufficiat copu-
la vel nixus, & non aliquis alius actus. Arch. autem in d. uni-
co, poſt multas opiniones concludere videtur quòd non ſit
matrimonium, niſi interueniat copula, vel traductio ad do-
mum. quod ſequi videtur Ala. Vincen. & Goſr. in cap. literas.
de deſponſa. impu. Panor. verò in cap. fin. de deſponſa. tenet
quòd ſit ſi interueniunt oſcula, amplexus, iocalia, & huiuſ-
modi. Ego autem omnibus viſis & penſatis, dico quòd vt ſit
matrimonium requiritur nouus conſenſus expreſſus ſignis:
quia aut præceſſerunt ſola ſponſalia, aut nihil: vt patet ex di
cto Ray. & vtroq; caſu requiritur quod dictum eſt: quia ad-
huc non eſt matrimonium quod ſolo conſenſu expreſſo per
ſigna efficitur: vt autem ſit matrimoniũ verum in foro ani-
mæ ſufficit quodlibet ſignum, per quod conſenſum mutuũ
cognoſcũt, ſiue ſint verba ſiue aliud: vt patet ex dictis ſuprà
Matrimonium. ij. §. v. vj. & vij. Vt autẽ ſit matrimoniũ præ-
ſumptum in foro cauſarum requiritur conſenſus expreſſus
ſignis vniuocis, id eſt, ſolitis fieri legitimè & irreprehẽſibili-
ter ſolùm cum vxoribus vel ſponſis de præſenti: quia hæc
videtur cõmunis opinio Theologorum in iiij. diſt. xxviij. &
patet arg. l. minorem. ff. de ritu nup. & d. cap. atteſtationes. &
nota. eorum ibi huiuſmodi autẽ ſigna ſunt, copula, vt dictũ
eſt, & nixus ad copulã. quod ſufficit ratione publicæ honeſta
tis & dubij: vt in cap. iuuenis. de ſponſa. & cohabitatio mutua
ſeorſum: traductio ad domum: item oſcula & amplexus in
aliquibus locis, & iocalia ſpõſalitia: & quæcunq; huiuſmodi
ſunt arbitrio boni viri, id eſt, iudicis loci. Si verò ſigna talia
ſunt quòd ſoleant etiam ſponſis de futuro exhiberi. vt in ali
quibus locis oſcula & amplexus, & huiuſmodi, non faciunt
matrimonium præſumptũ: quia hoc non probat eſſe, quod
ab hoc contingit abeſſe. l. neq; natales. C. de proba. de trãſla.
prælat. c. ij. & ſic concordantur Doct. quam cõcordantiam
videtur tenere do. Ant. in d. cap. atteſtationes. & d.c. vnicum.
quod loquitur de primis, & non de iſtis vltimis ſignis, dum
dicit, conſtiterit euidenter. & gloſſ. quæ dicit, ſi ſe amplexa-
bantur, non ſimpliciter: ſed addidit, vt coniuges. Vtrum au-
tem iſte nouus cõſenſus requiratur ex parte vtriuſq; vel alte
rius tantùm: dico quòd vtriuſq; ſi vterq; erat impubes: vt in
cap. vnico. de deſpon. impub. lib. vj. ibi contrahentes, in plu-
rali. Si verò alter erat pubes: ſufficit nouus conſenſus impu-
beris adeuntis pubertatem: quia vſq; tunc durat cõſenſus pu
beris, cum interim ab eo nequiuerit reſilire ſeu diſſentire: vt
in cap. de illis. el primo, eod. ti. Nec obſtat quod ibi ſint ſola
ſponſalia, ſecundum gloſ. in d. cap. de illis. quia nõ ſunt ſpon-
ſalia ſimpliciter, ſed iuris interpretatione: quæ ſcilicet ex vna
parte ſunt poſſibiliter conſenſus matrimonialis, ſiue matri-
monium inchoatum. Non obſtat etiam dictum verbum, cõ
trahentes, in plurali. d. cap. vnico. quia cum præmiſiſſet tex.
de pubere & impubere & duobus impuberibus, loquitur de
contrahentibus impuberibus: quia nominati ſunt plures, nõ
autem de pubere: quia ex quo durat conſenſus de ſe legiti-
mus ad contractum matrimonij, per dictum cap. de illis. nõ
oportet illum iterare. Et hoc tenendum videtur in fauorem
matrimonij tanquam tutius: licet aliqui aliter ſentiãt, volen
tes quòd etiam puberem oporteat repetere ſuũ cõſenſum:
& ita vt dixi, tenendum, videtur tenere Sanct Tho. in ſimili
in iiij. diſtinct. xxx. q. j. art. iij. q. ij. ad ſecundum. vbi dicit quòd
ex conſenſu libero illius qui fuit prius conuentus, nõ ſit ma-
trimonium, niſi inquantum conſenſus præcedens in altero
9 adhuc manet in ſuo vigore. ¶ Nonò quæritur, vtrum abſen
tes poſſint per procuratorem contrahere? Et dico quòd ſic
ſicut Iſaac cum Rebecca. xxxij. quæſt. ij. §. cum dicitur. ſed
non eſt idoneus procurator, niſi ſuper hoc habeat ſpecialiſ-
ſimum mandatum: & exprimatur perſona, cum qua debeat
matrimonium contrahi: vt in l. generali. ff. de ritu. nupt. nec
poteſt alium ſubſtituere, niſi ſit ei ſpecialiter commiſſum:
& ſi antequam contraxerit, fuerit reuocatus: licet ille vel il-
la, cum qua contraxerat, hoc ignorauerit: tamen non tenet
matrimonium poſtea cõtractum. extra de procur. cap. pro-
curator. libr. vj. ¶ Decimò quæritur, † quid ſi quis conſentit 10
in abſentem per verba de præſenti: deinde mittit procurato
rem ad eam: & antequam illa ſimiliter cõſentiat ipſe diſſen-
tit: & illa poſtea conſentit, credens illum in primo durare
conſenſu? Et dicit Aſten. lib. viij. quòd ſi antequam illa con-
ſentiat, reuocatio venit ad procuratorem, nil actum eſt, vt
patet. Sed ſi peruenit poſtquam iam illa conſenſerat, & de
hoc poteſt fieri eccleſiæ fides, ſcilicet quòd ille prius diſſen-
ſit, ſimiliter nõ tenet matrimonium: quia nec verè nec inter-
pretatiuè concurrunt conſenſus: ſed ſi non conſtaret de diſ-
ſenſu priuato, cogeretur vir propter defectum probationis
matrimonium conſummare: quia eccleſia non iudicat de oc
cultis. Et ſic ſecũdum hoc diuerſimodè diuerſa iura loquun-
tur de hoc: & aliqua loquuntur in primo caſu, aliqua in ſe-
cundò. Si autem poſtquam miſit procuratorem, nec conſen
ſit nec diſſenſit: tradens fortè hoc factum obliuioni propter
occupationes vel alias cauſas: videtur ſtandum ſimpliciter
pro matrimonio, tam eius fauore, de re iudica. cap. duobus.
tum quia non habet obicem contrarię voluntatis: de baptiſ.
maiores. in fine. & idem Rayn. ¶ Vndecimò quæritur, † quid 11
ſi eum, qui conſenſit, pœniteat antequam abſens conſentiat:
reuocatio tamen ad procuratorem vel abſentem non perue
nit cum quo contraxit: an ſcilicet tenebit factum procura-
toris? Et dicit Aſten. vbi ſuprà, quòd non. intellige corã Deo
& eccleſia, ſi conſtet de diſſenſu: quia ibi deficit conſenſus,
ſine quo matrimonium non tenet. xxvij. quæſt. ij. ſufficiat.
Argumentum autem in contrarium eſt de procuratoribus.
cap. in præſentia. Sed hoc eſſe credimus ſpeciale in matrimo
nio, ſcilicet quòd non teneat, etiam ſi reuocatio ad procura
rem non peruenit: modò conſtet de diſſenſu contrahentis:
vt dicit Innocent. in cap. iuuenis. de ſponſ. & habetur extra
de procurat. capi. fin. lib. vj ¶. Duodecimò quæritur, † vtrum 12
& quomodo poſſit matrimonium contrahi per literas &
nuntios? Et dico quòd ſecundum Ray. iuncta glo. ſua con-
trahi poteſt per literas aut nuntiũ: ſed ſi ille vel illa, cui mit
tuntur, nulli exprimat conſenſum ſuum: credit ſine præiudi-
cio quod quantumcunq; conſentiat: non ſit matrimonium,
ſed tunc demum erit, quando notificauit, ſignificando illi,
qui miſit literas, vel etiam alij. Ratio autem eſt, quia ad ma
trimonium conſenſus non ſufficit, niſi fuerit expreſſus. facit
cap. cum apud. argu. xxxij. quæſt. ij. honorantur. Et idem Ro
denſis & Aſten. & ſi ipſi nũtio procuratorio notificaret, non
eſſet dubium quòd valet: quia, vt dicit Aſten. idem eſt ac ſi
notificaret mittenti: ſi autem notificet ipſi mittenti, vel etiã
alij, volunt prædicti quod valeat. ¶ Decimotertio quæritur,
†vtrum teneat reuocatio, ſi dominus nuntij vel procurato- 13
ris iurauit non reuocare? Et dicit Dire. libro j. quòd ſic, licet
ſit periurus. ¶ Decimoquartò quæritur, † quis ſit modus cõ 14
trahendi matrimonium vel ſponſalia per procuratorem? Et
dicit Ioannes Andreas. in cap. procurator. de procur. libro vj.
quòd ſi contrahantur ſponſalia, dicendum eſt ſic: Promit-
to tibi de mandato talis domini mei, & nomine eiuſdem
quòd ipſe te ducet in vxorem. & hoc in animam ſuã iuro: &
verſa vice puella reſpondebit: promitto tibi nomine do
mini tui recipienti, & ſibi per te, quòd ego ducam ipſum in
virum, niſi ſteterit per ipſum: & hoc iuro. In matrimonio
verò de præſenti dicetur ſic: Talis dominus meus mandat
tibi quòd ipſe per me, ſiue mediante me, & tibi nuntiante,
accipit te & conſentit in te tanquã in vxorem ſuam. & econ
trario reſpondet puella: & ego te mediante dominum tuum
recipio in meum virum, cum ipſe te mediante me in ſuam
recipiat, & in eum conſentio tanquam in dominum &
maritum.

Rr

## Rurſus de Matrimonio.vj.quantum ad eius impedimenta in genere.

*1 Matrimonij impedimenta varia.& num.ſeq.*
*5 Papa an diſpenſet in impedimentis matrimonij.*
*6 Epiſcopus quando diſpenſet de impedimentis matrimonij.*
*7 Impedimenta matrimonij qualiter inquirenda, & quid de ſciente.& num.ſeq.*

MATRIMONIVM rurſus ſextò cōſiderari poteſt
quantū ad impedimenta impedientia illud ſiue im-
pediāt & non dirimant,ſiue faciāt vtrunq; :& quan-
tum ad vtraq; ſeorſum,& cōmuniter,ſiue in genere, vt mo-
1 dò facimus.¶ † Primò ergo quæritur quid circa impedimen
ta ſcripſerit S.Tho.Et dico quòd,vt colligitur ex iiij.Sent.&
iiij.contra Gentiles ſummariè & cōcluſiuè ſcripſit ſic. ¶ Im
pedimenta dirimētia matrimoniū cōtractum ſunt xvj. vt j.
quòd tamen intelligitur ſi illud præcedant : quia matrimo-
nium ritè cōtractum per nullū impedimentū ſequēs poteſt
dirimi.Quicquid autē impedit matrimoniū in vno coniugū,
impedit in alio:quia claudicare nō poteſt.¶ Vis tollit matri-
monium,& ſimiliter metus,ſi cadat in conſtantē virū, & nō
aliter.Quælibet perpetua impotentia coeundi dirimit ma-
trimoniū contractū,non autem tēporalis:ſed non poteſt im
pedimentum eſſe perpetuū in viro reſpectu vnius perſonæ
& nō alterius:ſed accidētale,vt abominatio mulieris.¶ Quæ
libet frigiditas impedit matrimoniū,ſi ignoratur, nō autem
ſi ſciatur:& ad frigiditatē reducit calor perpetuò impediens
coitum:& quilibet alius defectus naturalis : quia frigiditas
magis & ſepius impedit.¶ Eccleſia dat trienniū ad expedien
dum efficaciter ſi impedimentū impotentiæ ſit perpetuum.
¶ Senes ſunt callidi ſufficiēter ad coitū, nō ad generationē:
ideo permittitur eis matrimoniū,vt eſt in remediū, nō autē
vt eſt in officium.¶ Frigiditas in muliere nō impedit matri
monium,ſed arctitudo:cuius eſt indiciū idem ſicut de frigi-
ditate in viro:ſimiliter nec ſterilitas:quia non caret fine ma-
trimonij:vt eſt in remediū,ſed ſolùm vt eſt in officiū. ¶ Sta-
tur iuramēto viri aſſerētis ſe cognouiſſe vxorē,niſi ipſa pro
bet oppoſitū per aſpectū ſui corporis. ¶ Lepra nec matrimo
nium impedit,nec actū eius primū:nec dirimit illud: ſed dat
aliqua grauamina quo ad actus ſeruādos . ¶ Error perſonæ
vel cōditionis impedit matrimoniū iure naturali:& dirimit
contractum,nō autē error nobilitatis vel dignitatis:niſi in-
quantum redundat in errorē perſonæ.Furia & defectus æta
tis reducuntur ad impedimētum erroris: & primum, id eſt,
furia,ſi precedit matrimonium,impedit illud,& dirimit,niſi
habeatur lucidum interuallum quando contrahitur:reliqua
verò,id eſt,defectus ætatis ſiue ante pubertatē,de qua titulo
priore.§.j.ſimiliter impedit & dirimit. Poſſent tamen pueri
citius ſe obligare matrimonio quàm religioni & alijs cōtra
ctibus:quia ad illud natura inclinat,& minus rationis requi-
ritur.¶ Seruitus ignorata impedit & dirimit matrimonium
cum perſona libera:nō autē cum alia perſona ſerua : ſiue ſit
ignorata ſiue ſcita,ſimiliter nec libertas,ſiue ſit ignorata ſi-
ue ſcita.¶ Seruus poteſt cōtrahere matrimonium, & vouere
continentiam,neſciente aut etiam contradicēte domino: &
ſi volente domino cōtrahit,debet prætermittere dominum
propter coniugē: ſed ecōuerſo ſi noluit. ¶ Infidelitas ſi præ-
cedit,impedit matrimoniū cum fideli,& dirimit:ſed ſi fide-
lis contrahat cum infideli hæretica baptizata , matrimoniū
tenet:cum fideli autē nō baptizato,id eſt,catechumeno,non
tenet.¶ Tenet autem matrimonium infidelium in gradibus
prohibitis ab eccleſia tantùm:non autē in prohibitis à Deo:
quia ſubduntur ſtatutis Dei, non autem eccleſiæ.¶ Et ſi ba-
ptizetur infidelis habens plures vxores,debet ſtare cum pri-
ma tantùm etiam ſi ſit repudiata,ſi eſt cōuerſa. ¶ Si autem
recedat fidelis à coniuge infideli nitente cōtra fidē,contra-
here poteſt cum alia:non autem ſi cohabitare velit ſine iniu
ria. Poteſt etiam ingredi religionē vel ſumere ordines,nec
reſtituetur infideli,ſi poſtea cōuertatur.modò prius monea
tur.¶ Secundò quæritur, † quæ & quot ſunt impedimēta ma
trimonij?Et dico ſecundū Sanc.Tho. iiij.diſtinct.xxxiiij.q.j.
art.j.quòd quædam impedimenta impediūt matrimonium
contrahendum,ſed non dirimunt cōtractum,inquantū ſcili-
cet faciunt vt contrahi non poſsit ſine peccato:ſi tamen con
trahat de facto,tenet:ſicut interdictum eccleſiæ & tempus
feriatum.vnde verſus:Eccleſiæ vetitum,necnon tēpus feria
tum,Impediunt fieri,permittunt iuncta teneri.Quędā verò
impediunt & dirimunt:quia ſcilicet ſi de facto contrahatur
cum peccato vel ſine,non tenet:quæ in his verſibus continē
tur:Error,conditio, votum,cognatio,crimen, Cultus diſpa-
ritas,ius,ordo,ligamen,honeſtas ,Si ſis affinis, ſi fortè coire
nequibis: Hæc ſocianda vetāt cōnubia,facta retractant.hęc
ex illo.Et ſic Thomiſtæ attribuūt illi qđ prima impedimē-
ta ſunt duo .quod verū eſt de impedimētis,quæ directè im-
pediunt , & ad alia impedimenta nō reducuntur:aliter ſunt
multo plura:quia impedit & nō dirimit etiam vinculū ſpon-
ſalium,ſed indirectè inquantū ratione datæ fidei ad iſta quis
prohibetur contrahere cum alia:& quædam crimina,ſed re
ducūtur ad impedimentū criminis:& catechiſmus,ſed redu-
citur ad cognationē ſpiritualem: & votū ſimplex,ſed reduci-
tur ad impedimentū voti. Conſuetudo verò etiā aliquando
impedit ſolùm.aliquando etiā dirimit,vt ſuprà Matrimoniū
ij.§.iij.ſed reducitur ſemper ad aliquod prædictorū,vt ibi pa
tet:vbi etiam patet de ſtatutis ciuitatum ibi.§.iiij. Et ſimili
ter attribuunt ei quòd ſecunda ſunt ſexdecim.quod verū eſt
cognatione diuiſa in tria:vt j.& crimine ſumpto pro vno im
pedimēto,quanuis ſint plura:& errore diuiſo in duo.Sed in-
tellige,vt dictum eſt, quòd ſecunda dirimunt ſi præueniant
matrimoniū:nō quia dirimant verum matrimoniū, vt idem
dicit,ſed quia dirimūt illud quod cōtractū eſt de facto & nō
de iure.Si verò ſequatur, nō dirimūt niſi votū religiōis cum
effectu,quādo ſcilicet quis cōtracto & nō conſummato ma-
trimonio religionē ingreditur:vt in c.verū.de cōuer. cōiug.
& c.ex publico.& c.ex parte.el ij.Et intellige profitēdo ſecū
dum Tho.in iiij.diſtinct.xxj.id eſt,quouſq; ſit religioni ſaltē
tacita profeſsione obligatus,intra quod tempus beneficium
ingredientis non eſt alteri conferendum ſine eius aſſenſu.de
regula.beneficium.lib.vj.quod Suppl.intelligit de religione
etiam in genere:ſed male,quia in genere nō poteſt obligari
profeſsione,ſed ſolo voto ſimplici,quod non dirimit . Et ſi
obijciatur de eo qui voluit abſolutè vitā mutare: dico quòd
hoc non eſt profiteri propriè,niſi aliquis ſuſcipiat iſtam pro
feſsionem:& tunc eſt tali religioni obligatus:ſed eſt vouere
aut profiteri impropiè,id eſt, quantum in ſe eſt & de hoc in
frà Religio. v.§.viij. Ante profeſsionem etiam,ſaltem taci-
tam,non dirimitur etiam ſecūdum Petrum.Quidam etiam
dicere voluerunt quòd dirimitur per ſacri ordinis ſuſceptio
nem.Sed contrarium declaratū eſt hodie per extrauagātē.
xxij.quæ incipit,antiquæ.vt dicit gl.in c.quod votum.de vo.
& vo.re.lib.vj.per c.ex parte.el ij.de conuer.coniu.¶ Tertiò
quæritur, † quid agēdum quādo Doctores diſcordant circa
aliquod impedimentū matrimonij?Et dicit Hoſt.quòd tole-
rabilius eſt aliquos cōtra ſtatuta hominū copulatos dimitte
re ſimul,quàm ſic coniunctos cōtra Dei ſtatuta ſeparare, ex
tra de teſtib.c.licet ex quadā. & quod vbicunq; dicunt ſtare
matrimoniū,ſi nō adducunt ius expreſſum,dicēti contrarium
adhæreas.arg.d.cap.licet.in fi. Pro quo facit quod not.Pan.
in cap.ſi vir.de cogna.ſpi.dictum Hoſt.eſſe verum:ſed limi-
tat illud,niſi opinio communis haberet quaſi textum pro ſe.
In alijs autem,vbi doctores in aliquo articulo ſunt varij, ſe-
quenda eſt opinio humanior,id eſt,rationabilior & æquior:
& ſi vtraque opinio eſt rationabilis,ſequendum eſt iudicium
plurimorum,ſecundum Hoſt.& Ber.Ad quod bonus text.in
ſimili xix.diſt.j.canonicis.Idem ferè dicit in cap.fi.de ſenten.
& re iudi.& dicit confirmari dictum præfatum Hoſti.per d.
cap.fin.Sed limitat,niſi opinio illius Doctoris ſit euidenter
falſa,vel probabilibus rationibus conuincibilis. Limita e-
tiam tertiò quando illud matrimonium poteſt habere ſuum
effectum:aliàs non eſſet iudicandum pro eo ad dictum vni-
us contra communem opinionem:vt infrà Matrimonium.
viij.impedimento xiij.ſcilicet de impotentia coeundi.in fin.
4 ¶ Quartò quæritur, † quid ſi eccleſia præcipiat , alicui con-
iugum cohabitare cum altero:& ille,cui præcipitur,ſciat in-
ter ſe impedimentum.Et dicit Hug.quòd hoc caſu obedire
debet quantum ad cohabitationem & neceſſariorum exhi-
bitionem:quantum verò ad redditionem debiti,non tenetur.
Nam obedire debet quantum poteſt ſine peccato:vt in cap.
5 inquiſitioni.de ſent.excom. ¶ Quintò quæritur, † vtrum pa-
pa diſpenſare poſsit in omnibus prædictis impedimentis?Et
dico tria.¶ Primum.In impedimentis , quæ remouent con-
ſenſum,ſine quo non eſt matrimonium,cuiuſmodi ſunt im-
pedimentum erroris,perſonæ,& metus:papa diſpenſare non
poteſt:quia etiam non poteſt ſupplere conſenſum. ¶ Secun-
dum.In illis ſimiliter impedimentis quæ ſunt diuini aut na-
turalis iuris,cuiuſmodi eſt conſanguinitatis & affinitatis vſq;
ad ſecundum gradū in linea inæquali:non poteſt diſpenſare
generaliter ea tollendo: vtrum autem hoc poſsit in particu-
lari caſu ex cauſa,ſicut tenuit Ioan.Andr.& refert ac ſequi-
tur Panor.in cap.literas.de reſti.ſpol.vide infrà Papa.§.xvij.
& xlij.& per Canoniſtas in d.cap.literas.& in cap. per vene-
rabilem.qui filij ſint legi.& in cap.propoſuit.de conceſ.prę-
ben.vbi variè loquuntur.Similiter etiam quantum ad impe
dimentum ligaminis,inquantum eſt de iure diuino, vide in-
frà Papa.§.xvj.In illis verò impedimentis quæ ſunt ex ſtatu
to eccleſiæ,cuiuſmodi eſt impedimentum interdicti eccle-
ſiæ,feriarum,& conditionis ſeruilis ſecundum Richa.& Pet.
de Pa.& voti caſtitatis:niſi ſolennizetur profeſsione.de quo
j.Votum iiij. §.v.& cognationis ſpiritualis ac legalis, & cri-
minis,& diſparitatis cultus,& ordinis,& publicæ honeſtatis,
& conſanguinitatis ac affinitatis, quantum ad aliquos gra-
dus,puta in iiij.& iij.imò ſecundum Arch.poſt Petr.de Pal.
quandoq; in ij.puta collateralium æqualiter,cuiuſmodi ſunt
filij duorum fratrum.& conſuetudinis papa diſpenſare po-
teſt.& ſi poſt matrimonium,quod nullum fuit propter ali-
quod impedimentum papa diſpenſet , non ratificatur pro-
pter hoc matrimonium quo ad Deum,etiam ſi interueniſſet
copula,ſecundum Arc.ſed opus eſt nouo conſenſu: qui ſi co
palam ſequatur,ſufficit etiam ſine verbis : vt videtur dicere
Arch.in iiij.diſt.xl.in quodam ſimili.¶ Tertium,de impoten
tia coeundi dicit Sum.Ang.quòd eſt ex eccleſiæ ſtatuto:quia
poſſe generare non eſt de ſubſtantia matrimonij: alioquin
ſenes contrahere non poſſent.Sed oppoſitum eſt de mente
S.Tho.in iiij.diſt.xxxiiij.q.j.ar.ij.qui dicit quòd poſſe coire
eſt de eſſentia matrimonij,in quo datur poteſtas in corpus
alterius quantum ad copulam carnalem:& quòd ſenes,licet
non poſſunt generare,poſſunt tamen coire: & ſic matrimoni-
um competit eis vt eſt in remedium.& ita tenet Archi.licet
dicat recitet teneri à Petr.de Pal.¶ Sextò quæritur, † vtrum
6 epiſcopus poſsit ſimiliter diſpenſare in aliquo prædictorum
impedimentorum?Et dico quòd ſic in interdicto eccleſiæ
ſpeciali facto à ſuo inferiori:& in impedimento criminis im
pedientis ſolùm,& non dirimentis:de quo j.Matrimonium.
vij.impedimento vj.non autem in interdicto facto à ſupe-
riori ſuo,neq; in gradibus conſanguinitatis,vel affinitatis,ne
que in criminibus dirimentibus,de quibus j.Matrimonium.
viij.impedimento ix.aut in alijs quibuſcunque impedimentis
matrimonij ne contrahatur,diſpenſare non poteſt,niſi in ca
ſibus,de quibus ſ.Diſpenſatio.§.ix. dictum eſt , epiſcopum
poſſe diſpenſare contra canonem vel concilium.¶ Septimò
quæritur, † vtrum & quomodo ante matrimonium inquiren 7
dum ſit de prædictis?Et dico multa.¶ Primum.Ante matri-
monium debent in eccleſijs banna publicè per presbyteros
proponi:vt intra competentem terminum qui ſcit impedi-
mentum proponat.& ſi apparuerit probabilis coniectura
contra copulam futuram,interdicatur expreſſe,donec con-
ſtet quid fieri debeat:aliter ſi contraherent ſine bannis , aut
poſt prohibitionem,& extiterit impedimentum , puta gradus
prohibiti:tunc filij dicentur illegitimi:& non excuſabuntur
propter ignorantiam parentum:necnon ſacerdos , qui tales
cōiunctiones inhibere cōtempſerit,vel regularis, qui inter-
eſſe præſumpſerit:per triennium ab officio ſuſpendatur:qui
verò falſum impedimentum malitioſè obiecerit , canonicā
nō effugiet vltionem extra de cland.deſpon.cùm inhibitio.
¶ Secundum.Huiuſmodi autem ſolennizatio regulariter ca
dit ſub præcepto:ſic quòd ſecundum Arc.poſt Pe.de Pa.vbi
ſeruatur mortale eſſet illam omittere.quod limita ſecundū
eundem Pe.niſi tales eſſent iuris ignari,ſecundum Aſten.de
mente Rodentonis,ſi fiat ſine cauſa : quia ex cauſa dimitti
poſſent huiuſmodi banna & conſuetæ ſolennitates,ſecundū
Hug.puta,quia fortè vir eſt ſenex & erubeſcit cōtrahere cū
tāta ſolennitate:aut accepit ignobilem,cùm ipſe ſit nobilis:
aut econtrario:& timet eius parentes:vel fortè quia diu mā-
ſerunt ſicut vir & vxor:& modò erubeſcunt adhibere ſolen-
nitatem.de hoc ſ.Matrimonium.ij.§.xvij.parti.iij.Credit au
tem quòd in talibus ex cauſa per epiſcopum, & non per infe
riorem prælatum,diſpenſari poſsit.¶ Tertium. Laici autem
præſtantes ſuam præſentiam matrimonijs clandeſtinis,com
prehenduntur ſecundum Doc.ex mente literæ,licet non ex
verbis:& ſic eſt eis pœnitentia imponenda ſicut & clericis.
¶ Quartum.Licet autem dicatur in eccleſijs:tamen ſecundū
Pan.vbi ſ.ſi antiqui eorum,qui volunt contrahere , moram
traxerunt in certa parochia:ſatis eſt in ea edicta proponi.Si
verò in diuerſis,proponi debent in diuerſis,vel in locis publi
cis:puta, in prædicationibus.Scđm Abba.autē quidā epiſco
pi non admittunt forenſes ad matrimonium ſine literis teſti
monialibus:quod eſt optimum:quia aliquando alicubi vxora
ti alibi accipiunt vxores.¶ Quintum. Dicit autem Pan.in d.
cap.cùm inhibitio.quòd eius diſpoſitio ſecundum Docto.ex
mente literæ habet locum in ſponſalibus de futuro: quia in
multis caſibus tranſeunt in matrimonium ipſo facto : vt in
capite,is qui.de ſponſalibus.& facit lex,oratio.ff.de ſponſali
bus.vbi dicitur quòd prohibito matrimonio,prohibita viden
tur eſſe etiam ſponſalia.¶ Sextum.Ex quo elice quòd con-
trahentes ſponſalia clandeſtinè,peccant:& iudex loci poteſt
illa interdicere.Vbi tamen eſt conſuetudo quòd iſta banna
non fiunt,ſed ſolùm contrahuntur ſponſalia ſolenniter &
publicè multum ante matrimonium:& interim manifeſtari
poſsit an ſubſit impedimentum:dicit Archiep.poſt Petrum
de Palude,quòd omiſsio bannorum ratione contrariæ con-
ſuetudinis non eſt peccatum.¶ Septimum . Non peccant e-
tiam mortaliter,ſecundum Aſtenſem de mente Rod.reges
& principes & milites ſine bannis contrahentes,vbi non eſt
conſuetum

conſuetum eorum matrimonia banniri:nec quod dicitur in
d.c.inhibitio.extenditur ad matrimonia nobilium,qui in ec-
cleſia banniri non conſueuerunt:nec ſecundum Hoſ.ad eum
qui vxorem vocat à remotis,& publicè nuntios mittit: quia
ſic in faciem eccleſiæ contrahere dicuntur.¶Octauò quæri
8 tur,†quid ſit de illo qui audiuit perpetuum impedimentum
eſſe inter ſe & vxorem ſuam?Et dico ſecundum Verue.quòd
ſi audiuit à fide digno etiam iurato,aut compatre ſuo,aut à
publica fama vel proprio ſacerdote,non ita credere tenetur
quòd non credendo peccet mortaliter:tenetur tamen inqui
rere,cùm non debeat eſſe negligens ſuæ ſalutis : aliàs eſſet
ignorantia affectata,quæ non excuſat.Et ſi de dicto alicuius
probabiliter dubitat,debitum tenetur reddere : ſed exigere
non debet.Si verò inuenerit ita eſſe pro conſtanti:nec exige
re nec reddere debet.facit de ſen.excom.inquiſitioni.Si verò
inquirendo nihil inuenit,vel audit hoc non à fide dignis : ſic
9 debet conſcientiam deponere.¶Nonò quęritur,†vtrum pec
cet ſacerdos,vel alius ſciens impedimentum indicando hoc
alteri coniugum vel ambobus,vel alter alteri? Et dicit Ver-
uec.quòd ſi probari non poteſt,dicendo agit indiſcretè , niſi
credat quòd audiens paratus ſit in hac parte peritorum
conſilijs obedire.Si verò probari poteſt , & ſciat hoc ſacer-
dos parochialis vel alter coniugum , tenetur ſolenniter di-
uortium agere,niſi de conſenſu velint cohabitare vt germa
10 ni.De hoc ſ.Confeſsio.iij . §.xij . ¶Decimò quæritur,†quas
pœnas incurrat contrahens cum prædictis impedimentis?Et
dico quòd aliquando peccat mortaliter, & eſt excommuni-
catus:vt in impedimento conſanguinitatis vel affinitatis,vel
ordinis,aut voti ſolennis:vt ſ.dictum eſt Excommunicatio.
ix.§.xl.Aliquando verò peccat mortaliter ſolùm:vt in impe
dimento interdicti & feriarum,& in omni impedimento di-
rimente,niſi ſit impedimentum erroris:in quo tamen mor-
taliter peccat qui alium fallit ſcienter : aut impedimentum
metus,in quo eſt mortale cogere ad contrahendum.

## Rurſus de Matrimonio vij.quãtũ ad impedimenta,quæ impediũt tãtùm & non dirimũt.

*Impedimenta quæ impediunt,& non dirimunt , ſunt ſeptem.*

1 *Interdictum qualiter impedit matrimonium.*
2 *Feriæ qualiter impediunt matrimonium.*
3 *Sponſalia qualiter impediunt matrimonium cum alia.*
4 *Catechiſmus impedit contrahi matrimonium.*
5 *Votum qualiter impediat matrimonium.*
7 *Crimen qualiter impediat matrimonium.*

MATRIMONIVM rurſus vij. conſiderari poteſt
quantũ ad impedimenta quæ ſolùm impediunt , &
nequaquã dirimũt,ita quòd ſi de facto cõtrahatur,
peccatur quidem etiã mortaliter:ſed tamen matrimoniũ te-
net.quæ in genere ſunt ſeptem:vt patet ex dictis tit.priore.
§.ij.ſcilicet interdictũ,feriæ,ſponſalia,catechiſmus,votũ ſim
plex,conſuetudo,de qua Matrimoniũ.ij.§.iij.& crimen. Sed
crimen nõ dirimens,ſed impediens,diuiditur in ſex,quę ſunt
inceſtus,vxoricidium,raptus alienæ ſponſæ, ſuſceptio ꝓprij
filij per dolũ de fonte,interfectio presbyteri, & pœnitentia
ſolennis.¶Primò ergo quærit,†quid iuris circa impedimen
1 tum interdicti? Et dico multa.¶Primũ.Dupliciter matrimo
nium eſt cõtra interdictum ſecundũ Pet.de Pal.Primò quia
eſt cõtra ſtatutum iuris:ſiue quia prohibetur tali tempore
fieri:vt dicetur §.ſequenti.ſiue quia prohibetur fieri tali mo
do:vt de clandeſtino dictum eſt ſ.tit.priore.§.vij.& ſ.Matri-
monium.ij.§.xvij.Secundò , quia eſt contra interdictum,id
eſt,contra præceptum hominis miniſtri iuris & eccleſiæ,pro
pter aliquam legitimam cauſam prohibentis contractum.

¶Secundum.Dicit autem Sum.Ang.quòd tale interdictum
facere non poteſt,niſi is,qui poteſt de cauſa matrimoniali
cognoſcere:ſicut epiſcopus,vel alius ordinarius,&qui habe-
at peritiam canonum.de conſang.& affi.c.j. Sed quia in di-
cto capitulo dicitur ſic:Cauſæ matrimonij ſunt tractandæ
per iudices diſcretos,qui poteſtatem habeant iudicandi,&ſta
tuta canonum non ignorent:ideo dico quòd d.Sum. multi-
pliciter deficit.Primò,quia putat idem eſſe ꝑtractare cau-
ſam matrimonij,& illud interdicere: cùm tamen parochia-
lis ſacerdos poſsit ſecundum,& non primum.& ſecundò,qa
innuit quòd delegatus hoc nõ poſsit.cuius contrarium dicit
ibi glo.iij.quia innuit quòd ordinarius non habens peritiam
canonum hoc nõ poſsit:cùm tamen tex.intelligat quòd ha-
beat peritiam per ſe,ſi cauſa eſt ei delegata:&hoc innuit gl.
Si autem eſt ordinarius,ſufficit quòd habeat aſſeſſorem pe-
ritum:alioquin nullus poſſet eſſe epiſcopus , niſi canoniſta.
Et ideo dicit Pet.de Pal.quòd miniſter ad interdicendũ ma-
trimonium eſt ſacerdos parochialis, qui poteſt matrimoniũ
diſpenſare,& ſi nõ iudicare:quia ipſe habet inquirere de im-
pedimento,& inhibere.Aut eſt officialis epiſcopi nõ ſacer-
dos,qui ſolus benedicit nubentes:aut archidiaconus vel Ab-
bas habentes hoc ex conſuetudine vel priuilegio, & habent
iudicare,& ſi nõ diſpenſare,ſi nõ ſunt ſacerdotes.Aut eſt epi
ſcopus,vel eo ſuperior,qui habet iudicare ratiõe iuriſdictio
nis,& diſpenſare ratione ordinis cum cura.¶Tertium. Con
trahentes contra iſtud interdictum eccleſiæ vel miniſtri,ſe-
cundum Doc.peccant mortaliter:niſi fuerit diſpenſatum ab
eo qui poteſt:& ſi cauſa,propter quam factum eſt interdi-
ctum,eſt perpetua,id eſt,ad nullum tempus reſtricta : puta,
ſi prohibetur fieri propter malũ quod inde ſequi põt, ſcdm
gl.in c.tua.de ſpon.probato impedimento data ſententia di-
uortij omnino ſeparabuntur.de matri.contra.cõtra inter.ec
cle.c.vlt.Si verò erat temporalis,id eſt , reſtricta ad certum
tempus:vt ſi prohibetur propter venerationem diei vel do-
nec cognoſcatur:tenebit matrimonium , ſed in pœnam de-
bent ad tempus ſeparari.extra eod.c.j.& ij. Et addit Petr.de
Pal.quòd ſi inhibitio facta fuit ab inferiore à papa,vt ab epi-
ſcopo vel parochiali:quamuis ſit peccatum , tamen ſi nõ eſt
aliud impedimentũ,intellige perpetuũ , tenet.& idem ſi à
papa facta eſt ſimpliciter:ſecus ſi prohibuerit decernendo ir
ritum & inanè ſi ſecus factũ fuerit, quia nullũ:cum per hoc
reddat eos inhabiles:ſicut & ꝓhibendo matrimoniũ per co-
gnationem legalem,ſpiritualem,vel carnalem in gradu nõ
prohibito lege diuina, huiuſmodi reddit inhabiles.¶Quar-
tum.Sponſalia legitima de futuro non dirimunt matrimo-
nium poſtea contractũ per verba de præſenti cum alia con
tra interdictum eccleſiæ.extra eo.c.ij.Quid autem poſsit pa
pa circa inhabilitationem perſonarũ ad matrimoniũ,vide ſ.
Papa.§.xvij.¶Secundò quæritur,†quid iuris circa impedi- 2
mentum feriarum? Et dico multa.¶Primum.Tempus feria
rum in propoſito quantum ad nuptias ſecundum Sanctum
Thomam in iiij.diſt.xxxij.eſt ab Aduentu vſque ad Epipha-
niam,propter communionem,quæ ſecundum antiquos ca-
nones fieri in Natiuitate communiter ſolet.& à Septuageſi-
ma vſque ad octauam Paſchæ propter communionem Pa-
ſchalem:& à tribus diebus ante Aſcenſionem vſque ad octa-
uam Pentecoſtes:propter præparationem ad communio-
nem illo tempore ſumendam.Et de primis duobus tempo-
ribus habetur xxxiij.q.iiij.non oportet.& tribus c.ſeq.de ter-
tio verò extra de fer.capellanus.vbi etiam Veruec.dicit
quòd contrarium faciens mortaliter peccat.¶Secundum. In
prædictis temporibus non includitur octaua Epiphaniæ,
cùm dicitur,vſque ad Epiphaniam:quia,vt dicit Io.And. li-
cet

MATRIMOMIVM VII. 

hoc multorum locorum approbet conſuetudo , non tamen
videtur iure probari : vnde putat quòd poſt primum diem
Epiphaniæ contrahantur nuptiæ.Et hoc tenet ceſſante op-
poſita conſuetudine:quia in d.c.non oportet.nihil dicitur de
octaua:nec inuenitur iure prohibitum . Et ſi canon hoc vo-
luiſſet,certè expreſsiſſet,ſicut expreſsit de octauis Paſchæ
in d.c.non oportet.& de octauis Pentecoſtes,in d.c.capella-
nus.Sed nec San.Tho.aut magiſter ſententiarum de hoc ali
quid dicunt:& aperta ratio hoc ſuadet:quia illæ duæ octauę
ſub interdicto includuntur,vt ſumpta communione aliquan
to tempore vacetur diuinis . quod in communione Natalis
ſit ſatis etiam remota octaua Epiphaniæ. Opinio tamen
Hoſt.& Pet.de Pal.tenentium contrarium ſeruanda eſt,vbi
hoc habet conſuetudo:quia in contrahendo matrimonio ſer
uanda eſt conſuetudo honeſta.de cõſan.&affin.c.quod dile-
ctio.& l.ſi de interpretatione.ff.de legibus.¶Tertium.Simi
liter in prædictis temporibus non includitur illa dominica,
quæ eſt poſt Pentecoſten,quæ eſt octaua dies à feſto Pente
coſtes:ſed in ea poſſunt nuptiæ celebrari: cum feſtum Pen-
tecoſtes non habeat diem octauam : vt in d.c.capellanus. &
ita tenet Sup.poſt Arch.& Piſ.& Sum.Conf.Ray . & Pet.de
Pal.& eſt textus clarus & apertus in d.c.capellanus.qui licet
variè loquatur,modò alludens ad opiniones,quas ibi recitat
modò ad conſuetudinem aliquorum:tamen in deciſione di-
cit quòd ſiue ſecundum canones à Septuageſima vſque poſt
octauas Paſchæ,ſiue iuxta conſuetudinem eccleſiæ Ro.vſq;
poſt ſeptem dies feſti Pentecoſtes,quod caret octauis,nuptię
ſuſpenduntur,in dominica quæ ſequitur,& deinceps poſſunt
licitè celebrari.Sed Sum.Ang.innixa nouæ expoſitioni Pa-
norm.dicit interdici nuptias à primo die Rogationum vſque
ad octauam Pentecoſtes incluſiue:quia dicit tex.in d.cap.ca
pellanus.poſt ſeptem dies poſt feſtum Pentecoſtes. nõ enim
eſſent ſeptem,niſi dominica includeretur . & facit quòd ibi
dicit tres ſeptimanas,quæ non eſſent, niſi includeretur. Sed
tam iſte quàm Panor.male adducit tex.qui non dicit poſt fe
ſtum,ſed feſti Pẽtecoſtes,ita quòd ipſe dies primus eſt vnus
de ſeptem:&ipſæ tres hebdomadę ſunt ſaltem per ſynecdo-
chen.Et quia vterq; malè ponderauit tex.& conſequenter ce
ciderunt in malam opinionem:ad ſaluandum literã cogun-
tur dare expoſitiones extortas & ridiculoſas:vt patet intuen
ti Sum.etiam Roſel.conſenſit ei ex eodem motiuo.Illud ta-
men eſt aduertendum non eſſe idem de octaua die Paſchæ
in qua nuptiæ celebrari non poſſunt ſecundum omnes. Vn-
de notanter dicit tex.poſt octauas Paſchæ,& poſt ſeptem di
es feſti Pẽtecoſtes.Et ratio diuerſitatis eſt tum quia feſtum
Pentecoſtes non habet octauam:tum quia in octaua die oc
currit feſtum ſolenne Trinitatis,in quo tamen non ſit com-
munio:vnde in eo conceduntur nuptiæ , quæ in die ſolenni
fieri conſueuerunt.¶Quartum.Secũdum Archi.autem poſt
Pet.de Pal. ante ſeptuageſimam vſque ad completorium li
citè nuptiæ celebrantur:quia licet ſecundum veram & nouã
legem à veſpera ad veſperam feſta celebrentur,tamen in Se
ptuageſima officium ſibi proprium,quod abdicat cãtica læ-
titiæ incipit in Cõpletorio,quãdo primò intermittitur halle
luia.Officium verò Aduẽtus proprium perfectè incipit à ve-
ſperis ſabbati præcedẽtis.vnde ex tunc contrahere nõ licet.
In alijs autem diebus non ſolùm veſperæ,ſed etiam comple
torium ſunt de tempore præcedente per ſe loquendo : licet
per accidens ſuperueniente maiori feſto nihil fiat de illo cõ-
pletorio vel ſolùm memoria in veſperis.Vnde non à primis
veſperis Trinitatis licet contrahere:ſed à principio noctis vel
media nocte,aut verius à mane in antea.Et licet ita ſit de iu
ris ſubtilitate:quia tamen conſuetudo eſt optima legum in-
terpres , ſequenda eſt conſuetudo terræ diu à prælatis ſcita
& diſsimulata.vnde in multis terris etiam nocte profunda
in vigilia Aduentus & Septuageſimæ nuptias faciunt: ſed ſi
poſt mediam noctem facerent,eſſet corruptela:quia media
nocte more Romano dies incipit.ff.de ferijs.l.more . Vnde
ſicut nulla conſuetudo excuſaret in die:ſic nec poſt mediam
noctem,ſed certum eſſet contra canones eſſe . ¶Quintum.
Circa ea,quæ his temporibus prohibentur,S.Tho.in iiij.diſ.
xxxij.ſic dicit:Quando nouæ ſponſæ traducuntur , animus
coniugum magis ex ipſa nouitate ad curam carnalium oc-
cupatur:ideoque in nuptijs conſueuerunt multa ſigna oſten
di lætitiæ diſſolutæ,propter quod in temporibus illis,in qui
bus præcipuè debent homines ſe ad ſpiritualia eleuare,pro-
hibitum eſt nuptias celebrare:quæ ſunt tempora prædicta.
Hæc ex illo.Igitur ſecundum omnes dictis temporibus pro
hibetur traductio vxoris,& omnis celebratio nuptiarum:&
ſecundum omnes etiam licitum eſt contrahere per verba de
futuro.Sed de quibuſdam eſt dubium . Primò de contractu
per verba de præſenti.Nam Pe.de Pal.dicit hoc non licere:
quia talis contractus non debet fieri clandeſtinè:ſed in faci-
em eccleſiæ.In faciem autem eccleſiæ non videtur facien-
dum,ſicut nec benedictio nuptialis. Et idem eadem ratione
ſenſit Hoſt.in Sum.dicens quòd his diebus eccleſia ſuam au
thoritatem non interponit.licet in d.ca.capellanus. extra de
fer.hoc non affirmet Rayne.autem dicit hoc licere:niſi fiat
cum magnis ſolennitatibus conuiuiorum,&huiuſmodi:quia
fit ſolo conſenſu:prohibetur autem ſolùm traductio vxoris
& omnis celebritas nuptiarum.extra de matri.cont. con.in-
ter.ecc.per totum.xxxiij.q.iiij.non oportet.cum tribus c.ſeq.
Soluit autem Arch.dicens ſtandum eſſe conſuetudini.Et be
ne dicit:& conſequenter vtraque opinio eſt vera ex conſuetu
dine in diuerſis locis vel temporibus.Soluitur etiam & ali-
ter,quòd prima opinio eſt vera,vbi celebritas interuenit: ſe-
cunda verò,vbi fit ſine celebritate per verba de præſenti in
faciem eccleſiæ:quo modo poteſt omni tempore contrahi:
vt expreſſe patet in d.c.capellanus.vbi iſtam ſolutionem in-
tendit vel innuit Pan.vt ibi patet per multa.Ad rationem au
tem Pet.de Pal.dico quòd poteſt contrahi in faciem eccleſię
id eſt,coram teſtibus abſq; benedictione ſine peccato: quia
ipſa benedictio non datur in ipſo contractu,ſed in traductio
ne vel propter traductionem.¶Dubitatur ſecundò de tradu
ctione ſine ſolennitate conuiuij.Nam Sum.Ang.contra Ro.
ſentit quòd licitè fieri poſsit quando vir prius habuit aliam
vxorem,& vxor alium virum.Sed oppoſitum tenuit Summ.
Roſ.& etiam Pan.vbi ſ.& Mo. & Aſten. & eſt de mente S.
Tho.etiam ceſſante conuiuio ex ipſa nouitate traductionis
animus circa carnalia &voluptuoſa occupatur:vnde in c.nec
vxorem.xxxiij.q.iiij.dicitur ſimpliciter,nec vxorem ducere.
& ſic non prohibetur ibi ſolennitas ſolùm.verum etiam tra
ductio.¶Dubitatur tertiò de copula carnali conſummante
matrimonium.Nam Sum.Ang.ſentit quòd liceat , ſi ſponſi
non ſunt virgines,ſed aliàs contraxerunt : vt patet ex dictis:
ſed Sum.Roſ.tenet quòd conſummatio matrimonij prima
vice ſit mortale:& conſentit Arch.& Pet.de Pal. & Pan.vbi
ſuprà.quod tamen fallit ſecundum Petr . de Palu . primò ſi
vxor eſſet ritè benedicta:quia non eſſet mortale exigere. ſe
cundò poſt primam conſummationem.&licet S.Tho.vbi ſ.
dicat non eſſe prohibitum his diebus debitum exigere : ta-
men loquitur quando iam ſponſa eſt traducta . ¶Sextum.
Contra facientes autem prædictis ſunt puniendi . nam con-
trahentes ſunt ſeparandi ad tempus . Et intelligitur ſecun-
dum Panorm.donec durant feriæ.& idem gloſſ.in cap.non
oportet.xxxiij.q.iiij.ſi tamen eſſet periculum incontinen-

tiæ,ſecundum Pet.de Pal.imponenda eſt alia pœnitentia &
in iſta diſpenſandum:ſacerdos autem, qui dedit benedictio-
nem huiuſmodi temporibus, graui pœna, licet arbitraria,
3 plectendus eſt.¶ Tertiò quæritur,†quid iuris de impedimen
to ſponſalium? Et dico quòd qui ſponſalia de futuro contra-
xit,niſi ipſa ſponſalia aliquo licito modo ſoluantur, tenetur
ſub peccato mortali contrahere de præſenti cum eadem vel
eodem: ſi tamen de facto facta fide contrahat de præſenti
cum alio vel alia:tenebit ſecundus contractus.De his j.Spon
4 ſalia.¶ †Quartò quæritur,quid iuris de catechiſmo? Et dico
quòd ex catechiſmo contrahitur ſpiritualis cognatio:vt no-
tatur in iiij.Sen.diſ.iiij.& habetur in c.quanuis.de cogna.ſpi.
li.vj.Sed hæc cognatio impedit quidem matrimonium con-
trahendum,ſed non dirimit contractum.extra eo.c.contra-
cto.xxx.q.j.c.ſi quis filiaſtram.& eo.tit.li.vj.in c.per catechiſ
mũ. Quomodo autem in catechiſmo computetur gradus:
vide tit.ſeq.vbi agetur de cognatione ſpirituali.Quid etiam
ſit catechiſmus:vide ſ.loco ſuo.¶ Quintò quæritur,†quid iu
5 ris de voto ſimplici? Et dico multa.¶ Primum. Votum de ſer
uanda continentia ſimplex,id eſt,non ſolennizatum profeſ-
ſione tacita vel expreſſa religionis approbatæ, nec ſacri or-
dinis ſuſceptione,impedit matrimonium contrahendum,ſed
non dirimit contractum.di. xxvij.per totum.in tex.& in gl.
& ſecundum S.Tho.Ray.& no.Inno.c.rurſus.&.c.conſuluit.
&.c.inſinuante.qui cle.vel vo.non obſtante opinione Hugo.
quam Ber.in d.c.rurſus.dicit tutiorem:quia licet vtrunq; vo-
tum æqualiter obliget quo ad Deum: tamen eccleſia per
ſuam conſtitutionem noluit inhabilitare ad contrahendum
vouentes ſimpliciter,ſed ſolùm vouentes ſolenniter: vt pa-
tet per c.vnicum.de vot.libr.vj.& eſt communis opinio tam
Canoniſtarum in tit.qui cle.vel vo.quàm Theologorum in
iiij.di.xxxviij.Vnde dicit gl.in c.rurſus. quòd ſi non eſſet ec-
cleſiæ conſtitutio,teneret matrimonium à religioſo vel ſa-
cerdote ſeculari contractum.Sed de hoc j.tit.ſeq.§.v.deter-
minabitur.& j.Votum.iiij.§.v.vtrum eccleſia diſpenſare poſ
ſit in voto ſolenni caſtitatis.¶ Secundum.Dicit autem Gaſp.
Cal.in d.c.rurſus.quòd habens tale votum mortaliter peccat
contrahendo cum intentione conſummandi: quia agit con-
tra votum ſuum.xxvij.q.j in multis.non autem ſi non habuit
animum conſummandi,ſed intrandi religionem:quia in nul
lo facit contra votum ſuum.Et ita ſentit Sum.Ange. contra
Roſ.ſed tamen ſecundum S.Tho. agit implicitè contra vo-
tum ſuum: quia implicitè conſentit in copulam carnalem,
dando alteri poteſtatem ſui corporis. Et licet non agatur
contra votum,agitur tamen contra iura.di.xxij.ſi vir.& in c.
conſuluit.& in c.rurſus.qui cle.vel vo.& contra datam fidem
deludendo alterum:& maximè ſecundum iſtum, ſecundum
quem eo caſu non eſſet matrimonium, cùm adſit intentio
denegandi debitum.vnde eluditur ſacramentum, exponen-
do etiam ſe periculo inconſtantiæ carnis.Et ideo indiſtinctè
dicendum eſt cum Arch.poſt mentem S.Tho.& Rich.quòd
contrahendo mortaliter peccat, niſi certificetur per Spiri-
tum ſanctum quòd copula non ſequatur:vt dicit Ric.& do-
nec vxorem cognoſcat,tenetur implere votum ſuum, cùm
adhuc poſsit,ſcilicet intrando religionem, ea etiam inuita,
Ea verò cognita religionem intrare non poterit ea inuita:&
tenetur reddere debitum petenti,etiam interpretatiuè, ſe
cundum S.Tho.& Ric.petere verò ſibi non licet,ſed eſt mor
tale,ſecundum Ric.toties quoties:quia adhuc ſeruare debet
votum ſuum quantum in ipſo eſt.quod etiam S.Tho. dice-
ret.¶ Tertium.Qui poſt tale votum ſimplex caſtitatis ma-
trimonium contraxit,ſecundum Sum.Ang. ſicut potuit ſine
mortali contrahere,puta cum intentione intrandi religio-
nem:ita ſine mortali poteſt conſummare illud: vt ſi muter
propoſitum.quod poteſt facere ſine peccato,cùm illud non
ſit voto firmatum:& deinde reddat debitum exactus, quod
ad hoc tenetur.Sed Summa Roſel.hanc opinionem confu-
tat per dicta Rich. dicens eam eſſe periculoſam,& bene: &
patet ex ratione Sancti Tho.quia talis adhuc tenetur ad vo-
tum ſuum implendum, inquantum poteſt: & conſequenter
tenetur ad religionem.¶ Quartum.Quantum autem ad ex-
actionem debiti,vtrum talis ſine peccato poſsit exigere: duę
ſunt principales opiniones. vna quòd peccet ſolùm exigen-
do prima vice:vt recitatur in gloſ.in cap.ſi quis votum.xxvij.
quæſt.j.quia votum extinguitur per ſequens matrimonium:
vt notatur ibi in cap.de viduis.el ij.& ſequitur Hoſt.in dicto
cap.rurſus.& vt dicit Summa Ang.& communiter doc. ma-
ximè Car.in d.cap.rurſus.dicens eam eſſe veriorem.Alia ve
rò eſt quòd ſemper peccet mortaliter:quam tenet gloſ.in c.
Agatoſa.xxvij.q.ij.& in cap.quidam.& in cap.placet.de con-
uer.coniu.quam Ioann.And.Vincen.& communiter Theo-
logi ſequuntur.Sum.autem Ange.licet concordet vt prima
ſit vera,quando ſi nunquam peteret, redderet coniugium ni
mis oneroſum alteri: vnde petit gratia alterius,maximè ſi
ſit vir:ſecunda verò quando petit propter ſuum appetitum:
tamen dicit quòd illa quæ dicit quòd exigere poſsit,non eſt
minus verà quàm alia.Sed Summa Roſella,licet recitet Di-
rec.dicentem,quòd ſi votum ſequitur matrimonium,exige-
re non poteſt:ſi verò præceſsit,peccat exigendo prima vice
tantum:tamen tandem hanc opinionem meritò euertit per
ſententiam Richa.in iiij.diſt.xxxviij.indiſtinctè tenens quod
exigere non poteſt qui ante vel poſt matrimonium fecit vo
tum caſtitatis:& per rationem Sancti Tho.quia adhuc tene
tur ſeruare votum ſuum quantum ad ea,in quibus non eſt fa
ctus impotens ad ſeruandum.Et adducit Sanct. Tho.pro ſi-
gno,quia mortua vxore contrahere non poteſt.quod etiam
concedit Hugo.& Arch.xxx.q.j.de eo.& xxij.diſtinc. ſi vir.&
xxxiij.quæſtio.ij.antiqui.quia votum non erat ablatum,ſed
executio voti.Et hanc opinionem tenet Panormitanus tran
ſiens cum dictis gloſſ.& Scot.& Ricar.Pet.San. Tho.& cæ-
teri Theologi & Canoniſtæ.Iura autem allegata per alios
concludunt ſolùm quòd votum ſimplex impedit quidem
ſponſalia de futuro,ſed non dirimit matrimonium ſequens.
Diſtinctio verò quam concordando adducit Summa Angel.
eſt optima,& eſt Sanct. Tho.in iiij.diſt.xxxviij.q.j.art.ij.q.ij.
in fin.ſed ipſa concludit opinionem noſtram:quia taliter pe
tens gratia alterius,dicitur reddere,& non exigere:vt inuit
S.Tho.vbi ſuprà.& expreſſe tenet gloſſ.in d.cap.de viduis.&
Aug.de Anchon.ſuper Epiſtolis Pauli,dicens quod vxor im-
pliciter petit debitum,ſcilicet verbis,ſignis,& naturæ conditi
tione:puta quia vir ſcit conditionem naturæ eius hoc debe
re petere:& tenetur vir etiam hoc tertio modo petenti red-
dere debitum,ne ſit oneroſus.¶ Quintum. Votum ſimplex
ſic impedit matrimonium contrahendum ſecundum P.
quòd ſi talis,qui ſic vouit.poſtea iurauit alicui quòd eam du
ceret,debet implere votum,& agere pœnitentiam de illicito
to iuramento.d.c.rurſus.& idem Hoſt.Quod ſi primò iura
uit,& poſtea vouit,ſecundũ Hoſt.& Gof.præualet iuramen-
tum, licet poſsit intrare religionem.de ſpon.c.commiſſum.
Vnde ſi votum eſſet de religione intranda,præualeret.
tenetur prius exequi iuramentum ſecundum Pan.in d.c.
miſſum.quia in contrahẽdo matrimonio intelligitur
in eodẽ ſtatu permanſerit:vt in c.quemadmodum.de iure.
quod nõ eſt hic:quia ſi poſt matrimoniũ contractũ per
ba de præſenti licitũ eſt intrare religionẽ ſponſa inuita
c.ij.&.c.ex publico.de conuerſi.coniuga.fortius poſt



lia de futuro:quia turpius eijcitur,quàm non admittitur ho-
ſpes:vt in cap.quemadmodum.de iureiurãd.Nec obſt.d.cap.
commiſſum.quod vult talem,ſi vult intrare religionem,pri
mò contrahere,vt iuramentum ſeruet:quia ſecundum Pa-
norm.hoc eſt de conſilio tantùm:quod ideo datur,ne note-
tur periurus quo ad opinionẽ vulgi. ¶ Pro his aduerte quòd
ſecundum dom.Anto.in cap.veniens.qui cler.vel vo.votum
continentiæ poſt ſponſalia de futuro,ea tollit,tanquam for-
tius.& idem ſentit Gaſ.ſed Hoſtien.ſentit contrarium in di-
cto cap.rurſus.dicens quòd ſponſalia non valent, ſi votum
præcedit:ſed ſi ſequitur,compellitur vouens ſolẽnizare,aut
perficere ſpõſalia.& hoc eſt verius:quia cùm ſponſæ ſit orta
obligatio,in præiudicium eius nõ potuit vouere. Et hoc ſen
tit Panormi.in dicto cap.veniens.& Dir.ſed vide infrà Spon
ſalia.§.vij.¶ Sextum. Si ambo contrahentes habent votum
ſimplex caſtitatis:matrimonium non tenet,ſecundum Ioã.
xxvij.q.j.ſi quis votum.de viduis.el ij.Secundum alios autem
cõmuniter dicitur quòd tenet:ſed neuter poteſt exigere nec
reddere.& multo minus poſſunt exigere aut reddere,ſi am-
bo vouerunt poſt matrimonium.Et ita tenet Sum.Roſel.ſed
deficit ſecũdum aliquos:quia vterq; poterit reddere,ſed neu
ter exigere,vt ſtatim patebit.Sum.autem Ang.dicit quòd ſe
cundum Ioan.matrimonium tenet:ſed re vera deficit: quia
Ioã.malè allegatur,qui dicit quòd non tenet,vt melius alle
gat Sum.Roſ.quia neuter poteſt exigere. & in hoc Io.malè
dicit,& ſe impugnat ſubiungẽdo caſum,& dicẽdo,Pone eos
voluiſſe quòd nunquam exigerent:& dico quòd bene tenet
matrimonium:quia vterque poteſt reddere: quia vterque ſi
ciat alterum indigere nec poſſe exigere,reliquo debet com
miſereri:& vterque reddere dicetur.Et ita in primo caſu dicẽ
dum eſt,ſecundum Sum.Ang.contra Roſ.ſed verior eſt opi-
nio Roſel.vt neuter poſsit reddere ſine diſpenſatiõe,de qua
infrà par.vltim. Et ratio eſt: quia alter ſolus habens votum
prædictum ideo poteſt reddere ſine peccato:quia alteri obli
gatur ius petendi,cui perſonæ præiudicare non potuit.Vnde
ſi alter non haberet ius petendi, quia etiam ipſe vouit: iſte
non excuſaretur reddendo: quia faceret contra votum ſuũ
ſine cauſa neceſſaria.Et ita eſt in propoſito in vtroque caſu,
ſcilicet ſiue votum præcedat matrimonium,ſiue ſequatur:
quia neuter habet ius exigendi expreſſe vel tacitè,nec ex in-
clinatione naturæ:quia talis inclinatio iſto caſu non eſt ex-
actio debiti,ſed tẽtatio fragilitatis,ſicut & in ſoluto. Et hæc
intellige quando vterque ſcit impedimentum alterius.Si au
tem non habens votum contraheret ſcienter cum habente,
peccat:quia participat cum eo in crimine:tamen matrimo-
nium tenet:& poterit iſte etiam exigere.¶ Septimũ. Si quis
vouit ſe nunquam redditurum debitum,ſi eum vxorem du-
cere contingat,ſecundum Ioan. vbi ſuprà, non obligat tale
votum:quia eſt contra præceptum Apoſtoli de debito red-
dendo. xxiij.quæſtio.iiij.§.his.¶ Octauum.Si quis vouerit ca
ſtitatem reſpectu alicuius religionis:ſed non omnia ſubſtan
tialia regulæ:dominus Antonius in capit.rurſus.qui cler.vel
vo.refert Panorm.ibi,poſt multa concludit quòd aut vo-
uit omnia ſubſtantialia religionis,ſed non reſpectu certæ re
ligionis:& tunc votum eſt ſimplex,nec matrimonium diri-
mit. Aut vouit omnia ſubſtantialia reſpectu certæ religiõis,
& tunc efficaciter eſt obligatus religioni:& tũc certum eſt
matrimonium non tenere: vt in capite vnico.de voto. libro
vj. Aut vouit tantùm caſtitatem reſpectu certæ religiõis:
& tunc dicit votum eſſe ſolennizatum & ſequens matrimo
nium non tenere: licet iſte non ſit verè & ſtrictè religioſus:
quia ſe ad paupertatem & obedientiam non obligauit,&
ſic per dictũ caput vnicum.Sed quantum ad hoc Panormi-
tanus tenet contrarium:quia illud caput vnicum, ad ſolen-
nitatem voti requirit quòd fiat profeſsio alicui probatæ re-
ligioni:& conſequenter quòd profiteatur religionem pro-
batam,ita vt verè ſit religioſus illius religionis. Et ſi obijcia
tur de muliere,de qua in capite fina.qui cler.vel vouen.vide
infrà Profeſsio.§.j.¶ Nonum. Si habens votum ſimplex in-
quirat an poſsit contrahere matrimonium,ſecundum Hoſt.
reſpondendum eſt quòd non.Et ſi adijciat quęrere,vtrum te
nebit ſi contraxerit: non debet quis reſpondere: quia daret
occaſionem peccandi mortaliter,aut mentietur. Ego verò
dico quòd nulli eſt illicitum,ſaltem ſub pœna mortalis pec
cati,docere veritatem,vt dicendo quòd tenebit quidem,ſed
tamen mortaliter peccabit:nec eſt dare occaſionem peccan
di, ſed ſumere: alioquin occaſionem darent,qui canones &
lecturas exhibent oculis omnium ad legendum:debemus ta
men tales prudenter deludere, ſecundum Hoſtiẽ.quia non
ſolùm non debemus dare occaſionem peccati,ſed etiam de-
bemus ab eo,quantum poſſumus,auertere peccare paratos.
Dicit autem Sum.Ang.quòd ſi votum non ſeruat,ſe non vi-
dere quomodo facere volenti maius malum non poſsit dici
vt eo dimiſſo faciat minus.xiij.diſt.nerui.cum ſimilibus.Sed
iſtud eſt verum,vt ibi dicitur,ſi ſine peccato nullus patet adi
tus: quia eo caſu eſſent eligenda minora: qui caſus non eſt
poſsibilis abſolutè:alioquin neceſſario peccaremus: ſed ſo-
lùm ex ſuppoſitione alicuius iniquæ volitionis.Et ideo ſicut
non ſunt facienda à nobis mala minora,vt alij euitent maio
ra:ſic nec conſulenda ſunt. Alioquin licitum eſſet nobis cõ-
placere in eo,quod non licet facere.¶ Decimum.Idem iudi
cium quantum ad hoc & omnia prædicta eſt de muliere re-
ſpectu viri,ſicut de viro reſpectu mulieris:& ſimiliter de iu-
ramento,ſicut de voto:vt ſi quis iurauit tenere caſtitatem,
contrahere non poſsit,licet teneat contractus. De quo vide
xxvij.q.j.ſi quis votum.in gloſſa.¶ Vndecimum. Vtrum au-
tem diſpenſare poſsit epiſcopus in voto caſtitatis,aut non nu
bendi,infrà Votum.iiij.§.iij.&.iiij.Quantum autẽ ad poſſe
exigere eum qui contraxit poſt ſimplex votum caſtitatis,cõ
muniter tenent moderniores in d.c. rurſus. quòd epiſcopus
poſsit diſpenſare ex cauſa legitima.quod verum eſt modo
quo dictum eſt ſuprà Debitum.§.viij. Et cauſa legitima eſt
periculum animę aut ex mora aut ex impoſsibilitate omni-
no adeundi Romam:aliàs requiritur authoritas apoſtolica:
vt dicit Sanc.Tho.in iij.quolib.q.vij.arti.j.Et ratio ex doctri
na eius ſumitur,vt ſuprà dictum eſt:quia iſta obligatio non
exigendi venit ex obligatione voti: vnde ille ſolus poteſt
hanc tollere,qui & illam.¶ Sextò quæritur,†quid iuris circa 6
impedimentum criminis nõ dirimentis? Et dico multa.¶ Pri
mum.Sicut ſuprà dictum eſt,ſex crimina matrimonium im
pediunt,ſed non dirimunt.Primum eſt inceſtus,extra, de eo
qui cog.conſan.c.j.Secundum eſt vxoricidium.xxxiij.q.ij.ad-
monere.& cap.inferiores.non tamen lego quòd econuerſo
mulier occidens maritum contrahere nõ poſsit, niſi feciſſet
intentione habendi adulterum.Tertium,raptus ſponſę alte-
rius.xxvij.q.ij.ſtatutum.Quartum,leuatio proprij filij de ſa-
cro fonte inſidiando matrimonio,vt ſcilicet poſſet vxorem
priuare debito coniugali xxx.quæſt.j.de eo.de quo titu. ſeq.
impedimento vj.Quintum.interfectio ſacerdotis.de pœnit.
& remiſsio.qui presbyterum.& ibi Panormitan. in verbo,
coniunctus. dicit ſecundum vnam expoſitionem hoc non
habere locum, niſi prius interfector ſit conuictus in foro
contentioſo. Sextum eſt id. propter quod quis ſolenniter
pœnitet. xxxiij.quæſtione.ij. de his.& capit. antiqui. Septi-
mum eſt, cum quis monialem ſcienter accipit in vxorem.
xxvij.quæſtio. j. hi verò.Sed iſtud reducitur ad inceſtum:vt

patet per gloſ.ibi.Hæc omnia crimina no.glo.in dicto cap. qui presbyterum.& xxxiij.quæſt.ij.in cap.de pœnitētibus.& Sanct.Thom.& Ray.& Hoſtiē.¶Secundum.Si tamē de incontinentia timeretur,ſecūdum Ray.debet epiſcopus cōcedere licentiam nubēdi.arg.xxxiij.quæſt.ij.antiqui.& cap. in adoleſcentia.& extra de eo qui cog.conſanguin.vxo. cap.ex literis.imò ſecundum Verue.ſufficit licentia proprij ſacerdotis:imò,ſecundum eundem,de conſuetudine nō ſeruatur iſte rigor petēdi licentiā.& idem Monal.& Roden.vnde & Io.in dicto cap.in adoleſcentia.tenet quòd iuuenis inceſtuoſus cōtrahere poteſt ſine diſpenſatione,ſed non ſenex.& ita tenet Sum.Ange.Archidia.tamen poſt Pet.de Pal.dicit quòd ſine diſpenſatione expreſſa non licet inuoluto aliquo prædictorum contrahere vel exigere:nec dicta conſuetudo valet,niſi conſtet epiſcopos hoc diu ſcienter diſsimulaſſe:aliter cōtrarium faciens peccat mortaliter.Et idem videtur ſentire Sanctus Tho.in iiij.diſtinct.xxxiij.arti.vlt.& ita tene cum Sum. Roſ.contra Angel.quia aliter conſuedo dictas leges non tolleret,vt patet ex dictis ſuprà Conſuetudo.§.vij. ¶Tertium. Inceſtuoſum non poſſe contrahere aut exigere,Sum.Angel. dicit verum nō ſolùm de inceſtuoſo cum vxoris conſanguinea,ſed vniuerſaliter.Sum.Roſel.verò dicit hoc verum eſſe & intelligi cùm quis cognoſcit cōſanguineā vxoris,vel cognoſcitur à conſanguineo viri,ſi eſt mulier:vt addit Archid. & hæc eſt opinio Richardi & Archidia.& Sancti Thom.non obſtante quòd non ſit minus,ſed maius peccatum cognoſcere proprias conſanguineas:vel permittēdo ſe cognoſci à ꝓprijs,ſi ſunt mulieres:quia dicit Archidiac.quòd non reperitur in iure hoc de proprijs conſanguineis,ſicut de conſanguineis coniugis.& Richar.dicit quòd non tantū iniuriatur matrimonio maritus per inceſtum cum conſanguinea propria, quātum cum vxoris cōſanguinea. & Sanctus Thomas dicit quòd inceſtus ponit impedimentum non tam ratione culpæ quàm ratiōe affinitatis quam cauſat.Capitula autem quę allegat Sum.Ange.nihil faciūt ad oppoſitū:imò vbi dicit tex. eſſe clarū,eſt clarus in oppoſitū.Vide ſuprà Luxuria §. iiij. multa ad hoc ꝓpoſitū.¶Quartū.Viro licitū eſt vxorē adulterā occidere per viā iudicij ex zelo iuſtitiæ,nō liuore vindictæ.extra iudiciū verò nunquā hoc licet ſecundum legē diuinam:ſecundū ciuilem verò licet eo modo quo dictū eſt ſuprà Lex.§.x.vbi nihil habet de vxore,ſed de filia & adultero.

## Rurſus de Matrimonio octauò, quantum ad impedimenta, quæ impediunt & dirimunt.

1 *Error qualiter impediat & dirimat matrimonium.*
2 *Conditio qualiter impediat & dirimat.& nu ſeq.*
5 *Votum quando impediat & dirimat.*
6 *Cognatio qualiter impediat & dirimat.*
7 *Cognatio ſpiritualis qualiter impediat & dirimat.*
8 *Cognatio legalis qualiter impediat & dirimat.*
9 *Crimen qualiter impediat & dirimat.*
10 *Cultus diſparitas qualiter impediat & dirimat.*
11 *Vis & violentia qualiter impediat & dirimat.*
12 *Ordo qualiter impediat & dirimat.*
13 *Allegatio qualiter impediat & dirimat.*
14 *Publica honeſtas qualiter impediat & dirimat.*
15 *Affinitas quando impediat & dirimat matrimonium.*
16 *Impotentia coëundi qualiter impediat & dirimat.*

MATRIMONIVM octauò cōſiderari pōt quantū ad impedimēta,quæ illud impediūt:inquantū ſcilicet ꝓpter illa eſt ꝓhibitū,& dirimentia:inquantū ſi de facto contrahat,nullū eſt.huiuſmodi autē impedimenta ſunt ſexdecim eo modo quo s.Matrimonium.vj.§.ij.dictum eſt,contenta in dictis verſibus:Error,conditio,&c.¶Primi ergo cùm error dirimens ſit duplex in propoſito,ſcilicet perſonæ & conditionis,quæritur quid iuris de errore perſonæ? Et dico multa.¶Primum.Error conſenſum remouet.Qui errat enim,non conſentit.l.ſi per errorem.ff.de iuriſdi.omnium iudicum.& errantis voluntas nulla eſt.l.cùm teſtamentum.C.de iur.& fac.igno.& errantis conſenſus nullus eſt:vt ibi dicitur in l.non idcirco.& facit xxix.q ij.his ita reſpondetur.Et ratio horum eſt,quia error cognitionem remouet,quæ eſt cauſa conſenſus & omnium actuum voluntariorum,dicente Auguſt.v.de Trini.quòd inuiſa diligere poſſumus,incognita nequaquam. ¶Secundum. Omnimoda ignorantia alicuius remouet errorem circa perſonam eius.Vnde ſecundum Rayner.ad errandum in perſonam alicuius requiritur aliqua eius notitia per viſum,vel auditum,vel famam,de perſona abſente,quæ creditur eſſe iſta præſens:quia errare eſt alium pro alio accipere.xxij.quæſtio.ij.in quibus,quod eſſe non poteſt,niſi de illo,loco cuius alium ponimus,aliqualem notitiam habeamus:quia,vt dictum eſt,in penitus ignotum nec affectum nec conſenſum poſſumus dirigere:argumen.l. cùm ab eo.§.maſſam.ff.de contrahen.emp.¶Tertium.Circa matrimonium quadruplex eſt error,ſecundum Dir.ſcilicet fortunæ,qualitatis,perſonæ,& conditionis,ſcilicet ſeruilis.Igitur error conditionis matrimonium tollit & dirimit, de quo tamen,§.ſeq.& ſimiliter error perſonæ:puta quia credit quis ſe contrahere cum Berta,& contrahit cum Margarita,quam credit eſſe Bertam.Cuius ratio iam patet ex dictis:quia non eſt conſenſus qui eſt cauſa matrimonij.& eam aſsignat Sanc.Tho.in iiij.diſt.xxx.dicens quòd errorem,qui matrimonium impedit, oportet eſſe alicuius eorum,quę ſunt de eſſentia matrimonij : quod quidem cùm duo includat,ſcilicet perſonas,quę coniunguntur,& mutuam inuicem poteſtatem,in qua matrimonium conſiſtit:primum tollitur per errorem perſonæ:& ſecundum per errorem conditionis. Error autem qualitatis,cùm putatur nobilis ille,qui eſt ruſticus:vel caſta illa,quæ eſt meretrix:aut virgo illa,quæ eſt corrupta,non tollit matrimonium.quinimo illud tenet.xxix.q.j.error.&.c.his ita.niſi ſecundum S.Thom.iſte error redundaret in perſonam:vt parti.ſeq . Notauit tamen Hug. xxxvij.quæſ.ij.raptor.quòd qui de futuro deſponſauit corruptam,quam virginem credebat:comperta poſtmodum veritate ante copulam non eſt compellendus conſummare matrimonium cum ea:quia per hoc impediretur eius promotio ad ordines eccleſiaſticos.Similiter nec error fortunæ:vt cùm quis putatur diues,& eſt pauper , matrimonium non tollit: vt patet ex iuribus allegatis. ¶Quartum.Si aliqua nobilis mulier Romana contrahat cum ruſtico Gallicano aſſerente ſe filium regis Angliæ,cum non ſit, ſicut aliquando accidit de facto.quidam,vt Rayn.ſecundum Supple.dicunt matrimonium tenere:quia fuit error qualitatis , & non perſonæ. Sed Hoſtienſ.dicit contrarium:quia eſt error,inquit,perſonæ:cùm vbique habeatur notitia regis Angliæ:quia conſenſit in perſonam filij regis Angliæ, & non in perſonam præſentem.S.Tho.autem in iiij.diſt.xx.virtualiter diſtinguit dicens:Si error nobilitatis vel dignitatis redundat in errorem perſonæ:tunc impedit matrimonium . Vnde ſi conſenſus mulieris feratur in iſtam perſonam directè,error de nobilitate ipſius non impedit matrimonium: ſi autem directè intendit conſentire in filium regis,quicunque ſit ille,tunc ſi alius præſentetur illi,quàm filius regis , eſt error perſonæ,& impedit matrimonium. Et notat quòd Sanct.Tho.loquitur de rege in communi: quia dicit filium alicuius regis, ſed de rege determinato,puta Franciæ vel Siciliæ : in cuius regno forte erat quādo ſcribebat. ¶Quintum.Si autem dictus ruſticus in generali dixiſſet ſe eſſe filium regis vel comitis,& nō diceret cuius,vel ſi ſpecificat,nulla habetur notitia filij neq; patris,nō tollit matrimoniū: quia nō eſt error perſonæ,ſed fortunæ aut qualitatis. Et idem dicendū eſt ſi quis dicat ſe primogenitum magni comitis,& non ſit.¶Sextum. Si aliqua ſciat aliquem multos habere filios, quorū nullum cognoſcit:ſi aliquis eorū falſo dicat ſe primogenitum,& illa conſentiat in eum,ſecundum Hug.xxix.q.j.in prin.eſt error fortunæ,& non impedit.Sed Cald.in c.ij.de coniu.ſer.& Io. xxix.q.j.& Hoſt.in Sum.& Ray.dicūt quòd eſt error fortunę nec tenet matrimonium,quod verū eſt,ſi conſenſus ferebatur in eum,nō vt in præſentem,ſed vt in primogenitū,iuxta diſtinctionem S.Tho.¶Septimū.Si conſenſus ſit in aliquem qui eſt mortuus,& loco cuius alius præſentatur : impeditur matrimonium,ſecundum Dir.& Io.quia eſt error perſonæ. ¶Octauum.Matrimonium dolo contractū tenet , ſecundū glo.in c.cum dilectus.quod met.cauſa.licet.dolus dederit cauſam contractui.Et idem Goſ.in l.à diuo Pio.ff.de rit.nup.& in c.conſtituit.xx.q.iij.quod Pan.limitat in d.c.cū dilectus.niſi ſit talis dolus qui conſenſum excludat:quia ſic nō teneret. & facit quod no.Io.And.in c.vnico.de cōmo.facit etiā c.cum locum.de ſpon.& Inno.in c.cùm dilectus.poſt gl. illam ſingularem,quòd dolus,qui non cadit in conſtantem virum,nō impedit religiōis ingreſſum:ſecus de dolo,quo peritiſsimos falleret.Quod eſt bene notādū:quia facit ad multa:vt in votis,iuramentis,& huiuſmodi ſpiritualibus:quia communiter tenetur quòd tenent,vt in dictis gl.¶Secūdò quęritur,†quid iuris de impedimento erroris cōditiōis,ſcilicet ſeruilis,quātum ad ipſum vinculum matrimonij?Et dico multa . ¶Primum.Error circa conditionem ſeruilem aliquando dirimit matrimonium ex ſua natura:quia ſcilicet repugnat poteſtati,quæ traditur in matrimonio:cùm non poſsit liber eſſe vti ancilla:& principaliter ex conſtitutione eccleſiæ inhabilitantis perſonas,& contractum irritantis:vt de coniu.ſer.propoſuit.¶Secundū.Triplex eſt error circa conditionem ſecum contrahentis.Primus ſcilicet circa meliorem quàm ſit ſua, aut quàm credat:vt cùm ſeruus aut liber contrahit cum libera,quam credit ancillam,vel econtrario . & ſecundus circa parem:vt cùm ſeruus contrahit cum ancilla, quàm liberam credit:vel econtrario.& tertius circa deteriorem: vt cùm liber contrahit cum ancilla,quàm credit liberā,vel ecōtrario. Primus & ſecundus error matrimonium nō dirimit:quia nō læditur errans,nec habet quod obijciat alteri: & eccleſia ſic ſeruauit,ar.eorum quæ no.de coniu.ſer.c.propoſuit.&.c.ad noſtram.xxix.q.ij.per totū de diuor.ſignificaſti.conſentit Ray. Pe.Al.Inno.Goſ.& S.Tho.& eſt cōmunis doctrina Theologorū & Canoniſtarū:licet contrariū tenuerint quidā.¶Tertius autem dirimit matrimoniū:vnde nō tenet.xxix.q.ij.ſi q̄s ingenuus.&.c.ſi fœmina.Quod tamen limita, niſi defuiſſet error:quia ſi liber contrahit cum ancilla ſcienter vel libera cum ſeruo,tenet matrimoniū.xxix.q.ij.ſi quis liber.&.c. ſi quis ancillam.cum duobus ſequenti.& ſic liber tenetur ſequi ancillam,ſecundum Pan.de coniu.ſer.c.j.Et licet de iure ciuili non teneat matrimoniū,ſi ancilla vel libera contrahit ſcienter cum ſeruo.C.de inceſt.& inuti.nup.l.cum ancillis.tamen in hac materia ſpirituali ſtandū eſt iuri canonico:vt in c.vlt. de ſecū.nup.& no.Bar.in l.priuilegia.C.de ſacroſan.ec. & gl.in c.ij.de re.iu.li.vj.Limita ſecūdò,niſi poſtquā liber ſciuit conditionem ſeruilem,cōſenſerit verbo vel facto:vt per carnalem copulā:vt in d.c.ſi quis ingenuus . &.c.ſi fœmina. de coniu.ſer.c.propoſuit.&.c.ad noſtram.quod tamen intellige ſi pro certo ſciuit ſeruitutem:vel ex auditis habuit de ea probabilem opinionem.Secus ſi leuem aut temerariam, cui credi non debet:quia conſentiendo copulæ ſibi non præiudicat.arg.de ſent.excom.inquiſitioni.cum etiam titubans pro ignorante habendus ſit.C.de condi.indebi.l.vlti.& no.etiam glo.Ray.in titu.de impedimento conditionis.Limita tertiò niſi habens probabilem cauſam credendi,ad præceptum eccleſiæ debitum reddat:quia pręiudicat ſibi,ſecundum Tanc. Inno.& Io.And.& Pan.in d.c.propoſuit.quia nihil velit cum ea eſſe tanquam cum vxore propria:non debet in hoc obedire.de hoc vide §.ſequen.¶Tertium.Si liber contrahat ignoranter cū ancilla,cui data eſt libertas in tempus,vel econtrario,matrimonium non tenet:quia vt dicit l.ſtatu liber. ff.de ſtatu liber.ea quæ interim facit,vt ſeruus,non vt liber facit. ¶Quartum . Si autem tali ignorantia durante ipſa contraxit cum alio non ignorante conditionem eius,ſecundum Veruec.tenet matrimonium.¶Quintum.Si dominus tradit alicui libero ancillam ſuam in matrimonio vt liberam,vel ſcienter tacuit,quam tamen cōtrahens ignorabat ancillam, tenet matrimonium:quia ſtatim efficitur libera,& intelligitur dominus ei libertatem dediſſe:vt authentico,de nuptijs.§.ſi vero ab initio.Et hoc tenet Pan.& glo.in d.c.ad noſtram.de coniu.ſer.& Goſ.& Hoſt.& Bar.¶Sextum.Liber contrahens cum ancilla ignoranter,quam dominus poſt latenter manumittit,& liber poſt hoc eam cognoſcit , non tenetur ſtare cum ea:quia matrimonium nullum fuit:& ſemper ei ſe commiſcuit ex primo conſenſu,qui nullus fuit,arg.C.ad Velle.l. quanuis.ſecundum Io.xxix.q.ij.ſi quis ingenuus.& Ber. in c. vlt.de coniu.ſer.& Goſ.& Dir.& ita tenet Sum.Roſ.Dicit tamen Sum.Ang.verius eſſe quòd ſi illa poſt manumiſſonem cognouit eum intendens contrahere,matrimonium ſit ſublato impedimento,per ea quæ no.gl.in d.c.ad noſtram.quia videtur antiquus conſenſus perſeuerare,niſi contrarium exprimatur.de bap.maiorem.in ſi.Sed dico quòd glo.quam allegat,determinat expreſſe contra hoc: & ſimiliter ſua ratio valet ad oppoſitum:quia ſi durat antiquus conſenſus,virtute eius non contrahitur:quia nullus eſt.Si autem conſenſus antiquus fuiſſet de ſe ſufficiens ad contrahendum,verum diceret:ſicut in ſimili dictum eſt prius,s.Matrimonium.iij.§.iiij. part.iiij.¶Septimum.Error conditionis libertinæ,vel adſcriptitiæ,aut originariæ nō impedit matrimonium,ſicut error conditionis ſeruilis,ſecundum Veruec . quia omnes illi ſunt liberi:licet ad quædam opera plus cæteris teneantur.& idem Hug.xxix.q.ij.in prin.Qui autem ſint originarij & adſcriptitij,vide ſ.Seruus.¶Octauum.Si conſuetudo eſt in loco quòd partus ſequatur conditionem patris,& non ventris,natus ex libero & ancilla,liber eſt,& vt liber matrimoniū cōtrahere poteſt:vt ſummat Pan.in c.licet.de coniu . ſer.¶Nonū.Si liber ignoranter contraxit cum ancilla:& poſtea ſciens conditionem ancillæ,vult cum ea eſſe,& illa non,ſed vult diſcedere,ſecundum Ber.non erit matrimonium:ſed tamen illa debet ab eccleſia compelli,niſi ad ſecunda vota tranſiſſet.Et ſimiliter econuerſo dicendum eſt de libera reſpectu ſerui.

¶Decimum.Liber comperiens quòd illa,cùm qua contraxit ignoranter,ſit ſerua,poteſt eam propria authoritate dimittere quo ad thorum,ſecundum omnes,& planum eſt:ſed non quo ad cohabitationem.ſecundum Rich . ſi contraxit in faciem eccleſię aut coram teſtibus:ſecus ſi clandeſtinè.Et hoc patet in cap.porro.de diuor.licet Hoſti.& multi alij teneant contrarium,quādo ſeruitus eſt notoria,ſicut & in adulterio. de quo habes ſuprà Diuortium.§.viij. ¶Verum enim dicit Hoſtienſ.quo ad copulam: & Richard. quo ad cohabitationem,de qua loquitur dictum capitu.porro.ſecundum gloſſ.

¶Vndecimum.Si liber,qui contraxit matrimonium,efficiatur ſeruus ſe vendendo,vel aliter,non diſſoluitur matrimonium:nec illa venditio valet,niſi conſentiente vxore: quia non habet poteſtatem ſui corporis.xxxiij.quęſ.v.quod Deo. quod S.Tho.in iiij.diſt.xxxvj.limitat quo ad ſeruitutem impedientem redditionem debiti.ſecus in alia non impediente. Vide ĩ.Seruitus.§.vij.
3 ¶Tertiò quæritur,†quid iuris circa actum coniugalem quando in contractu matrimonij interuenit error conditionis? Et dico multa. ¶Primum.Alter coniugum,qui ignorat matrimonium eſſe nullum propter ſeruilem conditionem in reliquo, ſecundum Arch.quandiu hoc ignorat,licet nollet conſentire ſi ſciret, excuſatur à peccato coëundo:ſicut Iacob in facto Lię propter ignorantiam facti probabilem:& filij erunt legitimi,ſi in faciem eccleſię ſit contractum. Quid etiam ſi ſcit ſe eſſe ſeruum, ſi credat quòd reliquus coniunx, qui ſcilicet eſt liber, hoc ſciat, aut quòd adeò affectuosè diligat,quòd etiam conſentiret ſi ſciret eſſe talem,excuſatur à peccato,ex quo vxorio affectu cognoſcit vel cognoſcitur.Qui verò ſcit ſe ſeruum,& reliquũ eſſe liberum,& ſic matrimonium nõ tenere:fornicatur quouſque alius de ſua ſeruilitate ſit certioratus,& nihilo minus in eum conſentiat:ſecus ſi ignoraret matrimonium non tenere ignorantia excuſante.Et idem dic de quocunq; ſciente matrimonium non tenere ex quocunq; impedimento. ¶Secundum.Quando de tali matrimonio ignoranter contracto dubitatio incipit oriri:ad ſciendum quid agendum ſit quantum ad Deum,ſecundum Arch.diſtinguendum eſt inter ſcientiam,quæ habet euidentiam,& non eſt niſi verorũ:& conſcientiam,quæ eſt firma credulitas,quanuis clarè non ſciatur:quia ſcilicet poteſt ex cauſa non ſolùm leui, ſed etiam falſa:& ſcrupulum,qui eſt dubietas, quæ ſcilicet eſt quoties homo hincinde æqualiter pendet,vel quaſi æqualiter,modico reputato pro nihilo.Adde ad Arch.quòd etiam diſtinguendum eſt de motiuo ſiue cauſa, quæ mouet ad ſcientiam, conſcientiam,& ſcrupulum: quia quædam eſt certa & euidens de facto,vt quia video.vel de iure:vt quia quis conuincitur aut confitetur iuridicè.quædam probabilis:vt quia audio à grauibus fide dignis: & quædam leuis ſiue temeraria: vt quia audio à leuibus. Qui ergo habet ſcientiam de hoc impedimento vel alio,aut etiam conſcientiam procedentem ex leui aut probabili cauſa,coëundo mortaliter peccat, niſi ille coitus eſſet matrimonialis: quia tunc ſecundum Richa. ſiue ſequatur ſcientiam,ſiue probabilem præſumptionem, id eſt,conſcientiam,coram Deo eſt ratificatiuus matrimonij:qui verò habet ſcrupulum:ſi eſt ex leui aut temeraria cauſa,debet illum deponere,& ſic reddere & exigere poterit ſine peccato,arg.c.inquiſitioni.de ſent.excom. Si verò eſt ex cauſa probabili,reddere poteſt, & debet exactus: quod eſt obedire ſaltem Deo præcipienti reddere vnicuique quod ſuum eſt:quia in dubijs obediendum eſt.xxiij.q.j.quid culpatur.& d.c.inquiſitioni.Sed exigere non poteſt ſine mortali: quia exponeret ſe periculo:niſi ille coitus eſſet matrimonialis,id eſt,affectu matrimoniali: quia etiam hoc caſu coram Deo ratificaret matrimonium, ſi hoc eſſet in intentione. ¶Tertium.Quando verò in tali impedimento oritur dubitatio,ad ſciendum quid faciendum ſit quo ad homines:dicit Rich.in xxxvj.diſt.quarti.quod ſiue copula ſequatur certam cognitionem in libero de ſeruitute alterius,ſiue probabilem præſumptionem,ſiue ad præceptum eccleſiæ ſiue non,ſemper ratificatur matrimonium in conſpectu eccleſiæ, etiam ſi eſſet ex affectu fornicario.Si verò ſequatur leuem & temerariam ſuſpicionem, cui credi non debet,ſecundum omnes non præiudicat ei,etiam ad mandatum eccleſiæ: quia titubans pro ignorante habendus eſt. Hæc ille,valde bene.Sed intellige primò hæc vera eſſe,ſi eccleſiæ conſtaret de ſcientia vel præſumptione,aut leui ſuſpicione:quæ quia ei conſtare non poteſt de affectu,ideo non diſtinguit inter matrimonialem & fornicarium. Intellige ſecundò quòd quo ad homines,vt patet ex mente iſtius doctoris, & ex d.cap.inquiſitioni.& ex verbis S.Tho.infrà poſitis parti.v. non diſtinguitur inter conſcientiam & ſcrupulum ex cauſa probabili: quia eccleſia ipſam conſcientiam aut ſcrupulum non videt: ſed ſolùm cauſam motiuam ad hæc,quæ vtrobique eſt eadem,ſcilicet cauſa probabilis, quando ſcrupulus non eſt ex cauſa leui vel temeraria. ¶Quartum. Quando verò de tali impedimento oritur quæſtio ſiue lis in iudicio,ad ſciendum quid faciendum ſit,dico quòd quo ad Deum,ne quis peccet, diſtinguendum eſt,vt ſuprà parti.ij.Et eccleſia præcipiente copulam,ſemper poteſt quis obedire ſine peccato, ſi vult matrimonium ratificare:quia coitus erit matrimonialis. Si verò non vult ratificare eccleſia præcipiente copulam,ſi habet de impedimento ſcientiam vel conſcientiam ex cauſa probabili,non tenetur obedire: quia non poteſt eccleſia facere,ſecundum Archie.vt non maritus fiat maritus contra ſuam voluntatem.quod faceret,ſi obediret. Sed neque obedire poteſt ſtante ſuppoſito quòd nolit ratificare:quia coitus eſſet fornicarius.Si verò habet de impedimento ſcrupulum ex cauſa leui aut temeraria,deponat,& reddat:&, ſi vult,etiam exigat.d.cap.inquiſitioni. Si verò ex cauſa probabili & diſcreta,reddat: quia in dubijs tenetur obedire: non autem exigat:quia exponeret ſe periculo fornicandi. ¶Quintum. Ad ſciendum verò quid agendum ſit in iudicio quo ad homines,ne ſcilicet quis præiudicet iuri ſuo:diſtinguendum eſt,ſolùm ex parte cauſę vel motiui ad credendum impedimẽtum. Si enim ſit leuis aut temeraria,debet obedire eccleſiæ præcipienti copulam,ſecundum omnes:quia ſibi non pręiudicat: ſed ſi ſit euidens & certa,faciens ſcientiam:non debet obedire,ſecundum omnes:quia ſibi præiudicaret,ſimiliter ſi cauſa eſſet probabilis:quia etiam ſibi præiudicaret, ſecundum Tanc.Inno.Io.Aud.Ric.&Pan.in d.cap.propoſuit.non obſt. quod teneat Hoſt.in Sum.& glo.in d.c.propoſuit.quòd debeat obedire,niſi ſit certus:quia prior opinio eſt communior & verior.quia etiam S.Tho.probat in iiij.diſt.xxxvj.in expoſitione literæ dicens:Si antequam ſit detecta ſeruitus vxoris, de qua dubitatur,ipſa petat debitum: ſi leui ſuſpicione moueatur, debet reddere debitum:nec ex hoc ei aliquod præiudicium generatur. Si autem ex cauſa probabili dubitet, vel vehementer præſumat,aut certè cognoſcat, non debet ei debitum reddere eccleſia præcipiente:quia vel ſibi præiudicium faceret,ſi eam vxorio affectu cognoſceret: aut alias fornicaretur. Hæc ille. quia ſumit ly non debet, pro ly non tenetur.Supple.autem contra opinionem Summæ Angelicæ & Roſellæ & Richardi & omnium Canoniſtarum dicit quòd debitum negare non debet ex cauſa probabili, ſed tantum ex euidentia:allegans dictum caput,inquiſitioni.ſed illud cap. loquitur diſtinguendo non ex parte cauſæ, ſed ex parte dubitantis, quando cauſa probabilis non ducit extra terminos ſcrupuli:ita quòd hoc quis credit quidem, ſed non firmiter,ſed quaſi titubans.Sanctus Thomas verò cùm dicit,ſi ex cauſa probabili dubitet vel vehementer præſumat,non ſumit dubitare propriè, ſed largè pro formidare, vt opponitur ſcientiæ vel euidentiæ,eo modo quo opinans dicitur dubius quouſque ſciat: vnde ly vel, ſtat expoſitiuè pro id eſt,potius quàm disiunctiuè: ſicut patet ex allegatione Piſa.illum adducentis. De opinione autem Hoſtienſ.vide Panormitanum in dicto capite, propoſuit. Dicit tamen

Aſten.



Aſten.quòd Hoſtien.in dicto capitu.propoſuit. correxit dictum ſuum.
4 ¶Quartò quæritur,† quid iuris circa actum coniugalem,quando in contractu matrimonij incidit conditio ſeruilis ſine errore cõditionis,ita quòd matrimonium tenuit?Et dico vt infrà Seruus,per totum.
5 ¶Quintò quæritur, † quid iuris circa impedimentum voti? Et dico quòd votum non ſolenne caſtitatis matrimonium impedit,ſiue prohibet, ſed non dirimit,vt dictum eſt ti.priore.§.v.ſed ſolẽne,quod ſcilicet comitatur profeſsio expreſſa vel tacita alicuius religionis approbatæ,vel ſuſceptio ordinis ſacri,matrimonium nõ ſolùm impedit,ſed etiam dirimit,ita quòd matrimoniũ nullum eſt:imò incurritur excõmunicatio:vt in clemen.eos. de conſang.& affi.Si tamen hoc fiat poſt profeſsionem in aliqua regula non approbata,vel etiam in regula approbata tertij ordinis beati Dominici vel Franciſci.teneret matrimonium,ſicut dicit Archidiac.

¶Sextò quæritur,†quid iuris de impedimento cognationis carnalis ſeu conſanguinitatis?Ad cuius intellectum hic conſanguinitatis arborem ſtatuo,in qua numeri ſuperiores gradus ſecũdũ canones,inferiores verò ſecũdũ leges ſignificãt. 6

# ARBOR CONSANGVINITATIS.



Arbore autē cōſtituta,cuius intellectus habet̃ ex dicēdis,maximè parti.iiij,dico multa.¶ Primū. Triplex eſt cognatio,ſcilicet carnalis,quæ dicit̃ cōſanguineitas,vel cauſa euphoniæ cōſanguinitas,quæ cōuenientiā in ſanguine importat:ſpiritualis,quæ dicitur compaternitas:& legalis,quæ dicitur adoptio.Cōſanguinitas igit̃ ſecundū S.Th.Pe.de Pal.Ray.Hol. & omnes,eſt vinculū perſonarū ab eodē ſtipite,ſcilicet ꝓximo deſcēdentiū,id eſt,ab eadē ꝑſona carnali propagatione cōtractum:per quod ſcilicet excludit̃ Eua à cōſanguinitate Adæ:nō autem Chriſtus à cōſanguinitate virginis:quia eius propagatio fuit carnalis ex parte virginis. In hac cognatiōe, vt docet arbor,ſunt lineæ,gradus, & ꝑſonæ:ſic quòd in vna cognatione ſunt plures lineæ:in vna linea plures gradus:in vno gradu plures perſonæ.¶Secūdū.Linea cōſanguinitatis dicitur methaphoricè:& ſecundū Pe.de Pal.eſt ordinata collectio perſonarū cōſanguinitate cōiunctarū:& eſt triplex ſecundū S.Th.& communiter doc.Prima aſcēdentium:in qua ſunt pater,auus,proauus,atauus &c.& ſimiliter mater,auia, atauia,&c.Secūda deſcēdentiū:in qua eſt filius,nepos,ꝓnepos,abnepos:& ſimiliter filia,neptis,&c.& hæ duæ lineę realiter ſunt vna,diuerſæ ſolùm in modo cōputādi:incipiēdo ſcilicet à poſterioribus,vt in prima,vel à prioribus,vt in ſecūda Eſt & tertia,quę reſpicit eos,qui ab eodē q̄dē tertiò deſcendūt,ſed nō abinuicē:& dicitur linea collateraliū:in qua ſunt fratres & eorū filij,qui patrueles dicuntur,& filij patruorū? & idē in fœminis. Probātur autē hæc omnia xxxv.q.iiij.c.j.& per totū.ff.de grad.l.j.& l.Iuriſconſultus.¶Tertium.Gradus autē ſecūdū Io.Andr.eſt habitudo quędā diſtantiū perſonarū,qua cognoſcitur quota generationis diſtātia duæ perſonæ diſtāt inter ſe.& colligitur ex c.literis.& c.quod dilectio. de cōſan.Cōputātur autē gradus in linea aſcendentiū & deſcendentiū vniformiter ſecundū leges & canones omiſſa cōputatione Iſido.quæ habetur in di.iiij.& xxv.q.iij.& iiij.& v. quæ nō eſt in vſu:hoc modo.Computandæ ſunt enim perſonæ medię inter eas,& de quibus quęrit̃:& ſi nulla ſit media, ſunt in primo gradu,vt pater & filius deſcēdendo:& filius ac pater aſcēdendo.Si verò ſint aliæ perſonæ mediæ cōputatis eis cū extremis,quot ſunt perſonæ vna minus,tot ſunt gradus:ſicut auus & nepos ſunt in ſecūdo gradu aſcendendo & deſcēdendo:quia ibi ſunt tres perſonæ,duæ extremæ:ſcilicet auus & nepos:& vna media,ſcilicet pater reſpectu vnius, & filius reſpectu alterius:vnde quia remoto vno remanēt duo, nepos & auus ſunt in ſecundo gradu,proauus & pronepos in quarto.Et ratio eſt:quia cum gradus ſit diſtantia,nō eſt eiuſdem ad ſe:vnde pater ſolus nō facit gradum:ſed addito filio cōſtituitur primus gradus ex duabus perſonis:& addito nepote cōſtituitur ſecundus gradus ex tribus,& ſic de alijs. In linea verò collaterali ſiue trāſuerſali,quæ non eſt eorū quorum vnus deſcendit ab alio,ſed eorum,qui deſcendūt à communi principio,aliter cōputantur gradus ſecundū canones, aliter ſecundū leges.de quo Sanct.Tho.in iiij.di.xl.ar.ij. Nā ſecundū canones ſi perſonæ de quibus quęritur,æqualiter diſtāt à cōmuni ſtipite:quoto gradu quęlibet earū diſtat à cōmuni ſtipite,toto gradu diſtāt inter ſe:ſicut duo fratres attinent ſibi in primo gradu:horū filij in ſecūdo:& ſic vlterius. Si verò diſtāt inæqualiter,quoto gradu remotior eorum diſtat à cōmuni ſtipite,toto gradu attinēt ſibi. Vnde ſecūdum Sanct.Thom.ſicut duo fratres attinent ſibi primo gradu:ita filius vnius fratris diſtat à reliquo fratre in ſecundo gradu: quia tantùm diſtat à cōmuni radice.Et intellige quòd etiam ecōtrario frater, qui à communi principio diſtat ſolùm vno gradu,à filio fratris diſtat ſecūdo gradu:quia non poteſt eſſe vicinior alij deſcendenti à communi principio,quàm ipſum principiū,propter quod eſt ei vicinus:licet poſsit eſſe remotior à tali deſcēdēte quàm à communi principio:quia fortè ille alius deſcēdens plus diſtat quàm ipſe:ſicut filius alterius fratris plus quàm alius frater:& ſecundum remotiorē diſtantiam oportet conſanguinitatem computari.Hæc ex illo.Et ſi cōſuetudo patriæ eſſet quòd cōputādo inciperet à propinquiori,illa ſeruāda eſſet,ſecūdū Aſten.propter ſcādalum euitandū:vt in c.quod dilectio.de cōſan.& affi. Quod intellige & limita iuxta ea quę ſuprà Matrimonium.ij.§.iij. Secūdum leges verò aliter cōputantur gradus in linea trāſuerſali:quia ſecūdum eas duo fratres ſunt in ſecūdo gradu:filij duorum fratrum in quarto:nepotes in ſexto.Diuerſitatis autē rationem vide xxxv.q.v.in c.ad ſedē.¶Quartū.Pro maiori notitia prædictorum ſciendum eſt quòd Ioan.Andr.in explanatione prædictæ arboris ſic virtualiter,& colligendo dicit:In arbore conſanguinitatis eſt cellula vacua propter hoc quòd proprium nomen habere non potuit,cùm omnes aliæ exceptis his quæ per genitiuum nominantur,ſumant nomen ab ipſa:& dicitur filius patris,& pater filij,& frater fratris,& ſic de alijs.ſed eam à nomine ſui bidelli Petrutiū vocauit.Supra ipſam & ſub ipſa in recta linea ſunt aliæ cellulæ aſcēdētiū & deſcēdentiū,quę cōpetēter diuiderētur per mediū,vt à latere dextero earū nomina mariū,à ſiniſtro verò nomina ponerentur fœminarū:quia poſiti à latere dextro deſcēdūt à maribus:& ecōuerſo ſcilicet poſiti à ſiniſtro deſcendūt à fœminis.Supra Petrutium ſunt quatuor cellulæ,quæ cōtinēt iſta quæ ſunt pater mater,auus auia, proauus proauia, abauus, abauia:quarū ꝓxima habet punctū vnū duplicatū:ſecūda,2, tertia,3.quarta,4.infra verò Petrutium ſunt ſimiliter cellulæ quatuor:quæ cōtinent iſta,quæ ſunt filius filia,nepos neptis,pronepos proneptis,abnepos abneptis:quarū prima habet vnū punctū duplicatū:& ſic de alijs:vt de aſcēdētibus dictū eſt.Ad cognoſcēdū etiā gradus inter iſtos aſcendētes & deſcēdentes,ſciēdū eſt ꝙ quot ſunt perſonæ,de quibus quæritur,cōputatis intermedijs,vna dēpta,tot ſunt gradus inter eas:ſicut inter abauū & Petrutiū quatuor ſunt gradus,cū ſint quinq; perſonę:& ſimiliter inter ipſum & abnepotē ſunt quatuor:inter abauū aūt & abnepotē ſunt viij.gradus:quia ſunt nouē perſonæ.Nō habet tamē iſte Petrutius totā ſuā cōputationem in arbore:quia quilibet habet duos parentes,iiij. auos,viij.proauos,xvj.abauos:& ſic ſemper aſcendentes duplicantur.Accedendo verò ad collaterales faciendo ſtipitem de patre:indè ex parte dextera deſcendunt cellulæ quatuor continentes iſta,quæ ſunt, frater, fratris filius & filia:fratris nepos & neptis: quarum puncta ſuperius ſunt,j.ij.iij. iiij.ſignificantia gradus eorum, quæ ſunt in cellulis ad Petrutium ſecundum canones:inferius verò ſunt,ij.iij.iiij.v. quæ deſeruiunt legibus. Et hi omnes ſunt collaterales ad Petrutium.Facto verò ſtipite de auo,ab eo deſcēdūt à dextris quatuor cellulæ continentes iſta,quę ſunt,patruus & amita: frater patruelis & ſoror patruelis:horum filius & filia:horum nepos & neptis.quarum puncta ſuperius ſunt,j.ij.iij, iiij.inferius verò,iij.iiij.v.vj. qui ſunt gradus prædictorum ad petrutium ſecundum canones & leges.Facto verò ſtipite de proauo, ſub eo à dextris deſcendunt quatuor cellulæ continentes vt in arbore: quarum puncta ſuperius ſunt,j.ij. iij.iiij.inferius autem ſunt,iiij.v.vj.vij. Facto verò ſtipite de abauo ſimiliter habes iiij.cellulas:& ſuperiora puncta ſunt, iiij. iiij. iiij. iiij. inferius autem ſunt, v.vj.vij.viij. Et ſic habetur vna medietas arboris, per quam intelligitur reliqua. De prædictis autem lateralibus ſunt regulæ.Prima.Secūdum canones collateralium in linea æquali,quoto gradu ā quis diſtat à communi ſtipite,toto diſtāt inter ſe:ſicut Petrutius & pronepos propatrui ſunt in quarto gradu abauo exiſtente ſtipite,à quo vterq; diſtat quarto gradu:ſed ſecūdum leges quoto gradu quis diſtat à cōmuni ſtipite,toto duplicato diſtāt inter ſe.vnde ꝓnepos ꝓpatrui eſt Petrutio attinēs vel diſtās in octauo gradu.Secūda.In linea verò inęquali ſecundū Canones quoto gradu remotior diſtat à cōi ſtipite,toto diſtāt inter ſe:ſicut facto abauo ſtipite Petrutius & filius propatrui,qui ſunt in linea inæquali diſtāt quarto gradu: & ſimiliter omnes deſcendentes vſq; ad lineā æqualitatis:quia Petrutius ab ipſo abauo diſtat quarto gradu:ſed ſecundum leges quot ſunt perſonę collateraliū in linea inæquali, ſtipite dempto,tot ſunt gradus. Vnde Petrutius à ſtipite diſtat quarto gradu,à propatruo quinto,à filio ſexto,à nepote ſeptimo,à pronepote octauo.Ex dictis patet ratio omniū punctorum arboris,& quòd Petrutius cōtrahere nō poteſt cum aliqua de arbore.¶Quintū.Prohibitio matrimonij ratione cōſanguinitatis,quantū ad legē naturæ ſecūdum San.Tho. & Rich.eſt inter patrē & filiam,matrē & filiū,ꝓpter reuerentiam,ne ſit ſocius qui debet eſſe ſubiectus.Geneſ.j.Relinquet homo patrē & matrē,&c.eſt tamen magis contra talē legē quòd filius habeat matrē in tali turpitudine ſubiectā. Vnde quędam bruta horrent coitū cum matre,quādiu apud illa manet cognitio matris,& reuerētia quædam ad ipſam: vt recitat Philoſophus in viij.de Animalibus.de camelo qui coopertā cognouit matrē:& deinde hoc cōperto interfecit ingeniatorē:& de equo qui ob hoc ſe pręcipitauit.Quātū verò ad legē diuinā propter cōcupiſcentiam refrænandā ꝓhibitum eſt matrimoniū in lege Moſaica cum aliquibus ꝑſonis,quæ ſimul habebāt cohabitare:& numerantur Leu.xviij. & in his verſibus continētur:Nata,ſoror,neptis, matertera, fratris & vxor,Et patrui coniunx,mater,priuigna, nouerca, Vxoriſq; ſoror,priuigni nata vtriuſq;,Atq; ſoror patris,coniungi lege vetantur.Pro his nota quòd dictum de vxore fratris,non intelligitur præmortui ſine liberis:quia eā debebat accipere ad ſuſcitandū ſemen defuncto.de diuor.c.fin. Nota etiā quòd ibi prohibētur copulari conſanguinei in primo gradu,& in ſecūdo in linea inæquali conſanguinitatis.quod San.Tho.in iiij.diſt.xl.& Nic.de Ly.Ioſue xv.limitat verum, ne amitā nepos accipiat propter reuerentiā:vel melius ſecūdum San.Tho.quia non ita conſueuit cohabitare:ſed quod patruus accipiat neptē,conceditur:vt patet ibidem:quia frater Caleb accepit eius filiam capta ciuitate.Quomodo autē in his papa diſpenſare poſsit,vide infrà Papa.§.xvij. & xviij. Quantum verò ad ius canonicū olim fuit prohibitū matrimonium vſq; ad ſeptimū gradum:vt in d.c.ad ſedem.ſed ꝓpter cauſas aſsignatas à ſancto Tho.in iiij.diſt.xl.hodie prohibetur ſolùm vſq; ad quartū gradū cōſanguinitatis & affinitatis præciſe.vt in c.nō debet.de cōſang.& affi.Hoc autem Sum.Ang.& Roſ.cū Gofr.dicit verum,etiam in aſcendentibus & deſcēdentibus per lineam rectam:quia cùm,inquit,d. c.nō debet.loquat̃ indiſtinctè,nos diſtinguere nō debemus. Sed cōtrarium eſt verum.primò quia ſi nō licet filiæ cōtrahere cum patre propter reuerentiam:multo minus licet cū auo vel proauo aut abauo:quia ei debetur reuerētia maior, quantò eſt antiquior:ita quòd ſi Adam viueret,ei deberetur ſumma reuerētia.Vnde & ipſe pater eum debet revereri & ei ſubijci,& multo magis filia.Vnde & vulgo pater nō dicitur dominus,ſed auus quādiu viuit.& idem de filio reſpectu auiæ:& ſic de nepotibus.Secundò,quia ius ciuile indiſtinctè prohibet inter tales matrimonium:vt Inſtit.de nup.§. inter eas quoq;.& in l.nuptiæ.ff.de rit.nup.& hoc in infinitū:quod quidem ius nō inuenitur expreſſe correctum:& eſt fundatū ſuper maxima honeſtate:& conſequenter propter generalē canonum diſpoſitionē cōtrariū dicere nō debemus. Et licet Sum. Roſ.dicat quòd corrigitur per d.c.nō debet.tamē nō corrigitur expreſſe:quia nō loquit̃ in ſpecie de iſta linea recta,imò nec implicitè:quia loquitur ſolùm de his,quorū diſpoſitio ſubiacet iuri poſitiuo:nō de linea recta,quæ ſubijcitur iuri naturali quantū ad omnes,ſicut & quātum ad patrē & filiam:vt probatū eſt.Et hāc opinionē tenuit Pet.de Pal. Arch.Sum.Piſ.Hoſt.Ioan.And.Pet.Hug.& Azo.& Richar. quam etiam Pan.in d.c.nō debet.putat veriſsimam.Notandum eſt tamē ſecūdum Hoſt.licet conſanguinitas duret vſq; ad quartū gradū ſolùm quantū ad contrahere matrimoniū, vt quis euitet inceſtū:tamē quantū ad ſucceſsionē hæreditatis durat vſq; ad decimū:vt ſuprà Hæreditas.j.§.ij.partic.iiij. ¶Sextum.Si duo cōtrahāt,quorū alter diſtat à ſtipite quinto gradu,reliquus verò ij.vel iij.tenet matrimoniū ſecūdum omnes:quia tales attinēt ſibi in quinto gradu:& in cōſanguinitate ſemper ſtandum eſt remotiori perſonæ.de cōſang.& affi.c.vlt.Sed ſi reliquus diſtaret ſolùm in primo,Hoſt.eſt in ſingulari opiniōe quod non tenet.extra eod.quod dilectio. vbi ſibi cauit litera,quæ nō fecit mētionem de primo gradu qui immediatè deſcēdit à ſtipite,& cū eo vna caro cenſetur: ſed de ſecūdo & tertio,ſecūdum Dir.& Gof.tenet matrimonium.& ita tene cum Piſ.quia licet ibi nō fiat mētio de primo:quia rariſsimè cōtingit:tamē in regula prędicta,quę ibi probatur,hoc continetur.Ex hoc cōclude cum Panor.in d.c. quod dilectio.quòd impetrās diſpenſationem cōtrahendi in tertio vel quarto gradu cōſanguinitatis,quāuis ex alio latere perſona,cū qua vult cōtrahere,ſit in ſecūdo gradu,& hoc nō exprimatur,nihilo minus valet diſpēſatio:quia quāuis diſpēſatio cōtra ius ſit ſtrictè interpretanda:tamē interpretari quis poteſt ſecundū diſpoſitionē iuris cōmunis,quod vult vt cōputatio fiat à gradu remotiori.A fortiori poterit cum talibus diſpēſare ille,cui generaliter cōceſſa eſt authoritas diſpēſandi in tertio vel quarto gradu.& ſic cōſuluit Io.Cal.vt recitat do.Io.Ant.de ſan.Geor.in d.c. q̄d dilectio.¶†Septi- 7
mò quærit̃,q̄d iuris de impedimēto cognationis ſpiritualis, quę cōmuniter eſt cōpaternitas?Et dico multa.¶Primū.Cognatio ſpiritualis eſt quædā perſonarum proximitas proueniens ex hoc quòd quis cōfert ſacramētū baptiſmi vel confirmationis:ſeu tenet vel ſuſcipit illum,cui tale ſacramentū cōfertur.De qua cognatiōe habetur xxx.q.j.eos.& de cog. ſpi. c.ſi.& de ea.San.Th.in iiij.di.xlij.& quolibet.vj.q.iij.concluſiue ſic dicit:Hæc cognatio eſt vinculū contractū ex ſtatuto eccleſiæ per baptiſmū & cōfirmationē per ſuſcipientē & dantem & tenentē:non autē per plures tenentes adinuicē: quia per accidēs eſt quòd ibi ſint multi,cū ſufficiat vnus:& ex ea cauſatur in viro ſpiritualis affinitas cū qualibet muliere cognita matrimonialiter vel fornicariè:nō tñ contrahitur hæc cognatio inter patrē ſpiritualē & matrē ſpiritualem:& non cōtrahitur in catechiſmo:licet,ſecūdum aliquos,cōtrahatur ibi impedimentū cōtrahēdi tantùm:nec ſimiliter cōtrahitur à nō baptizato,quia ēſt expers vitæ ſpiritualis:ſimiliter nec in pęnitētia:alioquin filius ſacerdotis vxorē nō inueniret in tota parochia.Eſt autē triplex,ſcilicet paternitas,cōpaternitas,& fraternitas:quarū quælibet impedit & dirimit,ſi pręcedat matrimoniū:ſi verò ſequat̃,nō dirimit quidē vinculum matrimonij:ſed tamē quantum ad actum,diſtinguendū eſt: quia ſi inducitur ex neceſsitate:vt quia pater puerū in mortis articulo baptizat:ſic ex neutra parte impedit actū matrimonij.Si verò inducitur extra caſum neceſsitatis,ex ignorantia tamē.tūc eſt eadem ratio,ſi ille,ex cuius actu inducitur,diligentiā adhibuit:ex induſtria autē extra caſum neceſsitatis ille,ex cuius actu inducitur,amittit ius petēdi:ſed tamē redde

rę debet:quia alius ex culpa eius nõ debet incõmodũ reportare.Hæc ex illo.¶Secũdum.Effectus huius cognationis eſt impedire & dirimere matrimoniũ,ſi illud præcedit : ſi verò illud ſequitur,vidẽtur innuere Ber.& Rod.in c.ſi vir.de cog.ſpi.quòd etiã ſi contrahatur ſcienter & ſine neceſsitate,non impedit exactionem,quia nullo iure cauetur. Et idem tenet Card.ibi,quod videtur poſſe dici quando quis ſcit factum,& ignorat ius,& facit ex ſimplicitate.Sed gl. 50.q.j. in c.noſce. & Ioan.And.& do.Ant.in c.ſi vir.de cog.ſpi.& Pet.de Pal.& Hoſti.& Gofr.& Sanct.Tho.tenent quod exigere nõ poteſt is,ex cuius actu ſcienter & ſine neceſsitate cõtrahitur.& hoc tene,quia regulariter omne impedimentum,quod facit matrimoniũ eſſe nullum ſimpliciter,ſi illud præcedat,facit etiã illud eſſe nullum ſecũdum quid,ex parte eius,qui eſt in cauſa,ſi illud ſequatur,inquantum impedit exactionẽ.Et ſi hoc fecit non ad complacendum amico,vel,alia ſimili cauſa,ſed inſidiando matrimonio:vt quia tenuit propriũ filium,vt cõſortem poſſet debito coniugali priuare:primò nõ poteſt exigere,& ſecũdò mortuo cõiuge debet perpetuò ſine ſpe coniugij remanere.xxx.q.j.de eo.& ſi vterq; ſic fecit , ſecundum Hoſtien.neuter debet exigere,& neuter ſubtrahere , id eſt, debet exactus reddere:poteſt tamen ſuper iſta exactiõe epiſcopus diſpenſare:ſecundum Arch.poſt Pet.de Palu.¶Tertium.Sunt autem tres ſpecies huius cognationis,ſecundũ S. Th.& Richar.Prima dicitur paternitas,quæ contrahitur,& eſt inter regeneratũ & regenerãtem,id eſt,miniſtrantem ſacramentum,qui eſt ſicut pater,ſecundum San.Th.& Ric.& tenẽtẽ ad illud,qui eſt ſicut mater,etiã ſi tenẽtes ſint plures: vt in c.quãuis.eod.tit.lib.vj.quod intellige ſi iſti ſunt baptizati:quia ſicut ſacramentorũ,ita & cognationũ per illa contractarũ baptiſmus eſt ianua:vt infra,partic.xij.Secũda dicitur compaternitas,quæ eſt inter regenerantẽ miniſtrãtem, vel tenentem ſeu tenentes,& genitores carnales regenerati. Qui etiam miniſtrãs & tenentes,ſi ſunt coniugati,& matrimoniũ cõſumauerunt,tranſmittunt hanc compaternitatem ad vxores,ſi ſunt viri:aut ad viros ſi ſunt vxores ; ſic quod & hi,ad quos tranſmittitur,ſunt compatres parentũ carnalium ipſius regenerati.extra eo.Martinus.& lib.vj.eo.tit.necdum. & xxx.q.iiij.ſi quis.Secus ſi vxor non eſſet cognita.xxx.q.iiij. poſt vxoris.Vnde ſucceſsiuè poteſt quis habere duas commatres vxores,Licet autẽ vir & vxor cõmunicẽt ſibi iſto modo actiones,ita quòd per actionem vnius alter efficitur compater:non tamẽ communicant ſibi paſsiones:vt not.Panor.in d.c.Martinus.Vnde ſi quis teneat filium conceptum ex altero eorũ,nõ efficitur leuans cõpater vtriuſq;,ſed tantum eius cuius eſt filius,quanuis in matrimonio ſit illi cõiunctus.xxx. q.iiij.qui ſpiritualem.in glo.& in c.j.extra eod.lib.vj. Tertia dicitur fraternitas,quæ eſt inter regeneratum maſculum vel fœminam.& filios regenerantis,miniſtrãtis,vel tenẽtis.xxx. q.iij.pictatium.& eod.tit.ex literis.& hoc ſiue nati ſint ante iſtam compaternitatem,ſiue poſt,eodem ti.c.tua nos. Secus in adoptiuis,ſecundum Innocent.ſecus etiam in filijs, quorum neutro ad compaternitatem deuentum eſt : quia poſſunt inter ſe liberè contrahere:niſi contrarium habeat conſuetudo,quæ ſcandalum generaret : contractum tamen teneret,vt communiter tenetur in ca.vtrum.extra eodem.niſi vt ſuprà Matrimonium.ij.§.iij.Et iſta ſecundum Ioann.de Neapoli in quolib.ix.habent locum,etiam ſi vir aliquem teneat contra voluntatem vxoris vel parentum ipſius leuati: quia quod eſt ex eccleſiæ ſtatuto,non dependet ex voluntate ſubiectorum ſtatuto.¶Quartum.Ad horum autem notitiam quaſi quædam arbor huius cognationis hic ſtatuitur, in qua eſt quaſi truncus baptizatus : & inde procedunt tres rami paternitatis reſpectu baptizati, ſiue compaternitatis ad inuicem:qui ſunt baptizans cum ſua vxore, genitores baptizati,tenentes ad baptiſmum cum ſuis vxoribus. & ab extremis eorum procedunt duo rami fraternitatis,id eſt, filiorum prædictorum, ſcilicet:Inter has perſonas prohibetur matrimoniũ,nõ autem inter alias:quia hæc cognatio nõ habet gradus.& hoc edictũ eſt prohibitoriũ:& conſequenter omnes,qui non excluduntur, admittuntur:nec egreditur perſonas expreſſas,quę,vt patet in c.j.eo.tit.li.vj.ſunt iſtę,Baptizans & leuans:leuans & parentes leuati:leuatus & filij leuantis etiam illegitimè nati,ſecundum communiter Doc.in d. c.Martinus,non autem adoptiui leuatus & vxor prius cognita leuata,vxor prius cognita leuantis,& parentes leuati : ita tamen,vt ibi patet,quòd dicatur de baptizante id , quod de leuante dictum eſt.¶Quintum.Et quod dictum eſt de vxore cognita,dicendũ eſt etiã de muliere cognita fornicariè : ita quòd ad eam leuans aut baptizans transfundit iſtã ſpiritualem cognitionem,ſecundum S.Tho.& gl.ſuper c. ſi quis ex vno cõiugio.xxx.q.iiij.Et horum ratio eſt: quia per fornicarium coitum duorum fit vna caro.Sed Rich. & Pet.de Pal. ſentiunt contrarium.& idem Arch.& Io.And.in c.j.eo.tit.li. vj.in nouel.& Pan.in d.c.Martinus.& hoc ſequitur Sum.Ange.Roſ.& Supp.Sed omnes iſti falluntur ex conſideratione turpitudinis peccati,rationem legis non aſpicientes. Ratio enim quare vir in vxorem aut econtrario cognationem iſtã transfundat,eſt,quia ſunt per connubium vna caro,vt patet per c.ſciſcitatur.xxx.q.iiij.& per c.Martinus.extra eod.ſunt autem vna caro per connubium, non ratione vinculi , quod ſcilicet coniungit animos:ſed ratione copulæ carnalis. Vnde gl.in d.c.ſciſcitatur.& in d.c.Martinus.exponit per connubium,id eſt,per carnalem copulam allegans c. Agatoſa.xxvij.q.ij.vbi hoc expreſſe patet in fi.vbi quædam gloſſula dicit ſuper verbo,copulatione cõiugij,id eſt,carnalis cõmiſtionis,quod etiam patet,quia in matrimonio non fit iſta tranſfuſio ſine copula.Quia igitur hęc ratio legis locum habet in coitu fornicario:qa q adhæret meretrici, vnũ corpus efficitur,oportet ibi etiam habere locum & legem:vt patet ex dicto.Lex.§.xvij.& tanto magis quanto hæc ratio in lege ipſa expreſſa eſt,& non implicita .Et Inno.in cap. Martinus.dicit quòd canones vim conſtituunt in vnione carnali , quantum ad acquirendum ſpiritualem proximitatem.Sed contra inquit,Pet.de Pal.quia cognatio ſpiritualis ortum habens à ſpiritualibus,non transfertur per vinculum carnale temporale,vt eſt in coitu fornicario.Sed dico hoc eſſe falſiſsimũ, maximè quãdo ille trãſitus cauſatur ex voluntate eccleſię,vt hic,etiam ſecũdum ipſum. Vnde nec matrimoniũ cauſat iſtũ tranſitum ratione ſuæ ſpiritualitatis:ſed ratiõe carnalitatis, id eſt,copulę:vt patet ex dictis.Cõtra enĩ,inquit,Supplementum:primò,quia eſt mirabile dictu quòd ex peccato abominabili oriatur ſpiritualis parentela,ſicut ex glacie calor.Sed dico quòd iſte ſermo eſt rudis : quia ex non tali formaliter fit formaliter tale inſtrumentaliter:ſicut vinum frigidum recens potatum calefacit motum ab anima.& corporalis ablutio abluit ſpiritualiter in baptiſmo virtute Spiritus ſancti:& coitus fornicarius inducit affinitatem voluntate eccleſiæ:& ſic in propoſito.Contra,inquit,ſecundò,quia publica meretrix poſsibiliter eſſet ſpiritualis mater & commater omniũ de ciuitate. Sed dico etiã hoc dictum eſſe rude : quia ſi hoc poſſet eſſe per ſe,puta ſi ipſa baptizet aut leuet omnes:quid mirum ſi ita poſsit eſſe per accidens,id eſt,ratione viri ſecũdum naturam.Cõtra,inquit tertiò,quia propter multas fornicationes multa eſſent matrimonia illegitima.Sed dico etiã hoc non eſſe mirum: quia vno inconuenienti dato plura contingunt,primo Phyſic.Alioquin idem argui poſſet de affinitate,quæ etiam per fornicationem inducitur.¶Sextum.Pone quòd vir cognita vxore leuet aliquem : puta Petrum de ſacro fonte,ita quòd vxor efficiatur mater ſpiritualis eius,& deinde mortuo viro vxor tranſiens ad ſecunda vota ex ſecundo marito habeat filiam. Vtrũnne illa filia poterit contrahere cum Petro?Et refert Gemi.in capite primo. de cognaione ſpirituali.lib.vj.do.Anto.tenuiſſe quòd poteſt: nec eſt eius frater ſpiritualis:quia non reperitur iure expreſſum. Sed ipſe Gemi. tenet contrarium: quia ſatis eſt iure expreſſum,ſaltem ſub regula generali,quòd filij duorum compatrum,per quorum alterum deuentum eſt ad compaternitatem,contrahere non poſſunt:vt extra eo.c.primo. Sed quia iſte caſus eſt dubius , ante factum tenendum eſt cum Gemi. quia tutius : ſed poſt , cum domino Anto . quia verius : cum iam talis mulier deſierit eſſe vna caro cum eo, gratia cuius erat commater.& effecta ſit alia. ¶Septimum . Licet is,qui aliquam baptizauit aut tenuit,cùm illa cõtrahere nõ poſsit etiam ſi ſit laicus,vel in minoribus ordinibus,quia filia ſpiritualis eſt,extra eodem . nedum.libr.vj. ſimiliter nec baptizatus ducere poſsit filiam carnalem baptizantis vel tenentis:eodem.cap. fina. tamen pater ſpiritualis contrahere poteſt cum ſorore carnali filij ſpiritualis.xxx.q.iij.c.illud etiam & cum eius filia,& cum eius vxore,& cum filia ſpirituali ſui filij carnalis.xxx.q.iij.illud.quia licet cognatio ſpiritualis à patre in filium tranſeat:non tamen econuerſo. Vnde non habet ramos vel gradus:nec tranſit ad nepotes aut perſonas non expreſſas,vt dictum eſt.¶Octauum. Filij duorum compatrum poſſunt inuicem contrahere,ſiue ante ſiue poſt compaternitatem ſint geniti,excepta ea perſona ſola, per quam compaternitas contracta eſt,quæ nunquam copulari poteſt alicui filiorum ſui patris ſpiritualis.xxx.quæſtione iij . ſuper auibus.extra eo.cap.j.& cap.ſuper eo.niſi conſuetudo eccleſiæ ſcandalum generans aliter haberet:vt d.cap.j.quòd non ſolùm de conſuetudine eccleſiæ proprię,ſed etiam eccleſiæ metropolitanæ,vel aliarum circùm poſitarum intelligendum eſt,ſecundum Rich.vt in d.cap.ſuper eo. Et multo minus copulari poſſunt ſi cognatio iſta contracta eſt per vtrunque:vt quia pater carnalis tenet filiùm patris ſpiritualis, qui prius tenuerat ſuum:quòd fieri licitè poteſt , vt not. Pan in cap.ſuper eo.eo.tit.Et ſic cap.poſt ſuſceptum.xxx.q.iij.quod dicit filios compatris & commatris non poſſe coniungi,quantum ad hoc abrogatum eſt.¶Nonum. Spirituales filij contrahere poſſunt inuicem,& etiam cum adoptiuis:vt no.in c. vnico de cogna.lega.¶Decimum.Secundum Aſten.lib. viij. tit.xviij.inter patrem vel matrem ſpiritualem nulla ſpiritualis cognatio contrahitur.Vnde & ſecundum Inno.vir.& mulier,qui ſimul vnum filium leuauerunt , poſſunt ſimul contrahere.& facit tex.cum glo.xxx.q.iiij.c.fi. Et ſic patet quòd vir & vxor poſſunt ſimul vnum leuare : licet non ſit honeſtum.Et ſi leuent ſimul,cõtrahunt duplicem cognationem, vnam directam per actum proprium , & aliam indirectam per actum alterius:quod non magis inconuenit quàm quòd aliqua mulier alicui ſimul ſit conſanguinea & affinis.¶Vndecimũ.Si plures teneant vnũ in baptiſmo vel cõfirmatione, hoc quidem eſt prohibitum.de conſe.diſt.iiij.non plures. & peccant,niſi excuſet patriæ conſuetudo, ſecundum Io.And. & Arc.in c.quanuis.de cog.ſpi.lib.vj.niſi interueniat diſpenſatio epiſcopi,qui hoc poteſt,ſecundum Do.Io.Ant. de San. Geor.& gl.in d.cap.quanuis tamen cùm omnibus contrahitur cognatio ſpiritualis:vt in d.cap.quanuis.ſcilicet à leuato & genitoribus eius,& baptizante vel confirmante: licet iſti leuantes illam inter ſe non contrahant, ſecundum Innoc.& Hoſtien.vt etiam dictum eſt partic.priore.¶Duodecimum. Si non



Si non baptizatus babtizet aut teneat.Sum.Ang.&Roſ.poſt gl.in c.in baptiſmate.de conſe.di.iiij.diſtinguit,quòd ſi leuet non contrahit ſpiritualem cognationem:quia cùm non poſſit eſſe pater ſuſcepti,per d.in c.in baptiſmate. nõ erit compater:quam tamen contrahit,ſi baptizet:quia eſt pater baptizati:& conſequenter eſt compater. Sed iſta ſunt friuola, & contra Ric.Pe.&S.Tho.dicentes quòd ſiue leuet ſiue baptizet,nullam contrahit huiuſmodi cognationem,& cõtra apertam rationem:quia ſicut nõ poteſt eſſe carnalis cognatus:qui nõdum eſt carnaliter natus ad vitam carnalem : ita nec poteſt etiam cognatus ſpiritualis,qui ad ſpiritualem vitam per baptiſmum non eſt regeneratus.Quod voluit dicere S. Tho.cùm dicit,quia talis eſt expers vitæ ſpiritualis.Si tamen baptizatus teneat filium nõ baptizati,puta Iudæi,ſecũdum Arch.&glo.in c.j.xxx.q.j.contrahit compaternitatem. Vnde baptizans contrahere non poteſt cum patre baptizati ſi conuertatur ad fidem:& ſimiliter ſecundum Arch.ſi alter coniugum eſt baptizatus per eum,non tranſit cognatio ad reliquum.Et idem S.Tho.De hæreticis autem videtur idem dicendum quod de fidelibus & malis:quia cùm ſint baptizati,cum eis eodem modo contrahitur.Baptizatus etiam non confirmatus tenens in confirmatione.non contrahit compaternitatem ſecundũ Sum.Ang.attribuentem etiã Hoſt. Pe. &S.Tho.Sed contrarium tenuit Sum.Roſ.&verius:quia baptizatus eſt capax:& ibi verè percipitur ſacramentum.nec S.Tho.contrarium dicit.¶Tertiumdecimum.Qui leuando puerum tangit quidem,ſed non reſpondet,ne efficiatur patrinus:ſecundum Roden.nihilo minus efficitur patrinus,& contrahit ſpiritualem cognationem:quia reſponſio non eſt de ſubſtantia,ſed tactus ſeu tentio vel leuatio. Et ita tenet Arc.& communiter Summiſtæ,maximè Piſ.& hoc ſi intendit agere vt verus patrinus:id eſt,id quod agit patrinus,etiã ſi non intendat eſſe compater.Et per hoc reſpondetur ad argumentum in hoc faciens dubium:quia ſcilicet in talibus requiritur intentio:quod videtur voluiſſe Pan.in c.ij.extra eo. &verum non eſt in baptizante:vt dicit eſſe caſum extra eo. in c.ſi.vbi baptizans non intendebat contrahere iſtam compaternitatem,quam tamen contraxit:eſt tamen verum in tenente: ſed ſufficit quòd intendat facere quod facit patrinus. Nec obſtat l.conſenſu.& l.in omnibus negotijs.ff.de actio. & obligationi.quia habent veritatem,quando nihil voluntariè fit:hic autem licet iſte nolit eſſe compater, tamen vult baptizare vel tenere:& conſequenter eſt compater:quia volens principale neceſſariò vult acceſſorium,ſcilicet per accidens:vt in l.ſi is qui.ff.commo.Si verò econtrario reſpondeat, ſed non tangat, ſed tangere fingat puerum, ſecundum Veruec.non efficitur patrinus in baptiſmo vel confirmatione.& idem Io.And.in regula,qui per alium.in vj.& idem Archi.in c.j.eo.tit.lib.vj.& facit c.de his.&.c.ad limina. &.c.omnes.&.c.primum.xxx.q.j.Si vero tangat linteum ſolum,ſecundum Arch.in c.quanuis.eo.tit.lib.vj.nihilo minus efficitur cõpater.&idem Hug.&Io.And.&in linteo tenetur puer dum baptizatur.&Gemi.in d.c.quanuis.&Dire.addens quod ſi multi tenent linteum circunquaque,& puer in medio ponitur,ſuſcipiunt eum in linteo,& ſufficit . Et hoc tene:quia ſufficit quod teneant puerum,ſi ſacerdos non tenet:vel ſi tenet vt dum baptizat immergendo tangat immediatè vel mediante ſibi annexo indumento:nec Per.de Pal. dicit oppoſitum,vt imponit illi Sum.Ang.ſed dicit idem.¶Quartumdecimum.Per procuratorem contrahi poteſt compaternitas, ſecundum Mar.& Card.vt recitat Pan.in cap.veniens.extra eod.quia regulariter omnis actus explicari non poteſt per procuratorem,niſi expreſſe prohibeatur à iure:vt l.j.§.vſus.ff.de procu.& in regula,poteſt quis.de reg.iur.in vj.Sed Io.And.in d.regula.poteſt quis.in mercu. tenet contrarium & principale ſuum fundamentum eſt ſuper c.de his.&.c.ad limina.xxx.q.j.vbi videtur requiri actus corporalis. & idem Arch.in c.j.eo.tit.lib.vj.& idem Bal.in l. poſt mortem ff.de adop.vbi abſens non arrogat vel adoptat vel facit huiuſmodi ſolennitates.& idem Bar.in l.Gallus.§.forſitan.ff.de libe.& poſthu.Pan.autem in c.veniens.eo.tit.dicit præceptorem ſuum Card.tenuiſſe opinionem Mar. & ad iura allegata in contrarium dicit quòd loquuntur quando quis per ſe vult iſtam cognationem contrahere.quo caſu requiritur tactus tempore ſacramenti.Sum.Ang.cum Pan.dicit ante contractum matrimonij tenendum eſſe quòd ibi ſit cognatio ſpiritualis:poſt contractum verò tenendum eſt contrarium.Sed quia hoc eſt non determinare veritatem: ideo dic quòd ibi non eſt dicta cognatio:per rationem quæ tangitur ſ. Adoptio.§.ij.Et quod videtur contra de procu.c.ſi.lib.vj.vbi per procuratorem cum ſpirituali mandato matrimonium contrahitur,ſoluitur ſecundum Arch.per id quod not.in c.aqua. de conſe.eccle.vbi epiſcopus committere non poteſt reconciliationem eccleſiæ ſimplici ſacerdoti:& ſic quod perſonæ cohæret,non poteſt per alium adimpleri,ar.c.ſi.de offi.dele. expreſſio autem conſenſus,per quem matrimonium contrahitur,bene poteſt fieri per alium.d.c.ſi.de procu.¶Quintumdecimum. Ipſe autem procurator in prædicto caſu contrahit compaternitatem, ſecundum Io.And.vbi ſ.quia licet non intenderet obligari, tamen re ipſa interuenit:ideoq; etiam extra id,quod agitur,naſcitur obligatio. vt l.ſi is qui.ff. commo.Sed Fed.conſi.xv.tenuit contrarium:quod Pan.verius putat in d.c.vlt.Sum.autem Ang.iterum concordat per ante &poſt factum.Sed dicendum eſt quòd ibi non eſt compaternitas:quia vbi non eſt conſenſus,non naſcitur obligatio.l.in omnibus.& l.conſenſu.ff.de acti.& obli.& ſi interuenit re ipſa,hoc tamen non fuit nomine proprio:&conſequenter nec principale nec acceſſorium voluit. Iura autem quæ allegat Io.And.probant quòd ſepæ aliquid inducitur extra id quod intenditur:ſed loquuntur quando quis habebat animum obligandi ſe:& ſic non deficiebat animus,ſed error in materia:hic autem deficit intentio.& facit quod no. Pet.de Anc.dicens quòd tenens filium vnius,quem credebat filium alterius,cùm quo intendebat contrahere compaternitatem non contrahit compaternitatem.¶Decimumſextum.Vniuerſitas compaternitatem per procuratorem contrahere non poteſt,ſecundum Fed.d.cõſi.xv.vt refert Pan.vbi ſ.quia non habet animã,id eſt,nõ eſt baptizata:& conſequenter nõ capax illius cognationis.pro quo facit c.Romana.§.vniuerſitatem.&.c.ſi ſententia.de ſent.excom.lib.vj.Sed Pan.credit poſſe attentari vt ipſi conſtituentes ſyndicum efficiantur compatres:quia diſpoſitio concepta in vniuerſitate,reſoluitur vt concernat ſingulos de ipſa, ſi actus non cadit in vniuerſitatem,vt res non careat effectu.Et iſte eſt tex.notabilis,qui facit ad multa in d.c.ſi ſententia.&.c.nouerit.&.c.grauem.de ſent.excõ.vbi excommunicantur ſinguli ſtatuentes contra libertatem eccleſiaſticam,licet ſtatuant nomine vniuerſitatis.Sum.autem Ang.diſtinguit rurſus per ante & poſt factũ.Sed tu dic iuxta prędicta quòd fieri nõ poſt nec per procuratorem nec per ſyndicum nec per nuntiũ : vt cõmuniter tenent Canoniſtę.Et licet conſuetudo ſit in cõtrariũ tamen hoc nihil eſt quantum ad ipſam ſpiritualem cognationem: licet hoc valeat quantum ad quandam effigiem compaternitatis,& contractum amicitiæ.¶Decimumſeptimũ. Si baptizatus in neceſsitate per laicum vel mulierem, vel quicumque alius iteratò ſcienter vel ignoranter baptizetur, nulla

ſpiritua



ſpiritualis cognatio in ſecunda baptizatiõe cõtrahitur: quia nec ſacramentũ iteratur in ſe, ſecũdum Archi.in c.presbyteri.§.quod verò.di.lxviij.licet dicatur iterari ꝓpter iteratam verborũ ſolennitatẽ,vel ablutionis aut vnctionis exterioris. Tenuit tamen Tancr.vt recitat gl.in d.§.quod verò.quòd ſi quis millies ordinetur presbyter,tot presbyterales ordines,id eſt,characteres recipit:& idem dicit de baptiſmo:aliter non fieret iniuria ſacramento:vt de conſec.di.iiij. oſtenditur.nec diceretur quis bis baptizari:vt de conſec.diſ.iiij.qui bis.&.c. eos.Item quoties accedit verbum ad elemẽtũ,fit ſacramẽtũ. j.q.j.detrahe.& idem videtur tenere glo.in c.ij.de apoſt.Sed Panor.ibi dicit Goſ.tenere quòd non imprimitur alius character.& idem gloſ.in d.§.quod verò.Sacramento autem fit iniuria non in ſe,ſed quantum eſt ex parte iterantis:nec iteratur in ſe,ſed in aliquo ſui:& accedente verbo ad elementum, fit ſacramentũ,niſi iam ſit factum.¶Decimumoctauum.Leuantes chriſma poſt confirmationem,ſpiritualem cognationem non contrahunt:quia non interfuerunt in actu cõfirmationis,nec leuarũt.¶Decimumnonum.Poſsibile eſt aliquẽ ſucceſsiuè duas habere cõmatres in vxores:vt patet ex dictis. Nam ſi prima tua vxor tenuit filiũ alterius antequam eſſet cognita à te,ea mortua illam aliam poteris habere:nõ autẽ ſi tenuiſſet poſtquam fuit cognita à te:quia es compater illius alterius.Si etiã aliqua mulier tenuit filiũ vxoris tuæ ex alio viro,illa mulier eſt cõmater vxoris tuæ,ſed nõ tua: ſiue tenuerit antequã inter vos eſſet carnalis copula , ſiue poſt: ideoq; potes illã habere.Similiter ſi quis ſuſcipiat filiũ tuũ, quẽ de alia habuiſti,eſt compater tuus,non vxoris tuæ:vnde te mortuo vxor tua poterit illum habere. Et ratio omnium horum eſt cõmunicatio actionum,nõ paſsionũ.de qua ſuprà partic.iij.vnde verſus:Quæ mihi,vel cuius mea natum fonte leuauit:Hæc mea commater,fieri mea nõ valet vxor:Si qua meæ natũ,nõ ex me,fonte leuauit,Hanc poſt facta meæ nõ inde vetabor habere.Ambos cõpatres facit actio,paſsio nũquam.¶Viceſimum.Quæ dicta ſunt de tenẽte ad baptiſmũ erga leuatum & parẽtes eius quo ad cognationem ſpiritualem,intellige etiam de baptizante:& quæ dicta ſunt de baptiſmo quo ad baptizantem & tenentẽ quantum ad cognationem,intellige etiam de confirmante & ad cõfirmationẽ tenentem.¶Octauò quæritur,†quid iuris de impedimento cognationis legalis? Et dico multa.¶Primum.Cognatio legalis ſecundum San.Tho.in iiij.diſt.xlij.eſt quædam proximitas prouenients ex adoptione:intellige perfecta , quæ eſt arrogatio:& imperfecta,quæ eſt ſimplex adoptio.de qua ſuprà Adoptio.Intellige etiam quòd vigorẽ habet iſta cognatio ab inſtitutione eccleſiæ,& nõ à lege ciuili ſolùm,quæ nõ ſufficeret,vt dicit.Eius autẽ effectus eſt impedire matrimonium ſimpliciter vel ad tempus,ſecundũ omnes,& etiam dirimere,ſecundũ cõmuniorẽ opinionem,quæ eſt Sanct.Tho. Richard.Io.de Lig.Panor.& gloſ.in c.vnico.de cog.leg.vbi dicitur quòd adoptione durante nuptiæ conſiſtere non poſſunt.& facit c.j.&.c.per adoptionem.xxx.q.iij.licet Ioã.And. & Spec.teneãt quòd impediat ſolùm.Ratio autẽ huiuſmodi prohibitionis ſecundũ San.Tho.fuit cohabitatio , quæ ſolet eſſe inter tales:quia lex diuina præcipue illas perſonas à matrimonio,quod concupiſcentiã reprimit, excluſit,ſecundum Rabbi Mo.quas neceſſe erat cohabitare,ne ſi ad eas liceret copula,facilis pateret aditus cõcupiſcẽtiæ.¶Secundũ. Huius cognationis ſecũdum San.Tho.& alios Doct.tres ſunt ſpecies.Prima eſt quaſi aſcendentiũ & deſcendẽtium inter adoptantem patrem,& filiũ vel filiã,nepotẽ & neptem,& huiuſmodi adoptatos.adoptato enĩ patre,ſecũdum San.Tho.adoptatur & filij & nepotes,qui ſunt in poteſtate adoptati , quæ indiſtinctè impedit in perpetuum,ſecũdum Pet.de Pal.etiã ſoluta adoptione:quia adoptans cõtrahere non poteſt cum filia adoptata,aut nepte,& huiuſmodi.xxx.q.iij . ita diligere. etiam poſt emancipationem.Inſt.de nup.§.ergo.Inter adoptantẽ tñ & patrem vel matrẽ adoptati nulla cõtrahitur cognatio,ſecũdum San.Th & Pet.Secũda eſt quaſi collateralium inter adoptãtis filiũ naturalem & adoptiuũ,qui impedit quãdiu durat adoptio,ſiue ſunt in poteſtate patris eiuſdẽ: qua ſoluta per mortẽ patris vel emãcipationẽ filij naturalis vel adoptiui non impedit.extra eo.c.vnico.l.qui in adoptionem.ff.de adop.Item inter filios filiorum adoptiuorũ. Inſti. de nup.§.inter eas quoq;.quod limitat Sum.Ang.ſi eorũ patres ſunt arrogati.Sed meliꝰ eſt verũ ſimpliciter,vt infrà particula iiij.Vnde qui vult naturalẽ filiũ tradere filiæ adoptiuæ,emãcipet illum vel illã.xxx.q.iij.per adoptionem.& qui vult adoptare generũ,emancipet filiam.Inſti.de nup.§. inter eas quoq;.& d.c.per adoptionẽ.Tertia eſt quaſi legalis affinitas inter patrem adoptantẽ & vxorẽ filij adoptiui,& inter filium adoptiuũ & vxorem patris adoptantis.& hæc etiam impedit perpetuò etiam poſt emancipationẽ.ff.de ritu nup. l.adoptiuus.& ſimiliter poſt mortẽ patris,vt ibi,etiã ſi ante mortẽ fuiſſet emãcipatus.¶Tertium.Ad horum intelligentiam hic arborem cognationis huius ſtatuo,cuius trũcus vel radix aut centrũ eſt adoptãs cum ſuo coniuge,ſiue ſit maſculus,ſiue fœmina:ex quo procedunt quaſi in formam circuli quatuor rami,quorum duo ad centrum cõparantur in ratione deſcendentium vel quaſi,ſed adinuicem in ratione lateralium,ſcilicet filiorũ naturalium & adoptiuorũ tertius verò, ſcilicet filiorũ adoptati in ratiõe deſcendentium quo ad centrum,ſed in ratiõe collateraliũ quo ad filios naturales.quartus verò in ratiõe affinitatis quo ad cẽtrũ:licet in iſtis requiratur aliqua limitatio,vt infrà eod.§.per totum.quæ omnia patent in hac figura.¶Quartum.Filius adoptatus qui non tranſit in poteſtatem patris adoptantis,cõtrahere poſſet cũ filia naturali & legitima patris adoptãtis,quę eſt in eius poteſtate,ſecundum Hug.xxx.q.iij.in princi.& idem videtur ſentire Inno.ſecundum Panor.in d.c.vnico.& gloſſ.in d.q.iij.§. quod autem.arrogatio verò hoc impedit,cum durat ſolum: ſed Pan.vbi ſuprà,dicit quòd cõmuniter Doct.& Spec.tenẽt quòd non poteſt,quanquam nõ tranſeat in poteſtatem adoptantis:quia per adoptionem acquirũtur quædam iura , quæ per emancipationem diſſoluũtur.l.pen.C.de adop.ſicut adoptiuo tali datur ſucceſsio ab inteſtato,quæ non datur emãcipato,vt ibi:& ius canonicum indiſtinctè tenet & loquitur de adoptato,ſcilicet in genere,& non diſtinguẽdo de arrogato & ſimpliciter adoptato.Et ex his infert Sum.Ang.quòd etiã filius illegitimus,qui nõ eſt in poteſtate patris cõtrahere nõ poteſt cum filia adoptiua patris.de quo infrà partic.viij . Sed opin.j.ſcilicet Hug.& gl.eſt vera ſecundum mentem Sancti Tho.& Pe.de Pal.& cõmuniter Theologorũ:quia licet per adoptionem acquirãtur aliqua iura,illa tamen non ſunt ratio prohibitionis matrimonij.Licet etiã ius canonicum non diſtinguat,diſtinguit tamen ratio iuris,quæ eſt cohabitatio. ¶Quintum.Filius naturalis arrogantis contrahere poteſt cum filia filiæ arrogatæ ſecundum Aſten.quia cum mulier neminẽ habeat in ſua poteſtate:filia arrogatæ mulieris trãſire nõ poteſt in poteſtatem arrogãtis matrem:ideoq; nulla cognatio orta eſt inter arrogãtem & filiam arrogatę.ff.de adoptio.l.ſi pater.Non poſſet tamẽ talis filius naturalis contrahere cum filia viri arrogati à ſuo patre,ſi habeat eam in ſua poteſtate quãdo fuit arrogatus.& idem Hoſt.¶Sextum. Filij adoptiui inter ſe poſſunt contrahere ſecundum Aſtẽ.& Veruec.ſicut notat Hug.xxx.q.iij,ita.ſicut etiã & ſpirituales

filij




ſilij alicuius poſſunt inter ſe contrahere:& etiam ſpirituales cum adoptiuis:per gloſſ.in dicto c.vnico.quia hoc non inuenitur prohibitū.quod etiam indiſtinctè videtur tenere Bern. Sed Hoſt.diſtinguit inter arrogatos & adoptatos:quia inter omnes exiſtentes in poteſtate alicuius adoptātis nuptiæ prohibētur vſq; ad gradum per legem prohibitum. Vnde inter duos arrogatos ab eodem cōtrahi non poteſt:ſed inter duos adoptatos poteſt. Primum autē ſequitur Archi.& eſt verius: quia,vt innuit Sanctus Thom.non eſt minor,ſed maior cognatio inter filios ſpirituales,qui contrahere poſſunt,quàm inter adoptiuos.¶Septimum.Si adoptiuus durante adoptione contrahat de facto cum filia legitima adoptantis : quidā dicūt quòd matrimonium non diſſoluetur,eo quòd impedimentum ſit temporale,vt notat gloſ.in dicto c.vnico. cuius opinionis eſt Innocent.vt refert Panorm.ibi,ſed contrarium tenet,quam etiam dicit communem:& idem Spe.quia licet illud impedimentū ſit temporale ſecūdum ſe:inducit tamē perpetuum effectum.& ponit exemplum in gl.ibi:quia aliquis hodie cum iſta cōiugata cōtrahere non poteſt,cum qua mortuo viro poterit die craſtina contrahere.¶Octauum.Filius adoptiuus ſecundum Panor.vbi ſuprà , contrahere non poteſt cum filia illegitima patris adoptiui:vt quemadmodū filius illegitimus non poteſt contrahere cum ſorore carnali illegitima vel alia conſanguinea:ita nec cum filia adoptiua, ſicut etiam nec cum ſpirituali. Et hoc ſequitur Sum.Ang.dicens quòd illegitimus filius,etiā ſi nō ſit in poteſtate patris, contrahere nō poteſt cum filia adoptiua. Sed Sum.Roſel.innititur Aſten.& tenet contrarium:quia filius illegitimus nō eſt in poteſtate patris. Et hæc opinio tenēda eſt contra Ang. & Panorm.ſicut tenet Hoſtien.Innocent.& gloſ.in c.vnico. de cogna.leg.& Veruec.& Richard.& Ioan.de Plat.& Ang. Aret.& Aſtē.& Archi.tertia parte tit.j.cap.xiij.& Piſa. Non poteſt tamen filius illegitimus contrahere cū filia ſpirituali ſui patris,ſecundum Richar.& Aſten.quia hic maior eſt vis.

¶Nonò quæritur,† quid iuris de impedimento criminis impedientis & dirimentis? Et dico quòd cùm illa crimina ſint tria,ſcilicet adulterium cum homicidio : adulterium cum fide data de contrahendo:& contractus de præſenti cum ſecundo coniuge viuente primo:vt patet per Sanctum Tho. in.iij.diſtin xxxv.& diſtinct.xxxij.q.ij.art.ij.circa hoc dicenda ſunt multa.¶Primum.Crimen primum eſt adulterium cum homicidio effectualiter machinato. ſecundum Sanctū Thom.vt ſi vir occidit virum eius cum qua adulteratur,vel propriam vxorem vt habeat adulteram:vel econtrario,vxor occidit vxorem eius cum quo adulteratur,vel proprium virum,vt adulterum habeat. Hoc autem quidam,vt Innocen. & Hoſtien.intelligunt ſi ſequatur homicidium,licet adulterium non prçceſſerit.extra de conuer.infide.laudabilem.vbi nihil dicitur de adulterina pollutione.quidam verò,vt Goff. dicunt neceſſariò requiri pollutionem. Sanctus Thom.verò in locis ſuprà dictis aliquando innuit quòd ſic, aliquando quòd non:ſed veritas eſt quòd ſi ambo adulteri machinati ſunt in mortem,ſufficit mors ſine adulterio , ſicut de facto fuit in caſu dicti capitis,laudabilem.etiam ſi alter machinantium ſit infidelis:nihilo minus dirimetur , ſi conuertatur,vt ibidem,etiam ſi eo animo factum eſt vt cōuerteretur:ſecundum Richard.Si verò alter tantùm machinatus eſt:tunc ad dirimendum requiritur pollutio:vt not.Ioann. Andr. & ſequitur Panorm.in cap.ſuper hoc.eod.ti.Si verò homicidium non interuenit actu,non ſufficit adulterium ſolum:vt not. Ioan.And.ibidem.& eſt text.in cap.ſignificaſti.de eo qui duxit in matrim.¶Secundum.Si verò interfecit quidem alterum,ſed non ea intentione vt alterum haberet in coniugem, ſed ob aliam cauſam,puta in bello vel caſu , aut odio [illegible] non erit impedimentum,ſecundum Bern.& Hoſtiē.in dicto cap.ſuper eo.& in d.cap.laudabilem.vnde dicit Sanc.Thom. in iiij.vbi ſuprà.j.diſtinct.xxxvij. quòd vxoricidium aliquando impedit , & non dirimit : vt quando vir vxorem occidit



propter adulterium vel odium:quandoque verò etiam dirimit,vt cùm occidit vt ducat eam cùm qua mœchatur : quia tunc efficitur perſona ſimpliciter illegitima ad contrahendum cum illa:non autem reſpectu aliarū mulierum.¶Tertium.Si homicidium mandauit vel conſuluit:dic per omnia vt ſ.ſecundum Veruec.& Hug.ita quòd idem eſt ac ſi interfeciſſet.Si verò nihil horum fecit,ſed ratum habuit : dicendum eſt quòd ſi nihil operatus eſt vt occideretur , ratihabitio non inducit hoc impedimentum:ſiue ſit factum homicidium nomine ſuo,ſiue non,ſecundum gl.in c.ſi quis viuente. xxxj.q.j.& gl.in c.j.de conuerſi.infi.& Vin.&Io.And.& Lau. & Ber.& Pan.in d.c.j.licet aliàs in maleficijs ratihabitio retro trahatur,& comparetur mandato. ¶Quartum. Secundum crimen eſt quando viuente coniuge de facto contrahitur cum alio:& tertium eſt ſi non contrahitur de facto : ſed tamen datur fides de contrahendo vel iuramentum:vt extra de eo qui dux.in ma.c.ſi.& xxxj.q.j.relatū . Sed ad hoc quòd iſtorum duorum criminum quodlibet matrimonium dirimat,requiritur primò quòd vterq; ſciat impedimentum,ſecundum S.Tho.id eſt, quilibet eorum ſciat reliquum habere coniugem:quia alter ſi ignorat, poterit eſſe matrimoniū inter eos poſt mortem cōiugis:vt eſt caſus:in c.j.eo.tit.quod Pan.limitat ſi ſuperinducta fuit ignorans toto tempore vitę vxoris:aliàs ſi de hoc certiorata coëat,dirimetur.d.c.ſi.& dicitur ignorans quandiu non habuit certitudinem vel probabilem opinionem:vt in c.inquiſitioni.de ſent.excom.Secundò requiritur quòd interuenerit contractus per verba de prę ſenti,vel ſit data fides de contrahendo,vel iuramentum:aliter non impediret,etiam ſi interueniſſet copula : vt dictum eſt ſ.parti.j.Quæ fides,ſecundum aliquos,vt recitat Rich.in iiij.di.xxxv.non eſt nuda promiſſio,quæ,vt dicunt,non impediret:ſed ipſe dicit ſe credere quòd ex nuda promiſſione oritur hoc impedimentum.& hoc tene:quia ſecundum vſum communem loquendi dat fidem qui ſpondet vel promittit:nec differt dicere,promitto,& do fidem: cùm ſecundum nihil realiter addat primo. Vnde qui promiſerunt,conſueuerunt dicere ſe fidem dediſſe. Iſta autem promiſſio eſt deſponſatio de futuro. Tertiò requiritur ſecundum S.Tho.quòd in vtroque crimine interuenerit carnalis pollutio,ſcilicet ante vel poſt contractum,aut fidem datam:quia nec adulterium ſine vllo illorum,nec vnum vel vtrunque illorum ſine adulterio dirimeret:vt in d.c.ſignificaſti.& xxxj.q.j. c.j . Quartò requiritur ſecundum S. Tho : quòd primum matrimonium fuerit validum:alioquin non impediet etiam cum pollutione:vt in d.c.ſignificaſti. Sufficit etiam ſi primum fuit ratum, id eſt,per verba de præſenti contractum,licet non conſummatum:etiam ſi eſſet ſeparatum quo ad thorum : vt in c.ſignificauit.& in c.literarum.eo.tit.¶Quintum.Si quis viuente vxore dedit fidem alteri ſecundæ:ſine copula tamen , & deinde mortua vxore accepit tertiam , qua viuente cognouit ſecundam,cui primò dederat fidem. ſecundum Io.And. in c.ſi quis.eod.tit.non poterit mortua tertia habere ſecundam:quia verum eſt, dicere quòd fidem dedit & cognouit ſtante legitimo matrimonio , ſcilicet primo vel ſecundo quod fuit cum tertia:nec matrimonium intermedium remouet impedimentum.facit l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.& in c.in [illegible] xxviij.q.j.Sed Gaſp.Cald.tenet contrarium.& ſequitur [illegible] in d.c.ſi quis.quia contrahendo cum ſecunda videtur receſſiſſe à data fide : & conſequenter nunc reperitur adulterium ſolum,quod non impedit:vt in d. c . ſignificaſti. [illegible] autem Ang.diſtinguit per ante & poſt factum : ſed tu [illegible] tene opinionem ſecundam cum Roſel.quia iura [illegible] impedimentum induxerunt , ne ſpe contrahendi ſequeretur machinatio in mortem.quod hic ceſſat. Et mortua ſecunda poterit contrahere cum tertia,non obſtante adulterio ſolo immediatè remanente. per c.ſignificaſti.cùm alijs. de eo qui du.in ma.quam pol.per ad.& ita tenuit Io.de Lig. in cap.ſi quis.eo.tit.¶Sextum. Si vxoratus det fidem Bertæ. quòd ſi conſentiat,poſt mortem vxoris accipiet illam quam Blancha conſanguinea ipſius Bertæ conſulet : & Blancha cōſuluit quòd accipiet Bertam:ſecundum Aſten.diſtinguendum eſt. Nam ſi Berta,aut is qui dedit fidem , probabiliter credebat quòd conſuleret de Berta:non poterit eſſe matrimonium:quia eſt in fraudem. Si verò ille aut illa hoc non exiſtimabat,poterit habere Bertam. Et intellige ſi non exiſtimabant ambo:quia vno ſolo exiſtimante dirimitur,ſi ambo ſciebant impedimentum.¶Septimum.Si quis verò viuente vxore de facto contrahit cum alia ſecunda , intellige ſine coitu:& mortua vxore contrahat cum tertia,ſecundum glo. à Doc.communiter probatam in capite primo. eodem titu. poterit ſtare cum tertia,ſi contraxit cum ea antequam expreſsè vel tacitè conſentiret çum ſecunda : quia matrimonium illud nullum erat,etiam ſi illa fuiſſet ignorans viuente prima:ante tamen quàm contrahat cum tertia compellendus eſſet contrahere cum ſecunda,ſi illa ignorauit illum habuiſſe vxorem:ipſa verò non eſt compellenda.& idem Hoſ. ¶Octauum.Si quis autem viuente vxore contraxit de facto cum ſecūda adultera:cùm qua ſcilicet polluitur. diſtinguendum eſt:vt patet ex dictis. Nam ſi illa ſciuit quòd habebat aliam quando eam duxit vel alio tempore , non poterit eſſe in iſto matrimonium. Sed ſi vſque ad mortem primæ hoc neſciuit,& ea mortua hoc ſcit:in poteſtate ignorantis eſt ratificare matrimonium,aut diuortium petere.extra eo.c.j.& cap.veniens.niſi prima viuente facta ſit conſcia , & conſenſerit in copulam:quia matrimonium perpetuò impediretur, arg.de præſcri.cap.ſi.in ſi.& cap.pen.in fin.xxxiiij.q.ij.ſi virgo.de ſecun.nup.dominus.vel niſi mortua prima poſtea quā ſenſit,conſenſerit in copulam : quia diuortium petere non poteri.arg.de coniug.ſer.cap.propoſuit.& cap.ſi. Et ſi in caſu quo iſta adultera contraxit ignoranter , mortua prima contrahat cum tertia,ſecundum Hoſt.& Goſ.manebit cum tertia,etiam ſi poſtea cognoſcat ſecundam: vt dicto capite, veniens.quia prima viuente conſenſus habitus cum ſecunda fuit nullus : & conſequenter non impediuit matrimonium cum tertia. Et ſi ſecundam cognouit antequam duceret tertiam:nihilo minus ſtabit cum tertia,ſecundum Hoſt.arg.de coniug.ſer.propoſuit.&.c.ſi.&.c.bonæ memoriæ.de elec. Et ſi ſecunda agat contra eum,& durāte iudicio contrahit cum alia,ſecundum Aſten.tertia erit vxor:quia ſecunda non cenſetur vxor,niſi ex nouo conſenſu.d.c.veniens . ¶Nonum. Et ſi priore vxore viuente quis contraxerit & concubuerit cum pluribus inſcijs:ſecundum Hoſt.locus eſt gratificationi:quia quācunque certificatam de morte prioris primò cognouerit poſt mortem legitimæ,illam tenebit.d.c.veniens.&idem Dir.Dicitur autem inſcia ſiue ignorans,ſecundum Hoſtien. quando habet iuſtam cauſam ignorandi:vt quia vir de remotis adueniens aſſerebat ſe vxorem non habere:de ſpon.cùm in apoſtolica.& filij interim nati ſunt legitimi, ſi ſecundum matrimonium contractum fuit in faciem eccleſiæ, non autem ,ſi clam. Adulterium enim non committitur ſine dolo. ff.ad l.Iuliam.de adulter.l.pe.xxxiiij.q.ij.in lectum. ¶Decimum.Si autem habens vxorem adulteretur cum Berta,&dicat,Si vxorem non haberem,acciperem te:& poſtea interficit vxorem,non tamen eo propoſito,vt Bertam acciperet:dicit Gaſ.Cald.& recitat do.Anto.de Sanc.Geor. in dicto cap. ſuper hoc . quòd poterit Bertam accipere in vxorem : quia

hic

hic non eſt fidei datio per verba præmiſſa:nec homicidium eſt factum eo propoſito, nec adulterium cum dicta machinatione.Card.autem hoc reprobat,dicens quòd non tenetur matrimonium:quia quando adulterium interuenit , non attenditur an machinatio interuenerit ex propoſito habendi eam nécne.Sum.autem Ange.diſtinguit per ante & poſt factum:ſed tu dic quòd prima opinio ſimpliciter eſtvera,& ſecundum mentem Sancti Thomæ:nec eſt hic aliquod trium

10 prædictorum criminum,vt patet.¶Decimò quæritur,†quid iuris de impedimento diſparitatis cultus : puta cùm fidelis contrahit cum infideli,puta Iudæo, vel Pagano ? Et dico multa.¶Primum.Inter infideles poteſt eſſe matrimonium: vt patet in c.gaudemus.dè diuor.etiam ſi ſint diſpares cultu: niſi prohibeantur aliquo iure poſitiuo,ſecundum Arch.poſt Sanctum Thomam,vt Saraceni cum Tartaris.quod S.Tho. intelligit ſecundum quod matrimonium eſt in officium, non ſecundum quod eſt ſacramentum: vel ſecundum quod eſt ordinatum ad prolem ſecundum perfectionem naturæ: non autem ſecundum perfectionem gratię.vnde eſt quidem inter eos matrimonium:ſed non eſt perfectum. ¶Secundum.Matrimonium infidelium eſt nullum , ſi contractum ſit contra legemDei,id eſt,in gradibus prohibitis Leui.xviij. vel contra legem naturæ,ſecundum S.Tho.& omnes: ſimiliter ſi ſit contra aliquod eorum ſtatutum matrimonium annullans:quia ſecundum Pet.in iiij.diſt.lix.licet talia ſtatuta nihil poſsint contra matrimonium vt eſt ſacramentum : ſecus inquantum eſt fœdus humanum . & concordat mens S. Tho.Vnde ſi tales conuerterentur , oporteret eos de nouo contrahere.¶Tertium.Nullus etiam fidelis,id eſt, baptizatus,contrahere poteſt cum infideli,id eſt,non baptizato,puta Iudæo vel pagano,vel etiam catechumeno credente omnes articulos fidei: alioquin matrimonium nullum eſt xxviij.q.iij.§.ex his.&q.j.caue.&.c.cùm non oportet.Ex magna tamen cauſa poteſt papa in hoc diſpenſare,ſecundum Gaſp. quia hæc prohibitio eſt iuris poſitiui:licet Card.teneat oppoſitum.Sponſalia verò ſub conditione ſi conuertantur , bene valent ſecundum omnes:vt d.c caue. & ſeq . Similiter tenet matrimonium cum hæretico vel ſchiſmatico baptizato, ſecundum communiter Doc.licet peccet contrahens cum tali.Vnde S.Tho. dicit quòd hoc impedimentum non dicitur diſparitatis fidei , ſed cultus , qui ſcilicet reſpicit exterius ſeruitium.Vnde requiritur paritas quantum ad fidei ſacramentum,id eſt,baptiſmum.Vnde etiam ſecundum Rayn.ſi alter coniugum labatur in infidelitatem,reliquus contrahere non poteſt,ſiue interuenerit copula ſiue non:quia in vtroque caſu fidelis tenetur continere:ar.in c quæſiuit.de diuor. & in c.quanto.eodem.¶Quartum . Actus matrimonialis in infidelibus excuſatur,nec eſt peccatum,ſecundum S.Thom. ſi debitum reddatur propter bonum prolis aut fidei,qua tenetur coniunx coniugi:cùm ſit actus iuſtitiæ, & temperantiæ,& in huiuſmodi delectabilibus actibus debitas circunſtantias obſeruat.¶Quintum . Conuerſio alterius coniugis ad fidem.ſecundum S.Tho . vinculum matrimonij non ſoluit:quia fides non ſoluit,ſed perficit matrimonium:ſoluitur tamen aliquando cohabitatio & ſolutio debiti:in quo pari paſſu currunt infidelitas & adulterium : quia vtrunque eſt contra bonum prolis .Igitur ſicut coniunx cùm adultera manere poteſt ſub ſpe correctionis, licet ad hoc non teneatur: non autem cum obſtinata in adulterio, vt dicitur in iiij.diſt. xxxv.ita manere poteſt cum infideli ſub ſpe correctionis,licet non teneatur:& bene facit commanendo iuxta conſilium Apoſtoli,j.Corin.vij.non tamen poteſt ei commanere, ſi eum viderit obſtinatum . Ex quo infert Sanctus Thomas virtualiter quòd in primitiua eccleſia poterat coniunx ſub hac probabili ſpe conuerſionis cohabitare coniugi infideli tam Gentili quàm Iudæo:etiam ſi conuerſionem non ſpondebant:quòd vtrique paſsim ad fidem intrabant:& probabiliter poterat ſperari conuerſio:& ſimiliter cum infideli Gentili,ſed non cum Iudæo:niſi conuerſionem promitteret tempore martyrum & Conſtantini : quia tunc adhuc gentes intrabant,& Iudæi erant obſtinati:nunc autem cum neutro,niſi velint conuerti:quia vtrique obſtinati ſunt.¶Sextum.Coniunx infidelis ad fidem conuerſus reliquo in infidelitate remanente,licet non teneatur ei commanere:tamen cùm alio contrahere non poteſt,niſi in tribus caſibus. Primò, ſi nolit infidelis cohabitare fideli:& ſecundò,ſi velit cohabitare,ſed non ſine iniuria creatoris vel peccato:tertiò, ſi trahere nititur ad infidelitatem.Sed circa hos caſus,quos ponit Arch.& Rich.in iiij.& Pan.in c.quanto.de diuor.eſt ſciendum primò quòd S.Tho.non ponit niſi ſecundum : ſed ille includit primum & tertium:& ad ipſum , ſecundum aliquos, reducitur quartus,ſi trahere nititur ad aliud vitium quàm ad infidelitatem,aut generaliter ad aliquod mortale . & videtur velle Innocenti. in capite,quæſiuit.de diuortijs . & in capite,j.de adulter.licet glo.in c.vxorem.xxviij.q.j. teneat contrarium, & verum dicit Innocentius:quia ſecundum Pan.in d.c.quæſiuit.etiam fidelis vir quando compeſci non poteſt ab illa inſolentia,poterit fieri ſeparatio:quia eſt quędam præſumptio infidelitatis.Sciendum eſt ſecundò quòd ſecundum aliquos in quolibet horum caſuum ſoluitur vinculum matrimonij, etiam antequam aliud vel cùm alio contrahatur:&tamen ſi ante contractum ſecundi matrimonij conuertatur reliquus coniunx,tenetur primò conuerſus illum recipere: quia manet vinculum ſponſalium,& ſi non matrimonij.Quam opinionem tenuit Richar.vt recitat Archid,& videtur tenuiſſe Panor.in dicto capite,quanto.de diuor . dicens quòd occurrente aliquo illorum caſuum , eo ipſo matrimonium ſoluitur:& poteſt fidelis contrahere:nec oportet iudicem ſtatuere tempus,ſed ſufficit hoc clare perpendi. Et hoc ſequitur Summa Angel.Sed opinio Sancti Thomæ eſt quòd per peccatum coniugis infidelis reliquus abſoluatur à ſeruitute,qua contrahere non poterat alio viuente: ſed deinde per ſecundum matrimonium contractum in fide Chriſti, tanquam per firmius,ſoluitur primum:ita quòd culpa illa dat ei licentiam nubendi,&conſequenter frangendi primum vinculum. Et iſta eſt veritas:cuius ſignum eſt , quòd ſi antequam contrahatur ſecundum matrimonium infidelis conuertatur,reliquus tenetur illum recipere:quod non eſt virtute ſponſalium,vt dicit prima opinio: alioquin oporteret quòd nouiter contraherent. quod nullus dicit : & hoc eſt quia ſtat vinculum.¶Septimum.Et ſi infidelis conuerſus plures habeat vxores,quæ omnes conuertantur,ſecundum Sanc.Tho.& alios, illa,cùm qua primò contraxit,eſt vxor eius,& cum ea ſtabit: non autem alia:quia hoc fuit contra legem naturæ.Et ſi prima conuerti noluerit , non propter hoc eſt matrimonium cum aliqua aliarum,ſed cum vna earum contrahere poterit , iuxta prædicta . Et ſi ſimul duas accepiſſet , neutra eſt vxor:niſi altera habuit impedimentum dirimens : quia reliqua tunc eſſet vxor.de diuor.gaudemus.Et ſi repudiata prima aliam duxiſſet,ſecundum Sanctum Thomam idem eſt quod de eo,qui plures habebat:& tenetur primam , quam repudiauerat,accipere,ſi conuerti voluerit,& aliam abijcere:quia repudium eſt contra legem naturæ.Et ſecundum [illegible] in d.cap.gaudemus.non poterit repudiare.nec ob fornicationem abijcere:ſed tenetur eam recipere , ſi vult cohabitare ſine peccato:aut ſaltem continere.¶Octauum.Vir ad fidem

Cõ-



conuerſus,ſecundum S.Tho.non debet emittere votum continentiæ ſi maneat ſpes de conuerſione vxoris:quia vxor difficilius conuerteretur ſic ſe eſſe priuatam ſciens:ſi verò non ſit ſpes,poteſt ad ſacros ordines vel ad religionem accedere prius ea requiſita vt conuertatur:quę ſi poſt ſacrorum ordinum ſuſceptionem conuertatur, non eſt ſibi reddendus vir ſuus: ſed ſibi hoc imputet in pœnam tardæ conuerſionis. Hæc ex ſilio.Sed intellige quòd etiam extante ſpe ſi votum emitteret,teneretur ad illud:vt patet ex dictis.¶Nonum.Si autem vterq; coniunx conuertatur ad fidem,ratificatur matrimonium,& abinuicem ſeparari non poſſunt , etiam ſi contraxiſſent in gradibus prohibitis eccleſiaſtico ſtatuto , ſecundum Arch.poſt Ric.Secus ſi contraxiſſent contra prohibitionem diuinæ aut naturalis legis , aut humanæ talem contractum annullantis:quia tale matrimonium nullum eſſet . ¶Decimum.Si alter tantùm coniugum conuertatur,ſecundum S. Tho.ſi proles peruenit iam ad ætatem perfectam liberè ſequi poterit parentem quem voluerit:ſi autem eſt in ætate minori,debet dari fideli,non obſtante quòd indigeat matris obſequio ad educationem.Probatur etiam in c.ex literis.de cõuer.infi.de.¶Vndecimum.Mulier conuerſa ad fidem gaudet priuilegio dotium,vt per multa probat Pan.in c.placet. de diuor.¶Vndecimò quæritur,†quid iuris de impedimento,quod dicitur vis ſeu violentia vel coactio?Et dico multa. ¶Primum.Secundum S.Tho.in iiij.di.xxix. duplex eſt coactio ſeu violentia,de qua etiam in l.j.ff.quod met.cau.vna faciens neceſsitatem abſolutam,quæ & dicitur à Philoſopho violentum ſimpliciter:vt cùm quis aliũ corporaliter impellit ad motum.alia faciens neceſsitatem conditionatam,quæ dicitur violentum miſtum, licet ſit ibi voluntarium ſimpliciter,vt j.& fit ex hoc quòd timetur aliquod periculum imminens.vnde eſt idem quod metus,qui voluntatem quodammodo cogit.Prima non cadit in conſenſum,ſed in corporalibus:puta ad copulã.Secunda verò cadit in conſenſum.vnde aliquis conſenſus eſt coactus,ſcilicet conditionatè . Et quia legiſlator non conſiderat ſolùm interiores actus,ſed magis exteriores:ideo per vim intellige coactionem ſimpliciter: propter quod vim contra metum diuidit.Sed nunc agitur de conſenſu interiori,in quem non cadit coactio ſeu vis,quæ à metu diſtinguitur:ideo in propoſito idem eſt coactio quod metus:qui ſecundum iuriſperitos,eſt inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis trepidatio. Vide j.Metus in prin. ¶Secundum.Coactio abſoluta , ſecundum omnes , matrimonium, tollit,ſicut & conſenſum,etiam ex parte cogentis: quia eius conſenſus ſolus non ſufficit ad matrimonium.Vnde eo caſu quo copula matrimonium facit,ſic coacta non facit.ar.diſt. 90.presbyteros.de ſpon.veniens.el ij.xxxj.q.ij.c.j.& ij. Coactio verò conditionata,id eſt,metus,ſi ſit metus iuſtus , id eſt,cadens in conſtantem virum,iuxta dicenda j . Metus.§.j. ſimiliter matrimonium tollit.extra eo.perlatum.&.c.ad audientiam.& extra de ſpon.veniens.el ij . Et hoc etiam ſi iſte metus non inferatur contrahere debenti, ſed filijs aut filiabus,& huiuſmodi,ſecundum Rich.Si verò ſit metus minor: non tollitur matrimonium,ſed tenet.ff.eo.l.neq; timorem. ¶Tertium.Conſenſus ſiue metus iuſtus,vt recitat S.Tho.ſecundum aliquos tollit matrimonium quantum ad eccleſiam,quæ præſumit ibi non fuiſſe conſenſum interiorem:non autem quantum ad Deum.Sed hoc,inquit,nihil eſt: quia eccleſia non debet de aliquo præſumere peccatum antequam probetur:peccat autem qui dicit ſe conſentire , & non conſentit.Et ideo dicendum eſt, ſecundum eum & alios ,quòd tollit quo ad iudicium Dei & eccleſiæ , qui nolunt tacite eſſe ligatum,etiam ſi adſit conſenſus interior , in quo per metum iuſtum multùm minuitur de voluntario.Quod quidem metus facit& ex conſtitutione eccleſię,quæ inſtituere potuit vt perſona coacta durante coactione illegitima ſit ad contrahendum:& ex ſua natura inquantum tollit conſenſum.quod verum intelligo quantum ad coactionem abſolutam,non quantum ad conditionatam vel metum : quia ibi eſt voluntarium ſimpliciter cum inuoluntario ſecundum quid.Circa prædicta tamen ſciendum eſt quòd opinio communis doct.vt recitat Pan.in c.cum locum.de ſpon.eſt quòd matrimonium contractum metu iuſto,ipſo iure nullum eſt. Sed Card.in c.Abbas.quod met.cau.dicit quòd mero iure tenet.licet veniat reſcindendum actione quod met.cau.per regulam generalem,ſcilicet quia omnia facta per metum tenent.Sed iſta opinio eſt falſa:quia ſi tenet,eſt verum matrimonium:& conſequenter diſſolui non poteſt, niſi eo modo quo ſ.Diuortium,per totum ferè. Vnde Pan . tenet opinionem communem:pro qua videtur tex.apertus in c.ſignificauit,de eo qui du.in ma.vbi tenet ſecundum matrimonium non obſtante primo per metum contracto nulla petita reſciſsione prioris.Quare autem regulariter teneant facta per metum,& non hic.Pan.adducit multa. Sed tu dic ideo eſſe: quia eccleſia ſic ſtatuit propter ea quæ ille allegat, quæ de ſe non ſufficiunt.¶Quartum.Licet conſenſus coactus matrimonium non faciat etiam ex parte cogentis,ſecundum San. Tho.quia matrimonium claudicare non poteſt:tamen,vt dicit,ſi is,qui fuit coactus,poſtmodum conſentiat(intellige etiam tacitè ſecundum Arch.poſt Richa.)fit matrimonium, dummodo cogens adhuc in ſuo conſenſu permaneat : non autem ſi mutauit voluntatem.Et concor.gl.Ray.& Per.addens quòd ſi prius conſentiens velit diſſentire altero conſentiente:compelletur per eccleſiam , quia præſumitur manere in eodem conſenſu:nec ei licet variare. & facit caput primum,de eo qui duxit in matrimo.Rich. autem in hoc diſtinguit:nam aut coactus eſt alter tantum,aut vterque:ſi alter tantum fuit coactus,ligatus eſt ſolùm liber, non alius.tamen ſi coactus poſtea tacitè & liberè conſentiat perſona ligata perſiſtente in priſtino conſenſu,verum efficitur matrimoniũ,& vterq; ligatus eſt:quia tacitus conſenſus ſufficit nõ per ſe: ſed cũ expreſsione exteriori præcedente:ſed ſi perſona ligata reſiliuit à cõſenſu ante ſequentem cõſenſum alterius ſi quidem cõtraxit ſecũdò,peccauit,ſi non expectauit cõgruo tempore liberũ cõſenſum alterius,ſed tenet ſecundum matrimonium.Si verò nõ contraxit:ſecũdum iudiciũ eccleſiæ pręſumitur in eodem cõſenſu remanere:quia in aliquem ſemel cõſentiens,amplius diſſentire nõ poteſt, niſi alius negauerit ſuũ præſentem cõſenſum,de ſpon.de illis.el j.ſecundum iudiciũ tamen Dei non eſt matrimoniũ, quia deeſt cõſenſus vnius.Si autem vterq; fuit coactus, ad hoc vt ſit verũ matrimonium requiritur nouus cõſenſus vtriuſq;.ſed nõ exterior expreſsio noui.¶Quintũ.Si mulier poſt cõſenſum coactum carnaliter cognoſcitur,ſecundũ Pet. præſumitur tacitè cõſenſiſſe matrimonio,ſi habuit tempus reclamãdi , & non reclamauit.Et ſic intellige extra qui ma.accu.poſ.c.inſuper.Secus ſi fuit coacta abſolutè,aut metu iuſto : ſed ſi metus nõ fuit ſufficiens,& in iudicio exteriori præſumetur pro matrimonio:ſi tamen verè nõ cõſenſit, nõ eſt matrimoniũ, etiã ſi habuit opportunitatem reclamãdi nec reclamauit.Et idem Ric.¶Sextũ.Secundũ Veruec.ſi mulier poſt cõſenſum coactũ morã trahit cũ marito per annũ cũ dimidio, aut etiã minori tempore,dũ tamen tãtũ ſit ꝙ arbitrio boni viri præſumendum ſit pro conſenſu:poſtea non debet audiri:de ſpõ. ad id.& concord.Hoſt.& Bern.& ſic tale matrimonium habitatione ſpontanea conualeſcit.Et ibi dicit Panorm . quòd

ſecūdum hoc licet in tex.mentio fiat de anno cum dimidio:
tamen nō eſt neceſſaria cohabitatio tanta: quia ibi narratur
facti cōtingentia: ſed ſufficit ſi peruenerit ad ætatem legiti-
mam, quòd habita opportunitate fugiendi non fugerit: nec
requiritur copula carnalis. Pro hoc c. vnicum. de deſpon. im-
pu. li. vj. Iudex tamen habet conſiderare quantitatem moræ
& opportunitatem fugiendi. ¶ Septimum. Et per dicta Pan.
in particula priore, idem videtur dicendum ſi quocunq; mo-
do appareat de tacito conſenſu: puta ſi ſe coniuges nomina-
bant vel amplexabantur vt coniuges, ar. d. c. vnici iuncta gl.
Et idem ſi ſponſa recepit munera ſponſalitia: quia talia viden
tur purgare metum præcedentem. ¶ Octauum. Si autem ad
conſenſum coactum addatur iuramentum, ſecundum Pe. in
foro iudiciali tale iuramentum non eſt obligatorium: in fo-
ro tamen conſcientiæ conſulendum eſt quòd impleatur: vel
ſaltem per ſuperiorem impetretur abſolutio. Et cōcor. Ver
nec. & Hug. Ric. autem dicit quòd matrimonium non tenet:
quia quod non eſt, non poteſt ratificari, ſed tamen cum hoc
ſtat quòd conſulatur vt s̄. ¶ Nonum. Parentes ſecundum Pe.
liberos cogere non poſſunt ad contrahendum, nec generali
ter, nec in ſpeciali cum aliquo vel aliqua: quia in matrimo-
nio requiritur conſenſus maximè liber ratione perpetuę ob
ligationis quæ ibi contrahitur, de ſpon. requiſiuit. Non ta-
men propter hoc parentes temere iurant matrimonia filio-
rum: quia ex natura contractus intelligitur iſta conditio, ſi
liberi conſentiant: & ipſi parentes tenentur ad inducendum
eos. de ſpon. ex literis. el ij. iuncta gl. ¶ Decimum. Si mulier
contraxit imperio vel precibus principis, non habet iuſtum
metum, vt dicit glo. in c. ſi. qui cle. vel vo. ſed in contrarium
facit l. ſi. C. quod met. cau. & illud, Eſt orare ducum, ſpecies
violenta iubendi. Io. aūt And. dicit quod eſt iuſtius, ſi rex aut
princeps conſueuit tyrannicè tractare non parentes ſuis
præceptis ſeu precibus. quod notandum eſt ſingulariter ſe
cundum Pan. in d. c. ſi. & idem ſentit Barto. trac. de tyranno.
¶ Vndecimum. Si quis matrimonium contrahat in captiuita
te facta ab hoſtibus, non valet aliter quàm matrimonium
ſeruorum, ſecundum Hoſt. quia captus ab hoſtibus ſeruus fa
ctus eſt. Si verò captus eſt quis vt cogatur ad tale matrimo-
nium, non valet. arg. extra de proc. accedens. Vide s̄. Accuſa-
12 tio. §. iiij. ¶ Duodecimò quæritur, † quid iuris de impedimen
to ordinis? Et dico multa. ¶ Primum. Nullus ex minoribus
ordinibus matrimonium impedit aut dirimit, nec impedit
vſum matrimonij: ſed poſſunt licitè contrahere taliter ordi-
nati. diſt. xxxij. ſi qui vero. & c. ſeriatim. & de cle. coniu. c. j. ij.
& iij. Imò talis contrahens cum vnica & virgine retinet pri-
uilegium clericale, ſi tonſuram & veſtes retinet clericales.
de cle. coniu. c. j. lib. vj. non tamen retinet beneficium eccle-
ſiaſticum, nec illud recipere poteſt: quia ex beneficio eccle-
ſiaſtico tenetur quis ad ordinis executionem: quā etiā, quo
ad ordinem non ſacrum, impedit matrimonium, ſecundum
ſtatutum occidentalis eccleſiæ propter maiorem honeſta-
tem. ¶ Secundum. Ordo ſacer matrimonium præcedens,
tanquam habens implicitum votum ſolenne ex conſtitutio-
ne eccleſiæ, illud impedit & dirimit. diſt. xxxij. ſi quis eorum
& cap. erubeſcant. & cap. electores. & cap. placuit. & extra.
qui cle. vel vou. c. j. & ij. quod quidem votum ſecundum San.
Thom. quilibet intelligitur emiſiſſe ex hoc ipſo quòd ordi-
nem ſacrum ſuſcepit, ſecundum ritum occidentalis eccleſię:
vnde etiam impedit vſum matrimonij prius contracti, vt pa
tebit. Quod adeò verum eſt, vt nec etiam Græco, cui licet
vti matrimonio contracto, ſit licitum in ſacris contrahere,
ſecundum Io. Andr. Innoc. & Richard. in iiij. & plures alios.
Contrahens autem in ſacris eſt excommunicatus, de con-
ſang. & affi. cap. eos. in cle. & eſt etiam irregularis, ſecundum
Pe. de Pal. in iiij. diſt. xxxvij. qui etiam dicit quòd licet is, qui
ordinatur ad ordinem ſacrum, non intendat continere, nec
ſe ad hoc obligare: tamen ad hoc obligatur etiam in foro
conſcientiæ: quia eccleſia poteſt inhabilitare ad matrimoni-
um ignorantem & inuitum, ſicut & ſeruum & frigidum: &
per eandem rationem ad hoc obligatur ordinatus ante an-
nos diſcretionis, etiam in cunis, præſuppoſito quòd recipiat
characterem: quia obligatur ex ſtatuto eccleſiæ, non voto
ſuo: vnde ſi talis contrahit, dirimitur matrimonium. Hæc ex
illo. Poſſet fortè & aliter ratio huius aſsignari ex voluntate
ſic ſuſcipientis ordinem ſacrum ſcienter: quaſi eccleſia ille-
gitimet iſtos non ſimpliciter, ſed ex ſuppoſitione voluntatis
ſuſcipiendi ordines ſacros: & ſic ille puer non tenebitur ad
caſtitatem. & hoc magis cōſonat S. Th. volenti quòd ſuſcipiens
ordinem ſecundum ritum occidentalis eccleſiæ, ſcilicet ſci-
enter vel ignoranter ignorantia non excuſante, intelliga-
tur votum emiſiſſe. Conſonat etiam illi præcepto, Creſcite
& multiplacamini, Gene. j. quod licet non teneantur ſinguli
hominum implere, quia eſt factum communitati, & ſufficit
ſi per aliquos impleatur: tamen quicunq; vult, poteſt illud im
plere: & Deo licentiam dante, nullus poteſt prohibere. Vide
etiam j̄. parti. vij. in ſi. ¶ Tertium. Matrimonio ſecundum S.
Thom. in iiij. diſt. xxxvij. ordo ſacer ſuperuenire poteſt: quia
iunctus matrimonio ſi ad ſacros ordines accedat etiam vxo-
re reclamante characterem ordinis ſuſcipit, licet careat or-
dinis executione: & non poteſt debitum petere, nec petenti
vxor tenetur reddere, licet ipſe teneatur reddere: ſed intelli-
ge in eccleſia occidentali, ſecundum Sum. Conf. etiam ſi eſ-
ſet papa ſecundum gl. Ray. & Hug. Siverò ea volente vel de-
functa accedit, recipit ordinem & executionem: ſed ipſa vxor
tenetur continentiam perpetuam vouere, ſi viuit: ita ſcilicet
quòd viro mortuo contrahere non poteſt: non tamen tene-
tur religionem intrare, ſi ſibi non timet de periculo caſtita-
tis, propter hoc quòd vir eius ſolenne votum emiſit: ſecus au
tem ſi emiſiſſet votum ſimplex. Sed de his j̄. ſtatim. Quod
autem dictum eſt, vxorem non teneri ad religionem, eſt opi.
Io. Lan. Tanc. Ray. & Al. ſed fallit ſi maritus vult epiſcopari,
vt ſtatim dicetur. ¶ Quartum. Si ordo ſacer matrimonium
non pręcederet ſed ſequatur, multa dicta ſunt s̄. Diuortium.
§. xvj. Nunc autem, vt plenè ſciatur quando alter coniu-
gum poſsit religionem intrare vel ad ordines promoueri,
ſecundum Pan. in c. j. de conuer. coniu. poſt Io. And. & Cal. di
co ſic: Aut enim matrimonium eſt conſummatum, aut non.
Si enim matrimonium non eſt conſummatum. Aut alter
coniugum vult intrare religionem profitendo: & poteſt e-
tiam inuita vxore: vt in c. verum. & in c. ex publico. extra eo.
Aut vult vouere continentiam, vel intrare monaſterium &
non profiteri. & non poteſt inuita coniuge. vt in d. c. ex publi
co. Aut vult promoueri ad ordines: & communiter tenetur
quòd non poteſt inuita vxore. Vnde hoc caſu magis defertur
religioni quàm ordini: quia per ingreſſum religionis ſolui-
tur matrimonium conſummatum: non autem per ſuſceptio
nem ſacri ordinis: vt habetur in extraua. Io. xxij. quæ incipit,
antiquæ. Si verò matrimonium eſt conſummatum: tunc aut
volunt mutare ſtatum, aut non. Si autem nolunt mutare ſta-
tum: aut volunt vouere continentiam ſtatu non mutato: &
poſſunt. & talia matrimonia dicuntur ſanctimonia: vt in ca-
pite, quod Deo pari. xxxiij. quæſti. quinta. Aut alter tantum
vult vouere: & poteſt in ſui præiudicium, non autem alteri-
us: vnde non poteſt debitum exigere, quod tamen reddere
tenetur: alter autem exigere poteſt, etiam ſi conſenſiſſet ſe-
cundum Innocent. niſi etiam ipſe vouiſſet: quia ſi ambo



vouerunt, non tenetur amplius alter alteri reddere: vt in di-
cto cap. quod Deo. Et notatur in cap. chariſsimus. extra eod.
Si autem volunt mutare ſtatum: hoc eſt multipliciter. Aut
enim maritus vult effici epiſcopus: & tunc requiritur quòd
vxor intret religionem, etiam ſi non ſit ſuſpecta de inconti-
nentia: vt in capite, ſanè. extra eodem. ſcilicet de conuer. con
iug. & eſt caſus ſpecialis. Aut ſolùm vult promoueri ad ordi-
nes ſacros. & tunc ſi vxor eſt de incontinentia ſuſpecta, de-
bet intrare monaſterium. aliàs ſufficit quod voueat conti-
nentiam remanendo in ſeculo: vt in capitulo, coniugatus. ex-
tra eodem. Aut vult intrare religionem: & hoc multiplici-
ter. Aut enim alter commiſit adulterium: & poteſt etiam re
liquo inuito: vt in capitulo, Agathoſa. xxvij. quæſtione ſecun
da. Aut alter non commiſit adulterium: & tunc aut primò
altero ignorante: & poteſt reuocari ad petitionem ignoran-
tis: vt in capi. placet, extra eodem. Aut ſecundò altero ſcien-
te & contradicente: & idem dicendum eſt: vt in capitulo, qui
dam. extra eodem. Aut tertiò altero ſciente & diſsimulante:
& idem dicendum eſt: vt in capitulo, conſuluit. extra eodem
Si tamen in vita non reuocauit, qui remanſit in ſeculo, poſt
eius mortem non poterit profeſſus exire monaſterium: vt
in dicto capitu. conſuluit. Idem ſecundum Calde. in caſibus
præcedentibus & ſequentibus, in quibus poteſt fieri reuoca-
tio: quaſi ceſſauerit cauſa quæ inualidabat ingreſſum. Et
hoc tene, licet Innocentius in dicto capit. quidam. variaue-
rit. Aut quartò alter conſenſit inuitus ſeu per metum: &
tunc fit reuocatio ad petitionem eius: vt in capitulo, acce-
dens. extra eodem. Aut quintò alter conſenſit per dolum: &
idem eſt argumento capitis, veniens extra eodem. Aut ſextò
conſenſit ſimpliciter & ſponte votum continentiæ non e-
mittendo: & ſunt opiniones. Nam Abbas & Innocen. in dicto
capitu. quidam. dicunt quòd ſi remanens in ſeculo eſt iuue-
nis, debet ad petitionem eius alter reuocari. Cald. dicit quòd
ſolùm ex officio iudicis. quod placet Panorm. quia præſtan-
do conſenſum renuntiauit iuri quod habebat in altero: &
conſequenter iam non habet actionem: ſed iudex ex officio
ſuo ne committatur adulterium, educet de monaſterio. Et
credit Panormit. hoc caſu, primò quòd ille ſit verus religio-
ſus, & poſt mortem alterius compelletur ad monaſterium
regredi: & ſecundò quòd ſi dans licentiam eſt iuris conſcius,
non fiet iſta reductio: quia dando licentiam videtur vouere:
vt notatur in iuribus ſuprà allegatis. Aut ſeptimò conſenſit
promittendo continentiam: & ſic ſi conſentiens eſt ſenex, re
manebit in ſeculo, & alter in religione: vt in capitulo, cùm
ſit. & in capitulo, vxoratus. & in capitu. ad apoſtolicam. extra
eodem. Si verò ſit iuuenis, & de incontinentia ſuſpectus: non
debet ſuperior pati quòd alius ingrediatur: niſi alter quoq;
ingrediatur. Sed ſi de facto ingreditur, tenet ingreſſus ſecun
dum omnes, quia profeſsio coniugis non eſt de ſubſtantia
profeſsionis alterius: vt in capitulo, ſignificauit. extra eod.
& conſentit Federi. Sed remanens in ſeculo, ex quo eſt ſu-
ſpectus, & vouit, compellitur intrare monaſterium: vt in di-
cto cap. ſignificauit. Sed an teneatur profiteri, ſunt opinio-
nes. Nam Innocen. tenet quòd profiteri non cogitur: ſed in-
cludi debet in monaſterium, vt arceatur à vagatione: quia vl
tra propoſitum conſenſum non cogitur quis profiteri. xxxij.
quæſtione j. integritas. Hoſtien. verò tenet contrarium: quia
non eſt licita communio in monaſterio profeſſorum cum
non profeſsis. Item quia vouendo, tacitè ſe obligauit religio-
ni: ex quo in ſeculo ſtare non poteſt ſine ſuſpicione inconti-
nentiæ. Ioan. verò Calde. dicit ſatis ęquè poſſe diſtingui: quia
aut vouit intrare religionem: & cōpellit᷑ profiteri: vt in di-
cto capite, Agathoſa. Aut ſimpliciter vouit continentiam,
dando licentiam marito de ingreſſu monaſterij: & ſic ſi erat
iuris conſcius, aut ignorans ignorantia non excuſante, com-
pellitur profiteri. xxxiij. quæſtione v. qui vxorem. Secus ſi e-
rat ignorans ignorantia excuſante, vt miles, aut mulier, aut
agricultor: quia profiteri non compellitur, ſed eſſe in mona
ſterio. Quod autem dictum eſt de muliere, quidam non ad-
mittunt: quia non excuſatur ab ignorantia iuris vltra maſcu
los, niſi in caſibus iure expreſsis, vt eſt textus in l. ſi. C. de iu-
ris & fac. ignorantia. tamen Panormitan. plus placet dictum
Calde. argu. dicti capituli. j. & eorum quæ ſuprà dicta ſunt:
quia videmus quòd mulier ſolùm dando licentiam non com
pellitur continere, vt in dicto capitulo. j. Secus in maſculo:
vt in dicto capitulo, qui vxorem. vbi textus non dicit quòd
maritus vouiſſet continentiam: ſed quòd ſolùm promiſit in-
trare monaſterium. & per hoc compellitur etiam ipſe intra-
re, ex quo eſt iuuenis de incontinentia ſuſpectus. Hæc ex Pa
normitano in dicto capit. j. de conuer. coniug. ¶ Quintum.
Dicit etiam Panormitanus in dicto capitulo, quidam. quòd
ſi quis intrauit religionem vxore inuita, etiam profitendo, &
ei fuit poſtea reſtitutus: vxore mortua monaſterium intrare
non compellitur: matrimonium autem ſi contraheret, pec-
caret mortaliter, ſed tamen valeret: ſed ſi in vita vxoris non
reuocaretur, poſt eius mortem exire non poteſt, vt dictum
eſt. Ex quo infert contra gloſſam ibi dicentem iſtum pecca-
re, ſi non perficit votum mortua vxore: quia votum fuit nul
lum reſpectu ingreſſus monaſterij: cum tunc non haberet
habilem conſenſum ad ſe obligandum: vnde requiritur no-
uus cōſenſus. Et hæc opinio plus ei placet quàm domino An
tonio dicenti tutius eſſe tenere quod matrimonium illius
contractum poſt mortem vxoris non teneat, eò quòd licet
hoc votum dicatur ſimplex, tamen ex quo fuit determina-
tum ad certam religionem approbatam, videtur ſolenniza-
tum. Et ſic, ſecundum eum, limitari poteſt caput vnicum, de
voto libro ſexto. vt intelligatur de voto omnino ſimplici,
non determinato ad certam religionem. Quod quidem Pa-
normitano non placet: quia dictum capitulum requirit vt
votum ſolennizetur profeſsione tacita vel expreſſa: & ſic re-
quiritur quod iſte vouens ſit effectus religioſus: ſed in caſu
noſtro votum iſtius reſpectu profeſsionis fuit nullum, nec
fuit effectus religioſus: aliàs papa mandaſſet poſt mortem
vxoris eum debere compelli ad repetendum monaſterium,
vt facit extra eodem. cap. ex parte. Secus tamen dicendum, ſi
vxor dediſſet licentiam marito: quia tunc teneret ingreſſus,
vt dictum eſt. Si verò vxor non contradixit, ſed diſsimulauit,
neque maritum reuocauit: merito poſt eius mortem non po
teſt maritus redire ad ſeculum. Sed in primo caſu vxor con-
tradixit & reuocauit: & ſic ſoluta fuit obligatio, ſi qua erat
cum monaſterio. ¶ Sextum. Secundum Dire. in primo libro,
eccleſia Orientalis & Occidentalis quantum ad iſtam mate
riam conueniunt in duobus Primò, quia vtriuſq; clerici poſ-
ſunt contrahere matrimonium in minoribus ordinibus. xxx-
ij. diſtinctio. ſi quis. Secundò, quia nec apud nos nec apud il-
los, ſcilicet Græcos, conſtituti in ſacris poſſunt contrahere:
nec potuerunt à tempore Apoſtolorum. & ſi contrahant,
non eſt matrimonium: vt patet ex vj. ſynodo in Oriente ce-
lebrata, quæ regulam ſtatuit eis, diſtinctio. xxxj. Nicena. &
dicto capitulo, ſi quis. & lxxxiiij. diſtinctio. cum præterito.
Differunt etiam in duobus. Primò, quia ipſi, ſiue ſint coniu-
gati ſiue non, promouentur ad ordines ſacros non promiſſa
continentia. xxxj. diſtin. quoniam. licet ſecundum Sanctum
Thom. & opinionem probabiliorem ad ſacros ordines pro-
moueri non debeant ſine vxoris cōſenſu: quia ad minus tem
pore miniſterij fraudarētur debiti redditione: ſed occiden-

tales non promouentur ad eos,niſi promiſſa continentia ta
citè,vel expreſsè.xxviij.diſtinctio.cap.j.Secundò, quia illi in
ſacris conſtituti licitè vtuntur matrimonio contracto ante
ſacros ordines:licet in ſacris ordinibus eis contrahere non li
ceat.de clericis coniugat.cum olim.occidentales autem neu
trum.¶ Septimum.Cauſa quod non peccant Græcorum cle
rici,licet ſub papa ſint,qui vnà cum concilio voluit eis indi-
cere continentiam,ſecundum Pano.de mente doctorum in
dicto cap.cum olim.eſt, quia illa lex non erat de neceſsitate
ſalutis , & per longa tempora ab eis non fuit recepta papa
ſciente,& tranſgreſſores nõ puniente,& tacendo mores eo-
rum approbante:& conſequenter non ligauit eos lex illa.de
quo vide ſuprà Lex.§.vj.Poteſt etiam & alia ſolutio dari:vt
dicamus quòd papa,etiam cum maiori parte cõcilij non po-
tuit indicere continentiam certo generi perſonarum poſt
promotionem,eis reſiſtentibus:quia continentia eſt res quæ
perſuaderi poteſt imperari verò non poteſt.xxxij. q. j. inte-
gritas.quia fuiſſet indicere vitã valde arctiorem & ſtrictio-
rem clericis promotis,contra not.in cap.geſta.lxxiiij.diſtin.
& in regu.quod omnes.libro vj.Sed hæc ſolutio redit in pri
mam:quia non valet,niſi quo ad eos qui ante ſacros ordines
contraxerant. Reliquis enim potuit continentia imperari,
etiam Græcis,vt ſcilicet ſi vellent ordinari,continerẽt: licet
non poſſet imperare vt continerent abſolutè , aut quod or-
dinarentur ſtante ſtatuto quòd ordinati continerent . Et de
facto ita factum eſt:quia eccleſia ſtatuit vt nullus ordinetur
in ſacris,niſi continentiam profiteatur expreſsè:vt diſtin.xx
ix.nullum.vel implicitè:vt ead. diſtin.diaconi.& ibi intuen-
ti patet ita fuiſſe factum:ſed Greci non acceptauerunt hoc,
& eccleſia tolerauit : ſicut & in dicto capit.diaconi,dicitur
quòd ſi diaconi in ordinatione dixerint ſe velle vxorari , &
deinde contraxerint,manebunt in miniſterio : quia epiſco-
pus intelligitur eis dediſſe licentiam.¶ Decimotertiò quæri
13 tur,† quid de impedimento ligationis,videlicet quando quis
eſt alteri coniugi per verba de præſenti colligatus ? Et dico
multa.¶ Primum.Alligatus alteri per ſponſalia de futuro
an poſsit cum alia contrahere,dicetur infrà in tit.de ſponſa.
ſed nunc eſt ſermo de alligato per verba de preſenti.de quo
dico quòd contrahere cum alio non poteſt viuente proprio
coniuge,etiam ſi primum matrimonium non fuit conſum-
matum,& ſecundum ſic:aliàs eſt adulter.de ſponſa duor . c.
licet.Sed neque antiquo tempore potuit niſi diuina reuela-
tione vel inſtinctu.vt in patriarchis . de diuor. gaudemus.
Sunt autem ſponſalia per verba de futuro propriè,& nuptię
per verba de præſenti,ſecundum gloſ.in l.j.ff.de ſponſ. Qui
verò nomine ſuo,non iuſſu eius,in cuius eſt poteſtate,vel no
mine eius,quem habet in ſua poteſtate,bina ſponſalia vel bi
nas nuptas contraxerit,fit ipſo iure infamis.l.j. ff. de his qui
no.infam.& efficitur bigamus eo modo,quo ſ. dictum eſt in
tit.de bigamia.& debet ieiunare per xl.dies in pane & aqua.
quod tempus vocatur carena.id eſt,quadrageſima,quaſi ca
reat cibis.& ſeptem ſequentibus annis debent pœnitere . de
ſpon.duo.accepiſti.Hoc tamen fallit ſecundum Sum.Ang.ſi
hoc faciat ex diſpenſatione papę:qui hoc poteſt facere,ſi ma
trimonium non ſit cõſummatum.Sed de hoc infrà Papa.§.
vlt.Poſt mortem verò coniugis poteſt alter nubere cui vult,
& intra tempus luctus mulier ſine infamia,extra de ſecund.
nup.ſuper illa.& ſecundum S.Tho.in iiij.diſt.xliij.matrimo-
nium ſecundum & tertium,& conſequentia ſunt vera,licita,
& ſacramenta. ¶ Secundum Si autem vxor credebat virum
mortuum, & ſecundum Archi. ſi audiuit profeſſum in reli-
gione quando matrimonium non erat conſummatum , di-
ſtinguendum eſt. Nam ſi credit veriſimiliter ſeu ex proba-
bili cauſa,contrahendo non excuſatur à peccato, ſecundum
Sum.Angel. ſed requiritur nuntius certus de morte viri ex
ſpon.in preſentia.de ſecun.nup.c.dominus.Sed probatio illius
non eſt efficax:quia illud c.in præſentia,quod requirit certũ
nuntium,loquitur quando licentia cõtrahendi danda eſt per
eccleſiam,in quo requiritur apertior probatio, id eſt,certus
nuntius.ſecũdum Sum.Roſ.poſt do.Ant.cuius expoſitionem
licet Pan.nitatur reprobare,tamen fruſtra nititur:vt j.parti.
iiij.patebit.Licet verò illud c.dominus,quod loquitur ex par
te mulieris,non eccleſiæ,requirat certitudinem : tamen ad-
mit certitudinem vt opponitur dubitationi:vt patet intuenti.
Et facit quod dicit gloſ.certũ eſſe per præſumptiones violẽ-
tas.imò dico quòd etiam per cauſam probabilẽ,id eſt ſuffi-
cientem iudicio omniũ vel plurium vel ſapientum vel præ-
cipuorum.Vnde dicit Bart.in l.ſi quis ita.ff.de teſta.tu. quòd
quis dicitur eſſe certus,quando habet vehementem opinio-
nem de aliqua re:& ſic qui credit probabiliter & nõ temere,
eſt certus,etiã ſi fallatur.Cõcluſio etiã eius nõ ſolùm eſt cõ
tra Sum.Roſ.& Supp.ſed etiã eſt cõtra Ray.Pet.de Pa.Ita.
Vinc.Tanc.Phi.Gof.Arch.& do.Ant.in d.c.dominus.imò cõ
tra ſeipſum:quia poſt pauca ſubdit quòd ſufficit vnus teſtis:
vt in d.c.in præſentia.& mulier excuſatur ab adulterio quan
do probabiliter credit virum mortuũ, & cum alio cõtraxit.
xxxiiij.q.j.cum per bellicam.Igitur ſecundum Ray.& com-
munem doctrinam dico quòd ſi credit ex probabili cauſa,
excuſatur propter ignorantiam facti:& filij,ſi quos ſuſcepe-
rit,iudicabuntur legitimi.Si verò poſt cõtractum dubitat de
morte primi viri:debet quidẽ debitũ reddere,ſed nõ exigere.
d.c.dominus.Si verò credit eum probabiliter viuere:nec exi-
gere poteſt debitũ,nec reddere, periculo adulterij ſe expo-
nendo.Si verò primus reuertatur,vel aliter ſibi de vita eius
cõſtiterit:ſtatim debet recedere à ſecũdo,& redire ad primũ:
alioquin adultera iudicabitur.xxxiiij.q.ij.cum per bellicã. &
c.cum in captiuitate.&.c.ſi virgo.primus quoq; eam recipe-
re tenetur:vt in dictis c.patet:niſi fortè poſtquã ſciuit de vita
primi permiſit ſe cognoſci à ſecundò,etiam ex iuris ignoran
tia,ſecũdum Hug.& ſic adultera fuit. Adde quòd ſi cõtraxit
dubia de morte viri ſine probabili cauſa de ſe inducente fir-
mam credulitatẽ,eſt adultera,& repelletur à primo,ſi redie
rit.arg.d.c.dominus.&.c.in præſentia.ſecus ſi audiuerat eum
mortuum falſo rumore,niſi rumorem ipſa procuraſſet.ff.de
adul.l.miles.& idem Dir.Supp.tamẽ cõtra illud dictũ ſi pro-
babiliter credit,reddere non debet:dicit quòd imò reddere
debet quãdo dubitat:vt in d.c.dominus.etiã ſi dubiũ ſit pro-
babile:vt de ſen.excõ.inquiſitioni.Sed totum hoc cõceditur,
& non eſt cõtra,vt ille intẽdit:quia etiã ego dico quòd quã-
do probabiliter credit,ſcilicet firmiter hoc tenẽdo non de-
bet reddere:quod tamẽ facere debet,quãdo dubitat etiã pro-
babiliter.id eſt,ex cauſa probabili.& de hoc ſ.§.iij.part.v.Sine
prædicta autẽ certitudine,quæ eſt firma credulitas ex cauſa
probabili,nec ſeptenniũ,nec aliqua tẽporis lõgitudo ſuffice-
ret:vt d.c.in preſentia.& d.c.dñs.¶ Tertiũ.Dicetur autẽ illa
mulier certificari ſic:vt cõtrahẽdo nõ peccet, tribus modis,
vt dicit gl.in c.quoniã frequẽter.vt lite non conteſta.Primo
per famam,de quo in parte ſequẽti.Secũdò,quia ſenex erat,
& in acie fuit,nec redijt.Tertiò,ſi recipit literas eorũ ,cum
quibus militauit.C.de repu.auth.hodie his caſibus præſumi-
tur vir mortuus:& ipſa ſic credẽs excuſatur ab adulterio pro
pter ignorantiam, etiam ſi viuat.dicto capite,cum per bel-
licam.Sed quia iſta doctrina eſt particularis:dic quòd gene-
raliter quo ad eccleſiã ſufficit cauſa probabilis, de quo in-
frà Probabile : quo ad Deum verò vltra hoc requiritur fir-
ma credulitas oppoſita dubitatiõi:vt patet ex dictis.¶ Quar-
tum.De fama tamen an ſufficiat ad eam excuſandum,dom.



Anto.diſtinguit:quia ſi eſt de longinquo , videtur ſufficere:
maximè ſi vir longo tempore abfuit.ſi verò dicitur mortuus
in vicinis partibus,fama ſola non ſufficit.Quam opinionem
Panor.in d.cap. in præſentia. licet dicat multùm æquam:ta
men dicit d.c.præſentia.reſiſtere,dum requirit certum nun-
tium:quia fama procedit ex incerto authore, & plerunq; fal
lacit:vt not.in c.veſtra.de coha.cle.Imò dicit quòd in nuntio
debet conſiderari qualitas perſonæ : & vtrum deponat per
verba veriſimilia.Sed quia idem do.Ant.ad hoc reſpondet,
& bene,quòd certus nuntius requiritur ex parte eccleſiæ,ad
dandam licentiam contrahendi:ex parte autem mulieris ſuf
ficit ſi veriſimiliter credat:hoc Pan.conatur repellere:quia,
inquit,hoc dictum eſt contra finem tex.vbi coniunguntur il
la duo,vt vxor non poſsit contrahere,nec eccleſia dare licen
tiam contrahendi,niſi certum nuntium receperit. Ego verò
dico quòd do.Ant.bene diſtinguit:quia in eccleſia requiritur
maior grauitas & authoritas,quàm in muliere:& conſequen
ter maior certitudo.& hoc text.in fine apertè innuit diuiden
do ea quæ Pan.dicit ibi coniungi : loquens de mulieribus,
quæ ſeptennio expectauerant maritos , & de morte eorum
certificari non poterant,& dicens : Quantocunq; annorum
numero ita remaneant,ſcilicet incertæ viuentibus viris ſuis
non poſſunt ad aliorum conſortium canonicè conuolare:
nec authoritate eccleſiæ permittas contrahere, donec cer-
tum nuntium recipiant de morte virorum. Hæc ibi . Et ſic
patet quòd in muliere certificatio,id eſt,firma credulitas ex
cauſa probabili:& in eccleſia certus nuntius de morte requi
ritur.¶ Quintum.Si verò mulier contrahat cum aliquo,cre
dens virum ſuum viuere,qui re vera mortuus eſt , vtrum ſit
matrimonium.Hug.diſtinguit.Nam ſi credebat ſibi licere,
contractum eſt matrimonium:ſi verò non credebat,non eſt:
quia non maritali,ſed adulterino affectu ſibi copulauit vi-
rum ſecundum.Idem de eo qui contraxit cum aliqua,quam
putabat conſanguineam,& non erat. Veruec.autem dicit in
hoc caſu eſſe matrimonium indiſtinctè:& ſequitur Dir.lib.j.
& Io.& Arch.quam opinionem quidam limitant , niſi con-
ſtet quòd coniunx credens impedimentum eſſe,non intende
bat contrahere:quia ſi non adſit intentio,non eſt matrimo-
nium.de ſpon.tua.Primam opinionem ſequitur Sum.Ange.
ſed Roſ.cum Sup.ſecundam.Ego autem dico hic eſſe æqui-
uocationem latentem,quæ dictis opinionibus dat apparenti
am contrarietatis,cùm non ſit.Nam licite dicitur quis con-
trahere dupliciter:primò quia excluditur prohibitio iuris an
nullantis contractum:quia ſcilicet nullum interuenit impe-
dimentum dirimens. Secundò quia excluditur peccatum:
quia ſcilicet nullum interuenit impedimentum impediens
tantùm,& non dirimens. Dicit ergo prima opinio quòd eſt
matrimonium,ſi credit licere : id eſt , ſic poſſe fieri de iure,
quaſi teneat contractus:quia ſic non adeſt impedimentum
dirimens verè vel opinatiuè.Si verò credit,non eſt matrimo
nium:quia nõ adeſt intentio.Secunda verò opinio dicit quòd
ſiue credatur licitè poſſe fieri,id eſt,ſine peccato:ſiue illicitè
id eſt,cum peccato,eſt matrimonium , ſcilicet niſi credatur
non poſſe ſtare contractum:quia deeſt intentio.Eſt ergo ve-
ra prima ſimpliciter:& ſecunda cum illa limitatione.¶ Deci
14 mo quartò quæritur,† quid iuris de impedimento publicæ
honeſtatis?Et dico multa.¶ Primum.Secundum S.Thom.in
iiij.di.xlj.ſicut ſponſalia non ſunt matrimonium,ſed præpa-
ratio ad illud:ita ex eis non cauſatur affinitas,ſicut ex matri
monio:ſed ratione matrimonij,ad quod ordinantur, cauſa-
tur ex eis quid ſimile affinitati impediens matrimonium,ſi-
cut conſanguinitas & affinitas,& ſecundum eoſdem gradus;
& dicitur publicæ honeſtatis iuſtitia,quæ diffinitur ſic : Pu-
blicæ honeſtatis iuſtitia eſt propinquitas ex ſponſalibus pro
ueniens,robur trahens ab eccleſiæ inſtitutione,propter eius
honeſtatẽ. Et cõtrahitur hoc impedimẽtũ ex ſpõſalibus,etiã
ſine copula carnali:ſicut & ex matrimonio affinitas cauſatur
non ſolùm ratione carnalis copulæ,ſed etiã ratione ſocieta-
tis cõiugalis ex ipſo cõtractu per verba de præſenti & ante
copulam.Nullũ aũt impedimentũ faciens ſpõſalia non eſſe
ſponſalia permittit,ex pactiõe nuptiarum affinitatem fieri.
Vnde ſiue habens defectum ætatis,ſiue habens votum ſolen
ne continentiæ,aut aliquod huiuſmodi impedimentum,con
trahat ſponſalia de facto:ex hoc non ſequitur aliqua affini-
tas:quia ſponſalia nulla ſunt,nec aliquis affinitatis modus.Si
tamen aliquis minor frigidus vel maleficiatus habens impe
dimentum perpetuum ante annos pubertatis poſt ſeptenniũ
contrahat ſponſalia cum adulta , ex tali contractu publicæ
honeſtatis iuſtitia contrahitur : quia adhuc non erat in actu
impediendi:cùm in tali ætate puer frigidus , & non frigidus,
quantum ad actum illum ſit æqualiter impotens. hæc ex il-
lo.¶ Secundum. Pan.in c.ſponſam.de ſpon. dicit hoc impedi
mentum habere locum tam in ſponſalibus de futuro,quàm
etiam de præſenti:& fortius,ſecundum Doc.quia maior ho-
neſtas eſt vt non ducatur conſanguinea ſponſa de præſenti,
cum qua vinculum matrimoniale contractum eſt , quàm
ſponſa de futuro : ſuperueniente verò carnis copula oritur
aliud vinculum inter eos,ſcilicet affinitatis:vnde omnes con
ſanguinei mariti ſunt affines vxoris,& econtrario:de conſan.
quod ſuper his.S.Tho.tamen videtur velle quòd ex ſponſali
bus de præſenti cauſetur affinitas , & non publica honeſtas.
Sed non eſt curandum de iſta difficultate:quia ſiue hoc ſiue
illud impedimentum contrahatur,idem ſequitur prohibitio
vſque ad quartum gradum : vt dicetur . quanuis poſsit dici
quòd affinitas contrahitur per ſponſalia de præſenti princi-
piatiuè , inquantum ibi implicitè conſentitur in copulam,
dando poteſtatem corporis proprij alteri coniugi . Sis ergo
cautus ad impetrandum diſpenſationem:quia quandoque o-
ritur publica honeſtas ſine affinitate , quandoque vtrunque
ſimul:vt patet ex dictis:quandoque affinitas ſine honeſtate:
vt ſi citra ſponſalia & matrimonium quis cognoſcat mulie-
rem fornicariè:quia contrahit affinitatem cum eius conſan
guineis:& econtrario:vt in c.diſcretionem.de eo qui cogno.
conſan.vxo.¶ Tertium.Vbi affinitas & publica honeſtas ſi-
mul coincidunt , vtrum ſit facienda ſpecifica mentio de v-
troque:dum impetratur diſpenſatio:ſunt opiniones:ſed Pan.
in c.non debet.de conſan.concordando dicit quòd ſi hone-
ſtas ſub affinitate neceſſaria comprehenditur,ſatis eſt de af-
finitate feciſſe mentionem.& ſic procedit glo.in d.c.non de-
bet.vt ſi impetro ducere vxorem conſanguinei mei defuncti
non obſtãte affinitate in tertio gradu:quia ex quo feci men
tionem quòd fuerat vxor conſanguinei mei , conſequenter
feci mentionem de publica honeſtate:& ſic per conſequen-
tiam videtur ſublata virtute diſpenſationis.Si verò ex narra
tione verborum,non comprehenditur:vt ſi impetro diſpen-
ſationem vt liceat mihi ducere Blancham vxorem,non ob-
ſtante quòd ſit mihi affinis in tertio gradu:non valet diſpen-
ſatio,ex quo de publica honeſtate non eſt facta mentio ex-
preſſa vel tacita:quia affinitas poteſt contrahi ſine matrimo
nio.¶ Quartum.Igitur hoc impedimentum,ſcilicet publicæ
honeſtatis,impedit,& dirimit tam matrimonium , quàm e-
tiam ſponſalia ſequentia,& ſi non præcedentia:vt in c.ex ſpõ
ſalibus.de ſpon.li.vj.Vnde ſi qui ſponſalia inter ſe contraxe
runt,nullus de conſanguinitate ſponſi poteſt habere ſpon-
ſam illam, neque aliqua de conſanguinitate ſponſæ habere

oo 3

poteſt ſponſum illum.de deſpon.impu.c.continebatur.& de ſpon.iuuenis.&.c.ad audientiam.& hoc vſq; ad quartum gradum ipſorum conſanguineorum durat.de ſponſali.ſponſam. ſicut de impedimento affinitatis j.dicetur, cui hoc impedimentum aſsimilatur. ¶ Quintum. Publicæ honeſtatis olim duæ fuerunt ſpecies. Vna enim ex ſecundis nuptijs contrahebatur:puta ſi mortuo Petro vxor eius ex alio ſecundo viro habuit filium aut filiam:illa proles cum nullo Petri conſanguineo poterat contrahere:ſed hodie ſublata eſt per c. non debet.de conſang.& affi. Et alia locum habet, quæ contrahitur ex ſponſalibus de futuro, vel etiam ex matrimonio de præſenti nondum conſummato, vt dictum eſt. ¶ Sextum. Si autem ſponſalia de iure non tenuerunt, ſed fuerunt nulla: S. Tho.ſecutus rationem naturalem, qua id, quod non eſt, nihil efficit.& tex.in c.ſi quis deſponſauerit.el ij.xxvij.q.ij.iuxta expoſitionem antiquam dixit quòd non inducunt publicam honeſtatem:vt ſ.parti.j.recitatum eſt. Sed quia huiuſmodi impedimentũ ex ſummi pontificis pendet voluntate:ideò Bonifacius octauus poſt S.Tho.ex aliquo bono fine, de quo nihil ad præſens, reſpiciens ad ipſum conſenſum ſeu voluntatem cõtrahentium ſtatuit in c. ex ſponſalibus.de ſpon.in vj.quòd ſi ſponſalia fuerunt pura, id eſt, abſoluta, & non ſub conditione:& certa, id eſt, reſpectu certæ ſiue determinatæ perſonę, etiam ſi fuerunt nulla ratione conſanguinitatis & affinitatis, religionis, frigiditatis, aut alia quauis ratione, oritur publicę honeſtatis iuſtitia ad dirimendum ſequentia ſponſalia vel matrimonia, non præcedentia, niſi fuiſſent nulla ratione cõſenſus:puta quia ambo vel vnus eſt infans aut furioſus. Et intellige ſecundum Pe.de Pal.quando defectus conſenſus eſt apparens, vt in pueris, & amentibus. Secus ſi ſit latens, vt in contrahente animo non contrahendi ſed decipiendi:quia eccleſia inſtituit iſtud impedimentum propter apparentiam honeſtatis.quod etiam confirmatur per Vinc.Arch.Io.And. Imol.& Ge.in d.c.ex ſponſalibus.qui tenent quòd ſi quis iocosè contrahat, non inducitur hoc impedimentum, ſi de ioco conſtet apertè:& conſequenter ſi non conſtaret, induceretur. ¶ Septimum. Cum ſponſalia aliquando pura, id eſt, abſoluta, & aliquando conditionata, & rurſus aliquando certa, id eſt, cum determinata perſona, puta Berta filia Titij: aliquando incerta, vt cum incerta perſona, puta cum vna ex filiabus Titij, ex conditionalibus, ante conditionis euentum, & ex incertis non oritur publica honeſtas: ſicut nec ex non habentibus conſenſum.d.c.ex ſponſalibus. quod intellige ſi conditio faciat contractum conditionalem & dependentem: vt quia eſt de futuro cõtingens & honeſta. Vnde ſi quis cum aliqua contraxit ſponſalia ſub conditione, & ea pendente cum alia prioris conſanguinea contrahat per verba de præſenti, remanebit cum ſecunda: quia non erat contracta publica honeſtas cum prima. Secus ſi prima ſponſalia fuiſſent pura, aut conditio fuiſſet impleta: quia ſponſalia ſequentia non impediunt præcedentia, d.c.ex ſponſalibus. Sed tamen notandum eſt quòd ſi conditio appoſita habetur pro non adiecta, iuxta ea quę dicta ſunt ſ.Matrimoniũ.iij.§.xj.nihilo minus ſponſalia erunt pura:& orietur publica honeſtas.de condi.appo.c.vlt. Si verò conditio eſſet talis quòd ipſis ſponſalibus intelligitur ineſſe, etiam ſi non apponeretur: diſtinguo: quia ſi ineſt neceſſariò, ita quòd ſine ea non tenet contractus:vt, ducam te ſi vixero:non ſuſpendit actum:vt ſ.Matrimonium.iij.§.iij.& conſequenter contrahitur publica honeſtas. Si verò ineſt de bene eſſe: ita quod ſine ea ſtat contractus: licet ſubintelligatur ad euitandum peccatum: vt, ducam te niſi ſit contra iura, vel niſi diſpliceat Deo: ſic ſi exprimitur, ſuſpendit, vt ibidem dictum eſt, vſque dum conſtiterit de veritate. Igitur ſi ſponſalia ſub iſta conditione contrahantur, ſi Deo placuerit vel eccleſiæ: vel ſi de iure poſſum, & huiuſmodi: licet talis conditio, ſi non exprimatur, faciat ſponſalia eſſe pura: tamen ſi exprimitur, facit ea conditionalia:& conſequenter ſi poſtea inuenitur ibi eſſe affinitas vel aliud impedimentum, poterit contrahere ſponſalia pura cum alia eius conſanguinea: quia non erat orta publica honeſtas. Et ita tenuit Hoſt.in c.ad audientiam. de ſponſ.& Io. And.in d.c.ex ſponſalibus.& Direc.lib.j.& Imo. Et obijcitur quòd ſi conditiones, quæ inſunt, non faciunt legatum ſiue obligationem conditionalem.ff.de condi.& demonſt.l.conditiones.reſpondet Summa Angelica & Roſellea, quòd hoc verum eſt, ſi non exprimantur: ſecus ſi exprimantur. Sed iſta reſponſio videtur eſſe contra intentionem loquentium: quia leges, quæ dicunt contractus factos ſub conditione quæ ineſt, ſiue quæ ſubintelligitur, non eſſe conditionales, ſed puros: vt l.aliquando.ff.de conditionib.& demonſt. loquuntur quando talis conditio exprimitur in contractu: alioquin ſi loquerentur de ea vt eſt implicita, non diſtinguerent inter eos, quando fiunt ſub tali conditione vel non fiunt: quia ſemper ſub ea fiunt. Vnde dico quòd ratio quare ibi non contrahatur publica honeſtas, non eſt quia conditiones, quæ inſunt neceſſariò, faciunt contractum conditionalem ſi exprimantur: ſed quia ibi deficit conſenſus abſolutus ſine quo ſponſalia non inferunt publicam honeſtatem. Sed contra inſiſtit Sum.Roſ.per legem, ſi ita legatum.ff.de leg. volens probare quòd prædictæ conditiones ſi exprimantur, ſuſpendunt contractum: quia Panor.in c.ſignificaſti. de elect.per illam legem, dicit quòd ſi relinquo alicui centum ſi volet: legatum eſt conditionale. non autem ſi relinquo ſimpliciter, licet illa conditio tacitè inſit, eo quòd legatarius poſſit repudiare legatum. nam quando relinquo ſi volet, ſuſpendo virtutem legati vſque in euentum conditionis: vnde legatario non acquiritur, niſi voluntatem ſuam declaret, vt ibi: ſed ſi relinquo ſimpliciter, acquiritur etiam ignoranti, licet committetur dicta conditio: quia tunc conditio eſt pura, non conditionalis. Sed dico quòd ſumus extra caſum: quia illa cõditio, ſi volet, non eſt ſubintellecta neceſſariò: quia ſine ea acquiritur legatario vel hæredi: vt ſi facto legato antequam veniat ad eius notitiam moriatur: nec etiam de bene eſſe quaſi ad euitandum peccatum: quia ſine peccato fieri poteſt: vt in dicto caſu. nec Pan.ad hoc probandum aliquid adducit. Et ita ſtat concluſio. Hoſt.& Io.And.& Dir. quicquid ſit de ratione eorum. Arch.autem eſt in contrarium: quem Sum.Ange. nititur concordare per diſtinctionem quam habes ſuprà, Matrimonium.iij.§.iij.ſcilicet vt talis conditio expreſſa non ſuſpendat, quando ſine ea contractus fieri non poteſt: & ſuſpendat quando fieri poteſt ſine ea. & hoc verum eſt. Sed malè diſtinguit neceſſarium per neceſſarium & contingens, vt ibi dixi. ¶ Octauum. Ad hoc quòd ſponſalia inducant publicam honeſtatem, multa requiruntur. Primò vt contrahentes: ſiue pro quibus contrahuntur, compleuerint ætatem debitam, id eſt, ſeptem annos: quia eſt tex.in d.c.ex ſponſalibus. & Panor.in c.iuuenis.de ſponſ. dicit quòd vbi requiritur ætas certa reſpectu diſcretionis, præueniri non poteſt: vt patet in ætate ad confectionem teſtamenti: vt in l. qua ætate. ff.de teſta.& idem not.in c.puberes.de deſpon.impu.& ita tenet Summa Angelica & Roſel. ſed de hoc infrà Sponſalia. §.ij. Si tamen parentes pro filijs contraxerunt, requiritur quòd conſenſerint expreſsè vel tacitè: vt ſi præſentes non contradixerunt, vel abſentes poſtquam ſciuerint ratificauerunt expreſsè vel tacitè: aliàs non inde oritur honeſtas. nec obligantur filij.de deſpon.impu.ſi infantes.li.vj. Si etiam maior ſeptennio contrahat cum minore, non inde oritur publica honeſtas, ſecundum Pan.in d.c.iuuenis.& in c.fraternitati.de eo qui cog.cõſang.vxo.ex defectu conſenſus: vt in d.c.ex ſpõſalibus.& multo minus oritur, ſi vterq; erat minor ſeptẽnio. In omnibus tamẽ prædictis caſibus, ſiue contraxerint filij ſiue parentes pro filijs, oritur publica honeſtas, ſi facti maiores ſeptennio verbo vel facto eorum liquidò appareat quòd permaneant in eadem volũtate: vt quia vocãt ſe ſponſos, vel cohabitãt, aut ſimul iacent, vel ſe vt ſponſi oſculantur, & huiuſmodi: quia ſpõſalia cõualeſcunt: aliàs non.d.c.ſi infantes. Addit etiam Panor.in capitulo, iuuenis. quòd ſi maior ſeptẽnio cohabitauit minori ſpõſæ de futuro, & interuenit extraordinaria pollutio, vel ſit dubium an eam tẽtauerit: quòd ex æquitate oritur publica honeſtas: ſed tamẽ nullo iure ꝓbatur. Secundò requiritur quòd non ſint facta ſub conditione ſuſpendente. Tertiò quòd ſint certa: quia in perſonam incertam non fertur conſenſus, nec oritur hoc impedimentum.d. cap.ex ſponſalibus.iuncta gl. Quartò quòd non deficiat conſenſus apparenter. Quintò quòd nõ ſint contracta poſt matrimonium vel ſponſalia: quia ſponſalia ſecunda facta cum primæ ſponſæ conſanguinea non dirimunt priora.d.capit.ex ſponſalibus. quod intelligo niſi priora ſint conditionata, & pendeat adhuc ipſa conditio: ſecunda verò ſint abſoluta. argu.text.ibi in verbo, pure: & gloſſ. quæ pro ratione adducit quòd ſequentia non ſoluunt priora: quia ex primis orta erat publica honeſtas, quæ in conditionalibus non oritur ante cõditionis euentum: vt dictum eſt.& ita tenet Archid.& gl. in d.c.ex ſpõſalibus. ¶ Decimoquintò quæritur, † quid iuris de impedimẽto affinitatis? Et dico multa. ¶ Primum. Affinitas ſecũdum Ray.eſt proximitas perſonarum ex carnali copula prouẽniẽs omni carens parẽtela.& idem Hoſt. Sed intellige quòd prouenit ex carnali copula tam licita ſiue matrimoniali, quàm illicita ſiue fornicaria, ſecũdum San.Tho.in iiij. di.xlj.& Pe.de Pal.& xxxv.q.iij.nec eam.extra de eo qui cogno.cõſangui.vxo.diſcretionẽ.& c.tuę.& eſt communis opinio. licet Goſ.teneat quòd cauſetur ſolùm per coitũ nuptialem, per §.ſciendum.in l.nõ facile.ff.de gradi.ſed ille §.loquitur de affinitate, per quam defertur hæreditas alicui, ſecundum Ioan.And.in lec.arboris affin. Non tamen cauſatur ex coitu Sodomitico, & generaliter extra vas naturale facto. xxxv.q.iij.extraordinaria.& q.x.fraternitatis. & extra de eo qui cogno.conſang.vxo.fraternitatis. Intellige etiam omni carens parentela per ſe: per accidẽs autem poſſunt licitè vel illicitè permiſceri conſanguinitas conſanguinitati, & affinitas affinitati, & conſanguinitas affinitati: vt in inceſtu Lot cum filiabus, & Caroli magni cum ſorore, ex qua genuit Rolandum filium & nepotem, ipſe pater & auunculus: quia frater matris: & Iudæ cum Thamar. Exemplum etiam in patre & filio qui duxerunt matrem & filiam in vxores, cum mater eſſet conſanguinea patri in tertio gradu per diſpenſationẽ: tũ licitè factæ ſunt dictæ permiſtiones. ¶ Secundum. Quomodo autem ex coitu affinitas contrahatur, ſunt varij modi loquendi. Pro quorum notitia ſciendum eſt quòd quantum colligitur ex Sancto Thoma in quarto, diſtin.xlj. quæſtio.j. articu.j.quæſtio.j.copula carnalis, ex qua ſequitur affinitas, eſt illa, ex qua de ſe nata eſt ſequi generatio prolis: tum quia dicit quòd affinitas cauſatur per cõiunctionem ordinatam ad carnis propagationem: tum etiam quia iſta copula dicitur à doctor.coitus. Coire autem eſt ſimul ire: quia ſcilicet tam vir quàm mulier in vnum conferunt id, quod requiritur ad prolis generationem: id eſt, vir ſperma, & mulier ſperma, vel aliquid loco ſpermatis, id eſt, ſanguinem purgatum ad generationem à natura paratum. Nõ enim eſt neceſſe ad generationem quòd mulier ſeminet. alioquin beata virgo non fuiſſet vera mater. Vide de his tertia parte, quæſtione xxxj. Vnde quando ipſe Sanctus Thomas in quarto, vbi ſuprà, quæſtio.iiij.ad ſecundum, dicit quantuncunque aliquis clauſtra pudoris inuadat aut frangat, niſi commiſtio ſeminum ſequatur, non contrahitur ex hoc affinitas. Per ſemen ex parte mulieris accipit id, quod eſt ſemen vel loco ſeminis. Igitur ſufficiens & expreſſa cauſa affinitatis eſt commiſtio ſeminũ vel tenentium locum ſeminum, vt gloſſat Petrus de Palude, & conſequenter dicta docto. quæ videtur varia, ſunt pene omnia conſona. Igitur ſi primò ab vtroque ſeminetur in vaſe debito, ſecundum omnes contrahitur affinitas:& conſummatum eſt matrimonium ſi ſint vir & vxor. Si autem ſecundò neuter ſpermatizet: ſecundum omnes non eſt cõtracta affinitas, nec matrimonium conſummatum. Ex hoc tamen ratificantur ſponſalia ante tempus facta: etiã ſi non ſit certum, ſed dubium, vtrũ vir intrauerit clauſtra pudoris:& cauſatur honeſtas publica: vt in cap.iuuenis.de ſpon. Si verò tertiò ſeminet ſeu ſpermatizet mulier, & non vir, nõ cauſatur affinitas: quia non eſt cõmiſtio prædicta.& ita, vt Archidiaco.in dicto cap.extraordinaria.refert, tenet Innoc.in cap. fraternitati.de eo qui cogno.conſangui.vxo.& Hug.& Laurent.& Vincen.qui volunt neceſſariò requiri vtriuſque ſeminis commiſtionem.& idem Sanctus Tho. Sed nec etiam conſummatum matrimonium iſto caſu ſecundum Innocent. vt refert Panormitan.vbi ſuprà, ſicut patet in frigido qui palpando prouocat ad ſpermatizationem:& tamen non eſt cõſummatum matrimoniũ. Si verò ecõtrario ſpermatizet vir in vaſe debito intra clauſtra pudoris, & nõ mulier: Panorm. refert Innocent.tenere quòd non contrahitur affinitas: quia requiritur ſeminum commiſtio.& idem Hoſtien. in Sum.& Hug. Sed re vera contrahitur hic affinitas, & matrimonium eſt cõſummatum.& ita tenet Panorm.& Feder.conſil.ccxc. & Petrus de Pal. Et re vera iſta eſt opinio Innocent.in dicto cap.fraternitati.& Rodol.& omnium doctorũ: quia cum alij qui dicunt quòd requiritur commiſtio ſeminum: exponit Petrus de Pal.id eſt, ſeminis & mẽſtrui, ſiue ſanguinis in muliere à natura parati. Vnde & Hoſt.qui ſic loquutus eſt in Sum. in dicto capite, fraternitati.dicit ſufficere quòd vir emittat in clauſtro pudoris. Et ratio horũ eſt: quia ſecundum Philoſophum in libro de Anima, & ſecũdum medicos, in generatione humana nõ requiritur neceſſario ſemẽ mulieris. Vnde ſi mulier non miſerit per annum, & tamen conceperit & pepererit, non erit ſecundum hoc matrimonium conſummatum, vel cauſata affinitas. quod eſt ridiculum. Imò fortius, & bene, tenet Petrus de palude & Zab.poſt Mat.quòd ſi vir ſolus ſeminet extraordinariè, id eſt, extra vel circa vas naturale, vt exponit glo.in dicto cap.extraordinaria.& ſemen ſubintret clauſtra, eſſet contracta affinitas & matrimonium cõſummatum, ſi præceſsiſſent verba de præſenti: quia hic eſt ſeminũ cõmiſtio:& inde ſequi poteſt generatio: ſicut fit in balneis: vel per dæmones incubos, qui ex ſemine virorũ infuſo matricibus mulierum generant homines, qui vtique hominum, & non dæmoniorum ſunt filij:& in Gallia quædam mulier ſaluis clauſtris, imò cum eſſet arcta, imprægnata eſt. Ex quibus patet quòd ſi iuuenis defflorauit ſponſam, & aperuit ſeras eius, ſed non ſpermatizauit, ſi erat ſponſa de futuro, teneret matrimonium cum ſecunda ſecundum rei veritatem: vt no.Io.in d.c.extraordinaria.& ita ſi cõſtaret de hoc, ſeruari deberet: ſed tamen in foro cauſarũ pręſumitur ſeminaſſe, & cogitur ſtare cum prima. Si verò erat ſponſa de pręſenti, poterit maritus intrare religionẽ: licet eccleſia ſe poſſit opponere ex præſumptiõe.& de deſpon. impube.ſi infan-

tes.libr.vj.vbi hoc not.Archidiaco.Si verò erat ſoluta: conſanguineus defloratoris poterit contrahere cum ea. ¶Tertium.Cum in affinitate ſint genera & gradus,quãtum ad genera ſecundum doctores olim fuerunt tria: vt etiam patet xxxv.quæſt.iij.per totũ.& diffuſe pertractat Dir.li.j.& Bern. in cap.non debet.de conſang.& affinit.& de hoc datur regula.Perſona addita perſonę per carnis copulam,mutat genus attinentiæ,ſed non gradum.Nam perſona adiuncta ſanguini alterius per copulam carnalem,facit primum genus:perſona verò ſecunda per copulã addita dictæ perſonæ primæ, ſeu facienti primum genus,facit ſecundum:perſona verò tertia addita ſecundæ per copulam carnalem facit tertium genus.Sicut,verbi gratia,vxor fratris mei mutat genus:qa frater meus attinet mihi conſanguinitate:ita illa affinitate:ſed eſt mihi affinis in primo genere:& in eodem gradu affinitatis eſt mihi & alijs conſanguineis meis,quo gradu conſanguinitatis & mihi & meis conſanguineis,eſt frater meus.Secunda verò perſona mihi aliunde non affinis nec conſanguinea, ſi coniungatur,id eſt,coëat cum dicta vxore:eſt mihi & conſanguineis meis affinis in ſecũdo genere:& eodẽ gradu quo ſumus fratri meo.Tertia quoque perſona aliunde nec cõſanguinea nec affinis,ſi cõiũgatur dictæ ſecũdæ perſonæ,eſt mihi & conſanguineis meis affinis in tertio genere.Et ita nota. in capitulo,non debet.de cõſanguinitate & affinitate.vbi patet quòd hodie ſolùm primum genus habet prohibitionem. Quantum verò ad gradus,ſciendũ eſt quòd iam patet ex dictis quomodo computentur:tamẽ quantum ad primum genus dico quòd omnes cõſanguinei vxoris meæ vel mulieris à me cognitæ,ſunt mihi affines in eo gradu,in quo ſunt conſanguinei talis mulieris: & ſimiliter oẽs conſanguinei mei ſũt illi mulieri affines in eo gradu,in quo ſunt mihi cõſanguinei:ſicut ſoror vxoris meæ eſt in primo gradu,illi quidẽ cõſanguinitatis,mihi verò affinitatis:filia ſororis illi eſt in ſecũdo conſanguinitatis,& mihi in ſecundo affinitatis:idemq; vtrinq; in cæteris ſucceſſoribus agendum eſt.xxxv.quæſt.v. porro.Conſanguinei autem mei & meæ vxoris nullo modo inuicem ſunt affines:nec inter eos matrimonium prohibetur.de conſanguinitate & affinitate.cap.ſuper his.Vnde duo fratres contrahunt cum duabus ſororibus: & pater ac filius cum matre & filia.Et quod dixi de vxore,intellige de omni muliere carnaliter à me cognita,vt ſuprà dictũ eſt. ¶Quartum ad pleniorem autem dictorum & dicendorum notitiã hic affinitatis arborem ſtatuo,iuxta tradita per Ioan.And.in eius lectura,in cuius medio,ſunt quatuor cellulæ:in quarum prima ſuperiori ponitur primus gradus:in ſecũda ſecũdus:in tertia tertius:& in quarta ponitur quartus:q ponũtur in medio fratris & ſororis:vt detur intelligi quòd ex parte vtriuſq; ſexus affinitas contrahitur ex conſanguinitate:& nõ exprimitur






vtrum illi gradus ſint conſanguinitatis vel affinitatis: vt illa computatio ad vtrunq; referatur:vnde frater & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis:& frater ac vir ſororis in primo gradu affinitatis & ſic de alijs.Deinde à latere dextro illarũ cellularum ponitur linea aliarum quatuor cellularum:& in prima ſcribitur frater:in ſecunda fratris filius:in tertia fratris nepos:in quarta fratris pronepos.& ad dorſum huius lineæ ponitur alia,quatuor ſimiliter cellularũ:in quarum prima ſcribitur vxor fratris olim relicta:in ſecũda vxor filij fratris:in tertia vxor nepotis fratris:in quarta vxor pronepotis fratris.A latere ſiniſtro ſunt aliæ quatuor cellulæ:in quarum prima eſt ſoror:in ſecunda ſororis filia:in tertia ſororis neptis:in quarta ſororis proneptis:& ad dorſum huius lineæ ponitur alia,quatuor ſimiliter cellularum:in quarum prima eſt vir ſororis olim relictus:in ſecũda vir filię ſororis: in tertia vir neptis ſororis: in quarta vir proneptis ſororis. Ponuntur etiam aliæ duæ cellulæ:vna à latere dextro à tergo ſuperiorũ cellularũ continens,relictus relictę fratris:alia à ſiniſtro continens,relicta relictæ ſororis:quæ ponũtur ad demonſtranda genera affinitatis,quæ hodie non habent locum:cuius rei gratia etiam in cellula vxoris fratris ponitur olim relicta:quod in inferioribus non ponitur:quaſi dicatur quòd frater habuit vxorem,quo mortuo relicta eius cõtraxit cum alio:ſed ea mortua iſte relictus à relicta fratris vult contrahere cum ſorore,vtrum hoc poſsit: & dicitur quòd olim non:hodie verò ſic.Et hæc patet in hac figura. ¶Quintum.Ad cognoſcendum autem affinitatis gradus idem Doctor cõformiter ad prædicta dat regulam talem:Per carnalem copulam viri & mulieris,etiam ſi non ſit vxor,inter cõſanguineos mulieris & virum,& inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis:vt patet ex dictis:& eiuſdem gradus,cuius eſt conſanguinitas, ſicut patet in arbore quòd frater & ſoror ſunt in primo gradu conſanguinitatis:maritus ſororis eſt fratri in primo gradu affinitatis:& ſic vxor fratris ſorori,filia ſororis eſt filio fratris,& ipſi fratri:& in ſecundo gradu conſanguinitatis,maritus eius in ſecundo gradu affinitatis,& econuerſo:& ſic in reliquis. Vnde vir proneptis ſororis attinet fratri & omnibus deſcendentibus,qui ſunt in arbore,quarto gradu affinitatis. & hoc ideo,quia toto gradu conſanguinitatis attinet prædictis ipſa proneptis. ¶Sextum.Impedit autem affinitas matrimoniũ, & dirimit ſi illud præueniat quo ad aſcendentes & deſcendẽtes eo modo quo & conſanguinitas,id eſt,in perpetuũ ſecundum opinionem veriorem:de qua ſuprà,§.vj.iiij.partic.quia dicit text.quòd ita abſtinere debemus à conſanguineis vxoris,vt à proprijs.de conſang.& affin.c j.xxxv.q.iij.de propinquis.& cap.æqualiter.& ad idẽ Inſtitu.de nup.§.affinitatis.& dicit lex quòd tales aſcẽdentes & deſcendẽtes habẽtur loco parentum & liberorum.ff.de gradi.l.nõ facile.§.& retro. Et ita tenet Ioã.And.in lect.arbo.& eſt cõmunis doctrina.licet Sum.Ang.innixa falſæ opinioni,quam vbi ſuprà tenuit,contrarium dicat.Quantum verò ad collaterales,ſi pręcedat,impedit & dirimit in primo genere tantùm hodie, & vſque ad quartum gradum incluſiuè:vt in d.c.non debet.Vnde perſona cognita carnaliter ab aliquo conſanguineo,cõtrahere nõ poterit cum aliquo de illa conſanguinitate,niſi ab illo diſtet vltra quartum gradum,à quo fuit cognita,& ecõtrario:& ſi contrahit,matrimonium nullum eſt:& contrahens eſt excõmunicatus.de conſang.& affi.eos.in cle.Si verò quis cognoſcat conſanguineam alicuius in quinto gradu & ſupra,ſecundum Ray.& Goſ.nõ cõtrahitur affinitas nec impeditur matrimonium.& ſi erat ſuæ vxoris conſanguinea,nõ perdit ius exigendi debitum. ¶Septimũ.Si autem affinitas ſuperueniat ſponſalibus de futuro ſoluuntur ſpõſalia:nec poteſt vir habere ſponſam illam obſtante affinitate,nec eam quã cognouit obſtante publica honeſtate.Sed ſi ſuperueniat matrimonio iam cõtracto per verba de prę́ſenti,licet nõ cõſummato,nõ dirimit illud:vt in c.ij.de cõſang.& affi.Sed ille,per quẽ affinitas contracta eſt,debitũ petere non põt ſine peccato mortali,licet reddere teneatur expreſſe vel interpretatiuè petẽti:imò ſi matrimoniũ nõ ſit cõſummatũ,non poteſt etiã ſecundum Pe.de Pal.ſine diſpenſatiõe (quam tamẽ facere poteſt epiſcopus) reddere ſine mortali:quia poteſt intrare religionẽ,ad quod,vt dicit,videtur teneri. quod Sum.Ang.dicit ſe nõ credere.Sed ego hoc probo verũ,niſi obtineat diſpẽſationẽ.illud enim quod eſt licitũ & poſsibile,& per quod ſolum poteſt vitari peccatũ mortale,cadit ſub præcepto,ſicut & vitatio ipſius mortalis:qa ſi præcipit̃ vitatio peccati mortalis,præcipit̃ omne poſsibile neceſſariũ ad illud.Sed ingreſſus religiõis reſpectu iſtius eſt huiuſmodi:quia eſt licitus & poſsibilis:& hoc ſolo modo vitare poteſt redditionẽ debiti, quæ illi eſt peccatũ mortale,quãdo ſine iniuſtitia poteſt negare,cum ſit inceſtus.Et ſimile eſt de iſto ſicut de habẽte votũ ſimplex,qui in caſu iſto ſecundũ S.Tho.in iiij.diſ.xxxviij. tenetur intrare religionẽ. ¶Octauũ.Affinitas remanet etiã poſt mortẽ illius perſonę,per quã eſt cõtracta ad cõſanguineos eius,ſecundũ Pe.de Pa.& xxxv.q.j. fraternitatem.adeò quòd ſi reſurgeret frater meus,qui fuerat vxoratus,licet ipſe ampliùs nõ eſſet maritus illius mulieris,quia matrimoniũ p mortẽ ſoluitur,tamen illa mulier eſt mihi affinis.vide infrà Reſuſcitatus. ¶Nonũ.Ex prædictis ſequũtur & patẽt multæ concluſiones & multi caſus.Nam ſi mortua vxore vult quis accipere in vxorem illam,quæ quõdam fuit vxor alicuius de conſanguinitate primæ vxoris,hoc poteſt:quia licet nullam fœminã de cõſanguinitate primæ vxoris poſsit accipere, qa ibi eſt affinitas:tamẽ fœminã olim vxorẽ alicui de ipſa cõſanguinitate bene põt accipere.Et idẽ dicendum eſt,ſi ponatur ſimilis caſus ex parte vxoris:quia mortuo viro licet accipere nõ poſsit aliquẽ virũ de conſanguinitate primi,poteſt tamẽ accipere virum olim maritũ alicuius fœminæ de ipſa cõſanguinitate:quia ibi nõ eſt affinitas primi,ſed ſecundi generis. ¶Similiter ſi Petrus habuit ſucceſsiuè duas vxores Bertã & Mariã,ex quarũ prima,id eſt,Berta genuit Margaritã filiã, quæ nupſit Martino:mortuo Petro & Berta & Margarita, Martinus põt in vxorẽ accipere Mariã ſecundam vxorẽ Petri ſecundũ prædicta:quia licet Martinus accipere nõ poſsit aliquã de cõſanguinitate ſuę vxoris vſq; ad quartũ gradum: fœminã tamẽ olim vxorẽ alicui9 de ipſa cõſanguinitate bñ põt accipere,vt eſt hic:& ſic eſt caſus in quo gener accipere poteſt eam quæ fuit vxor ſoceri ſui.Si etiã mortua vxore mea volo accipere relictã viri,qui fuit germanus meæ vxoris,hæc poſſum.Similiter poſſet qs accipere cognatã vxoris ſuæ defunctæ:qa ſi fuit cognata,id eſt,vxor fratris vxoris eſt in ſecũdo genere affinitatis:ſi verò fuit cognata.quia ambæ fuerũt vxores duorũ fratrũ,tũc ſunt in ſecũdo genere. quod Pan.in d.c.nõ debet.declarat,quia frater mariti eſt affinis in primo genere:& cõſequenter vxor ſua,cum ſit iuncta primo generi,inducit ſecũdũ genus.& idẽ eſt reperire in vxore alterius.Et hac ratiõe olim non poterat quis ſucceſsiuè habere vxores duorũ fratrũ:quia cũ illæ inuicẽ ſint in ſecũdo genere affinitatis,qui vnã earũ accipit,eſt in tertio genere cũ reliqua:quia eſt perſona addita ſecũdo generi:& ideo illam non poterat habere mortua prima.Erat etiam ibi publica honeſtas,vt dicit tex in c.porro.xxxv.q.iij.Sed hodie ſicut ſublatũ eſt ſecundũ & tertiũ genus:ita & publica honeſtas tanquam acceſſoria ſublata eſt ſublato principali.Publica tamẽ hone

ſtas,quæ non venit acceſſoriè,vt ea quæ oritur ex contractu
ſponſaliorũ ſeu matrimonij cum meo conſanguineo,nõ eſt
ſublata:cum de ea in d.c.nõ debet.mẽtio nõ fiat,& probatur
in c.j.de ſpõ.li.vj.Ex quo elicit Pan.regulam quòd cõſequu
tiuè veniẽs ad aliquid,puta ad b,immutato vel ſublato b,im
mutatũ eſt vel ſublatũ cõſequutiuũ. Ad quod tex.in c.mira-
mur.de ſer.nõ or.& in c.quanuis.in fin.de elect.lib.vj.& hoc
facit ad quæſtionẽ,de qua in §.xiiij.partic.iij. Vide multa per
Panor.circa huiuſmodi in d.c.nõ debet.& per gl.ibi.¶ Deci-
16 mõſextò quæritur,†quid iuris de impedimẽto impotentiæ
coeundi,quæ ſecũdum Ray.eſt vitiũ animę vel corporis vel
vtriuſq;,quo quis impeditur alteri carnaliter commiſceri? Et
dico multa. ¶ Primũ.Sanc.Tho.de hoc impedimento in iiij.
di.xxxiiij.virtualiter & cõcluſiuè ſic ſcribit:Sicut in alijs con
tractibus nõ eſt cõueniẽs obligatio,ſi quis ſe obliget ad hoc
quod non poteſt dare vel facere:ita in cõtractu matrimonij,
quo ſcilicet vnus obligatur alteri ad debitũ carnalem ſoluẽ
dum,non eſt cõueniens contractus,ſi fiat ab aliquo qui debi
tum carnale ſoluere nõ poſsit.Et hoc impedimentũ genera
li nomine vocatur impotẽtia coeundi:quę põt eſſe ex cauſa
intrinſeca naturali,& ex cauſa extrinſeca accidẽtali:ſicut per
maleficium.Et quidem cauſa naturalis,ſi eſt temporalis,cui
ſubueniri poſsit medicinę vel ętatis beneficio , matrimoniũ
nõ ſoluit.quod tamẽ ſoluit,ſi eſt perpetua,& ab eorũ altero
ignorata:ita quòd ille,ex cuius parte allegatur impedimẽtũ,
perpetuò maneat ſine ſpe coniugij:alius verò nubat cui vult
in domino.Et tale impedimentum eſt frigiditas , ad quam
reducitur omnis defectus naturalis.Accidentalis,ſicut ex ma
leficio,ſi nõ eſt perpetua,non dirimit:ſi vero eſt perpetua,id
eſt,nõ habens remedium opere humano,& ſi diuino,vel ali-
quando diabolico,dirimit.Ad hoc autẽ cognoſcẽdũ,ſcilicet
vtrũ ſit perpetua vel temporalis,eccleſia tam in cauſa natu-
rali,puta frigiditate,quàm accidẽtali,puta maleficio, ſtatuit
tempus triennij ad hoc experiendum in quo ex vtraq; parte
detur efficaciter opera copulę carnali,poſt quod ſi matrimo
nium inueniatur nõ conſummatũ,iudicio eccleſiæ diſſolui-
tur:in quo tamẽ quandoq; eccleſia errat:quia per triennium
quãdoq; experiri ſufficienter non poteſt perpetuitatem im-
potẽtiæ:ſed ſi deceptam inuenit ſe per hoc,quòd ille,in quo
erat impedimentum,inuenitur carnalem copulam cum ea-
dem vel alia perfeciſſe:reintegrat præcedẽs matrimonium,
& dirimit ſecundum,quanuis de eius licentia factum.Eſt ta-
men inter frigiditatem & maleficium differentia:quia impo
tens ex illa,ſicut ad vnam,& ita ad aliam impotẽs eſt:ideoq;
ſoluto matrimonio non datur ei licẽtia nubẽdi:ſed ex male-
ficio poteſt quis eſſe impotẽs ad vnã & non ad aliam:ideoq;
quãdo iudicio eccleſiæ matrimonium dirimitur,vtriq; datur
licẽtia quærendi aliam copulam.Poteſt autem maleficium
præſtare impedimentum quantum ad omnes & quãtum ad
vnam tantùm:quia diabolus eſt cauſa voluntaria,nõ ex ne-
ceſsitate naturæ agens.Sed intellige,niſi vtatur actiuis natu
ralibus.Et prætereа hoc impedimentũ poteſt eſſe ex impreſ
ſione dæmonis in hominis imaginationẽ,ex qua tollit̃ viro
concupiſcentia mouens ad talem mulierem,non ad aliam.
¶ Secundum.Sum.Ang.dicit tres eſſe ſpecies huius impoten
tiæ,quæ ſunt naturalis,accidentalis,& maleficialis : ſed quia
etiam ipſa maleficialis eſt accidẽtalis,ideo melius Supple.&
Sum.Roſ.cum San.Thom.& Rayn.dicunt quòd ſunt duæ,
ſcilicet naturalis,vt frigiditas ſeu impotẽtia pueri & ſenis:&
cõplexionis,vt calliditas nimia,& arctatio mulieris:& acci-
dentalis,vt maleficium,caſtratio,& huiuſmodi . ¶ Tertium.
Impotẽtia naturalis,quæ eſt in puero,matrimoniũ impedit
ad tempus:quia quandiu durat,contrahere non poſſet.extra
eod.quod ſedem.vbi impotens ad copulam,eſt impotens ad
cõtrahendum.Quæ verò eſt in ſene,nõ impedit:quia nemo
eſt adeò ſenex,quin calere poſsit natura vel artificio,ſecun-
dum Gloſ.in c.nuptiarũ.xxxij.q.j.ſi tamẽ nullo modo iuuari
poſſet natura vel arte,ſecundum Richar.eſſet idem ſicut de
naturali frigiditate:quia talis cõtrahẽdo ſe obligaret ad im-
poſsibile.Quæ verò eſt in frigido,ſi eſt perpetua,impedit &
dirimit:ſecus ſi temporalis.extra eo.laudabilem.Et idem eſt
de exceſsiua caliditate,ſecundum Sanc.Tho.quia,ſecundum
eum,licet vix poſsit eſſe impedimẽtum perpetuum:ſi tamẽ
inueniretur per triennium impedire copulam , iudicaretur
perpetuum:quia tamen frigiditas magis & ſæpius impedit.
tollit enim nõ tantùm cõmiſtionem ſeminum,ſed membro
rum rigorẽ,quo fit corporum cõmiſtio:ideo magis ponitur
impedimentum quàm calliditas.Et idem Aſtẽ.& Pe.de Pal.
addens quòd nomine frigiditatis intelligitur nõ ſolùm cali-
ditas,ſed etiã omne impediens perpetuò actum generatio-
nis:nõ autem ſi effectum generationis impedit & nõ actum:
vnde ſteriles ſciẽter poſſunt contrahere.Vbi not.quòd actus
generationis nõ eſt cõmiſtio corporum,ſed ſeminum,id eſt,
tenentium locum ſeminum.Et ſi vir nõ ſit omnino frigidus,
ſed mẽbrum non erigitur,vel aliter ineptum eſt,vel ſtatim
ſpargit,vel huiuſmodi,ita quòd mulieri commiſceri nõ po-
teſt,ſecundũ Hoſt.ſi iuuari poteſt medicinis,tenet matrimo
nim:aliter expectabitur triennium,& poſtea fortè ſeparari
poterit,ſicut naturaliter frigidus.Sed intellige quòd expecta
bitur,niſi poſsit de perpetuitate impedimẽti conſtare.Si au-
tem erigitur quidem,ſed non ſeminat,propter naturale vel
accidentale impedimẽtum,ſecundum Panor.in c.ij.de fri.&
maleſi. tenet gl.xxxij.q.vij.c.hi qui.quòd poteſt contrahere,
& matrimonium tenet:quia poteſt mulierem prouocare : ſed
cõmuniter tenetur contrarium:quia ex quo habere non po-
teſt actũ generandi:poteſt mulier dicere,ego volo effici ma
ter:vt in c.j.in fi.eo.ti.ſed de hoc infrà,partic.v.Si verò copu
lari poteſt cum corrupta,nõ autem cum virgine,ſecundum
San.Tho.poſſunt clauſtra pudoris aliquo inſtrumento me-
dicinaliter frãgi,nec eſſet cõtra naturam:quia non fieret ad
delectationem,ſed ad medicinã.Si etiam moueatur ad pul-
chram,nõ ad turpem,ſecũdum Sanct.Thom.huiuſmodi abo
minatio mulieris non eſt cauſa naturalis , ſed accidentalis:
ideoq; idem eſt iudiciũ quod de maleficio.de quo infrà par-
ticula viij.Si verò membrum ſit exceſsiuum,ſecũdum Hoſt.
papa eſſet conſulendus:ſecundum alios verò melius dicitur
eſſe idem quod de muliere arcta,quæ cum vno,nõ cum alio
poteſt contrahere:quia dicit Auicen.quòd quandoq; mulier
non eſt arcta:ſed vir eius non conuenit ei : vnde vterq; indi-
get permutatione.Et ita tene:quia impoſsibile eſt,virũ non
poſſe coire propter exceſſum membri,& mulierem nõ eſſe
arctam: non ſimpliciter,ſed huic. ¶ Quartum . Impotentia
coeundi in muliere naturalis, eodem modo ſicut & in viro
matrimonium dirimit,ſi eſt perpetua,ſecundum Sanc.Tho.
non autem ſi eſt temporalis.Vnde ſi mulieri arctę abſq; pe-
riculo ſubueniri põt beneficio medicinę vel per futurũ vſum
viri proportionati:quod ſecũdum Veruec.matronarũ inſpi-
cientium iuramẽto cõſtabit,ſecũdum Rayn.cõtrahere non
impeditur:de frig.& maleſi.ex literis.Si verò non põt aliquo
modo ſubueniri ſine graui periculo,ſeparabitur , & poterit
alteri copulari,cui forſitan apta foret,vel cuius reſpectu ei
ſubueniri poſſet:ex cuius vſu ſi facta ſit idonea primo , reſti-
tuetur ei,ſecundum vnam opinionem:à quo ſi cognoſci nõ
poterit,cum eo erit per triennium,ſecundum Hoſt.quaſi ſit
maleficiatus:quo elapſo,ſi eam cognoſcere nõ poterit,reſti-
tuetur ſecundo ſine ſpe quòd iterũ reddatur primo.licet gl.
Ray.



Rayn.dixerit quòd fieri poterit reſtitutio iſta in infinitum.
Vel melius,ſi primo aptari non poteſt niſi per vſum alterius
nunquam reſtituetur primo,niſi eo modo quo ſ.Diuortium.
ſ.xix.dictum eſt.Et ſecundum Hug.ſi mulier eſt arcta, ſed
per inciſionem aptabilis,cùm ea contrahi non poteſt,niſi fa
cta inciſione:& ſi antè ducatur, & facta inciſione duret pri-
mus conſenſus,ſufficit ad matrimonium.Si verò non duret,
vel de nouo in eam non conſentiat, aut eam carnaliter non
cognoſcat:poteſt ab ea recedere,& ſuperinducere aliam.Et
ſi vni ſit arcta & non alteri,contrahere non prohibetur cum
illo,cui poteſt ſine periculo commiſceri,ſecundum Veruec.
non cum alio.Et ſecundum Arch.non ſic dicitur mulier ine-
pta propter frigiditatem,ſicut propter arctationem:quia in
concubitu eſt patiens,vt ad reddendum debitum viro ſuffi-
cit quòd viri patiatur actionem in membro naturali:quod
frigiditas eius non impedit. Ex quo concludi poteſt quòd
mulier contrahere poteſt in quacunq; ætate ſenili,vel com
plexione & diſpoſitione,modò pati poſsit ingreſſum viri ad
clauſtra pudoris:ſecus de maſculo,vt dicetur par.ſeq. ¶ Quin
tum.Si autem vir ſciat ſe frigidum & ineptum,& tamen ſci-
enter contrahit cum aliqua:ſecundum Rayn.non poteſt ab
ea recedere propter tale impedimentum,ſi illa vult cohabi-
re,ar.extra.de eo qui dux.in matri.c.j.& extra eo.c.conſulta
tioni.& quam tanquam vxorem habere non poteſt, habeat
vt ſororem:poſſet tamen diſcedere propter alia,de quibus ſ.
in titulo dictum eſt.Et idem dicendum ſi mulier ſciens ſe eſ
ſe arctam contraxit cum aliquo:quia ſi vir cohabitare velit,
non poterit illa diſcedere.Et ſimiliter ſi quis ſcienter contra
hat cum arcta:aut ſi qua ſcienter contrahat cum aliquo fri-
gido vel impotente,ſecundum Innoc.tenetur ei cohabitare
vt frater aut ſoror.Si tamen contrahat cum alia, tenet ma-
trimonium,quanuis primam vt ſororem tenere & alere te-
neatur. Et idem dicendum eſt ſi frigidus & arcta ſcienter
contraxerint.Conſentit Rayn.& Petr.de Palu.& bene licet
Hoſt.dicat quòd nullum ius in illum ad illud compellit : &
verum eſt,ſed compellit ipſe contractus:vt videtur velle S.
Tho.in iiij.diſt.xxxiiij.q.j.art.ij.in reſponſione ad quartum.
Poſſet tamen ſecundum Rayn.vnus ſeparationem petere,ſi
alter viueret incontinenter, vel aliàs inhoneſtè , vel alium
malè tractaret,& nollet ſe corrigere . Si verò quis ignoret
impotentiam in alio vel etiam in ſeipſo:vt ſi vir credebat ſe
non impotentem,aut mulier non arctam,quando perpende
rit,allegare poteſt ſuam impotentiam:arg de eo qui dux.in
matri.quam pol.c.j.&.c.conſultationi. ¶ Sextum.Secundum
Pet.de Palu.quando ſit ſeparatio propter frigiditatem viri,
mulieri datur licentia contrahendi cum alio viro : aut ſi eſt
impotens ſimpliciter,id eſt,non valens ſeminare:vel valens
quidem,ſed non in loco debito:& hoc ſit quo ad omnem fę-
minam:interdicitur ſimpliciter matrimonium contrahere.
Si autem hoc ſit reſpectu iſtius tantum: puta quia eſt virgo:
licentiandus eſt cum corrupta,non ſimpliciter prohibendus.
Quod intellige ſecundum mentem S.Tho.ſi virgo,cùm qua
iam contraxerat,non poſſet ei aliquo inſtrumento ſine pec-
cato coaptari.Et ſimiliter ſi mulier ita eſt arcta quòd à nul
lo ordinariè eſt cognoſcibilis,ſecundum eundem Pet.debet
manere ſine ſpe coniugij.quod intellige niſi ſine peccato ſit
alicui coaptabilis:& viro datur licentia contrahendi cum a-
lia.Sed ſi eſt arcta quo ad aliquem,puta ſenem:cognoſcibi-
lis verò per alium , puta iuuenem , licentianda eſt ad illum.
¶ Septimum.Quantum ad caſtrationem,quæ ſecundum Ri
char.eſt truncatio membrorum genitalium,comprehenden
do teſticulos & virgam:aliquando verò eſt ſola abſciſsio te
ſticulorum:aliquando verò ſola eorum debilitatio.ſciendum
eſt quòd ſi matrimonium præcedat & reddat omnino ine-
ptum ad reddendum debitum:quod intellige tunc eſſe quã
do quis ſeminare poteſt,tales cõtrahere nequeũt:& ſi cõtra-
xerint,ſunt diuidendi:quia matrimoniũ nullum eſt,extra eõ.
ad ſedem.Si verò ſequatur matrimoniũ per verba de præ-
ſenti,durat,& dirimi nõ poteſt,ſecundũ cõmuniorem opinio
nem,vt dicit Arch.licet quidã dicant quòd dirimit non con-
ſummatũ,ſicut & religioſis ingreſſus.Quidã etiã dicũt quòd
ſi remanet virga quæ rigeat etiam abſciſsis vtriſq; teſticulis
tale matrimonium non conſummatum non ſoluitur:quia ſa
tisfacit vxori,ſicut & illa viro,ſiue reſoluat ſperma ſiue non.
Sed Pan.in c.quod ſedem.extra eo.dicit de mente.Do.quòd
carens vtroque teſticulo contrahere non poteſt : ſecus vno
tantum?Et ſic poteſt intelligi.l.ſi ſerua.§.ſi ſpadoni.ff.de iu.
do.Et hoc eſt verum:quia ſi carens vtroque teſticulo non po
teſt ſeminare,vt aliqui dicunt,cùm ſemen tranſeat per eos,
& conſequenter nec effectum nec actum generationis habe
re,nec copulam carnalem,quæ in iure,vt dicit Arc. non re-
putatur ſubſequuta,niſi ſit conſummata per ſeminationem
ordinariam:ſecus ſi poſſent ſeminare,licet inualidè ad gene
randum.Vnde de caſtrato & ſpadone dicit Pe.de Pal.quòd ſi
non impediuntur ab actu generationis,licet ab effectu,quia
ſcilicet in eis virga erigitur & ſemen emittitur , ſed inuali-
dum ad generandum,poſſunt contrahere: ſed ſi ſemen non
emittunt,contrahere non poſſunt,ſecundum quoſdam xxx-
ij.q.vij.his qui.neque contrahitur per hos affinitas.Et hoc ſal
tem intendunt omnes tenentes quòd ſpado vtroq; teſticulo
priuatus contrahere non poteſt:vt Pan.& glo.v.in c.nuptia-
rum.xxvij.q.j.& Goſ.in Sum.& Hoſt.in Sum.Hug.Io.Franc.
Arch.c.hi quis.xxxij.q.iij. ¶ Octauum.Quantum verò ad ma
leficium,quidam adſcribunt Hoſt.& S.Tho.dicendum eſſe
quòd ſi ſuperueniat matrimonio ante carnalem copulam,ſi
eſt perpetuum,impedit & dirimit.Sed S.Tho.quicquid ſit de
Hoſti.hoc non dixit,ſed potius innuit oppoſitum in iiij.diſt.
xxxiiij.q.j.art.iij.vbi videtur velle idem eſſe de maleficio &
frigiditate,niſi quantum ad aliqua:nec etiam eſt hoc verum:
quia matrimonium contractum per verba de præſenti diſ-
ſolui non poteſt,niſi per mortem naturalem aut ciuilem:vt
ſuprà Diuortium.§.j.& iiij.Vnde Ric.in iiij.dicit quòd com-
munis opinio eſt quòd ſi certum eſſet quòd maleficium eſ-
ſet ſequutum matrimonium ritum licet non conſumma-
tum,non propter hoc dirimeretur vinculum matrimonij.
Vnde dicendum eſt quòd maleficium perpetuum ſi præue-
niat matrimonium,illud dirimit:nõ autem ſi ſit temporale,
neque ſi perpetuum ſequatur:mulier tamen , ſi maleficium
procurauit,diuortium petere non poteſt : quia ſua culpa ad
hoc deuenit.Proceditur autem ad diuortium ratione male-
ficij eo modo quo ſ.Diuortium.§.xx. & celebrato diuortio
dabitur licentia nubendi vtrique,ſi impedimentum erat par
ticulare reſpectu vnius,ſecundum S.Tho.& alios.Si verò e-
rat vniuerſale,non dabitur licentia contrahendi illi,ex cuius
parte eſt vniuerſale,ſi de hoc conſtet. Et ſi eccleſia ſe dece-
ptam inuenerit ex hoc quòd impedimentum quod iudicauit
perpetuum,apparuit temporale,reintegrabit primum.Vn-
de ſi maleficium erat vniuerſale reſpectu cuiuſlibet perſo-
næ:tunc ſi poſtea coniungitur cum ſecunda , redibit ad pri-
mam:quia maleficium non fuit perpetuum.Si verò particu-
lare reſpectu vnius,ſic non reſtituetur primo,quanuis ſecun
dam cognoſcat:quia primum matrimonium fuit nullum, &
ſecundum validum. & ita communiter tenetur . & ſequitur
Sum.Ang. & Roſ.& adſcribitur hoc dictum S. Thom.licet
non ſit eius . nec eſt verum ſimpliciter : quia etiam ſi erat
reſpectu vnius , & nupſit ſecundò , & deinde ſciatur per
certit

certitudinem quòd ſublatum ſit impedimentum, vt quia animo fornicario cognoſcit primam:impedimentum eſt temporale,& reſtitutio fiet,ſecundum prædicta.Et ita tenet Richar.& tunc dicit quòd illud decretum.xxxiij.q.j . ſi per ſortiarias.non tenere.Supple.autem econtrario incidit in alium errorem,volens quòd ſiue maleficium fuerit vniuerſale,ſiue particulare:qui tranſiuit ad ſecunda vota,non redibit ad primam,etiam ſi redeat potentia coëundi . Sed fundauit ſe ſuper d.c.ſi per ſortiarias.quod Rich.dicit non tenere:& bene: quia corrigitur per c.fraternitas.de fri.& male.¶Nonum.Si dubium ſit an impotentia coëundi præceſſerit contractum matrimonij per verba de præſenti nécne,ſecundum Panor. in dicto capite,fraternitatis.præſumitur præceſsiſſe, ex quo nunquam potuit cognoſcere.& facit in argu.l.iij. C.de ædi. edic.&hoc idem ſequitur Ric.in iiij.di.xxxiij.& in hanc partem magis videntur Docto.inclinari:licet gloſſ.xxxiij.q.j.in ſumma.teneat contrarium.Nec obſtat c.licet ex quadam.in fine.de teſti.vbi dicitur quòd in dubio pro matrimonio eſt præſumendum:quia hoc Panorm.vbi ſuprà,egregie limitat verum quando matrimonium habere poteſt effectum ſuum , id eſt , euitationem fornicationis , ad bonum prolis. ¶Decimum.Secundum Pet.de Palu.ſi maleficiati vel aliàs impotentes velint cõmanere,veri coniuges ſunt,ſicut Maria & Ioſeph. Sed hoc non eſt verum , niſi quando impedimentum eſt temporale:quia,vt dicit Sanc.Thom.vbi ſuprà,licet actus carnalis copulæ non ſit de eſſentia matrimonij: potentia tamen ad hoc eſt de eſſentia eius. Vtrum autem vnum maleficium poſsit auferri per aliud,ſuprà Maleficium.§.viij.

## Rurſus de Matrimonio ix.quantũ ad accuſationem ad diuortium ordinatam.

1 *Matrimonium qui accuſare poſsint.*
2 *Accuſare an poſsit matrimoniũ,qui tẽpore contractus tacuit.*
3 *Matrimonij accuſatio qualiter fieri debeat.*
4 *Teſtes qui eſſe poſsint in cauſa matrimoniali.*
5 *Matrimonij cauſa habet quædam ſpecialia.*
6 *Adulterium coniugis an quis accuſare debeat.*
7 *Adultera poſt pœnitentiã an repellat maritum ab accuſatione.*
8 *Adulterij ſpiritualis cum carnali an fiat compenſatio inter coniuges.*
9 *Adulterium qui accuſare poſsint.*
10 *Adulterij accuſatio qualiter fieri debeat.*
11 *Accuſationis adulterij quis ſit effectus.*
12 *Vxor an ob alia crimina poſsit accuſari & dimitti.*

MATRIMONIVM rurſus nonò conſiderari poteſt quantum ad accuſationem ad diuortiũ ordinatam, ſiue impedimentum aliquod,ſiue adulterium accuſetur:tamen ſecundum S.Tho.in iiij.diſt.xlij.ſi ſponſalia ſola ſint contracta,quod non eſt,non accuſatur:ſed poteſt impidimentum denuntiari ne matrimonium contrahat.¶Pri-
1 mò †ergo quantum ad impedimentum quæritur qui ſunt, quibus iſta accuſatio prohibetur : &quibus licet ? Et dico quòd generaliter accuſare prohibentur omnes extranei, quandiu ſunt conſanguinei.xxxv.q.vj . c.j.& ij . Nam ſecundum S.Tho.in iiij.diſt.xlij.ſi conſanguinei , quos probabile eſt ſcire conſanguinitatem,tacent:ſuſpicio eſt contra extraneum,qui conſanguinitatem ſcire non poteſt per conſanguineos,quòd ex malitia procedat:niſi per conſanguineos probare voluerit:vnde ab accuſatione repellitur , quando ſunt conſanguinei qui tacent,& per quos probare non poteſt.Admittuntur verò conſanguinei,ſicut pater,mater, ſoror , frater,patruus,auunculus,amita,matertera, & tota progenies: vt in d.c.j.& ij.Cuius ratio eſt:quia ſuam genealogiam quiſque ſcire laborat,extra qui ma.accuſ.poſ.c.videtur . Et iſtud eſt ſpeciale quòd conſanguinei admittantur ad accuſationem.Quod tamen S.Tho.limitat,quando accuſatur matrimonium ꝓpter impedimentum perpetuum dirimens:quia quando accuſatur ex hoc quòd dicitur non fuiſſe contractum:tunc parentes,tanquam ſuſpecti , ſunt repellendi: niſi ex parte illius qui eſt inferior dignitate & diuitijs,de quo præſumitur quòd vellet illud ſtare. Addit etiã Sũ. Cõt.lib.iiij.tit. xx.q.j.hodie,in multis locis non ſeruari,quin admittantur extranei , etiam exiſtentibus conſanguineis qui hoc poſſunt. Conſanguineis autem deficientibus admittuntur antiquiores,& veraciores vicini,quibus ea propinquitas nota eſt d.c. j.Admittuntur etiam tam maritus quàm vxor:nec vlla defenduntur longinquitate annorum.de conſan.&affi.non debet.licet olim ipſi &extranei prohiberentur temporis diuturnitate,id eſt,ſi ſteriſſent ſimul ſine q.xx.aut xviij.ann.vt not. in d.q.j.quia,vt dicit S.Tho.quæ ſine peccato eſſe non poſſunt,nulla præſcriptione firmantur:quia diuturnitas temporis non minuit peccatum,ſed adauget.de ſimo.cùm in eccleſiæ.de conſue.cùm tanto.nec ad hoc facit aliquid fauor matrimonij:quod inter illegitimas perſonas eſſe non poteſt.
¶Secundò quæritur,†vtrum is,qui tempore contractus ma- 2
trimonij tacuit,modò poſsit illud accuſare? Et dicit S.Tho. quòd quandoq; auditur,quandoque repellitur: quod probat per caput,cùm in tua.extra qui mat.accuſa.poſ.vbi habetur quòd ſi quando banna vel denuntiationes fiebant , ipſe erat extra diœceſim:vel ad eum denuntiatio non potuit peruenire:puta ſi nimia infirmitate laborans non erat ſanæ mentis, vel ita puer quòd talia comprehendere non valebat,vel alia cauſa legitima erat impeditus, eius accuſatio debet audiri: alioquin cùm rationabiliter præſumatur quòd denuntiationem publicè factam ipſe exiſtens in diœceſi non ignorauerit,tanquam ſuſpectus eſt repellendus: niſi iurauerit quòd poſtea didicerit quæ obiecit,& ad hoc ex malitia non procedat:quia tunc debet admitti , etiam ſi ab illis didiciſſet qui tempore denuntiationis tacuerunt:quia licet illi non eſſent admittendi,quia fuerunt in culpa: iſte tamen repelli non debet,cùm non ſit culpabilis.¶Tertio quæritur,†qualiter fieri 3
debet iſta matrimonij accuſatio?Et dicit S.Tho.quòd obligatio ad talionem habet locum quando accuſatur perſona de crimine:quia tunc agitur ad eius punitionem , quod non fit quando accuſatur factum , ſed agitur ad impediendum rem illicitam:&ideo in matrimonio accuſator nõ ſe obligat ad pœnam.Vnde dicit Ray.quòd in prædicto caſu propriè non dicitur accuſatio:quia nõ fit inſcriptio, in qua ſe accuſator obliget ad talionem:ſed dicitur denuntiatio,quæ fit propter peccatũ,in quo iuncti malè permanent:&poteſt fieri etiam ſine ſcriptis.intellige tamen ſic, vt continuò ſcribatur in actibus iudicialibus:vt cle.ſæpe.de verb.ſig.coniuncta cle. diſpendioſam.de iudi.Sed melius eſt quòd fiat in ſcriptis.ar. de reſti.ſpol.c.literas.&.c.à nobis.qui ma.accuſ.poſ. Huiuſmodi autem denuntiationis forma talis eſt.Ego talis denuntio vobis,domine epiſcope,quòd matrimonium Petri & Mariæ ſtare nõ poteſt:quia ſunt in tali gradu cõſanguinei: deſignando perſonas:vel ſi eſt alia cauſa,vt affinitas,& huiuſmodi. & datur libellus etiam parti aduerſæ,vt ſciat qui impeditur quid actor probare velit:in quo libello contineantur gradus & perſonæ proprijs nominibus deſignatæ. Quo facto proceditur in lite more ſolito,ſcilicet ſuſcipiendo iuramentum à partibus de veritate dicenda,& examinationes ac probationes faciendo per ordinem.Et nota quòd in hoc caſu poteſt contra contumacem lite non conteſtata procedi ad teſtium receptionem,& ſententiam diffinitiuam:extra vt lite

non



non conteſt.quoniam frequenter.Secus autem eſſet in accuſatione de adulterio,ad thori ſeparationem.extra vt lit.non conteſt.c.j.& cap.quoniam frequenter.¶Quartò quæritur, †qui poſsint eſſe teſtes in cauſa matrimoniali?Et dicit Ray. quòd omnes qui admittuntur ad accuſationem,admittuntur etiam ad teſtificationem.de quibus ſuprà.§.ij. Et licet pater & mater ſint idonei teſtes in hoc caſu,.vbi agitur vtrum ſit ibi impedimentum:vt extra qui matri.accuſ.poſ.videtur nobis.tamen ſi de ipſo cõtractu agatur,id eſt,vtrum matrimonium ſit inter eos cõtractum:tanquam ſuſpecti repelluntur niſi ex parte illius,qui eſt inferior,vt ſuprà.§.j.dictũ eſt:quia parentes videntur filiorum & filiarũ incrementum & honorem diligere,de teſti.ſuper eo.Et ſimiliter in prædicto caſu poteſt eſſe idẽ accuſator & teſtis.argu.xxxv.q.vj . epiſcopus in ſynodo.&.c.de parentela.de teſti.cog. præterea.& idem S.Tho.¶Quintò quæritur,†vtrum in hac cauſa ſint aliqua ſpecialia.Et dico quòd ſic ſecundum Iuriſtas,vt refert ac tenet S.Tho.vbi ſuprà,ſcilicet quòd idem poteſt eſſe accuſator & teſtis:& non iuratur de calumnia,cum ſit quaſi cauſa ſpiritualis:& quod conſanguinei admittuntur ad teſtificandum:& quòd non obſeruatur omnino iudiciarius ordo:quia tali denuntiatione facta contumax poteſt excommunicari lite non conteſtata:& valet hic teſtimoniũ de auditu:& poſt publicationem teſtium teſtes poſſunt induci : & hoc totum eſt vt peccatum impediatur.quod in tali coniunctione eſſe poteſt.¶Sextò quæritur,†quantum ad accuſationem adulterij vt fiat diuortium:vtrum vir poſsit vel nõ poſsit vel etiã teneatur vxorem adulteram accuſare & dimittere ? Et dico quòd vtiq; poteſt:quia clamant hoc omnia iura: & ſimiliter econtrario vxor virum:quia in hoc ſunt pares,vt §.ſeq. Sunt tamen ſeptem caſus,in quibus eam dimittere, & conſequenter accuſare non poteſt.quos vide ſuprà Diuortium.§.ix.An verò ad hoc teneatur: Pet.dicit quòd ſi fornicatio eſt occulta nec poteſt probari:dimittere eam non debet.ſimiliter nec ſi eſt manifeſta,& ſperatur correctio:ſi verò nõ ſperatur, non licet eam retinere,ne videatur conſentire peccato:& conſequenter tenetur accuſare.Et cõcor.S.Tho.Non autem poteſt eam ſine peccato accuſare,& dimittere ſi ipſe occultè, illa verò manifeſtè adulterauit,ſecundum Ray.quia nõ deficit vxori ius excipiẽdi,ſed probandi:arg.xxxij. q.vj.per totum.Et idẽ S.Tho.Ala.Gof.& Hoſt.quod tamen fallit,ſi ille egit pœnitentiam,& illa monita agere nõ vellet.xxxij. q. i.ij.iij.& iiij.& idẽ Gof.& Hoſt.¶Septimò quæritur,† vtrum adultera poſt pœnitentiam repellere poſsit maritum ab accuſatione?Et credit Ray.quòd nõ:quia pœnitentia nõ tollit ius accuſandi in foro iudiciali.xxij.diſtin.c.j.xxxiij.q.ij admonere.vj.q.j.qui crimen.& Concor.Sanct. Tho.Gofr.& Hoſt.Et ratio:quia pœnitentia ſatisfacit Deo,ſed non hominibus vel reipublicæ.¶Octauò quæritur,†ſi alter cõiugum carnaliter,alter ſpiritualiter fornicetur:vtrum fiat compenſatio,& accuſatio ceſſet? Et dicit Hoſt.quòd ſi accuſatio eſt de fornicatione ſpirituali,puta hæreſi,& exceptio de carnali,id eſt adulterio,nihilominus procedetur,niſi voluerit conuertere:quo caſu locum habet compenſatio:ſed ſi econuerſo accuſatio ſit de carnali,& exceptio de ſpirituali,exceptio admittetur,& ſuper ipſam promptius procedetur propter periculum hæreſis.¶Nonò quæritur,† qui ad talem accuſationem admittantur? Et dico ſecundum Rayn. quòd licet tam ſecundum leges quàm ſecundum Canones quilibet bonæ famæ admittatur ad accuſationẽ adulterij, cum agitur ad pœnam legalem vel canonicam:tamen cum agitur ad ſeparationem thori,nullus admittitur,niſi maritus &vxor quę propter hanc cauſam poſſunt ſe accuſare & dimittere.Mat. xix. Qui dimiſerit,&c.licet non poſsint nubere.xxxij.q.vij . omnes cauſationes.& in tali caſu non iudicantur ad imparia,ſed ad paria.xxxij.q.vij.ſi quis vxorem.&.q.v.præcepti.&.c.Chriſtiana.Ad paria tamẽ nõ iudicãtur ex paribus,ſed ex imparibus culpis,ſecundum S.Tho.in iiij.diſt.xxxv. & Pet. quia licet adulterando vterq; æqualiter peccet,agẽdo cõtra bonũ fidei:plus tamen peccat mulier cæteris paribus contra bonum prolis:& vir propter dominationẽ rationis. ¶Decimò
quæritur,†qualiter fidei debeat iſta accuſatio?Et dico quòd 10
maritus volens vxorẽ de aulterio accuſare ad pœnã legalẽ, debet inſcribere & ad pœnã talionis ſe obligare: nec poteſt agere per procuratorẽ,ſed per ſeipſum præſentem oportet eum agere.Si autem corã iudice eccleſiaſtico agat ad thori ſeparationẽ:tenetur ſcribere & dare libellum accuſationis, ſed ad talionem ſe obligare nõ debet.quoniã ſiue probaret obiecta,ſiue nõ,haberet quod vellet:quia ſepararetur ab vxore:& põt ipſe agere , & illa reſpõdere ꝑ procuratore, ſi neceſsitas expoſcat:quia & ſi de crimine fiat accuſatio, non tamẽ eſt criminalis,ſed quaſi miſta.Probantur hæc omnia de
procu.c.tuæ. ¶Vndecimò quæritur,†quis ſit effectus huius 11
accuſationis?Et dicit Ray. effectum eſſe quòd ſi maritus ꝓbet,vel illa cõfiteatur,nec excipiatur contra eum de aliquo ſeptem caſuũ,de quibus ſuprà Diuortiũ. §.ix. abſoluitur . A cohabitatione & ſeruitute qua illi tenebat,& ingredi poteſt religionẽ ea inuita.xxvij.q.ij.Agatoſa.ipſa tamẽ inuito marito intrare nõ poterit:& ſi ingrediatur,eam poterit reuocare,ſecundũ Veruec.& ſimiliter ſi eo ignorãte.Si autẽ eo ſciẽte & nõ contradicente ingreditur,videtur data licẽtia:& vir tenetur continere.arg.xxvij.q.ij.Agatoſa. De his ſupra Di-
uortium.¶Duodecimò quæritur,† an propter aliud crimẽ 12
poſsit vxor accuſari & dimitti?Et dicit S.Tho.in iiij.diſt. xxix.quòd propter alia peccata dimitti non poteſt, nec quo ad vinculum,nec quo ad actum,niſi fortè ad caſtigationẽ ſubtrahat ad tempus ſolatium præſentiæ ſuæ.Nam quando vxor præſtat magnam occaſionem ruinæ viro ſuo:ſubtrahere ſe poteſt ab eius conuerſatione.& idem Al.addens quòd nõ oportet cohabitare furi aut vſurario,ſi nõ vult reſipiſcere:licet ceſſante ſcandalo debeat recõciliari.xxviij.q.j.vxor. & Matt.xviij.Si dextera tua ſcãdalizat te,abſcinde eam. vbi dicit glo.quòd in manu & oculo poſſunt fratres,vxores,filij, & propinqui intelligi.Concord.etiam Pet.dicens quòd quãdo coniunx per ſuum peccatum eſt ſcandalum , dimitti poteſt quo ad cohabitationem corporalem,quouſque corrigatur.De hac materia habes multa ſupra Diuortium. & ſuprà Adulterium,& ſuprà Debitum per totum.

## Rurſus de Matrimonio decimò,quando aliquis vel aliqua petitur aut repetitur tanquam coniunx.

1 *Coniunx agit petitorio & poſſeſſorio in coniugem , & qualiter procedatur.num.2.*
3 *Mulier ſi recedat à viro,an petat ſe reſtitui.*
4 *Religioſus ſi petatur in cõiugium prius factum,an credatur.*
5 *Coniunx poſt ſpoliationem ad quid reſtituatur.*

MATRIMONIVM rurſus decimò conſiderari poteſt quãdo alter cõiugũ de facto vel de iure habitat ſeparatim,& à reliquo petitur vel repetitur.¶Primò
ergo quæritur,†quot modis in hac cauſa agere quis poſsit? 1
Et dico quòd duobus ſcilicet petitorio iudicio,&poſſeſſorio. Agitur petitorio,vt ſi mulier dicat aliquem eſſe maritũ ſuũ, quia cõtraxit ſecũ,& petit eũ ſibi adiudicari in maritũ quod eſt agere petitorio , quaſi agat de proprietate.Agitur verò poſſeſſorio quando petit eum ſibi reſtitui, quaſi ab eo fuerit

iniu

iniuſtè dimiſſa,quod eſt agere poſſeſſorio:quoniam petit vi
2 ri ſui poſſeſsionem. ¶Secundò quæritur, † qualiter in hac
cauſa ſit procedēdum? Et dico quòd ſi agat petitorio,dicens
aliquem eſſe virum ſuum,& ille neget excipiendo quod illa
non poſsit eſſe vxor ſua vel non ſit,propter talem vel talem
cauſam:prius tractabitur exceptio mariti:quia illa probata
perimitur quæſtio principalis:& vir erit abſoluendus.de or-
din.cognitio.c.j.Si verò agat poſſeſſorio , ſecundum Rayn.
quando petit maritum ſibi reſtitui,licet maritus obijciat de
conſanguinitate vel alio impedimento:prius debet fieri re-
ſtitutio mulieri,quàm cognoſcatur de exceptione mariti:de
diuort.porro.de reſtitutio.ſpoli.ex conqueſtione.& cap.lite-
ras.etiam ſi illud impedimentum eſſet notorium : quando
ſeparatio non eſt facta iuridicè:vt in dicto c.porro. ¶Quod
tamen in quibuſdam caſibus fallit:in quibus reſtitutio fieri
non debet. ¶Primò,ſi obijciatur mulieri fornicatio publica
& manifeſta:de qua probato quòd ſit notoria, ita quòd non
poſsit aliqua tergiuerſatione celari:non reſtituetur,niſi ipſa
probaret virum adulterium commiſiſſe : quo caſu reſtitui
debet,etiam ſi ipſa fuerit publicè fornicata.de diuort.cap.ſi-
gnificaſti.¶Secundò,ſi obijciatur conſanguinitas , maximè
lege diuina prohibita,& probationes offerantur incontinen
ti paratæ: quo caſu debet recipi iuramentum ad cautelam:
ne ſcilicet huiuſmodi obiectio malitioſe fiat:& tunc fiet qui
dem reſtitutio quo ad cohabitationem,ſed non quantum ad
copulam carnis:vt in dicto cap.literas.¶Tertiò ſi obijciatur
exceptio rei iudicatæ,ſcilicet ſuper diuortio:quia non eſt re-
ſtitutio facienda,niſi prius de illa exceptione cognoſcatur.
¶Quartò , quando vir petit ſibi vxorem reſtitui & illa de
eius ſæuitia timet:quia debet quidem reſtitui,ſed ſufficienti
cautione recepta,quòd illi non inferat malum.de reſtitutio.
ſpoliat.cap.ex tranſmiſſa.de qua cautione hic vide.§.fina.Et
ſi ita capitali odio eam proſequitur,quòd meritò de ipſo dif
fidat , nec poſsit ex ſufficienti ſecuritate prouideri:non ſo-
lùm non debet reſtitui,ſed potius debet ab illa remoueri:
vt in dicto cap.literas.& concord.Sanc.Tho.& Pet.Et addit
Ray.In omnibus alijs caſibus credo quòd mulieri petenti ſit
reſtitutio facienda,& econuerſo:dummodo probet ſe in poſ
ſeſsione fuiſſe,& à viro ſpoliatam ſine iuris ordine:quia hæc
duo probare habet.de offic.delega.conſultationibus. & qui
filij ſint legitim.cap.cauſam. el ſecundo.¶Tertiò quæritur,
3 †quid ſi mulier propria authoritate receſsit à viro ſine cul-
pa viri,& nunc petit reſtitutionem ? Et dicit Veruec.ſecun-
dum quoſdam eam non debere reſtitui:ſed ſecundum Vin-
cent.Bern.& Hugo.debet: quia hoc ipſo quòd rediens non
admittitur,expellitur,& cadit à poſſeſsione.l.clam poſside-
re.in fin.ff.de acquirenda poſſeſ.argum.etiam l.j.ſiue autem
ff.de vi & vi.& de iureiuran.c.tua nos. & hoc niſi ipſa fuerit
publicè fornicata:vel cùm adultero publicè morata. Adde
etiam quòd ſi ipſa ſua ſpōte receſsit ſine culpa graui mariti,
& non querit reſtitutionem:maritus non tenetur eam requi
rere ex rigore iuſtitiæ: quia ipſa renuntiauit ipſo facto iuri
quod habebat in cohabitatione mutua:tenetur tamē ex cha
ritate de pręcepto vel conſilio ſi inde bonum ſperaret.Quar
4 tò,† ſi religioſus vel religioſa petitur tanquam coniunx, &
fatetur matrimonium & copulam carnalē:quæritur, vtrum
ſtandum ſit ſuæ confeſsioni,puta mulieris? Et dicit Veruec.
hoc caſu quòd ſic:& reſtituetur viro:quia ex hoc nullum fit
præiudicium niſi ipſis : nec eſt credendum eos ſuæ ſalutis
immemores eſſe.j.q.vij.ſancimus.Aliud tamen eſſet dicen-
dum in rebus quas dediſſet monaſterio.& idem Innocent.&
Bern.extra de rapto.c.cum cauſam.Sed hoc dictum proce
dit dupliciter:primò in dubio, ſecundum Summam Confeſ.
ſecundò quando probabiliter conſtaret quòd confeſsio con
fitentis eſſet contra eius intentionem : puta quia deſide-
rat ſtare in monaſterio,& fatetur pro matrimonio:quia cui-
libet creditur contra ſe, non pro ſe:aliàs non videtur ſtandū
confeſsioni eius contra matrimonium carnale: vt in c.ſuper
eo.de eo qui cogno.conſang.vxo.ſuæ & multo minus cōtra
ſpirituale,cùm ſit fauorabilius.de conuer. coniug. c. ex pu-
blico.niſi cōſtaret perſonam ante religionis ingreſſum fuiſ-
ſe traductam:quia tunc crederetur ſibi dicenti copulam in-
terueniſſe.& iſte eſt caſus dicti cap.cum cauſam. ſecundum
Gloſſam ibi.Nec mirum:quia etiam hoc caſu ſi mulier ne-
garet,crederetur viro aſſerenti copulam interueniſſe:de de-
ſpon.impub.continebatur. Vide Panor.in d. c.cum cauſam.
diffuſum.¶Quintò quæritur,†qualiter ſeu ad quid coniunx 5
ſpoliatus eſt reſtituendus? Et dico ſecundum Ray . eum de-
bere reſtitui ad omnia,de quibus probauit ſe ſpoliatum , vt
gaudeat pacifica poſſeſsione & plena ſecuritate.iiij.q.j.rein-
tegranda.Sed ſi mulier dicat ſe virum habere ſuſpectum,ne
fortè eam ledat,& cauſam veriſimilem oſtēdat, ad iudicem
ſpectat facere ſibi caueri de cautione ſufficienti quòd eam
bene tractabit ſicut vir tractare debet vxorem:& quod non
lædet eam in perſona vel rebus & huiuſmodi.Et hanc cautio
nem præſtabit per iuramentum.argum.xxxij.q.j. de benedi
cto.iuncta glo.quæ ibi dicit quòd ſi nihil allegat mulier de
ſuſpicione viri,ſufficit nuda promiſsio. Et ſi de iuramento
mulier non confidat:præſtabit pignoratitiam vel fideiuſſo-
riam ſub certa pœna.argum.vt lite non conteſta.c.quoniam
frequenter.& xxiij.q.v.prodeſt.& q.iiij.ſi vindicta. Si autem
tanta ſit viri ſæuitia,vt nulla videatur ſufficere cautio , non
eſt ei reddenda:ſed alicui honeſtæ matronæ committenda.
de reſtitut.ſpol.cap.ex tranſmiſſa.& cap.literas.in fine.

MAXIME,dupliciter ſumitur:ſcilicet pro tantum,&
ſtat impropriè : quandoq; verò ſtat propriè:& ponit
idem in caſibus alijs: ſed maiorem rationem in ex-
preſſo.C.vnde liberi.l.fin. Vide etiam Panorm.poſt gloſſam
in cap.auditis.de elect.

## De Medico & infirmis.

1 *Medicus qualis eſſe debeat.*
2 *Medici qui eſſe poſsint.*
3 *Medicus qualiter circa infirmum ſe habere debeat.& nume-
ro 4.& 5.*
6 *Medici ſalarium quale.*
7 *Medico an teneatur parere infirmus.*
8 *Medici & Chirurgi an poſsint ad ſacros ordines promoueri.*
9 *Anatomiæ cauſa an teneatur iudex dare cadauer ſuſpenſi.*

MEDICVS à medendo dictus,eſt duplex,ſcilicet Chi
rurgus incidens & adurēs,& phyſicus ſiue naturalis,
non vrens nec incidens,ſed exhibens actiua natura-
lia intus vel extra.Et vterq; eſt triplex.Quidam ſcilicet non
exercens,artē ſed in particulari perſona vel caſu adhibens
aliquod remediū,quomodo omnes,aut ferè omnes ſunt me
dici.Et quidem doctoratus & conuentatus in arte:ſed illam
non exercens.Et de his duobus generibus non intendo lo-
qui.Et quidem artem exercens vocatus medicus à vulgo,qui
iuridicè dicitur medicus,quem non eſt neceſſe eſſe peritum
vt dicatur medicus:alioquin nunquam peccaret per igno-
rantiam : neque eſſe doctoratum,vel conuentatum. Vnde
ſecundum Bartolum in l. ſciendum. ff. de ædilitio edicto ſi
ſtatuto epiſcopi cauetur ſub pœna excommunicationis ne
quis ingrediatur monaſterium monialium , præter medi-
cum : medicus non conuentatus intrando non incidit:quia
quamuis non ſit conuentatus , tamen medicus eſt : & ita à
vulgo nominatur.Item quia non dicitur medicus à dignita-
te,ſed à medendo:vnde non refert an ſit Doctor,dummodo
medeatur.¶Primò igitur quæritur,†quid requiratur in me
1 dico,vt poſsit artem exercere ſine peccato ? Et dico requiri
multa.¶Primò enim requiritur quòd ſic ſit peritus,vt com
muniter à peritis illius facultatis reputetur idoneus:nec ſuf-
ficit eſſe doctoratum. aliàs ſi ex notabili ignorantia in ſua
cura nocet infirmo,mortaliter peccat, faciens contra illud.
Non occides.de pœ.di.j.homicidium.& ſecundum Ric.tene
tur infirmo ad æquiualens, ex quo non poteſt reſarcire prin
cipale:imò etiam ſi ſanitas ſequatur,peccat mortaliter:quia
expoſuit ſe periculo peccati mortalis, id eſt, operi vnde po-
teſt ſequi notabile nocumentum proximo.Nec obſtat quòd
hoc non intendat:quia voluntariè ponit ſe ad illud,vnde hoc
natum eſt ſequi.argu.xv.q.j.merito.& §.ſed obijcitur de La-
mech.Nec tenetur ſolum in foro animæ quando voluntariè
lædit,puta prolongando infirmitatem,& huiuſmodi : ſed e-
tiam quando ex ignorantia vel imperitia vel non ſequendo
traditiones artis:vt no.Per.in auth.ſed hodie.C.de iudi.quia
imperitia medici culpę annumeratur.l.ſi quis fundum.§.Cel
ſus.ff.loca.& l.imperitia.ff.de reg.iu.hoc tamen Pan.in c.ad
aures.de æta.&qua.limitat quando aſſumpſit officium volun
tariè:ſecus ſi ex neceſsitate bona fide fecit quod potuit defi-
cientibus alijs medicis. Vnde imputet ſibi qui talem eligit,ex
quo dicebat ſe imperitum.¶Secundò debet eſſe diligens.vn
de etiam peritus notabiliter negligens in reuidendo libros,
in viſitando infirmum,in qualitate rerum medicinalium,&
huiuſmodi,ſi ſequatur mors,eſt irregularis,& peccat morta-
liter:& ſimiliter ſi ſequatur magna aggrauatio infirmitatis
ſine morte.Sed ſecundum Ant.de But.in c.tua nos.de homi.
dicitur omnem diligentiam quam debet adhibuiſſe,quando
ſequitur traditiones artis,& viſitat perſonaliter,& dictat re
gimen infirmo:nec tenetur ad cuſtodiam perſonalem conti
nuam,ſecundum Hoſt.& ſic non imputatur ei euentus mor
tis.ff.de officio præſidis.l.illicitas.§.ſicuti.¶Tertiò debet ha
bere intentionem iuſtificatā ,vt non intendat lucrari cum al
terius iactura.de reg.iu.nemo.lib.vj. Vnde curam quàm citiſ
ſimè poteſt,debet terminare.Et ſi curam extendit & prolon
gat ad lucrum,peccat mortaliter:& illud plus reſtituere te-
netur:& ſimiliter ſi permittat aromatarium ponere in confe
ctione medicinæ ſpecies non ſufficientes propter vetuſta-
tem vel alium defectum,vt ipſe plus lucretur,peccat graui-
ter:& tenetur vterq; infirmo de omni damno.Imò ſecundum
[illegible] de aromatario confidere non debet, niſi ſciat eſſe con-
[illegible]tatum,peritum, & practicum:ſed ſub ſuis oculis debet
medicinæ compoſitio fieri.Si tamen medicinam ſecundum
artem dedit,& omnem debitam diligentiam exhibuit : non
imputatur ei,ſi ex defectu ſpecierum vel admiſtione alia ſit
nocua.de cleri. excom.miniſtrante.c.apoſtolicæ.ſecundum
Innoc.& Hoſt.in omnibus autem prædictis tenetur ad arbi-
trium bonorum virorum . ¶Secundò quæritur, †quis inter
[illegible] qui tria prædicta habent,poſsit eſſe medicus,id eſt,exer
cere artem medicinæ? Et dico multa. ¶Primum.Si clerici
[illegible] in ſacris vel etiam in minoribus , dum tamen ſint ſuffi-
cienter beneficiati,ſecundum Ray.non licet eis operari in
medicina phyſica,niſi gratis pro miſerabilibus perſonis vel
conſanguineis:nec tunc vbi poſſet eſſe periculum . quod e-
[illegible] in clauſtralibus diſtrictius eſt obſeruandum:ne cler.vel
mon. [illegible].officium autem chirurgi quod inciſionem vel adu
[illegible] requirit,ſecundum eundem eſt clericis omnibus in-
[illegible].ne cler.vel mon.ſententiam.& de homic.tua nos.
[illegible] capitulis,licet non videatur dici , niſi de exiſtenti-
bus in ſacris:tamen idem poteſt intelligi de exiſtentibus in



minoribus ſufficienter beneficiatis,ſecundum Pan.in d.cap.
ſententiam.argu.c.j.de poſtu.& contrahit talis clericus irre-
gularitatem,vbi eam laicus non contraheret : quia dat ope-
ram rei illicitæ.de quo vide Pan.vbi ſ.¶Secundum . Nullus
Iudæus poteſt eſſe Chriſtianorum medicus:vt ſ.Iudæus.§.j.
tamen dicit Hug.quòd neceſsitas Chriſtianorum excuſat,
quando ſcilicet alium non habet.& idem videtur ſecundum
Arch.quando non habet ſufficientem.Medicinalia verò poſ
ſumus ab eis emere,ſecundum Hug.& Lau . ¶Tertium.Se-
cundum Aug.de Ancho.lib.de pote.eccle.ad practicam me-
dicinæ admitti non debent niſi nati de legitimo matrimo-
nio,& iurati ſine diſpenſatione:quod tamen,ſecundum eum
fallit,vbi non viuitur legibus imperialibus:cùm hoc ſit ciuili
vel Imperiali iure prohibitum:& vbi viuitur quidem,ſed non
contraria conſuetudine abrogatis.¶Tertiò quæritur,†quo- 3
modo medicus ſe debeat habere in exhibendis medicinis ſpi
ritualibus,cuiuſmodi eſt monitio ad confeſsionem,præmo-
nitio de futura morte,& huiuſmodi? Et dico multa . ¶Pri-
mum.Tenetur medicus ſeruare decretum de pœ.& re.cum
infirmitas.vbi ſtatuitur,& diſtrictè præcipitur medicis cor-
porum,vt cùm eos ad infirmos vocari contingat , ipſos ante
omnia moneant & inducant vt medicos aduocent anima-
rum,ſcilicet confeſſores:vt poſtquam fuerit infirmo de ſpi-
rituali ſalute prouiſum, ad corporalis medicinæ remedium
ſalubrius procedatur.¶Secundum.In dicto decreto quędam
verba ponderanda ſunt.Nam dicitur primò,diſtrictè præci-
pimus:& ſic importatur neceſsitas.xij.q.j. quòd præcipitur.
& ſecundum glo.Hoſt.tranſgreſſor peccat mortaliter : nec
poteſt hoc conſuetudine vel præſcriptione tolli,cùm ſit pro
ſalute animarum ſtatutum:& ſecundum Pan.ibi,& huiuſmo
di conſuetudo non poſsit eſſe rationabilis. Dicitur ſecundò,
ante omnia hoc ſeruandum eſt,antequam ad curam manum
mittant,vel de ſalario conueniant, ſecundum Io.Andr.aliàs
autem poſſet repetere vel negare ſalarium : quia contra le-
gem C.de legi.l.non dubium.Dicitur tertiò,moneat & indu
cat.ſcilicet cum effectu,ita quòd confiteatur:aliter non am-
plius eum viſitet,ſecundum Hoſt.& ſequitur Pan.ibi.Sed,vt
dicit Arch.dura nimis eſt iſta opinio:cum in periculo conſti
tutis quantuncunq; obſtinatis ſit ſubueniendum ſecundum
ordinem charitatis:nec textus hoc dicat. Vnde & Pet.de Pa.
dicit quòd ſolùm tenentur admonere.Sed adde,& inducere:
vt monere ſit commemorare : inducere verò ſit efficaciter
hortari:vt quantum eſt ex parte medici ſequatur effectus:
ar.c.ſi.de eo qui co.conſan.vxo.vbi dicitur moneas & indu-
cas:& ſubditur,quòd ſi induci nequiuerit.& conſequenter il
lud,inducas,non ſonauit effectum aliter autem intelligen-
do videretur contra charitatem:quia infirmus fortè morere
tur deſperatus,qui ſanatus fortè conuerteretur Dicitur quar
tò,vt ſalubrius procedatur.Ex quo patet quòd ſi infirmitas
indiget et tam celeri remedio corporali , quòd expectatio
cōfeſsionis obeſſet ſanitati:eo caſu non ligat iſta cōſtitutio.
¶Tertium.Sum.autem Ange.& Sum.Roſ.non intelligunt
iſtam conditionem quantum ad omnem infirmitatem : ſed
ſolùm quantum ad periculoſas & dubias ſecundum ſe:id eſt,
quę poſſunt probabiliter inducere periculum mortis,in quo
ipſe infirmus confiteri tenetur.Sed iſtam opinionem expreſ
ſe Arc.per tex.videtur euertere,dicens quòd medici hoc ob-
ſeruantes ſolùm cum ægritudinem mortalem viderint,non
adimplent conſtitutionem,quæ ſubdit inter cætera huius e-
dicti cauſam fuiſſe,quòd quidam in ægritudinis lecto iacen-
tes,cùm eis à medicis ſuadetur vt de animarum ſalute diſpo
nant,in deſperationis articulum incidunt: vnde facilius mor
tis periculum incurrunt.vbi dicit Ioann. Andr. quòd ex quo
infirmi

inſirmi ſciant hoc medicos dicere in omni infirmitate mor-
tali,&non mortali ex præcepto,ceſſabit timor &periculum.
Hæc ex illo. Et ideo ſimpliciter & indiſtinctè dicendum eſt
cum textu eos ad hoc teneri , cum eos ad infirmos vocari
contingit:maximè quia ſi infirmitas leuis aggrauaretur tan
tum vt infirmus teneretur confiteri: ſi tunc medicus ſuade-
ret confeſsionem ,infirmus timore quateretur vt plurimum.
quod in tex.cauetur.Nec oportet dicere vt dicit Sum.Roſe.
hoc nimis eſſe durum:quia facile eſt medico dicere:pro de-
bito præcepti mihi facti hortor ad confeſsionem: quæ pro-
deſſe poteſt,obeſſe nõ poteſt. ¶Quartũ.Si autem medicus
mortem futurã infirmi præuiderit,tenetur ex præcepto per
ſe vel per aliũ hoc nuntiare infirmo,ſecundũ Io.de Neap.in
xj.quolib.ſi probabiliter credit quòd hæc annuntiatio mul-
tùm proderit illi:puta quia eſt in peccato mortali,& confite
bitur vel ordinabit de rebus ſuis, & compeſcet futuras lites:
quia tacendo damnificaret indirectè, dum non obuiaret fu-
turo damno,cùm poſsit & debeat. Et idem eſt ſi dubitat an
hæc nuntiatio vtilis ſit nécne:quia in dubio tenetur homo vi-
tare notabile damnum proximi,ſi poteſt.Vno tamen ex ha-
bentibus curã infirmi nuntiante alij liberantur. Si verò me-
dicus hoc non credit nec dubitat,ſed credit oppoſitũ,ſcilicet
quòd parum aut nihil proderit nuntiatio iſta: & per oppoſi-
tum taciturnitas parum aut nihil ꝓderit: vt quia putat eum
eſſe in bono ſtatu & ſua ordinaſſe:nõ tenetur nuntiare:quia
ceſſante cauſa ceſſat effectus:melius tamen eſſet nuntiare:
quia probabile eſt,eũ magis ex ſcientia mortis futuræ diſpo
nendũ.Hæc ex illo.Et idem ſic,ſi eũ ita malè diſpoſitũ videt,
quòd audita morte non proficiſcetur in melius: ſed fortè
in deterius eadem ratione.Galeno autem dicenti quòd ſem
per medicus etiam de ſalute deſperans ſanitatem ſpondere
debet infirmo,ſecundum Io.non eſt ſtandum:vel ſecundum
Arch.eſt verum quando nuntiatio multùm noceret,& taci
turnitas parum obeſſet.Vel dic quòd loquitur tanquã igno-
rans ſpiritualem ſanitatem & vitam . ¶Quartò quæritur,
†quomodo medicus ſe debeat habere in conferendis corpo-
4 ralibus medicinis aut remedijs ? Et dico multa . ¶Primum.
Secundum Inno.in c.tua nos.de homi. diligenter attendere
debet ne illas medicinas conferat , de quibus illi ſecundum
artem non conſtat:quia ſi dubitat vtrum prodeſſe debeat vel
obeſſe,dando peccat:quia in dubijs tutior ſequenda eſt via:
cuiuſmodi eſt relinquere infirmũ naturæ & creatori, quàm
medicinæ exponere de qua neſcit.de homic.c. petitio.quod
Sup.contra Sum.Ang.intelligit de eo qui habet qualecunq;
dubium,vel habere debet,etiã ſi vehementer credat profe-
ctum.Sed hoc nõ bene dicitur:tum quia ſi non ſufficit ratio
probabilis nunquã aut vix poterit quis exhibere licitè medi-
cinam,ſicut nec habere rationem demonſtratiuam quòd ꝓ-
derit:tum etiam quia verba improprian tur.Dicitur enim eſ
ſe in dubio quando nihil habet,ex quo probabilius notabili-
ter exiſtimet medicinam profecturam quàm nocituram.Se
cus ſi de profectu haberet aliquam probabilitatem:quia ſic
adhibita debita diligentia &ſtudio dare poſſet:quia propriè
non eſt in dubio,ſed in opinione vel titubatione.¶Secundũ.
Dare medicinam prægnanti vt abortiatur & lateat pecca-
tum eſt mortale:ad præſeruãdũ verò prægnantem ſecundũ
Io.de Neap.in x.quolib.diſtinguendum eſt.Nam ſi fœtus e-
rat animatus rationabili anima,eſt peccatum mortale: quia
eſt cauſa mortis corporalis & ſpiritualis : cuius non fuiſſet
nõ dãdo cauſa directa,vt patet:nec indirecta eo modo quo
nauta eſt cauſa ſubuerſionis nauis,quam potuit & debuit gu
bernare:quia licet iſte potuerit matrem præſeruare à morte
dando medicinam,non tamen tenebatur dare : imò nec de-
buit.arg.xiiij.q.v.deniq;.vbi dicit Ambro.quòd ſi alteri ſub-
ueniri non poteſt,niſi alter lædatur,commodius eſt neutri
iuuare.Si verò nondum erat anima tali animatus , poſſet
tunc& deberet dare talẽ medicinã:quia licet impediret ani-
mationem futuram fœtus,non tamen eſſet cauſa mortis ali-
cuius hominis:&vnum hominem liberaret à morte.Hæc ex
illo.Sed ſi dubium ſit,vtrum ſit animatum nécne:dando me
dicinam videretur peccare mortaliter,ſecundum Arc. quia
exponit ſe periculo peccati mortalis,id eſt,homicidij.¶Ter
tium.Si chirurgus eſt peritus,&diligentiam adhibet,non eſt
in culpa ſi infirmus propter inconſuetam diſpoſitionem ve-
narum,vel inſolitum timorem,aut tremorem moriatur:ar.
capitis,ex literis. de frigi. & malefi. & poterit promoueri ſi
de hoc habet conſcientiam probabilem quòd nihil de con-
tingentibus omiſerit:aliàs ſecus. de æta.& quali.ad aures.&
hoc verũ ſi non dubitabat de hoc,quia in dubio debuit omit-
tere:vt no.Innoc.& Hoſt.in c.ſententiam. ne cler.vel mo.&
d.c.tũa nos.Et idem generaliter dic de omni medico & om-
ni alio,ſecundum Archiepiſcopum,ſi erat peritus,&adhibuit
diligentiam.¶Quartum.Nũquam licet medico dare medi-
cinam corporalem contra ſalutem animę:quia præpoſterus
ordo eſt,corpus animæ præferre : & ne faciat,præcipitur ei
ſub pœna excommunicationis.de pœ.& remi.cùm infirmi-
tas.vnde eſt mortale conſulere fornicationem vel ebrieta-
tem,ſecundum Archiepiſcopum,& huiuſmodi . de quo ſ.E-
brietas.§.iij.Et idem eſt ſecundum Io.And.poſt Vinc.ſi me-
dicus dicat infirmo,non conſulo tibi: tamen ſi accederes ad
aliquam mulierem,ſanareris . quod intellige ſi hoc dicit in
fraudem legis,id eſt,ea intentione vt hoc faciat:quia reuera
hoc eſt conſulere,id eſt,oſtendere quid ſit faciendum. & ſi-
militer ſi hoc dicit non in fraudem legis: ſed tamen ex im-
prudentia hoc dicit illi,de quo debuit veriſimiliter cogitare
quòd eum exponebat periculo ſic faciendi:quia hoc eſt ſcan
dalizare puſillum.Tales etiam ſunt illi medici,qui ſine cau-
ſa abſtinentias carnium vel eccleſiæ ieiunia diſſuadent aut
diſpenſant in talibus ex aliquo humano reſpectu vel mentis
diſſolutione, qua talia negligunt, aut , quod peſsimum eſt,
fortè contemnunt:ſecus ſi id faciunt ex cauſa rationabili cre
dita,vel ſaltem dubitata. ¶Quintò quæritur ſpecialiter,
†quomodo ſe debeat habere in exhibendis medicinis & re-
medijs corporalibus infirmis non valentibus aut non volen
tibus ſoluere?Et dico multa.¶Primum.Pauperibus ſoluere
non valentibus tenetur medicus gratis mederi : imò etiam
ſoluere medicinas,ſi ipſe poteſt,&illi non poſſunt,ſecundum
gloſſam diſt.octuageſimatertia.§.j.Sed intellige ſecundum
Sanctum Thomam ij.ij.q.ſeptuageſimaprima.artic.j.quan-
do nec per ſe nec per alios magis coniunctos nec per eos
qui magis poſſent,valent curari. Non tamen eos quærere
tenetur,ſed ſufficit ſi occurentibus aut ſe vocantibus ſubue-
niat:quia remiſsio ſalarij,& medicinarum impenſa eleemo
ſyna quędam eſt.¶Secundum.Si autem infirmus ſit quidem
diues,ſed tamen ex auaritia ſoluere non velit:etiam tenetur
eum curare gratis,& ſoluere medicinas & neceſſaria ante-
quam illum mori permittat,ſi alius ei non medetur. ſecun-
dum gloſſam ibidem.Sed tamen poterit repetere impenſas,
ſi conualuerit:quia vtiliter geſsit negotium eius.ff. de neg.
geſtis.l.Pomponius.imò etiam ſi moriatur , repetere ab hæ-
redibus:quia ſufficit ſi vtiliter cœpit gerere, licet effectum
non ſit ſequutus.ff.eo.l.an vltro. Nec poteſt illi obijci quòd
pietatis cauſa fecerit ſumptus.ff.de nego. geſt. l. alimenta.
niſi eſſet propinquus : quia oporteret proteſtari tunc quòd
non intendit gratis mederi aut exponere : aliàs non repete-
ret.d.l.alimenta.& not.gloſſ.in dict.§.j . Ex quo elice quòd
coram



coram Deo repetere non poteſt,ſi intendebat gratis hæc fa
cere:ſimiliter nec coram hominibus,ſi de illa intentione cõ
ſtaret.Et prædicta intellige etiam infirmo nolente & con-
tradicente ac prohibente:ſicut &virum extrahere poſſumus
de domo ruitura, & beneficium præſtare inuito.xxiij.q.iiij.
ipſa pietas.imò præſumitur quòd infirmus talia dicendo fue
rit furioſus.ff.de condi.inſti.l.quidam.¶Tertium . Ex dictis
patet ad ſequentem caſum:Virum putrefactum pedem inui
tum multa impenſa chirurgus curauit:quod niſi feciſſet,pe-
dem oportebat abſcindi:ſed eo deinde expetente mercedẽ
is negat curatus,dicens ſe maluiſſe abſciſionẽ pedis quàm
huiuſmodi ſolutionem.Dicendũ eſt eñ per prædicta,&per
notata à Bar.in l.Stichus.ff.de pec.leg.quòd pro omni eo qđ
tangit perſonã vel libertatem,vel vitã,vel ciuilitatem , ille,
pro quo ſoluitur,dicere nõ põt,nõ eſſe vtiliter geſtũ.Et per
hoc dicit Bar.quòd ſi amicus animo repetendi ſoluit ꝓ con
demnato ad ſoluendũ certã ſummã, aut ad pedis abſciſsio-
nem,vel aliud faciendũ in perſona , & nolente ſoluere, non
poſſet ille dicere quòd reddere nolit , quia maluiſſet pedis
abſciſionem:vt eſt tex.ſcđm eũ in d.l.Stichus.&ibi gl.nota.
Et idem dicendũ,ſi quis ſit cõdemnatus in centũ , quæ niſi
ſoluerit ſit bannitus:& aliquis ſoluit pro eo:quia dicere non
poteſt,nõ expediuiſſe ſolutionem,eo quòd potius expedie-
bat eſſe bannitũ.Hæc ex illo.¶†Sextò quærit᷑,qũo medicus
ſe debeat habere circa ſalariũ?Et dico multa.¶Primum . Si
medicus eſt à cõitate ſalariatus,ita quòd nihil debeat ab in-
firmis accipere:nihil accipere põt,etiã ſi ſalariũ nõ ſufficiat:
& ſibi imputet:quia pacta ex conuentione legem accipiunt,
quæ etiã ſeruanda ſunt.de pac.c.j.Quod tamen ſcđm Arch.
fallit,ſi mutatæ ſunt rerũ cõditiones.Fallit etiã ſi is,qui eius
opera vtit᷑,ſit ſanus:vt in l.archiatri.C.de profeſ.& me.¶Se-
cundũ.Si verò nõ eſt ſalariatus,ſed per ſtatutũ cõmunitatis
aut domini cauetur quòd nõ accipiat niſi tantũ:ſic accipere
non debet vltra quàm velit ſtatutũ:niſi eſſet contraria con-
ſuetudine abrogatum.de conſue.c.fin. ¶Tertiũ.Si verò nec
ſalariatus ſit,nec limitatus,exigere poteſt ſalariũ moderatũ
cùm nemo cogatur de ſuo facere beneficium.x.q.j.precarię.
quod moderamen attenditur ſecundũ qualitatem curæ , &
laborem & induſtriã medici,& facultatem infirmi,& cõſue-
tudinem loci.¶Quartũ.Si autem factum ſit pactũ de certa
mercede danda poſt curationem,& liberatus infirmus reci-
diuauit:Spe.diſtinguit ſcđm Pet.quia ſi incontinenti recidi-
uauit,tenetur medicus pro eodem ſalario illum curare:quia
non videtur ægritudo receſsiſſe quæ ſtatim redijt:nec plenè
liberatus, qui ex toto non eſt liberatus.de pœ.di.iij.ſunt plu
res.Secus autem ſi ex interuallo.Sed iſta diſtinctio procedit,
ſi nulla culpa pręceſsit in infirmo:quia ſi ex ſua culpa ſtatim
recidiuaſſet,non tenetur medicus.l.quod quis ex culpa.ff.de
reg.iur.Hanc quæſtionem format gl.in l.Marinus. ff.loca.
circa infirmitatem podagræ:multa adducens pro & contra.
¶Quintũ.Si quis animo &cum proteſtatione repetendi ex-
penſas curauit monachum ſcholarem Bononiæ, qui tamen
[illegible] mortuus eſt,non tenetur Abbas ſcđm eundem Spe.
ſi ſine eius licentia tacita vel expreſſa erat in ſtudio: ſi verò
[illegible] erat cum licentia eius,arguit quòd teneatur Abbas & pa
[illegible] naturalis:ſed ſoluit quòd negotium eſt vtriuſq;: & tene-
tur,cuius contemplatione factum eſt:& ſi vtriuſq;,vterq;
[illegible] licet Abbas magis:quia monachus dicitur ſeruus mo
naſterij.di.iiij.vnde eum alere tenetur.¶Sextum.Si medicus
[illegible] infirmitatem incurabilem,licitè nihilo minus ſecundum
Aug.de Ancho.ſalarium recipit:quia eſt inſtrumentum na-
turæ,quod ſubtrahi non debet quouſq; natura non ſuccum-
bat:& hoc niſi fortè malicioſè nõ indicet habentibus curam
infirmi : vel faciendo ſuperfluos ſumptus : vel mendaciter
ſpondendo ſalutem.Adde etiam quòd neſcimus quid Deus
facere diſpoſuerit:&quòd medicus licet non ſanet,tamen iu
uat medicando &præſeruando.¶Septimò quærit᷑,†quomo- 7
do ſe debet habere infirmus & ſeruitor ad medicum in eli-
gendo illum,&illi obediendo?Et dico multa.¶Primum.Me
dicum practicum & expertum præferre debet æger theori-
co & ſcienti:quia expertos magis proficere videmus, primo
Metaphy.quod Aug.de Anch.dicit verum de experto ex ori
ginis diſpoſitione:ſicut aliqui ex cœlo ſunt diſpoſiti ad curã-
dum:& ex particularium applicatione:quia vtraq; experien-
tia eſt cum cauſę cognitione in vniuerſali:ſicut prima cogno
ſcit cauſam in vniuerſali agẽte,id eſt,cœlo ſic mouẽte & di-
ctante quòd bonum ſit ſic facere:&ſimiliter ſecunda,quia il
lo modo experiendo facta eſt ars:vt patet vbi ſ.Expertis au-
tem,qui ſunt omnino idiotæ,vnam medicinam omnibus in-
firmitatibus exhibentibus,nullus debet ſe committere,ſecũ
dum eundem Auguſti.quia nec ſcientes,nec propriè experti
ſunt,ſed ſolùm curant in aliquo quandoq; à caſu:& maximè
ſi addunt aliquas ſuperſtitiones.¶Secundum.Expedit etiam
magis plures medicos eligere ſecundum Aug . de Ancho.&
Philoſophum ad Alexandrum.Sed intellige primò ſimul,&
non ſucceſsiuè:quia ſecundum Senec.nihil adeò impedit ſa-
nitatem,quàm medicorum crebra mutatio.Et ſecundò ni-
ſi ſint deſidentes ex zelo vel inani gloria aut alia cauſa:quia
plerunq; plus curãt ſuam opinionem,quàm ægrotantium ſa
lutem.¶Tertium.Non tenetur autem infirmus obedire me
dico,ſecundum Innoc.& Hoſti.in d.c.tua.de homi. quia nec
prælatus eius eſt:nec homo,cuius mandatis obedire tenea-
tur,quaſi iuriſdictionem habens ſuper illum: bonum eſt ta-
men quòd illi credat tanquam experto . Si tamen ex certa
ſcientia vel affectata aut probabili ignorantia aliquid facit
contra præceptum medici,aut ſine illo aliquid ſumat in no
tabile nocumentum ſuum:mortaliter peccat.xxij.q.v.ſi non
licet.quia tenetur corpus ſuum ex charitate diligere de pœ.
diſt.ij.charitas.§.corpus.Si autem eſſet quidem illud aliqua-
liter læſiuum,ſed non notabiliter:non videtur mortale:tum
quia res eſt exigua:tum quia poteſt fieri compenſatio gra-
uioris afflictionis:puta eius quæ eum ex ſiti ad æqualem vel
minorem:puta ea quæ eſt ex febris augmento maximo:quia
inter duo mala minus eſt eligendũ.xiij.diſtinc.duo.Et idem
per omnia dic de ſeruientibus aliquid tale miniſtrantibus.
Et ſi inde ex hoc ſequeretur mors aut mutilatio , eſſent ir-
regulares.Secus ſi ex leui ignorantia vel culpa hoc feciſſent.
¶Octauò quæritur, †vtrum medici , phyſici , vel chirurgi 8
poſsint ad ordines promoueri ? Et dico quòd ſic , ſecundum
Rayne.ſi erant periti:& nihil de contingentibus omiſerunt:
& habent de hoc conſcientiam probabilem : aliter non.de
æta.& qualitate.ad aures.ff.de var.& extraordi.cognit.lege,
& ſi medicus.vel aliàs medicus:& idem Innocen.&Hoſtien.
& Gofr.Eſt tamen conſilium Hoſtien.& Gof.quòd promo-
uendi abſtineant à practica medicinæ:& potiſsimè à chirur-
gia,quæ aduſtionem vel inciſionem requirit : cum in nullo
vacillare debeat conſcientia promouendi.xxxiij.diſt.in.laici.
¶Nonò quæritur,†vtrum iudex teneatur medicis dare ſu- 9
ſpenſum pro anatomia ? Et dico Bartol.hoc ſub dubio reli-
quiſſe in l.fina.de cada.puni.tamen caſus videtur eſſe quòd
ſic,in lege,Reipublicæ . ff. de iniurijs . quam legem ad hoc
allegat Ludouicus in lege,prima.ff. ſoluto matrimonio.

MEMBRVM propriè quid ſit,vide ſuprà Homici-
dium.iij.§.iij.particula iiij.Et ita in ſtatutis accipi-
tur membrum,niſi aliud appareat de mente ſta-
tuentis:vt not.Bar.in lege,ſecunda.ff.de pub. iudi.

## De Mendacio & Mendace.

1. *Mendacium quid & quotuplex ſit.*
2. *Mendacium omne an ſit peccatū, & quando mortale, & n.3.*
4. *Mendacium omne in prædicatore an ſit peccatum.*
5. *Mendacium in facto æquale mendacio verbi.*
6. *Veritatem celare an aliquando liceat.*

1 MENDACIVM †eſt falſa ſignificatio vocis cum in-
tentione fallendi.xxij.quæſt.ij.ille ergo.vbi nomine
vocis,quæ principatum tenet inter ſigna, intelligit
omne ſignum,vt ſcriptura,& nutus,& factum. Vbi aduerten
dum ſecundum S.Tho.ij.ij.q.cx.ar.j.quòd circa hoc aliquan
do tria concurrunt,ſcilicet falſitas eius quod enuntiatur,&
voluntas enuntiandi falſum,& intentio fallendi aliquem:&
tunc ibi eſt falſum materialiter,quia falſum dicitur: & for-
maliter propter voluntatem dicendi falſum:& affectiuè pro
pter voluntatem falſum imprimendi:ſed tamen ratio men-
dacij ſumitur à falſitate formali, ſcilicet ſecundum quod
quis habet voluntatem falſum enuntiandi.vnde & mendaci-
um ex eo nominatur quòd contra mentem dicitur.Igitur ſi
quis enuntians falſum,credens illud verum: eſt quidem fal-
ſum materialiter,ſed non formaliter:quia falſitas eſt pręter
intentionem dicentis:vnde non habet perfectam rationem
mendacij:quia quod eſt præter intentionem, eſt per acci-
dens:vnde non poteſt eſſe ſpecifica differentia. Si verò quis
dicat formaliter falſum,ſcilicet habens voluntatem dicendi
falſum,licet ſit verum id quod dicitur,ille actus inquantum
voluntarius & moralis habet per ſe falſitatem, & per acci-
dens veritatem:vnde pertingit ad ſpeciem mendacij.Quod
autem aliquis intendebat falſitatem in opinione alterius
conſtituere, non pertinet ad ſpeciem mendacij, ſed ad
quandam eius perfectionem:ſicut in naturalibus:aliquid ſpe
ciem ſortitur ex forma,etiam ſi deſit effectus formæ: ſicut
patet in graui violenter ſurſum detento,ne deſcendat ſecun
dum exigentiam formæ.Hæc ille.Ex quibus patet quòd mē
dacium propriè conſiſtit in voluntate dicendi falſum:intelli
ge aſſertiuè,& non recitatiuè,neq; etiā repræſentatiuè:ſicut
diſputās aliquādo aſſumit falſa ſcienter ſine mendacio:quia
loquitur ex perſona negantis veritatem,ſecundum S.Tho.in
iij.di.xxxix.art.v.perfectè verò conſiſtit in intentione impri-
mendi illud falſum menti alterius:materialiter verò in falſi
tate rei enuntiatæ.Igitur ſi dicatur quidem falſum,ſed deſit
voluntas dicendi,illud eſt falſum,ſed non mendacium pro-
priè aut perfectè:& ſi diligentia eſſet adhibita,non eſſet pec
catum:& ſi non ſit adhibita,eſt veniale.xxij.q.ij.c.homines.
niſi in caſu in quo tenetur quis adhibere diligentiam: puta
in actu teſtificandi,in quo imminet damnum notabile proxi
mo:vel in iudicio,cùm vult iurare:quia eſſet mortale.xxij.q.
ij.c.animaduertendum.Si verò adſit voluntas dicendi fal-
ſum:eſt mendacium propriè & formaliter,ſiue verum ſit,ſi-
ue falſum quod dicitur:quia itur contra mentem. quod eſt
mentiri,id eſt,contra mentem ire.ij.q.ij.is autem. Si tamen
eo caſu quod dicitur ſit verum,non eſt mendacium materia
liter:& ſi deſit intentio imprimendi falſum,non eſt menda-
cium perfectè. Si verò adſit voluntas imprimendi falſum,&
deſit falſum & voluntas dicendi illud: non eſt mendacium
materialiter,nec propriè,nec etiam perfectè: licet ab hoc ſu
matur perfectio mendacij:quia non eſt rei perfectio vbi de-
eſt res,quam neceſſariò præſupponit. ¶Primò verò quæri-
tur,quotuplex ſit mendacium,ſiue quomodo diuidatur? Et
dico ſecundum S.Tho.vbi ſ.art.ij. quòd mendacium tripli-
citer diuiditur. ¶Primò ſcilicet propriè & per ſe ſecundum
ipſam rationem mendacij,quod formaliter opponitur virtu-
ti veritatis,quæ eſt æqualitas quædam,cui apponitur magis
minus:& ſic vt patet in iiij.Ethicor.diuiditur in mendacium
tranſcendens veritatem in maius, quod pertinet ad iactan-
tiam: & indeficiens à veritate in minus,quod pertinet ad iro
niam. ¶Secundò inquantum habet rationem copulæ diuidi
tur ſecundum ea quæ aggrauant vel minuunt culpam iſtam
ex parte finis.& ſic diuiditur in pernitioſum, quo intenditur
alterius nocumentum, quod aggrauat: & in iocoſum quo
ad delectabile: & officioſum quo ad vtile bonum alicuius
ordinatur, quod minuit. ¶Tertiò vniuerſalius intellige in-
quantum eſt operatio, diuiditur ſecundum ordinem ad fi-
nem, ſiue addatur vel minuatur ad culpam mendacij, ſiue
non.& ſic ab Auguſt.in libr.contra mendacium: & habetur
xxiij.quæſt.ij.in capitulo primum. diuiditur in octo partes.
Primum eſt in doctrina religionis, id eſt, contra fidem &
mores, & ſecundum Archie. Alexan.de Ales in ij.ij.Secun-
dum eſt, quod nulli prodeſt, & alicui obeſt: vt falſa detra-
ctio vel accuſatio. Tertium,quod vni prodeſt,& alteri ob-
eſt: vt falſum teſtimonium in cauſa pecuniaria. Quartum,
quod fit ſola mētiendi libidine,quod procedit ex habitu, nā
mendax ex eo quod talis eſt,ſecundum habitum,ipſo mēda-
cio gaudet. iiij. Ethi.Quintum,quod fit placendi cupiditate:
vt iocoſum.Sextum,quod nulli nocet,& alicui prodeſt ad cō
ſeruandā pecuniā:vt quod fit ne alicui pecunia iniuſtè aufe-
ratur.Septimum,quod nulli nocet,& alicui prodeſt ad mor-
tem vitandam.Octauum,quod nulli nocet,& alicui prodeſt
ad vitandam immunditiam corporalem, ſeu caſtitatem ſer-
uandam.Tria autem prima,quæ aggrauāt culpam, vt dicit
San. Thom.pertinēt ad pernicioſum:& tria vltima,quæ mi-
nuunt,ad officioſum:& quintum ad iocoſum,quod etiā mi-
nuit.quartum autem dicit habere propriam quantitatē ſine
additione & minutione,& reducitur ad iocoſum, cum ſit de
lectabile mentienti:licet San. Thom. non dicat. ¶Secundò
2 quæritur, †vtrum omne mēdaciū ſit peccatū? Et dico quòd
ſic,ita ꝙ etiā pro vita alicuius nō licet mētiri,ſecundū Aug.
& Sanctum Thom. & omnes Theologos & Canoniſtas: vt
patet in c.ſuper eo.de vſur.& in cap.mihi.xxij.quæſt.ij. & ibi
dem in c.j.vbi dicit Aug.quòd ad ſalutē æternam nullus du
cendus eſt opitulāte mendacio.concludens in fine,nullū mē
daciū eſſe abſq; peccato.Et ratio eſt S.Th. ij.ij.vbi ſ.quia ex
ſuo genere eſt malum:cùm ſuper indebitam materiā cadat:
quia cùm naturaliter voces ſunt intellectuū ſigna,innatura-
le & indebitum eſt quòd quis voce ſignificet quod non ha-
bet in mente.Vnde mendacium eſt per ſe prauum & fugien
dum iiij.Ethico.Non ergo eſt verum quod dicit venerabilis
Caſsianus,quòd licet mētiri ob magnā vtilitatē aſſequēdam
vel magnū malū euitandū. ¶Sed cōtra hoc obijcitur primò.
Nā Euangeliſtæ videntur mētiri: quia aliter & aliter verba
chriſti & aliorū retulerūt.Sed dicit S.Tho.ij.ij.vbi ſupra,nō
eſſe hoc mendaciū,ſicut nec ſecundū Aug.de cōſ. Euā.ſi plu
res eandem rem, quam viderunt, non eodem modo atque
eiſdem verbis indicarint. ¶Secundò.Nam obſtetrices ſunt à
Deo remuneratæ propter mendacium. Sed dicit quòd hoc
non fuit pro mendacio,ſed timore Dei & beneuolentia ex
qua proceſsit mendacium. Vnde ſignanter dicitur Exo.j.Et
quia timuerunt,&c.mendacium verò poſtea ſequens non fuit
meritorium.Vide etiam de hoc quædam Theologica ibi-
dem ſcilicet ij.ij.artic.vlt.ad quartum. ¶Tertiò. Nam geſta
ſanctorum narrantur in Sacra ſcriptura ad informationem
vitæ humanæ:& conſequenter non ſunt peccata:Sed de qui
buſdam ſanctiſsimis viris legitur quòd ſunt mentiti: vt de
Abraham patet Geneſis duodecimo & viceſimo,& de Iacob
Gen.xxvij.& de Iudith,& huiuſmodi.Sed ad hoc dicit Nico
de Lyr.Gene.xxvij.quod non eſt neceſſe excuſare eos à mē
dacio maximè officioſo:quia apoſtoli fuerunt perfectiores,
& tamen immunes non fuerunt à veniali peccato:imò plu-
res illorum patrū veteris teſtamenti leguntur peccaſſe mor
taliter. Vel dicendum ſicut dicit Auguſt.quòd in ſacra ſcri-
ptura inducuntur aliquorum geſta,quaſi exempla perfectæ
virtutis,de quibus non eſt æſtimandum eos fuiſſe mentitos.
ſi qua tamen in eorum dictis appareant quæ mēdacia videā
tur,intelligēdum eſt ea figuraliter & propheticè dicta eſſe.
Abraham tamen dixit verè Saram ſororem ſuam,id eſt,filiā
patris,licet non matris:vt patet Geneſ.xx.Iacob etiam dixit
ſe eſſe Eſau primogenitum myſticè quia primogenita illius
ei iure debebantur. Vſus eſt autem tali modo loquēdi ſpiri-
tu prophetico,ad deſignandum quod minor populus, ſcili-
cet gentilis, ſubſtituendus erat in loco primogeniti, id eſt,
Iudæorum. Quidam verò commēdantur in ſcriptura non
propter perfectam virtutem,ſed propter quandam indolem
virtutis,ſcilicet quia in eis apparebat aliquis laudabilis affe-
ctus,ex quo mouebantur ad quædam indebita facienda: ſi-
cut laudatur Iudith,non quia mētita eſt Holoferni,ſed pro
pter affectum ad ſalutem populi.Quanuis etiam dici poſsit
quòd verba eius habent veritatem ſecūdum aliquem myſti
3 cum intellectum. ¶Tertiò quæritur,† vtrum & quando vel
quibus mendacium ſit peccatum mortale? Et quātum colli-
gitur ex S.Tho.ij.ij.vbi ſuprà,arti.vlt.dico quòd cùm morta
le peccatum ſit,quod charitati cōtrariatur,quantum ad mē
dacium.hoc tripliciter accidit. ¶Primò ſecundū ſe,id eſt,ex
ipſa falſa ſignificatione:quia ſi ſit circa res diuinas,cōtraria-
tur charitati diuinę,cuius veritatem aliquis tali mēdacio oc
cultat vel corrūpit;ſed eſt mortale grauiſsimū:ſi verò ſit cir
ca aliqd,cuius cognitio pertineat ad hominis bonū,puta ad
perfectionem ſcientiæ & morum informationē,cōtrariatur
charitati proximi,& eſt mortale.Secus ſi eſſet circa aliquid,
de quo non refert vtrum ſic vel aliter cognoſcatur: ſicut ſi
quis fallatur in aliquibus particularibus contingentibus ad
ſe non pertinentibus. ¶Secundò ratione finis intenti:puta,ſi
dicitur in iniuriam Dei.quod ſemper eſt mortale:aut in no-
cumentum proximi quantum ad perſonam.diuitias,& famā
quod ſimiliter eſt mortale.Secus ſi finis intentus nō ſit cha-
ritati cōtrarius:quia nec mendaciū erit mortale vt in ioco-
ſo & officioſo. ¶Tertiò per accidens ratione ſcandali vel cu
iuſcunq; damni conſequentis:& ſic erit etiam mortale,dum
ſcilicet aliquis non veretur propter ſcandalum publicè mēti
ri.Hæc ex illo. ¶Et ſic patet quòd eſt mortale.primò ſi ſit
circa doctrinā fidei & omnium pertinentiū ad ſacrā ſcriptu-
ram.Secūdò ſi ſit circa doctrinam morū ſiue omnium per-
tinentium ad vitia & virtutes.Tertiò ſi ſit in Dei iniuriam.
Quartò ſi ſit in damnum proximi.intellige notabile.Quin-
tò ratione ſcandali,quod quis inde probabiliter videtur ſe-
qui.Adde ſextò ſi adſit circūſtātia iuramēti,ſiue ſit iocoſum
ſiue officioſum,& quomodocunq;. Et ſeptimò ſi adſit circū-
ſtantia iudicij:quia mortale eſt in iudicio mentiri de ſpectā-
tibus ad iudicium:vt ſi accuſatus neget veritatem: vt ſuprà
Accuſatio §.xiij.aut teſtis falſum deponat:niſi debita delibe
ratione & ſolicitudine adhibita putaret ſe certum eſſe de eo
quod falſum eſt,ſecundū Sanctum Thomam,& generaliter
ſecundum Duran.omne mēdacium quod in iudicio dicitur,
præter iocoſum, de his quæ ad iudicium pertinēt,eſt perni-
cioſum & mortale:quia ſubuertit veritatem iudicij:quod ce
dit in perniciem vniuerſitatis.quod limita quantum ad ea,
de quibus qui mentitur,tenetur dicere veritatem, non ali-
ter. De quo habes ſuprà Accuſatus.§.xiij. & Confeſsio deli-
cti.§.j.& Furtum.§.xv.& infrà Teſtis.§.viij.Et octauò ſe-
cundum Hoſtien.ratione contemptus.quod quando ſit vide
ſuprà Contemptus.Et nonò ſecundum aliquos ratione per-
fectionis dicentes perfectis viris omne mēdacium eſſe pecca
tum mortale. Sed hoc irrationabiliter dicitur,ſecūdum San
ctum Tho.quia,circunſtantia perſonæ non trāsfert in aliam
ſpeciem:& conſequēter nō aggrauat in infinitum niſi ratio-
ne annexi:puta ſi ſit cōtra votum eius:quod de mēdacio io-
coſo & officioſo dici non poteſt:vnde tale in eis nō eſt mor
tale,niſi ratione ſcandali,non obſtante quòd ipſi ponūtur in
ſtatu conſeruādæ veritatis:quia ad hoc ex officio ſuo tenea
tur in iudicio vel doctrina:cōtra quæ ſi mentiātur,erit mor
tale.de quo vide §.ſequen. ¶Quartò ſpecialiter quæritur,
†vtrum ſit peccatum mortale prædicatori mētiri in ambo- 4
ne? Et dico quòd non,in eis quę non ſpectant ad doctrinam:
puta ſi dicat aliqua iocoſa:vel ſi in ſacra ſcriptura alleget v-
num capitulū vel prophetā pro alio ex lapſu linguæ vel ob-
liuione,& huiuſmodi:quia in his neq; iniuriā Deo neque da-
mnū proximo vel etiā ſcandalum facit:vt ſuppono: nec etiā
in talibus tenet perſonā Dei:in pertinētibus autē ad doctri-
nam,tenēt Sum Ang.& Roſ.quod nō ſit mortale niſi ratio-
ne ſcandali vel contemptus doctrinæ annexi? vel niſi in his
quæ ſunt de neceſsitate facienda:intellige etiam omittēda.
Secus ſi ex conſilio.& hoc,vt videtur, hac ratione:quia cir-
cunſtantia perſonæ ſpeciem nō mutat. Sed motiuum iſtorū
eſt inualidum:quia ibi non eſt ſola circūſtantia perſonæ,ſed
etiam loci vel officij.Concluſio etiā eſt nō ſolùm contra Ar
chiep.poſt Per.de Pal.ſed etiā contra Sanctum Thom. qui
loquens de talibus dicit indiſtinctè quòd eſt mortale mētiri
in iudicio vel doctrina,id eſt,in prædicatione:vt exponit Ar-
chiepiſ.circa res diuinas & mores:& contra Angel.qui dicit
quoddam mendacium eſſe in doctrina.Sanct.Thom Sanct.
Bonau.& Alexand.de Ales dicūt illud eſſe pernicioſum.& ſi
in doctrina:multo fortius in loco doctrinę,vbi doctor gerit
perſonam Dei,& in perſona eius loquitur,iuxta illud Lucæ
vj.Qui vos audit,me audit.Et ſimiliter eſt contra rationem:
quia ſequeretur quod poſſet quis hęreſes ſine mortali pecca
to docere:puta dicendo quòd melius eſt eſſe in matrimonio
quàm in virginitate:& in ſeculo quàm in religione:quia iſta
non ſunt neceſſariò facienda.Eſt etiam illa opinio in cōtem
ptum diuini verbi & fidei Chriſtianæ: quia quidā ſectatores
illius opinionis,& ſui ordinis plus quàm veritatis zelatores,
ex quo credunt non eſſe mortale mētiri in ambonæ, niſi vt
illi dicunt,prædicant maximas falſitates,quæ deinde à ſecu-
laribus deprehendūtur:ſicut tēporibus noſtris quidam publi
cè in ambone in Romādiola aſſeruit,quòd quidam ſolennis
prædicator ordinis noſtri, qui contra opinionem aduerſam
de conceptione Bononiæ prædicauerat,veniam petiuit præ
cinctus zona ad collum ſuper ſcalis ſancti Petronij Bononię
cum tamen totū eſſet falſum:imò cum maxima gratia prę-
dicauerat.Et rurſus alius aſſeruit in ſimili quòd alius prædi-
cator eadē de cauſa ſtatim deſcendēs de ambone fuit in me
dio populo dilaceratus & deuoratus à lupo.& huiuſmodi
multa. ¶Quintò quæritur,† vtrum ſit grauius mentiri ver- 5
bo quàm facto? Et dico quòd non ſolùm in verbo,ſed etiam
in facto mendacium conſiſtit.xxij.quæſt.v.caue.& ſecūdum
Sanct.Tho.in quoli.cum in vtroq; ſit eadem intētio fallēdi,
vterq; æqualiter peccat:quia verbum & factum aſſumūtur
vt inſtrumentū fallendi:nec refert quantum ad peccatū,ver
bo,nutu,vel facto mentiri:ſicut nec quantū ad homicidium
vti gladio vel ſecuri. ¶Sextò quæritur,†vtrū liceat aliquan- 6
do celare veritatē? Et dico quòd ſi homo nō ſit obligatus re
ſpōdere ſecūdū intentionē alicuius:licet veritatē celare mul
tipliciter. ¶Primò quando id,quod dicitur,eſt verum in vno

ſenſu licet non ſit verum in alio,in quo capitur ab audiente:
ſicut Abrahã dixit vxorẽ eſſe ſororẽ,Gen.xij.quia erat ſoror
ex parte patris,licet non ex parte patris &matris ſimul.¶Se
cundò,quando ad eandẽ interrogationẽ poſſunt dari multæ
reſponſiones,& datur vna,alia tacetur: ſicut Samuel primi
Reg.xv.veniẽs in Bethlehẽ principaliter ad inungendũ Da-
uid in Regẽ,& ſecũdariò ad ſacrificandũ,ad quod ſcilicet ve
nerat gratia vnctionis:interrogatus ad quid veniſſet,reſpon
dit de cauſa ſecũdaria tacẽs de principali,quòd ſcilicet ad ſa
crificandũ veniſſet.¶Tertio quãdo loquutio eſt duplex, ha-
bens duplicẽ ſenſum,quorũ in vno eſt vera,& in alio falſa:&
loquẽs intendit loqui in ſenſu vero.& imprimere alteri ſen-
ſum falſum:ſicut ſi quis interroget de eo q quęritur ad mor
tem,an traſiuerit per talẽ viã,& reſpõdeatur:nõ trãſiuit hac
intendẽs per locũ propriũ & indiuiduũ, quẽ pede aut manu
tãgit:aut ſi clericus interrogatus in porta an aliquid habeat
de quo ſit ſoluẽda gabella:& ille reſpõdeat ꝙ nõ,ſcilicet de
quo ſit ſoluẽda à clerico:ſicut & Angelus interrogatus à To
bia,quis & de quo genere eſſet:reſpõdit,Ex filijs Iſrael ego
ſum Azarias Ananiæ magni filius. Thobiæ v. Quæ verba
ſunt vera ſecundũ interpretationẽ illorũ vocabulorũ,& non
ſecundũ illa vocabula,vt patet per expoſitores. Et ſimiliter
Chriſtus nõ negauit ſe Samaritanũ,id eſt, cuſtodẽ ſecundũ
nominis interpretationẽ.Quartò quãdo aliqs interrogatur
de aliquo quod dicere nõ expedit:quia dicere poteſt ſe illud
neſcire,ſubintelligendo,vt reuelandũ: exẽplo filij hominis,
qui iuxta Marcũ dicit ſe neſcire diẽ iudicij.quod ſecundũ do
cto. ideo dicit,quia illud nõ ſcit vt reuelandũ nobis:pater ve
rò illũ dicitur ſcire,quia de hoc filio notitiã dedit.ſecus autẽ
vbi expediret interrogantẽ ſcire.¶Cauẽda tamẽ iſta celatio
eſt primò vbi ſcandalũ poſſet accidere:& ſecũdò in iudicio
iuſto & vero,de quo ſuprà Accuſatus.§.xiij.& eadẽ ratione.
tertiò vbicunq; quis tenetur cõfiteri veritatẽ de qua interro
gatur quia ſic reſpõdẽdo eam celat,qđ eſt cõtra id ad quod
tenetur:vnde ſi ad illud teneretur ex præcepto, celatio illa
eſſet mortale:vt ſi prælatus extra iudiciũ præcipiat de ali-
quo de quo poteſt:aut ſine præcepto exquirat veritatẽ ſim-
plici verbo circa concernẽtia paupertatẽ: qa aliquid celare
velle etiã ſine interrogatione eſt mortale: aliàs mendacium
erit veniale.& quartò cauenda eſt vbi quis iuraret extra iu-
dicium non violentatus per aliquem ſuperiorem contra or-
dinem iuris,neq; ab aliquo particulari per comminationes.
ſed ſponte iuratur vel coactè ex ſuppoſitione alicuius finis,
iuxta dicta ſuprà Iuramentum.iij.q.ij.in fin. de religioſis iu
rantibus in materia peſtis ad portas ciuitatum.

MENDICANTES religioſi non dicuntur ab actu
mendicandi:quia mendicare poſſunt etiam nõ men
dicantes, & econtrario mendicantes nõ mendicare
ſed ex eo quòd ſecundũ regulam & inſtitutiones ſuas nõ li-
cet eis etiã in cõmuni habere poſſeſsiones aut perpetuos re-
ditus:vt colligitur ex Panor.in c.nimis.el ij de exceſ.prælat.
& Pet.de Pal.& alios.& in c.religionum.de relig.do.lib.vj.
Vtrum autem mendicantes poſsint recipere noua loca.vide
ſuprà Excommunicatio.ix.excommunicatione.xliij.

MENSA clericorum generaliter quid habere debeat
vel nõ habere,vide ſuprà Clericus.ij.§.v.Specialiter
verò menſa epiſcoporũ ſplendere nõ debet auro vel
argento.xlj.diſt.epiſcopus vilem ſupellectilẽ.ſed hodie pau-
peres ſqualent:menſa verò & omnis apparatus renitet.

¶MENSIS,vide ſuprà Excommunicatio nonò.excom
municatione xxxij.§.tertio & ſ.Aetas.ad finem.

¶MENSVRA,vide ſuprà Falſarius.§.vltimo.

¶MERCATOR,vide j.Negotiatio,& Vſura,per totũ
præcipuè iij.& vj.& Societas per totum.& ſ.Emptio.

MERETRIX eſt mulier multorum libidini patens.
xxxiiij.diſtinctio.vidua.id eſt,quæ xl. viros admiſerit
ſecundũ gloſ.quæ allegat cap.latores. de clerico ex-
cõmunicato miniſtr.vel eſt mulier, cuius eſt turpitudo pu-
blicè venalis.xxxij.q.iiij.meretrices. & quantum ex dictis &
vſu loquentium colligi poteſt,tria faciunt meretricem,ſci-
licet fornicatio publica xl.cõcubitus fornicarij,& prætium.
Quod quidem pretium non tenetur reſtituere, ſecundum
Innoc.in cap.quia pleriq;.de immunit.eccle.& communiter
doct.quod limita niſi accepiſſet ab his qui alienare non po-
terant.de quibus ſuprà Donatio.j.§.j.vel niſi per fraudẽ re-
cepiſſet:quia ſic teneretur.Quòd autẽ eccleſia phibeat re-
cipi oblationes talium,intelligitur ad altare,in deteſtationẽ
criminis.Et idem ſecundum Archi.eſt de acquiſito per con-
cubinatum,adulterium, & ſodomiam. Quid autem de tali
pretio facere liceat,vide ſuprà Eleemoſyna.§.iiij.& infrà
Turpe lucrum.per totum.

MERITVM propriè eſt actio,cui iuſtè debetur mer
ces: impropriè verò eſt quælibet conditio faciens
aliquem aliquo dignum,ſicut ſpecies Priami mere-
batur Imperium,ſecundum Sanc.Tho.in q.de veri.q.j.art.j.
ad ſecundũ.& intellige ecõtrario quòd demeritum propriè
eſt actio,cui iuſte debetur punitio:impropriè eſt conditio fa
ciens aliquẽ aliquo indignũ.arg.j.ij.q.xxj.arti.ij. & de virtu.
vbi ſuprà.Ad meritũ autẽ tria requirũtur, ſcilicet ſtatus ie,
dominium operis,& charitas:vt probat Sanct.Tho.iij.diſtin,
xviij.ar.ij.& diſt.xxx.art.v.& veri.q.xxix.art.vj.& viij.De me
rito multa poſſent Theologicè dici,quæ non ſunt ad propo
ſitum noſtrum.Vtrum autem eadem actio poſsit eſſe me-
ritum & demeritum,vide infrà Peccatum.§.j.

## De Metu.

*Metus quid & quotuplex ſit.*
1 *Metus iuſtus quid.*
2 *Timor an ſit iuſtus ex ſupplicatione regis.*
3 *Metus perdendi bona an ſit iuſtus.*
4 *Metus infamiæ an ſit iuſtus.*
5 *Metus excommunicationis an ſit iuſtus.*
6 *Metus iuſtus an fiat iniuſtus,ſi quis ex culpa incidat in eum.*
7 *Metus iuſtus an excuſet à peccato.*
8 *Metus iuſtus an excuſet ab obligatione contractus.*
9 *Metus leuis an habeat eoſdem effectus cum iuſto & probabili.*
10 *Metu geſta an taciturnitate temporis videantur ex conſenſu.*
11 *Metu amiſsis bonis an ſtetur iuramẽto ſuper quantitate eorũ.*
12 *Metu extorta an debeant reſtitui.*

METVS,eſt inſtantis vel futuri periculi cauſa mentis
trepidatio.ff.qđ metus cauſa.l.j.Et eſt duplex. vnus
ſcilicet leuis,quo timetur leue malũ,vel graue ma-
lum,ſed leuiter,id eſt,ex cauſa leui & improbabili,qui cadit
in virum leuẽ timentẽ vbi nõ oportet,qui dicitur meticulo-
ſus.ff.eo.l.metũ.Alius quo timetur malum graue grauiter,
id eſt,ex cauſa probabili,qui ſecundũ iura dicitur metus iu-
ſtus ſiue cadens in conſtantẽ virũ.intellige aut etiam mulie
rem.licet minor metus excuſet mulierẽ quàm virũ,ſecundũ
glo.in cap.cum locum.Et hanc diſtinctionem innuit S.Tho.
in quarto,diſtin.xxix.quæſ.j.art.ij.in corpore, dicens ſic vir-
tualiter.Metum cadere in aliquẽ,eſt eum metu cogi ad fa-
ciendum aliquid. quod aliàs nollet, vt euitet illud quod ti-
met: in quo quidem conſtans ab inconſtanti dupliciter dif-
fert.Primò ſcilicet quantum ad qualitatem periculi quod ti-
metur:cogitur enim ad minus malum ſuſtinẽdum vt vitet
maius,non autẽ ad maius,vt vitetur minus:quia cõſtans ſe-
quitur rationem rectam,qua ſcitur quid pro quo ſit dimit-
tendum vel faciendum,ſemper autem minus malum vel ma
ius bonum eligendum eſt:inconſtans autem cogitur ad ma
ius malum,puta peccatũ,metu minoris,puta pœnæ corpora
lis:ſicut econtrario pertinax etiam cogi nõ poſſet ad minus
malum ad euitandum maius. vnde inter hos mediat con-
ſtans.Secũdò differt quantũ ad æſtimationem periculi im-
minentis:quia cõſtans non cogitur niſi ex forti & probabili
æſtimatione:incõſtans autem ex leui,ſcđm illud Prouerb.
xxvij.Fugit impius nemine perſequente.Hæc ex illo. Et ſic
patet in quo metus differat à vi.Nam,vt dicit Pan.in c.ſacris.
extra eo.metus eſt vis conditionata ſine violentia corporali,
ſicut cùm dicitur,niſi feceris ſic,interficiam te.extra eo.c.ad
audientiam.Vis eſt autem quædam coactio,qua quis ligatus
cogitur corporaliter aliquid facere.Et idem ſentit S.Thom.
vbi ſ.art.j.dicens quòd vis eſt coactio ſimpliciter ſiue abſolu
ta:vt cùm quis alium corporaliter impellit:ſed metus eſt vis
conditionata:vt cùm quis proijcit merces in mare, ne peri-
1 clitetur.¶Primò verò quæritur,†quæ ſint illa mala,quorum
metus probabilis dicitur iuſtus ſiue cadens in conſtantem vi
rum?Et dico ſecundum S.Tho.vbi ſ.art.ij.quòd huiuſmodi
non poſſunt eſſe peccata.quia talia ſunt mala maxima,pro-
pter quæ non ſuſtinenda etiam mori debet homo.iij. Ethic.
Sed ſunt quædam mala corporalia maiora quibuſdam alijs,
& præcipuè inter ea quæ pertinent ad perſonam: vt mors,
verbera,dehoneſtatio per ſtuprum,& ſeruitus:adde & vincu
la quæ reducuntur ad ſeruitutem,& ſub illa intelliguntur.&
omnia limita vt j.§.vj.Et de morte quidem & cruciatu pa-
tet in c.cùm dilectus.extra eo.de ſtupro verò & ſeruitute.ff.
eo.l.iſti quidem.Inſti.eo.§.j.ij.& iij.De vinculis aũt in l.nec
timorem.ff.eo.Et intellige primò ſiue prædicta aut aliqđ
prædictorum immineat perſonæ propriæ ſiue filiorum ſiue
vxoris,& huiuſmodi ſecundum S.Tho.vbi ſ.art.ij.ad ſecun-
dum.& in l.iſti quidem.ff.eo.Intellige etiam ſecundò quòd
hæc omnia faciunt iuſtum metum quando quis de facili non
poteſt occurrere:quia ſi hoc poſſet:puta adeũdo ſuperiorem
vel alio modo, non eſſet iuſtus metus:ſed ſibi imputaretur.
arg.c.ſi.de electio.&.c.paſtoralis.de offi.ord.& l.quibus die-
bus.ff.de condi.& demon.& l.qui poteſt facere. ff de re.iur.
Et idem innuit Sanctus Thomas,vt patet j.§.iiij. Intellige
etiam tertiò quòd prędicta habent talem effectum excuſan
di,etiam ſi ſint ſolùm in comminatione,& non illata,quan-
do probabiliter æſtimatur quòd ita erit. ar.eorum quæ not.
in c.cùm dilectus.de his quæ vi.Et quartò quòd prædicta re
gulariter cauſant iſtum timorem reſpectu malorum corpo-
ralium,ſed non hæc ſola:ſed generaliter omne maius ma-
lum reſpectu minoris:quia vir conſtans ſeu virtuoſus ſem-
per conſentit in minus malum vt vitet maius: ſed tamen iu-
ra ſtatuerunt vt detur actio ad reſcindendum contractum,
qui aliàs tenet propter prædicta, quæ ſunt contra bonum
perſonæ,non propter alia,niſi inquantùm reduci poſſent ad
prædicta. quo caſu opus eſt arbitrio boni viri.Et ſic intelli-
go dictum Petri de Ancha.vt illi imponit Sum.Roſ.excom
municatione xxix.§.x.quòd iudicis arbitrio relinquitur quis
timor ſit iuſtus cadens in conſtantem virum,ſcilicet quan-
tum ad ea quæ reducuntur ad prædicta,& quantum ad pro-
babilitatem æſtimationis. ¶Secundò quæritur,†vtrum iu-
ſtus timor cauſetur ex imperio vel ſupplicatione regis aut
domini?Et dicit Pan.in c.vl.qui cler.vel vouen.quòd non:ni-
ſi eſſet conſuetus tyrannicè tractare non obtemperantes pre-
cibus ſuis,quo caſu excuſat ſecundum Io.And. ibi & Bart.in
tract.de tyran.Facit quod not.idem Bar.in l.ad inuidiam.C.
quod me.cau. vbi dicit quod ſola reuerentia mariti non



cauſat iuſtum metum in vxore,niſi minæ præceſſerint aut
verbera.Et idem voluit Innoc.in c.cauſam matrimonij. de
offi.deleg.¶Tertiò quæritur,†vtrum metus perdendi bona 3
temporalia vel maiorem partem eorum ſit iuſtus? Et dicit
Pan.in c.Abbas.extra eo.quòd ſic,ſi nõ poteſt quis ſuſtenta-
ri ſine illis bonis quæ perdere timet.& gl.in l.aduocati.C.de
aduo.diuer.iud.dicit:nota pecuniam vitam hominis.Et facit
pro iſta opinione c.presbyteros.di.50.& d.c.Abbas.& l.pen.
C.eo.Et gl.in d.c.Abbas.extendit hoc non ſolùm qñ quis ſi-
ne illis rebus viuere nõ poteſt ſed etiã qñ grauem patitur ia
cturam.& hoc rationabiliter:quia poteſt quis eſſe ita diues
quòd amiſſa maiori parte bonorũ nõ multum pateretur, vt
dicatur iactura grauis reſpectu incõmodi ſequentis.Ita enĩ
iactura aliqñ poteſt eſſe grauior vinculis & verberibus,quæ
tamen excuſantur.¶Quartò quæritur,†vtrũ metus infamię 4
ſit iuſtus?Et dicit S.Tho.quòd non:quia licet ſit magnũ da-
mnũ:tamen de facili poteſt illi occurri.Sed intellige de infa
mia de facto,quæ ſcilicet innititur veritati,cui occurri poteſt
de facili licito modo,ſecundum gl.in d.l.nec timorem.ff.eo.
Sed metus infamię iuris,qui habet iuris effectum,eſt iuſtus:
vt in l.iſti.§.fi.ff.eo.vbi patet quòd deprehẽſus in aliquo de-
licto,iuſto metu facit quicquid facit,ne prodatur:quia prodi
tus poteſt pati mortem vel cruciatum,& huiuſmodi.¶Quin 5
tò quęritur,†vtrum metus excommunicationis ſit iuſtus?Et
dicit gl.in c.olim inter.de reſti.ſpol.quòd ſic: ſed melius Io.
And.in c.cùm dilectus.extra eo.diſtinguit quòd aut iuſtè cõ
minatur:& non excuſat metus:quia culpa ſua incidit in me-
tum.l.ſi mulier.ff.eo.& in §.ſeq.aut iniuſtè: & ſic eſt iuſtus:
quia eſt pœna grauis,inter homines conuerſari & carere ho
minum commercio. l.hi qui ſanctam,C.de apoſta.de ſent.
excom.ſacro.Quam ſententiam approbant domini de Ro-
ta deciſio xl.Et ratio eſſe poteſt:quia hoc malum ſpectat im
mediatè ad perſonam:& eſt quædam ſeruitus & vinculatio
linguæ.¶Sextò† quæritur,vtrum metus aliàs iuſtus ſit iu- 6
ſtus,ſi quis ex ſua culpa in illum deuenit? Et dico quòd non:
ſed tenent geſta per eum qui paſſus eſt metum ſine aliquo
remedio.Et de hoc eſt tex.ſingularis quotidie allegatus in l.
ſi mulier.ff.eo.vbi dicitur quòd ſi liberta commiſit ingrati-
tudinem contra dominum, & prætextu ne reuocaretur in
ſeruitutem aliquid ſuo domino promiſit,contra illam pro-
miſsionem ei nõ ſuccurritur:& hoc ideo,quia illa ſibi ipſi in
tulit metum committendo ingratitudinem, & dominus iu-
ſtè minabitur reuocationem in ſeruitutem. Et ſic non ob-
ſtat l.nec timorem.& l.iſti.ff.eo.quia ibi erat iniuſtitia in ac-
cipiendo.Vnde quantum ad conſcientiam diſtingue.Nam ſi
timor iuſtè incurritur:vt quia minatur quis accuſationem de
crimine veraciter perpetrato,licet talis qui minatur turpiter
accipiat aliquid,vt ab accuſando deſiſtat: tamen reſtituere
non tenetur neceſſariò,ſi alius potuit donare:vt ſ.Accuſatio.
§.xj.& Concuſsio.§.iiij.Si verò incutitur timor iniuſtè:puta
pater commutatur interſicere adulterum cum filia:quod de
iure ciuili licet:vt l.nec in eo.ff.de adul.tamen non licet quo
ad Deum:vnde tali timore extortum tenere non poterit in
conſcientia:niſi in recompenſationem alicuius ſui intereſſe:
puta famę lęſę,& huiuſmodi.Facit tex.cum gl.in c.inter hęc.
xxxiij.q.ij.Ceſſante autem culpa qũo teneatur quis reſtitue
re,vide j.§.vlt.¶Septimò quæritur,†vtrum iuſtus metus ex- 7
cuſet à peccato?Et dico ꝙ non à toto:quia ad peccatũ nullus
iuſtus metus cogit:ſed ſolùm à tanto:quia quod metu fit,nõ
eſt quantum ad aliquid voluntarium, licet ſit voluntarium
ſimpliciter,vt dicit S.Thom.Nec tamen ſic excuſat à tanto,
quaſi illud,quod de ſe eſt mortale,fiat veniale. extra eo.ſa-
cris.de homic.c.ij.q.j.cap.in primis. quia debet quis potius

quęlibet mala tolerare, quàm malo conſentire.xxxij.q.v.ita ne.Quod tamen limita verum in his quæ ſunt mortalia de ſe, vt dictum eſt: quia ſcilicet ſunt naturali vel diuino iure ſub præcepto prohibita. Secus ſi iure humano: quia tunc timor iuſtus excuſaret à mortali: vt ſ̃. Inobedientia. Et ſic intellige in c.in ſacris.de his quæ vi, &c.vbi videť dici quòd eſt mortale participare excommunicato. Nec excuſat metus: quia loquitur in participatione directa, quæ eſt in, per ſe malis, ſiue in crimine crimino ſo: vt innuit S.Tho.q.lxj. artic.ix.

8 ¶Octauò quæritur, vtrum iuſtus metus excuſet ab obligatione contractus, quaſi ipſe ſit nullus ſi metu fiat? Et quantũ ex Pan.in c.cùm locum.de ſpon.colligitur, dico quòd nõ in contractibus, in quibus liber conſenſus non requiritur: ſed iure tenet contractus: quia coacta voluntas eſt voluntas: vt legitur & no.in l.ſi mulier.§.fi.ff.eo.ſed acta veniunt reſcindenda actione quod metus cauſa, ſcilicet officio iudicis, ſi ſint ꝑfecta, ſecundũ Gof.vel per exceptionem, ſi ſunt impecta.ff.eo.l.metum.§.ſi prætor. Siverò contractus requirit liberum conſenſum, ipſo iure eſt nullus: quia licet coacta voluntas ſit volũtas.xv.q.j.merito.tamen nõ eſt voluntas libera: & ſic deficit qualitas libertatis, quę eſt de ſubſtãtia cõtractus: ideoq; eſt nullus. Quæ autem requirunt liberum conſenſum ſunt octo: de quibus vide Pan.in c.Abbas.extra eo. ¶Primò, omnia quæ ſunt meritoria: vt pœnitentia, confeſsio, eleemoſyna, & huiuſmodi. quæ ſi fiant ex tali metu, meritũ excludũt: & perinde eſt ac ſi non forent facta: niſi characterem imprimant. quo caſu adueniente libera voluntate conualeſcunt: non autem alia.di.xlv.de Iudæis. Vnde ſecũdum Chryſo.qui ſeruit Deo timore, pœnam euadet: ſed præmium non acquiret. & facit tex. Ang.de pœ.di.vij.nullus in fi. ¶Secundò, matrimonium, de ſpon.cùm locum.&.c.veniens. el ij.& xxxiij.q.v.notificaſti. ¶Tertiò, dotis promiſsio vel ſolutio.l.ſi mulier.§.ſi dos.ff.eo.quia ſi principale non tenet, nec acceſſorium.de re.iu.li.vj. Quartò iuriſdictio. vnde prorogatio eius ex iuſto metu eſt nulla.l.ij.ff.de iudi.& idem gl.in d.l.ſi mulier. Et ſimiliter electio prælati per metum facta eſt nulla: vt in c.vbi periculum.§.cæterum.de ele.lib.vj. Quintò, authoritas tutorũ. vnde extorta per metum nulla eſt.l.j.§.vl.ff.de autho.tuto. ¶Sextò abſolutio ab excommunicatione. de quo ſ̃. Excõmunicatio.ix.§.xvij. ¶Septimò, teſtes teſtamentorum. Vnde cùm tenentur in vinculis aut ab hoſtibus, non valet eorum teſtimoniũ.l.qui teſtamento.ff.de teſta. ¶Octauò, votum, quod metu factum non valet, loquendo de metu mundano, ſeu in incuſſo ab homine alicui vt voueat: ſecus ſi incutiatur à Deo, vt in periculis, quia tenet: vt j̃. Votum.ij.§.xij.& ita tenent Sum.Ang.& Ro.& Pan. Sed quia hoc nullibi authenticè legi, & dicit Abbas quòd nullo iure probatur: ideo dico quòd etiã ſi metus incutiatur ab homine, qui cogere non poteſt interiorem conſenſum, diſtinguendum eſt ſicut & de iuramento, ſ̃. Iuramentum.iiij.§.vij. quia ſi non intendebat ſe obligare, non obligatur: quia obligatio in voto non deſcendit à verbis, ſed à corde ſeu intentione ſe obligandi, ſine qua votum non eſt votum. Siverò intendebat ſe obligare, obligatur: quia in iſta intentione fuit liber, nec potuit

9 cogi. ¶Nonò quæritur, †vtrum leuis metus habeat eoſdem effectus cũ iuſto & probabili? Et dico ꝙ non in foro cauſarum: quia non excuſat, nec annullat, nec reſcindit, nec tollit actum requirentem liberum conſenſum: vt no.Pan.in d.c.veniens.el ij.de ſpon.ſed tamen quo ad conſcientiam, dic vt j̃.§.vl. ¶Decimò quęritur, †vtrum agens certum quid ex me

10 tu, ex taciturnitate temporis ſequentis præſumatur conſentire? Et dicit gl.iuncta tex.in c.accendens.de conuer.coniug. quòd non, niſi interueniat aliquis actus poſitiuus approbatiuus primi actus: vt in l.ij.& pe.C.eo.& per Inno.c.ſuper eo.de renun.& facit c.ad id.de ſpon.vbi ſponſa, quæ metu contraxerat, ſi cohabitat viro ſpontè, præſumitur matrimonium maximè ſi copula interuenit. Facit etiã c.vnicum, de deſpon.impuberũ. ¶Vndecimò quæritur, †vtrum aliquo probante metum, ex quo amiſit ſua bona, ſtetur eius iuramento ſuper quantitate bonorum? Et dicit Pan.in c.ſi.extra eo. quòd ſic ſi quis iniuſtè metum incuſsit, & contra eum qui incuſsit. Secus ſi ageretur contra villam, in cuius territorio eſt factum: qa oportet eum probare per alios, licet poſsit adducere ſocios & familiares, propter difficultatem probandi.& eſt tex.in l.conſenſu.C.de repu.& in c.veniens.el ij.de teſtib. ¶Duodecimò quæritur, †vtrum is qui extorſit aliquid per metum, teneatur reſtituere? Et dico quòd ſic ſecundum Dir.& ſecundũ 12

leges poteſt agi contra eũ etiã ad pœnã ſi agatur intra annum: poſt annum verò non, ſed ſolum quo ad rei perſecutionem: quia prætoriæ actiones quantum ad rei perſecutionem ſunt perpetuæ: quantum ad pœnas verò, temporales. Inſti.de perp.& temp.ac.ff.de vi & vi ar.l.j.§.ſed ſi per metum.ff.qđ me.cau.l.ſi cum exceptione.§.j.ij.& iij. Secundum canones autem etiam ad pœnam poſt annum agi poteſt: quia nulla conditio temporis poteſt apponi.iij.q.j.reintegranda.& ibi per doc. Et non ſolum tenetur de habitis per talem metum: ſed de omnibus quæ amiſit ille, cui talem intulit metum.d.l.ſi cum.§.Pedius.quia metus fuit cauſa amiſsionis.d.l.ſi cũ.§.in hac actione.& concordat Inn.& Hoſt.in c.ſi.extra eo. Si autem metus fuit ſolum ob timorem reuerentiæ, datum ex tali timore, eſt omnino reſtituendum in foro conſcientiæ, ſi ſit contra voluntatem dantis: & generaliter qđcunq; non datur niſi ex metu, ar.l.j.§.quæ honorandæ.ff.qua re.ac.nõ da. quod tamen fallit ſi dãs fuit in culpa ſui metus. de quo dic vt ſ̃.§.vj. Nec obſtat l.vani.ff.de regu.iur.& l.metum.ff.quod me.cau.quia loquuntur quo ad forum contentioſum.

MILES ſcđm Azo.dictus eſt à militia, id eſt, duritia, propter labores ſcilicet militares. vel dicitť ſecundũ S.Tho.à mille, quaſi milleſimus: qa vix vnus de mille eligebanť ad militiã: vel qa primò electi ſunt mille à Romulo. Eſt aũt duplex militũ genus. Quidã enĩ dicũtur ꝓpriè milites à militãdo, de quorũ inſtitutione & priuilegijs in l.pe.ff.ex quib.cauſ.ma.in gl.quorũ ars eſt licita, ſi debitè fiat.xxiij.q.j.militare.de quo dic vt ſ̃.Bellũ.ꝑ totũ.& cõſequenter licitũ eſt militibus ſe exercere in armis ad ſuã artẽ ꝑdiſcẽdã in his, quæ nulli ſunt nociua, & in qbus nõ imminet ꝓbabile periculũ mortis: etiã ſi ibi aliqui raro intereant: ſicut in ꝓiectione telorum. ſicut Dauid præcepit filios Iſraël doceri arcũ.ij.Re.j.in ludis gladiorũ, incurſationibus equorũ, & haſtiludijs nõ periculoſis, & hmõi: quia quod licet facere, licet etiã addiſcere. Torneamenta verò ideo fuerũt ꝓhibita, quia periculoſa ꝓbabiliter. Et de hoc ſ̃.Ludus.§.viij.in fi.& j̃.Torneamentũ. Quidã verò ſunt milites improprie, ſcilicet noſtri tpis, qui licet habeãt inſignia obſeruãtiæ veteris, ſcđm Bal.in l.j.C.qui bo.ce.poſ.& alleg.in ar.c.tranſlato.de cõſti.nõ tñ gaudent priuilegijs militaribus: nec eorum militia eſt priuilegiata: & in eorũ actibus vtendũ eſt iure cõmuni, vt cõiter tenetur per doct.Cy.in l.pe.C.de iu.& fact.igno.Salice.& Barto.in l.filiusfamiliãs.§.veterani.ff.de procura.Bal.in l.teſtamẽtis.C.de teſta. quia non habent illa ſex requiſita in militibus, de quibus vbi ſuprà: ſed magis ſunt promoti ad pompam: vt dicit Bald.vbi ſuprà.

MINOR diciť dupliciter. Primò relatiuè ad maiorem: vt ſit idẽ qđ ĩferior. Sicut dũ diciť, minor aſſurgat maiori: nec ſedeat ſtãte maiore.xciij.di.nõ oportet c: ſcđm Gof.in Sũ.de ma.& obe.in ſedendo & ſubſcribẽdo maior præcedit.xvij.diſ.§.vlt. Sed incedẽdo cõtrariũ ſeruat Romana cõſuetudo: quia minor præcedit. Secundò ſumitur minor, qui xxv.annũ nõ impleuit.ff.de mino.l.j.qui ideo minor dicitur, quaſi ſit minor ætate legitima ad aliqua negotia pertractãda. Talis minor ſecundũ iura petere poteſt reſtitutionẽ in integrũ nõ ſolùm in læſiõe, quæ lædit de patrimonio infra xxv.anni, ſed etiã lucri ceſſantis vſq; ad quadrienniũ poſtquam impleuit xxv.annũ, non tamẽ in delictis atrocibus: ſed quatenus miſeratio ætatis ad minorem pœnam iudicẽ flexerit. vide glo.in c.ij.de reſtit.in integr. Et licet ſi religionẽ intret, ſua bona ſine authoritate curatoris alienare non poſsit, etiã in pias cauſas, aut cõtrahere: ſi tamen intrat religionẽ ſecundum Pan.in c.in præſentia.de probat. alienare poteſt omnia bona ſua: qa fingitur mori.l.Deo nobis.C.de epiſco.& cler. Si tamen renuntiauit beneficio eccleſiaſtico, nõ reſtituitur: quia in ſpiritualibus vt maior admittitur, & agit, & conuenitur, ff.de minori.l.ait prætor.in glo.in princ.

MISERABILES perſonæ ſcđm Inn.in c.ſignificãtibus.de offi.deleg.& Pan.in c.licet.de cenſi.& ſcđm Hoſt.ſunt cæci, & alij perpetuo morbo laborãtes.& ſecundũ Hoſt.pauperes, pupilli, & viduæ, & huiuſmodi: & ſecundũ alios etiã ſenes decrepiti, & religioſi: & generaliter omnes quos naturaliter miſeramur propter fortiũ iniuriã. De hoc Pan.in d.c.ſignificantibus. dicit quòd ſeculariũ tres ſunt ſpecies. Quidam enim nõ ſunt miſerabiles nec actu nec habitu: quia nõ habẽt qualitatẽ, propter quã natura moueatur ad miſerandũ eis: vt qa ſunt maſculi & potẽtes, vel fœminæ cõiugatę & diuites. Quidã verò ſunt miſerabiles actu & habitu: vt viduæ & pupilli pauperes, vel diuturno morbo fatigati, & pauperes dũtaxat: quia ſecundũ Io.And.miſerabiles perſonę dicũtur, ſuper quibus natura mouetur ad miſerẽdũ: vt in l.vnica.C.quando imper.inter vid.& pu.& in c.j.de poſtu.dicitur ꝙ miſerabilis perſona eſt, quę ꝑ ſe nõ poteſt cauſam promouere, puta ꝓpter defectum paupertatis vel alterius impotẽtiæ. Quidã verò ſunt miſerabiles habitu tãtùm, ſed nõ actu: vt viduæ & pupilli diuites: & ſcđm Inn.peregrini quo ad res, quas ſecum deferunt, & illatas iniurias: vt in c.ſi quis.& in c.omnipotẽs.xxxiiij.q.iij.& idẽ de libertatis eccleſię officialibus & ruſticis & ſimilibus.ar.xij.q.ij.eccleſiarũ ſeruos.lxxxvij.diſt.quaſi ꝑ totũ. Primi ad eccleſiaſticũ iudicẽ trahere non poſſunt: niſi ſint de foro eccleſiæ aut ratione cauſę aut ꝑſonę: & ſi impetrẽtur literę ad iudices delegatos, ſunt ipſo iure nullæ: vt eſt caſus in cap.licet.de foro cõpe.niſi daretur defectus iuſtitię ſecularis in ciuitate: vt quia nõ eſt iudex ſecularis, vel negligit facere iuſtitiã tã inferior quàm ſuperior iudex. Secundi verò ſecundũ Inno. poſſunt alios trahere ad iudicium eccleſiaſticum, etiam non data negligẽtia iudicis ſecularis. arg.dicti c.ſignificantibus.& c.ſuper quibuſdam.pe verborum ſignific. Et idem ſecundũ eum in peregrinis quo ad cõtractus initos in peregrinatione: & in pœnitentibus.xxiiij.quæſt iij.ſi qs Romipetas. Si tamẽ, inquit, iſti trahantur corã iudice ſeculari, illud forum declinare non poſſunt: nec ſi inde grauantur aut reportãt iniquam ſentẽtiam, poſſunt eccleſiaſticum iudicem appellare: quia gradatim appellandum eſt ij.quæſt.vj.anteriorum. Tertij autem ſi opprimuntur, poſſunt malefactores ſuos immediate trahere ad iudicem eccleſiaſticum: vt in d.c.ſuper quibuſdã.& c.ex parte de foro compet. Si verò nõ opprimuntur, prius recurrere debent ad iudicem ſecularem contra laicos: & ſi literas ante negligẽtiam impetrant, nõ ſunt nullæ ipſo facto, ſed in pendenti: vt in d.cap.ſignificantibus.& de foro competen. ex tenore.& data negligentia vnius iudicis ſecularis non tenẽtur querulari coram eius ſuperiore, ſecundũ Inn. ſed ſtatim poſſunt ad eccleſiaſticũ recurrere, ar.d.c.ſignificãtibus.& d.c.ex tenore. ſecus in laicis nõ miſerabilibus, vt dictũ eſt. vide Pan.vbi ſuprà. Quomodo autẽ cæcus & alij pertuo morbo grauati excuſentur à muneribus, vide ſuprà Gabella.v.§.iiij.



## De miſſa.j.inquantum ad celebrationem.

1 *Miſſa quid, & quis eam celebret.*

2 *Miſſa quomodo celebranda. & nu.3.*

4 *Miſſa de quo debeat celebrari.*

5 *Miſſa vbi debet celebrari, & quo tempore. & nu.6.*

7 *Miſſa quoties debeat celebrari.*

8 *Miſſa pro quibus debeat celebrari.*

9 *Miſſa dicta pro pluribus an tantum valeat, ſicut ſi pro vno dicta eſſet.*

10 *Sacerdos promittens ſingulis miſſam, an liberetur dicendo vnã pro omnibus. & nu.11.*

12 *Miſſæ collegij debent celebrari ad intentionem inſtituentis.*

MISSA † ſecundũ Sanctũ Thom.& Hugo.de ſancto Victore, dicitur quaſi trãſmiſſa, ſcilicet à pòpulo ad Deũ per miniſteriũ ſacerdotis. vel ab emiſsiõe cate- 1

chumenorum & excõmunicatorũ. Et eſt multiplex, ſicut in quodam opuſculo declaraui: ſed nihil modò ad rem: ſed tamẽ hoc ſciẽdũ eſt quòd in ea ſunt duo principaliter quę trãſmittũtur ad Deũ, ſcilicet oratiões ſacerdotis, & ipſum ſacrificiũ euchariſtię: quorũ primũ efficaciã habet ab ope operãte, ſaltẽ inquantũ eſt qđ meritoriũ: reliqua verò ab opere operato. Vñ & ſcđm San. Th.& alios Theologos quantũ ad eſſentiale miſſę, id eſt, ſacrificiũ ipſum, æquè bona eſt mali, ſicut boni ſacerdotis miſſa: quantũ aũt ad oratiões ipſas annexas, melior eſt melioris indiſtinctè, ſcđm San.Th. qđ Sũma Angel. putat verũ ſolùm vt procedunt ex perſona ſacerdotis, non autem eccleſiæ. Sed primũ eſt melius: quia ex perſona eccleſiæ non ſunt niſi mediante inſtrumento, id eſt, ſacerdote: quod inſtrumeutum eſt aptius ſi ſit in gratia: & conſequẽter efficacior ſequitur operatio: ſicut melius à ſcriptore characteres fluunt per calamum aptiorẽ. ¶Primò verò quęritur quis poſsit miſſam celebrare? Et dico quòd de facto omnis & ſolus ſacerdos ritè ordinatus. de ſumma Trinit.cap.j.§.vna.de conſecrat.diſtinct.j.cap.j.in fin.& ſuprà Euchariſtia.ij.§.ij.& de iure ſolus ſacerdos ieiunus: vt ſuprà Euchariſtia.iij.§.v.vel aliàs iuridicè non impeditus: de quo ſuprà Euchariſtia. tertio, ferè per totum. ¶Secundò verò quæritur,

†quomodo & quibus perſonis aut rebus comitantibus debeat miſſa celebrari? Et dico multa. ¶Primũ. Sacerdos celebrando ſeruare debet ordinarium ſeu rubricam miſſæ tã in dictis quàm in factis: quia ſunt plena myſterijs: & debet ſub præcepto, vt videtur, eſſe diſcoopertus caput, de conſecrat.diſtinct.j.nullus epiſcopus.ar.verbi, communione priuetur: licet rationabilis cauſa videatut excuſare: argu.verbi, temere, ibi poſiti: imò dum Euangelium legitur, omnes aſtantes debent curui ſtare reuerenter, id eſt, diſcooperto capite: non autem debent ſedere aut genua flexa tenere. de conſecratione.diſtinctio.j.apoſtolica authoritate. ¶Secundum. Debet etiam omnia habere quæ ſunt de vniuerſali & communi ritu celebrationis. debet ergo primò habere ignem, id eſt, lumen. de celebratione miſſa.c.fin. aliàs eſſet peccatum mortale: quia deponitur ſacerdos vt ibi. Et ſimiliter ſecundò debet habere duos præſentes qui reſpondeant. de conſecratione.diſtinctio.j.hoc quoque tamen, ſecundum Hoſtien.& Albert. vnus ſufficicit. de verborũ ſignificatio. quæſiuit. primo reſponſo. quòd Sanctus Thom.iij.parte, quæſtio.lxxxiij.verum dicit in miſsis priuatis, ſcilicet ſeruitor: qui tamẽ nõ debet eſſe mulier: imò ipſa, etiam ſi ſit monialis, pallas ſacra. 2

tas aut veſtes contingere non poteſt. ipſas autem pallas non ſacratas, ſuper quibus extenditur corporale, tangere poteſt. licet Pet. de Palu. teneat contrariū. vide ſuprà Femina. §. iij. Illud verò cap. hoc quoq;, ſecundum Pet. de Pal. eſt abrogatum: vel eſt verum ſecundum Sanctum Thom. in miſsis ſolennibus. Et tertiò calicem cum patena cōſecratum & chriſmate perunctum: de quo ſuprà Calix. nec licet in hoc epiſcopo diſpēſare: quia ſic ſtatuit Syluester papa. de ſacra. iter. c. j. Et quartò pallas in altari ſaltem portatili lapideo conſecrato, ſaltem duas, ſecūdum Pet. de Pal. & corporale & omnia de lino ſimplici. xxv. diſt. perlectis. vt ſuprà Corporale. Dicit autē Sum Ang. quòd ſufficeret vna tobalia ſiue palla. Sed dic quòd requiruntur duæ & corporale in repręſentationē Trinitatis: tum ex generali cōſuetudine eccleſiæ: tum ex cōmuni opinione doctor. vt Inno. tertij. Dir. & Pet. de Pal. & aliorum. Si tamē eſſet vna ſola quæ plicari poſſet, ſufficeret ſecundū Sum Roſ. Et quintò veſtes ſacras, quæ ſecundū Innoc. & Pet. de Pal. ſunt ſex ſcilicet amictus, alba, cingulum, licet alicubi inoleuerit vt nō benedicatur, manipulo, ſtola, planeta, & ſecundū Dir. calceamenta, licet de bene eſſe, & nō neceſſariò benedicta. ¶ Tertium. Si ſacerdos celebrando ſciēter omitteret aliquid prædictorū, peccaret mortaliter, ſecūdum Archid. & alios, licet conficeret. Et idem etiam puto ſi ignoranter ignorantia craſſa: vnde potius deberet miſſam omittere, inquit, etiam die feſto: & idē credit ſi non habebat miſſale vel librum, in quo ſaltem ſit canon: quia exponeret ſe periculo errandi in verbis canonis, imò & conſecrationis: & faceret contra generalem conſuetudinem eccleſię. diſt. ij. in his. & idem etiam ſi omitteret ſtudioſè aliquam notabilē partem miſſæ, vt Euangelium epiſtolam, vel huiuſmodi: ſecus de parua parte & verbo, niſi pertineret ad conſecrationē. Et idem eſt ſecundū Sanc. Tho. ſi omittat altare, tēpus debitum, & huiuſmodi. Et idem videtur, ſi prædicta haberet. ſed immunda enormiter: quia præceptum eſt clericis vt vaſa & veſtes, in quibus celebrandum eſt, ſint munda: vt in c. relinqui nolumus. de cuſto. eucha. vnde contrarium eſt mortale. xiiij. q. j. quod principaliter. ¶ Quartum. Si autem poſt cœptam miſſam ſine rationabili cauſa deſiſtat, peccat mortaliter. de conſe. diſt. j. nullus epiſcopus. ¶ Quintū. Si autē poſtquam ſumpſit communionem, ſuperfuit hoſtia conſecrata, ſecūdum Petrum poteſt etiam ſumere, ſi nō habet vbi honeſtè conſeruetur, modò ſit ieiunus, arg. de cōſec diſt. ij. tribus gradibus. De reliquijs autē dico quòd ſi deprehendantur nō ex interuallo, ſed in ipſo actu ſumptionis ſacramēti, vel quaſi in ipſo, licet acceperit purificationē, antequā de ipſis aduerteret, tamē poſtea ſunt ſumēdæ: tum quia ratione paruitatis ſic ſeruari nō poſſunt, ſed faciliter amitterent: tum quia in ipſo caſu, ex quo eſt in actu purificatiōis & recollectionis reliquiarum, quicquid ſit dicitur fieri incontinenti, quaſi ſimul ſumeret omnia, antequā cēſeatur nō ieiunus, per ea quę not. in cap. olim. el j. de reſtit. ſpo. in glo. & in c. quia propter. de elec. & per Bar. in l. j. ff. de verb. obl. ¶ Sextum. Poſt ſumptionem autem ſanguinis perfuſio eſt faciēda cum vino. de celeb. miſ. ex parte. Et ſi ſumēdo calicē remaneat particula in calice, ſecūdū Sco. digito ad labiū calicis trahatur, & ſtomacho ieiuno ſumatur: & non apponatur vinum, quia citius deſcēderet. Et licet Sum. Ang. dicat quòd nō eſſet peccatū ſi apponeretur. & citius deſcenderet: quia quæ ſic fiunt, ſimul fiunt, per not. in l. cōtinuus. ff. de verb. obl. & alijs prædictis iuribus. Tu tamen dic cum Sco. propter eius rationem, quæ probatur in cap. ex parte de celeb. miſ. & rurſus quia ſumendo vinum poſſet denuò particula in calice remanere. & quæ dicit illa ſumma, ſunt vera, vbi aliter fieri nō poteſt. ¶ Tertiò quæritur, † quid & qualiter miſſa dici debeat? Et dico multa. ¶ Primum. Sacerdos nihil aliud dicere debet quàm quod cōtinetur in miſſali. arg. c. viſum. & cap. de nominibus. de cōſe. diſt. j. cogitare tamē poteſt quæcunq; deuota, ſecundum S. Bon. licet nō exprimere. quod intellige niſi vbi ſacerdoti ad libitū inſerere permittitur, ſicut in memento, in quo non ſolùm mente, ſed etiā expreſsis verbis orare poteſt, etiā in ſpeciali ꝓ hoc vel illo nominatim. arg. c. cum gratia. & c. non æſtimemus. xiij. q. ij. & glo. de conſe. diſt. j. c. viſum. & c. ſeq. Ex quibus etiā iuribus patet quòd non eſt neceſſe ſingulorū nomina exprimere: niſi quantū ſupplicātis affectus deuotior redditur: quia cū pro cunctis animabus pſalmus vel miſſa dicitur, nihil minus. quàm ſi ꝓ vno quolibet ipſorū diceretur, accipitur. de cōſe. diſ. v. nō mediocriter. licet d. c. aliū habeat ſenſum: vt infrà §. ix. ¶ Secundū. In miſsis votiuis de Spiritu ſancto, de beata Virgine, & de cruce, gloria in excelſis Deo cātari nō debet in profeſtis diebus: nec credo, ſecundum Ray. vt de celeb. miſ. conſiliū. Sed huic iuri cōſuetudine derogatū eſt quo ad gloria in excelſis: & ſecundū Hoſtia talibus deuota cōſuetudo nō reprobatur: pręfatio autē propria dici poteſt ſimiliter: vt de beata Virgine patet in d. c. cōſiliū. & idē videtur in alijs, ar. d. c. cōſiliū. & eorū quæ ibi dicit Pan. ¶ Tertiū. Secundū Ric. Angelicū in ſuo quolibeto, quē ſequitur Summa Ang. requiritur attētio dicēte Dio. de cœl. Hierar. quòd ad ſanctiſsimū eūtes ſacrificium mundari conuenit ab ipſis vltimis animæ phātaſmatibus: vnde probabiliter deſperās ſe poſſe habere cordis ſtabilitatē: accedēdo peccat. Sed de hoc dico ſecundum San. Tho. in iiij. diſt. viij. in litera, quòd ad idoneitatem celebrationis requirūtur tria. Primò ſcilicet puritas mentis: vt ſit quis contritus & cōfeſſus & in propoſito ſeruādi mandata Dei, & eccleſiæ. & ſecūdò deuotio actualis. quod ſecundum Arch. poſt Petr. de Palu. ſic intelligitur vt intelligatur deuotè celebrare vel cōmunicare qui conatur omnem diſtractionem & euagationē repellere: & non tenetur eam deliberare, ſi occurrat: veniale autē impediēs actualem deuotionē, id eſt, quod mēte diſtrahatur ne actu feratur in Deum, impedit fructū ſacramenti, licet non faciat incurrere mortale: quia nō tenetur homo eam actualiter habere, ſed habitualiter: habitus autē eius tollitur ſolùm per mortale: & tertiò requiritur corporalis munditia: de quo dic vt ſuprà Euchariſtia. iij. §. ix. Et ſic patet quòd non peccat grauiter, qui diffidit ſe habiturum actualem attentionem: imò nec venialiter ſi de hoc doleat. ¶ Quartum. Si autem ſacerdos de his quæ ſunt dicēda aliquod notabile ſciēter omittit peccat mortaliter ſecūdum omnes doct. quod intellige ſi omittat ſcienter quādo in loco ſuo ea dicere poterat: ſecus ſi iam locū pertrāſiuit notabiliter, ita quòd ſine nota replicare nō poſſet, vt quia iam dixit orationē, & recolit de gloria in excelſis, omiſſa. ¶ Quintū. Si autē aliquid ſe dixiſſe nō recolit propter hoc turbari nō habet: quia multa dicēs, omnia nō recolit: ſed ſi cōſtet ei probabiliter ꝙ aliqua omiſerit quæ ſunt de neceſsitate ſacramēti, puta forma conſecrationis, debet reincipere ab illa forma, & cūcta per ordinē proſequi: ſi [illegible] nō ſunt de forma, reſumere nō debet, immutando ordinē officij: ſed vlterius debet procedere, ſecūdū S. Tho. iiij. [illegible] lxxxiij. ¶ Quartò quæritur, † de quo debet omiſſa celebrari? Et dicit Sum. Ang. ſecundū Pan. in c. quidā laicorū. de celeb. miſ. ꝙ celebrāda eſt de eo de quo officiū ſit: vn̄ miſſam peculiarem dicēs, id eſt, ſpecialē de aliquo ſancto non ſatisfacit præcepto de audienda miſſa: quia miſſa quæ præcipitur eſt miſſa de feſto, vel quæ ſecūdū officiū debet dici: vt in d. c. quidam. vnde in d. c. quidā. & c. hoc. de cōſ. di. j. dicitur quod [illegible] miſſę peculiares celebari debēt in occulto. quod intellige [illegible] diebus quibus ex præcepto miſſa audienda eſt. Credo tamē quòd ſeculares audiētes ex ignorantia excuſentur, licet non celebrātes. In eccleſijs autem collegiatis vel conuētualibus miſſa de officio quotidie celebrāda eſt, vt in clem. j. de cele. miſ. Sed ſi vnus celebrauit miſſam de officio, vel celebraturus ſit, & nō ſit de pręcepto quod miſſa audiatur, poteſt quis miſſam dicere votiuam & ſecretè & publicè: imò etiam ſi præceptū ſit audire & ipſe votiuā celebrans audiat aliam de officio. Nec ſufficit ſecundum Monal. audire introitum vel huiuſmodi: quia miſſa dicitur cum canone. hęc ille. Sed intellige prædicta de bene eſſe, non de neceſsitate: quia nec Pan. ibi dicit quòd talis nō ſatisfaciat præcepto. nec dicta clem. dicit aliquid de præceptis: ſed cap. cum creatura. eo. tit. vnde Sum. Roſ. dicit cum Archi. vt infrà Miſſa. ij. §. iiij. ¶ Quintò quæritur, † vbi debeat miſſa celebrari? Et dico multa. ¶ Primum. In omni loco per epiſcopū conſecrato, id eſt, in eccleſia conſecrata liberè celebrari poteſt de conſecr. diſtin. j. c. j. & c. ſicut. & ſequēti. & c. nullus. niſi ſit interdictus aut pollutus: de quo ſuprà Conſecratio eccleſiæ. §. v. quod tamē fallit in eccleſijs conſtructis per exemptos in locis nō exēptis ſine licentia epiſcopi, in quibus celebrare aut celebrari facere nō poſſunt. de priuil. authoritate. lib. vj. Et ſecundū. Ray. miſſa celebrari nō debet, niſi in eccleſia conſecrata, ſi fieri poteſt, vel ſaltem in altari cōſecrato, ſcilicet ſtabili: vel ſi hoc non habetur, ad minus ſemper habeatur parua tabula cōſecrata, quæ ſecundū Veruec. debet eſſe lapidea, licet poſsit eſſe incluſa in ligno vel alia materia ſolida; & poni poſsit dū celebratur ſuper ligno, puta oſtio vel feneſtra, ſecundū Arch. de quo ſuprà Altare. per totum. ¶ Secundum. Extra eccleſiam verò cōſecratam celebrare non licet ſine neceſsitate vel licentia epiſcopi. de conſec. diſt. j. miſſarum. in neceſsitate verò quando epiſcopi licētia haberi nō poteſt, ſcilicet cōmodè, licet celebrare in capellis; ſi eccleſiæ cōſecratæ non habētur: & in itinere ſub diuo, id eſt, in campo vel in tentorijs: potius miſſam dimittere, ſi alia neceſſaria habeātur: qa dat eo caſu papa licentiā. de conſec. diſ. j. concedimus. Et ſimiliter ſecundum Arch. licet in domibus priuatis. & idē in exercitu Chriſtianorū maximè: quia cōmunicare debent quibus imminet periculū mortis: licet à principio ſit petēda licentia, ſi eſt poſſibile. In nulla tamen neceſsitate licet celebrare ſuper marę vel ſuper fluuiū, vbi ꝓbabiliter de ſanguinis effuſione timetur, ſecundū Arch. ¶ Tertiò. Sum. Ang. quærit vtrum de licētia epiſcopi celebrari poſsit in loco non cōſecrato cum altari viatico: & dicit Ionnoc. tenere quòd ſic, etiā ſine licentia epiſcopi. & Archi. & Pan. in rub. de conſe. eccle. vel al. quòd non niſi cum licentia epiſcopi. Et cōcordat dicendo quòd in diœceſi ſua poteſt epiſcopus dare licentiam, non autē extra. Sed dico quòd ſubditis ſuis epiſcopi eam dare poſſunt etiam extra diœceſim ſine preiudicio tertij. de priuileg. in his. & cōcordat aliter: quia hoc ſine licētia epiſcopi fieri poteſt in neceſſitate, cùm licentia cōmodè haberi nō poteſt, vt probatū eſt: non autem extra neceſsitatē: alioquin eſſet licitū de iure cōmuni: & cōſequenter fruſtra cōcederetur epiſcopis priuilegium & gratia quòd in altari viatico celebrare poſsint in itinere. de priuil. c. fi. lib. vj. Et licet ſine tali licētia extra neceſſitatē fieri non poſsit, tamē hanc licentiā epiſcopus dare poteſt extra neceſsitatē. de cōſ. di. j. miſſarū. cum ibi not. & ibidem in c. cōcedimus. iūcta gl. & c. in his. de priuil. ¶ Quartū. Fratribus autē prædicatoribus & minoribus licet celebrare in omni loco honeſto cū altari portatili ab epiſcopo cōſecrato ſaluo iure parochiali. de priuil. in his. quod quidē ius ſecūdum Greg. ix. in extrauag. nos attēdentes, cōſiſtit circa oblationes, decimas, & primitias ſolùm. ¶ Quintū. Quicūq; verò celebrāt aut faciunt celebrari diuina in ciuitatibus, caſtris aut villis, niſi quatenus illis à iure cōceditur eſt illis interdictus ingreſſus eccleſiæ ipſo facto, cuiuſcunq; ordinis, ſtatus vel cōditionis exiſtant: vel quantūcunq; ſedis apoſtolicæ priuilegijs ſint muniti. de priuil. epiſcoporū lib. vj. & idē ſi in locis à iure vel iudice ꝓhibitis, vt ibidē. ¶ Sextò quęritur, † quo tēpore vel hora debeat miſſa celebrari? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum S. Tho. & alios Doct. loquendo à parte ante temporis, in quo celebratur cōmuniter ſiue regulariter die celebrandum eſt, & ante diem ſiue noctu celebrare non licet: aliàs ſecūdum omnes eſt mortale, intelligendo tamen diem ex quo incipiunt apparere ſigna Solis orientis. ſecūdū omnes, id eſt, ab aurora. Quod tamen fallit primò olim in nocte reſurrectionis, & ſecūdò in nocte natiuitatis Domini. de conſ. diſt. j. nocte. tertiò ſi epiſcopus in itinere ante diem celebret vel faciat celebrati: quod ei licet ſecūdum Gloſ. in c. fin. de priuil. lib. quartò ſecundū Rod. & Veruec. de licētia epiſcopi imminēte neceſsitate: puta quia moritur infirmus, nec habetur euchariſtia. quintò generaliter quoties papa diſpenſat, ſicut ſecundū Pet. de Pal. aliquando facit cum cardinalibus, & facit cum aliquibus fratribus qui ex gratia de licētia prælatorum nō regulariter, ſed ex cauſa rationabili celebrare poſſunt ante diē poſt matutinū. Ex his patet quòd in nocte natalis Domini nō licet celebrare tres miſſas: quia nō licet nocte celebrare, niſi ex ordinatione & licentia eccleſię: quæ nihil ordinauit niſi de miſſa medię noctis. Eſt tamē licitum ſic incipere, vt ſecunda miſſa incipiat incipiēte aurora. ¶ Secundum. Loquēdo verò à parte poſt circa horā celebrationis, Arch. poſt S. Tho. dicit quòd ſolennis miſſę celebratio tribus horis fieri inſtituta eſt: ſcilicet in tertia diebus feſtis. de cōſe. diſt. j. nocte in ſexta diebus profeſtis, & in nona diebus ieiuniorū. de cōſ. diſt. j. ſolent etiam poſt nonā quādo fiunt ordinationes. arg. de conſe. diſt. j. c. ſolent. §. in ieiunijs. Priuatæ autē miſſę celebrari poſſunt à mane vſq; ad tertiā: vel etiam vſq; ad nonā in diebus ieiuniorum. de cōſe. diſt. j. neceſſe. & cōcord. Hoſt. & Ant. de But. & eſt cōmunis doctrina. licet dici poſsit quòd in talibus ſeruanda ſit conſuetudo non inhibita neque cōtra diuinā reuerentiā. arg. diſ. iiij. erit. & diſt. xij. illa autem. Vnde in diebus feſtis ſolēnis miſſa tardius dicitur quàm in profeſtis. cuius contrariū iure ſeruādū eſſet. ¶ Tertium. Secundum Pet. de Pal. qui credit falſo iam diem adeſſe aut nonam horā nōdum eſſe, licet ex vna parte videatur accuſari, quia diſcrimini ſe exponit. ex alia tamen excuſatur, ſi deuotio expoſcat, & aliter miſſam habere non poteſt: quia in talibus homo crebrò decipitur: & quod parū deeſt quaſi nihil deeſſe videtur. ¶ Quartū. Qui autē celebrat non ante horam, ſed ante officium dictū matutinarū, ſecundum Veruec. peccat mortaliter: & idem communiter tenēt omnes Summiſtæ hac ratione, quia eſt cōtra cōſuetudinem generalem eccleſiæ. ¶ Sed quicquid ſit de conſuetudine, quā viros doctiſsimos ſæpe negātes audiui: ratio tamē eſt inefficax: quia non omnis conſuetudo habēs vim legis obligat ad mortale, ſicut neq; omnis lex: ſed obligat ſic quādo ſic intēdit princeps, quem nō eſt veriſimile voluiſſe ad hoc ſub præcepto ligare iſtū priuatū, vbi repentè occurreret aliqua neceſsitas, cui non poſſet obuiari: puta quia monaſterio imminet ſcandalum graue aut aliquid tale. ¶ Qui verò celebrat antequam dixerit Primā, nō peccat mortaliter, niſi ſit contra præceptū vel ſtatutū ſiue conſuetudinē loci, ſecundum eundem Veruec. Sed tu dic quòd etiam hoc poſito non eſſet mortale in neceſsitate vrgēti ratione prædicta: alioquin eūdem aliquando oporteret bis dicere Primā: primò ſcilicet in priuato, deinde in choro. Habent autem prædicta aliqualē

apparentiam quantũ ad miſſam maiorem & officium cho-
7 ri.¶Septimò quęritur, † quoties in die & quàm frequenter
debeat miſſa celebrari? Et dico multa.¶Primũ.In eccleſijs
conuentualibus & collegiatis debent collegialiter quotidię
duę miſſæ celebrari:vna ſcilicet ſecundũOfficiũ,& alia pro
mortuis.de celeb.miſ.cum creatura.&peccant nõ ſeruantes
ſecũdum Pan.ibi.tamẽ quia cõmuniter nõ ſeruatur, melius
dicitur quòd non eſt peccatũ:imò dictus intellectus ibi non
habetur.nec eſt rationabilis:quia oporteret diebus ſolenni-
bus celebrare pro mortuis.¶Secundũ. Sacerdoti verò cuili-
bet illicitũ eſt pluries in die celebrare,aut etiã cõmunicare,
ſicut & cuilibet:vt vel ſic repręſentetur vnica paſsio Chriſti:
& valde felix eſt qui vnam miſſam dignè celebrat.de conſe.
diſt.j.ſufficit.& de celeb.miſ.c.conſuluiſti. &.c.te referente.
¶Excipiũtur tamẽ multi caſus,in quibus ſecundũ Pe.de Pa.
licitũ eſt pluries in die celebrare nõ ꝓpter pecuniã vel adu-
lationem,ſecundũ S. Tho. ſed propter neceſsitatẽ.¶Primò
in natiuitate Chriſti,in quo licet celebrare ter,extra eod.cõ
ſuluiſti.& hoc qualitercunq; cũ interuallo aut ſine interual-
lo dicãtur:modò ante aurorã nõ dicatur niſi vna:quia ita eſt
conſuetudo.¶Secũdò,ſi poſt miſſam dictam occurrit defun-
ctus nõ ſine miſſa ſepeliẽdus:puta quia ſic habet cõſuetudo
loci:imò ex intentione ſecundũ Ray. poteſt dicere vnã pro
viuis & aliam pro defunctis,nõ regulariter ſed ex cauſa:pu
ta cum parochianus,vel is,cui tenetur,petit anniuerſariũ, &
huiuſmodi:nec poteſt cõmodè vicariũ habere.& idem Ver-
uec.niſi hoc ſit contra conſtitutionẽ ſynodalẽ vel cõſuetudi
nem loci probatam:vt in d.c.ſufficit.vbi non diſtinguitur an
defunctus ſit pręſens néc ne.¶Tertiò ꝓ neceſsitate infirmo-
rum viaticũ petentiũ,ſi aliter haberi nõ poteſt.¶Quartò ꝓ
neceſsitate peregrinorũ die feſto,quãdo omnes debẽt audi-
re miſſam.¶Quintò pro neceſsitate nuptiarũ,quando tẽpus
laberetur,ſecũdum Dir.quia laudabilis cõſuetudo eſt nõ niſi
in miſſa dare benedictionẽ nuptialẽ.hos etiam caſus ponit
Ray.¶Sextò ſecundum Hoſt.ſi habet duas eccleſias cõmẽ-
datas,vel vnã cõmendatam & aliam in titulo propter pau-
pertatẽ,& omnes volũt miſſam,& nõ poteſt habere vicariũ.
¶Septimò ſi eodẽ die occurrũt duæ miſſæ,vna de feſto,alia
de ieiunio,vt in xl.hæc ex illo.¶Addit octauũ. Pan.in c.cõſu
luiſti.& Dir.extra eo.ſi ſuperueniat aliqua magna perſona,
vt epiſcopus,& ſimiles,quos nõ decet diẽ ſine miſſa trãſire:
& idẽ de quolibet alio magno viro.arg.c.j.de celeb.miſ.Et
quod de prædictis dicitur in die feriali,intelligo de quolibet
in die feſtiuo de præcepto eadem ratione.¶Addit nonũ gl.
ibidem,ſi eſſet conſuetũ in aliqua eccleſia quòd dicãtur duę
miſſæ,& vnus ſolus eſt aptus.¶Addũt decimum alij,propter
paupertatẽ eccleſiarũ & ſacerdotũ caritatẽ xxj.q.j.c.j.in fin.
de elec.c.dudum.x.q.iij.vnio.¶Addo ego vndecimũ quoties
occurrit neceſsitas aliqua vrgẽs arbitrio boni viri:quia in d.
c.conſuluiſti.dicitur quòd licet cauſa neceſsitatis pluries in
die celebrare:& hæc neceſsitas nõ eſt determinata per legẽ.
vnde Doct. ab hoc dicto eliciunt prædictos caſus: ſed illud
nota quòd non eſt neceſsitas vbi per alium ſuppleri poteſt.
¶Tertium.Quando licet plures miſſas in die celebrare:non
licet tamẽ ſecundũ Pet.de Pal.dicere plures quàm duas niſi
in natali:nec duas dicere poteſt niſi ſacerdos ſit ieiunus, ita
quòd ablutionem primæ nõ ſumpſerit.Nec ſimili aliquo ca
ſu poteſt quis pluries cõmunicare.dicitur tamẽ ſemel cõmu
care,qui ratione periculi cuſtodiæ ſacramenti decẽ hoſtias
conſecratas ſumeret.hæc ex illo.¶Quartum. Vtrum autem
ſacerdoti liceat omnino à celebratiõe ceſſare.quidam Cano
niſtæ,vt refert Archi.dicunt quòd mortaliter peccat qui ex
negligẽtia omittit quotidie celebrare innixi dicto beati Am
broſij,ſcilicet, Ego quia quotidie pecco,quotidie debeo ac-
cipere medicinam.de conſ.diſ.ij.ſi quoties.Sed illud dictum
eſt conſilium ſecundũ Theologos.vnde nullus tenetur cele
brare quotidie imò nec omnibus feſtis.de conſec.diſtinct.ij.
quotidie.exceptis habentibus curam, qui diebus feſtis tenen
tur,niſi per aliũ populo ſatisfaciãt,arg.c.j.de celeb.miſ.imò
qui ob ſui indignitatem & ſacramẽti reuerentiam abſtinet,
non peccat,ſecundum Sanct.Bonau.& ſecundum Alber.bo-
numq; eſt medium tenere,ſcilicet aliquando celebrãdo, ali-
quando dimittendo:niſi officiũ exigat omni die Dominico
celebrare.Quidam verò alij,vt recitat Sanc.Tho.in quarto
diſt.xiij.vbi de hoc loquitur.& iij.q. lxxxij.dicunt quòd non
peccat omittens celebrationem,niſi habeat populum,vel ex
obedientia teneatur celebrare : ſed ipſe dicit quòd ſacerdos
non vtẽs ſibi data nobiliſsima poteſtate,reus erit negligẽtię
ſecundũ illud j.Pet.iiij.Vnuſquiſq; prout accepit gratiã, &c.
niſi hoc faceret ex familiari cõſilio Spiritus ſancti,ſicut qui-
dam ex ſanctis patribus ordinatus nunquam celebrauit.Et
ideo dicit quòd etiã ſi nulli hominũ teneatur,celebrari tene
tur vt Deo ſacrificium reddat:quia ſacerdotibus pręceptum
eſt,Hoc facite in meam commemorationem: ad quod ſaltẽ
videtur teneri,vt dicit in iij.parte.in pręcipuis feſtis:maximè
illis diebus,in quibus fideles cõmunicare cõſueuerũt.hęc ex
illo.Ex quibus verbis Sum.Ang.accipit quòd non excuſetur
à mortali talis,q ſine rationabili cauſa in talibus diebus nõ
celebrat.Ita tenere videtur etiã Richar. & Pet.de Pal.Sum.
vero Roſ.conatur probare primò quòd hoc nõ ſit mortale:
quia nullus text.iuris canonici hoc dicit: ſed dico hoc dicere
text.Chriſti dicentis,Hoc facite.& text.iuris naturalis dicen
tis ſecundũ Pe.de Pal.quod quilibet tenetur gratiam Dei in
vacuum non recipere.& tex.Ambro.vt allegat Sanct.Tho.
in quarto,dicẽtis grauius eſſe ſi dum peccatum meminimus
ſacrificium non reddamus,quantũ ad menſam Chriſti mun
do corde & manibus innocentibus non venire:quod ſcilicet,
vt dicit Sanct.Tho.eſt mortale.Et ſecundò quòd San.Tho.
hoc non dixit,quod verum eſt formaliter: ſecus virtualiter:
quia non conſueuit vti hoc verbo,tenetur,niſi vbi eſt præce
ptum,& ſimiliter in quarto arguẽdo in oppoſitum idem in-
inuit.Sed not.quòd Sanct.Tho.duo dicere intendit. Vnum,
quòd mortale eſt ſacerdoti nunquam celebrare,aliud quòd
hoc peccatũ,quod ſcilicet eſt omiſsionis,tunc videtur admit
tere,quando occurrit maxima cauſa celebrandi : quod licet
aliàs eſſe poſsit,tamẽ maxima videtur in dictis feſtis:vñ tũc
ex mera negligẽtia omittere ſine quacũq; cauſa rationabili
verè vel apparẽter,eſt valde dubium ne ſit mortale.¶Quin
tum.Si inſtituatur beneficiũ ſic,vt aliquis quotidie celebrare
teneatur,ſecundũ Panor.in c.cõſuluiſti.de celeb.miſ.& in c.
ſignificatum.de pręben.talis inſtitutio ad hoc nõ obligatur:
quia inſtitutio eſt illicita,& dans materiam peccandi : vnde
accipere debet talis interpretationẽ ab illo c. ſignificatum.
vt ſcilicet intelligatur ꝙ debeat & teneatur celebrare quan
tò feruentius poteſt ſalua honeſtate ſua, & debita reueren-
tia ac deuotione ad ſacramentũ. Et ſic intellige de quocũq;
beneficiato.Et idem de inſtituto ad quotidie celebrandum
miſſam peculiarem:quia hoc non obſtãte,poteſt & debet di
cere de feria.de celeb.miſ.quidã.Hæc tamẽ intellige ſi inſti
tuens referat ſe ad inſtitutum:puta dicendo, volo quòd iſte
quotidie celebret:vel ſic celebret.Secus ſi referat ſe ad miſ-
ſam,puta dicẽdo,volo quotidie in tali loco celebrari, vel ſic
celebrari:quia tunc non eſt intẽtio obligãdi ſacerdotem ad
quotidie celebrandũ:ſed quòd ſi nolit aut nequeat, ſuppleat
per alium:nec deſideratur induſtria perſonę,ſed quotidiana
miſſa.¶Octauò quæritur, † pro quibus debeat miſſa cele- 8
brari? Et dico multa.¶Primum.Secundum Arch.& eſt vera
Theologica doctrina,miſſa primò beatis,ad quorum hono-
rem offertur,prodeſt:&,vt dicitur in collecta, ad gloriam,
ſcilicet accidentalem:quia gaudent de omni bono qđ ſciũt
fieri ad laudem Dei:maximè de habente ſpecialem ordinem
ad eos.& ſecundò mortuis exiſtentibus in purgatorio:imò in
hac vita ſcđm Aug.nihil eſt quod tantũ pro eis ſatisfaciat.&
tertiò viuis,à quibus & pro quibus celebratˀ.& hoc quantum
ad remiſsionem peccati mortalis. quod eſt in cõſcientia per
modũ ſacrificij ex merito chriſti, ex quo impetratur venia,
id eſt,gratia contritionis.Vnde homo homini donũ maius
donare nõ poteſt quàm miſſam,& quantum ad remiſsionem
pœnæ debitæ pro mortalibus ratione ſacramenti,& per mo
dum ſacrificij,& quantũ ad liberationem à diuerſis malis,&
omnia alia,ad quę prodeſt digna cõicatio.hæc ex illo. ¶Se-
cundum.Miſſa generaliter dicenda eſt pro omnibus viuis &
defunctis,qui ſunt in purgatorio.de conſe.di.j.viſum.imò in
ſtatu gloriæ:quia illis aliqualiter prodeſt:& cõſequenter eſt
beneficiũ.¶Tertium.Etiã dicenda eſt pro paruulis baptiza-
tis,ſecundũ S.Tho.in iiij.di.xiij.nõ quia eis proſit ad remiſsio
nem pœnæ,quam nõ tolerãt:aut ad augmentũ gloriæ:intel
lige eſſentialis:ſed propter ſolatiũ viuorũ:tũ ad oſtendendũ
eos ad vnitatem corporis Chriſti pertinere,dũ in eis idem mo
dus exequiarũ ſeruatur ſicut in alijs:tum ad cõmendandũ re
demptionis myſterium in hoc ſacramento cõmemoratum:
propter quod paruuli proprio merito ſalutem æternã conſe
quuntur.¶Quartũ.Pro excõicatis quoq; in memento oran-
dum eſt etiam ſpecialiter ſecundũ Hoſt.in Sum.& ſimiliter
in alijs orationibus,quæ fortiter dicunt,generaliter tamen,
non ſpecialiter:quia nõ licet.de ſen.excom.nuper.de quo vi-
de ſ.Excõmunicatio.j.in prin.¶Quintũ. Prodeſt autem de-
functo tantum miſſa de aliquo ſancto,ſicut & de mortuis,&
econtrario,ſecundũ Dir.lib.j.& Hoſt. Sed intellige ſecundũ
Pet.de Pal.quantũ ad ipſum ſacrificiũ,qđ vtrobiq; idem eſt:
quantũ verò ad orationem dicit S.Tho.magis prodeſſe miſ
ſam de requiem:licet recompenſatio fieri poſsit per deuotio
nem celebrantis aut celebrari facientis aut per interceſsio-
nem ſancti,cuius patrociniũ imploratur in miſſa,id eſt,in cu
ius honorem celebratur;vnde & quidã nõ irrationabiliter di
cunt nullã miſſam defunctis eſſe ſalubriorem quàm ꝓpriã
di...ar.c.ij.de cel.miſ.& ita ſenſit Supple.¶Sextũ.Qui aũt ce
lebrat cõtra aliquem vt Deus eũ perdat, peccat mortaliter
ar.xvj.q.ij.quicũq;.nec illi nocet:quia natura ſacramenti eſt
prodeſſe.ar.j.q.j.ſi autẽ Deus.Sed iſta intellige qñ malo ani-
mo fiunt:ſecus in caſu quo quis licitè orat,vt Deus aliquem
tollat de medio,vt quia eſt inimicus boni cõmunis vel huiuſ
modi:quia ſi licet orare,licet ſacrificare:& tũc ſacrificiũ per
ſe prodeſt,ſcilicet cõmunitati:ſed per accidens nocet.¶No-
nò quæritur,† vtrum miſſa ſimul dicta pro pluribus,tantum
valeat ſingulis,ac ſi ꝓ ſingulo eorũ ſigillatim diceretur? Et
dico quòd iſta queſtio neceſſaria eſt in practica operis,& dif
ficilis in ſpeculatione veritatis.Et difficultatem facit primò
hoc quod ſacrificiũ ibi oblatũ eſt infinitæ virtutis: & conſe-
quenter videtur pleniſsimè ſatisfacere omnibus ꝓ quibus of
fertur:ſecũdò hoc quod dicitˀ de cõſe.di.v. in c.nõ mediocri-
ter.vbi poſtquam prætulerat Hieronymus decantationem
quinq; pſalmorũ cũ alacritate & puritate totius pſalterij mo
dulationi cum triſtitia & anxietate cordis.ſubiungit: igitur
ſi non pro cunctis animabus pſalmus vel miſſa dicitur, nihil
minus dicitur,quàm ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur,
accipitur.Et ideo circa iſtã quæſtionem multa faciã:quia pri
mò adducam ex S.Tho.fundamenta veritatis,qui vt ſ.dictũ
eſt,in huiuſmodi ſecretis ſemper aut ratione aut reuelatio-
ne fuit edoctus antequam ſcriberet:&, vt ſ.Lex.§.xiij.in iij.
dicto,dictum eſt,quòd eius doctrina fuit ſolenniter appro-
bata.Secundò recitabo opiniones circa quæſtionem.Tertiò
determinabo ex dictis veritatem.¶Quantũ ad primũ ſcien-
dum eſt primò quòd S.Tho.iij.q.lxxix.ar.v.effectum ſacrifi
cij miſſæ oſtendit aliquo modo eſſe infinitũ,dicens : Sacra-
mentum euchariſtiæ inquantũ ſacramentum directè ex vi ſa
cramenti habet effectũ,ad quem eſt inſtitutũ, ſcilicet ſpiri-
tualem nutritionem per vnionem ad Chriſtũ & membra eius
ſed ex cõſequenti & cõcomitanter remiſsionem nõ ſolũ cul
pæ,ſed etiã pœnæ:nõ quidem totius,ſed ſcđm modũ deuo-
tionis & feruoris:quia dicta vnitas fit per charitatem, ex cu-
ius feruore quis remiſsionem cõſequitur nõ ſolùm culpę,ſed
etiã pœnæ.Inquantũ verò ſacrificiũ habet vim ſatisfactiuã:&
ex ſui quãtitate ſufficit ad ſatisfaciendũ pro omni pœna.hęc
ex illo.¶Sciendũ eſt ſecũdò quòd licet hoc ſacrificiũ ſit infi
nitæ virtutis, tñ in miſſa operatur finitè & limitatè ad fini-
tum effectũ,vt ipſe dicit in iij.di.xlv.q.ij.ar.vl.q.vl.ad vltimũ
argumentum loquens de miſſa,vbi habet ſic:Quãuis Chri-
ſti virtus quæ cõtinetur ſub ſacramento euchariſtiæ, ſit infi
nita,tamen determinatus eſt effectus,ad quem illud ſacra-
mentũ ordinatur.vnde nõ oportet quòd per vnũ altaris ſacri
ficium tota pœna eorũ,qui ſunt in purgatorio, expietur:vñ
etiam quandoq; plures miſſæ in ſatisfactionem vnius pecca-
ti iniunguntur.hæc ex illo.¶Sciendũ eſt tertiò quòd ſecun-
dum eundem iſta infinita virtus ad finitum effectum limita
tur ex diſpoſitione offerentis:vnde tertia parte,vt ſ.ſic dicit,
In ſatisfactione magis attenditur affectus offerentis, quàm
quantitas oblationis.vnde vidua plus omnibus obtulit, Luc.
xij.Quãuis ergo hæc oblatio ex ſui quantitate ſufficiat ad
ſatisfaciendum pro omni pœna: tamen fit ſatisfactoria illis
pro quibus offertur:vel etiam offerentibus,ſecundum quan
titatem ſuæ deuotionis,nõ pro tota pœna.hęc ex illo.Et in-
tellige ſuæ:id eſt,offerentium principaliter.Vnde in iiij.diſ.
xij.q.ij.ar.ij.q.iij.dicit quòd tollit pœnam in toto vel in parte
ſecundum menſuram pœnæ debitæ ex deuotione qua ſacra
mentum offertur.Intellige etiam offerentium mediatè vel
immediatè,vt ipſe videtur innuere in iiij.di.xlv.q.ij.ar.j.q.iij.
vbi vult quòd valeant ſuffragia facta per malos ex imperio
eccleſiæ vel defuncti,qui præcepit ea fieri:ita quòd deuotio
præcipientis faciat idem quod exequentis: quod etiam inde
patet,quia & ſi ſacerdos ſit malus,vel nullum habet affectũ
ad eum pro quo celebrat:vt quia eum odit, aut ignorat quis
ſit,& nihilo minus vult pro eo celebrare vt euitet ſcandalum
aut peccatum:tamen ſacrificium illi proderit, ſecundum o-
mnes Doctores:& non infinitè etiam ſecundum omnes: er-
go limitatur per aliquem affectum,& non ſacerdotis,ſaltem
ſi eſt malus:ergo alterius offerentis per ſacerdotem. Dicun
tur autem offerre etiam illi qui rogant pro aliquo celebra-
ri:ſicut patet ex illo verbo canonis,vel qui tibi offerunt.& ex
modo loquendi Moſaicæ legis quæ iubebat priuatos offer-
re ſacrificium.& clarè per S.Tho.iij.q.lxxxiij.ar.iij.in medio
cor.& in reſponſione ad octauum.Vnde & ipſemet Sanctus
Thomas in iij.q.lxix.ar.v.ad ſecundum,in fine,expreſſe vult
quòd illis,pro quibus offertur, prodeſt propter menſuram
deuotionis eorum:imò innuit hoc eſſe verum etiam in illis,
pro quibus offertur ad nullius inſtantiam. Sed circa prædi-
cta reſtat dubitatio : quia ſi dicatur miſſa pro aliquo defun-
cto,qui de hoc nihil ordinauit,& ſacerdos ſit malus. & ſimi-
liter is,qui mandat miſſam dici, ſit malus : videbitur quòd
illa miſſa totaliter illam animam liberet ſemper,quantun-
cunque grauia & multa habeat peccata : quia tale ſacrifi-
cium ex ſe habet efficaciam,vt patet iiij.vbi ſuprà proximè:
& illa

& illa eſt infinita,vt dictum eſt:& hoc caſu non videtur limitata per aliquem:& ſic conſequenter operabitur infinitè:qđ non conuenit.Sed dico quòd ſemper limitatur,ſaltem ſecūdum deuotionem finitam eccleſiæ:quæ ideo ordinat ſacerdotes vt celebrent pro viuis & defunctis:cui deuotioni eccleſię ſi addatur deuotio immediate offerentis,videtur effectus augeri.Et licet om̄es miſſæ ſint æquales quo ad ſacramentū iiij.diſt.xiij.q.j.ar.j.q.v.& iij.q.lxxxij.ar.vj.non tamen quantū ad effectum ſacramenti:quia ille aliquando commenſuratur diſpoſitioni offerentis:quę non eſt ſemper æqualis:aliquando eccleſiæ:aliquando rogantium offerri:aliquando eorum pro quibus nulla ratione offertur:vt videtur velle.S.Tho.vt dictum eſt. ¶ Quantum verò ad ſecundum dico quòd circa hoc ſunt duæ opiniones extremæ & vna media. Quidam eñ vt Direct.refert,dicunt indiſtinctè quòd miſſa dicta pro pluribus æquè valeat ſingulis,ſicut ſi pro eis ſolis diceretur propter d.c.non mediocriter quod ſpeciale dicunt eſſe in ſacramentis per Spiritum Sanctum,qui non datur ad menſuram. quod Hoſt.verum dicit de pſalmis & miſſis quæ generaliter pro omnibus cātantur,licet ſpecialiter pro aliquibus videantur dici:non autem de eleemoſynis,ieiunijs,& precibus,ſiue orationibus,quę alios non tangunt:quia non proſunt niſi his pro quibus ſpecialiter fiunt. Sed iſta opinio tenet vnum extremum:& eam S.Thom.ex intentione directa improbat in iiij.di.xlv.q.ij.ar.iiij.q.ij.per totum.& ad ſecundum:quia ſuffragium vt ſatiſfactiuum eſt ſimile ſolutioni:& eius effectus diuiditur ſi fiat pro pluribus.Adde tu quòd finitum diuiſum efficitur minus.hæc ex illo.Et ſi diceretur quòd effectus, in quem poteſt ſacerdos per hoc ſacrificium,ſit infinitus,vt ſupponit iſta opinio:ſequitur vnū abſurdiſsimū quòd ſacerdos vnica miſſa liberare poſſet ſemper om̄es animas à purgatorio,etiā ſi eſſent millies plus quàm ſint:quia pœna debita ſingulis eſt finita:& cōſequenter etiā pœna debita omnibus eſt finita:cum ex finitis numero & quātitate nō reſultet niſi finitum,quod ab infinita virtute ſuperatur.Quod aūt adducitur ex c.non mediocriter.non cogit:quia cū illatiuè ſit dictū intelligitur relatiuè ad ſuperiora,ex parte ſcilicet celebrantis:vt tantū ſit ei meritoriū celebrare pro omnibus, ſicut ꝓ ſingulis:aut maius,ſi ex maiori charitate faciat.& hoc patet intuenti textū & gloſſam. ¶ Alia verò opinio eſt tenens aliud extremū,dicens indiſtinctè quòd miſſa dicta pro multis magis prodeſſet vni,ſi pro vno ſolo diceretur. Et iſtam ſequuti ſunt multi ſolennes Doc.Arc.enim poſt Pe. diſtingueret ſicut diſtinguit S.Tho.de ſuffragio in genere facto pro multis.Nam ſi conſideretur,inquit,ſecundum quod habet valorē ex charitate:tantum prodeſt ſingulis,quantum ſi pro vno tātum fieret:quia charitas ſuffragantis non minuitur,ſi diſtribuatur effectus in multos,ſed augetur:& ſimiliter gaudium procedens ex charitate eius,cui quis ſuffragatur, quantò eſt in pluribus,tantò eſt maius,ſecundum Aug.in li.cōfeſ. Quo etiam modo intelligi poteſt d.c.nō mediocriter.Si verò conſideretur ſuffragium,inquantum eſt ſatiſfactio quædā trāſlata in alios per intentionem facientis:magis valet ei ꝓ quo ſpecialiter fit:& ſic effectus ſuffragij ex diuina iuſtitia diuiditur inter eos pro quibus fit.Et idem per omnia dicerent de miſſa.Scotus etiā ad prædicta conformiter loquens circa finem ſui quolibeti,vbi effectū ſacramenti appellat meritū ſic victualiter dicit,Meritū miſſæ in tres partes diuidit̃,quarum vna Chriſto,alia eccleſiæ attribuitur,tertia ſacerdoti:& hāc ſolam poteſt diſpenſare ſacerdos :& ſi eam attribuit alicui determinatæ perſonæ,non poteſt attribuere alteri:quia tale meritum eſt finitum & limitatum:alioquin vna miſſa poſsibiliter liberaret omnes de purgatorio: quod eſt hæreticum.

Et ſi eſt finitum,diuiſum minuitur tandem vſq; ad nihilum. Et ſi totum vni communicetur,alius nihil habebit. Et idem tenet Pan.poſt Io.And.in c.fraternitatem. de ſepul.& idem Sum.Roſ.& ſecundum Nico.de Auſ.& Aſten . eſt ſententia & opinio cōmunis,quæ ſic intelligitur . Nā virtus ſacrificij eſt de ſe infinita:ſed limitatur ad operandum ſecundū affectū offerentis,qui eſt triplex,ſcilicet Chriſti,eccleſiæ & particularis perſonæ.Vñ tres effectus ſatiſfactionis ſequuntur: quorum vnū Chriſtus,cui ſibi placet diſtribuit: aliū eccleſia quæ ordinauit vt partem habeant om̄es,de quibus mentio fit in canone:tertiū verò ſacerdos offerens immediatè, vel ille qui eum rogat offerre.& de iſto tertio loquitur iſta opinio licet verū dicat,tamen loquitur inſufficienter,ſi nō diſtinguit,qñ offerens eſt vnus tantum,vel qñ ſunt multi:vt quia multi rogant pro ſe celebrari qui in canone dicuntur ſacrificium offerre.& ſecundum mentem S.Tho.affectus cuiuſlibet illorum ſibi vendicat aliquem effectum ſacrificij.Eſt igitur & tertia opinio diſtinguens.& dicens quòd vnum ſacrificium ita prodeſſet ſingulis pro quibus offertur,ac ſi offerretur pro ſingulis ſingulariter.dupliciter poteſt intelligi,primò ſcilicet qñ ſinguli habent aliquem pro ſe offerentem primò:& ſic eſt verum:& ſic procedit opinio prima.& ſecundò qñ ſinguli non habent offerentem pro ſe primò: ſed aliquis offerens offert primò pro omnibus,& conſequenter ꝓ ſingulis,& ſic eſt falſum:ſed minus prodeſt ſingulis,vt dicit ſecunda opinio:quæ intelligitur qñ vnus tantum,puta ſacerdos vel alius offert pro multis.Et ratio diſtinctionis hęc eſt: Nam qñ ſacerdos mouetur ad celebrandum pro pluribus à ſeipſo,vel ab aliquo vno tantùm,vtroq; caſu affectus offerentis,cui proportionatur effectus ſacrificij,eſt vnus tantùm qui fertur totus in omnes primò:ſed non primò totus in ſingulos:ſed vt cōueniūt in aliquo vno,puta in numero vel multitudine eorū ꝓ quibus ſacrificatur: & cōſequenter effectus talis ſacrificij attribuitur totus omnibus, ſed nō eis ſingulis: ſed diuiditur:& cōſequenter fit minor ad ſingulos.Si verò ſacerdos moueat̃ à pluribus ad celebrādū pro pluribus,vt quia vnus petit miſſam pro anima patris,alius pro anima matris, alius pro anima vxoris:vna miſſa omnibus ſatiſfacit tantū valens ſingulis ſicut omnibus:quia affectus,quibus rñdet effectus ſacrificij primò ferunt̃ in ſingulos ſcđm ſingulos mouētes ad celebrandū:& cōſequenter effectus ſacrificij attribuitur primò ſingulis,& nullus eſt effectus primò reſpiciens multitudinem illā,puta triū: & ſic vnius celebrationis ſunt multi effectus,qui ſunt multę ſatiſfactiōes:& ſic in vno ſenſu intelligit̃ d.c.nō mediocriter . ¶ Sed cōtra arguit̃ primò:quia hoc caſu totus effectus ſacrificij eſt finitus & diuiſus:ergo minor ad ſingulos.Sed dico ꝙ ibi nullus eſt vnus numero effectus ſacrificij diuiſus in ꝑtes:ſed ſunt ibi tres effectus ſcđm ſe totos diſtincti tribus affectibus rñdentes. Et ſi replicet̃ ꝙ ſcđm hoc ſi oēs animæ purgatorij eſſent liberabiles,ſingulæ vnica miſſa,poſſent ſemper om̄es ſimul liberari vno ſacrificio:etiā ſi eſſent millies plures quā ſint:dico primò hoc nō eſſe neceſſe:quia omnis anima liberabilis effectu ſacrificij finito,liberabilis nō eſt per vnicā miſſam : eo quòd ſicut charitas,ita & affectus offerentis pōt creſcere in infinitū:vt patet per S.Tho.in j.Sen.di.xvij.q.ij.ar.iiij.& ſimiliter ex cōſequenti vnus effectus ſacrificij:& ſic tranſcendere poſſet omnem effectū finitū datū:ſed tñ nō ſemper liberabit̃ propter exilitatem deuotiōis in offerente.Dico ſcđo quòd illud licet nō ſit neceſſariū,eſt tñ poſsibile:quia cū virtus ſacrificij ſit infinita,quātacūq; erit multitudo offerentiū,etiā ſi arenam maris excederet:tāta erit multitudo effectuū ſacrificij,& cōſequenter animarū liberatarū,ſi vnico tali effectu poterant

omnes



omnes liberari. Et eſt ſimile de virtute baptiſmi,quę eſt infinita,& applicatur huic & illi per verba & intentionē baptizantis:& tamē ſi baptizentur ſimul innumerabiles,quilibet tamē accipit ac ſi ſolus eſſet:& idem in propoſito,vbi applicatio fit per affectum offerentis primò pro aliquo,& intentionē celebrantis. ¶ Arguitur etiam ſecūdo.Nam licet affectus illorum triū offerētiū feratur primò in ſingulos,id eſt, in aliquem ſingulorū:affectus tamē ſacerdotis in vnica oblatione primò fertur in omnes:& conſequēter effectus ei correſpōdens eſt cōmunis & diuiſus in partes : & conſequenter minor ad ſingulos.Sed dico quòd affectus ſeu volūtas ſacerdotis volentis pro illis tribus celebrare,eſt deprecatiuus , & ſic nō minuit̃ per hoc quòd eſt in multis,ſed auget̃,vt patet ex dictis:eſt etiā applicatiu⁹,ſcilicet virtutis ſacrificij ſeu Paſſiōis Chriſti ad effectū:& ſic eſt inſtrumentū Chriſti & principaliter offerētis ſacrificiū : & cōſequēter applicat proportionaliter ad affectum eius ſi ſic intendit:vnde affectui eius non proportionatur effectus ſacrificij,niſi quādo ex motiōe ſua principaliter celebrat.Eſto tamē quòd habeat aliquē effectū circa ſacrificium diuiſum : tamē cum etiā ipſi offerentes habeat effectus affectuū ſuorū,ipſi ſunt plenè ſatiſfacti ac ſi ſacerdos ad inſtātiam vnius tātum celebraſſet:quia nō quærebant principaliter affectum ſacerdotis:nec illum ipſe promiſit.ſed ſacrificium ipſum,ad quod reddendum ſufficit ipſe affectus ſolùm vt applicatiuus quod ei cōuenit ratione intentionis. ¶ Quantum ad tertium dico quòd primam opinionem Sanct.Tho.expreſſe reprobauit:ſecundā verò quantum ad ſuffragia in genere expreſſe approbauit & docuit: tertiam verò expreſſe non docuit,videtur tñ conſona principijs eius quæ recitaui:nec auderē illā reprobare,ſed mihi apparet vera & indubia,& practicanda,niſi repugnet aliqua promiſsio licita ſacerdotis:quę ſi interueniat,ſeruāda eſt:de quo infrà,§.ſequēti.Et ſi quęratur quomodo ſtat quòd San. Tho.teneat ſecūdam opinionem,& ſimiliter tertiam . Dico hoc ideo eſſe,quia ſuffragiū,quod eſt per miſſam,poteſt fieri immediate ꝓ multis ſiue primò:& tūc nō ita ꝓdeſt ſingulis ſicut ſi ꝓ ſingulis immediatè & primò fieret:quia diuiditur:vt cū ſacerdos ex ſe ſolo mouetur ad celebrandum pro omnib⁹ defunctis.Poteſt etiā fieri immediatè ſiue primò ꝓ ſingulis:vt cū ſacerdos motus à multis celebrat̃ pro multis: & tūc ita prodeſt ſingulis,ac ſi pro eis ſolis celebraret : quia tūc nullū vnum numero ſuffragiū,diuiditur.Quatenus ergo miſſa dicitur primò ꝓ multis,vera eſt ſecūda opinio,& quatenus dicitur primò pro ſingulis,eſt vera tertia.Et confirmatur:quia cū virtus ſacrificij ſit infinita,& pars qua diſtribuit Chriſtus aut eccleſia ſit finita,alioquin liberarētur om̄es:relinquitur infinita pars diſpēſanda per ſacerdotē , quā poteſt multis applicare,licet cuilibet finite:& ſic non videtur ratio quādo ad inſtantiā multorū celebrat , quin ſinguli accipiant ſecūdum affectū ſuū, ac ſi pro eis ſolis offerretur ſacrificiū. Et hāc opinionē tenuit Sum.Ang.licet nō plenè, nec vſquequaq; bene deduxerit. ¶ Decimò quæritur,† vtrum ſacerdos promittēs ſigillatim tribus vnā miſſam,liberetur dicēdo vnā pro omnibus?Et dico ſcđm Pet.de Pal.quòd nō:ſicut ſi promiſſet ſigillatim tribus marchā vnā,& exhiberet vnā omnibus:quia miſſa celebrata ꝓ multis,nō tātum valet ſingulis. Dico tamē ſecūdum eum & Arch.& alios tenētes ſecundam opinionē,quòd talis ſacerdos excuſari poteſt quinq; modis. Primò propter impoſsibilitatē celebrādi pro quolibet ſpecialiter:puta ſi collegiū ſaluo officio,ad quod eſt inſtitutū, nō poteſt ſoluere plus quàm duas vel vnā miſſam:aut ſi religioſo poſtquam ꝓmiſit,impoūtur à ſuperiore aliæ miſſæ, quia difficultas præſtationis & ſi nō liberat,tamen excuſat.

¶ Secundò propter cōſuetudinē , maximè apud eum qui ſcit vel ſcire tenetur:quia ſciēti dolus nō infertur. ¶ Tertiò ratione cōuentionis,ſi expreſſe hoc dicat promittens:quia cōtractus ex cōuentione legem accipiunt:quod etiam ſufficit dicere executori:quia cui cōmiſit teſtator diſtributionem pecuniæ ꝓ miſſa,videtur etiam cōmiſiſſe ordinationē de miſſa ꝓcurāda. ¶ Quartò ꝓpter recompenſationē:vt ſi in alijs miſsis vel ſuffragijs recompenſetur,quia non refert quid ex æquipollentibus fiat. ¶ Quintò propter ſuppletionem Dei: quādo ſcilicet ſacerdos tantum affectum habet ad quēlibet, quantū habere debet ad vnū ſolū.ſi pro illo ſolo celebraret. ¶ Et multo magis excuſatur his modis,ſi ſit vera tertia opinio. ¶ Et vlterius excuſaretur ſextò,quia celebrat ſecundum intentionē principalem & remotā eorū,quibus ꝓmiſit:quæ eſt vt is,ꝓ quo celebrat,habeat illū effectum,quē facit miſſa ꝓ eo ſolo celebrata:vnde ſtante illa opinione poſſet,ꝓmittēdo cētum vnam miſſam,ſatiſfacere cum ea ſola : ſi tamen eā dicere tardaret,vt ſatiſfaceret pluribus, eſſet mortale de ſe:quia faceret iniuſtitiā expectātibus ſuffragiū quod ſoluere tenetur quàm citius cōmode poteſt.Si etiam promiſiſſet miſſam de Spiritu ſancto vel in tali loco,& diceret alias vel in alio loco:infideliter ageret cōtra ꝓmiſſum:& nō ſatiſfaceret. ¶ Vndecimò quæritur,† quomodo ſe debeat habere ſa 11
cerdos in acceptādo miſſas:vt ſit in conſcientia tutus,ſi vult vnā miſſam celebrare ad inſtantiā multorū?Et dicit Sco . in quolib.quòd ſacerdos ad miſſam dicendam pro iſto teneri poteſt dupliciter.primò ſcilicet ex liberali promiſsione : ita ſcilicet quòd nihil recipitur in recompenſatione ꝓ miſſa:& tunc in poteſtate ꝓmittētis fuit tantum promittere quantū voluit:& ad tantū ſe obligauit,& non plus,ſi tamē ille intellectus poſsit ſine mēdacio ſtare cum verbis habitis.extra de ſpon.ex literis.in glo.quia liberum fuit & licitum ſtipulatori latè verba cōcipere.ff.de verb.obl.l.quicquid.& tūc ſi reddat ſicut intendebat,debitū ſoluit.Et ſecundò ex ſtricta obligatione:puta,quia ille liberaliter obtulit eleemoſynā:& iſte liberaliter ꝓmiſit celebrare miſſam omni conuentiōe ceſſante:& tūc ſi verba obligationis ſunt certa,& ſimpliciter determinata ad vnum intellectum:puta ſi obliget ſe dicere vnam miſſam ꝓ iſto vnà cum alijs quibus tenetur:vel ſi obliget ſe dicere ꝓ iſto ita ſpecialiter ſicut poteſt pro alio à ſe celebrare:tūc ſatiſfacit ſi ſecūdum intellectum ſatiſfacit,& non aliter.Si verò verba habere poſſunt diuerſos intellectus , ſtrictiorem ſcilicet & minus ſtrictū,vt,dicam pro te vnam miſſam:vel generalius,celebrabo pro te:tūc habet locum illud de ſpon.c.ex literis.ſcilicet ſi alter nō intellexerit quod alter propoſuit,ad communem verbi intelligentiam recurratur: & cogatur vterq; verba prolata in ſenſu illo retinere , quem ſolēt rectè intelligentibus generare.Et iſta communis intelligētia in hac materia eſt,quòd obligans intendit obligare ſacerdotem ad id,quod eſt ſibi vtilius,quantum licite poteſt. hæc ex illo.Et adde quòd tenendo tertiam opinionem ſi rogaret celebrare pro aliquo ſine quacunq; participatione:dicere poteſt hoc non eſſe bonum:quia eccleſia ordinauit , vt patet in canone:quòd multi participent:& fortè Deus etiā alios vult participare.Sed celebrando pro eo,eo modo , quo diuina iuſtitia & voluntas exquirit.& tutius erit,etiam ſi pro mille dicat vnam.& multo fortius ſi rogatur tātum,vt dicat miſſam pro aliquo:quia ſatiſfit intentiōi ſanæ petentis propinquæ vel remotæ. ¶ Duodecimò quæritur,† vtrum ſacer- 12
dotes,qui ſunt partes alicuius collegij , teneantur celebrare ſecundum intentionē præſidētis,puta prælati? Et dico quòd ſic,ex iure naturali in miſsis quæ imponuntur in recōpenſationem beneficiorum,quæ redundāt in collegium:quia qui

ſentit

ſentit onus, ſentire debet & commodum, & econtrario.de reg.iur.c.qui.lib.vj. vbi prælatus ſicut commodorum ita & onerum eſt diſpenſator:cùm oppoſitorū eadem ſit diſciplina ſecundū Philoſophiam & iura. In alijs autē non tenetur: quia homo ſuper hominis intentione nō habet poteſtatem: tamen vbi ſunt multæ & cōtinuæ obligationes, prælatus poteſt continuè obligare ad celebrandum ſecundum ſuam intentionem:& non erit licitum aliter celebrare. Poſſet etiam qui præeſt, dare licentiam alicui celebrandi pro aliquo ſuo amico ex cauſa rationabili, ſicut & eximere aliquem à communibus oneribus. De materia miſſę vide etiā ſ. Euchariſtia.

## Rurſus de Miſſa ſecundò quo ad auditionem.

1 *Miſſam audire quando quis teneatur, & quæ neceſsitas excuſet. num.2*

3 *Miſſa à quo ſacerdote ſit audienda. & qualis miſſa. nu.4.*

5 *Miſſa vbi audienda, & qualiter. num.6.*

MISSA rurſus conſiderari poteſt ſecundò quantū ad auditionem, inquantū fideles obligati ſunt ad illam audiendam. ¶ Primò ergo quæritur, † quid circa au-
1 ditionem miſſæ eccleſia præcepit, & quomodo præceptum intelligatur? Et dico quòd præcepit ſecularibus die Dominico miſſas totas audire, ita quòd ante benedictionē ſacerdotis nullus egredi præſumat. de conſecr. diſt.j. miſſas. quod ſecundum Glo. intelligitur niſi neceſsitas cogat. Qui etiam aliorum curam habent, vt domini, & parentes, tenentur ſecundum Arch. conari, vt audiant ſerui & filij omnes. ¶ Dicitur autem primò ſecularibus: per quod aliqui, vt Ioan. de Biblia in quolibeto, arguunt hoc nō præcipi religioſis aut clericis, per arg. à contrarijs, diſtinc.xxv. qualis. Sed melius dicit Arch. in Roſa. ibi. vacare arg. à contrarijs per arg. à minori: quia clerici & religioſi ad maiora tenentur, diuino cultui totaliter deputati. xij.q.j. duo ſunt. arg. de priuileg. cap. fi. lib.vj. nec deobligat ab hoc obligatio ad horas: quia & religioſi obligati ad ieiunia ſui ordinis, non deobligantur à ieiunijs eccleſiæ. Igitur quilibet Chriſtianus ligatur hoc præcepto, nō excōmunicatus, nec interdictus, aut legitimè impeditus, ſiue ſit ſeruus ſiue liber, modò habeat vſum rationis, ſecundum Petrum de Pal. quod intellige quando hoc pręceptū ſciunt, vel ſcire commodè poſſunt. ¶ Dicitur ſecundò die, qui quoniam à media nocte incipit quātum ad hoc, vt ſuprà Miſſa.j. §.vj. ideo ſatisfactum eſt præcepto ſi audiatur in nocte quādo licitè celebratur, vt nunc in natali Domini, & olim in nocte reſurrectionis. ¶ Dicitur tertiò Dominico: per quod intelligitur generaliter omnis dies feſtus de præcepto, ſecundum Petrum de Pal. in quarto, per cap. qui in die ſolenni. de conſecra. diſtinct. j. quod ſentire videtur etiam Ioan. And. in nouel. & Doct. dicētes aliquos in diebus feſtis excuſari circa opera manualia, niſi miſſam amittāt. & eſt rationabile: quia cōſuetudo legum interpres ita habet: tum etiam quia ratio eadem eſt: cum ideo ſint feſta alia à Dominica inſtituta, vt vacetur diuinis: & conſequenter debet eſſe idem ius quātum ad vacationem circa diuina: tum etiam quia hoc idem videtur velle text. extra, de paro. in c.ij. Alijs autem diebus nullus etiā religioſus aut clericus tenetur audire miſſam ex præcepto. Non obſt. cap. ſolet. de conſecrat. diſtinct. j. quod videtur velle quòd in Quadrageſima nullus dicatur ieiunare niſi audita miſſa: quia loquitur de cōſilio: aut ſi loquitur de præcepto, eſt abrogatum. ¶ Dicitur quartò miſſas in plurali: non quia ſit neceſſe eundem plures eodem die audire miſſas, vt quidam putant, ſed referenda ſunt ſingula ſingulis, vt ſit ſenſus quòd illi qui audiunt iſtam miſſam audiant totā: & ſimiliter qui audiunt illam aliam: & ſic de alijs. ¶ Dicitur quintò totas, id eſt integras: modico tamen pro nihilo reputato, de conſecrat. diſt. ij. re vera. Vnde ſecundum Archi. præceptum non obſeruat, qui partem notabilem amittit: puta medietatem aut tertiam partem: ſecus qui modicam. Seruitores etiā diſcurrentes pro expedientibus miſſæ: vt in miſsis ſolēnibus, pro thure, vino, & huiuſmodi, intelliguntur adeſſe miſſæ etiā pro tempore illo. ¶ Dicitur ſextò niſi neceſsitas &c. quia ex rationabili neceſsitate ſiue ex rationabili cauſa qs ab hoc præcepto excuſatur: puta dato eo caſu, in quo ſi quis vellet miſſam audire, ipſe vel alius ex hoc incurreret probabiliter graue damnum animæ vel corporis aut rerum vel honoris, ſecundum ſuam exiſtimationem & fidem, etiam ſi aliquādo fallatur: & ita non ſit in re, argu. eorū quæ dicta ſunt ſuprà Ieiunium. §.viij. particula j. Ex quibus patet quod mortaliter peccat, qui hoc pręceptum ſine rationabili neceſsitate tranſgreditur, etiam ſine contēptu ex ſola pigritia: vt patet etiam ſuprà Lex. §.viij. & ſupra Ieiunium. §.viij. particula, j. & ſupra Contemptus, per totum. Vnde diſtinctionem Richard. Ang. in quolib. quem ſequitur Sum. Angel. dicentis quòd eſt mortale tranſgredi ex contemptu vero: & ſimiliter ex interpretatiuo, qui eſt quando quis trāſgreſsionem aſſueſcit ſine cauſa: eſt verò veniale ſi fiat ſine contemptu ex paſsione vel pigritia, etiam ſine cauſa rationabili: eſt verò nullum peccatum: ſi fiat ex cauſa rationabili: non approbo quantum ad ſecundum membrum: quia iſta omiſsio ſine cauſa eſt mortalis, ſecundum Arch. Pet. de Pal. & Panorm. in c.j. de vita & honeſ. cler. & penè omnes: nec requiritur contemptus hic ad peccādum mortaliter: quia requiritur in his quæ de conſilio, non in his quæ de præcepto ſunt, ſecundum Panorm. in rubr. de obſerua. ieiu. in fine. & in c. nam concupiſcentiam. de conſti.
¶ Secūdò quæritur, † quæ ſit neceſsitas excuſans ab hoc pręcepto audiendi miſſam? Et dico quòd regula generalis diiudicandi talem neceſsitatem tradita eſt in fine §. prioris. exēplariter autem loquendo ſecundū Arch. excuſantur infirmi, & eorum ſeruitores, & qui paruulos ſine periculo dimittere non poſſunt, arg. de reg. iur. c. quod non eſt. & qui audiendo impedirētur ab arduo & iuſto negotio: & qui ratione officij prohibentur exire, vt caſtellani, & alij dominis ſeruientes. & domini ac conſiliarij tēpore miſſæ vrgentibus cauſis occupati: & puellæ nubiles ignorantes hoc præceptum, vel facētes quod in ſe eſt vt audiant, & vt videtur, parētes qui eas ad hoc cogunt ex conſuetudine regionis: vt ex honeſtate ſint clauſæ. arg. de conſu. c. fi. niſi eas ducant ad choreas, vel permittāt ſtare in feneſtris: & viduæ poſt mortē mariti aliquo breui tempore, puta hebdomadę vel menſis ex cōſuetudine: ſecus per ſex menſes vel annū. diſt. viij. conſuetudo. & coniugatæ, quæ audire nō poſſunt ſine magno ſcandalo virorū, puta quia familiæ bene præparare nō poſſunt. xxxiij. q.v. noluit. & itinerantes, qui ob hoc perderēt ſocietatem neceſſariam vel vtilem. Et idē dic tu de pauperibus mulieribus quę aliquando veſtibus priuatæ aut velis, ſi eccleſiā adirent, grauiter deriderētur ab alijs. ¶ Tertiò quæritur, à quo miſſa ſit 3
audienda? Et dico quòd à ſacerdote non fornicario notoriè, non autem à fornicario notoriè. diſt. xxxij. nullus. & de cohab. cler. & mulie. c. fi. quod intellige ſi ſit publicè denūtiatus per concilium vltimum Conſtantiēſe, quod illa antiqua iura modificauit: licet ſit conſultius à tali etiam non denuntiato nō audire, ſi audiri poteſt ab alio. Si autem ſtaret illud antiquū ius in ſuo vigore, ſecundum Arch populus non habēs alios ſacerdotes, & hanc legem ignorās, melius audiret quàm nō audiret: nec eſſet ſuper hoc ſolicitandus, quando aliter prouideri non poteſt: ſi verò ſciret hanc legem, abſtinere debet à miſſa: & excuſaretur à præcepto de audiendo. Vide etiam ſ. Clericus. ij. §. viij. ¶ Quartò quæritur, † quæ miſſa ſit
4 audienda? Et dico quòd miſſa eſt duplex, ſcilicet ordinaria, ſiue propria, ſiue diei: & eſt illa quæ cōgruit officio quod in eccleſia celebratur in die: & peculiaris, id eſt, ſpecialis de aliquo ſancto, ſcd̄m Ray. vel peculiaris, id eſt, ex peculiari ſiue ſpeciali deuotione ad illā celebrata, ſcd̄m Arch. Dicit igitur Arch. quod de cel. miſ. c. ij. reprehenduntur qui miſſas proprias propter peculiares omittunt. Sed dicit illud c. ex cōgruitate loquitur: ex neceſsitate autem nō teneri aliquem ad propriam audiendam: quia nec d. c. miſſas. hoc dicit, ſed loquitur indiſtinctè: nec poſſunt idiotæ vel mulierculæ ſcire an miſſa ſit propria: hoc quoq; ſemp interrogare nimis eſſet laborioſum. Reprehenſibile tamen eſt ſecundum Arch. ſacerdotibus, & ſi non damnabile, ad inſtantiam laicorum dimittere miſſas proprias propter peculiares, imò eſt damnabile & mortale ſecundum aliquos, vt ſ. Miſſa. j. §. iiij. ¶ Quintò quæritur, † vbi miſſa ſit audienda, in parochia ſcilicet propria vel alibi? Et dico duo. ¶ Primū. Qui cōtempto proprio ſacerdote miſſam audit in aliena parochia in diebus feſtis, expelli debet, & remitti ad eccleſiā ſuam. de paroc. c. ij. quod ſecundum Pano. & Innoc. ibi eſt verum, ſi hoc facit ex contemptu: quia facit contra præceptum ſuperioris: & qui eum admittit furtū quodam modo cōmittit. Sed ſi hoc facit ex cauſa rationabili, non eſt eijciendus: puta, quia proprius ſacerdos eſt notorius fornicator vel præciſus ab eccleſia. Et idem, ſcd̄m Arc. ſi hoc facit ob maiorem ſui deuotionem: puta, quia alibi deuotiores videntur celebrātes aut cùm miſſa reportat ſermonem, vel hmōi: imò idem eſt quacunq; cauſa iuſta hoc faciat puta propter maiorem cōmoditatem, aut delectationem non illicitā: quia iā eſt rationabilis & præſcripta circa hoc conſuetudo, quæ d. c. ij. abrogauit, dato ꝙ præceptū cōtineret contra laicos, ne alibi quàm in ſua parochia miſſam audirēt. quod multi negāt. Quidā tn̄, vt Sum. Ang. hoc limitāt, modò declinans propriā parochiam non audiat miſſam in proprio oratorio, ſed in publico facto à populo, ſecundū gloſſ. in c. ſi quis. de con. di. j. vel à fortiori in eccleſijs mendicantiū ædificatis authoritate ſummi pontificis. Sed ego dico quòd vbicunq; audiatur, etiā in domo priuata, eſt ſatisfactū præcepto ratione conſuetudinis ſcitæ & toleratæ & rationabilis & pręſcriptæ: licet male faciat audiens in domo ſine rationabili cauſa. ¶ Secundum. Et ſi epiſcopus prohibeat audire miſſam in eccleſijs mendicantium diebus feſtis: dicit Arch. obediendum eſſe, arg. xj. q. iij. quid ergo. & c. ſententia. licet malè faciat tollendo pias cōſuetudines cum ſcandalo populorum: cum & Gre. ſanctus permiſerit ſacerdotes chriſmare ad ſcandalum tollendū. xcv. di. peruenit. Sed tn̄ ego dico quòd hoc obedire nō eſt neceſſariū, nec ille hoc poteſt iubere: quia conſuetudo audiendi ibi authoritatem habet à ſuperiore epiſcoporum, id eſt, à Romano pōtifice, qui mendicātes inſtituit ad ſupplendū defectum epiſcoporū, qui iā nō prædicant, nec prædicatores ſuſtentant: & ſic eſt tanquam lex [illegible] & præterea ſicut epiſcopus non poteſt arctare ius commune, ita nec cōſuetudinem generalem totius orbis. vt in [illegible] c. catholica. di. xj. Et ſi hoc ſub excōmunicationis pœna præciperet: dico quòd ſententia eſſet iniuſta, vt patet [illegible] etiā nulla: quia ſicut attentatū cōtra ius eſt ipſo iure nullum, vt in c. vides. di. x. & in l. nō dubiū. C. de legib. ita attentatum cōtra generalem conſuetudinem totius orbis, [illegible] his. & c. catholica. ¶ Tertium. Præcipitur tamen [illegible] ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione æternæ maledictionis, omnibus religioſis, ne in ſermonibus ſuis [illegible] eccleſiarum detrahant, ſcilicet nominatim, expreſſe aut circunloquutiuè, ſecundum glo. aut retrahant laicos ab eccleſiarum ſuarum frequentia vel acceſſu: & intellige in publico ſermone, non in priuato.



¶ Sextò quæritur, † qualiter miſſa audienda ſit? Et dico tria. 6
¶ Primum. Licet miſſa ſit deuotè audienda interius & exterius: interior tamen deuotio, quæ in attentionè conſiſtit, non cadit ſub humano præcepto, iuxta ea quæ dicta ſunt ſuprà Hora. §. xj. Exterior autem cadere poteſt, & videtur quòd cadat illa deuotio, quæ de ſe eſt neceſſaria ad auditionem, quę cadit ſub præcepto, cùm qua non ſtat illa diſtractio, qua aliqui pro notabili parte miſſæ nugantur cum ſocio, ſcandalizantes alios, & ſacerdotem vexantes. ¶ Secundum. Secundum Archi. non eſt neceſſe ſentire & diſtinctè audire verba miſſæ propter hoc quòd in d. cap. miſſas. dicitur audire: alioquin non impleret præceptum, qui propter multitudinem a longe audit ſubmiſsè celebrantem: nec ſurdus, nec hebes, auditu. Vnde intentio eccleſiæ, à qua eſt ſumenda intelligentia dictorum. xxij. quęſtione v. humanæ. eſt quòd quis ſit pręſens, & adſit miſſæ, & Deo vacet: & ſi eſt intelligens, dignum & iuſtum eſt vt intendat, & conetur intelligere. Adde tu ex conſequenti quòd talis tenetur nihil exterius facere repugnans dictæ intentioni: quia qui tenetur ad proſecutionem vnius oppoſitorum, tenetur ad fugam alterius. ¶ Tertium. Qui audit miſſam, ad quam tenetur de præcepto, ſimul eodem tempore dicere non poteſt horas, ad quas de præcepto tenetur, ſine mortali: quia ibi ſunt duæ obligationes, quarum quælibet attentionem & deuotionem exteriorem requirit. nec poteſt eſſe exterius attentus miſſæ, qui exterius eſt attentus officio, argumento capitis, ex literis. de probationibus. cùm ibi nota. in verbo, vices duorum. vel econtrariò: ſecus ſi aut ad miſſam aut ad horas non teneretur ex præcepto: quia dicere non prohibetur: niſi ex hoc aut ſacerdos aut alij impedirentur.

MISERICORDIA habet opera ſeptem corporalia & ſpiritualia, de quibus ſ. Eleemoſyna, in princip.

MODICA regulariter leges & iura non curant. l. Seio. ff. de in integ. reſt. & l. ſi oleum. ff. de dol. & facit tex. in c. cùm te. de re iu. In contrarium tamen facit Bald. in l. ad barbaricum tranſeuntes. C. quæ res expor. non poſ. vbi tenet quòd ſi ſtatuto non poteſt extrahi vinum, non poteſt extrahi metreta. & in l. minoribus. C. de his quib. vt indi. vbi tenet quòd ſi ex ſtatuto cuſtos villæ non denuntians malefactores, punitur: ſi denuntiat omnes præter vnum, punitur. Sunt etiam alia multa facientia in contrarium. Soluitur autem, quia ſi ſumus in his, quæ ſunt contra ius commune, & in caſu vbi vulnerantur regulæ iuris communis. de minimis nón curatur. & ita procedit d. l. Seio. & d. l. ſi oleum. Si verò ſumus in his quæ ſunt de iure communi, & regulantur à iure communi: tunc de minimis curatur. & ita procedunt contraria. Ita voluit Bald. in l. ſi proprietarius. ff. de damn. infec.

MOLLITIES aliquando eſt ſpecies luxuriæ, de qua ſ. ſuo loco. Aliquando eſt vitium oppoſitum perſeuerantiæ & pertinaciæ: de qua S. Tho. ij. ij. q. cxxxviij.

¶ MONACHVS vnde dicatur: & quæ ad illum ſpectent, vide infrà Religio. vij. per totum.

¶ MONASTERIVM quomodo ſe habeat ad contractus & bona temporalia monachorū j. Religio. vij. per totū.

¶ MONACHA, vide infrà Religio. vij. per totum, & ſuprà Electio. iij. §. vj. & . vij.

MONETA, vide ſuprà Falſarius. §. vj. & vij. & ſuprà Gabella. ij. q. ix. & infrà Solutio. §. ij. & Reſtitutio. & infrà Pecunia. & infrà Vſura. v. §. primò.

¶ MON

¶Monitio, ſuprà Excommunicatio, ſeptimò.§.xx.

Monopolium videtur eſſe conuentio aliqua, aut locus, in quo vni ſoli licitum eſt aliquid vendere aut emere quod illicitum eſt: vt l.vnica. C. de monopolijs. & dicitur à monos, vnum, & pole venditio.

## De Mora, & Moroſo.

1 *Mora quando dicitur in aliquo.*
2 *Mora an dicatur, vbi quis habet exceptionem legitimam.*
3 *Mora ſua an cuique ſit nociua.*
4 *Moroſus ad quid teneatur.*
5 *Mora ſemel commiſſa an poßit purgari.*
6 *Mora quomodo purgetur.*

Mora in propoſito videtur eſſe tempus, in quo quis interpellatus ſcienter non facit quod in eo facere debet & poteſt, vt patet ex his quæ notantur in c.vl.de locato. Ad hoc igitur quòd quis dicatur moroſus vel in mora, requiritur quòd ſciat vel ſcire debeat ſe debere: quod interpellatus ſit à die vel homine, id eſt, monitus: quòd habuerit dandi poſsibilitatem. ff.de reb.cre.l.quod te. ¶ Primo ve-
1 rò quæritur, † quis ſit in mora? Et dico quòd obligatus ex delicto ſemper eſt in mora. ff.de condi.fur.l.in re furtiua. Obligatus verò ex contractu, ſi eſt ad certum tempus, ſtatim poſt illud eſt in mora, etiam ſi non fuerit admonitus, nec monitio eſt neceſſaria: quia dies interpellat pro homine.d.c.vl. & C.de contrahen.& com.ſtipu.l.magnam. Quod Pan.in c.licet Heli.de ſimo.limitat ſi actor & reus ſint eiuſdem fori, aliàs non: vt not.in l.item illa.ff.de conſti. pec.de quo vide j. Obligatio.per totum. Limita etiam, niſi iuſta cauſa excuſet: poſt quā tamen cauſam, ſi ipſa deficiat, ſi nō impleat quā citiſsimè poteſt, cōſtituitur in mora.l.Celſus.§.j.ff.de arb. vbi iuſſus ab arbitro dare certa die, excuſat̃ ſi die illa fuit impeditus iuſtè: modò det quā citius pōt impedimento ceſſante. & idem in c.cùm dilecti.de dolo & contu. Et intelligo quàm citius poteſt cōmodè & honeſtè: quia hoc poſſe eſt iuridicū. Vide j. Potentia. Si verò dies non eſt appoſita obligatiōi, nec alia cōditio: ſic requirit̃ monitio, ſcd̃m Bal.in l.non ignorar. C.de fruc.& lit.exp.& Ang.in l.ſi manumiſſori.C.de obſe.pa. præ.& Pan.in c.licet Heli.de ſimo.& in c.ij.de accu. & facit l.fideicommiſsi.vbi eſt caſus aureus.ff.de vſur.& l.quidā Iberus.in verbo, qua de revolo vt cū libero loquaris.ff.de ſer.vrb. prædi.& id qđ legit̃ & no.in l.debitores. p̄ſentes prius denūtiatiōibus cōueniendi ſunt.C.de pig.& in l.ſi ex legati cauſa. ff.de verb.obl.& in c.accuſatio.ij.q.viij.quæ monitio vel interpellatio ſeu debiti petitio fieri debet cōgruo loco & tp̄e. ff.de ver.obl.l.cōtinuus.§.cū ita.vbi à ꝓmittēte dare Epheſi peti nō pōt ante quàm illuc potuerit accedere, qñ promiſſor eſt Romę. Et licet gl.dicat in d.c.licet Heli.quòd in pecuniarijs admonitio eſt de honeſtate, nō de neceſsitate: tñ Lud.de Ro.in ſuis no.tenet quòd ſi debitor citat̃ ſine monitione: & cōfitetur debitū: debet actor cōdemnari in expenſis citationis, ſi poterit ꝓbare quod nō fuit monitus: quia vt dicit Pan. vbi ſ̃.adhuc nō erat in mora: licet in ea per talem interpellationem conſtituat̃.vt ſi fatet̃ debitū, fiat ei præceptū de ſolutione. Tamen in cōſcientia, ſi creditor debitum petere non audet ex timore, etiam reuerentiali: vel ſi debitum ignorat, etiam ſine monitione, debitor in mora conſtituitur, & incurrit pœnam moroſi poſt inſtans, in quo arbitrio boni viri ſatiſfacere debet, & poteſt. Aliàs autem in mora nō cōſtituitur: quia ex quo creditor debitum ſcit, & ſine omni reſpectu petere poteſt, & non petit, videtur conſentire dilationi. Et ſic intellige l.in omnibus obligatiōibus.ff.de re.iu.& Theologos
2 in iiij. ¶ Secundò quæritur, † vtrum ſit in mora qui poteſt exceptione legitima ſe tueri? Et dico quòd non, vt eſt regula iuris in vj.ſicut dominus qui ſeruum ſuum fugitiuum monachum factum intra triennium non requiſiuit, dicitur fuiſſe in mora, qui tamen re vera non eſt in mora, ſi poteſt exceptione legitima ſe tueri: puta longinquitatis loci. xvij. q.ij.ſi quis incognitus. Et dicitur exceptio legitima quæ replicatione non eliditur: non legitima verò quæ eliditur: vt ſi feci pactum de non petendo decem quæ debes: ſed metu vel tempore furoris feci: ſi dum repeto excipias de pacto, exceptio eliditur replicatione furoris aut metus. hęc ex Io.An. ¶ Ter-
tiò quæritur, † vtrum ſua mora cuilibet ſit nociua? Et dico q̃ ſic: vt eſt vna regula iur.in vj.ſicut ſi quis eſt in mora ſoluendi decimas, illæ pereunt ſuo periculo, etiam fortuito caſu.x- 3
vj.q.j.decimæ. Et ſi debitor primò fuit in mora ſoluendi, & poſtea creditor in mora recipiendi, vel econtrariò, vltima mora nocet.ff.de vſur.l.debitor. ¶ Quartò quæritur, † ad qđ 4
teneatur moroſus debitor vel emptor? Et dico quòd tenetur ad intereſſe damni habiti & lucri ceſſantis, dummodo ſit talis perſona quæ veriſimiliter fuiſſet iuſtè lucrata. quod iudex habebit æſtimare. Pro quo eſt tex.in l.ij.ff.de eo quòd certo loco.in fi.vbi dicitur quòd in hoc intereſſe habebitur ratio lucri ceſſantis. & idem Inno.in c.ſacro.de ſen.excom.& gl.in l.curabit.C.de act.emp.& Pan.in c.conqueſtus.de vſur.vbi refert Pet.de Anch.ita conſuluiſſe. vide j. Vſura.j.§.xvij. ¶ Sed tamen aduerte quòd mora & culpa æquiparantur: niſi in hoc quòd mora eſt purgabilis.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb. obl.& ſic poteſt intelligi l.ſi is.in fi.ff.de iur.dot. Vnde ſi res danda vel reſtituenda eodem modo apud eum cui danda erat, vel apud dominum erat peritura, non tenetur moroſus. l.fi.§.j.ff.ad l.Rho.de iac.ne creditor cū aliena iactura lucretur. quod etiā ſequitur Fulg.& Mar.in l.quod te.ff.ſi cer.pe. licet Accur.teneat cōtrarium: ſed primum eſt verius ſaltem in conſcientia de quo j. Reſtitutio.vij.§.v.par.iij. Et ſi ſit dubitatio an fuerit peritura, non liberatur moroſus: quia interpretatio ſit contra eum.l.cùm res.§.fi.ff.de lega.j. ¶ Quintò
quæritur, † vtrum mora ſemel commiſſa purgari poſsit? Et dicit Io.And.in regula, mora.in vj.quòd non: vbi dies pręfigitur à lege vel canone pœnam imponente: quia pœna ſemel commiſſa non purgatur. Et ſic intelligenda eſſent iura, quæ videntur dicere quòd nō purgatur: vt xij.q.ij.longinquitate. ij.q.ij.puella.& de elec.in cunctis. Et hoc eſt verum, niſi in eadem lege vel canone caueatur quòd eodem caſu poſsit purgari mora, & pœna euitari: & ſic intelliguntur iura contraria, quæ videntur velle quòd poſsit purgari: vt xviij.diſ.c.j.& d.c. quoniam.& de ſup.neg.præl.literas. Pœna ergo ſemel commiſſa non purgatur: niſi fortè fingeretur quis non fuiſſe in 5
mora.ij.q.vj.biduum. ¶ Sextò queritur, † quomodo purgatur mora? Et dico quòd ex celeri ſolutione ante requiſitionem factam: vt no.in d.c.vl.& facit c.cum Bertoldus.de re iudi.& c.ex tuæ.de cler.non reſid.& ſimiliter ſi obtulit poſt moram tempore debito: vt in d.§.ſequitur. Intellige ſi obtulit rem integram qualitate non vitiatam: vt j. Reſtitutio.vij.§.iij. 6

## De Morte, & Mortuo.

1 *Mors quid & quotuplex ſit.*
2 *Mors naturalis an ſit ſatisfactoria pro peccatis.*
3 *Mors ciuilis an æquiparetur naturali.*
4 *Mortis periculum quando dicatur.*
5 *Mortuos an liceat ſpoliare.*

Mors, ſecundū philoſophos, eſt vitæ priuatio: ſecundum tuus eſt is, in quo primo vel gratia partis eſt mors ſeu vitæ priuatio. Eſt aūt triplex mors, de pe... vl. ſcilicet corporalis, ſpiritualis, & gehennalis. qa ſcilicet eſt etiam triplex vita, qua quis priuatur, ſcilicet corporalis ſpiritualis, id eſt, gratia ſiue charitas vitę, & beatitudinis, qua quis propriè priuatur ſolùm poſt mortem: ſicut & propriè tunc eſt habilis ad illam. Corporalis tamen eſt duplex, ſcilicet naturalis, qua quis priuatur vita ſubſtantiali, & accidentali, id eſt, operatione vitali: & ciuilis, qua quis priuatur accidentali ſtatum, id eſt aliqua operatione vitali, puta propria voluntate, aut ciuium fruitione, & huiuſmodi. ¶ Primò verò quæritur, † quid de morte ſummariè ſcripſerit S. Tho.in ordine ad mores? Et ex operibus eius dico ſic: Pœna mortis in præſenti nō infligitur pro quolibet mortali: ſed tantum pro inferente damnum irreparabile, vel pro habente horribilem deformitatem. Vnde pro furto non infertur, niſi aggrauetur per circunſtantiam grauem, ſcilicet ſacrilegij, peculatus, aut plagij.ij.ij.q.lxvj.ar.vj.ſecundū. cōſuetudo tamen præualuit in contrarium. ¶ Mors ſit ſanctis meritoria, licet ſit pœna, inquantū ea bene vtuntur.ij.ij.q.clxiiij.ar.xvj. ¶ Mors illata, etiam pro criminibus, aufert totam pœnam peccati, vel partem, ſecundum quantitatem culpæ, patientiæ & cōtritionis non autem mors naturalis.iiij.diſt.xx. ¶ Exponere ſe & ſuos mortis periculo pro liberatione perſonæ per quam eccleſia vel Reſpublica ſuſtentatur, eſt laudabile.ij.ij.q.xxxij.arti.vj. ¶ Exponere ſe morti pro ſalute animę proximi certa, eſt pręceptum: aliàs verò conſilium.iij.di.xxix. ¶ Dolendum eſt de morte amici, ſed moderatè quadruplici cauſa.j.Theſſalo.iiij. ¶ De morte autem propria maximè triſtatur virtuoſus: quia priuatur maximo bono, quo maximè dignus eſt: ſcilicet vita & virtutibus ſecundum præſentem vſum: licet quidam gaudeant propter ſpem beatitudinis.iij. Ethi.vel xviij. ¶ Nullus eripiendus eſt à morte contra iura.ij.ij.q.x.ar.vij.ſecundum.
2 ¶ Secundò queritur, † vtrum mors naturalis ſit ſatisfactoria pro peccatis? Et dicit Sco.in iiij.di.xxj.quòd licet ſit neceſſaria: tamen ſi acceptetur voluntariè, eſt ſufficiens pœna pro omnibus venialibus & fortè pro magna parte mortalium: & conſequenter multò magis violentia: etiam ſi pro peccatis inferatur. & ſic tenet Sum.Ang. contra Roſ.& Suppl. Sed S. Tho.in iiij.diſt.xx.conſentit quantum ad violentiam, non autem quantum ad naturalem: quia iam quaſi verſa eſt in naturam: ſicut & originale, quod tanquam pœna conſequitur & cōſentit Sum.Roſ. & Supple.& intendit S. Tho.quòd in naturalibus non meremur nec demeremur: licet cōcomitari poſsint aliquæ volitiones & acceptationes meritoriæ: ſicut non eſt meritoria digeſtio cibi, licet ſit meritorium ex charitate gaudere quòd virtus à Deo data digerat: quia opus
3 meritoriū eſt in noſtra poteſtate vt ſ̃. Meritū. ¶ Tertiò queritur, † vtrum mors ciuilis æquiparetur morti naturali in dubio? Et reſpondet Gemi.in c.ſuſceptum. de reſcri.libr.vj. & Archi.ibidem & do.Ant.in c. licet.de offi.deleg. diffuſè. Sed tu concludendo, dic: Aut verbū, mors, profertur à iure, vel ab homine. Si autem à iure, in materia ſtricta & exorbitanti à iure communi: & tunc in dubio intelligitur de morte naturali: vt in d.c. ſuſceptum.& in l.iij.§. hæc verba.ff.de neg.geſt. & ibi gloſſ.& Bar. Si verò ius, in quo profertur mors, non eſt ſtrictum, ſed extendibile ex identitate rationis: tunc ſi mors ciuilis habet eundem effectum quo ad id de quo agitur, quem habet mors naturalis, ſic æquiparatur: & ita procedit c.placuit.xvj.q.j. Sed ſi non habet per omnia eūdem effectum, nō extendetur, neque æquiparabitur: vt dicit glo.in d.c.ſuſceptum.& in d.c licet. Si autem verbum, mors, profertur ab homine: tunc in dubio non æquiparatur: qa verbum hominis, referri debet ad mortem naturalem, vt in l.ex parte. ſi inſulam.ff.de verbo.obligat. Ioan.autem xvj.q.j.in cap. ... dicit quòd regulariter mortis appellatione intelligitur mors naturalis.

4 ¶ Quartò queritur, † quis dicatur eſſe in periculo mortis? Et dico quòd infirmus quotidiana febre obſeſſus vbi machinæ iactantur: vel ab hoſtibus volentibus illum occidere: nauigaturus per loca periculoſa: iturus per loca inſidioſa: ætate cōfectus, & huiuſmodi: vt patet ff.de dona.cau.mor.lege, mortis cauſa, cum tribus ſequenti. Sed tu dic quòd iſta dicuntur exemplariter: regula autem ſumitur ex arbitrio boni viri, vt penſatis omnibus circunſtantijs is dicatur eſſe in periculo mortis, qui probabiliter iudicatur eſſe in periculo mortis.
5 ¶ Quintò queritur, † vtrum liceat mortuos ſpoliare? Et dico quòd non: quinimo tales ſpoliatores grauiſsimè legibus puniuntur. ff.de ſepul.viol.l.prætor.§.aduerſus eos.& ſecundum philoſophum in iiij. Ethi.latronibus eñumerantur. De mortuo reſuſcitato, vide infrà Reſuſcitatus.

¶ Mortis articulus. ſuprà Abſolutio, primò.§.v.

Mulier, vide ſuprà Fœmina: & quo ad moniales, ſuprà Abbatiſſa: & infrà Religioſa. vij.§.vltimo.

¶ Multitudo cùm peccat, quid ſit, agendum, vide ſuprà Correctio.§.xiiij.

¶ Munus, vide ſuprà Gabella.v.inquantū munus eſt donum, & inquantum eſt exactio.

Murmuratio licet plerunque commemoretur & reprehendatur à ſanctis: tamen non eſt plenè declarata quid ſit, & vtrum ſit peccatum, vel quale: ſed aliqui Doctores dicunt quòd eſt querela iniuſta vel impatiens. Videtur autem ſic dicendum: murmurare ſecundum multos, dictum eſt per ſimilitudinem ad mutire, quòd eſt proprium mutorum, & loqui non audentium. Vnde murmur aut murmuratio dicitur primo omnis loquutio ſummiſſa vel clanculoſa, aut ſecretè & ſubmiſsè & clanculò facta. vnde & metaphoricè riuus aquę dicitur murmurare. Sed quia talis loquutio frequenter ſit iniuſtè, dicitur ſecundò querela iniuſta: & intellige clanculò & angulariter, & non in faciem facta: quia non eſt murmur ſi quis quęratur etiā iniuſtè coram pręſide. Eſt autem querela iniuſta dupliciter, ſcilicet ratione obiecti, qua ſcilicet quærelatur quis de re iuſta: ſicut Phariſæi de receptione peccatorum à Domino. & ratione modi, quia ſcilicet licet quis queratur de re iniuſta, tamen non debito modo, id eſt, non vbi, quando, & quomodo oportet, vt quia in angulo cum impotentia. vnde & Holkot in diffinitione eius non ponit iniuſtitiam, ſed impatientiam, dicens quòd murmuratio eſt querela cum impatientia in his quæ homo debet patienter ferre. Et iſto modo murmur eſt in cōmuni loquutione: ſicut religioſus dicitur murmurare, quādo aliquid iniuſtum quidem patitur, ſed tamen non exponit prælato rationem ſuam, ſed alijs, quorum non eſt ei prouidere. ¶ Igitur murmuratio ſumitur tribus modis. ¶ Primò enim eſt ſubmiſſa & clanculoſa loquutio: & ſic poteſt eſſe cum peccato, & ſine peccato: ſicut Io.v.dicitur, Murmur multus erat de Chriſto in populo. & ſequitur. Quidam enim dicebant quia bonus eſt: alij autem nō, ſed ſeducit turbas. ¶ Secundò eſt ſubmiſſa & clanculoſa loquutio querelantis de re iuſta: ſicut populus Iſraël murmurauit frequenter contra Deum. Et tertiò ex re iniuſta modo iniuſto: & his duobus modis eſt ſemper peccatū aut veniale aut mortale, ſecundum conditionem perſonarum, circunſtantiarum animorū. quod generali regula difficile eſt diffinire. Pœna autem murmuratoris eſt, vt alienus ſit à fratrum vnitate, & opus eius abijciatur.xc.ca. di.alienus.vbi dicit gl. quòd opus clerici præcipuè eſt oratio: laici verò oblatio. Et ſic videtur quòd ſi ſit clericus, debeat in oratiōe quaſi excōicatus ſeparatus eſſe ab alijs: & ſi ſit laicus, non recipiatur eius oblatio.

MVTILARE quid ſit, & vtrum liceat: vide ſ. Homicidium.iij.§.iij. Mutilare enim membrū propriè eſt illud inutile reddere: ſed tamen cōmuniter Doc. capiunt mutilare pro trūcare. Vide autē ſ. Corpore vitiatus.

MVTVS per ſigna poteſt petere ſacramenta: & ei danda ſunt: xvj.q.vj. qui recedunt. & matrimonium poteſt contrahere, vt ſuprà Matrimonium.ij.§.vij.

## De Mutuo.

MVTVVM eſt res ex ſuo vſu conſumptibilis penitus cuius proprietatem quis in alium transfert, recepturus, deinde aliam rem non numero, ſed eandem ſpecie aut valore: vt ſi trado tibi pecuniā, recepturus poſt menſem aliā numero. ¶ Dicitur primò res, quo nomine hic venit etiam pecunia, quæ propriè dicitur pretiū rerū, vt patebit. Et ſecundò dicitur ex ſuo vſu cōſumptibilis penitus: quia in his quæ vſu ſuo nō cōſumuntur penitus, vt eſt ager, equus, veſtis & huiuſmodi, nō eſt mutuū expreſſe aut per ſe, vt patebit ſ. & patet ff. ſi cer. pe. l. ij. ¶ Et tertiò dicitur, cuius proprietatem: quia in mutuo transfertur dominium à dante in accipientem. vñ mutuum dicitur quaſi ex meo tuū: quia ſcilicet dum illud tibi trado, de meo facio tuū. ff. ſi cer. pet. l. ij. & ſtat periculo tuo poſtquā accepiſti, ſi perijt, etiam caſu fortuito. C. ſi cert. pet. l. incedium. Inſti. quib. mo. re. cont. obli. §. item. ¶ Quartò dicitur, recepturus deinde: quia ſi quis ſtatim & de præſenti tradendo rem accipit aliā rem vel pretiū ſuæ rei, nō eſt mutuū, ſed permutatio, aut venditio, vel alius cōtractus, vt ſ. Permutatio. ¶ Et quintò, aliam rem: quia ſi eſſet recepturus rei pretium, non eſſet mutuū, ſed venditio: niſi & ipſum pretium mutuaretur. ¶ Dicitur ſextò, aliam rem numero: quia ſi eſſet recepturus eandem numero, non eſſet mutuum, ſed commodatum, vel depoſitum, vel alius contractus. ff. de contrahen. empt. l. ij. & d. l. ij. ff. ſi cer. pet. ¶ Et ſeptimò dicitur, ſed eandem ſpecie aut valore: quia mutuū fit dupliciter: aliquando ſcilicet expreſſe & tunc regulariter recipitur idem ſpecie aliquando verò tacitè: & tunc recipitur rei valor. vt ſi dedi frumentum valens decem, recepturus oleum valens decem aut plus: quia ipſum frumentum non mutuatur, ſed vēditur aut permutatur: valor autem ſiue pretium frumenti mutuatur implicitè & virtualiter in tempus redditiōis olei. Fallit quod dictū eſt in mutuo pecuniæ: quia ſiue reddatur eadem ſpecie, puta argentea pro argentea: ſiue eadem valore alia ſpecie, vt argentea pro ærea aut ecōtrariò, ſemper eſt mutuū expreſſum: quia pecunia eſt inuendibilis formaliter, & ſi nō materialiter. Itē quia omnis materia monetata vt ſic & formaliter ſumpta, eſt in ſpecie eadem, ſcilicet menſuræ venalium, licet materialiter differat. Vñ valor viginti ſolidorū eſt idem ſpecie in auro & in argento formaliter, licet nō materialiter. Dicit aūt Azo, & refert ac ſequitur Summ. Ang. quòd ſi detur pondus argenti, & recipiatur pecunia argentea in numero: erit mutuū, quia idem genus reddit, id eſt eadem ſpecies. Ego verò dico ibi eſſe venditionem: quia rem & pretiū, nec argentū monetatū, vt illud qđ in numero cōſiſtit, eſt idem ſpecie formaliter cū nō monetato, quod cōſiſtit in pondere. Conſiſtit igitur mutuū propriè, id eſt, expreſſe & per ſe ſolum in rebus triplicis generis, ſcilicet in his quę conſiſtunt in numero, vt pecunia, id eſt, aurum, argētum, & omne metallum monetatum vt ſic, vel in pondere, vt aurū vel argentum non monetatum, & huiuſmodi: vel in menſura, intellige continentia, qua grana & liquida menſurantur, ad differentiam menſuræ panni, ſecundum Rod. vt vinum, triticū, & huiuſmodi: & generaliter in his, quæ vſu ipſo conſumuntur, ſcilicet ex toto & penitus: vt d. l. ij. ff. ſi cert. pet. & Inſti. qui. mo. con. oblig. in princ. In alijs autem, puta equo, aut veſte, vel huiuſmodi, non eſſet mutuum expreſſe & per ſe, ſed ſolum implicitè & per accidens, inquantum in his ſubintelligitur aliquod prędictorum trium, puta in equo pretium, quod in numero conſiſtit: ſicut ſi trado equum, recepturus certo tempore pretium, intelligor mutaſſe pretiū ipſum. Vnde ſi quid vltra recipio, vt patebit, eſt vſura, quæ nō eſt ſine mutuo. Ratio autem horum: eſt quia de ratione mutui eſt quòd recipiens mutuum reddat aliam rem, vt dictum eſt: & de ratione iuſtitiæ eſt quòd reddat ęquiualentem: quia aliter non eſſet æqualitas. Aequiualentia autem eſſe nō poteſt per ſe in rebus vſu nō conſumptibilibus, niſi fortè rarò & per accidens: quia aſinus non eſt æquiualens aſino, aut equus equo: ſed in eis, equiualentia fit, & cognoſcitur per aliā rem, id eſt, numiſma, quod eſt omnium rerum menſura. v. Ethi. Sed in alijs æquiualentia neq; eſt neq; cognoſcitur per aliam rem reddibilem pro mutuo, ſed per menſuram & pondus & numerum, quæ non ſunt res reddibiles, nec aliquid valentes. vnde in illis non eſt mutuum, niſi per accidens ratione pretij annexi. ¶ Quomodo autem ſit dādum mutuum ſine ſpe alicuius vltra ſortem iuxta præceptum Domini, vide ſ. Vſura. j. Quomodo etiā teneatur mutuare qui pecuniam habet, vel aliud ſibi neceſſarium vel vtile ad negotiandū vel huiuſmodi, vide ſ. Eleemoſyna. § j. & diſtingue vt ibi. & adde ſecundum Sco. in iiij. quòd habens pecuniam ſibi pro aliquo tempore inutilem, mortaliter peccat ſi eam nō mutuat indigenti petenti, faciens contra præceptum naturæ & Chriſti. Luc. vj. Mutuū date. Quod intellige primò ſi tutus ſit de rehabendo tempore opportuno: alioquin diſtingue vt ſ. quia commodare eſſet dare. & ſecundò ſi indigentia ſit circa neceſſitatem vel decētiam. Vtrum autem mutuo accipiens pecuniā teneatur reddere in eadem ſpecie, ſ. Solutio. §. ij. par. v.

## De Naufragio.

1 *Naufragio erepta an quis reſtituere teneatur, etiam quæ mox erant peritura. & num. 2.*

3 *Naufragij timore ſi detur pecunia domino loci ne quid rapiat, an debeat reſtitui.*

4 *Reſtitui an debeant res eiectæ in mare, quas quis inuenit.*

NAVFRAGIVM dictum quaſi nauis fragium ſiue fractura, eſt naue fracta, id eſt periclitata, rerum corporumq; ſubmerſio l. deprecatio. & per totū. ff. ad l. Rho. de iac. C. de naufra. l. ij. ¶ Primò verò quæritur, † vtrum reſtituere teneatur qui aliquid de naufragio rapuit? Et dico quòd ſic, ſiue de naui ſiue de mari aut litore rapiat. ff. de incē. rui. nau. l. ſi qs ex naufragio. & d. l. deprecatio. nec excuſat à furto tali & reſtitutione, aliqua conſuetudo, ſtatutum, aut præceptum: ſed furtum eſt. ff. de acqui. re. do. l. qua ratione. in ſ. C. de fur. l. rerum. Quin etiam ſecundum leges ſi petatur intra annum, condemnabitur ad reſtituendum quadruplum: poſt annum verò in ſimplum. vt in d. l. rerum. & ff. eo. l. j. ſecundū canones verò ſi iſte raptor ſit epiſcopus vel prælatus aut clericus, deponi debet. de accuſ. cùm dilecti. el j. vltra prædicta ſiue clericus ſit, ſiue laicus, niſi ſatisfecerit, debet excommunicari: imò ſecūdum aliquos eſt excommunicatus. de rap. c. excommunicationi. Sed hæc intellige, niſi nauigia exerceāt piraticam tyrannidē, vel ſint inimica nomini Chriſtiano vel principi. C. de fur. in auth. nauigia ¶ Secundò quæritur, † vtrum reſtituere teneatur qui rapuit de naufragio aliquid quod ſtatim erat periturum, puta farinam aut ſaccarum, vel papyrum? Et dico quòd ſic, ſi ſine quocunq; periculo vitę talia ſaluauit: etiam ſi dominus aliàs non erat rehabiturus: quia ex charitate tenebitur ſuffragari. d. cap. excommunicationi. Et ſic intellige d. authē. nauigia. & d. c. excommunicationi. iuncta gl. ſed tamen debet habere laboris ſui mercedem: quia & ipſum dominū, ſi ſaluare debuiſſet, oportuiſſet ſatisfacere perquirentibus. Et ſecundum hoc intellige quæ dicit Rod. §. ſequen. Si verò ſine vitæ ſuæ periculo eas ſoluere nō potuit, diſtinguēdum eſt. Nam aut ſe exponēdo periculo vitæ, non dico probabili, ſed qualicunq; capit ea bona quæ dominus veriſimiliter per aliam viam non erat rehabiturus: & retinere illa poteſt: quia nō tenebatur cum tali periculo ſuffragari: imò ipſe dominus debuiſſet velle quod potius ea proximus haberet, quàm perirent. Si autem alia via erat ea dominus veriſimiliter rehabiturus, vt quia ea tempeſtas iactaſſet ad litus; aut alios qui dicto periculo ſe exponerēt inueniſſet, tenetur reſtituere, licet debeatur ei præmium pro labore & periculo ad arbitrium boni viri. Si quis tamen ſimplex de talibus bonis aliquid ſurriperet, credens hoc ſibi licere vel ex ſtatuto vel ex alia cauſa, nō videtur peccare mortaliter, nec incurrere excommunicationem dicti cap. excommunicationi. vt patet per dicta ſuprà excommunicatio. vij. §. xx. Si tamen ab homine fulminaretur contra tales, etiam eo caſu quo talia poſſent licitè retinere, tenerētur ſaltem reuelare talia bona rapta. Ex prædictis autem reſpōdendū eſt ad hunc caſum, qui de facto accidit. Cùm enim ex naui periclitanti omnes aufugerent, etiam patronus, vnus poſt fugā patroni ex capſa eius ſuſtulit mille aureos, eosq; ſaluauit. Diſtinguendum enim eſt, vt ſuprà. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum dominus, qui accepta ſumma conuenit cum nautis, quòd ſi naufragium patientur, nullus eos prædabitur, teneatur dictam ſummam reſtituere? Et dico quòd reſtituere tenetur quicquid hac occaſione ſuſceperit vel ſuſcipi permiſerit niſi ſpontanea liberalitate donetur, ſecundum Veruęc. cùm aliàs deberet hoc gratis facere. Si tamen fieret ſtatutū quòd quis tantū reciperet pro rebus quas ex mari recuperaret naufragis, valeret ſtatutum, ſecundum Sum. Piſ. quia hoc, inquit, fit in fauorem naufragorum: vt homines in quęrendo perdita ſint ſolicitiores præmium laboris recepturi. Et idem tenet Rod. & Summa Ang. ac Roſel. licet contrarium teneat Supple. & irrationabiliter ſatis: quia hoc eſt vtiliter gerere negotium naufragorum. ff. de neg. geſt. l. Pomponius. ¶ Quartò quæritur, † vtrum reſtituere teneatur, qui res iactatas in mari vel eiectas ex naufragio inuenit? Et dicit Panor. in cap. cum dilecti. de accuſat. quod non, ſi erant pro derelictis: quia talia naturali ratione efficiuntur capientis, inſtitu. de rerum diuiſi. Si verò nō erant pro derelictis, ſed ad euadendū proiectū cum proijciens remaneat dominus, occupās animo retinendi eſt fur, vt in gloſ. dicti cap. cum dilecti. & l. qua ratione. §. vltim. in fin. ff. de acquiren. rerū dom. & eſt excommunicatus, ſi non reſtituit quàm primùm poteſt. dicto cap. excō municationi. de raptori. Quod intellige, præmiſſa monitione, vt ſuprà Excommunicatio. vij. §. xx. part. iij. Licet hic poſt Panorm. teneat Summa Angel. quo ad Deum non requiri monitionem. Si verò ſimpliciter accipit, non conſiderando an eſſent derelictæ vel ne, excuſatur à furto: vt eſt text. in l. [illegible] §. ſi iactum. ff. de fur. & ab excōmunicatione argu. de l. falſus. & eorum quę excommunicatio, vbi ſupra dicta ſunt. Quando autem pro derelictis habeantur, Panormitan. [illegible] vbi ſuprà, ex coniecturis præſumendum: vt ſi quis iactat librum apertum in mare: ſecus ſi clauſum & inuolutum. & huiuſmodi. vide ſuprà Inuenta. §. primo.

## De Nauta Caupone & Stabulario.

1 *Nauta, caupo, & ſtabularius de qua culpa teneantur.*

2 *Hoſpiti vel nautæ commiſſa pecunia quomodo probetur.*

3 *Hoſpes an teneatur de pecunia cōmiſſa, ſi dedit claues domino.*

4 *Hoſpitio aliquem recipiens vt ciuis, non tenetur vt caupo.*

5 *Caupo an teneatur ex facto ſui famuli.*

NAVTA eſt maior in naui in hoc propoſito: & caupo eſt tabernarius, qui & ganeo, & ſtabularius eſt hoſpes recipiens etiā equos. Vnde dicitur nauta, qui nauem exercet, nō autem remiger: vt l. j. eodē tit. §. nautam. & ſimiliter caupo & ſtabularius, qui hoc exercent: & inſtitores, id eſt, qui vendēdis inſtāt vice eorum: vt in dicta l. j. §. fi. ¶ Primò ergo quæritur, † de qua culpa iſti teneātur? Et dico quòd 1 de leuiſsima, ſed non de caſu. ff. nautæ, caup. & ſtabu. l. & ita. §. at hoc edicto. Nec obſtat l. j. §. ſi veſtimēta. ff. depoſiti. vbi depoſitarius non tenetur niſi de culpa leui: quia eſt ſpeciale in iſtis vt teneatur etiam de leuiſsima. Quod tamen fallit in cōſcientia, vbi tenentur ſolùm de leui. dicta l. & ita, quia loquitur in odium taliū, qui fraudes facere cōſueuerunt, vt ibi patet. §. at hoc edicto. & conſequenter fundat ſe ſuper præſumptione: & ſic locum non habebit in conſcientia, iuxta dicta ſuprà §. ix. niſi ſpecialiter accepiſſent mercedem pro cuſtodia: vt ſuprà Locatio. §. xvij. vel niſi quādo res cuſtodiam diligentiſsimam requirebat: & ſcienter in cuſtodiam eſt ſuſcepta: quia ſic tenentur de leuiſsima. ¶ Secundò quæritur, † quomodo probatur datum talibus in pecunia? Et dico quòd 2 ſi conſueuit portare talem quantitatem pecuniæ: tūc credetur iuramento ſuo aliàs non, niſi quatenus probet. ar. ff. de re milita. l. ſi non omnes. §. à Barbaris. quia talis debet numerare pecuniam in conſpectu hoſpitis. ff. depoſiti. l. j. §. ſi ciſta. ¶ Tertiò quæritur, † vtrū nautæ & præfati dantes domino 3 deponenti clauem cameræ excuſentur ſi res pereant? Et dico ſecundū glo. in l. debet. ff. nautæ caup. & ſtabul. §. item ſi prædixerit. quòd ſi à principio dedit claues, & prædixit quòd nolebat teneri, excuſatur: aliàs ſecus. Similiter tenetur quando à principio, non dedit claues, ſed poſtea, licet ſ dixerit: per l. ſicut. C. de action. & oblig. niſi ille expreſſe cōſenſiſſet nolle eum teneri. ¶ Quartò quæritur, † an prædicta habeāt locum in eo qui hoſpitatur aliquem non tanquam caupo, ſed tanquā ciuis, ſine mercede: ſicut quando rex veniens ad aliquā ciuitatē diſtribuit ſuos per domos? Et dico quòd nō: vt 4 l. ſi menſor. ff. ſi menſor falſum modū dixer. & ar. ff. de alea. l. j. §. item notandum. vnde ſi gratis facit, tenetur ſolùm de dolo & lata culpa. ¶ Quintò quæritur ſpecialiter, † an caupo 5 teneatur ex facto ſui famuli? Et dicit Ioan. de Ana. in cōſilio ſecundo incipiente, in Chriſti nomine. concludendo quòd pro iniuria reali & damno dato in rebus poteſt hoſpes agere cōtra cauponem: vt l. licet. §. poſſumus. ff. nautæ, caup. & ſtabu. ſed de vulnere illato per famulum caupo non tenetur quo ad expenſas vel intereſſe. Pro quo videtur tex. iuncta glo. in dicta l. licet. §. idem dicitur. in verbo, ſed ſi damnū. & in l. debet. eodem tit. in princ. vbi gloſ. exponit factum, id eſt receptum: quaſi velit dicere quòd non teneatur, niſi de recepto. Pro quo etiam facit quod non eſt eadem ratio: quia vix poterit fieri damnū in rebus. quin hoſpes ſit in aliqua culpa ſaltem leuiſsima: quia potuiſſet diligentius cuſtodire: non autem ſi eſt in delicto in perſona: quia obſtare non poteſt quin famulus, ſi velit, occidat aut verberet hoſpitem. Adde autem ſecundum eundem Ioan. quòd ſunt quædam perſonæ quæ regulariter tenentur ex facto & delicto familiæ ſuæ: vt ſunt publicani, nautę caupones, & ſtabularij, & ſimiles. Aliæ aūt perſonæ ita demum tenentur, ſi aliqui de familia deputētur ad certum officiū, & in illo delinquant: quia tūc dicitur paterfamilias [illegible] culpa deputando inſufficientem [illegible] eſt communis opinio do[illegible] in l. j. § familiæ. ff. de publi. ¶ Et ſa-

ciunt hæc ad caſum qui de facto accidit. Nurus accendit noctu lucernã ad cuſtodiam infantis:& ea negligenter omiſſa ſequutum eſt duarum domorum incendiũ. Quærebatur an ſocer vel paterfamiliâs teneretur ex facto ſuæ nurus? Et cõcludit ex prædictis Ioã.de Ana.in cõſi.vij.incipiẽte,in nomine ſanctæ Trinitatis. quòd non:quia iſte non deputauit illã ad hoc:ſed gubernationi liberorum,quæ eſt de iure naturali. Prętereà iſta culpa,quæ præſumitur contra habitantes,ex incẽdio,iudicatur leuiſsima, vt voluit gl.inſti. quibus modis re contra.ob.§.præterea.& iſta nõ eſt imputabilis: vt voluit Salic.in l.ſi vendita.ff de peric.& com.rei.ven.& Bald.in l.in iudicio.C.de loca.vbi propriè loquitur de lucerna. Vtrũ nauta poſsit res ſuas pręferre depoſitis quãdo vtraſq; ſaluare nõ poteſt: vide ſuprà Cõmodatum.§.xij. Vtrum etiam teneatur ſi res meas tranſtulit in aliam nauim,& perijt: vide ſuprà Locatio.§.xvij. Vtrum etiam poſsit nauigare per omne flumẽ & vti arboribus in ripa exiſtentibus: infrà Piſcari.

NECESSITAS loquendo iuridicè eſt triplex. Prima ſcilicet abſoluta, quæ eſt eius,ſine quo vita corporalis ſuſtẽtari nõ poteſt:vt ea quæ eſt alimẽti. Secunda eſt opportuna,id eſt, eius ſine qua vita cõmodè ſuſtẽtari nõ poteſt,vt ea quæ eſt eorũ,quorũ priuatio incõmodat notabiliter. Tertia eſt proficua,id eſt,eorũ ſine quibus vtiliter vita nõ ſuſtẽtatur,puta librorũ pro ſtudio. Illud autẽ qđ dicitur in c.licet.de ferijs neceſsitas facit licitũ, & legi non ſubijcitur: eſt verũ de prima neceſsitate, quando illud quod contra legem eſt,non malum de ſe, puta quia ex aliqua circunſtantia poteſt licitè fieri:quia tali neceſsitate occurrente nõ requiritur alia diſpenſatio:ſed authoritate ꝓpria poteſt quiſque contra legẽ venire. Eſt etiã verum,ſecundũ aliquos, de ſecunda:modò fiat aliqua recompenſatio:ſicut dicit do. Ant.in c.j.de fer.quòd licet doctoribus conſulere pro forenſibus in die feſto,modò per aliquam eleemoſynam recõpenſetur.& facit gloſ.in c.presbyter.in verbo,denarium. lxxxij. diſt.&melius d.c.licet. Quod limita extra cõtractus,& quando ſuperioris authoritas de facili haberi non poteſt:aliàs nõ eſſet tutum. In tertia verò neceſsitate omnino requiritur diſpenſatio:aliter non fieret licitum.

NEGLIGENTIA,propriè vtendo vocabulis,eſt defectus circa interiorẽ actũ voluntatis,qui eſt electio, nõ quidẽ actus,ſed circũſtantiæ.vnde ſecundũ Iſid.in lib.Etymo.negligẽs dicitur quaſi nec eligẽs. Pigritia autem eſt defectus circa executionẽ exterioris operis. Deſidia verò eſt defectus circa cõtinuationẽ boni operis, à deſidẽdo dicta. Torpor autem eſt defectus circa feruorẽ executionis operis dum tepidè fit bonũ. Incõſtantia verò eſt defectus circa ſtabilitatẽ voluntatis. Omiſsio autem eſt defectus circa actum debitum fieri:ſicut negligẽtia eſt defectus circa circũſtãtiã, puta tẽporis,loci,& huiuſmodi. Vnde Arch.ſi vis.ij.parte tit.ix.c.iij. Largè verò ſumendo vocabula,negligentia eſt omiſſio alicuius quod fieri debet & poteſt. Vñ negligentia ſine mora eſſe non poteſt.de elect.c.vlti. & de con.præben.quia diuerſitatẽ.& no.in c.ſi cõpromiſſarius.de elec.lib.vj. Nomine igitur negligẽtię ſimpliciter venit leuis & leuiſsima culpa,vt patet in c.pręallegatis.&facit xxviij.di.de Syracuſanę.&.c.cũ ex eo.in fi &.c.cõmiſſa.§.porro.de ele.lib.vj. Et hoc quãdo quis tenetur de culpa leui & leuiſsima:aliàs nõ. Nomine verò negligentiæ diſſolutæ venit lata culpa. Vnde ff.mãda.l.ſi fideiuſſor.in princ.dicitur,Diſſoluta negligẽtia ꝓpriè dolus eſt,id eſt,lata culpa.& idẽ venit nomine negligentiæ, vt ff.de act.& obli l.j.§.is quoq; apud.vbi eſt tex. quaſi apertus. Aliquãdo verò includit dolum ſcilicet cùm lex imponit negligenti diuerſam pœnam à delinquẽte:quia tunc ſub negligente includit doloſam negligentiam,vt no.Gem.in d.c.ſi compromiſſarius. ¶Quomodo autem & quando negligentia ſit peccatum mortale,Sum.Ang.innixa ſuæ falſæ opinioni quòd trãſgreſsio legis humanæ pręceptiuę ſit peccatũ mortale ſolum ratione contẽptus aut conſuetudinis:de quo ſ̃.Ieiuniũ.§.viij.& ſ̃.Inobedientia.& ſ̃.Lex.§.viij. dicit quòd negligẽtia eſt mortale,ſi ex ea omittãtur ea ad quæ quis tenetur ex pręcepto vel officio de iure diuino in his,in quibus verſatur notabile dãnum ſibi cõmiſſorum:non autẽ, in his, quæ de iure poſitiuo ſolùm,niſi includatur dolus vel contẽptus:intellige vel interpretatiuus,qui eſt cõſuetudo ſecundũ eum. Sed ſecundũ S.Tho.ij.ij.q.liiij.& Supple.& mentẽ Ro. negligentia dupliciter poteſt eſſe peccatũ mortale. Primò ſi id qđ omittit̃ ex negligentia,ſit de neceſsitate ſalutis,id eſt, cadat ſub aliquo præcepto.ſiue ſit actus,ſiue circũſtantia. Secundò,ſi voluntas intantũ ſit remiſſa circa ea,quę ſunt Dei, vt totaliter deficiat à diuina charitate:quod præcipuę cõtingit,quãdo negligentia ſequitur ex contemptu. Si autẽ negligentia non ſit circa aliquid de neceſsitate ſalutis,nec ex contemptu,nõ eſt mortale,ſuprà Medicus.§.j.infrà prædicator. Videtur autẽ velle Arch.in ij.parte.tit.ix.c.iij.in fi.quòd negligentia quãdo eſt ex cõſuetudine ſit mortalis:ſicut ſi quis conſueuit horas non dicere ſolicitè & deuotè. Sed ego dico quòd conſuetudo id,quod de ſe eſt veniale, nunquam faciat mortale:vt patet ex dictis ſuprà Ebrietas. Vnde ſi iſta negligentia conſueta eſſet circa omiſsionem horarum,eſſet mortalis:ſecus ſi circa omiſsionem deuotionis in dicendo horas: quia illa deuotio non eſt ſub præcepto. Poteſt tamen hoc dictum eſſe aliquo modo verũ circa religioſos, vt infrà Religio,primo.§.xij.in fi. De negligentia iudicis laici ſupplenda per eccleſiaſticum,ſuprà Iudex.j.§.iij. De negligentia etiam conferendi beneficia eccleſiaſtica ſuprà Beneficium,ſecundo.§.vj. Et ibi etiam de negligentia prouidendi in eccleſia cathedrali, vel regulari. De negligentia prælati, infrà Prælatus.§.iiij.

## De Negotio, Negotiatore, & negotiatione.

1 *Negotiatio an ſit licita.*
2 *Mercatio quot modis reddatur illicita.*
3 *Negotiatio quæ ſit illicita, et negotiatorẽ expellat de tẽplo Dei*
4 *Aſſecurationes, quæ fiunt à mercatoribus, an ſint licita, & quis contractus ille ſit & num.5.*

NEGOTIVM dictum eſt quaſi negans otiũ. de verb. ſign.forus.§.conſtat.& cõſequenter ex ipſo nomine importat priuationẽ otij: & ſignificat actũ omnem cui otiũ repugnat:puta actus regiminis ciuitatis aut domus: ſecundũ quòd dicuntur quædã negotia publica & quædã priuata:& ſimiliter actus commutationum ordinatarum ad lucrũ,qui maximam ſolicitudinẽ requirunt. Eſt igitur negotiũ in communi actus humanus practicus,qui vulgo exercitium dicitur:ſpecialiter autẽ vt nunc principaliter intendimus, negotium eſt commutatio vel permutatio lucratiua,id eſt,ad lucrum ordinata. Et idem ſignificat negotiatio, ſed alio modo,id eſt,in abſtracto. Et idem ſimiliter ſignificat mercatio vel mercantia:ſed differt voce : quia negotium à negatione otij dicit̃:& mercatio à mercatu vel mercato,id eſt, à cœtu commutantiũ,vel à loco in quo fiunt commutationes. ¶Negotiator autem in communi eſt:qui actum practicum exercet ſiue qui vacat alicui exercitio. Specialiter autem,vt principaliter intendimus, eſt is, qui negotiationem,id eſt,commutationem lucratiuam exercet:ſiue ſub alijs verbis,eſt,qui rem comparat,vt integram & immutatam vendẽdo lucretur, ſecundum Io.And.poſt Arch.& Chriſto. Secus ſi emeret vt eſſet ſibi materia aliquid inde operandi:vt dicit Chryſo. lxxxviij.di.eijciens. Secus ſi emit vt vendat diuiſam aut mutatam.de quo vide ſ̃.Emptio.§.ix.& idem penitus ſignificat mercator:vnde vno vocabulo pro alio,indifferẽter doc.vtuntur. ¶Quotuplex autem ſit negotium, & quomodo clericis ſit illicitum vel licitum,dictum eſt ſ̃.Clericus.iij.§.j. ¶Negotiatio autem quantum ad materiam circa quam,eſt triplex. Prima ſcilicet pecuniæ ad pecuniam,quæ dicitur cambium. de qua ſpecialiter j̃.Vſura.iiij.§.j.& ſecunda pecunię ad rem quæ dicitur emptio,de qua.inquantũ ibi includitur emptio & venditio,dictum eſt ſpecialiter.§.ſ̃.Emptio.§.x. Tertia eſt rei ad rem,quæ dicitur permutatio , ſeu vulgo baratum.de qua ſpecialiter j̃.Permutatio. Quantum verò ad finem eſt

1 duplex,vt j̃.§.j. ¶Primò verò quæritur,†vtrũ negotiatio de ſe ſit licita vel illicita? Et dico ex Archid.poſt S. Tho.ij.ij.q.lxxvij.ar.iiij.quòd commutatio, quæ ſcilicet eſt de ratione negotiationis,eſt duplex ſecundum Philoſophũ.j.Poli. Vna ſcilicet quaſi naturalis & neceſſaria,ſcilicet rerum ad res vel ad pecunias propter neceſsitatem vitæ,quæ propriè non ad mercatores,ſed ad œconomos & politicos pertinet: qui habent prouidere familiæ aut ciuitati de neceſſarijs. Et alia denariorũ ad denarios,vel rerum ad denarios: adde vel ad res: non ad neceſsitatem vitæ, ſed ad lucrum conſequendum. quæ propriè dicitur negotiatio. Prima igitur,ſecundum Philoſophum,eſt de ſe laudabilis : quia habet honeſtum finem: cùm deſeruiat neceſsitati vitæ:licet in ea poſsint diuerſa peccata committi,quæ ſunt hominum vitia,&non artis in ſe. Secunda verò conſiderata ſecundum ſe habet quandam turpitudinem,inquantum de ſui ratione non importat neceſſarium vel honeſtum finem,ſed quantum eſt de ſe,deſeruit cupiditati lucri,quæ terminum neſcit,ſed tendit in infinitum: poteſt tamen fieri licita,ſi mercator ordinet lucrum ad aliquem finem honeſtum vel neceſſarium:quia illud lucrum, & ſi in ſe non importet aliquem finem honeſtum vel neceſſarium:nihil tamen importat in ſui ratione vitioſum contrarium rationi:vnde ordinari poteſt ad finem honeſtum & neceſſarium:puta ſi negotiator illud ordinet ad ſuſtentationem decentem ſui & familiæ,aut ſubuentionem pauperum, aut publicam vtilitatem,ne ſcilicet deſint patriæ neceſſaria ad vitam,& inde lucrum expetit non quaſi finem, ſed quaſi

2 ſtipendium laboris. ¶Secundò quæritur,†quot modis mercatio reddatur illicitas? Et dico quòd multipliciter ſecũdum Ray.& Alex.in tertia parte.& Innoc.in c.j.ne cle.vel mo.& Pan.ibidem.ex quibus colligitur quòd eſt illicita ſex modis. ¶Primò,ex cauſa ſeu fine,quando ſcilicet fit propter auaritiam,id eſt,improbam cupiditatem diuitiarum , vel alium malum finem:& tunc eſt peccatum veniale aut mortale eo modo quo ille finis. ¶Secundò, ex perſona puta ſi ſit clericus,& à fortiori religioſus:vt ſ̃.Clericus.iij.per totũ.laicis autem eſt licita regulariter. ¶Tertiò, ex tempore:vt ſi fiat diebus feſtis:quia eſt opus ſeruile.de hoc vt ſ̃.Dñica.§.iij.quod tamen ſecundũ Pet.de Pa.fallit in nundinis ſcitis & toleratis,ſi diuina non omittantur:ſecus ſi nundinæ eſſent prohibitę. ¶Quartò,ex loco:quia in loco inhoneſto & ſuſpecto non debet qs negotiari,ſeu etiã cõuerſari.ff.de arbi.l.ſi cũ dies.§ arbiter.lxxxj.di.in omnibus.xxvij.q.j.ſi quis ſacro . ſimiliter neq; in eccleſia.xvj.q.viij.& hoc diximus . imò hoc eſſet mortale,niſi magna neceſsitas excuſaret.de imm.ecc.decet domũ Dei.l.vj.iũcto c.relinqui nolumus.de cu.euch. Quod intellige ſi quid notabile fiat:ſecus in modico,& cũ ſtrepitu verborũ ac intentiõe lucrãdi:ſecus ſine verbis,& cũ intentione ſatisfaciendi honori diuino,& fidelium deuotioni principaliter,vt in candelis:licet fortè ſecundariò intendatur aliquod lucrũ,ſine quo tñ hoc fieret,ſi vendens ſecurus eſſet de ſua indẽntitate:vñ laici,qui eas ꝓſumunt vẽdere vt lucrent̃, extra eccleſiã vendere cogunt̃. ¶Quintò,ex modo,puta quia exercet̃ doloſè vel cũ mendacijs & periurijs. ¶Sextò,ex cõmercio,qñ ſcilicet illud eſt reipublicæ dãnoſum: ſicut cùm quis totũ granum aut omnes merces emit, vt coactis alijs à ſe emere vendat ſuo modo. Et idem eſt quoties quæritur lucrum immoderatũ,de emp.& ven.c.j.quod arbitrio boniviri limitandum eſt,ſcđm gl.Ray. Et ſimiliter ſcđm Arch.idem eſt qñ omnes cõueniunt vt certo pretio vendant,vel vnus ſolus vendat tale quid:niſi pretiũ eſſet cõueniens. Conſiliũ aũt eſt Hoſt.quòd taxatio pretij fiat per epiſcopũ:ſed hoc eſt cõſiliũ:ſi tñ per ipſum vel melius per rectores ciuitatis taxaret̃ ſcđm Arch.poſſet carius vendi ſine peccato. ¶Septimò,ex cõſortio:vñ qui ſocietatem habet cũ negotiatore , quem ſcit malæ conſcientiæ,tenet̃ ſecundũ Arc.ſoluere ſocietatem ſi poteſt ſcilicet cõmodè:vel ſi nõ põt,proteſtari quòd de illicitis lucris participare nõ velit.ar.di.lxxxij.error.&.c. facientes.& ſuper hoc debet inquirere,ne craſſa & non excuſante ignorantia laboret. ¶Nõ eſt autem neceſſariũ quòd lucrũ inde per hos modos quæſitũ reſtituat̃ aut pauperibus detur, licet ſit conſiliũ ſecundũ Doc.quod fallit primò ſi quis iniuſtitiam cõmiſiſſet circa pretiũ iuſtũ in plus vendendo,vel in minus emendo.& ſcđò ſcđm Ro.ſi quis fuit cauſa excreſcentiæ pretij emendo totũ aliquid vt carius venderet:quia tenet̃ læſis,ſi aliàs dãnũ illud nõ eueniſſet:& ratio, quia fuit cauſa

3 dãni iniuſtè. ¶Tertiò quærit̃,†quæ ſit negotiatio ſic illicita quòd ſit mortale,& negotiatorem expellat de templo Dei. Et dico quòd eſt primò illa,quæ eſt cũ periurijs,vt patet. Et ſecũdò ea,quæ cũ mendacijs pernicioſis,id eſt , ordinatis ad decipiendũ in aliquo notabili,vel etiã in modico,ſi adſit̃ animus decipiendi in magno,ſcđm Arc.ſecus ſi fiãt ad cõſeruãdã indẽtitatem vendentis,ſiue ad vendendũ iuſto pretio,aut ad decipiendũ in aliquo modico,cũ animo nõ decipiendi in magno:quia eſt veniale ſcđm Ray.licet Hoſt.falsò dicat eſſe mortale,ſi aſsiduè fiat:ſumens exemplũ de ebrietate. ſed nõ eſt verũ:quia veniale de ſe quãtũcunq; multiplicet̃ & cõtinuet̃,nũquã fit mortale.ij.ij.q.cl.ar.ij. Nec eſt ſimile de ebrietate,quæ de ſe eſt mortale ſi ſcienter admittat̃ ſine neceſsitate:quã ſcientiã aſsiduitas arguit. Et tertiò illa quæ eſt cũ intentiõe finali in lucro,ponendo ,ſcilicet ibi finem vltimũ quod tũc eſt,cũ illud ſibi Deo charius:ita quòd quis Deũ per mortale cõtemneret vt lucrũ nanciſcatur. Et quartò generaliter,ea,quæ eſt cum emptione aut venditione quæ ſit

4 mortale.de quo vide ſ̃.Emptio. ¶Quartò quæritur,†vtrum licitæ ſint aſſecurationes quæ plerũq; fiunt à mercatoribus, licet non ſint mercantiæ? Et dico hoc fieri tripliciter. ¶Primò ſcilicet in mercibus:vt cùm qui mittit aut expectat merces per mare vel loca periculoſa , & timet de ſubmerſione vel præda,& ſpondet alicui quinq; vel ſex pro centenario vt ille eum aſſecuret,id eſt,ſe obliget omnia ſoluturum ſi perierint. Et dicit Arch.hoc licitè fieri,& aſſecurãtem poſſe dicta quinq; vel ſex lucrari,ſi res ſaluæ fuerint ratione periculi:quia ibi non eſt mutuum,vt patet:nec turpe lucrum, cùm non inueniatur prohibitum hoc,& hominum vtilitati deſeruiat,vt experimur. Nec obſtat cap.nauiganti. de vſur.vbi vſura eſt,ſi is,qui ſuſcipit in ſe periculum mercium,& inde aliquid percipit:quia,vt not.Io.Calde.illud eſt quando percipit ratione mutui facti mercatori , non ratione periculi . ¶Et ſecundò fit in pecunijs : & hoc dupliciter , ſcilicet eo modo quo de mercibus dictum eſt,cùm deferuntur cum periculo: & eſt idem iudicium,vt ibi : & rurſus cùm quis ſatiſdat pro

eo,qui eas mutuo accipit grauiter vel ſub vſuris, de quo timetur quòd fallat:& pro ſatiſdatione vult vnum vel duo pro centenario.& hoc Arch.poſt Lau.de ri.ſi ille accipiens non erat omnino ſecurus:dicit ratione periculi: ſed ſi eſſet omnino ſecurus,vt quia habet in bonis,non videtur lucrum eſſe tutum:quia videtur implicitum mutuum, & eſſet vſura manifeſta,ſi idem eſſet mutuator & ſatiſdator.Ego verò dico quòd nullus poteſt eſſe ita ſecurus quin poſsit aliquod interuenire periculum,vel ſaltem aliqua difficultas & labor in rehabendo:& ratione huius poteſt aliquid percipere plus aut minus ſecundum periculi & rei qualitatem.Et tertiò fit in perſonis:& hoc dupliciter,ſcilicet per ſaluum conductum perſonale:& pro hoc licitum eſt aliquid accipere, modò ꝓmiſſa ſeruentur:&cùm certatur ſuper futura morte aut vita alicuius,& vnus obligat ſe ad decem danda ſi tali tempore nõ fuerit viuus:& ſimiliter alius ſi eodem tempore nõ fuerit mortuus:& ſecundũ Arc.hoc lucrũ licitum nõ videtur:quia nulli vtilitati,ſed ſoli cupiditati deſeruit, & poteſt dici turpe lucrum:& datur via ad mortem optandam alicuius:&pauperibus erogandum eſt.xiiij.q.v.hab etis.de conſilio tamen, vt dicit,non de neceſsitate.Et idem dicendũ dicit de omni cõtentiõe facta inter quoſcunq; de quocunq; euentu,vel cuiuſcunq; rei veritate,quæ à quibuſdã dicitur inuadiatio:&omne tale lucrũ videtur turpe:vel ſaltem dic eſſe vanũ. ¶Quintò
5 quæritur,†quis contractus ſit in aſſecuratione & alijs dictis in §.priore.?Et dico quòd excepto caſu cautionis pecuniæ mutuatæ,in alijs non eſt ludus:quia nõ ordinantur ad totũ, ſed ad lucrũ.Eſt aũt in aſſecuratione rerum & pecuniarũ delatarum cõtractus innominatus,de quo habes ſ.Cõtractus. §.iiij.& ſimiliter in alijs enumeratis:quia ad hoc quod eſt do vt facias,reducitur do ſi facias:vel do ſi fiat,vel ſi erit, vel ſi fit,vel ſi eſt.licet dici poſsit in aſſecuratione rerum delatarum eſſe locationem rerum conducendarum ſecurè.

NEOPHYTVS dictus eſt quaſi nouus in fide:à neos nouum,& phytos fides.xlviij.di.quoniam.& talis prohibetur ordinari etiam ad minores ordines,vt ibi:vbi & cauſa redditur:imò & tonſurari.arg.xix.q.iij.monaſterijs. dicitur etiam & nouus in religione per traſſumptionem:vt ead.diſt.xlviij.ſicut.de quo infrà Religio,quintò,per totum.

¶NECROMANTIA.Vide ſuprà Superſtitio.

NOMINATIO propriè dicitur eſſe vnus modus prouidendi in eccleſijs vacantibus. Sed ſciendum eſt quòd eſt triplex,ſecundum Panorm.in c.quia ſicut.de elec.vna ſcilicet non ſolennis:vt quando ante ſcrutinium inter electores aliquis nominatur tanquam bonus & ſufficiens:quæ non tribuit ius nominato: ſed ſolùm proponitur in collegio vt eligatur ſi placet.Alia verò eſt,quæ fit in ſcrutinio electionis.intellige vt dicendo,eligo talem,&nomino talem:per quam non acquiritur ius.ar.cap. ſi tibi abſenti.de præben.lib.vj.Sed tamen publicato ſcrutinio non poteſt nominans variare,ſi dignum nominauit. prius autem videtur poſſe:vt in c.publicato.de elec.Alia verò eſt ſolennis,quæ ſecundum Hoſt.fit quando duo vel tres,qui ſunt ſolenniores in capitulo vel alibi nominantur papæ: adde vel ſuperiori, & per collegium petitur vt de aliquo eorum prouideat:& per hanc quodam modo acquiritur ius nominatis ſecundum Summam Roſ.ſed Pan.ibidem tenet contrarium:,licet non poſsint nominantes variare,] poſtquam eſt ſuperiori nominatio præſentata,ſecundum eundem Panor.& Hoſt.in cap. bonæ.el primo.de electio.De numero autem vocum videtur hic dicendum,ſicut infrà de poſtulatione.§.ij.

NOMINATIM idem eſt quod nomine nominato: ſicut dicitur quis expreſſus aut vocatus nominatim, ſi hoc fiat eius nomine expreſſo.Igitur ſecundum Inno.in c.la Lateranenſi.de præben.interdicti nominatim dicuntur, qui interdicti ſunt expreſsis nominibus proprijs, & ſimiliter omnes de ciuitate vel caſtro,ſi illa vel illud interdicitur,id eſt, homines illius.ſecus autem ſi excommunicatur Petrus cum ſuis fautoribus:quia fautores non ſunt excommunicati, niſi de fauore notoriè conſtaret.Hoc autem dictum Inno.intellige ſic quòd prolata excommunicatione vel interdicto ſub aliquo nomine,puta talis populi aut fautoris talis rei vel perſonæ, excommunicari vel inter dicti ſunt nominatim omnes quibus illud nomen notoriè conuenit:ſicut ſi interdicitur populus,omnes,quos,notoriè ſiue per certitudinem indubitatam conſtat de illo populo eſſe:non autem alij.Et ſi interdicuntur vel excommunicantur alicuius fautores,omnes quos notoriè conſtat eſſe fautores.Sed Pan.in eo.c. dicit contra Inno.eſſe gl.in cle.j.de vi.& ho.cle.in verbo,nominatim,id eſt,proprijs nominibus expreſsis.Sed illa gloſſ. per nomina telligit ipſa nomina & circunſtantias indubitabiles,quæ vicem habeant proprij nominis.quod patet per ſimilem gl.in c.conſtitutionem.de ſent.excom.libr.vj.quæ habet in verbo nominatim,id eſt,proprijs nominibus expreſsis, vel alijs indubitabilibus circunſtantijs, quę habeant vicem proprij nominis.Pan.autem ibi nititur concordare prædictas opiniones:& dicit quòd vbi agitur de pœna incurrenda ipſo facto, non dicitur quid fieri nominatim,niſi exprimatur ipſum proprium nomen:quia hoc importat etymologia vocabuli.&in iſtis odioſis non eſt recedendum à propria ſignificatione verborum:vt in c.ſtatutum.de elec.lib.vj.niſi circunſtantiæ ſint ita expreſſæ & ſtrictæ quòd ex toto vicem proprij nominis importent.& facit lex ij.ff.de lib.& poſthu.& Inſti.de exhæ. li.§.nominatim.& in l.quoties.§. ſi quis nomen.ff.de hæred. inſti.& l.certum.ff.ſi cert.peta.vt puta ſi dicatur,filius Petri, qui ſcilicet vnicum habet filium,& huiuſmodi. Si verò non agitur de pœna incurrenda ipſo facto:tunc etiam dicitur nominatim expreſſus,qui per circunſtantias non ſic ſtrictas eſt expreſſus.Et ſic intellige Inno.cùm dicit quòd interdicta ciuitate,id eſt,populo eius,&c.Et ad glo.in c.à nobis. el j.de ſent.excom.quam videntur ſequi communiter Docto.quæ dicit quòd dum dicitur,quiſquis furtum fecerit,excommunicatus ſit:omnes nominatim intelliguntur excommunicati, qui furtum fecerunt,tanquam expreſsis proprijs nominibus. Summa Angelica dicit dicendum quòd intelligitur quòd ita ſunt excommunicati,quaſi nominatim fuiſſent expreſsi: non quod dicantur nominatim excommunicati. Sed quia glo.expreſſe dicit quòd intelliguntur nominatim excommunicati:tu dic quòd loquitur quando conſtat notoriè aliquem ſiue certitudinaliter furtum admiſiſſe.

¶NOTARIVS,infrà Tabellio.

## De Notorio.

1 *Notorium in genere quot modis ſumitur.*
2 *Notorium facti quotuplex eſt.*
3 *Notorium iuris quotuplex eſt.*
4 *Notorium facti an efficiat notitia decem virorum.*
5 *Notorium qualiter probetur.*
6 *Notoria an exigant ordinem iuris.*

NOTORIVM dictum à noto, quod eſt ſigno vel demonſtro,eſt aliquid adeò intricatum,quod ſecundum Io.de Lig.&do.Ant.multi de notorio loquuntur quid ſit notorium ignorantes:&,vt videtur,importat euidentiam rei alicuius talem,quòd ſine tergiuerſatione notari poſsit.
¶Primò ergo quæritur,†quot modis ſumitur notorium in 1
genere? Et dico quòd aliqui dicunt quòd notorium dicitur dupliciter,ſiue eſt duplex, ſcilicet iuris & facti: quidam verò quòd eſt triplex, ſcilicet iuris facti & præſumptionis: quidam etiã notorium iuris diuidentes in duo, ſcilicet confeſsionis & conuictionis.dicũt quòd eſt quadruplex,& ratio horum patebit ex dicẽdis.Dico ergo quòd in genere dicitur duobus modis.Primò,ſcilicet impropriè,vt eſt aliquid notabile nõ in ſe,ſed in alio: quod tamẽ de ſe nõ facit euidentiã talis rei,ſed ſolùm ex ordinatione iuris.& ſic notoriũ dicitur præſumptionis.& ſecundũ Pan.in gl.& in c.veſtra. de coha. cle.& mu.& Arch.eſt illud quod ius euidenter præſumit ex alio noto:ſicut quis habetur publicè & notoriè pro filio alicuius ex cõiecturis inductis à iure.Et ſecundò propriè,vt eſt notabile in ſe.& hoc dupliciter.Quoddã enim eſt notoriũ facti:& ſecundũ Arch.poſt gl.ij.q.j.de manifeſta. eſt illud qđ exhibet ſe & offert oculis omniũ,id eſt,quod ita habet euidentiã facti quòd negari nõ poteſt,ſcilicet probabiliter.d.c. veſtra.quod & intellige quòd habet euidentiã in ſe,vt quia videri poteſt:vel in alio,quod de ſe arguit illud,& nõ ſolùm ex diſpoſitione iuris,vt fornicatio ſacerdotis videtur in argumentis gradientibus ſuper terrã.Vel vt in d.c.de manifeſta. ſecundũ Arc.eſt illud,cuius populus eſt teſtis,& nõ eſt locus inficiationi.xv.diſt.c.in ſacerdotibus.de coha.cle.tua.ff.de ritu nupt.l.palã.in princ.Vel,vt dicit Pan.vbi ſuprà, eſt clara & famoſa loquutio ex euidẽtia rei ſurgẽs,quæ tergiuerſatiõe aliqua celari non poteſt:vt probatur in d.c.tua.&.c.euidẽtia. de accuſ.Duæ primæ diffinitiones dantur de iſto notorio in ſe:tertia verò de eodẽ,vt eſt in ſuo effectu, id eſt, hominum loquutione.Sed hoc eſt notandum ſecundũ Pan.vbi ſ.quòd notorium,intellige facti,ex tribus cauſatur ex ſcientia hominum ſcilicet nõ paucorum,& ex loci ac tẽporis qualitate, ita ſcilicet quòd nõ fiat nocte vel in loco ſecreto. Circa qđtiã ſecundũ Cal.diſcretus iudex ex circũſtantijs arbitrabitur factũ eſſe notorium vel non eſſe. Quoddã verò eſt notoriũ iuris:& ſecundum Panorm.vbi ſuprà, eſt ſpontanea confeſſio,clara probatio,iuſta,indubitata & irreuocabilis diffinitio.Sed iſta diffinitio eſt generis per ſuas ſpecies, vt patebit §.iij.Ideo tu dic quòd notorium iuris eſt id,quod eſt notorium in actu iuridico,id eſt,in iudicio. ¶Secundò quæritur, ſpecialiter,†quotuplex eſt notorium facti.Et dico quòd hoc notorium poteſt diuidi dupliciter,ſcilicet ex parte facti notorij,& ex parte eorum quibus eſt notorium. ¶Primò modo intelligo Panormitanũ vbi ſuprà, & Archidiacon.poſt gloſſ.vbi ſuprà,ſcilicet quòd notorium facti eſt triplex.Primum eſt facti permanentis:vt quod palatium dominorum eſt in platea.& ſic dicitur notorium quaſi res nota omnibus videntibus illam videre.Pro quo authẽti.qui ſemel. C.quomodo & quando iud.& cap.euidentia.de accuſatio.Secundũ eſt facti tranſeuntis,& nõ redeuntis:vt ſi in conſpectu populi ſit aliquis interfectus.ſimiliter vox præconis: quia huiuſmodi factum notorium eſt pro tunc,non pro nunc:& ſic intellige quod not.glo.in dicta authen.qui ſemel.Tertium eſt facti interpolati:ſecus eius qui paratus eſt mutuare ad vſuram,& meretricis:quia nec ille ſemper mutuat,nec ſemper illa peccat.Barto.autem poſt Iaco.de Butrio in l.ciues.C.de appel.dicit notorium eſſe quod habet actum permanentẽ: vt quod palatium dominorũ eſt in platea.Quæ autem nunquam habuerunt actum permanentem,vt vox præconis, & huiuſmodi, tranſire non poſſunt in notorium, ſed bene in manifeſtum. Sed primum eſt melius: alioquin non daretur notorius fornicator. Si verò diuidatur ex parte eorum,quibus eſt notorium:ſic aliquid dicitur notorium in monaſterio parochia,vel terra,aut prouincia:& generaliter in omni congregatione decem perſonarum.de quo vide infrà §.iiij.



¶Tertiò quæritur,†etiam ſpecialiter, quotuplex eſt noto- 3
rium iuris?Et dico quòd eſt triplex, ſcilicet illud,de quo qs eſt comdemnatus in iudicio,vel conuictus,vel ſponte confeſſus:quia,vt dicit Panor.vbi ſuprà,ex ſententia in iure facta oritur notoriũ,nec poteſt amplius retractari: vt in d.cap veſtra.& ca.fin.& in cap.cum inter.de re iudi.ſimiliter ex probatione clara & indubitata:vt in cap. cum olim. de verborũ ſignificat.& ex ſpõtanea confeſsione:vt in dicto cap.veſtra.
¶Quartò quæritur,† vtrum ad notorium facti requiratur 4
notitia totius populi vel maioris partis:aut certè ſufficiat notitia decem virorũ?Et dico de hoc fuiſſe opiniones, quibuſdam dicentibus quòd requiritur ſcientia totius vel maioris partis populi:alijs verò econtrario quòd ſufficit ſcientia decem perſonarum.pro quo ſciendum eſt quòd decem perſonæ plebem faciunt,vt patet in tex.& gloſ.x.quæſtio.iij.vnio. & ſecundum gloſ.Ray.faciunt populum.& ideo vbi eſt adunatio decem perſonarum,poteſt oriri notoriũ,vt patet gloſ. in dicto cap.de manifeſta.vbi autem pauciores ſunt non poteſt oriri:vt dicit Panorm.in dicto cap.veſtras.Gloſ.ergo in dicto cap.de manifeſta.dicit ſufficere notitiam decem hominum:mota quia hic numerus plebem facit.Panormitanus verò vbi ſuprà dicit non requiri ſcientiam totius populi, ſed totius viciniæ vel maioris partis.ita quòd non ſint minores,id eſt,pauciores decem.quod Summa Angelica intelligit quaſi nõ ſint pauciores decem illi,qui ſciunt:ſed male: quia illa intelligit,ſiue intelligere debuit, quòd nõ ſint pauciores illi de vicinia.Vnde Supple.& Summa Roſel.habent alium ſenſum:vt ſufficiat ſcientia omnium vel maioris partis eorum qui ſunt in aliquo loco,ſcilicet villa,vel parochia: etiam,inquiunt ſi ibi non ſint niſi decem perſonæ:& ſic conſequẽter ſufficit ſi ſciant ſex:quia eo caſu teſtis eſt populus,cum ſit teſtis maior pars populi. & ſi populus vel cœtus ſit cœtus xx. hominum,ſufficiat ad eſſe notorium in tali populo ſi ſciant xj.& ſic de alijs.Igitur vbi ſex ſciũt,dicitur notorium ſimpliciter,licet non dicatur notorium in prouincia vel ciuitate. quod patet,tum quia aliàs ſi ſcientia ſex perſonaſum non facit notorium,inter occultum diuiſum contra notorium immediatè daretur medium,cum tale occultum ſit quod quinque ſciunt,vt patet per gloſſ.quæſtio.j.manifeſta.de pœnit. diſtin.j.§.hæc autem ſecreta.tum etiam quia glo.Ray. dicit quòd etiam ſi parochia habeat mille parochianos,& ex illis ſolùm decem graues & honeſtæ perſonæ,ſcandalizantur de focaria ſacerdotis: dici poteſt quòd populus ſcandalizatur, cum decem homines populum faciant:& ſic ſex ſunt maior pars populi alicuius:tum etiam quia ſi hoc non ſufficit, non poſſet probari notoriũ in aliqua plebe,niſi numeratis omnibus plebanis,& facta fide quòd non ſint plures,ad videndum an maior pars ſciat.quod videtur ridiculum: cum interdum in plebe ſint multa hominum millia. ¶Quintò quæritur,
†qualiter probetur notorium?Et dicit Panormit.vbi ſupra, 5
ſufficere duos teſtes,licet non ſufficiant ad illud cauſandum quia in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbũ.De quo vide glo.in §.quando.ij.quæſt.j.& quod not.glo. in l.iij.
ff.de teſt. ¶Sextò quæritur,†vtrum in notorijs ſeruandus ſit 6
ordo iuris?Et dicit Panor.vbi ſuprà,quod ſic in notorio præſumpto:ſed ibi eſt ſpeciale in notorio autẽ facti non requiritur niſi ſcientia & citatio:imò ſi conſtat quòd nulla poſsit competere defenſio,citatio non requiritur:quia illa fit vt ſe defendat.& ſic intelligitur cap.olim.de re iudicata.& cap.venerabilem.de electione.Sed vbi competere poteſt defenſio ſine citatione,ſentẽtia nõ valebit.& ſic intelligitur clemen. paſtoralis.de re iudi.Requiritur etiam ſententia,ſed cum ſolita ſolennitate.Non autem litis conteſtatio &alius iudicia-

rius ordo ſolennitatem reſpiciens: vt dicta clem.paſtoralis. Adde quòd requiritur probatio per duos teſtes ad minus:vt in gloſ.l.iij.ff.de teſtib.niſi ſit notorium facti permanentis: vt in cap.euidentia.de accuſ.

NOVALE in priuilegijs piorum locorũ intelligitur omnis ager nouiter ad cultum redactus,de quo non extat memoria quòd aliquando fuerit cultus.de verborum ſignificatione.l.quid per nouale.

¶NOVITIVS.vide infrà Religio,quintò,per totum.

## De Nuntiatione noui operis.

1 *Nuntiatio noui operis quibus cauſis fiat,& pro quibus operibus.& num.2.*
3 *Nuntiatio noui operis cui fiat,& quibus modis..& nu.4.*
5 *Nuntiatio noui operis quot modis remittatur.*

NOVI operis nuntiatio ſecundum Hoſt.eſt ædificanti nouiter in alterius præiudiciũ prohibitio facta legaliter.ff.de no.ope nunt.l.j.Et dicitur nouiter ędificãs, non ſolùm qui ædificium nouũ inſtruit,ſed etiam qui inſtructi formam immutat.ff.eo.l.j §.opus nouum. nõ autem qui imponit incrementum, aut reficit antiquũ.d.l.j.§.ſi quis ædificiũ.niſi ex toto fuiſſet deſtructũ:vt not.in c.conſuluit. de
1 Iudæ.¶Primò verò quæritur,† quibus cauſis fiat hæc nuntiatio? Et dico quòd tribus:gratia ſcilicet tuendi ius propriũ aut publicũ,aut damni repellendi.d.l.j.§.nunc videmus.&§.
2 nuntiatio. ¶Secundò quæritur,† pro quibus operibus fieri poſsit? Et dico quòd ſolùm pro coniunctis ſolo, vel his quæ in ſolo fiunt quorum ædificatio vel demolitio videtur opus nouum:vt dicta l.j.§.hoc autem edictum.& ad pręterita nõ fit,ſed ad futura,vt ibidem.Et ſe extendit etiam ad eccleſiã & locum religioſum:cum hæc non ſint in alterius præiudicium conſtruenda:vt extra eod.cap.j.quod tamen fallit quãdo epiſcopus propter neceſsitatem populi aliam eccleſiam vult ædificare,licet ſit in aliarum eccleſiarum præiudicium de eccle.ædifi.ad audientiam.Non autem ſe extẽdit ad purgationem cloacarum & riuorum:quia hoc eſt publicæ vtilitatis & ſecuritatis.ff.eo.l.de pupillo.§.ſi quis riuos.¶Tertiò
3 quæritur.†cui hæc nuntiatio fiat? Et dico quòd domino, vel procuratori,ſeruo,puero,vel fabro,id eſt,ei qui fabricat,d.l. de pupillo.§.nuntiare.& debet fieri in præſenti in ipſo opere,& non tantùm domino,ſed his qui ſunt ibi.¶Quartò quęritur,†quibus modis fiat? Et dico quòd tribus.Primò ſimpli
4 ci verbo inhibendo.Secundo per inhibitionẽ prætoris.Tertiò,iactando lapillum & dicendo,nuntio tibi opus nouum per iactum lapilli.licet aliqui dicãt iactum lapilli fieri debere ter.arg.ff.de re iud.l.cõtumacia. de conſtitut.ex literis.in gloſ.vbi trina monitio eſt legitima.Nuntians primo modo perdit poſſeſsionem,& facit aduerſarium poſſeſſorem : ſed ſecundo & tertio modo retinet poſſeſsionem,ſecũdum Bernard.in cap.ex parte.de verborum ſignificatione.& dicta l.
5 de pupillo.& dicta l.j.¶Quintò quæritur,† quot modis remittitur iſta nuntiatio ſeu prohibitio? Et dico quòd quatuor Primò verbis expreſſe.ff.eodem.l. non ſolum.§. ſciendum. Secundò,tranſactione,ibidem.l.j.§.inde quæritur. Tertiò, morte nuntiatoris. dicta l. non ſolum §.morte. Quartò ſatiſdatione.Sed denuntians habet tres menſes ad deliberandũ an velit de ſuo iure docere,aut recipere cautionem de demoliendo,in quibus denuntiatus ædificare non poterit ; ſi tamẽ intra tres menſes de ſuo iure non docuerit,poſtea denuntiatus caueat de opere demoliendo,& ædificet.C.eodem.l.vnica.& in cap.vlt.extra eodem.¶Sextò quæritur,quis ſit huius nuntiationis effectus? Et dico quòd omne ædificatum poſt illam demoliri debet ędificans ſuis expenſis,d.l.j.& l.prętor. §.j.eod.titu.& extra eo.per totum.

NVBERE,id eſt,matrimonium contrahere, nõ inducit infamiam in muliere intra annum lugubrem,de ſecundis nuptijs. ſuper.& pœnæ intra illud tẽpus impoſitæ mulieri contrahenti per leges ciuiles , ſecundum Bart.in l.ſi qua mulier. C. de ſecun.nupt.per ius canonicũ ſunt correctæ ſi ſunt impoſitæ quia nupſit nimis feſtinanter:non autem quæ ſunt impoſitæ quia ſecũdò nupſit:intellige in fauorem filiorum.Et idem Panor.in c.fi.de ſecun.nup.vide ſuprà Lex.§.2.

## De Nuptijs.

1 *Nuptiæ ſecundæ an ſint benedicendæ,& quid ſi ex parte alterius tantùm ſint ſecundæ.& nu.2.*
3 *Benedicti duo ſi ante conſummationem matrimonij ſeparentur.& cum alijs contrahant,an denuò benedicantur.*
4 *Benedicendi an ſint ad ſecunda vota tranſeuntes,qui nunquã antea fuerunt benedicti.*

NVPTIAE dictæ quaſi nube tectæ, eo quòd nubentium capita velabantur.xxxv.q.v.noſtrates.& cap.fœminæ.idem ſunt quod matrimoniũ.ead.quæſtio cap. nullam.licet aliquando ſumantur pro copula carnali:ſicut ſponſus beatæ Mariæ dicitur ad eius nuptias nõ perueniſſe.
¶Primò ergo quæritur,† vtrũ ſecũdæ nuptiæ ſint benedi- 1
cẽdæ? Et dico quòd ſecundæ nuptæ nõ ſunt benedicẽdæ.cuius rationẽ aſsignant gl.in c.capellanũ.de ſecũ.nup. quia ſacramentũ non debet iterari.quod Pan.ibi bene reprobat:quia non eſt illa benedictio ſacramentũ,ſed ſacramẽtale,de quo j.Sacramenta.Vnde ratio eſt,vt ſignificetur quòd cõtinentia præfertur matrimonio.vel ſecundũ S.Tho.in iiij.diſt.xxviij.in litera.& diſt.xlij.queſ.iij.ar.ij.ratio eſt defectus ſacramenti.de quo j.§.ſeq.Sacerdos autem benedicẽs ſecũdas nuptias debet ſuſpenſus ab officio & beneficio mitti ad apoſtolicam ſedẽ.extra eo.vir.Sed ſecundum Hoſt.& communiter doct.non eſt ſuſpenſus,ſed ſuſpendẽdus.Et ſecundũ Io.And. locum habet hęc pœna vbi benedicũtur ſecundæ nuptiæ durantibus primis.Sed hoc ſtare nõ poteſt cum dicẽdis.§.ſeq. ideo habet locum vbi ſunt ſecũdæ ex parte viri ac mulieris, vel ex parte mulieris tantũ,ſecundum Sã. Tho.vt §.ſequen.
¶Secundò quæritur:† quid ſi nuptiæ ſint ſecundæ ſolùm ex 2
parte alterius,ita quòd vnus tantùm coniugũ ſit aliàs benedictus? Et dicit San.Tho.in iiij.diſ.xlij.q.vlt.ar.vlt.quòd benedictio ideo à ſecũdis nuptijs ſubtrahitur, quia licet ſecundum matrimoniũ in ſe ſit perfectũ ſacramentum, tamen in ordine ad primũ habet aliquid de defectu ſacramẽti, non habens plenã ſignificationẽ,cum non ſit vna vnius, ſicut eſt in matrimonio Chriſti & eccleſiæ:ſed tamẽ intelligendum eſt quòd ſubtrahitur,quãdo ſunt ſecũdæ ex pte viri & mulieris vel ex parte mulieris tantùm:quia ſi virgo cõtrahat cum eo qui aliã habuit vxorẽ,nihilo minus nuptię benedicũtur:quia ſaluatur aliquo modo ſignificatio,etiã in ordine ad primas: quia & ſi Chriſtus vnã eccleſiam ſponſam habet tamẽ plures perſonas deſponſatas in vna eccleſia:ſed anima nõ poteſt eſſe ſponſa alterius quàm Chriſti propter quod quãdo mulier ſecũdò nubit nuptiæ nõ benedicũtur.hæc ex illo.Sed oppoſitũ tenet Pan.in c.vir.eo.ti.per illũ tex.ſcilicet quòd non debẽt ſecũdæ benedici,etiã ſi virgo ducatur in vxorẽ à tranſeunte ad ſecũdas nuptias,niſi ſubſit cõſuetudo per papã ſcita & tolerata. Et hoc in ſacramẽtalibus procedit,vt ad inducendũ conſuetudinẽ requiratur papæ tacitus cõſenſus. Cum qua opinione tranſit Hoſtien.Dir.Sum.Ang.& Sum.Roſel. & Supple .limitantes Sanct.Thom.quantum ad virginem ſi conſuetudo hoc habeat.Sed ego dico quòd illud verum eſt etiam ſi hoc conſuetudo non habeat:quia non eſt illicitum introducere cõſuetudinem bonã, quando nulla lex ei repugnat . Sed cõtra,inquit Pan.quia tex.hoc dicit quòd iſti ſunt benedicti,licet alter ipſorum tãtùm fuerit benedictus. Sed dico quòd ille tex.videtur habere ſenſum contrariũ,& velle quòd nõ benedicantur ſecundæ nuptiæ quãdo ambo fuerãt prius benedicti,ſic dicens: Vir autẽ & mulier ad bigamiam tranſiens nõ debet à presbytero benedici:quia cum alia vice benedicti ſint,eorũ benedictio iterari nõ debet.hæc text. Sed cõtra iterũ,inquit ipſe & Dir. quia cùm iſta benedictio ſit cõmunis marito & vxori,ex quo alter fuit benedictus, nõ debet benedictio iterari:quia iteraretur in perſona aliàs benedicta.Sed dico primò quòd alicubi benedicitur ſpõſa ſeorſum à ſpõſo:& ſecũdò quòd nõ inconuenit iteratò aliquẽ benedici ratione alterius & per redundantiã:cùm hoc nõ ſit propter imperfectionẽ primæ benedictionis,ſed quia ſecunda perſona nõ benedicitur abſolutè,ſed in ordine ad primò benedictam.Sed cõtra,inquit,Dir.quia caro benedicta trahit ad ſe nõ benedictã,vt tota ſit benedicta. Sed dico quòd hoc eſſet verũ,ſi efficeretur ſimpliciter vna numero caro:ſicut aqua addita aquæ benedictę fit vna numero ſimpliciter: ſed nõ eſt ita hic,ſed aliqualiter ſimile eſt,ſicut cum vinũ additur ſanguini,& nõ fit ſanguinis.de celeb.miſ.c. cum Mar-
3 thæ.¶Tertiò quæritur,†quid ſi inter duos benedictos ante conſummationẽ matrimonij celebretur diuortiũ,& deinde vterq; cõtrahat? Et dicit Hoſ.quòd ſecũdæ nuptę nõ benedicentur:quia ſpiritualis benedictio tãtæ eſt efficaciæ quòd ſemper tranſit,niſi obicẽ inueniat cõtrarię volũtatis.de bap.maiores. etiã ſi per riſum vel iocũ fiat: & cõſequenter ſemel recepta amitti nõ poteſt.de diuor. c.quãto.& ita tene, quia nũquam benedictio debet ſuper aliquẽ iterari.d.c.vir . Quod autẽ §. priore dicit S.Tho.de virgine,intellige nõ ſolùm ſi antè nõ fuit benedicta,verũ etiã ſi cum hoc etiã cum alio nõ cõtraxit:quia iam nõ eſſet vna vnius,ſed duorũ ſucceſsiuè.¶Quar
4 tò quæritur,†quid ſi duo ad ſecũda vota trãſierint,qui tamẽ aliàs nunquam fuerũt benedicti in primo matrimonio? Et dicit Dir.quòd poterũt benedici:quia nõ eſt vis in bigamia,ſed potius in benedictione ne iteretur.Sed tu dic quòd dãdæ benedictionis in ſecundis nuptijs ex parte mulieris duplex eſt impedimentũ,ſi aliàs fuit benedicta, vel etiã ſi cõtraxit ſine benedictione:quia iam nõ ſaluatur myſteriũ,vt ſit vna vnius ex parte autem viri eſt primũ tantùm: vt patet ex dictis Et ideo in hoc caſu dabitur quidem,ſi vir cõtrahat cum muliere nõ habẽte repugnantiam ad benedictionem, id eſt,cum virgine,quæ nunquã contraxit:nõ autem ſi nubat mulier,etiam cum viro non habente ad benedictionẽ repugantiam.

## De Obedientia.

1 *Obedire ſuperiori an debeat ſubditus in omnibus.& nu.2.*
3 *Obedientia omnis an habeat cõditiones aliquas ſubintellectas.*
4 *Præſcriptio an currat contra obedientiam.*
5 *Papæ an ſit in omnibus obediendum ab eccleſiaſticis & ſecularibus.& nu.6.*
7 *Obedientia clericorum ad ſuum epiſcopum qualis eſſe debeat.*
8 *Obedientia monachi exempti vel non exempti & nu.9.*
10 *Obedire qualiter quis debeat varijs ſuperioribus.*
11 *Meritorium an magis ſit aliquid facere ad dictum fratris, quàm ad preceptum prælati.*
12 *Subditus an facere teneatur ea quæ ſcit vel credit eſſe de voluntate ſuperioris.*

OBEDIENTIA,vt innoteſcat,ſciendum eſt ſecundum beatum Doctorem.ij.ij.q.ciiij.art.ij. quòd non inconuenit in vno materiali obiecto concurrere duas ſpeciales rationes,ad quas duæ ſpeciales virtutes ordinantur:ſicut miles defendendo caſtrũ regis implet opus fortitudinis non refugiens mortis pericula propter bonum & opus iuſtitiæ,debitum ſeruitium domino ſuo reddens.Igitur obedientia dupliciter ſumitur,ſicut & inobedientia,vt ſuprà dictum eſt ſcilicet largè pro executione cuiuſcunq;.quod poteſt cadere ſub præcepto ex quacũq; intentione : & ſic eſt virtus generalis:& propriè,ſecundum quod reſpicit per intentionẽ formalem rationem præcepti: & ſic eſt virtus ſpecialis,id eſt,habẽs formale obiectum ſpeciale,id eſt,præceptum expreſſum vel tacitum , cuiuſmodi eſt voluntas ſuperioris nota. Et,ſecũdum eum ibi,ſic poteſt diffiniri,Obedientia eſt virtus moralis,promptam reddens voluntatem ad implendũ voluntatẽ præcipiẽtis.Vnde,ſecũdum Greg. obediẽtia,quæ habet aliquid de ſuo,vt in proſperis,eſt vel nulla vel minor:quia ſcilicet voluntas nõ videtur tendere in præceptum principaliter,ſed in propriũ volitum. quod quantũ ad exterius apparẽs intellige:quia quo ad Deũ corda rimantem poteſt eſſe obedientia in proſperis non minus laudabilis,ſi prompta voluntas obedientis non minus deuotè tendat in præceptum.¶Primò verò quæritur,†vtrum 1
ſubditus ſuis ſuperioribus teneatur in omnibus obedire ? Et dico ſecundum Sanc.Tho.ij.ij.q.xiiij.quòd in pertinentibus ad interiorem motum voluntatis nõ tenetur homo homini obedire. quod intellige niſi per accidens, vt interior motus colligatur ex exteriori.de quo vide ſuprà Excommunicatio. vij.excõmunicatione. ij.primo notabili. & ſupra Hora.§.xj. partic.ij.In his verò quæ pertinent ad motum vel actũ exteriorem colligendo ex c.ſi quis.de maio.& obed.in glo.& ix. q.j.ſciendum.& ij.q.iij.ſi dominus.dico quòd cum triplex ſit ſuperioritas,ſpiritualis ſcilicet & temporalis politica quo ad regimen Reipublicę:& temporalis œconomica quo ad regimen proprię domus vel familiæ:obedientia limitatur ſecũdum gradum ſuperioritatis,ita quòd ſuperiori obediendum eſt à ſubditis in his,in quibus habet ſuperioritatẽ. Igitur ſuperioribus ſpiritualibus,puta papæ,epiſcopo,& alijs prælatis eccleſiaſticis obediendũ eſt in ſpiritualibus neceſſarijs vel
2 pertinentibus ad ſalutẽ,quæ ſpopondimus in baptiſmo,ſecũdum Sanct.Tho.in ij.diſt.xliiij. Superioribus verò politicis. id eſt,principibus in tẽporalibus ſpectantibus ad Rẽpublicã, niſi poteſtas eorum eſſet vſurpata:quia eo caſu ſubditi nõ tenentur obedire,niſi propter ſcandalũ ſecundũ Rich.in ij.diſ. vlt.Vnde nihil præcipere poſſunt eccleſiaſticis:quia nõ ſubijciuntur eis.de cõſtit.eccleſia.Nõ poſſunt etiã ſubditos ſubijcere alterius dominio ſine eorũ volũtate. de maio.& obed. c.dilecti,&.c.fi.Superiori verò œconomico, id eſt , patri in pertinentibus ad diſpoſitionẽ rei familiaris.¶Prædictis aũt in talibus, quæ ad eorum ſuperioritatẽ pertinẽt,nõ obedire ex contẽptu vel ſciẽter ſine cauſa rationabili in re alicuius importãtiæ arbitrio boni viri eſt mortale:quia cõtra iuſtitiã, cuius obediẽtia eſt pars.quòd tamẽ,ſecundũ S.Th.vbi ſ.fallit ſi præciperetur aliquid cõtra præceptũ Dei,ſiue in diſpẽdium ſalutis,aut cõtra præceptũ ſuperioris ad præcipientẽ, vel in his quæ ad eorũ ſuperioritatẽ nõ pertinẽt , in quibus obedire nõ eſt neceſſarium, niſi ratione ſcandali.¶Et ex his patet primò ſcdm S.Tho.ibi,quòd nõ tenetur homo homini obedire quo ad motus interioris volũtatis vt dictũ eſt:quia in his eis nõ ſubditur:ſed in pertinẽtibus ad corpus:nec ſecũdò in corporalibus quantũ ad ea quæ pertinent ad naturam corporis:vt circa matrimoniũ contrahendum,vel ſeruandã virginitãtẽ & huiuſmodi:quia omnes homines natura ſunt pares:ſed in pertinentibus ad diſpoſitionẽ actuum & rerum humanarũ tenetur ſubditus obedire ſuperiori ſecũdũ rationẽ ſuperioritatis: vt miles duci in ſpectãtibus ad bellũ:ſeruus domino in ſeruilibus.filius patri in ſpectãtibus ad diſciplinã

2 & curam domeſticã,& ſic de alijs. ¶Secundò quæritur,† v-
trum obedire teneatur ſubditus,ſi dubitet an id,quod præci
pitur,ſit cõtra Deũ nécne? Et dicit Ray.quòd ſic,& genera-
liter in dubijs.de tẽp.ord.c.ad aures.& excuſatur à peccato.
xxiij.q.j. quid culpatur.niſi ſit de his in quibus ignorãtia nõ
excuſat:puta cõtra articulos fidei,præcepta Dei,vel genera-
le ſtatutũ eccleſiæ:iuxta ea quæ dicta ſunt ſuprà Ignorãtia.
§.vij.Et concord.Sanc.Tho.& Goſ.habentes regulam,quod
quoties ſubditus cõuenienti inquiſitiõe certificari nõ poteſt,
obedire debet,& obediẽdo excuſatur,etiã ſi dubitet an agat
cõtra præceptũ Dei nécne.Imò aliquando etiã bonum,ſine
quo poteſt eſſe ſalus,propter obediẽtiam debet omitti.xj.q.
3 iij.quid ergo.¶Tertiò quęritur,† vtrũ in omni obediẽtia ſint
aliquæ cõditiones ſubintelligẽdæ ? Et dicit gl.in c.ij.de vo-
to.quòd ſic,ſcilicet ſi poſſibilitas adeſt.facit c.querelã.& cap.
breui.de iureiur.& l.Paulus.ff.quę.ſentent.ſine app.re.& ad-
mittitur omnis rationabilis cauſa,vt no.Pan.in c.magnæ.de
vot.& facit c.ſi quando.de reſcrip.& c.ex parte.de off.deleg.
& quod not.Arch.in c.vtinam.lxxvj.diſt.¶Quartò quęritur,
4 †vtrum contra obedientiã currat præſcriptio? Et dico quòd
non:quia ſemper adeſt mala fides.l.j.C.de ſer.fugi.& cap.ſi.
de regu.iur.& in gloſ.cap.ſicut nobis.ibidem.¶Quintò quę
5 ritur †ſpecialiter, vtrum papæ ſit in omnibus obediendum
ab eccleſiaſticis? Et dicit Pan. in cap.inquiſitioni.de ſenten.
excom.c.quòd non.¶Primò ſi præceptum ſapit peccatum:
& intellige etiam de veniali.xj.q.iij.quid ergo.intellige etiã
ſi papa credit mandatum iuſtum , & tamen ſubdito conſtat
illud in ſe continere peccatum.de reſtit.ſpolia.literas.¶Nec
ſecundò ſi ex obedientia præſumeretur ſtatus eccleſiæ per-
turbandus vehementer,vel aliud malum aut ſcandalum fu-
turum,etiã ſi præciperetur ſub pœna excõmunicationis la-
tæ ſentẽtiæ,vt not.idem in c.ſi quando.& in c.cum adeò. de
reſcrip.Ex quo ipſe in d.c.ſi quando.infert quòd ſi mãdat e-
tiam ſub pœna excõmunicationis latę ſententiæ aliquid,ex
cuius executione præſumitur ſcandalũ animarũ vel corpo-
rum futurũ in ciuitate,nõ eſt ei obediendũ:quia hoc ſit legis
authoritate:vt in d.c.ſi quãdo.ſed reſcribendũ eſt papæ: imò
ex c.officij.de pœn.& re. habet quod ius poſitiuũ interpre-
tatur qđ reſtitutio, quę ſcilicet eſt de iure diuino,aliquãdo
non fiat ratione periculi corporũ vel animarũ.de quo ſ.Cõ-
ſuetudo.§.ix.¶Nec tertiò ſecundũ eundẽ Pan.in c.olim de
cler.cõiug.quãdo ipſe cũ maiori parte cõcilij indiceret cõti-
nentiã certo generi perſonarũ poſt monitionẽ eis reſiſten-
tibus:quia cõtinẽtia perſuaderi poteſt,imperari nõ pooteſt.
xxxij.q.j.integritas.Et ſic dici poteſt quòd eis indicere non
poteſt vitã ſtrictiorẽ cõtra eorũ velle lxxiiij.diſt.geſta.& qđ
ibi no.in regula,quod omnes,in vj.de quo vide ſuprà Matri-
monium.viij.§.xij.partic.vij.& infrà,Religio.vj.§.vj. ¶Nec
quartò eſt obediendũ ſimpliciter ſi reſcribat pro notorie in-
digno,vt aſſignetur ei certũ beneficiũ.Sed diſtinguendũ eſt
ex dictis Ioã.And in c.cũ adeò. de reſcr.& in c. ſignificauit.
de offic.ord.quia ſi nõ cõſtat pręciſe de intẽtione principis,
mãdatarius nõ debet obedire,ſed expectare ſecũdam iuſſio
nem.d.c.ſi quãdo.quia quãdoq; princeps propter nimiã im-
portunitatẽ vel ſubreptionẽ nõ concedenda cõcedit.Si verò
præciſe cõſtat quòd velit huic indigno pro tũc ꝓuideri: aut
papa poteſt in illo actu diſpenſare,& illi parendum eſt:quia
tunc videtur diſpenſare.Aut diſpenſare nõ poteſt:vt quia eſt
tanta indignitas quòd ſine peccato fieri nõ poteſt: & tũc nõ
6 eſt illi parendum.¶Sextò quæritur,†vtrũ papæ ſit in omni-
bus obediendum à ſecularibus? Et dico quòd ſic in ſpirituali
bus & eccleſiaſticis pertinẽtibus ad ſalutẽ,& bonorũ morũ
conſeruationẽ:quia in baptiſmo ſe obligarũt ad renuntian-
dum ſatanæ & operibus eius:non autem in temporalibus,
niſi ſint ei ſubiecti ratione perſonæ vel cauſæ:vnde ſi præci-
peret ſeculari nulla ratiõe ſibi ſubdito quòd ſibi tribuat bo
na ſua obedire nõ tenetur.Et idem dic de alijs ſpiritualibus
prælatis quo ad temporalia:& ſimiliter de tẽporalibus do-
minis quo ad ſpiritualia.de quo vide Pan.vbi ſuprà,& Inno.
in d.c.inquiſitioni.hoc tenentem.¶Septimò quæritur,† quid
iuris de obedientia clericorũ ſecularium in ordine ad ſuum
epiſcopũ? Et dico multa.¶Primũ.Clerici ſeculares prælatis
eccleſiaſticis indubitãter tenẽtur obedire vt papæ,eo modo
quo dictum eſt §.v.& omnibus inferioribus prælatis ſuis,in-
quantum ſe extendit eorum ſuperioritas:non autem extra-
neis:quia ſicut non valet ſentẽtia non ſui iudicis, ita nec pręce-
ptum.de iudi.at ſi clerici.vij.q.j.quia frater.¶Secũdum. Si
autem epiſcopus præcipiat ſacerdoti excõmunicare illum,
quem ſacerdos reputat innocentem: Sanct.Tho.in quolib.
vt ei aliqui imponunt,diſtinguit:quia ſi mandatur ei denun-
tiatio excõmunicationis ſola,tenetur ex parte epiſcopi denũ
tiare:ſi autẽ præcipiatur ei quòd illum excõmunicet:tunc ſi
eſt notorium illum eſſe innocentem,debet coram epiſcopo
innocentiam allegare & probare:& ſi in probando deficiat,
debet obedire,quantumcunq; ſciat eius innocẽtiam: ſi verò
legitimè probet nõ debet obedire,ſed recurrere,ſi oportet,
ad ſuperiorem.Adde tu quòd ſi ob hoc eum excõmunicaret
ſententia cõtineret intolerabilem errorem.Si verò ſit dubiũ
obedire tenetur.xxiij.q.j.quid culpatur.Et ita tenet Sum.Pi.
& ſequitur Sum. Roſ.ſed Supple.& Sum. Ang. dicunt quòd
eo caſu quo non poteſt probare,non debeat obedire: & hoc
quia ſupponunt pro vero illud,quod ſuprà oſtenſum eſt,eſſe
falſum,Iudex.xx.§.v.ſcilicet quòd iudex non debet iudicare
ſecundũ probata & allegata contra ea quæ ſcit:quod falſum
hic adducunt in argumẽtum:& vlterius quia,inquit Summa
Angel.habet ſacerdos excuſationem paratam dicendo quòd
committat cognitionẽ cauſæ:aut excõmunicet ipſe. Sed di-
co quòd Sanc.Tho.loquitur in caſu quo nulla valeat excuſa
tio , aut declinatio executionis. Vnde poſito quòd epiſcopo
cauſæ cognitionem cõmiſiſſet,& inuẽtum eſſet quòd debe
rẹt excõmunicari,& vellet quòd ſacerdos excõmunicaret:
nihil valeret iſta excuſatio:quia epiſcopus iniuſtè eam coge
ret,etiam per excõmunicationem:& conſequenter ſacerdos
iuſtè cogeretur exequi:nec peccaret,quia iuridicè exequere
tur.¶Tertiũ.Si epiſcopus præcipiat clerico quòd det ſuos
libros alteri vel beneficium reſignet,ſecundum Ray.obedi-
re non tenetur:quia nõ pertinet ad epiſcopum hoc pręcipe-
re. vij.q. j. quia frater. quod intellige ſine cauſa:ſecus ſi ex
cauſa,puta quia clericus eſt ineptus,& vult dare idoneo pro-
pter bonũ eccleſiæ quia hoc poteſt,arg.c.cum apoſtolus.§.
ꝓhibemus.de cenſi.xvj.q.j.prædicator.& de mag.ſuper ſpe-
cula.quod intellige ſi libri de bonis eccleſiaſticis ſunt acqui
ſiti:aliter nõ poſſet.de teſta.requiſiſti.& de iure patro.cum
dilectus.§.nos igitur. ¶Quartũ.Si epiſcopus clerico impo-
nat vt Romã adeat pro negotijs eccleſiæ,ſecundum Rayn.
ire tenetur:nec valet excuſatio dicentis alios eſſe idoneos
magis: quia in talibus legationibus hunc ordinẽ ſeruare nõ
oportet.ff.de leg.l.ſciendum.§.penul:vel allegantis curã rei
familiaris,ſecundum Hoſt.quia priuatæ vtilitati communis
præferenda eſt de poſtu.pręla.bonę.el j.Non tamẽ tenetur
obedire vt promoueat negotia contra ſeipſum,in d.l.ſcien-
dum.§. ſi accuſatio. & facit c.petitio.de iureiur.¶Quintum.
Clericus ſecundũ Ray.magis tenet obedire epiſcopo quàm
Archiepiſcopo,niſi in quibuſdam caſibus, quos habes ſuprà
Archiepiſcopus,in prin.¶Octauò quæritur,†quid de obediẽ 8
tia monachi vel religioſi non exẽpti à iuriſdictione diœceſa
ni:



ni; Et dico quòd tenetur obedire epiſcopo, ſed non magis
quàm abbati.lviij.diſt.c.j.& xij.q.j.non dicatis . & hoc indi-
ſtinctè tenent Sum.Ang.& Ro.poſt Ray.ſed Pan.in c.quan
to.de offi.ord.melius diſtinguit poſt Inn.ibidem: quia in cri
minalibus præfertur epiſcopus:& coram eo debet monachus
conueniri:quia inferiores non cognoſcunt de cauſis crimi-
nalibus:vt no.in c.tranſmiſſa.de elec. Et ſic poteſt intelligi
c.monaſteria.xviij.q.ij.vbi monaſteria dicuntur ſubeſſe cor-
rectioni epiſcopi:ſed ſi agitur ad correctionem ſecundum
regulam abbas præfertur epiſcopo:& in illis magis tenetur
ei obedire:vt no.gl.xj.q.iij.qui reſiſtit.& xxiij.q.v.noluit.Vñ
poteſt eum abbas corrigere,& de monaſterio expellere ſe-
cundum regularia inſtituta:quia ex quo papa regulam ap-
probauit:in qua ſcilicet datur poteſtas abbati ſuper huiuſmo
di,voluit obſeruari ea quæ in illa continentur. Vide ibi mul
ta ad hoc propoſitum,& de moanchi conuentione.S. autem
Tho.in ij.di.xliiij.dicit quòd monachus magis tenetur obe-
dire abbati quàm epiſcopo in ſtatutis regulæ:econuerſo au
tem in diſciplina eccleſiaſtica:vnde obedire non debet epi-
ſcopo vocanti ad comitatum ſuum inuito abbate,ſecundum
Hoſt.De hac etiam obedientia vide aliqua ſ.Religio.vj.§.vj.
¶Nonò quæritur,†quid iuris de obedientia religioſorum
exemptorum? Et dico vt ſ.Religio.vj.§.vj.¶Decimò quæri
tur,†quid iuris de obedientia eius qui multos habet ſuperio
res non ſubordinatos,puta patrem & ducem exercitus? Et di
co quòd de monacho in hoc & de clerico aliqualiter iam di
ctum eſt in §.priore.de alijs autem ſciendum eſt generaliter
quòd circa hoc S.Thom.in ij.di.xliiij. in litera , multa dicit.
¶Primum.Quando poteſtas inferior ex toto oritur à ſupe-
riori,tota virtus eius fundatur ſuper virtute ſuperioris:& ſim
pliciter in omnibus eſt magis obediendum ſuperiori : quo-
modo ſe habet poteſtas Dei ad omnem poteſtatem creatu
ræ:& Imperatoris ad eam,quæ eſt proconſulis : & papæ ad
omnem ſpiritualem poteſtatem,quæ eſt in eccleſia:vnde in
omnibus ei magis tenetur obedire quam epiſcopis vel ar-
chiepiſcopis vel abbati abſq; diſtinctione. Quandoverò am
bæ tam ſuperior quàm inferior oriuntur ab vna quadam ſu-
prema poteſtate,quæ vnã alteri ſubdit ſecundum quodvult,
vna non eſt ſuperior altera,niſi in his, in quibus vna ſuppo-
nitur alteri à ſuprema:& in illis tantum eſt magis ſuperiori
obediendum quàm inferiori:quo modo ſe habent poteſtas
epiſcopi & archiepiſcopi deſcendentes à poteſtate papæ. Vñ
in alijs,in quibus magis obediendum eſt epiſcopo,archiepi-
ſcopus non eſt ſuperior,ſed tantùm in caſibus determinatis
a iure,in quibus epiſcopus ad illum recurrit.¶Secundũ.Mo-
nachus magis tenetur epiſcopo quàm abbati in ſpectantibus
ad diſciplinam eccleſiaſticam vt dictum eſt:quia abbas epi-
ſcopo eſt ſuppoſitus:& econtrario in ſpectantibus ad regulę
ſtatutum.¶Tertium.Spiritualis & ſecularis poteſtas vtraq;
deducitur à diuina poteſtate.intellige tamen ordine quodã
ita tamen quantũ ad confirmationem & correctionem: ideoq;
inquantum ſecularis eſt ſub ſpirituali,inquãtum eſt illi à Deo
ſuppoſita,id eſt,in ſpectantibus ad animæ ſalutem. Vñ in his
magis obediendum eſt ſpirituali:ſed in pertinentibus ad bo
num ciuile econtrario magis eſt obediendum ſeculari: ſecũ
dum illud Matth.xxij. Reddite quę ſunt Cæſaris Cæſari.niſi
fortè poteſtati ſpirituali etiam ſecularis coniungatur , vt in
papa,qui vtriuſq; poteſtatis apicem tenet,hoc illo diſponen-
te,qui eſt ſacerdos & rex.hæc ex illo ibi.¶Quartũ.Miles te-
netur obedire duci in bellicis tantum:& ſeruus in ſeruilibus
dño:& filius patri in domeſticis & in diſciplina:& quilibet ſuo ſu
periori ſecundũ rationem ſuperioritatis.ij.ij.q.ciiij.ar.v.& de
hoc, quòd miles magis obedire duci in bellicis quã patri:ſed in do-
meſticis econuerſo.ij.diſt.xliij.ar.iij.ad primum.Et ſi pona-
tur caſus quòd ſimul eodem momento concurrat præce-
ptum vtriuſq;:cæteris paribus dico obediendum illi,qui im
perat in ordine ad nobiliorem finem,vt duci magis quàm
patri,ſi æquale ſit periculum reipublicæ,ſicut paternæ fami
liæ:quia bonum cõmunius eſt melius,& conſequenter ama-
bilius.¶Quintum.Si clericus habeat plures iudices ordina-
rios,quibus æqualiter obedire tenetur:vel ſi duobus epiſco-
pis promiſit obedientiam:ſecundum Hoſt.obediat vtriq; ſi
poteſt:aliàs obediat ei cui primò iurauit:niſi fortè ratione
maioris beneficij tranſlatus intelligatur:& ſi habet duo be-
neficia ex diſpenſatione,obediat ei,à quo habet maius & vti-
lius præcipit.de teſtamentis.cum in officijs.& c.relatum.el
ij.& de poſtulando.c.fin.& ſi omnia ſint paria,locus eſt gra-
tificationi.ff.ad Sillanianum Senatuſconſultum.l. ſi quis in
graui,§.ſi cum omnes.¶Sextum . Si verò iudices contraria
alicui mandantes ſint delegati,locũ habet caput, cùm con-
tingat.de reſcriptis.ſcilicet quòd ſi talis neſcit aliquam inter
iudices eſſe controuerſiam, exequatur mandatum primò
mandantis:niſi ante executionem innoteſcat ei de diſcepta-
tione:quo caſu petat copiam literarum ad eos à papa dire-
ctarum,quas papa dari mandat:& obediat ſecundis,ſi ſecun
dæ reuocãt primas:ſin autẽ,obediat primis.& ſi ei de hoc cla
rè nõ cõſtet,nõ oportet eum exequi huius vel illius manda-
tum,donec inter eos huiuſmodi concertatio per arbitros ſo
piatur.De ſententijs etiam duorum iudicum,vide ſ.Delega
tus.§.vij.¶Vndecimò quęritur,†quid ſit magis meritorium, 11
facere aliquid ad præceptum prælati,aut ad dictum fratris?
Et dicit Sanctus Thomas in vj.quoli.quòd eſt magis merito
rium primum ex genere operis: quia actus primus eſt excel
lentioris virtutis,id eſt,latriæ,quàm ſecundus,qui eſt amici-
tiæ vel beneficentiæ,ad quam pertinet quòd aliquid fiat ad
dictum fratris:ſicut ad latriam , quo colitur Deus ,pertinet
quòd aliquis obediat prælato, inquantum eſt Dei miniſter:
inquantum verò ad charitatem, ex qua procedit actus, nihil
prohibet magis mereri eũ qui aliquid facit ad dictũ fratris:
quia magis meritorius eſt actus,qui eſt ex maiori charitate
licet ſit minor ex genere ſuo. ¶Duodecimò quæritur,†v-
12 trum ſubditus teneatur exequi & facere quæcunque ſcit vel
credit eſſe de voluntate ſui ſuperioris vt faciat? Et dico quòd
non,niſi ſuperior ex intentione ei ſuam voluntatem manife
ſtet expreſſe vel interpretatiuè,monendo ex intentione ſub-
ditum ad exequendum.Hoc enim ſentit Sanctus Thomas
veri.q.xxiij.ar.vl.vbi arguit quòd non teneamur conforma-
re diuinæ voluntati in volito ſic.Nam prælato,inquit tene-
mur vt Deo.Sed ſubditus non tenetur velle quicquid ſcit
prælatum velle,etiam ſi ſciat prælatum velle quòd ipſe ſub
ditus aliquid faciat,niſi expreſſe ei præcipiat . Ergo à ſimili
de Deo.Ecce argumentum:ſequitur reſponſio .dicendum,
inquit,non eſſe ſimile:quia voluntas prælati non eſt regula
noſtræ voluntatis vt diuina .ſed eius præceptum. hæc ex illo.

¶OBLATIO,vide ſ.Decima in principio.& §.ſecundo.

OBLATVS,ſecundum Pan.in c. non eſt dubiũ.de re-
gularibus.eſt,qui ſe & ſua obtulit monaſterio habitu
nõ mutato:cõuerſus verò qui ſe & ſua obtulit habitu
mutato licet dicat laicus:quia ad ordines nõ ꝓmouet mona
chus verò hodie eſt qui ꝓmouetur,licet olim monachi non
eſſent clerici.Et no.ſcḋm gl.xxvij.q.j.vt lex.quòd iſti cõuer-
ſi oblati magis adſtringunt monaſterio quàm monachi.Vn
de nec etiam cauſa arctioris religionis poſſunt tranſire ad
alia monaſteria,quãquã petat à ſuperiori licentiã:quia effi
ciunt quaſi ſerui monaſterij.Sed intellige habitu nõ mutato
quia ſcilicet non aſſumit habitum religionis,aſſumit tamen
habit

habitum diſtinctum ab habitu ſeculari. Pro quo aduerte ex
tex.& eo. Pan.in c.vt priuilegia.de priui.quod oblatus eſt du
plex,ſcilicet plenè & non plenè. Oblatus plenè ſecundũ men
tem eius ibi,eſt qui ſe & ſua dedit religioni profitendo tria
vota,nõ aſſumpto habitu religiõis. Nõ plenè verò eſt is,qui
ſe obtulit,& hoc primò vel habitu mutato, ſic quòd diſtin-
guatur ab habitu ſeculari:vel ſecundò loco mutatiõis habi-
tus datis ſuis rebus. Vide ibi,quia intricatè loquitur. Et vult
quòd primi gaudeãt priuilegio perſonali & fori:ſecũdi verò
neutro. Sed dic vt ſ. Eccleſia.j.§.v.& ſ. Excõmunicatio.v.§.ij.

## De Obligatione & Obligato.

1 *Obligatio quotuplex ſit.*
2 *Obligatio quot & quibus modis contrahitur.*
3 *Obligatione generali an contineantur quæ quis non fuiſſet ſpecialiter promiſſurus.*
4 *Obligatio an oriatur quãdo eſt turpitudo ex parte recipiẽtis.*
5 *Pœnam in ſuis contractibus an ponere poßint adminiſtratores & ambaſiatores.*
6 *Pater an obligetur ex contractu filij.*
7 *Negotium cuiuſpiam ſi vtiliter geratur, an ipſe obligetur.*
8 *Obligatus legere duobus annis & impeditus, an alijs duobus poſtea legere teneatur.*
9 *Obligatus an ſtatim teneatur.*
10 *Papa an abſoluere poßit ab obligatione.*
11 *Obligatio an diſſoluatur termino adueniente.*
12 *Obligatio ſemel extincta an poßit inſtaurari.*

OBLIGATIO eſt iuris vinculũ, quo neceſſariò ad-
ſtringimur ad aliqd dãdũ vel faciendũ. Inſti.de ob.in
prin.adde vel patiẽdũ,quod reducit̃ ad agere.& ſine
conſenſu nulla eſt.ff.de pac.l.j.& nemo obligat̃, niſi animũ
habeat ſe obligandi.ff.de actio.& oblig.l.obligationum.la j.
& facit.gl.in c.xij.devoto. ¶ Primò verò queritur,† quotuplex
1 ſit obligatio? Et dico quòd ſi diſtinguatur quantum ad vincu
lum quo obligatus eſt ligatus in foro cauſarum, eſt duplex,
ſcilicet ciuilis,quæ aut legibus conſtituta eſt, aut certo iure
ciuili comprobata:& prætoria,quam ſcilicet prætor,ſua iu
riſdictione conſtituit. Si verò diſtinguatur quantum ad rem
ad quam quis ligatur,eſt triplex:prima ſcilicet naturalis tan
tum continens naturalem æquitatem,quæ per vinculum na
turale contrahitur,id eſt,conſenſum:& fieri poteſt inter oẽs
capaces rationis:& obligat in foro conſcientiæ,vt ĩ. Pactum.
§.iiij.ſed inefficax eſt ad agendum in foro contentioſo, niſi
vt ĩ. Pactum.§.iij. Secunda eſt ciuilis tantum:vt cum quis ci-
uili iure tantum eſt adſtrictus naturali æquitate diſſuaden-
te eum teneri:ſicut cum quis ſpe futuræ numerationis fate-
tur per inſtrumentum ſe recepiſſe centum,quæ tamen non
recepit. Et hæc nõ obligat in foro conſcientiæ niſi quatenus
quis à prælato cogeretur,ſcd̃m Inno.in c.pleriq;. de immu.
eccl. Tertia eſt naturalis & ciuilis ſimul:vt cum quis potens
ſe obligare cum iuris ſolennitate obligat ſe ad aliquid quod
naturalis æquitas vult illum obſeruare, puta ad ſoluendum
venditori in tempore ſtatuto. Et hæc obligat in vtroq; foro,
ſecundum omnes Doc. Et de his habetur Inſti.de oblig.per
2 totum. ¶ Secundò quæritur,† ex quibus,& quot modis con-
trahitur obligatio tertia? Et dico quòd ex quatuor. Primò
ſcilicet ex contractu:puta emptione,venditione, locatione,
& huiuſmodi. Secundò ex quaſi contractu:vt cùm quis gerit
negotium alterius ſine eius mandato. Tertiò ex maleficio:vt
cum quis non directè ſeu doloſè deliquit,ſed quaſi:quia ſcili
cet fuit in culpa: vt cùm ex domo eius aliqd eſt effuſum qđ
alteri nocuit, Inſti.ſub diuerſis rubricis. ¶ Hoc etiam fit qua-
tuor modis. Primò ſcilicet re,vt in mutuo,commodato,de-
poſito,& huiuſmodi. Secundò verbis,vt in ſtipulando. Tertiò
literis,vt quando quis literis confitetur ſe aliquid recepiſſe,
quod tamen non recepit. Quartò ſolo conſenſu:vt in ſocie-
tate,mandato,emptione & venditione,vel locatione:in qui-
bus nec ſcriptura nec præſentia requirit̃: ſed ſufficit cõtra-
hentes cõſentire per ſe vel per nuntium aut epiſtolã. ſecus in
alijs:quia vltra cõſenſum requiritur vel litera vel res vel ver
ba. Inſti.qui.mo.re con.oblig.& ſub alijs rubricis. ¶ Tertiò
quæritur,† vtrũ in obligatiõe generali veniãt ea,quæ qs ſpe-
cialiter nõ fuiſſet promiſſurus? Et dico ſecundũ Bar.in l.j.C. 3
quæ res pig.ob.poſ.quòd non. Vnde dicit quòd ſi quis obliga
uit omnia bona ſua,non intelligitur obligaſſe ea quæ nullo
modo ſpecialiter eſſet obligaturus,puta pannos,lectos,& a-
lia ſupellectilia,ſine quibus viuere nõ poſſumus. ¶ Quartò
quæritur,† vtrũ pactũ ſeu promiſsio obliget, cũ turpitudo
tantum verſatur ex parte recipientis obligationem? Et dicit 4
Pan.in c.debitores.de iureiu.quòd non.& patet ibi:quia pro-
miſsio de ſoluendis vſuris non obligat promittentem: quia
ſi obligaret etiam naturaliter,ſolum cogeretur ſoluere ra-
tione pacti:vt in c.j.de pac.ſicut cogitur quando interuenit
iuramentum. Et ratio,quia cum lex etiam alteri contrahen-
ti reſiſtit,nõ naſcitur obligatio etiã naturalis, vt in l.cũ lex.
ff.de fideiu.& ibi plenè per Bar. Quare autẽ magis oblige-
tur quis ex iuramento quàm ex ꝓmiſsione, cum Deus inter
iuramentũ & ſimplicem loquelã differentiã nõ faciat.xxij.q.
v.iuramenti.reſpondet Pan.vbi ſ.ideo eſſe,quia ſimplex ꝓ-
miſsio eſt nulla.ideoq; habetur pro non facta propter turpi
tudinem recipientis. Secus in iuramento: quia cui fit,ſcilicet
Deus,non turpiter accipit:nec iurans peccauit. Promiſsio
enim in hominem,iuramentũ verò in Deũ dirigitur. ¶ Quin
tò quæritur,† vtrum adminiſtratores vel ambaſiatores non 5
habentes expreſſum mandatum ad pœnam apponendam,
poſsint obligare ſe conſtituentes ad pœnam quam appo-
nunt pro obſeruatione promiſsi? Et dicit Pan.in c.ij.de pre-
ca.quòd ſic.& facit l.bene à Zenone.C.de quadr.præſcri.&
l.ſi procurator cæſaris.ff.de iur.fiſ.& d.c.ij.vbi prælatus po-
teſt apponere pœnam & obligare ſe & ſucceſſores, modò
contractus ſit rationabilis:& c.dilecti. in fi.de arbi. & quod
ſcribitur in c.nulli.de re.ecc.non.ali.vbi rector eccleſiæ põt
obligare ſine conſenſu epiſcopi omnia bona eccleſiæ gene-
raliter pro obſeruatione contractus alicuius: quia ſolũ ſibi
prohibetur ſepcialis hypotheca. Quod limita verũ primò,
niſi contractus non teneret,aut eſſet nullus quia cõtra ius,
quia tollitur pœna:ſecus ſi eſſet nullus quia præter ius:quia
teneret pœnę appoſitio.d.c.dilecti. Vide etiam gl.in c.acceſ
ſorium.de re.iur.lib.vj.textum cum gloſſa in c.ſignificanti-
bus.de offi.deleg. Et ſecundò limita, niſi pœna eſſet præter
naturam contractus:vt in d.l.ſi procurator.vbi non tenetur
fiſcus ad duplum vel triplum:licet procurator obligauerit
ſe,ſi euinceretur res quam vendidit. Secus quando pro obſer
uantia contractus apponitur:vt in d.l.bene à Zenone. ¶ Se-
xtò quæritur,† vtrum pater obligetur ex contractu filij? Et 6
dicit Io.de Pla. Inſti.quod cum eo.§.in rem.quòd ſic,ſi ver-
ſum eſt in vtilitatem patris:puta quia mutuo accepit pecu-
niam vt ſe veſtiret ſecundum conuenientiam ſuam,& hmõi.
l.iij.§.Labeo idem.ff.de in rem verſo.& d.§.in rem. Si verò
non eſt verſum in vtilitatem patris,ſed potius mutuo acce-
pit vt faceret pompas vel luderet,& huiuſmodi:non tenetur
pater pro filio,nec dominus pro ſeruo.l.quod ſi ſeruus.l.ſed
ſic accepit.ff.de in rem ver.niſi iuſſu eius feciſſet.l.j.ff.qđ iuſ
ſu. Si tamen haberet pompas tenetur reddere creditori.l.iij.
§.ſed ſi rem.ff.de in rẽ ver. Similiter tenet̃ pater ſi habet pe-
culiũ filij,deducto tamen prius quòd ipſe pater in dicto pe-
culio



debet habere.l.ſed ſi damni.§.peculiũ.ff.de pecul. Idẽ
de mercatoribus,qui prǽponũt inſtitores,quòd tenentur
de contractibus factis nomine ipſorum.ff.de inſtito.per to-
tum.quia videntur contrahere cum prǽponente,qui contra-
hunt cum præpoſito.l.ſi inſtitorem.ff.ſi cert.pet. Idẽ in exer
citore nauis l.j.in prin.ff.de exer.actione. ¶ Septimò quæri-
tur,† vtrum is pro quo quis agit negotia eius vtiliter, obli-
getur eidem? Et dico quòd ſic,arg.l.cum pecuniã.ff.de neg.
geſt.& quod not.gl.cum tex.in l.quæ vtiliter.ff.eod.& l.ſed
ſi ideo.ff.ſolut.matri. ¶ Octauò quæritur,† vtrum obligatus
legere duobus annis,& ex aliqua cauſa impeditus non fecit,
teneatur legere alijs duobus ſequentibus? Et dicit Panor. in
c.ſignificauerunt.de iudi.quòd nõ,etiam ſine culpa ſua:quia
currit tempus, nec poterit pro tempore ſequenti ſalarium
petere & generaliter electo ad officiũ temporale,quod ex-
ercere non põt,etiam ſine culpa ſua,currit tempus: & non
poteſt tempore ſequenti officium petere. Et ratio, quia hic
interueniunt operæ perſonales,quæ aliæ ſunt illorum duo-
rum annorum præcedentium,& duorum ſequentium, cum
minuentur ex curſu temporis:vt in l.ſi nõ ſaltem. §.libertus.
ff.de condi.indeb.ad quod etiam facit l.ſi vſusfructus in bien
nium.ff.de vſufru.vbi finito tempore finitur ius:vt ſuprà De
legatus.§.vlti. Et idem voluit Bart. in dictis terminis in l. &
ideo hæſitatur.ff.de verb.obli. Secus vbi factum, ad qđ quis
tenetur,nõ diuerſificatur ex tempore:quia elapſo tempore,
ad quod tenetur,integratur tempus:vt in d.l.& ideo. ¶ No-
nò queritur,† vtrum obligatus teneatur ſtatim? Et dicit Pan.
in cap.licet Heli.de ſimo.quòd aut dies eſt appoſita obliga-
tioni:& tunc ſi ſunt eiuſdem fori reus & actor, tenetur reus
ſine interpretatione offerre,& adire domum eius: quia dies
interpellat pro homine.c.potuit.de loca.& l.magnam.C.de
contrahen.& cõmit.ſtip. Si verò non ſunt eiuſdem fori, non
tenetur reus ſponte ire ad forum vel domum alterius:ſed di
cat in domo ſua,paratus ſum ſoluere,ſi ſit qui recipiat:& ſuf
ficit,iuxta not.in l.item illa.ff.de conſtit.pecun.& ibi Bar.&
Alb.in l.iubemus.C.de epiſc.& cleric. quod not.pro limita-
tione cap.potuit.de loca.& intellige niſi aliud ſit ſpecialiter
in pacto. Aut dies non eſt appoſita: & ſic requiritur moni-
tio,vt in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.obl.vide ſuprà,Mora,
§.j.& iiij.& infrà,Solutio.§.vlt. ¶ Decimò quæritur,† vtrum
abſoluere poſsit papa ab obligatione, qua quis alteri tene-
tur, vide ſuprà Iuramentum. v.§.ij. ¶ Vndecimò quæritur,
† vtrum obligatio diſſoluatur termino adueniente? Et dicit
Pan.in c.ſicut ex literis.de ſpon.capiendo mentem Goſ.quæ
placet do.Ant.& eſt amica veritati,quòd aut terminus appo
nitur ad ſolicitandum obligationis implementum:& tũc la
pſus termini non liberat ab obligatione:arg.l. obligationũ.
in ꝓ.§.placet.ff.de act.& obl.& arg.c.cum dilecti.de dolo &
contu.& l.Celſus.ff.de arbi. Et tunc apponitur ad ſolicitan-
dum implementum,quando apponitur cõtractui iam perfe
cto:puta ſi cõtraxit quis ſponſalia,& poſtea promittit quòd
intra certum tẽpus ducet eam non diſſoluitur elapſo termi
no. Aut terminus apponitur ad finiendã ſeu limitãdam obli
gationem:& tunc lapſus termini liberat obligationẽ,ſi per
promiſſorem non ſtetit quin adimpleret in termino. Et iſto
modo dicitur appoſitus,quando apponitur ad ſolicitandum
principium cõtractus:puta ſi promiſimus adinuicẽ tali tem
pore conuenire ad contrahenda ſponſalia,elapſo termino li
beratur per quem non ſtetit. ¶ Duodecimò queritur,† vtrum
obligatio ſemel extincta poſsit inſtaurari? Et dico quòd nõ:
tex.eſt in l.cum ex cauſa.C.de remi.pig. ſed oportet aliam
ſieri ſi debet ineſſe. De materia etiam obligationis vide in-
frà,Pignus.§.ij.& infrà,Ordo.j.§.iij. Item.Ordo.iiij.§.iij.

## De Obſide.

1 *Obſes quid dari poßit, & à quo, num. 2.*

OBSES videtur eſſe homo traditus alicui perſonali-
ter in ſecuritatem factæ promiſsionis.& eſt duplex,
ſcilicet,ꝓpriè dictus:vt qui eſt datus ab hoſtibꝰ,per-
dens libertatẽ,nec potẽs facere teſtamentũ,aut diſponere vt
liber.quo modo loquitur l.obſides.ff.de teſta.& impropriè:
vt datus ab vna ciuitate vel nobili alteri ciuitati vel nobili,
nõ perdẽs libertatẽ,nec factus ꝓpriè obſes,ſed vt ſtet in cer
to loco,donec impleatur promiſſum:vt no.Bar. in d.l.obſi-
des.& facit quod not.in c.ex reſcripto.de iureiu. ¶ Primò ve
rò quæritur,† quis poſsit dari obſes? Et dico ꝙ dari poteſt 1
etiã liber homo pro pace ſeruãda,nõ pro pecunia.d.c.ex re-
ſcripto.& idẽ arg.d.l.obſides.& l.diuus.ff.de iur. fiſci. Et qđ
dicitur extra de pig.c.j.& C.quæ res pig.ob.po.l.qui filios.li
berũ,ſcilicet hominẽ,nõ poſſe obligari pignori,intelligitur
quòd nõ poteſt ſic vt in eo ſit ius pignoris:ſecus ius retẽtio-
nis,ſecundũ Gl.in c.vt pridẽ.§.itẽ eiſdẽ.xxiij.q.vlt.& in c.ex-
poſita.de arbi. Et ſicut pater etiã poteſt vẽdere filiũ ratione
famis,ſic & obligare.C.de pat.qui fi.diſtra.l. ij.& ſimiliter re
dẽptus ex captiuitate tenetur ſeruire quinquẽnio,niſi pretiũ
ſoluat.C.de poſt.reuer.l.vlt. ¶ Secũdò quæritur,† à quo poſ- 2
ſit quis in obſidẽ dari? Et dicit Arch.poſt Pan.in c.ex reſcri-
pto de iureiu.quòd ab Imperatore ſuis hoſtibus,& econtra-
rio:quo caſu eſt obſes ꝓpriè & quaſi ſeruus:ideoq; teſtari nõ
valẽs ſine licentia principis:vt in d.l.obſides. & ſimiliter ab
alijs principibus habẽtibus iura principis,ſeu ius indicẽdi bel
lum. Ab alijs autẽ inferioribus an dari poſsint huiuſmodi ve
ri obſides,Bar.remittit ad d.c.ex reſcripto.& gl.in l.ij. C. de
patri.qui fi.diſtra.dicit quòd non:licet de facto ſit vſurpata.
Et idẽ Pan.quia immutare ſic ſtatũ hominis vt perdat liber
tatem,eſt ſolius principis. Etſi inter priuatos datur obſes nõ
propriè,vbi nõ interuenit iuramẽtum, nõ tenet obligatio,
quaſi ſcilicet ille teneat̃ ſtare in certo loco,& inde nõ diſce-
dere:quia hoc videtur quaſi quidã carcer priuatus: quẽ mo-
do miro iura deteſtantur.C.de carcer.priua.l.j.ſed ſi interue
nit iuramentũ,talis poteſt ad eius obſeruãtiã cõpelli, vt ſci-
licet ſtet in loco vbi cõuentũ eſt: nõ tamen debet inuitus de
tineri:quia nõ tenet iuramẽtũ vt poſsit quis inuitus detine-
ri,cùm ſit cõtra bonos mores.de reg.iur.nõ eſt obligatoriũ.
lib.vj. Clerici autẽ ſeculares per papam dari poſſunt in ob-
ſides propriè:arg.cap.cuncta.ix.q.iij.ſed nõ per epiſcopos in
obſides ꝓpriè:nec vt monachi per abbatẽ,id eſt, largè,quia
nõ ſunt ei ita adſtricti:nec poterãt inuiti detineri ſine pœna
excõicationis:licet à principio aſſenſerint:nec poteſt in hoc
epiſcopus diſpenſare.ar.c.ſi diligenti.de fo.cõp. Monachi ve
rò indubitanter dari poſſunt à papa:arg.c.per principalem.
ix.q.iij.ſed ab abbate poſſunt dari pro neceſsitate & vtilita-
te monaſterij,non quidẽ in obſides propriè,ſed largè etiam
inuiti,cùm eius voluntati reſiſtere non poſsint: vnde & deti
neri poſſunt inuiti de conſenſu abbatis:nõ autem eo inuito:
quia habent beneficium c.ſi quis ſuadẽte.xvij.q.iiij.vide Pa-
norm.vbi ſuprà materia eſt intricata.

OCCASIO & cauſa differunt,vt patet in c.ſolitæ. de
maio.& ob.in prin.& quantũ colligit̃ à S.Th.ij.ij. q.
xliij.art.j.ad tertiũ.& iiij.diſ.xxxviij.q.ij.art.j.ad quar
tum. & cauſa eſt cauſa ſufficienter cõcurrẽs ad aliquẽ effe-
ctũ in genere ſuo ſcilicet finaliter,effectiuè,materialiter,aut
formaliter:occaſio verò eſt cauſa inſufficiẽs:& eſt duplex,vt
dicit in iiij.quolib.q.xij.ſcilicet data & accepta. Vel, vt dicit
Lãd.ſub alijs verbis,eſt duplex, ſcilicet actiua:vt cùm qs eſt
quaſi coadiutor in pctõ:cuius ſcilicet ſola volũtas eſt cauſa
ſufficiẽs vel aliquid indebitũ facit,vñ alius accipit exẽplum
& oc

& occaſionem male operandi: & paſsiua, vt quando quis facit quod debet & inde alius accipit occaſionem peccati. Prima ſecundum Land. eſt peccatum, ſi ſit occaſio peccati: & tale, quale illud cuius eſt occaſio. Secũda verò nõ eſt peccatũ. Sed intelligo quod occaſio actiua peccati mortalis ſit peccatum mortale tripliciter: primò ſcilicet quãdo ipſm peccatũ alterius eſt intentũ: ſecundò quando ſine cauſa quis dat occaſionem talem ex qua probabiliter credit aliquẽ inde peccaturum mortaliter: quia eſt cõtra charitatẽ: ſicut ſi quis ſine cauſa aliũ læderet corporaliter: ſecus ſi ex cauſa: vt ſi mulier ſe ornet ſobriè ſecundum morẽ patriæ, & ſic aliquis peccet: quia tunc eſt occaſio accepta. Tertiò quãdo quis nõ credit, ſed dubitat & paruipendit: quia ſic exponit Pet. de Tarã. illud Augu. Nihil eſt adeo veniale, quin fiat mortale dum placet: ſcilicet ſalute proximi contempta. infrà Scandalum.

OCCVLTVM dicitur dupliciter, ſecundũ Pan. in c. ex literarũ. de tẽpo. ord. & in c. veſtra. de coha. Primò vt diſtinguitur cõtra probabile: & ſic eſt illud qđ probari nõ poteſt. vnde iudicio Dei relinquit. xxxij. diſt. erubeſcãt. vj. q. j. ſi omnia. & facit l. duo ſunt Titij. ff. de teſta. tut. & ſecũdò vt diſtinguitur cõtra notoriũ, & ſic occultũ eſt quod aliqua tergiuerſatione celari poteſt, licet aliqui ſciant. Penè occultũ verò eſt quod probari quidẽ poteſt, ſed cum difficultate: vnde ly penè, minuit, ſicut & ly quaſi. de cõfir. vti. c. cũ dilecta. Hæc ex illo. Vide ſ. Manifeſtũ. & ſuprà Notorium.

ODIVM ſecundum San. Tho. j. ij. q. xxix. eſt diſſonãtia appetitus animalis aut rationalis ad apprehenſum vt diſcõueniẽs: ſicut amor eſt conſonantia eiuſdem ad conueniens. Vnde in hoc differt odiũ ab ira, quòd odium alicui appetit malum abſolutè: ira verò in quadam mẽſura ſub ratione iuſti & punitionis: vnde ira ceſſat ad mortuos. j. ij. q. xlvj. & ad grauiter læſos. j. ij. q. xlvij. quia iam videtur facta vindicta: ſecus de odio. ¶ Eſt autem odiũ Dei peccatum mortale grauiſsimum. ij. ij. q. xxxiiij. & ſimiliter odiũ proximi eſt peccatũ mortale per ſe loquendo, quia opponitur charitati: vel quia nõ facit illi quod facere tenetur: vel facit quod non facere tenetur: quorũ oppoſita charitas facit per accidẽs tamen ſecũdum doctrinam Sanct. Tho. eſt veniale: primò propter actus imperfectionẽ: vt quia nõ eſt cum deliberatione voluntatis. Secũdò propter exiguitatem obiecti: vt quia proximo optat malum, ſed exiguũ & nõ notabile. Tertiò quando nõ fertur in naturam vel gratiam fratris immediatè, ſed in vitium: quia hoc pertinet ad fratris amorẽ, quem vult magno malo carere, id eſt, peccato. Quartò, quando fertur immediatè in naturam, ſed non vltimatè: vt quia vult quis alicui malum propter bonum: puta vt corrigatur. Colliguntur hæc ſparſim à Sancto Thoma in diuerſis locis.

ODIOSVM dicitur quaſi odio plenũ. Quomodo autem debeat fieri interpretatio in odioſis & fauorabilibus & ꝑmiſcuis, vide per Doc. in regula, odia. de reg. iur. li. vj. Et adde ꝙ vbi in cõſtitutione cõcurrit fauor & odiũ magis attenditur fauor ſecũdum Pan. in c. nõ dubiũ. de ſent. excõ. quod limita ſecundũ Dyn. in regula, odia. niſi ex parte odij ſit ius & fauor publicus: ex parte fauoris, priuatus.

## De Oeconomo.

1 *Oeconomus, qui & idem ſyndicus dicitur, clericus non laicus eſſe debet.*

2 *Actor procurator & ſyndicus ſeu Oeconomus in quo diſtẽt.*

1 OECONOMVS † eſt cui eccleſiaſtica gubernãda mãdantur. diſ. lxxxix. quia in quibuſdam. & eſt idẽ œconomus quod ſyndicus: & debet eſſe clericus, nõ laicus: vt ĩ d. c. & in c. iudicatũ ibidẽ. & in c. quoniã in quibuſdã. xvj. q. vij. de quo dic vt j. Laicus. §. j. Sed aduerte quòd differentia ſit inter actorem, procuratorẽ, & ſyndicum ſeu œconomũ, ſecundũ Glo. in c. erga epiſcopũ. ij. q. vij. quia actor cõſtituitur à nõ domino & authoritate iudicis, & ad præſentes lites tantũ: procurator verò ſemper à vero domino cõſtituitur, ſiue ad vnã litẽ, ſiue plures, ſiue præſentes ſiue futuras: ſyndicus verò ſiue œconomus ab vniuerſitate conſtituitur ſiue à collegio, & ad vnã cauſam, & plures, & præſentes, & futuras, & authoritate epiſcopi. de iura. cal. c. imperatorũ. in fi. Canõ tamen omnes adminiſtratores eccleſiæ vocat procuratores j. q. iij. ſaluator. & ibi vide glo. & in d. c. Imperatorum. vbi Panor. dicit, quòd ſi ad vnam certam cauſam ſolum conſtituitur: poteſt fieri ſine authoritate ſuperioris, aliàs non.

¶ OFFICIVM, vide ſuprà Dignitas. §. iiij.

OLEVM ſanctũ in die cœnæ Domini per epiſcopum conſecratũ eſt triplex. ¶ Primũ & principale dicitur ſanctũ chriſma, quod de oleo & balſamo conficitur quo benedicuntur fontes baptiſmales, & calix ac patena, eccleſia, altare, & puer baptizatur in vertice & in frõte, & epiſcopi quãdo cõſecrãtur in manibus & in capite, & omnes fideles cum chriſmant. Quod quidẽ oleũ annuatim cõſecrãdũ eſt & innouandũ. de cõſe. diſt. iiij. ſi quis de alio. & peccatum eſt vti alio quàm nouo, vt ibi. Secũdũ eſt oleũ cathecumenorũ, quod dicit oleũ benedictũ ſiue ſanctũ, quo inũguntur baptizandi inter ſcapulas & in pectore, & in manus ſacerdotis cum ordinatur, & principes ac reges in brachio & humero, & eccleſia ac altare ante chriſmationẽ. ¶ Tertiũ eſt oleũ infirmorum, quo inungũtur infirmi in extrema vnctione, vt de ſac. vnc. c. vnico. Primũ ſolũ in die cœnæ poteſt cõfici. de cõſe. diſt. iiij. omni tẽpore. de ſent. exc. quoniã. lib. vj. de alijs duobus non inuenitur prohibitũ. ¶ Vtrũ autẽ oleum non ſacrum additũ ſacro fiat ſacrum: dic vt ſuprà Aqua benedicta, quòd ſic. Ex prædictis elicitur nõ eſſe illicitũ inũgere oculos cæci ſacro chriſmate vt videat: quia licet nõ liceat vti ſacramentis alio fine quàm ſint inſtituta, materia tamẽ ſacramẽtali licitũ eſt vti aliter quàm in ſacramẽtis. ſicut aqua baptiſmali, de cuius ſubſtãtia nõ eſt quòd ſit benedicta, vtimur nõ ſolùm in baptizando, ſed in bibendo: & ſancto chriſmate nõ ſolùm in cõfirmando, ſed etiam in cõſecrãdo epiſcopos, &c. de ſac. vnc. c. vnico. Puto tamẽ quòd nõ liceat niſi pro re magna & ardua, & per epiſcopum vel alium de licentia papæ: quia aliter eſſet irreuerentia magna, ſi hæc paſsim fierent.

OMISSIO non requirit aliquẽ actũ, ſed cõſiſtit in ſola negatione actus debiti. ij. diſ. xxxv. & ij. ij. q. lxxj. & nõ habet rationẽ culpæ, niſi ſecũdũ qđ opponit præcepto affirmatiuo: ideoq; nõ eſt peccatum niſi tẽpore, pro quo illud obligat: quo iterato iterat peccatũ. ij. diſ. xxij. q. ij. art. j. ad quartum. j. ij. q. lxxj. ij. ij. q. lxxxix. veri. q. ij. & q. xxiij.

## De Opinione.

1 *Opinio Doctoris, an excuſet.*

2 *Opinioni cui ſit adhærendum, vbi eſt varietas.*

OPINIO vt innoteſcat, ſciẽdum eſt ex S. Th. ij. ij. q. j. art. iiij. quod intellectus alicui dupliciter aſſentit: primò qa ad hoc mouet, ſcilicet ſufficienter ab ipſo obiecto ſiue aliud ſit per ſeipſum cognitum, vt patet in primis principijs quorũ eſt intellectus: ſiue ꝑ aliud, vt patet de cõcluſiõnibꝰ, quarũ eſt ſciẽtia: ſecũdò nõ qa ſufficiẽter mouet ab obiecto ꝓprio, ſed ꝑ quãdã electionẽ volũtariẽ declinãs in vnã partẽ magis quàm in aliã: qđ ſi ſit cũ dubitatione & formidine alterius partis, erit opinio. Si verò fiat cũ certitudine abſq; tali formidine, erit, fides. hæc ex illo. Ex quibus patet qđ ſit intellectus, quid ſciẽtia, quid fides & qd opinio. Quid aũt ſit dubitatio habeas. Dubiũ. & quid ſcrupulus infrà Scrupulus. Et ſic habetur horũ differẽtia: quia intellectus & ſcientia ſunt cum certitudine & euidentia rei intellectæ & ſcitæ, etiam in particulari: fides verò eſt cum certitudine: quia innititur teſtimonio Dei infallibili: ſed ſine euidentia rei creditæ in particulari, licet ſit euidens in vniuerſali, vtpote quia fideli ex multis cõiecturis librorũ & rerũ euidenter conſtat quòd vera ſit fides Chriſti, licet particulariter nõ videat quõ duæ naturæ diuina &, humana ſubſiſtãt in vna perſona. Opinio verò neq; euidentiam neq; certitudinem habet, ſed credulitatem fundatã in humana ratione, inſufficienti tamen, & nõ concludente neceſſariò, ſed probabiliter pro vna parte, & nõ pro alia. Dubitatio verò nullũ horũ habet, neq; euidentiam, nec certitudinem, nec rationem ꝓbabilem ad alteram partem tantũ: ſed ad vtranq; æqualiter vel quaſi, aut ad neutrã. Scrupulus aũt plus aliquid credulitatis habet quàm dubitatio, & minus quã opinio, cùm ſit credulitas ex leuibus cõiecturis, quæ idẽ eſt quod ſuſpicio. Vide ſ. Credulitas. quia tamen opinio mediat inter duo, in ea ſunt duo gradus, ſecundum quod plura vel pauciora magis & minus probabilia media occurrunt. Ideo quædam opinio dicitur certa & firma, quædam verò opinio ſimpliciter. ¶ Primò verò quæritur, † vtrũ ſequens opinionem doctoris alicuius nõ ſubtiliter inueſtigatam, quæ deinde apparet falſa: ſiue, quod idem eſt, vtrum auditores diuerſorum magiſtrorũ tenentium diuerſas opiniões, quarũ ſcilicet altera neceſſariò eſt falſa, excuſentur ſi ſequantur opiniones ſuorũ magiſtrorũ? Et dico ꝙ in hoc videntur eſſe opiniones, & non ſunt. Nam S. Tho. in quolib. dicit quòd excuſantur, ſi illæ opiniones non pertinent ad fidem aut bonos mores: aliàs nullus excuſat ſi contra manifeſtum ſcripturæ teſtimonium, vel contra illud quod publicè tenetur ſecundum authoritatem eccleſiæ opinionem erroneam ſequatur magiſtri alicuius ex ignorãtia: alioquin nõ peccaſſent Arrij & alioram hæreſiarcharũ ſequaces: nec excuſantur ſimplicitate in talibus: quia in dubijs eſt de facili præſtandus aſſenſus: ſed potius, vt dicit Aug. de Doc. Chriſtiana, conſulenda eſt regula fidei, quæ de planioribus ſcripturis & eccleſiæ authoritate percipit. Hæc ex illo. Pan. verò in c. capellanus. de feri. dicit quòd ſequens opiniõem alicuius Doctoris non ſubtiliter inueſtigatam, quæ poſtmodũ apparet falſa, excuſatur à peccato, quandiu nõ apparuerit falſa & facit gl. iuncto tex. in c. vnico. de poſtu. præl. lib. vj. & in c. de ſpon. duo. & in c. cùm venerabilis. de cõſue. & l. regula & quod ibi no. ff. de iu. & fac. igno. & quod no. Inn. in cap. perpetuas. el ij. de ſimo. & gloſ. Gof. Tãc. in d. c. capellanus. & no. Old. in l. quæſitũ. ſcilicet quòd ſequens opinionem ſui Doctoris excuſatur ab impenſione expenſarũ: quia ꝓbabiliter quis ſequitur opinionem ſui Doctoris. l. dicere §. vnde vi in l. ff. de arbitris. Iſtæ autem oiniones non ſunt cõtrariæ, ſed ex vtriſq; elicitur cõpleta veritas: quia vtraq; loquitur in ſpectantibus ad fidem aut mores. S. Tho. dicit ꝙ tales nõ excuſantur in his, quæ ſunt manifeſtè & clarè determinata alibi: quo etiã modo ſcđm Arch. intelligit cùm dicit quòd in opiniõibus faciens cõtra verũ, licet nõ cõtra cõſcientiã, nõ excuſatur à præcepto: puta in habendo plures præbendas, quia facit cõtra legem Dei. aliàs, inquit, cõtradiceret ſibi in eodem lib. quod nõ eſt credendũ. & eſt verũ: quia in talibus non excuſat ignorantia. Pan. verò loquit in obſcuris: & eſt verum oppoſita ratiõe dicente Mona. ꝙ nõ generat aliquod præiudiciũ veritati, cũ inter diuerſas opiniones à magiſtris approbatas & ſcripturis authenticis annotatas, illã quis amplectatur, quæ ſibi videt magis cõſona rationi. Et hoc intelligendũ ſolum qñ quis facit quod in ſe eſt, vt intelligat veritatem: quia talis etiã in manifeſtè determinatis excuſaretur, quia laboret ignorantia pro tunc inuincibili: ſed etiam cùm



quis ex affectione ad ſuum Doctorem iudicat probabiliter, vt ſibi videtur, eſſe verum quod eſt falſum. Nec obſtat quòd in dubijs tutior opinio eſt eligenda. de ſpon. iuuenis. quia nõ eſt in dubio, quæ probabilibus rationibus flectitur ad vnam partem. Nec quòd incertũ dimittendũ eſt, & certũ tenendũ de pœ. diſ. vij. ſi quis. quia tenet iſte certũ ſibi moraliter, cùm in moralibus ſufficiat certitudo ex ꝓbabilibus. ſcđm Philoſophum j. Ethi. Vnde ſi Ioachim tenuit cõtra fidem de ſum. trini. dãnamus. & nõ fuit hæreticus: quia talis articulus nondum erat per eccleſiã damnatus: multò magis excuſatur ſequens opinionem Doc. nõ reprobatã cũ volũtate non adhærendi ſi vera nõ apparet. ¶ Scđò quærit, † cui opinioni ſit adhærẽdendũ vbi eſt varietas? Et diſtinguo Nã aut vna tantũ opinionũ habet ꝓ ſe legem, vel antiquã & probatã cõſuetudinem, alia nõ: & tũc illa eſt præferẽda: quia minimè mutãda ſunt, quæ certã ſententiã ſemper habuerũt. l. minimè. ff. de legi. Aut nõ eſt lex nec cõſuetudo ꝓ aliqua ipſarũ, vel eſt pro vtraq;: & tũc debent cõcordari: vt dicat, vnã in vno & alia in alio caſu obtinere, ſi fieri poteſt: vt c. literas. de reſti. ſpo. xxv. q. ij. §. his ita reſpondetur. de cogna. ſpi. c. j. quia cõueniens eſt iura iuribus concordare. de elec. cùm expediat. li. vj. & l. vnica. C. de inoffi. doti. & l. præcipimus. in fi. C. de appel. Et ſi cõcordari nõ poſſunt, cõmunis opinio ſequenda eſt: quia in cauſa dubij pro multitudine præſumendũ eſt, ſcđm glo. in c. ſi. de pœ. di. j. & cõmunis opinio Doctorũ inducit probabilem errorem. Pro quo vide tex. iũcta gl. in c. vnico, de poſtu. præl. lib. vj. & facit tex. in l. ij. ff. de iu. & fac. igno. & no. Bar. l. de eo. C. de pœ. iudi. q ma. iudi. & in l. precibus. de impu. & alijs ſubſti. Hoc tamen limitat verũ, ſcđm Gemin. in c. j. de ſum. tri. lib. vj. niſi vera & certa ratio cõtraria aſsignetur. & in idem redit limitatio Io. And. in c. j. de cõſti. ſcilicet niſi notoriè malè dicat, vel rationabiliter conuinci poſsit. quod bonus iudex acutiſsimi ingenij æſtimabit. & facit l. j. C. de veteri iur. enucle. vbi dicitur, Sed neq; ex multitudine authorũ quod melius & æquius eſt iudicato: cùm poſsit vnius, & fortè deterioris, ſententia multos in aliqua parte ſuperare. qđ menti cõmendandũ eſt: quia iudex põt interpretari legẽ ſeu Canonẽ quo ad cauſam vertentem corã eo, vt notabiliter dicit Inno. in c. cùm ſpeciali. de appe. Eſt aũt cõmunis opinio ſcđm Iac. de But. qñ cum opiniõe gl. eſt aliquis ſolẽnis Doctor & bonæ cõſcientiæ, poteſt illũ iudex ſequi: ſicut faciũt iudices eccleſiaſtici, maximè in cauſis matrimonialibus. Et hæc no. cõtra iudices amatores nouarũ opinionũ: quia ſcđm Bal. in d. l. fi. C. de pœ. iudi. iudex tenens nouas opiniones dicitur ꝓpter imperitiã facere, & de imperitia punitur: & qui quærũt caſus ſingulares dimittentes regularia, cadunt in latã culpã, ſcđm Sali. per ea quæ habentur in l. latæ culpæ. ff. de ver. ſig. Si aũt non apparet quæ ſit opinio cõmunis, ſed pro vtraq; ſunt famoſiſsimi Doctores: iudex ſequendo aliquam earum non tenebitur in ſimili caſu, ſecundum quod voluit Inno. in c. ne innitaris. de conſti. quem ſequitur Bar. in l. fin. C. de pœn. iudi. qui malè iudic. quod verum dicit, ſecundum Innoc. quantũ ad hoc vt non puniatur in foro ſeculari: ſecus tamen in foro conſcientiæ: quia debuit eligere eam, quæ validioribus rationibus firmatur, argum. Inſti. de emptio. & vendi. §. item pretium. C. de edic. diui Adri. tol. l. edicto. maximè ſi talis opinio ſit ſubtilior: vt dicit tex. in capite, capellanus. de fer. Et ſi vna innititur rigori ſcripto, reliqua verò ſcriptæ æquitati, præponitur æquior. de re. permutat. cap. vnico. libro ſexto. & l. placuit. C. de iudi. & per Cyn. in l. j. C. de legibus. & l. benignius. ff. de legibus. & tenet Paul. in clem. Romani. in princ. de electio. quod tamen fallit in odium Iudæorum, contra quos rigor præfertur æquitati. de Iudæ. capite ij. Et dicitur

benignior ea,quę fauet iuramento,teſtamento,libertati,matrimonio,religioni & ſacramento.arg.c.fi.de cogna.ſpi.& l.ſunt perſonæ.ff.de reli.& ſump.fune. & ſimiliter ea quæ ſoluit,benignior eſt ligãte.de re.iu.odia.lib.vj.l.Arrianus.ff.de actioni.& oblig.Et ſi doctores contraria opinantes ſunt antiqui & moderni,præponũtur antiqui:quia temporis diuturnitas videtur aliquam authoritatem attuliſſe,niſi ex nouis rationibus & cauſis aliud ſentiatur:quia aliquando intellectus iunioris eſt perſpicacior.l.Gallus ff.de lib.& poſthu.diſ.lxiij.§.verum.Si verò ſunt Theologi & Canoniſtæ vel Legiſtæ, pręferuntur Theologi in materia iuris diuini veteris & noui:Canoniſtæ verò in materia canonica,& Legiſtæ in legali.Si verò ſunt ex quatuor Doctoribus eccleſiæ,in ſubtilitatibus quæſtionum non textualium,maximè anagogicarum pręfertur Auguſtinus, in textualibus Hieronymus, in allegorijs Ambroſius, & Gregorius in moralibus: quia quilibet horum quatuor in aliquo ex quatuor ſenſibus ſcripturæ dicitur præeminere.Si verò ſit inter papam & concilium,ſecundum Sum.Aug.in his quæ ſunt fidei concilium præponitur: quia orbis maior eſt vrbe. Sed tu dic verum eſſe, ſi papa ſit hæreticus:aliàs non vt j.Papa.§.iiij.& ſ̃.Fideles.§.vij.Quomodo autem orbis ſit maior vrbe,vide in d.§.iiij.Ideo dico quòd in ſpectantibus ad fidem & mores & in omnibus papa præfertur concilio,quandiu eſt caput, id eſt, non depoſitus per manifeſtam hæreſim, iuxta dicenda j.Papa in d.§.iiij.& hoc ſi papa loquatur authoritatiuè tãquã papa, & non tanquã Doctor.Quod autem dicit Pan.& gl.xx.di.c.j.dictum vnius ſancti adiutum authoritate diuini iuris præualere interpretationi papæ,nõ eſt verum: quia in dubijs doctrina eccleſiæ Romanæ, quæ principaliter eſt in papa,eſt regula fidei:& ad ipſum pertinet huiuſmodi dubia determinare:vt ſuprà.Fides,in d,§.vij.pręualeret tamen extra dubium in manifeſtis: puta ſi papa aliquid aſſereret contra ſcripturam.

## De Oratione.

1 *Orare ad quid expediat.*

2 *Orare cui ſit conueniens.*

3 *Orandi qui ſint à nobis.*

4 *Orare pro quibus perſonis,& p qbus rebus cõueniat.& n.5.*

6 *Oratio qualis eſſe debeat, vt exaudiamur.*

7 *Orationis quis ſit effectus.*

8 *Oratio an cadat ſub præcepto.*

9 *Orationis Dominicæ efficacia & intellectus.*

ORATIO multipliciter definitur, & plerũq; definitiões bene nõ intelligũtur. Vnde vt bene innoteſcat, ſciendũ eſt primò quòd virtus aliquãdo habet partes ij.ij.queſtiõe xlviij.art.vlti.ſcilicet integrales, id eſt, ea quæ neceſſe eſt cõcurrere ad pfectũ actũ illius: & ſubiectiuas, id eſt,ſpecies eiuſdẽ: & poteſtatiuas, quæ ſunt virtutes quędã adiũctæ illi ordinatæ ad aliquos actus ſecũdarios,vel materias quaſi nõ habẽtes totam potentiã illius virtutis. ¶Sciendum eſt ſecundò quòd oratio dupliciter ſumitur.ij.ij.q.lxxxiij.ar.vlt.ad ſecundum. primò ſcilicet communiter, id eſt,vt quoddam totum includens multas partes:& ſecundò vt contra alia diuiditur.Igitur primo modo ſumendo veriſsimè,vt dicit in iiij.diſt.xv.diffinit Dama. dicens quòd oratio eſt petitio decentium à Deo.Partes autem eius quaſi intregales ſunt quatuor ſecundum Apoſtolum aſsignatæ, ſecundum quatuor neceſſaria ad actum orationis, ſcilicet oratio qua ad Deum acceditur:quæ eſt eleuatio mentis in Deum.petitio, quæ ſignificatur nomine poſtulationis ſiue petitionis qua aliquid proponitur Deo ad obtinendum: obſecratio, id eſt,ob ſacra precatio,quæ eſt ratio impetrandi ex parte Dei vt cùm dicitur, per natiuitatem tuam libera nos domine:& gratiarum actio,ſiue laus,quæ eſt ratio impetrandi ex parte petentis: quia de acceptis beneficijs gratias agentes meremur accipere potiora. quæ quatuor aliquando eſt videre in collectis,ſicut in ea,quæ eſt Trinitatis,dicitur, omnipotens, quo ad orationem.qui dediſti, quo ad gratiarum actionem, præſta quæſumus, quo ad poſtulationem, & per dominum noſtrum,quo ad obſecrationem.Partes verò ſubiectiuæ ſumuntur ſecundum ea quæ petuntur, vel etiam ſecundum modos petendi.& ſic ſunt tres,ſcilicet ſupplicatio, qua petitur aliquid indeterminatè:puta iuuari à Deo.poſtulatio,qua petitur aliquid determinari:& inſinuatio,qua ſolum factum narratur:vt ecce, quem amas infirmatur.Io.xj.Et ſolum his tribus, quæ ſunt ſpecies, conuenit definitio orationis, id eſt, eſſe petitionem decentium à Deo:nõ autem alijs:quia ſunt partes integrales.hæc ex illo. ¶Primò verò queritur,†vtrũ 1
expediat orare? Et dico indubitatè quod ſic, licet circa hoc fuerint multi errores,quos S.Tho.eliminat ij.ij.vbi ſ̃.nõ tamen oramus,vt ibi dicitur,vt mutetur diuina diſpoſitio,ſed vt impleatur:vt ſcilicet obtineamus quod Deus vult dare,& precibus obtineri.Vnde ſecundum hanc doctrinam orare eſt quaſi applicare cauſam effectui: ſicut q plantata arbore fructus procurat.Vel dicẽdum eſt quòd oramus, vt Deus faciat aliquid quod facere poteſt & omittere: quia ſicut olim ante quàm faceret mundum, erat liber vt faceret:ita modò liber eſt contradictione reſpectu omnium futurorum. De hoc in quæſtionibus aureæ Roſ.in feſto ſanctæ Trinitatis.
¶Secundò quæritur,† cui ſit cõueniens vel etiam vtile orare? 2
Et dico multa.¶Primum.Diuinis perſonis non conuenit orare,ſecundum S.Tho.ij.ij.q.iiij.vbi ſ̃.quia oratio ſit ad ſuperiorem,quem non habent: licet filius orauerit ſecundum humanitatem,qua eſt patre,imò ſeipſo minor:& modò etiã orat pro nobis vel petendo vel oſtendendo patri humanitatem cum myſterijs eius:vt dicit S.Thom.Ro.viij.Non dicimus tamen, Chriſte ora pro nobis:ſed, miſerere:qa ſupponit ſuppoſitum æternum,vt dicit in iiij.¶Secundum.Sanctis qui ſunt in patria,etiam angelis,competit orare, ſecundum Sanctum Thomam in iiij.diſt.xv.q.iiij.ar.vj.q.ij.non pro ſe: quia omnia eis ſuccedunt ad votum,ſed pro nobis: dicit tamen in ij.ij.quòd orant pro gloria corporis, quæ illis deeſt: ſed eſt oratio impropria, id eſt naturale deſiderium vnionis ad corpus.¶Tertium. Sancti, qui ſunt in purgatorio, non ſunt in ſtatu orandi, ſcilicet pro nobis, ſed magis vt pro eis oretur.ij.ij.vbi ſ̃.ar.xj.quia inquit, Et ſi ſint ſuperiores nobis propter impeccabilitatem: ſunt tamen inferiores quantum ad pœnas,quas patiuntur. Vtrum autem pro ſe orent, non eſt præſentis ſpeculatiõis.¶Quartum. Peccatoribus autem conuenit orare pro ſe:quia ſecundum Sanct.Tho.ij.ij.vbi ſ̃.art.xvj.licet non exaudiatur peccator ex miſericordia Dei ſi quid petit inquantum peccator,id eſt,ſecundum deſiderium peccati,& ſi aliquando audiatur ad vindictam, dum permittitur amplius ruere.Deus enim ſecundum Auguſt. quædam negat propitius, quæ cõcedit iratus orationem tamen eius ex bono deſiderio naturæ procedente Deus audit,non quaſi ex iuſtitia,quia peccator hoc non meretur:ſed ex pura miſericordia, obſeruatis tamen quatuor conditionibus, ſcilicet quòd petat pro ſe neceſſaria ad ſalutem piè & perſeueranter. ¶Quintum. Vtrum autẽ exaudiatur peccator orãs pro alijs,diſtinguo.Nam ſi oret vt miniſter eccleſiæ, exauditur: j. quæſtio.j.dictum eſt.Si verò oret vt priuata perſona:ſi quidem ad hoc eſt inductus ab aliquo bono:videtur quòd exaudiatur,& inquantum orat ex bono deſiderio naturæ petens Deo placita: ſicut & ſi oraret pro ſe & pro merito poſcentis,licet non pro ſuo,ar.d.c.dictum eſt.Si verò non eſt inductus ab aliquo bono:ſic non exauditur. j.q.j.ſi quis inquit.& ca.ipſi ſacerdotes.&.c.neceſſe.quod intellige niſi oret ex bono naturæ deſiderio: ſicut dicitur Deus exaudiſſe Alexandrum Magnum ad mõtes Caſpios.¶Tertiò queritur,†quis 3
ſit orandus à nobis?Et dico multa.¶Primum. Secundum S.Th.& Ric.cum dupliciter aliquem oremus,ſcilicet vt exauditorem ſiue impletorem noſtræ orationis:& ſicut impetratorem vel interceſſorem. Primò modo ſolum Deum oramus:quia,inquit,S.Th.omnes orationes noſtræ ordinari debent ad gratiam & gloriam conſequendam, quæ dantur à ſolo Deo,qui etiam ſolus,ſecundum Richa.dat alia bona vt ordinantur ad acquiſitionem prædictorum.ſed ſecundo modo oramus etiam ſanctos.&hoc etiam,inquit,S.Th.oſtendit modus orandi eccleſiæ:quia à ſancta Trinitate petimus vt miſereatur:ab alijs autem vt orent pro nobis. ¶Secundum. Sancti qui ſunt in patria,ſecundum Gre.in xij.Mor.& S.Th. vbi ſ̃.licet naturaliter ignorent ea quæ in iſto mundo fiunt, maximè cogitationes cordis,in verbo tamen manifeſtatur eis id,quod eos decet cognoſcere de his,quæ circa nos aguntur,etiã quãtũ ad interiores motus cordis, cuiuſmodi maximè ſunt petitiones ad eos directæ voce vel corde: vnde eas Deo manifeſtante cognoſcunt.Adde tu quòd eadem ratio eſt de beatis angelis.¶Tertium.Secundum S.Th.vbi ſ̃.ſancti,qui ſunt in patria,orant pro nobis: quia cum oratio pro alijs facta proueniat ex charitate:quãtò illi ſunt perfectioris charitatis,tantò magis orãt pro viatoribus,qui orationibus iuuari poſcunt,&quantò ſunt Deo coniunctiores.¶Quartũ. Igitur oratio tanquã deprecatoribus prorrigenda eſt ad ſanctos,qui ſunt in patria,ſecundum S.Th.& Ric.eadem ratione etiã ad angelos,ſecundũ b.Ber.in ſermone ſancti Michaëlis:& eo magis quòd non ſolùm orando, ſed etiã vtendo ſua naturali virtute plerunq; iuuare nos poſſunt:non autem ad ſanctos,qui ſunt in hoc mũdo vel in purgatorio:quia,inquit, S.Tho. nondum fruuntur viſione verbi,vt cognoſcere poſſint quæ cogitamus aut dicimus:à viuis tamen ſuffragiũ petimus colloquendo:nec Paſcaſius in purgarorio ſanauit infirmum,ſed oratio & fides orantis. ¶Quintum.Licet ſancti ſuperiores ſint Deo acceptiores:tamen ſecundum S.Tho.in iiij.di.xlv.q.iij.ar.ij.ad ſecundum. vtile eſt etiam inferiores orare:primò quia ad eos aliqñ quis habet deuotionem maiorem,ex qua maximè dependet oratiõis effectus: ſecundò, ad tollendum faſtidium,quod vnius rei aſsiduitas parit. tertiò,quia aliquibus ſanctis datum eſt in aliquibus cauſis ſpecialibus præcipuè patrocinari,ſicut ſancto Antonio ad ignẽ infernalem.quartò,vt debitus honor exhibeatur omnibus: hoc quia plurium orationes quandoq; impetrant,quod non oratio vnius.Et addit ij.ij.vbi ſ̃.ar.xj.quòd aliquando imploratio inferioris ſancti eſt efficacior,vel quia deuotius imploratur,vel quia Deus vult eius ſanctitatem declarare.Hæc ille.Ex hoc videtur quòd quando ſancti nouiter migrant à ſeculo,& ſi quid petitur ab eis, petatur ab eis ſolis: alioquin forte Deus,qui vult illos glorificare,nõ exaudiret inuocatus per duos,qui exaudiret inuocatus per vnũ.¶Quartò quærit, pro quibus perſonis ſit orandũ?Et dico ex S.Th.in diuerſis locis quòd quilibet debet orare pro alijs,ſicut &pro ſe:cùm illud ſit in oratione petendum quod eſt deſiderandũ:quia nõ ſolum nobis,ſed etiam alijs debemus bona deſiderare: cùm hoc pertineat ad rationem dilectionis, quã proximis debemus impendere.ij.ij.vbi ſ̃.ar.ij.Et vt ibi patet ar.viij.pro inimicis quidem orare quilibet tenetur in cõmuni,vt ſcilicet non excludat eos à cõmunibus oratiõibus pro alijs factis:pro eis autem ſpecialiter orare,perfectionis eſt,niſi in caſu ſpeciali,





ſcilicet neceſsitatis:ſicut & de dilectione dictũ eſt ſ̃.Charitas §.iiij.&.v.Et generaliter orandum eſt pro omni peccatore viatore vt conuertatur:licet non impetretur niſi pro prædeſtinatis:& pro iuſtis vt perſeuerent,multiplici ratione:vt ibi ar.vj.ad tertium.Et ſimilter orandum eſt pro excommunicatis,ſed non inter orationes pro membis eccleſiæ.iiij.di.xviij. de quo vide ſ̃.Excommunicatio.j.in prin.ij.Miſſa.j.§.viij.Et ſimiliter pro infidelibus.iiij.di.xviij.Et ſimiliter pro exiſtentibus in purgatorio,non autem pro damnatis: vt j.Suffragium§.vj.¶Quintò quęritur,†pro quibus rebus obtinendis o- 5
randum eſt?Et dico vt patet ex S.Tho.ij.ij.vbi ſ̃.ar.v.& vj.& in iiij.di.xv.ar.iiij.per totum.quòd non ſolum poſſumus aliquid à Deo petere in communi,puta quòd bona tribuat,ſed etiam in ſpeciali determinatè propter multa,maximè vt noſtrum deſiderium ſit feruentius ad poſtulãdum:ſed ea quibus malè vti non poſſumus,quæ ſcilicet malum euentum habere non poſſunt,vt beatitudinem & virtutes ac ſpiritualia bona poſſumus petere determinatè & principaliter ſeu ppter ſe,& abſolutè ſine quacunq; conditione,ſcdm illud Pſal.Oſtende faciem tuam.ſed temporalia poſſumus quidem determinatè ſiue ſpecialiter petere:ſed nõ principaliter vel ppter ſe,ſed ſolùm ſicut quædam adminicula, quibus adiuuamur ad beatitudinem,inquantum per ea vita corporalis ſuſtentatur,& nobis organicè deſeruiunt ad actus virtutum:nec abſolutè, ſed ſub conditione expreſſa vel tacita ſi & inquantũ expediũt ad ſalutẽ.Hæc eſt eius doctrina & mens ibi.¶Sextò quæritur,†qualis debeat eſſe oratio &qualiter ſit orandũ 6
vt ſemper ſequatur exauditio?Et dico multa.¶Primum.Oratio ſecundum S.Tho.ij.ij.& iiij.vbi ſ̃.debet eſſe vocalis, ſi ſit publica ſeu communis:vt quæ ſit per miniſtros eccleſiæ in perſona totius populi fidelis:quia oportet eam toti populo,pro quo offertur,innoteſcere: vt ad deuotionem & ſuã intentionem cum orantibus coniungendam excitentur.Si verò ſit priuata ſeu ſingularis,id eſt, oblata à ſingulari perſona,pro ſe vel alio,non eſt vocalis neceſſariò: adiungitur tamen illi vox propter multa.Primò ſcilicet vt ſeipſum ad deuotionem excitet orans:vnde ſi mens per hoc diſtrahatur vel impediatur,ceſſandũ eſt.Secundò,vt intentionem cuſtodiat ne vagetur:quia magis tenetur ad vnũ, ſi etiã verba adiungantur.Tertiò,vt debitũ reddat ſeruiendo Deo etiã de corpore.Quartò,propter redundantiã ex vehementia affectus. ¶Secundum.Debet etiã eſſe oratio actualiter attenta.quod quomodo intelligatur quantum ad orationem, ad quam qs ex præcepto tenetur eccleſiæ:vide ſ̃.Hora.§.xj.quantum verò ad alias orationes ſecundum S.Tho.ij.ij.vbi ſ̃.attentio eſt neceſſaria abſolutè eo modo quo neceſſarium dicitur id, quo melius venitur ad finem ſeu effectum:non autem ſemper eſt neceſſaria eo modo quo illud dicitur neceſſarium,ſine quo res effectum ſuum ſortiri non poteſt: quia cum triplex ſit orationis effectus,ſcilicet mereri impetrare,&mentem reficere:ad primum non eſt neceſſe attentionem adeſſe orationi per totum:ſed vis primæ attentionis,qua ad orãdum acceditur,facit totam orationem meritoriam: ſicut in alijs actibus meritorijs accidit. & idem ſufficit ad ſecundum:ſi tamen prima intentio deſit,nec meritoria nec impetratiua oratio erit:quia illam orationem Deus non audit,cui orans non intendit:vt dicit Gre.& idem eſſet,vt videtur velle in quarto,ſi vis primæ intentionis omnino periret. Vnde oportet hominem frequenter reuocare cor ad ſeipſum. Quantum verò ad tertium effectum neceſſariò requiritur attentio.Vnde primæ ad Corint.xiiij. Si orem lingua,mens mea ſine fructu eſt.Triplex tamen attentio orationi vocali poteſt adhiberi, ſcilicet ad verba, quibus petimus: ad ſen-

ſum verborum,id eſt,ad petitionem ipſam:& ad finem orationis,& ea quæ petitionem circunſtant, ſcilicet ad Deum, & ad rem pro qua oratur,& huiuſmodi : & quæcunque harum adſit,oratio non eſt reputanda inattenta.Et quartò vide quomodo prima eſt bona,ſecunda melior,tertia optima: & omittenda ſit prima ſi noceat ſecundæ , & ſecunda ſi tertiæ:non econtrario.¶Tertium.Debet etiam oratio eſſe diuturna & continua:vt idem dicit ſecunda ſecundæ,vbi ſuprà. & hoc ſecundum ſuam cauſam,id eſt,deſiderium charitatis, ex quo debet procedere : quod debet eſſe in nobis actu aut virtute continuum:quia huius deſiderij virtus manet in omnibus quæ facimus ex charitate.Secundum ſe autem non poteſt eſſe continua:quia oportet nos etiam in alijs operibus occupare.Vnde tantum debet durare, quantum eſt vtile ad ſuum finem,quæ ſecundum Augu.ad probam, eſt excitatio interioris deſiderij:quia cuiuſcunq; rei quantitas proportionata debet eſſe ſuo fini,ſicut quantitas potionis ſanitati.Cũ autem hanc menſuram excedit , ita quòd ſine tædio durare non poſsit,non eſt vlterius oratio protendenda.Quod autẽ dominus dicit Lucæ xviij.oportet vos ſemper orare:vt idem dicit,intelligendum eſt vel propter continuitatem deſiderij, vt dictũ eſt,vel quia nõ intermittit quin oret quis horis & tẽporibus ſtatutis:vel propter affectum,ſiue in ipſo orãte, qui poſt orationem remanet deuotior:ſiue etiã in alio : puta cũ quis ſuis beneficijs prouocet alium vt pro ſe oret, etiam qñ ipſe ab orando ceſſat.Adde quòd hoc etiam eſt dictũ exaggeratiuè ad oſtendendum neceſsitatem & vtilitatem orationis.ſicut ſi dicatur quòd nauclerum ſemper oportet reſpicere ſtellam directiuam.Quod etiam dicit dominus Matthæi vj.Cùm oraueritis,nolite multum loqui:non eſt contrarium quia ibi ſumitur oratio vt eſt petitio rei obtinendæ:quia paucis verbis abſoluenda eſt:ſed ipſe aſcenſus ad Deum per meditationem & gratiarum actionem,& huiuſmodi,debent fieri vt dictum eſt. ¶Quartum . Si oratio habeat has quatuor conditiones:vt fiat piè ad ſalutem,pro ſe , & perſeueranter, ſemper exauditur,licet etiam aliquando exaudiatur aliqua harum deficiente.iiij.di.xv.q.iiij.ar.vij.q.iij.ij.ij.q.vbi ſ.ar.vij. iij.contra c.xcvj.Vide ibi.¶Septimò quæritur,†quis ſit ora-
7 tionis effectus?Et dico quòd immediatè eſt triplex, vt dictũ eſt §.priori.Primò,mereri ſuppoſita charitate , etiã ſi Deus nolit exaudire:quia eſt actus virtutis,id eſt,latriæ. ſecundò, impetrare:& tertiò,mentem reficere.ij.ij.vbi ſ.mediatè verò & conſequutiuè ſunt multi alij: quia repellit triſtitiã, & auget ſpem,ſecundũ S.Tho.ſuper Pſalmo xlj . & vt idem dicit Ro.xij.cauſat ſolicitudinem,feruorem,ſeruitiũ Dei,gaudium & auxilium:& ſi de ea loquamur , vt eſt impetratiua, eius effectus totuplex eſt,quotuplex res quę poteſt obtineri.
8 ¶Octauò quæritur,†vtrum oratio cadat ſub præcepto ? Et dico circa hoc eſſe opiniones.Nã Vlde. dicit quòd ad orationem mentalem tenetur quis iure naturali, quod homini dictat ſe diſponere ad ea ſine quibus non eſt ſalus . quod ſine oratione nõ fit:ad vocalem verò ex diuino præcepto nõ tenetur:ſed ex ſtatuto eccleſiæ,quæ miniſtris ſuis miſſas & horas canonicas indixit,vel etiã ex iniunctiõe cõfeſſoris. Et intendit Vlde.talem rationem : Ad ea tenetur hõ diuino iure vel naturali,ſine quibus nõ eſt ſalus,quã diuino iure vel naturali tenet ſibi acquirere:quia eadem eſt neceſsitas finis,& eius,ſine quo nõ poteſt eſſe finis,ex ſecũdo Phyſi.& finis imponit neceſsitatẽ.his,quæ ſunt ad finem.l.oratio.ff.de ſpon. huiuſmodi autem eſt oratio:quia ex nobis bonũ cogitare nõ ſufficimus,vt patet ij.Cor.iij.& conſequenter nec operari, niſi detur ex gratia : quod non fit regulariter quantum ad adultos niſi petant,per arg.à contrario.Io.vj.Petite,& accipietis.& facit xxiij.q.iiij.obtineri.& hoc ſequitur Sum.Con. & Piſ.Sup.autem addit quòd etiam ad orationem vocalem tenetur quis ex diuino precepto:quia debemus dicere,Pater noſter.Mat.vj.Vnde hanc orationem ſcire & dicere debent omnes Criſtiani.de conſe.diſt.iiij.vos ante omnia.Sed eſto quòd ſit in præcepto : dico quòd ſufficit dicere mentaliter, cùm aliqñ ſit vox intermittenda,qñ ſcilicet impedit ſpiritũ, vt dictum eſt.imò dicit S.Th.ij.ij.vbi ſ.ar.xiiij.ad tertium.& ſimiliter in quartò,quòd oportet intendere ad ea impetranda,quæ in dicta oratione continentur : non autem oportet vti verbis eius tantùm.Vnde S.Th.in iiij.di.xv.dicit quòd oratio cadit ſub præcepto determinatè : ſicut miniſtri eccleſiæ ex ſtatuto eius tenentur ad horas canonicas:& indeterminatè, ſicut ad orationem tenetur quilibet ex hoc ipſo quòd tenetur ad bona ſpiritualia,ſibi procuranda,quæ non niſi diuinitus dantur.Vnde alio modo procurari non poſſunt,niſi vt ab ipſo petantur.Et ex hoc ipſo etiam quòd charitatis præcepto tenetur quis proximum ſicut ſeipſum diligere,tenetur & in neceſsitate eſſe beneficus,non ſolùm per corporales,ſed etiam per ſpirituales eleemoſynas,quarũ vna eſt oratio:omnibus etiam,qui eccleſiæ miniſterio non funguntur,videtur ab eccleſia ſtatutum eſſe determinatum tempus orandi:cũ ex canonũ ſtatuto teneantur diebus feſtis diuinis officijs intereſſe,vt miniſtris pro populo orãtibus ſuã intentionem cõforment.Hęc ille.Ex quibus & ex alijs dictis eius patet quòd homo tenetur ſub præcepto orare determinata oratione, primò ex præcepto eccleſiæ,ſi eſt obligatus ad horas canonicas.ſecundò ex impoſitione ſacerdotis in pœnitentia. tertiò ex præcepto cuiuſcunq; prælati ſpiritualis.quartò ex ꝓprio voto.Indeterminata quoq; oratione orare tenetur primò eo tempore quo tenetur ſibi ꝓcurare ſpiritualia bona, quæ nõ niſi per orationem cõſequi poteſt . quod tempus videtur determinatũ quantũ ad inſtãs,quo quis incipit vti ratione,in quo tenetur ſe dirigere & ordinare in Deũ:&,vt videtur,eius auxiliũ precari,ſi hoc ſuæ menti inſpiretur : aliàs verò determinatè nõ poteſt:ſed diuina prouidentia ad hoc mouet quando eſt neceſſarium:quia ſtat ad hoſtium & pulſat, Apocal.iij.& ſecundò qñ videt proximũ in neceſsitate ſpirituali vel corporali extrema vel quaſi:puta quia videt eum in ꝑiculo peccati mortalis,aut in ꝑiculo mortis violenter & iniuſtè illatæ:vt cũ duo iniuſtè pugnãt ad mortem aut vulnera:niſi fortè poſſet aliter melius quàm per orationem ſuffragari.tertiò à fortiori quãdo homo videt ſeipſum in graui tentatione & periculo animæ ſuæ . quartò qñ ex præcepto audit diuina,id eſt,miſſam:quia tenetur orare,id eſt,orantibus aſsiſtere,vt eis mediantibus oret.¶Nonò quęritur,†quę 9
ſit efficacia,& quis intellectus dominicæ orationis. Et quantum ad primũ dicit San.doctor ij.ij.vbi ſ.art.ix. quòd ipſa eſt perfectiſsima oratio:quia cõtinet omnia deſiderãda,& ordinem eorũ,& informat omnes effectus.propter quæ etiã dicit Ric.quòd inter omnes eſt efficaciſsima. & ſcdm Aug.ad Probam,ſi rectè oramus,nihil aliud dicere poſſumus.Quãtum verò ad ſecundum,vide ij.ij.vbi ſ.art.ix.& iij.di.xxiiij.

## De Oratorio.

1 *Oratorium priuatum quid ſit , & quid publicum, & quis alterutrum habere poſsit.*

ORATORIVM † priuatũ qlibet authoritate ꝓpria 1
in domo ſua põt habere:ſed nõ in forma eccleſię ſine licẽtia epi:ſine qua etiã nullus ibi celebrare debet,niſi ſit priuilegiatus:aliter celebrãs debet deponi.de cõſ.diſt.j. vnicuiq; &.c.clericos.&.c.ſi qs.Qua aũt imunitate gaudeat, vide ſ.Immunitas.§.j.& ij.in prin.& ſ.Loca.§.iij.Eccleſia enim habet campanile:non priuatum oratorium:& illa eſt fundata authoritate publica,id eſt,epiſcopi,& eſt cõſecrata ſi propriè dicitur.& poſſunt ibi diuina celebrari ſine alia licentia: modò habeatur altare portatile,& omne aliud neceſſarium: ſecus in priuato oratorio per omnia.

## De Ordinario.

ORDINARIVS,ſubintellige iudex,eſt duplex ſcdm duplex iudiciũ ſcilicet in foro cauſarũ . & de hoc ſ.Iudex.§.j.& in foro cõſcientię:& de iſto ſ.Confeſſor,j.§.j.& ij.

## De Ordine eccleſiaſtico.j.in ſe abſolute.

1 *Ordo quid & quot ſunt ordines.*
2 *Ordines omnes an ſint vnum ſacramentum.*
3 *Ordo an liberet à ſeruitute.*

ORDO eccleſiaſticus ſecundũ magi.in iiij.diſ.xxiiij.eſt ſignaculũ quoddã,in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato.Et dicitur ſignaculũ ſecundũ Petr.de Pal.id eſt,cũ exteriori ſigno traditũ . Cum autẽ.vt dicit , videatur eſſe neceſſariũ ꝙ vbi eſt diſtincta forma in eodẽ ſacramẽto vel in diuerſis,ſit etiã diſtincta materia ſiue ſpecies,vt in Euchariſtia:ſiue numero,vt in extrema vnctione,vbi ad ſingulas vnctiones adhibet materia numero diſtincta tamẽ ſi in libro vno cõtineãtur exorciſmi,ꝓphetię & Euãgelia,idẽ liber erit ſignaculũ imprimẽdi characterẽ in trib9 ordinibus: quia formaliter differũt. Dicit etiã poteſtas & nõ potentia, quæ cõis eſt actiuę & paſsiuæ:qa poteſtas importat actiuã determinatè,cuiuſmodi eſt potẽtia ordinũ : quæ ſecundũ S. Tho.eſt faciẽdi aliquid ſpeciale in ordine ad Euchariſtiã.Dicitur etiã,traditur:quia ei dicitur accipe. Vnde ſi nõ accipit tangẽdo manu,nihil fit:nõ tñ oportet ꝙ duabus manibus tãgat,licet ſit ſecurius.hæc ex illo.Cui adde quòd ſi ordinator nõ traderet poteſtatẽ per formæ verbalis expreſsionẽ , non traderetur ordo.Igitur ordo eſt ſacramẽtũ,ſecundũ S.Tho. quia in eius ſuſceptiõe quędã cõſecratio adhibet homini per viſibilia ſigna,per quã ordinatur ad diſpenſationẽ diuinorũ ſacramẽtorũ.Et ideo in hoc cõfertur gratia:quia eſt neceſſaria nõ ſolùm ad dignè ſuſcipiendũ ſacramentũ,ſed etiã ad dignè miniſtrandũ:& in eo imprimit character,de quo ſ.Character.¶Primò verò quæritur,†qui & quot ſunt ordines?Et dico ex S.Thò.ꝙ ordo ſumitur ꝓpriè: & ſic eſt ſacramentũ imprimẽs characterẽ:& large:& ſic nõ eſt ſacramẽtum,ſed deputatio quędã ad cultũ diuinũ,vt dicetur de prima tõſura vel ad aliqđ officiũ,vt dicet de epiſcopatu.¶Quãtũ igitur ad primũ,dubiũ eſt de tribus,an ſint ordines. Primò de prima tõſura ſiue corona.de qua tenẽt Canoniſtę ꝙ ſit ordo ꝓpriè [illegible] eſt in c.cũ cõtingat.& ibi do.Ant. & cõiter Canoniſtæ de [illegible] & quali.& dicit Ber.ibi quòd eſt idẽ quod pſalmiſtatus quod etiã tenet Sum.Ang.ſed S.Tho.& Pet.de Pal.& Richar.& cõmuniter Theologi dicũt quòd nõ eſt ordo ꝓpriè, niſi ſicut dicitur religionũ ordo,qui eſt deputatio ad aliquod [illegible] in quibuſdã ceremonijs:quia ordo propriè ſecundũ [illegible] S.Tho.eſt illud,in quo datur ſpiritualis poteſtas nõ [illegible] fit deputatio ad aliquod officiũ, ſicut per coronã homo deputatur ſolùm ad chorũ,vbi nõ habet aliquid ſpeciale [illegible] cõmune.Sed eſt corona ſecundũ eoſdẽ depoſitio ad ordines & ſecundũ Pet.de Pa.ad ordines eſt diſpoſitio cõgrui [illegible] ſed neceſsitatis reſpectu beneficij & iuriſdictionis eccleſiaſticæ:vñ nõ tenet collatio beneficij vel cõmiſsio iuriſdictionis facta nõ tonſurato:quia nõ clericus nõ eſt capax. [illegible] literas.Ex quibus etiã ſequitur qđ nõ ſit idẽ corona [illegible] pſalmiſtatus:quia tõſura oẽs ordines præcedit tanquam diſpoſitio:ſed pſalmiſtatus ſequitur:quia ſecundũ Sanc. Tho.eſt officiũ ordini lectoratus annexum.xxiij.diſ.pſalmiſta.qua etiam ratione inter ordines ponitur ſecũdus ab oſtiario. diſt.ij.cleros.& de hoc ſtatim.Et iſta Theologorũ opinio tenẽda eſt:tum quia loquit in propria materia,& Canoniſtæ in aliena,tum quia ordo ꝓpriè eſt poteſtas faciẽdi aliquid ſpeciale in ordine ad Euchariſtiã:tum qa iura licet aliquando coronam enumerẽt inter ordines,vt in d.c.cùm cõtingat.ex eo ſcilicet quòd eſt ordo largè,tamẽ aliquãdo nõ ponunt,vt xxxij.diſt.ſeriatim.& diſt.lxxvij.illud.& diſt.xciij. à ſubdiacono.quod nõ poſſet fieri ſi eſſet ordo propriè.¶Secundò eſt dubiũ de pſalmiſtatu:& tenẽt canoniſtæ quòd eſt ordo,ſed idẽ coronæ.Sed S.Tho.dicit quòd nõ eſt ordo,ſed officiũ ordini annexũ ſcilicet lectoratus : quia enim pſalmi cum cantu pronũtiantur:ideo lector dicitur pſalmiſta & cantor:cantor autem nõ eſt nomen ordinis ſpecialis, ſed officij inter ordines:tum quia cãtare pertinet ad totum chorũ:tum quia non habet aliquam ſpecialem relationem ad Euchariſtiam.Petr. tamẽ de Palu.tenet quòd Pſalmiſtatus ſit idem quod prima tonſura:quia vult quod per eam quis deputetur ad chorum.ſed ſecundum Sanctum Thom. per eum deputatur quis ad diuinum cultum,id eſt,vt ſit de clero, & imponi poſsit ei officiũ aliquod vel miniſteriũ.¶Tertiò eſt dubium de epiſcopatu:de quo tenẽt canoniſtę ꝙ ſit ordo,ſcilicet ꝓpriè ita quòd in eo imprimitur character. & etiã videtur ſequi.Sum.Ang.cõtra Roſ.& Supp.dicẽs pro hoc facere inconuincibiliter.c.j.de ordin.ab epiſcopo qui epi.re. vbi patet ꝙ licet epiſcopus reſignauerit,nihilo minus cõfert ordines, licet nõ executionẽ.quod non eſſet niſi indelibilẽ characterẽ haberet impreſſum.Sed S.Tho.dicit ꝙ nõ eſt ordo propriè, ſcilicet ſecundũ quod ordo eſt ſacramẽtũ:quia ſic omnis ordo ordinatur ad ſacramentũ Euchariſtiæ reſpectu cuius epiſcopus nõ habet poteſtatem ſuperiorem ſacerdotali: eſt tamen ordo ſecundũ quod ordo eſt officium reſpectu quarundam actionũ ſacrarum:quia epiſcopus habet poteſtatem in actionibus hierarchicis reſpectu corporis myſtici ſuprà ſacerdotẽ.& ſic quãdoq; loquũtur iura,quę dicũt ꝙ epiſcopus cõmittere nõ poteſt nõ epiſcopo ea quæ ſunt ordinis epiſcopalis. de cõſe.eccl.aqua.Et ad motiuũ Sum. Ang. dico illud ideo eſſe.qa poteſtas epiſcopalis,vt dicit S.Th.in iiij.diſ. xxiiij.q.vlt.art.ij.q.ij.ad tertiũ.nõ eſt tantũ iuriſdictionis,ſed etiã ordinis cõiter:nõ tamẽ habet rationẽ characteris : vt ibi dicitur ad ſecundũ:quia ordo vt imprimit characterẽ ꝑ quẽ Chriſto cõfiguramur,ordinatur ad ſacramentũ Euchariſtię, in quo Chriſtus continetur.hæc ille.Et ſic dico ꝙ illa poteſtas eſt indelebilis,ſicut & character,licet nõ attingat ad rationẽ characteris.quod idem probat in di.xxiiij.q.j.art.ij.qa datur cum conſecratione quę annulari nõ poteſt.¶Quantũ ad ſecundum dico quòd ſecundum San.Tho.& alios Theologos,ordines ſunt ſeptem propriè,quatuor ſcilicet minores,qui non dicuntur ſacri ratione materiæ,quia nõ habent actum circa materiam ſacrã,puta calicem vel Euchariſtiã: licet ſint ſacri ſecundũ ſe,cum ſint ſacramẽta:quorũ primus incipiendo ab infimis,eſt exorciſtatus: ſecundus lectoratus, ſub quo cõtinet pſalmiſtat9 & cãtoratus:tertius oſtiariatus: & quartus acoluthatus: & tres maiores ſeu ſacri ratiõe materiæ,ſcilicet ſubdiaconatus diaconatus , & presbyteratus: quorũ ſufficiẽtia & numerus & ordo ſumit ſecũdũ ſeptẽ reſpectus ad Euchariſtiã,vt ꝓbat S.Th.vbi ſ.q.ij.ar.j.largè verò ſunt nouẽ:quia minoribus additur corona , & maioribus epiſcopatus.Secũdũ canoniſtas verò ſunt nouẽ propriè:quia prædictos duos additos dicũt eſſe ordines propriè: quod nõ eſt tenendũ,vt dictũ eſt.¶Secundò quæritur,†vtrum omnes 2
ordines ſint vnum ſacramentũ?Et dicit S.Tho.quòd ſic:quia diuiſio ordinis in ſeptẽ non eſt totius integralis aut vniuer-

ſalis,ſed poteſtatiui,cuius plenitudo eſt tantũ in ſacerdotio:
vt exẽplũ eſt de anima diuiſa per vegetatiuã, ſenſitiuã,& in
tellectiuã.Et idẽ intẽdit Pe.dicẽs ꝙ ordo eſt vnũ ſacramen
tum,nõ vnitate indiuiſibilitatis ſicut pũctus,nec cõtinuitatis
ſicut linea,aut perfectione vnius formę ſicut corpus anima-
tum,ſed perfectiõe vnius finis:quia cũ ex diuerſis ordinibus
ſpecialibus cõſtituatur,om̃es ordinãtur ad vnũ actũ,ſcilicet
3 conſecrationẽ Euchariſtiæ.¶Tertiò quærit,† vtrũ ordo li-
beret à fortuna ſeruili?Et dicit Ray.quòd nõ ſolùm epiſco-
palis dignitas,ſed etiã ſacerdotalis liberat à cõditiõe ſeruili
vel adſcripticia.diſt.liiij.ſi ſeruus ſciẽte.& ſecundũ canones
etiã à fortuna ſiue vinculo curiali,cũ liberet à ſeruili,quę eſt
fortior.diſt.liiij.frequẽs.&.c.ex antiquis.Vnde quãtũ ad hoc
nõ tenet.d.c.ſi ſeruus.dicẽs cõtrariũ de curiali vel officiali:
quia eſt quædã lex quæ reuocatur per ius canonicũ,ſecundũ
Gof.ibi.Vtrũ autem vo tum caſtitatis ſit annexum ordini ſa
cro vide ſ.Matrimoniũ·viij.§.iij.quod eſt de impedimẽto v.

## Ruſus de ordine.ij.quantum ad colla-tionem vel ſuſceptionem.

1 *Ordo qualem characterem prærequirat.*
2 *Ordinum collatio quale requirat ſcrutinium.*
3 *Ordinum ſingulorum qui ſint proprij actus.*
4 *Ordinis character in quo actu imprimatur.*
5 *Ordinationis actus quas habeat ceremonias.*
6 *Ordines quibus temporibus tradi poßint.*
7 *Ordines an gradatim ſint conferendi.*
8 *Ordines in quo loco ſint conferendi.*
9 *Ordines qualiter ſint conferendi.*
10 *Ordinationi ſi quid deſit, an debeat iterari.& nu.12.*
11 *Ordinum quæ ſint ſubſtantialia,& quæ non.*

ORDO ſecundò cõſiderari põt quantũ ad collationẽ
vel ſuſceptionẽ eius pręſcindẽdo à cõferente & ſuſci
1 piẽte.¶Primò ergo quæritur,† vtrũ ante ſuſceptio-
nem ordinis præexigatur aliquis character?Et dico ꝙ ſecũ-
dum Sanc.Tho. quilibet ordo pręſupponit characterẽ ba-
ptiſmi de neceſsitate.de presby .nõ bapt.veniẽs.nõ autẽ cha
racterẽ cõfirmatiõis,ſed de cõgruo ſolùm. Vnde ſi nõ cõfir
matus ordinetur,recipit ordinis characterẽ: nec etiã , vt idẽ
dicit,character vnius ordinis præſupponit characterẽ alte-
rius,licet in quolibet cõferatur ſpecialis,ſicut & ſpecialis po
teſtas:quia recipiẽs ordinẽ poſteriorẽ omiſſo priori nõ re-
ordinatur in poſteriori de cler·per ſalt.ꝓmo.c.vnico.& con
cord.oẽs Theologi.ſecundũ Arch.tñ ſi quis nõ ſacerdos cõ
ſecraretur in epiſcopũ,nõ reciperet:qa fundamẽtũ talis con
ſecrationis eſt ſacerdotiũ:vñ opinio cõtraria Hoſ.nõ tenet.
ſed ſi ſit ſacerdos quocũq; alio ordine ſibi deficiente recipe-
ret cõſecrationẽ epiſcopalẽ,& omnes ordines conferre poſ-
ſet excepto eo quẽ nõ habet,ſecundũ Ray.& alios.j.q.j.gra-
tia.nõ tamẽ deberet exequi officiũ ſuũ ante ſuſceptionẽ or-
dinis prætermiſsi:nec ſecundũ Hoſt.antè habet executionẽ,
2 etiã quo ad ordines quos ſuſcepit.¶Secundò,†vtrũ circa col
lationẽ ordinum debeat ſcrutiniũ fieri?Et dico ſecũdũ Hoſ.
quòd ſic duplex.Primũ ante ordinationem,quod diligenter
faciendum eſt de elect.nihil eſt.§.epiſcopi.& fit per Archid.
iure cõmuni.de offi.archidia. ad hæc. Aliud fit in ipſa ordi-
natiõe:quia ordinãdi epiſcopo præſentãtur.&de vtroq; vide
ſuprà Archidiac.§.vj. & vij.Et ſecundũ Hoſt.ordinandus te-
netur cõfiteri crimen ſeu impedimẽta notoria iuris aut fa-
cti,niſi fuerit cum eo diſpenſatum.diſt. 50.ex pœnitentibus.
& grauia ſeu enormia,ſcilicet quæ etiã poſt pœnitentiã exe
cutionem impediũt,vt homicidiũ,ſimonia in ordine, & hu-
iuſmodi,etiam ſi ſint ſecreta:vt in c.quæſitum.de temp.ord.
non autem alia quæ non impediunt. de temp. ord.c.ſi.& ſi
ſciẽter ſubticet,nõ habebit executionem ordinis ſic ſuſcepti.
de renun.niſi cum pridẽ.§.perſonæ.Si verò cõfitetur,ſed nõ
diſpenſetur cum eo,nõ debet ordinatus in illo ordine admit
ti.lxxxj.diſt.ſi quis ſane.& cõcor.Gof.Et ſi quis ſine examina
tione ordinetur,ſi quidẽ ſit dignus & notus , nõ eſt peccatũ:
quia tales nõ ſunt examinãdi.xxiiij.diſt.nullus:quod Supple.
dicit fallere in epiſcopo,per c.qui epiſcopus.di.xxiij.quod nõ
eſt verum, vt ibi patet.Si verò ſit indignus,debet deponi.de
corpo.vitia.expoſuiſti.& ſimiliter ſi ſit dignus, ſed ignotus.
xxiiij.diſt.c.vlt.¶Tertiò quæritur,†qui ſunt actus ꝓprij ſin- 3
gulorum ordinũ,propter quos exercendos ordines cõferun-
tur?Et dico quòd de his agitur xxj.diſt.cleros. in ſi. diſt.xxv.
perlectis.& in iiij.Sentẽt. diſtin. xxiij.¦ante omnia ſciendum
quòd ſecundũ S.Tho.in iiij.diſt.xxiiij.q.ij.ar.ij.&iij.cum con
ſecratio,quæ fit in ordinis ſacramẽto, ordinetur ad ſacramẽ
tum Euchariſtiæ,cuiuſlibet ordinis actus principalis eſt quo
proximus ordinatur ad Euchariſtiã:& ſecundũ hoc etiã vnus
ordo eſt eminẽtior alio,ſecundũ quod vnus actus proximus
ad Euchariſtiam ordinatur.Sed quia ad illud quaſi digniſsi-
mum multa ordinãtur:non incõuenit vnum ordinẽ multos
actus præter principalem habere:& tantò plures,quãtò eſt
eminentior:quia virtus quantò eſt ſuperior tantò ſe extẽdit
ad plura. ¶Igitur, vt patet ex locis prædictis,ad exorciſtam
pertinet exorciſmos memoriter retinere,manuſq; ſup ener
gumenos & catechumenos exorcizando imponere.¶Ad le
ctorẽ autẽ pertinet prædicare populis vaticinia prophetarũ
quod intellige legẽdo ſimpliciter,nõ prædicãdo:quod nulli
licet.niſi ſaltem ſit diaconus.de quo ſuprà Diaconus.& infrà
Pręd icator·magiſter tamẽ & ſub eo bccalaureus in cathe-
dra authoritatẽ habet exponẽdi ſcripturas & docendi.¶Ad
oſtiariũ autẽ pertinet inter bonos & malos habere iudiciũ:
quia bonos recipit & reſpuit malos.Ex quo videtur ſecundũ
Pet.de Pal.ꝙ ſacriſta,qui officiũ habet oſtiarij,nõ ꝓhibẽdo
excõmunicatũ ab ingreſſu eceldſiæ,ex hoc ipſo recipiat illũ
ad diuina magis quàm ille cuius audit miſſam:& conſequẽ-
ter ſit ſuſpẽſus ab ingreſſu eccleſię.¶Ad acoluthũ aũt perti
net præparatio luminariũ in ſacrario,portare cereũ,prępa-
rare vinũ & aquã ad ſacrificiũ.& ſecũdũ Arc.poſt Pet.de Pa.
põt epiſtolã dicere:de vit.& honeſt.cler.c.iij.& actus omniũ
ordinũ minorũ fieri poſſunt per nõ habentẽ aliquẽ ordinẽ,
ſicut etiã dicit S.Tho.quia ſic habet cõſuetudo generalis ec
cleſiæ.¶Ad ſubdiaconatũ autẽ pertinet calicẽ & patenã ad
altare Chriſti deferre.ſupple,& in eis materiã parare,ſecun
dum Pe.de Pal.& leuitis tradere, eiſq; miniſtrare , vrceolũ
quoq;,mantile,& manutergiũ tenere epiſcopo, presbyteris
& leuitis ꝓ lauãdis ante altare manibus aquã præbere.¶Ad
diaconũ verò pertinet aſsiſtere ſacerdotibus,& miniſtrare in
omnibus quæ agũtur in ſacramẽtis Chriſti,oblationes offer
re,& diſponere in altari,cõponere etiã mẽſam domini ag;
veſtire,crucẽ ferre,prędicare Euãgeliũ ad populũ,& officiũ
precũ,id eſt,litaniæ,ſecundũ glo.Vide de his ſ. Diaconus.§.
ij.¶Ad presbyterũ autẽ pertinet corpus & ſanguinẽ cõfice
re in altari,oratiões dicere,& benedicere dona Dei:&,vt di-
cit Pet.de Pal.miniſtrat omnia ſacramẽta præter duo, ſcili-
cet cõfirmationis & ordinationis.Sed intellige ſi habet curã
vel cõmiſſum eſt illi ab habẽte:vt in clem.religioſi.de priui
leg.& ſimiliter etiã benedicit eo modo quo ſ.Benedictio. in
princ.& in neceſsitate,id eſt,abſente epiſcopo recõciliat ſo-
lenniter pœnitentem.xxvj.q.vj.c.vlt. & prædicare ſi ad hoc
inſtituatur.de hær.cum ex iniuncto,¶Quartò quæritur,†in 4
quo actu in ordine quolibet character imprimitur? Et dico
multa:plenius tamẽ declarãda in §.ſeq.¶Primũ.Ad cogno
ſcendum in quo actu character ordinis imprimatur Richa.
dat regulam in iiij.vbi ſ.quòd in eo imprimitur quo ſuſcipi
tur exterius ſignum expreſsius ſignificans principalem pote
ſtatem,quam reſpicit ille ordo cum expreſsione verbi deter
minatis ſignificatũ,id eſt,cum certa forma verborũ.& idem
præcisè ſentit S.Tho.in iiij.vbi ſ.q.ij.ar.iij.excepto quòd ibi
in corpore,vbi Richardus habet,ſuſcipitur:ipſe habet,datur
& ibi ad quintum innuit hanc regulam fallere in diacono di
cens, Poteſtas diaconi media eſt inter eam , quæ ſacerdotis
& quæ ſubdiaconi eſt:quia ſacerdos directè habet poteſta-
tem ſuper corpus Chriſti, ſubdiaconus aũt ſuper vaſa tantũ:
diaconus verò ſuper corpus in vaſe contentũ:portando cor-
pus in patena,& diſpenſando vinum cũ calice.Et ideo pote-
ſtas eius ad actum principalem exprimi nõ potuit nec per
dationem vaſis tantũ,nec per dationem materiæ:ſed expri-
mitur poteſtas eius ad actum ſecundariũ in hoc quòd datur
ſibi liber Euãgeliorũ:& in hac poteſtate intelligit alia ideo-
que in ipſa libri datiõe eius character imprimitur.¶Secũdũ.
Igitur quantũ ad ordines nõ ſacros character exorciſtæ im-
primitur in traditione libri exorciſmorũ : lectoris verò in
traditione libri lectionũ diuinarũ: oſtiarij in traditione cla-
uium:acoluthi verò cuius ſunt duo actus,ſcilicet portare ce-
reũ,& porrigere aquã & vinũ in vrceolis character imprimi
tur ſcd̃m Bon.& Ric.& Pet.in traditione cãdelabri:quia iſte
eſt principalior.Vnde acoluthus Græcè Latinè dicitur cero
ferarius & hoc ſequitur Sum.Ange.contra Roſ.& Sup.alle-
gans c.cleros.quod hoc nõ probat.ſcd̃m S.Tho.verò in ac-
ceptione vrceoli:quia iſte actus eſt ei principalior , licet de-
nominetur à ſecundario:quia eſt magis notus,& magis ei ꝓ
prius.& ita dicit in iiij.vbi ſ.q.ij.ar.ij.ad ſextũ.Aliqui autem
imponunt ei quòd dicat hæc imprimi characterem in acce-
ptione vrceoli & candelabri,ſed magis vrceoli.quod ipſe in-
nuit pòſt in di.xxv.q.j.ar.j.ad ſecundũ.ſed intelligitur ſi hęc
ſimul porrigant.quod fieri debet:quia vtrunq; debet accipe
re:vt in c.acoluthus.di.xxiij.& in c.perlectis.di.xxv.ſecus aũt
ſi tradantur ſeorſum:quia imprimeretur ſolùm in traditiõe
vrceoli:& hoc ſufficeret,licet eſſet male factum. Et intelli-
ge vrceoli vacui:quia vt dicit S. Tho . acoluthus habet actũ
ſuper vrceolum tantum:ſed ſubdiaconus ſuper contentis in
eo,vtens eis ad ponendum in calice,& præbendum manibus
ſacerdotis & diaconi:ſicut & ſubdiaconus habet actum ſuper
calicem tantum,non ſuper contenta,ſed ſacerdos ſuper con
tenta.Et ideo ſicut ſuabdiaconus in ordinatione accepit cali
cem vacuum,ſacerdos verò plenũ:ita acoluthus vrceolũ va-
cuum,ſed ſubdiaconus plenũ.Et patet quòd verior ſit hæc o-
pinio:quia propinquius ſe habet ad euchariſtiam præparare
materiã eius,quàm portare lumen, quod eſt quid cõmuniſ-
ſimum,quo vtimur etiam in veſperis,& matutinis.¶Tertiũ.
Quantũ verò ad ſacros character ſubdiaconi,cuius ſcilicet ſe
cundum Pet.de Pal.ſunt duo actus,ſcilicet epiſtolam lege-
re,& materiam euchariſtiæ parare in vaſis ſacris , imprimit
in traditione calicis vacui cum patena,ſecundum Pe.de Pa.
quia principalis actus eius eſt parare materiam in vaſis ſacris
& idem ſentit S.Tho.licet faciat mentionem de calice ſolo:
quia intelligitur eo modo quo illum præparat ſubdiaconus,
id eſt,cum patena,in qua præparat hoſtiam: imò ſecundum
Pet.& Alb.intelligitur de calice ſacrato. Diacono verò,qui
etiam habet duos actus ſecundum Pet.de Pa.ſcilicet Euan-
gelium legere & miniſtrare ſacramentum in vaſis,character
imprimitur in traditione alicuius pertinentis ad actum eius
ſecundarium,vt dictum eſt ſ.par.j.in traditione libri Euan-
geliorum,ſecundum S.Tho.Ric.Pet.de pal.& communem
opinionem.Quod autem aliqui dicunt quòd in manuum im
poſitione,ſtare non poteſt,per c.vlt.de ſac.non iter.vbi innui
tur quòd impoſitio manuum non eſt de eſſentia ſacerdotis,
cuius quoq; actus principalis eſt conſecrare,ſecundarius verò
abſoluere in foro pœnitentiæ,character imprimitur,ſecun-
dum S.Tho.& Pet.de Pal.in datione calicis cum patena; &
materia impoſita,id eſt,pane & vino . Nec eſt verum quod
dicit Pet.illum imprimi in manuum impoſitione:quia,vt be
ne arguit Pet.de Pal.contra eum , iſta impoſitio non ita ſi-
gnificat principalem actũ ſacerdotis, ſicut illa traditio vaſo
rũ.Non eſt etiã verũ quod dicit Scot. ibi eſſe duas partiales
formas,ſcilicet accipe & accipe:& duæ materiæ , id eſt,duo
ſigna viſibilia,ſcilicet calix & manus impoſitæ, & duæ pote
ſtates traditæ,tum quia eſſent ibi duo characteres & duo ſa
cramenta:tũ quia manuũ impoſitio eſſet de eſſentia & inte-
gritate poteſtatis ſacerdotalis,cõtra c.vl.de ſac.nõ iter.tum
quia illa ſecunda forma in quibuſdã paſtoralibus nõ habet.
& ideo videtur verũ quod dicit Sum.Roſ.ſcilicet quòd ſacer
dos,qui nõ habuiſſet manuũ impoſitionem,non poſſet con-
feſsiones audire.¶Quartum.Quantũ verò de ordines largè
character,id eſt,poteſtas epiſcopalis datur ſcd̃m aliquos in
vnctione capitis ex chriſmate:ſed hoc nõ eſt verũ per c.vni-
cum.de ſacra vnctio.vbi ſi hoc omittatur,ſuppletur,& non
iteratur:vnde datur ex impoſitione manuum epiſcoporũ ſu
per caput,ar.c.epiſcopus.iuncta gl.xxiij.di.Nec obſt.c.vl.de
ſac.nõ iter.quia loquitur de impoſitione facta diacono & ſa-
cerdoti.In prima verò tonſura character nõ datur: ſed neq;
aliqua poteſtas actiua determinata ad aliquod vnũ,ſcd̃m S.
Tho.vt videtur:ſed ſolum paſsiua diſpoſitiua ad ordines in
abſciſsione capillorũ,cùm dicitur,dominus pars.&c.¶Quin
tò quæritur,†circa intellectũ dictorũ in §.priori.de multis. 5
Primò vtrũ neceſſe ſit dicta ſigna viſibilia vel inſtrumenta
tradi per epiſcopum?Et dico quòd non in minoribus ordini
bus:ſed ſufficit ſi per Archidiaconum,intellige de mandato
epiſcopi dicentis verba formæ.& ſic tenet S.Tho.in iiij.diſt.
xxv.q.j.ar.j.ad ſecundum.& ſimiliter Ric.& hoc patet di.xx-
v.c.acoluthus.& tribus ſequentibus.Nec tamen Archidiaco
nus ordinat,ſed epiſcopus,vt ibi dicit S.Tho.quia character
accipitur in traditione per Archidiaconum ex verbis epiſco-
pi.In maioribus autem oportet traditionem fieri per epiſco
pum,vt innuit S.Tho.ibi in ſubdiacono,de quo etiam expreſ
ſe patet di.xxiij.in c.ſubdiaconus.& à fortiori in alijs.¶Secũ-
dò vtrum ſufficiat traditio libri Euangeliorũ pro libro exor
ciſmorum,vel ſuppellicei pro dalmatica & huiuſmodi?Et di
co quòd non,niſi in eodem libro cõtineantur omnia, vt di-
ctum eſt ſ.¶Tertiò vtrum neceſſariũ ſit inſtrumentũ por-
rectum tangi ab ordinando corporaliter? Et dicit S.Thom.
quoſdam tenere quòd nõ,ſed ſufficere porrectionem:ſed tñ,
inquit,verba formæ oſtendũt quòd ſit de eſſentia ſacramen
ti tactus:quia dicit,accipite hoc vel illud.& hoc tene indubi
tanter:quia iura dicũt quòd debet accipere de manu epiſco-
pi vel Archidiaconi:vt in d.c.ſubdiaconus acoluthus . & ſeq.
Secus tñ dicũt quidã in manuũ impoſitiõe:quia tactus nõ eſt
neceſſarius quaſi de eſſentia.de ſacr.nõ iter.c.ſi.licet debeat
fieri.Et ita intellige Gof.Hoſ.Aſten . & alios dicentes tactũ
eſſe neceſſariũ,ſcilicet ſicut ſine quo nõ bñ:nõ aũt ſicut ſine
quo nõ:quia ſine ipſo eſt eſſentia characteris,etiã in ſacerdo
tio,per d.c.ſi.Et idem dic de omni inſtrumento,in quo nõ im
primit character.¶Quartò vtrũ oporteat tãgere manib.am
babus & omnia, puta calicem & patenã , & hmõi?Et dico ꝙ
nõ,ſed ſufficit tãgere modicũ quid nõ habens diſcontinuatio
nem ad totũ,ar.c.vnici.de cõſe.ecc.li.vj.¶Quintò vtrũ requi
ratur neceſſariò expreſsio verb orũ cũ traditiõe ſigni viſibilis
ſiue inſtru m ẽti?Et dicit Innocen.de ſacra.non iter.in cap.

preſbyter.quòd ſic:ita quòd ſi pars illius orationis ſit dimiſ
ſa,à capite eſt inchoãda,& bene:quia illa traditio eſt mate-
ria,&expreſsioverborũ eſt forma,quæ nõ debẽt ſeiũgi.¶ Se-
6 xtò quæritʳ,†quibus tꝑibus ordines tradi poſſunt? Et dico
multa.¶ Primũ.Scd̃m Aſten.& Ray.ordines oẽs cõferri poſ
ſunt ſex tꝑibus anni,ſcilicet in ſabbatis quatuor temporũ,&
in ſabbato mediæ hebdomadæ quadrageſimæ in quo cãtatʳ
Sitientes:& in ſabbato paſchæ.di.lxxv.c.ſi. & de tem.ord.de
eo.imò etiã mane diei dñicæ immediatè ſequentis, etiam ſi
ſint maiores,id eſt,ſacri:modò cõtinuetʳ ieiuniũ ab ordina-
tore& ordinando,dicta di.lxxv.c.ꝙ à patribus.& tunc fictio-
ne canonica mane dñicæ ſequentis trahitur ad veſperã ſab-
bati præcedentis.& ita cõferri dicuntʳ in ſabbato ſecundum
Ray.Hoſ.in Sũ.& Inn.de tem.or.literas.qui addit hoc nõ ex
pedire niſi neceſsitas adſit:puta quia in ſabbato nõ potuerũt
cõferri.&idẽ intellige de nocte diei Paſchæ ſi in ea celebretʳ
more antiquo,ſcd̃m Inn.nõ aũt de alijs noctibus:quia nec in
alijs celebratʳ.Hoc aũt ieiuniũ Sup.ſic intelligit quòd ſi quis
eorũ ſabbato celebret,nõ ſumat niſi corpus & ſanguinem.
quod etiã attribuit Inno.ſed ille per duo prædicta intelligit
etiã ablutionem ad iſtam ſumptionem ordinatã. Vñ dico ꝙ
d.c.quod à patribus.loquitur de ieiunio eccleſiæ , quod per
huiuſmodi ablutionem nõ ſoluitʳ. ¶ Scd̃m. Papa tñ cõferre
põt ſubdiconatũ omnib.dñicis diebus & feſtis præcipuis. di.
lxxv.c.vlt.imò ſcd̃m Hoſ.quolibet tempore cõferre poteſt
quemlibet ordinem,ſicut & vti pallio.de vſu pal.ad honorẽ.
quod de poteſtate abſoluta indubitatũ eſt,cùm iſta ſint de iu
re poſitiuo.& ſimiliter quilibet epiſcopus põt ordines mino
res cõferre diebus dñicis & alijs feſtis præcipuis vnivel duo-
bus.de tem.or.de eo.quod Ray.Goſ.Inno.& Ber.ſic intelli-
gunt quòd etiã pluribus quàm vnivel duobus cõferre poſsit.
modò nõ videatur facere ordinationem generalem . & hoc
ſequitur Sum.Piſ.Arc.& Sum.Ro.& Sup.& videtʳ eſſe mens
legis.Sed Sum.Ang.adducit Hoſ.in contrariũ dicentem ꝙ
põt cõferre vnivel duobus tantũ.quã opinionem dicit Sum.
Ant.tutiorem,quia inhæret literæ:quia in re dubia tutius eſt
ſeruire verbis edicti.l.j.§.ſi is.ff.de exerci.act. Sed ego dico
quòd prima eſt verior,quia inhæret intentiõi legis: quia nõ
eſt ratio quare nõ poſsit tribus ex cauſa rationabili, ſi duo-
bus:ſine cauſa tñ fieri non põt.& ſic intelligo Pan.dicentem
quòd cùm iſti dies frequenter iterentʳ,nõ cogit neceſsitas diſ
ſentire ab Ho.Epiſcopatus aũt cõferri debet die dñica hora
tertiarũ:vt ſ̃.Cõſecratio.j.§.iij.quod fieri põt etiã ſi ſabbato
immediatè præcedenti fuiſſet factus ſacerdos quod nõ licet
in alijs ordinibus maioribus:vt ſcilicet vnus ſabbato &alius
in dñica ſequenti cõferatur,etiã cõtinuato ieiunio.Prima ve
rò tõſura cõferri poteſt omni die,ſecundũ Pe.de Pa.quia ita
habet generalis eccleſiæ conſuetudo.¶ Tertiũ.Sicut epiſco-
pus,ita & Abbas poteſt dare quatuor minores in prædictis
diebus feſtis,ſecundũ do.Ant.in d.c.de eo.& in c.cùm contin
gat.de æta.& qua.imò ſecundũ Hoſ.videtur quòd potius his
diebus debeat dare quàm in quatuor temporibus, ne videatʳ
facere ordinationem generalem.¶ Quartum . Conferri non
poſſunt ordines poſt prãdium:ſi tamen conferantur,tenent
ſecundum Hug.in c.ordinationes.di.lxxv.& Ber.& Lau.qđ
verum puto in minoribus.de maioribus autem eſt dubium.
ſed vide ĩ.§.ſeq.Quæ autem ſit pœna conferentis vel ſuſci-
pientis ordines extra tẽpora ꝑdicta,vide ſ̃.Irregularitas.§.x.
7 ¶ Septimò quæritur,†quo ordine ordines ſunt conferendi,
an ſcilicet gradatim &ſigillatim nécne? Et dico multa.¶ Pri
mũ.Ordines gradatim ab infimo,id eſt,prima tõſura vſq; ad
ſupremũ,ſcilicet epiſcopatũ,ſuſcipiendi ſunt ſcd̃m ordinem
eorum,qui ſecundum S.Tho.in iiij.di.xliij. q.ij.art.j.q.ij.per
totum,eſt prima tõſura.exorciſtatus,lectoratus,oſtiariatus,
acolutathus,ſubdiaconatus,diaconatus,preſbyteratus, & e-
piſcopatus:di.lix.ſi officia.diſt.lxxvij.c.j.¶ Secundum.Si quis
autem vno vel pluribus prætermiſsis ordinetur ad ſuperio-
rem,vide ſ̃.irregularitas.§.iij.& xj.¶ Tertium.Vna &eadem
die ordines omnes minores vni perſonæ conferri poſſunt,ſe
cundum gl.in c.de eo.& Goſ.& facit pro hoc tex.ibi cùm di
citur minores:& ſic omnes minores.xix.di.ſi Romanorum.
quod limitat Pan.niſi contrarium haberet conſuetudo ec-
cleſiæ,quæ non ſeruata ſcandalum generaret:nõ aũt prima
tonſura & quatuor minores,ſcd̃m Inn.& Hoſ.& Pan.in d.c.
de eo.per c.literas.&per c.dilectus.quod verũ eſt,vbi hoc nõ
habet conſuetudò:ſecus vbi habet conſuetudo:vt in Alema-
nia fieri dicitur.Nec quatuor minores cum aliquo ſacro:aut
duo ſacri,niſi ex diſpenſatione papæ ſolius:vt no.Inn.& Ho.
in c.dilectus.de tem.or.Qui autem minores ſimul cum ſub-
diaconatu vel duos ordines ſacros ſimul confert:ſi ſcienter,
debet deponi.di.lj.qui in aliquo.Si verò ex negligẽtia,debet
priuari poteſtate conferendi talem ordinem.di.xxxvj.qui ec
cleſiaſtis.j.q.j.ſi qui epiſcopi.& d.c.literas.& d.c.dilectus.de
tem.or.¶ Octauò quæritur,†vbi conferendi ſunt ordines ab 8
epiſcopo? Et dicit Ray.quòd minores cõferri poſſunt in qua
libet eccleſia ſui epiſcopatus.ar. de tem.or. ſi Archiepiſco-
pus maiores in eccleſia epiſcopali.di.lxiij.c.j. ſed ſcd̃m Gul.
&Hoſ.hodie epiſcopi de conſuetudine cõferunt ordines etiã
maiores vbi volunt.Vbi autem conferatur epiſcopatus,ſ̃.Cõ
ſecratio.j.§.ij.¶ Nonò quæritur,†qualiter cõferendi ſunt or 9
dines? Et dico quòd primò debet præcedere ſcrutiniũ ſuper
his de quibus ĩ.Ordo.iiij.per totum,iuxta ea quæ dicta ſunt
ſ̃.§.ij.& ſ̃.Archidiaconus.§.vj.& vij.¶ Et ſecundò debet præ-
cedere miſſa:quæ ſecundũ Ray.ſi omittatur,nihil ſit,ſed to
tum eſt iterandũ:licet Io.in c.ordinationes.el j.vij.di.& Ber.
in c.quod ſicut.de elect.dicant quòd non ſit de neceſsitate.
quod verum eſt in prima tonſura hodie: & verum credo in
minoribus,nõ autem in ſacris,ſed eſt de ſubſtantia:vt ĩ.§.xj.
Et ſi vnus dicit miſſam,alius ordinet,nihilo minus tenet or-
do ſecundum Ber.& Hug.vbi ſ̃.quod verum credo in mino-
ribus,non ſacris. ¶ Et tertiò debẽt ordinandi habere indu-
menta opportuna ordini ſuſcipiendo.¶ Et quartò debet ordi
nans in quolibet ordine ſeruare ritum paſtoralis,maximè cir
ca porrectionem inſtrumentorum,in quibus character im-
primitur,dicendo verba conuenientia diligenter aduertendo
vt ordinandi tangant corporaliter & perfectè. ¶ Decimò
quæritur,†quid ſi omittatur aliquid quod ſit de neceſsitate 10
ſeu ſubſtantia ordinis? Et dicit Ray. quòd ſi quid omittatur
quod ſit de ſubſtantia,vel dubitetur an ſit de ſubſtantia,tota
ordinatio debet iterari,quaſi nihil ſit factum:quia non dici-
tur iteratum,quod neſcitur eſſe factum.de conſe.di.j.ſolen-
nitates.Si verò eſt aliquid,de quo expreſſum eſt quòd nõ ſit
de ſubſtantia,non debet ordinatio iterari:ſed quod omiſſum
eſt,ſtatuto tempore cautè ſuppleri.de ſac.nõ ite.c . preſby-
ter.ita tamen quòd ſi ſuppleatʳ actus,puta manuũ impoſitio,
ſuppleantʳ & orationes illi actui annexæ,ſcd̃m Inno.& ſi ſup
pleatur aliqua oratio,à principio incohetur: & ſi actus, qui
ſuppletur,exigit,fiat etiã variatio in verbis: ſicut ſi ſupplea-
tur vnctio vnius manus tantum:ſcd̃m Arc.in orationib.nõ di-
cetur manus iſtas in plurali,ſed manũ iſtã.Et nõ ſupplebitur
ab alios ſcd̃m Inno.ſed hoc ab eodẽ qui prius ordinauerat,ſi
eſt poſsibile:nec ante ſuppletionem debet ordinatus exequi
ea quæ ſunt ordinis illius:ar.di.lij.ſolicitudo.&concor.Goſ.
& Ho.qui exponit in gl.ſuper d.c.preſbyter.qđ ſit cautè ſup
plere:& tota ſua prolixa declaratio ſtat in hoc quòd patiens
defectum veniat tempore ordinationum quaſi miniſtratu-
rus



rus epiſcopo vel ſub aliquo colore quærẽs rem celare aſtan
tibus & cum intentione ex parte ſui & epiſcopi ꝙ nõ reite-
rentur ſuper eũ dicta vel facta ritè,ſed ſuppleãtur omiſſa in
loco ſuo: nõ video tamẽ ꝙ ſit neceſſaria huiuſmodi pallia-
tio:ſed ſufficit prædicta intẽtio: niſi vbi manifeſtatio defe-
ctus eſſet ſcãdaloſa.¶ Vndecimò quæritur,†quę ſunt de ſub
11 ſtãtia ordinũ,& quæ nõ? Et dicit Ray.& Aſtẽ. Goſ. ꝙ oĩa
de quibus inuenitur in iure quòd fieri debeãt,ſunt de ſubſtã
tia,niſi inueniatʳ expreſſum in iure qđ nõ ſint de ſubſtãtia.qđ
etiã Sum.Ang.extẽdit ad ea omnia de quibus inuenitʳ in pa-
ſtorali ꝙ debeãt fieri quod tamẽ nõ bene dicitur : alioquin
ſi dicitur in paſtorali qđ aliquid faciat habẽdo mitrã: nihil
faceret ſi eã nõ haberet quod eſt ridiculũ.Eſt autẽ expreſsũ
in iure,quædã nõ eſſe de ſubſtãtia,cuiuſmodi ſecundũ Ray.
eſt tẽpus ordinationũ.de tẽp.or.ſane.Et ętas ordinãdi.di.lxx
vij ſubdiaconus.& in c.in veteri.&vnctio.de ſac.vnc.c.j.circa
fi.de ſacra.non iter.c.j.& impoſitio manuũ epiſcopi ad pre-
ſbyterũ vel diaconũ.de ſac.nõ ite.c.vl.Et quòd ordo recipiatʳ
à proprio epiſcopo Græco vel Latino,vel cũ debitis inter-
ſtitijs.de tẽp.or.qđ tranſlationẽ.& in c.literas.& ix. q.ij. Lu-
gdunẽſis.Et cõcor.Hoſt.ſecũdũ quẽ etiã & Hug.ac Veruec.
nõ eſt de ſubſtãtia quòd ordinãs & ordinãdus ſint ieiuni. qđ
etiã cõiter tenẽt doc.licet de hoc dubitauerit Ray. ſimiliter
nec miſſa eſt de ſubſtãtia, quod ſecundũ Gul.& Hug. & Io.
diſ.vij.in c.ordinationes.el j.& Ber.in c.ſicut de electio.licet
dubitauerit Ray.& Hoſt.verum eſt in minoribus & prima
tõſura.Sed circa hoc aduerte quòd Canoniſtæ in hac parte
non plenè ſatisfaciũt ingenio,ſed materiã inuoluũt & multi
plicãt ſcrupulos ſine cauſa:quia nõ habẽt clauẽ.Vnde dicen
dũ eſt quòd vbi eſt rei eſſentia ſiue ſubſtãtia eſt res ipſa,& v-
bi eſt eſſentia ordinis eſt ordo: & nihil deficit niſi accidens
aliquod pertinẽs ad ſolẽnitatẽ ſupplẽdo omiſſum,& nõ ite-
rãdo factũ.Eſſentia autẽ ordinis tota ꝑ diffinitionẽ eius,quę
ſ̃.poſita eſt,explicatur ſicut & in alijs rebꝰ,vñ cõſiſtit in tra
ditiõe ſignaculi cũ expreſsiõe formæ verbalis,per quã cha-
racter imprimitʳ,qui ſecundũ S.Tho.eſt eſſentialiter & prin
cipaliter ſacramentũ ordinis.iiij.diſt.xxiiij.q.j.ar.j.q.ij.ad pri
mũ.Vnde de ſubſtãtia vel eſſentia ordinis nõ poteſt eſſe ni-
ſi traditio alicuius ſigni cum expreſsiõe formæ.& circa hoc
eſt verũ quod dicit Ray.Aſt.& Goſ.quòd quicquid iura tra-
dunt faciẽdũ,tenẽdũ eſt quaſi ſit de ſubſtãtia, niſi exprimatʳ
cõtrariũ per iura,aut ſupple manifeſtã & indubitatã rationẽ
Theologorũ probantiũ clare in aliquo ſignaculo nõ impri-
mi characterẽ ordinis alicuius:& ſi in vno ordine eſſent plu
ra ſigna,vt in ſacerdotio calix patenatus,vnctio ac impoſitio
manuũ,vtrũq; iudicaretʳ de ſubſtãtia niſi de ſecũdò & tertiò
fuiſſet expreſſum.Igitur ſi ritè peragãtur omnia,quæ dicun
tur obſeruãda in traditiõe ſignaculorũ viſibiliũ tam ex ꝑte
formæ quàm materiæ:recipitur verè character & eſſentia
ordinis:& quicquid aliud omittatur,ſupplebitur,& nõ itera-
bitur.Si verò circa prædicta aliquid omittatur,totũ ex inte-
gro iterabitur,niſi de illo iura cauerint quòd nõ ſit de ſubſtã
tia.Quòd aũt dicit Inn. & tenet Supp,& Roſ.ſi ſacerdoti nõ
fuerit traditus calix patenatus ſecũdũ aliquos nõ eſſe ſupplẽ
dũ quia nõ ſunt de ſubſtãtia,ſed tñ tutius eſſe ſupplere: me
ritò reprobat Arc.quia in hoc imprimitʳ eius character:imò
impigrue vtitur verbis,cum dicendũ fuerit tutius eſſe itera-
11 re.¶ Duodecimò quæritʳ,† an ſit ſupplendũ vel iterãdũ quo
ad ordines ſi epiſcopus ordinãdo deficiat & tenet Arch.poſt
Io.& cõmuniter Canoniſtæ quòd per ipm̃ vel aliũ incho-
atur vbi ille dimiſerat,niſi ſint aliqua cohærẽtia,vt vnctio
& oratio:quia ſupple vtrũq; ſupplendũ,etiã ſi alteri iam fuiſ
ſet expletũ:quia vnũ eſt vt materia, aliud vt forma,quæ ſe-
iungi non debent : vel niſi vnus ſit actus,vt patet in forma
cõſecratiõis Euchariſtię,& in forma baptiſmi,cuius vna par
te dicta ꝑ aliũ recipitʳ forma in baptiſmo:& in miſſa ab illo
loco,qui pridie & cõcor.Hoſ & ita tenet Suppl.& Roſ. Sed
tamẽ hoc vltimũ,ſcilicet ꝙ ſit reincipiẽdũ in miſſa ab illo
loco,qui pridie:non eſt verũ,vt ſ̃.Euchariſtia.ij.§.x.parti.iij.

## Rurſus de Ordine tertiò quantum ad ordinatorem.

1 *Ordinare quis poſſit de facto vel de iure.& nu.2.*
3 *Epiſcopus an ordinare poßit clericum alienum.& nu.4.*
5 *Epiſcopus qui reſignauit,an poßit ordines conferre.*
6 *Ordines an conferat hæreticus & præſciſſus ab eccleſia.*
7 *Papa an poßit non epiſcopo dare licentiam cõferendi ordines.*
8 *Epiſcopus ordinans contra iura quam pœnam incurrat.*
9 *Epiſcopus an repellere poßit clericum volentem promoueri.*
10 *Ordines ſuſcipere an cogatur clericus à prælato , etiam hæretico.& nu.11.vel ſimoniaco.& nu.12.*

ORDO rurſus tertiò conſiderari poteſt quantum ad
ordinatorem. Primò ergo quæritur,†quis poſsit vel 1
non poſsit eſſe ordinator de facto? Et dico ꝙ eſſe po
teſt epiſcopus ſecundũ omnia iura &omnes doctores,vt etiã
probat.S.Tho.in iiij.diſt.xxv.& hoc etiã ſi ſit degradatus, vt
infrà,§ vj.Requiruntur tamẽ duo.primò quòd ſit baptiza-
tus:aliàs ordinẽ nec cõferre põt nec recipere,nec conficere,
nec abſoluere:ordinati tamẽ ab illo aut abſoluti ſaluantur
propter fidẽ ſacramẽti:de quo vide ſuprà Baptiſmus.vj.§.iij.
& ſecundò quòd habeat ordinẽ quẽ vult cõferre:aliàs illum
tradere nõ poterit,vt ſuprà Ordo.ij.§.j.Nõ poteſt autẽ eſſe
nõ epiſcopus,niſi ex cõmiſsione.vt probat S.Tho.vbi ſ̃ . Vñ
ſi ordines cõfert ſacerdos tantũ,nõ eſt niſi ex cõmiſsione pa
pæ:& ſimiliter ſi abbas cõfert,licet in hoc videatur differẽtia
quia abbatibus videtur cõmiſsio facta per iura.diſ.lxix.quo-
niã.de æta.& quali.cum cõtingat. nõ autẽ ſacerdotibus.¶ Se
cundò quæritur,†quis poſsit eſſe ordinator de iure,id eſt,li- 2
citè ordinare ad aliquos ordines? Et dicit Hoſt.in c. cùm cõ-
tingat.de æta.& quali.& ſequitur Pan.in c.quanto.de cõſue.
quòd prima tõſura,quæ dicitur clericalis, dari poteſt à quo-
libet ſacerdote parochiali ſuis ſubiectis.& idem Hug. Ray.
Io.Inn.& etiã Archi. in c.nullus epiſcopus:de tẽp.ord.lib.vj.
Goſ.autẽ contrariũ tenet:& ſic videtur vſus eccleſiæ Roma
næ.Sed Ioan.And.in d.c.cum cõtingat. diſtinguit quòd hoc
poteſt,ſi ſuper laicum habet quaſi epiſcopalẽ iuriſdictionem
de priuil.abbates.lib.vj.ſi nõ habet nõ poteſt.quod ſequitur
Sum.Ang.Sed quia talis authoritas,ſcilicet quaſi epiſcopalis
nunquam videtur curato ſimplici cõuenire,melius diſtinguẽ
dum eſt cum Arc.poſt Petr.de Pal. quod dari poteſt ab eo,
qui poteſt ordines minores conferre,niſi ſit ei ſpecialiter in-
terdictum:vt ab epiſcopo vel abbate,& ab omnibus preſby-
teris cardinalibus cõmuni conſuetudine,aut ab alio de licẽ-
tia ſui epiſcopi . Prima autẽ tonſura ſimul cum minoribus
ordinibus dari poteſt,ſecundũ Archi.poſt Pet. de Pal.com-
muni cõſuetudine per omnes preſbyteros cardinales.& in-
tellige quo ad minores oẽs.Et idẽ poſſunt abbates exẽpti
& mitrati,etiã quo ad laicos,in quos habẽt eccleſiaſticã iuriſ
dictionẽ.Simplices verò abbates nõ exẽpti,ſi ſunt ſacerdotes
& benedicti,vel recuſata eſt eis benedictio,dare poſſunt tres
minores,vnũ impropriè,& duos proprie dictos,id eſt primã
tonſuram,oſtiariatum,& lectoratum,in ſuo monaſterio &
ſuis monachis,ſeu his qui vt efficiãtur monachi ad eos vene
rint,& ſecularibus,omnibus ſuper quibus habẽt quaſi epiſco
palem iuriſdictionem.diſtinctio. lxix.quoniã. & de ætate &
quali.cum cõtingat.Sed aduerte hic quòd iura nihil dicũt de

oſtiariatu,ſed de lectoratu tantũ in ſuo monaſterio. Vnde
Canoniſtæ qui credũt oſtiariatũ eſſe infrà lectoratũ,arguũt
idẽ de oſtiariatu:ſed ſecundũ ordinẽ quẽ S.Tho. videtur te-
nere & probare vbi ſuprà,infra lectoratũ eſt exorciſtatus:
& ſic hos duos poſſet cõferre ſecundũ iura:nõ autẽ oſtiaria-
tum,niſi ratiõe cõſuetudinis,qua tradit᷑ ante lectoratũ.Imò
hoc poſſunt etiã in alio monaſterio exẽpto , ſi inuitẽtur ab
abbate. aliàs nõ,arg.lxix.di.c.j.imò ſecundũ Io.diſt.lxix.c.j.
hodie poſſunt dare oẽs minores. quod not.Hoſt.ſequitur in
d.c.cũ cõtingat.& do.Ant.& Arch.in d.c.quoniã . quia eadẽ
eſt ratio de alijs duobus.Et idẽ eadẽ ratiõe dicit Io.And.In-
no.ſuper d.c.cũ cõtingat.& Ray.& Goſ.& ita dicit Hoſt.ſer
uari.& ly ſolũ,nõ determinat ly lectoris , ſed ly ſuo mona-
ſterio.de quo not.in c.abbates.de priui.lib.vj.qđ videtur vbi
hoc habet cõſuetudo,licet,vt dicit Arc. prima opinio ſit tu-
tior:quia cõſuetudo,licet det iuriſdictionẽ,nõ tamẽ poteſta
tem cõſecrationis vel ordinis:quia ad hoc dico ꝙ cõſuetudo
licet circa hoc nõ det poſſe,dat tamẽ interpretationẽ poſſe
cõceſsi:vnde interpretatur cõmiſsionẽ factã abbatibus ſuꝑ
lectoratu,vt extẽdatur ad oẽs minores, ex quo papa ſcit &
tolerat.& hoc patet extra.de ordi.ab epi.qui reſi.c.j.Ordines
autẽ oẽs,etiã ſacri,dari poſſunt ꝑ epiſcopũ omnibus de ſua
diœceſi oriũdis,aut qui in ea habẽt domiciliũ vel beneficiũ,
aut de licẽtia epiſcopi,cui ordinãdus eſt ſubditus.vel capitu-
li ſede vacãte,aut vicarij generalis epiſcopo in remotis agẽ-
te:vel ſui prelati,ſi ſunt religioſi exẽpti.hęc not.in c.nullus,
& in c.eos.de tẽp.ord.li.vj.& lxvij.di.c.vno.& xxiiij. diſt. epi-
ſcopus.& qđ dicitur,adeſſe debet aſſenſu ſuorũ clericorũ,
ſecundũ Hoſt.intelligitur vt præſumãtur cõſentire eoipſo
3 quòd nõ cõtradicunt.¶ Tertiò quæritur ſpecialiter,† vtrum
epiſcopus ordinare poſsit clericũ alienũ? Et dico ꝙ nõ ſine li
cẽtia ſui ſuperioris.de tẽp.ord.eos.li.vj.qui ſuperior hoc ca-
ſu eſt epiſcopus diœceſis ex qua oriũdus eſt is qui vult ordi-
nari,vel in qua habet beneficiũ vel domiciliũ,vel in qua per
ſuos prælatos eſt deputatus religioſus in prioratu nõ exẽpto
quãdiu ibi morat᷑.Inferiores autẽ prælati, ſiue religioſi ſiue
alij,nõ poſſent talẽ licẽtiã dare,niſi ex priuilegio,nec officia
lis epiſcopi,ſed eius vicarius generalis in ſpiritualibus,aut ca
pitulũ eo modo quo §.priore dictũ eſt.Si tamẽ potẽs ordi-
nare ordinet nõ ſibi in hoc ſubditũ:nihilo minus character
cõfertur ſecundũ Inn.in c.j.de ſupp.neg.præl.ar.viij.q.ij.Lu
gdunẽſis.de pœna tamẽ eius vide ĩ.§.viij. ¶ Quartò quæri-
4 tur,† vtrũ epiſcopus Italiæ poſsit ordinare vltramontanũ cle
ricũ? Et dico quòd nõ,niſi habeat licẽtiã à papa vel epiſcopo
diœceſis eius vnde eſt oriũdus,vel in qua eſt beneficiatus ꝑ
patẽtes ipſius epiſcopi cõtinentes cauſam rationabilẽ quare
nolit vel nõ poſsit ipſum ordinare.Si autẽ cõtra hoc aliqui
fuerint ordinati:ipſi quidẽ ſuſpẽſi ſunt abſq; ſpe diſpẽſatio-
nis:ordinãtes verò debẽt cõdignè puniri.de tẽpo.ord.lib.vj.
5 ¶ Quinto quæritur,† vtrũ epiſcopus qui reſignauit epiſco-
patui,poſsit ordines cõferre? Et dico quòd ſic ſicut antè,ſi re
ſignauit loco tantũ,& rogatur à proprio epiſcopo loci.Si ve
rò renũtiauit loco & dignitati,poteſt cõferre omnes mino-
res,ſed nõ ſacros. extra de or . ab eo qui epiſc.re.c.j.¶ Sextò
6 quæritur,† vtrũ hæretici & præciſi ab eccleſia poſsint ordi-
nes cõferre? Et dicit S. Tho.in iiij.diſt.xxv.quòd cõferunt ve
ra ſacramẽta,licet nõ gratiã,ꝓpter peccata recipiẽtiũ ab eis
ſacramẽta cõtra ꝓhibitionẽ eccleſiæ:promoti tamẽ ab eis
nõ recipiũt executionẽ,vt licitè poſsint in ſuis ordinibus mi
niſtrare.Hæc ex illo,qui intẽdit quòd poſſunt cõferre ordi-
nes de facto , ſed nõ de iure. Ignorantia tamẽ facti excuſat
à peccato:ſed poſtquam ſufficiẽter hoc ſciunt,abſtinere de-
bẽt quouſq; diſpẽſantur,ſecũdũ Arc.& ſecundũ Hoſt.in epi-
copatu ſolus papa diſpẽſat.de elec.quia diligẽtia.& ſimiliter
in alijs ordinibus,ſi fuerint ordinati à talibus ſcienter vel ex
ignorãtia craſſa.ſi verò ignorantia fuit nõ ſupina diſcretus
prælatus diſpẽſabit,ſecũdũ Hoſt.extra.de or.ab eo qui epiſ.
re.c.j.&.ij.Videtur autẽ idẽ dicere Goſ. de interdicto & ſu-
ſpẽſo à diuinis,ſcilicet ꝙ nõ cõferãt ordinis executionẽ.ix.q.
j.c.j.& ſeq.¶ Septimò quæritur,† vtrũ papa poſsit dare licen 7
tiam nõ epiſcopo cõferendi ordines ſacros? Et dicit Inn.in c.
quanto.de cõſue.quòd ſic modò talis habeat ipſos ordines,
quos vult cõferre.Sed S.Tho.videtur ſentire cõtrariũ in iiij.
diſt.xxv.q.j.ar.j.ad tertiũ.vbi ſic dicit papa,qui habet plenitu
dinẽ poteſtatis,cõmittere poteſt nõ epiſcopo pertinẽtia ad
epiſcopalẽ dignitatẽ,modò illa non habeãt immediatã rela
tionẽ ad corpus Chriſti verũ:ideoq; ex eius cõmiſsiõe ſacer-
dos ſimplex poteſt cõferre ordines minores,& cõfirmare:nõ
autem nõ ſacerdos,nec ſacerdos maiores ordines,qui habẽt
immediatam relationẽ ad corpus Chriſti,ſupra quod conſe-
crandũ papa nõ habet maiorẽ poteſtatem quàm ſimplex ſa
cerdos.Hęc ille.Et hęc opinio S.Tho.ſeruabatur in practica
vide Capre.in iiij.diſt.vij. ¶ Octauò quæritur,† quã pœnam 8
incurrat epiſcopus ordinãdo contra iura? Et dico ſic:Si quis
aliquẽ ordinauerit infrà legitimã ætatẽ,de qua ſuprà Aetas,
primò quidẽ ſic ordinatus in contumeliã ordinãtis,debet ſu
ſpẽdi ab executione illius ordinis vſq; ad legitimã ætatẽ:ſed
nõ eſt ſuſpenſus ſecundũ Ray.Arch.Anto.de But.& Zab.&
ſi antè exequitur ordinẽ,peccat mortaliter,& toties quoties,
licet nõ efficiatur irregularis,niſi ſit ſuſpẽſus prius à ſuperio
re. Et ſecũdò ipſe ordinãs debet ſuſpẽdi ì collatione ordinũ,
& cõpelli ad prouidendũ totaliter ordinato in beneficio cõ-
petenti.de tẽpo. or. vel nõ eſt.Si quis autẽ ordines minores
cum ſubdiaconatu,vel duos ordines ſacros ſimul cõtulerit,
vide tit. priore.§.vij.in fi. Si verò epiſcopus,abbas vel ſacer-
dos ordinat nõ ſubditũ ſuũ ſciẽter vel ignorãtia affectata,
per annũ à collatiõe ordinũ eſt ſuſpẽſus: & poſtquã ſuſpẽſio
fuerit manifeſta,poterũt ſubditi ſine eius licẽtia à vicinis epi
ſcopis ordinari.de tẽp. or.eos.lib.vj.vbi glo.in verbo,mani-
feſta dicit per euidentiã facti,vel quia eſt iure notoriũ:aliàs
in dubio à proprio prælato nõ recedãt.de quo etiã vide ſ.Ir-
regularitas.§.ix.& ſi prędictus ordinator ſit epiſcopus Italię
& ordinatus ſit vltramõtanus,vide ſ.§.iiij.Si quis etiã epiſco
pus vel alius clericalẽ tonſurã præſumit cõferre infanti:niſi
fortè religionẽ intret:ſeu illiterato,vel abſq; ſui ſuꝑioris licẽ
tia homini diœceſis alienæ,vel cõiugato,niſi velit intrare re
ligionẽ,aut ad ſacros ordines iuridice ꝓmoueri: per vnũ an-
nũ à collatione clericalis tõſurę dũtaxat nouerit ſe ſuſpen-
ſum.de tẽp.or.c.ſi.li.vj.& gl.in verbo ſuſpẽſum,dicit ipſo iu
re.Si etiã epiſcopus ordinat ſciẽter indignũ,ſecundũ S.Tho.
peccat mortaliter:qa eſt infidelis dño ſuo cõmittẽs indigno
miniſteriũ eius,præcipuè cũ hoc vergat in detrimentum ec-
cleſiæ honoris diuini:& ſi tot boni miniſtri nõ poſſunt inue-
niri,melius eſt habere paucos bonos,quã multos malos. xx-
iij.diſt.tales.nec ſecundũ Alb.excuſat nobilitas qa quãtò no
bilior,tãtò nociuior,nec ꝙ alius nõ eſſet ita vtilis:qa omnis
vtilitas temporalis ſpirituali poſtponẽda eſt:nec quòd neſci
tur malus:quia neceſſe eſt ſcire quòd ſit bonus per rationẽ
talẽ qualẽ poſsibile eſt haberi de homine:imò ſecũdum Al-
be.etiã peccat mortaliter ſi diſpẽſat cũ indignis & malis ſe-
cus ſi patitur neceſsitate cõpulſus, ne peius eueniat.Pro hoc
tamẽ ſcito quòd ſecundũ eundẽ Alb eſt quis dupliciter indi-
gnus,ſcilicet negatiuè,quia non habet condecentiã ad digni
tatem vel beneficium,licet nõ habeat cõtrarium:& cum tali
propter neceſsitatẽ eccleſiæ indigẽtis literatis & defenſori-
bus diſpenſari poſſet,vt à cõmuni haberet de eccleſia donec
addiſceret.





addiſceret.licet ſecũdum Ioan.non poſſet ei ſine mortali da
ri beneficiũ cũ cura:& ecõtrario:quia ſcilicet habet cõtrariũ
dignitati vel beneficio,puta vitiũ vel impedimentũ : & iſte
nullo modo eſt promouẽdus ad ordinẽ vel beneficiũ.¶ No-
9 nò quæritur,† vtrũ epiſcopus repellere poſsit clericũ volen-
tem ꝓmoueri? Et dicit Ray.quòd ſic, ſi nõ habet ius petẽdi
ordines:ſecus ſi illud habet,vt ratione beneficij cui ordo eſt
annexus:ſicut beneficio curato ſacerdotiũ:quia eum ꝓhibe-
re nõ põt,quãuis ſciat eius pctm̃ occultũ. & ita poteſt intel-
ligi c.ex tenore.de tẽp.ord.quod Arc.bene intelligit de epi-
ſcopo ꝓprio:nõ de alieno,qui ordinare eum nõ tenetur,niſi
ad placitũ.Si verò vitiũ vel impedimentũ ſit manifeſtũ, pu-
blicè repellere eum poteſt ſecũdũ Arch . Regularis tamen
nullo modo debet ordinari contra voluntatẽ ſui prælati.de
10 tẽp.ord.c.ad aures.¶ Decimò quæritur,† vtrũ prælatus poſ-
ſit cogere clericũ ad ordines ſuſcipiendos? Et diſtinguo ſecũ
dum Doct.cõmuniter in c.quæris.de æta.& qual.Nam ſi ha
bet beneficiũ,tenet indiſtinctè Sum.Ang. quòd cogi poſsit.
Sed melius Supp.poſt Piſ.diſtinguit limitãdo quòd ſi habet
beneficiũ vel dignitatẽ,cui annexus ſit ordo, ſicut archipre-
ſbyteratui,abbatię,vel præpoſituræ ad ſacerdotiũ,ſecundũ
Ray.poteſt cogi per ſubtractionẽ illius beneficij.diſt.lx.in-
nouamus.de elect.c.cum in cunctis.de æta.& qua.c.j. imò ſi
illud beneficiũ ſit parochia,niſi fiat ſacerdos intra annũ, eſt
ipſo iure priuatus,niſi ex iuſta cauſa remãſerit.de elect.c.li-
cet canon.&.c.cum ex eo.lib.vj.quod tamẽ fallit ſi canones
obſiſtãt.d.c.cum in cunctis.ſicut ſi abbas cõfirmatus ante or
dinationẽ fiat ſine culpa ſua irregularis:vt quia manũ perdi
dit.qđ tamẽ,ſi ex culpa ſua accideret,eſſet priuandus : quo
caſu loquitur.d. c.j.de æta.& qualit.cõcor.Hoſt.Gofr.& Vl.
Si verò nõ habet bñficiũ eccleſiaſticũ vel dignitatẽ,cogi nõ
poteſt:imò ordinãs inuitũ eſt ſuſpenſus à celebratione miſ
ſæ per annũ:& debet deponi.diſt.lxxiiij.c.j.& ij.& ſimiliter ſi
habet quidẽ?ſed ſi tali beneficio vel dignitati nõ ſit talis or-
do annexus,idẽ eſt iudiciũ ſecũdũ Ray.vt d.c.j.& ij.Hoc ta-
mẽ fallit ſi neceſsitas vel vtilitas eccleſiæ hoc expoſcat: quo
caſu cogi põt:ita quòd ſi ſe excuſat ratiõe admiſsi criminis,
debet epiſcopus eo remoto à beneficio,quod obtinet , alios
ꝓmouere:niſi aliàs eſſet valde vtilis vel neceſſarius. de æta.
& qual.c.quæris.& ita intelligi poteſt c.cõſuluit,di.lxxiiij. Si
verò ſe excuſat ſola volũtate ſine alia cauſa:debet cõpelli ꝑ
ſubtractionẽ officij & beneficij.diſt.lxxiiij.c.iij.& iiij.Si autẽ
ſe excuſet ratiõe impedimẽti nõ ꝓuenientis ex delicto ſuo
puta infirmitatis vel huiuſmodi.cogi nõ debet : aliàs poſſet
appellare:ſicut & tutor datus quãdo eius excuſatio iuſta nõ
admittit᷑.ff.quãdo ap.ſit l.j.§.ſi quis tutor.Et idẽ Hoſt. Goſ.
& Vl.addẽtes ꝙ exigit eccleſiæ vtilitas quãdo indiget mini
ſtris,& nõ ſunt alij idonei præter iſtũ,quẽ epiſcopus vult cõ-
pellere:neceſsitas verò quãdo nullus eſt alius.Et ſi epiſcopus
cõpellat eo caſu quo põt,ſed malo animo:nihilo minus ſecũ
dum Ray.clericus tenetur obedire,ex quo iuſtũ & vtile prę
cipitur.ar.xj.q.j.quid ergo.xxiij.q.j.quid culpatur.in fi.xxxiij.
11 q.v.manifeſtũ.& idem Hoſt.& Goſ. ¶ Vndecimò quæritur,
† quid ſi ad ordinẽ cogatur à ſuo epiſcopo,quẽ ſcit hæreticũ
vel ſchiſmaticũ? Et dicit Goſ.quòd obedire nõ debet,ſed po-
tius ſuſtinere excõmunicationẽ.de ſent.exc. inquiſitioni. Et
idem ſecundũ Io.ſi ſciã prælatũ meũ ſuſpẽſum , excõmuni
catum vel interdictũ:ſi tamẽ obediat,vide ĩ.Ordo.v.ꝑ totũ.
12 ¶ Duodecimò quærit᷑, † quid ſi clericus ſciat epiſcopũ ſe ad
ordines cogentẽ eſſe ſimoniacũ? Et dicit S.Tho.ij.ij.q. c. oo.
quòd nullo modo debet obedire,etiã ſi ſimonia ſit occulta,
modò ipſe ſciat.& intellige de ſimonia in ordine ſuſcepto:
ſed potius debet permittere ſe excõmunicari.ar.d.c. inquiſi-
tioni.Si verò ignorat,nõ recipit ordinis executionẽ,etiã ſi ſi-
monia ſit occulta:ſed indiget diſpẽſatiõe,in deteſtationẽ cri
minis.j.q.j.ſi qs à ſimoniacis.& idẽ Hoſ.ac Ray.Si verò epi-
ſcopus ſit ſimoniacus ex alia cauſa,põt ab eo ordinẽ recipere
modò ſit ſimonia occulta:qa eſt ſuſpẽſus ſolũ quo ad ſe : tñ
ſecundũ Hoſt.debet,ſi poteſt,obtinere vt ordinetur ab alio.
Notãdũ eſt tamẽ quòd ſi ſimoniacus epiſcopus eſſet ratiõe
ſimoniæ excõicatus:in hoc caſu oporteret loqui vt §.priore.

## Ruſus de Ordine iiij.quantũ ad ordinãdos.

*1 Ordinari qui non poſsint nec de facto nec de iure.& num.2.*
*3 Curialis quis dicatur.*

ORDO conſiderari poteſt quartò ex parte ordinando
rum,qui multa poſſent habere impedimẽta quãtum
ad executionẽ ordinis vel receptionẽ tã iuridicã quã
de facto.Quædã enim,vt dicit S.Tho.in in iiij. diſt..xxv.q.j.
art.j.requirũtur in recipiẽte ſacramẽtũ de neceſsitate ſacra-
menti,ſine quibus nõ ſuſcipitur:& quædã de neceſsitate prę-
cepti propter congruitatẽ ſacramẽti,ſine quibus percipitur:
¶ Primò ergo quęritur,† qui ſint,qui nõ poſſunt ordinari de 1
facto,ita quòd ſi de facto ordinẽtur,characterẽ nõ ſuſcipiũt.
¶ Et dico quòd talis eſt primò mulier,ſecundum Sãc.Th. in
iiij.diſt.xxv.q.ij.& Rich.ibidem:qa in his,quæ in ſacramentis
aguntur,requiritur nõ ſolùm res, ſed ſignificatio rei:in ſexu
autem fœmineo nulla poteſt ſignificari eminẽtia gradus.vi
de ibi.Nec obſtat c.presbyter.&.c.mulieres.xxxij.diſt.in qui
bus vocat᷑ presbytera.&.c. diaconiſſam.xxvij.q.j.&.c.ſacra-
tas.xxiij.diſt.qa nõ ab ordine,ſed à viduitate dicitur presby-
tera, ſecundũ.S. Tho. quia presbyter idẽ eſt quod ſenior:&
diaconiſſa à participato actu diaconi,qui eſt legere homiliã,
ſecundũ S.Th Et adde quòd abbatiſſa dicitur à prælatione:
& ſacrata à voto,quo ſe Deo cõſecrat.Et ſecũdò,qui ad ordi
nes cogitur coactione abſoluta:puta quia vi tenetur,ſecũdũ
Ray.ſicut nec baptiſmũ talis reciperet.de baptiſ.maiores.in
fi. Si verò coactio ſit cõditionalis:puta vt euadat cruciatũ,
vel etiã mortẽ,ſi characterẽ ſuſcipit,ſcđm eundẽ.ar. di.lxx-
iiij.vbi iſta.di.xlv.de Iudæis.j.q.j. quod quidã:quia in tali ca
ſu adeſt volũtas ſaltẽ indirecta.de qua Aug.voluit facere,
quia voluit viuere.xv.q.j.merito.nõ tamẽ tenetur talis ſecũ-
dũ Io.& gl.Ray.cõtinere,ſi metus fuit cadẽs in conſtantẽ vi
rum per c.prælatũ.de his quæ vi met.&.c. ad aures.de æta.
& qual.quia integritas eſt res voti nõ præcepti.xxxij. q.j. in-
tegritas.quod Sum.Ang.& Roſ.indiſtinctè cõcedit:ſed me-
lius Suppl.poſt Sum.Pi.limitat ſi habeat vxorẽ:quia ea lici-
tè poterit vti.Sed ſi nõ habeat,cõtinere tenet᷑.arg.di . xlv.de
Iudęis.quia ſicut ordinẽ,ita & cõtinentiã, ſaltẽ indirectè vo
luit & ſimiliter tenetur cõtinere,ſi nõ fuit talis metus.Et idẽ
Goſ.& Hoſt.Et ſi talis vult viuere aliàs clericaliter, habebit
priuilegiũ clericale,ſecundũ Ray. quod tamẽ fallit primò
ſecundũ Ray.ſi penitus ſit obligatus ad actũ cõtrarium:vt ſi
duxit viduã aut ſecundã vxorẽ diſt.lxxxiiij.quiſquis.Secũdò
ſi vxor vellet cõtinere, & ipſe nollet.Si verò cõtraxerat cũ
vna & virgine nolẽte cõtinere,& aliàs vult clericaliter viue
re,illud habebit.ar.xxvij.q.ij.multorũ.Et hoc in caſibus , in
qbus illud habet clericus qui cõtraxit cum vnica & virgine,
de quo ſ.¶ Et tertiò ſecundũ aliquos,vt etiã not.Richar.vbi
ſuprà,puer ante annos diſcretionis,& omnis nõ habẽs vſum
rationis.Sed Sanct.Thom.dicit vbi ſuprà quòd iſtorum di-
ctum nec ratione nec authoritate firmatur:vnde ipſe ibi te-
net & probat quòd in ſolo epiſcopatu requiritur vſus ratio-
nis in ſuſcipiente de neceſsitate cõſecrationis epiſcopalis: in
alijs autem nõ requiritur tempus diſcretionis de neceſsitate
ſacramenti,ſed ſolùm de neceſsitate pręcepti quo ad maio-

res,vel de honeſtate ſolum quo ad minores,ſed nõ de neceſ
ſitate præcepti.Vnde ſi neceſsitas adſit, & ſperetur ꝓfectus
poſſunt aliqui ante dictum tempus ad minores promoueri
ſine peccato:& ſuſcipient ordinẽ,ad quẽ etiã per aſſuetudi-
nem idonei reddentur.hæc ex illo.Sed hodie,vt dicit archid.
hoc nõ habet locũ:vt ſcilicet poſsit quis promoueri ante tẽ-
pus diſcretionis ad minores,& ſtatim poſt illud ad ſubdiaco
natum:nec quod dicit Albe. quod huiuſmodi tẽpore in reli-
gioſis nõ oportet,ſeruare quia ſupplet grauitas morum:nec
quod dicit Pet.ex diſpẽſatione epiſcopi poſſe tempus antici
pari:quia omnes huiuſmodi opiniones ſublatæ ſunt per cle.
j.de æta.& quali.nec poteſt epiſcopus,ſed ſolus papa diſpẽſa
re.de quo vide ſuprà Aetas.§.j.part.iij.¶Secundò quæritur,
2 †qui ſint qui nõ poſſunt ordinari de iure?Et dico quòd ordi
nari nõ poſſunt,primò nõ habentes legitimã ætatẽ.de quo
ſuprà Aetas.§.j.Nec ſecundò illiterati.de tẽp.ord.lib.vj.re-
cipiunt tamẽ characterẽ ſi ordinantur.diſ.lij.ſolicitudo arg.
c.veniens.de presbyt.nõ bap.& de hoc ſuprà Clericus.ij.§.j.
Nec tertiò criminoſi.vnde exiſtentes in mortali non debent
promoueri.de tẽpo.ordi.c.ex tuarũ.&.c.ad aures.aliter pec-
cat mortaliter ipſa ſuſcipiens,etiam ſi crimen ſit occultũ, &
toties quoties vt miniſter eccleſiæ actum facit,vt tangendo
res ſacras quaſi ex officio ſuo:ſecus ex neceſsitate, ſicut poſ
ſet quilibet laicus,ſecundũ Sã.Tho.in iiij.diſt.xxiiij.vt ſuprà
Clericus.ij.§.viij.& ſimiliter peccat mortaliter ordinator,ſi
peccatum ſit publicũ,vt not.in c.quęſitum.de temp.ord.imò
etiam ſi ſit ſecretũ,& hoc ſcit,& poteſt nõ ordinare.arg.eo-
rum quæ not.ſuprà Ordo.iij.§.ix.Sufficit tamẽ cõtritio ſecũ
dum veriorem opinionem.¶Nunc quartò bigami.xxvj.diſt.
acutius.& ſuprà Bigamia.¶Nec quintò ſolenniter pœniten
tes.diſt.50.ex pœnitentibus.vt infrà Pœnitentia.§.iij.¶Nec
ſextò neophyti diſt.xlviij.§.prohibentur.&.c.quoniam.&.c.
ſicut.¶Nec ſeptimò curiales,id eſt,propter aliquod officiũ
curiæ obligati. diſt.lj.c.j.ij.&.iij.diſ.liij.legem.abſoluti verò
à curia non prohibẽtur ordinari.diſt.lxj.Oſius.niſi aliàs ſint
infames vel irregulares:vt in dictis iuribus.vide infrà,§.iij.
¶Nec octauò ratiocinijs obligati:de quibus dic vt infrà,Ra
tiocinia.¶Nec nonò ſerui:de quibus dic vt infrà,Seruitus.§.
vj.¶Nec decimò corporę vitiati:de quibus ſuprà corpore vi
tiatus.¶Nec vndecimò illegitimè nati.Et quis ſit talis,vide
ſupà Filius.Vtrũ aũt poſsint promoueri ſi religionẽ intrent.
ſuprà Illegitimus.Vtrũ verò diſpenſatio vt ad clericatũ vel
ordines promoueri poſsint,intelligatur quo ad omnes: vide
ſuprà Clericus.j.§.iiij.¶Nec duodecimò peregrini, niſi ha-
beãt literas autenticas:vt infrà Peregrinus.§.iiij.nec igno-
ti,niſi præuia examinatione cognoſcantur.Et dicuntur pere
grini,qui non ſunt oriundi de epiſcopatu,vel non habent ibi
domiciliũ aut beneficiũ:vt in c.cum nullus.de æta.& qualit.
lib.vj.Ignoti verò,quorũ origo & vita & regularitas nõ eſt
nota epiſcopo.xxiiij.diſtin.epiſcopus.& ij.q.vij.quærendum.
¶Nec decimotertiò infames:de quo ſuprà Infamia.¶Nec
decimoquartò irregulares:de quibus ſuprà Irregularitas. in
princ.¶Nec decimoquintò ſuſpẽſi,interdicti,vel excõmuni
cati:de quibus habetur in ſuis locis.¶Nec decimoſextò ordi
nati in diaconos vel ſubdiaconos à papa: quia ſine eius licẽ-
tia ab alio non poſſunt ad ſuperiores ordines promoueri.de
temp.ord.cum in diſtribuendis.& j.q.j.filiũ.¶Nec decimo-
ſeptimò hermaphroditi:vt ſuprà Hermaphroditus.¶Nec
decimooctauò coniugati,niſi velint intrare religionem,vel
ad ſacros ordines promoueri,vt dicũt canones.c.fin.de tẽp.
ordin.lib.vj de quo dic vt ſuprà Matrimonium.viij.§.xij.&
ſuprà Diuortiũ.§.xvij.¶Nec decimononò obligatus ad fa-
ciendum aliqua indecentia,ſecundum gloſ.Ray.vt ad mini-
ſtrandum in balneis vel tabernis,aut purgãdum cloacas,niſi
prius ſatisfecerit,vel alium ęquè idoneum ſuppoſuerit ad ta
lia:quod tamen in tranſeunte ad religionem nõ eſt neceſſa
rium,etiam ſi obligatio eſſet iuramẽto firmata ſed ſufficit
ſi iuxta facultatẽ ſuam ſatisfaciat creditoribus, ſi moueatur
inſpiratione Spiritus ſancti,quia excuſatur authoritate Spi-
ritus:& xix.q.ij.duæ ſunt.& de reg.licet. Si autem obligatio
erat ad aliquid honeſtum,etiã per iuramentum,ſic intelligi
tur dictum Ray.quòd poteſt ordinari, ſed remanet obliga-
tus vt ante:vel poteſt ſcribendo aut alia honeſta faciẽdo ſa-
tisfacere.Nec obſt.diſtin.liij.legem.& diſtin.liiij.quicunque.
quia illa intelliguntur de perpetuò obligatis:puta ſeruis,cu
rialibus,& huiuſmodi.¶Nec viceſimò hiſtriones, ſecundum
Gloſ.in c.donare.diſtin.lxxxvj.vt in c.maritum.diſtin.xxxiij.
quia ſunt infames.iiij.q j.c.j.ff.de his qui not.infam.l.ij.§.vlt.
quod Panor. in c.cum decorem. de vita & honeſt.cler.limi-
tat,quando exercuerunt artem illam in publico.Facit l.pa-
lam.ff.de ritu nup.xxv.q.ij.ita nos.Innocent.verò in d.c.cum
decorem.vult quod vt quis ſit infamis, habeat hoc officium
in curia vel aſſueſcat ſe in illo actu.Ex quibus omnibus eli-
cio quòd eſt infamis & irregularis,quãdo hæc facit ex offi-
cio in curia vel in publico ex cõſuetudine.¶Tertiò quærit,
†quis dicatur curialis?Et dicit Ray.quòd tripliciter dicitur. 3
Primò largè is,qui quacũq; cauſa obligatus eſt curiæ alicu-
cuius publicæ poteſtatis,ſiue ſit miles ſiue aduocatus,ſiue iu
dex,ſiue officialis,ſiue habeat officium honeſtũ ſiue inhone
ſtum.Secũdò ſtrictè is qui gerit honeſta curię officia:vt de-
curiones,iudices,& ſimiles.Tertio ſtrictus,qui in cauſa ſan-
guinis ſunt officiales:& ſecundum eum oẽs indiſtinctè ꝓhi
bentur ordinari.Etſi officiũ finierunt,vide infrà,Ratiocinia.

## Ruſus de Ordine quintò quantum ad iam ordinatum verè vel fictè.

1 *Ordinatus in peccato,vel ab alieno epiſcopo.vel qui reſigna-uit vel hæretico,an ſit ſuſpenſus.vſque ad nu.4.*

5 *Ordinatus per ſaltum an ſit ſuſpenſus, & quid de ordinato in excommunicatione.num.6.*

7 *Ordinatus poſt matrimonium per verba de præſenti qualiter puniatur.*

8 *Ordines exercens,qui non eſt ordinatus,qualiter puniatur.*

ORDO quintò cõſiderari poteſt quantũ ad eum, qui
iã ordinatus eſt verè vel fictè.¶Primò ergo quæri- 1
tur,†quid de eo qui ordinatus eſt in mortali,de quo
ſcilicet nõ erat cõtritus?Et dico vt tit.priore.§.ij.in princ. V-
trum autẽ à tali liceat recipere ſacramẽta,vide ſuprà Cleri-
cus.ij.§.vlt.¶Secũdò quæritur,†quid de ordinatis ab alieno 2
epiſcopo ſine licentia proprij?Et dico vt ſuprà Irregularitas.
§.ix.¶Tertiò quæritur,†quid de ordinatis ab epiſcopo, qui 3
reſignauit loco vel dignitati?Et dico vt ſ.Irregularitas.§.viij.
¶Quartò quæritur,†quid de ordinatis ab hęreticis,excõmu 4
nicatis,& huiuſmodi?Et dico vt ſ.Irregularitas.§.vij.¶Quin
tò quæritur,†quid de ordinato per ſaltũ,id eſt,prætermiſſo 5
aliquo inferiori ordine aſcẽdẽdo ad ſuperiorẽ?Et dico quòd
eſt ſuſpẽſus ab executione ipſius ordinis recepti.diſt.lij.ſoli-
citudo.de cler.per ſal.promo.ca.j.vide ſ.Irregularitas.§.xj.
recipit tamẽ verũ characterem ordinis ſuperioris, ſecũdum
Ray.etiam ſi immediatè ſine quocũq; alio ordine quis pro-
moueatur ad ſacerdotiũ modò ſit baptizatus ſecundũ Ray.
Pet.Hoſt.& S.Tho.licet Hug.dixerit quòd nõ,niſi habuerit
ſaltem primã tonſuram.Fallit quod dictũ eſt in epiſcopatu,
qui nõ ſuſcipitur,niſi præceſſerit ſacerdotiũ:vt ſ.Ordo.ij.§.
j.¶Sextò quærit,†quid de ordinato dum eſſet excõmunica- 6
tus?Et dico quòd ſi hoc fecit ſciẽs ſe eſſe excõmunicatũ,à ſu
ſceptis



ſceptis ordinibus in perpetuum eſt deponendus, ſi eſt cleri-
cus ſecularis:ſi verò iam ſit effectus religioſus,eſt ſuſpenſus
ab executione ſuſcepti ordinis & officij.Si verò non recolẽs
factum,pro quo in excõicationem incidit, vel factũ quidem
ſciens,ſed iuris ignarus neſciebat ſe excõicatum:tũc cũ eo,ſi
eſt ſecularis,archiepiſcopus vel epiſcopus diſpenſare nõ põt
abſq; ſedis apoſtolicæ mãdato.Si verò eſt regularis,abbas ip
ſius poſt iniũctã & peractã pœnitentiã poterit cũ eo diſpen-
ſare:niſi graue fuerit & notabile factũ:vel qui fecit, adultus
fuerit & diſcretus,vt violenter cõtra obliuionem & ignorã-
tiam præſumat.ꝓbant hæc in c.cũ illorũ.de ſen.exc.Simili-
ter ſuſpenſus eſt irregularis per ſolũ papã diſpenſabilis,qui ſu
ſcipit ordinẽ in apoſtaſia à religiõe.extra eo.apoſtata.¶Se-
7 ptimò quærit,†quid de eo qui poſt cõtractũ matrimoniũ de
præſenti ante carnis copulã ſe facit ad ſacros ordines ꝓmo-
ueri aliter quã ſacris canonibus cõcedat?Et dico quòd eſt ſu
ſpenſus,& mortua vxore nõ poterit in illo ordine miniſtrare,
nec ad alios aſcendere nec obtinere bñficiũ vel officiũ eccle
ſiaſticũ:nec illud matrimoniũ diſſoluit ꝑ extraua. Io.xxij.q
incipit,antiquæ.quod intellige ſi remanet in ſeculo:nõ ſi re
ligionem intraſſet.¶Octauò quærit, †quid de ordinato ne- 8
gatiuè,id eſt,qui nõ eſt ordinatus,& tñ aliquid exercet ordi-
nis quem nõ habet?Et dicit Ray.quòd laici,qui nullũ ordi-
nem habentes diuinũ officiũ exercent indebitè, niſi ceſſare
velint,debent excõicari,& nũquã ordinari.de cle.nõ ord.mi.
c.j.poſſunt tñ licitè facere officia ordinũ minorũ.Clerici ve-
rò exercentes officiũ ordinis,quem nõ habẽt,ſunt deponen
di,vel perpetuò ſuſpendendi ab ordine quem habebant: niſi
poſtquã iuxta permiſsionem epiſcopi bienniovel triennio ſu
ſpenſi fuerint,miſericorditer tolerent,nũquã tñ vlterius ꝓ-
mouendi.de cler.nõ ord.mi.c.j.& ij.nec poterit cum tali di-
ſpenſari vt aſcendat,niſi per papam,ſcd̃m Ray.Gof.& Ver-
uec.& hoc tene, licet ſint opiniones:quia in d.c.ij.papa dicit
epiſcopo quòd ad ordinem ſuperiorem nõ poterit ꝓmoue-
ri:& ſic promotio eſt interdicta epiſcopo: quantum autem
ad beneficium cum eo miſericorditer agendum eſt:vt ibi di
citur,etiam ſi ſit in minoribus,ſecundũ glo.Ray.Secundum
Hoſt.tamen ſi quis tale officium exerceret non ad deceptio
nem,id eſt,quaſi fingens ordinem quem nõ habet,ſed ex lu
do cauſa feſti,peccat quidem:quia ludus noxius eſt in culpa,
nõ tamen incurrit prædictas pœnas:quia voluntas & propo-
ſitum diſtinguunt maleficia.de ſen.exc.cũ voluntate.& idem
ſentit gl.Ray.dicens hunc rigorem non extendi ad clericos
minorũ ordinũ,vel qui miſsis nouis miniſtrãt in officio ſub-
diaconatus cauſa gaudij & ſolennitatis,nõ mentientes de or
dinibus ſuis,cũ ferè omnes aſsiſtentes ſciãt veritatem.licitè
etiã ſcd̃m Veruec.qui eſt in minoribus cãtat epiſtolam ſine
ſolennitate,vt no.in c.vt quiſq;.de vi.& ho.nõ tñ debet cãta-
re ſolenniter,id eſt,cũ ornamentis ſubdiaconi.xxiij.di.ſubdia
conatus.lxxiiij.di.ſi qui clerici.neq; ſecundum Inno.præſen-
te ſubdiacono.& concordat Hoſt.dicens quòd abſente ſub-
diacono ſufficit quòd non teneat manipulum in manu ſua.

## De Ornatu virorum & mulierum.

1 *Ornatus exterior qñ ſit vitium,& qñ ſine peccato.& nu.2.*

3 *Ornatus ſuperfluus quando ſit peccatum mortale.& nu.8.*

4 *Ornatus mulierum quando ſit licitus.*

5 *Habitu ſibi non conueniente vtens an peccet.& nu.7.*

6 *Mulier attondens aut non velans capillos,an peccet.*

9 *Confeſſores an abſoluent eos qui veſtimenta inhoneſta geſtãt.*

10 *Epiſcopus an vetare poſsit mulieres vti ornamentis fucatis.*

ORNATVS in gñe humano eſt adiectio ſiue appli-
catio ornamenti ad humanã perſonã. Ornamentum
autem eſt res extrinſecus adiecta naturalem gratiã augens:
vel ingratiã minuens.Circa ornatũ multa ſcripſerũt Sũmi-
ſtæ:ſed quia nõ põt gñali regula artis determinari ſemper
qñ ſit in eo pc̃tm̃ maximè mortale,ſed prudentũ arbitrio re
linquitur:ideo materiã iſtã breuiter attingã.¶Primò igitur 1
quæritur,†qũo in exteriori ornatu ſit vitiũ?Et quantũ colli-
gitur expreſſe per S.Tho.ij.ij.q.clxix.ar.j.eſt ibi vitiũ ex ꝑte
hominis immoderatè rebus exterioribus vtentis dupliciter.
Primò ſcilicet per cõparationem ad cõſuetudinem hominũ
cùm quibus viuit:quia turpis eſt omnis pars vniuerſo ſuo non
congruens,ſcd̃m Aug.& ſecũdò ex inordinato affectu vten-
tis.Et hoc quantũ ad defectũ eſt dupliciter:primò ꝓpter ne
gligentiã nõ adhibentis,ſtudiũ vel laborem vt exteriori cul-
tu vtat̃ ſcd̃m quod oportet:vñ ad mollitiem pertinet trahe-
re veſtimentũ per terrã ne laboret̃ ad eleuandũ.vij.Ethi.& ſe
cundò ſi ipſe defectus ad gloriã ordinet̃,ſcd̃m qd̃ Aug.dicit
in li.de ſer.do.in mõ.in ipſis ſordibus eſſe poſſe iactantiã:ſed
per gloriã S.Tho.capit omnem malum finem exteriorem.
Quantũ etiã ad ſuperabundantiã eſt triplex.Primò ſi qs in-
de hominũ gloriã quęrit:ſupple tu,vel aliũ malũ finem apud
homines,puta cõplacentiã turpem.Scd̃ò ſi inde quærit cor-
poris delicias, ſcd̃m qd̃ veſtis ordinat̃ ad corporis fomentũ.
Tertiò ſi nimia ſolicitudo apponit̃, etiã ſi inordinatio nõ ſit
ex parte finis.Qui aũt ſunt in dignitatibus cõſtituti,& mini-
ſtri altaris,licitè ꝓtioſioribus veſtibus quã cæteri induuntur,
nõ ad ſui gloriã,ſed ad ſignificandã dignitatem ſui miniſte-
rij vel diuini cultus.Qui etiã vilioribus cæteris vtunt̃,ſi hoc
faciũt nõ ad iactantiã,ſed ad macerationem carnis vel humi
liationem ſpiritus,pertinet ad temperãtiã: qd̃ præcipuè cõ-
petit his,qui verbo & exemplo ad pœnitentiã hortant̃.hæc
ex illo.Ex quibus elicit̃ quòd in ornatu dupliciter eſt pc̃tm̃.
Primò in ſe,ſiue quantũ ad factũ ipſum,qñ nõ eſt ſcd̃m cõ-
ſuetudinem patriæ,quæ præſupponitur honeſta, ſiue illam
excedat,ſiue ab illa deficiat.Secũdò quãtũ ad ipſum affectũ:
& hoc dupliciter.Primò ſcilicet in ſe, ſcd̃m quod eſt nimis
intenſus cauſans ſuperfluã ſolicitudinem, aut remiſſus cau-
ſans negligentiã.& ſecũdò ex parte finis intenti:ſiue ſit apud
ſemetipſum,vt voluptas corporis:ſiue apud alios vt inanis glo
ria,vel omnis alius malus finis.¶Secũdò quærit̃,†qñ orna-
tus ſit ſine pc̃tõ?Et dico qñ erit ſcd̃m mediũ virtutis & regu- 2
lam ratiõis,ad quod multa requirunt̃.¶Primò quòd in ſe ſit
ſobrius,nõ ſuperfluus,ad quod dijudicãdũ debet homo vti cõ
ſuetudine virtuoſorũ,qui ſunt aliorũ regula:& cõſilio bono-
rum,nõ ſuo tãtũ:quia ꝓprius amor fallit.¶Secũdò quòd af-
fectus quoq; ſit moderatus,ne quis nimis aut ſolicitet̃ aut pi
greſcat.¶Tertiò quòd ſit recta intentio.Ad primũ aũt,ſcili-
cet ſobrietatem,requirit̃ primò quòd ſit honeſtus, cùm ho-
neſtas ſit pars iuſtitiæ.Secũdò quòd cõueniat perſonæ ex co
lore & figura:quia nec religioſus habitu laici vel alterius re-
ligioſi,nec mulier habitu viri debet vti,vel ecõtrario.Tertiò
quòd cõgruat ſtatui perſonæ quãtũ ad pretioſitatem & mul
titudinem.¶Tertiò queritur,†qñ in ornatu ſuperfluo ſit pec 3
catũ mortale aut veniale?Et dico de mente S.Tho. quantũ
ex doctrina eius colligitur,quòd ſi conſideretur in ſe quãtũ
ad factũ ipſum,eſt mortale dupliciter, ſcilicet ſi cõſiderata
circũſtãtia perſonæ,officij,loci,temporis,& hmõi,ſit exceſ-
ſus vel defectus notabilis,qui certa regula determinari non
poteſt:vel ſi ex hoc detur ꝓximo ſcandalũ,vel occaſio pecca
ti mortalis:quod eſt quando eſt exceſſus notabilis arbitrio
boni viri,& nõ generali regula determinabilis.Si verò exceſ
ſus non ſit multus,erit occaſio accepta,& peccatum veniale
vel nullum. Si verò conſideretur quantum ad affectum
intenſum vel remiſſum, erit peccatum mortale ſolum ſi
præpo

præponatur Deo,ita quòd quis ſit paratus propter hoc pec-
care mortaliter : & hæc ſi deliberatè ex hoc procedatur in
aliquem actum qui ſit mortalis,puta in aliquam mortalem
iactantiam,vel immoderatum & mortale ornatum,& huiuſ
modi,& non aliter:quia habitibus nõ meremur,ſed actibus.
Et propter hoc aliquando dicunt Doc.quòd in hoc duplici-
ter contingit peccare,ſcilicet conſiderando ornatum ſuper-
fluum in ſe,& quantum ad finem vel intentionem ſe ornan-
tis.Si verò conſideretur quantum ad finem,erit mortale aut
4 veniale,ſicut & finis. ¶Quartò quæritur, †quid de ornatu
mulierum quo ad veſtes & fucos & capillos?Et dicit S.Tho.
vbi s̃.ar.ij.quòd circa hoc dicendum eſt, ſicut in genere s̃.di-
ctum eſt : & inſuper eſt ſpeciale in hoc quòd cultus mulie-
bris homines ad laſciuiam prouocat.Igitur nupta poteſt lici
tè operam dare vt placeat viro ſuo,ne per eius contemptum
adulteretur.Vnde nupta cogitat quomodo placeat viro.j.
Cor.vij.& ſi hac intentione ſe ornet,non eſt peccatum.Quę
verò non habet,nec vult habere,nec eſt in ſtatu habendi vi-
rum,non poteſt abſq; peccato appetere placere virorum aſ-
pectibus ad concupiſcendum:quia hoc eſt dare incentiuum
peccati.& ſi hac intentione ſe ornat,mortaliter peccat:ſi au
tem ex quadã leuitate vel etiã vanitate propter iactantiam
quandã,nõ eſt ſemper mortale,ſed q̃nque veniale.Et eadem
ratio quantũ ad hoc eſt de viris. Hæc ex illo. Et multò for-
tius intellige iſtam leuitatem vel vanitatem non eſſe ſemper
mortale illi,quæ intendit habere virum:& multò minus eſt
mortale,ſi virgo ſe ornet vt placeat honeſtè alicui vt eam du
cat vxorem:omnibus tamen eſt mortale velle placere turpi
ter & laſciuè,aut velle placere ei,quem credit aut dubitat
laſciuè moueri , & toties quoties ſe offert eius aſpectibus.
¶Quantum verò ad fucos,dicit ibidem ad ſecundum:Fuca
tio,de qua loquit̃ Cyprianus,ſcilicet dicens huiuſmodi mu-
lieres etiã nuptas arſuras cũ diabolo,eſt quædã ſpecies fuca
tionis,quæ ſine peccato eſſe nõ poteſt. Vnde ſecundũ Aug.
ad Poſsi.fucari figmentis,quo rubicundior vel cãdidior appa
reat,adulterina fallacia eſt:nõ tamen ſemp talis fucatio eſt
cum peccato mortali:ſed ſolum quãdo fit propter laſciuiã,
vel in Dei cõtemptũ.in quibus caſibus loquitur Cyprianus,
ſcilicet dicens quòd manus Deo inferũt,qui quod ille forma
uit reformare contendunt.¶Sciendũ tamen quòd aliud eſt
fingere pulchritudinem non habitam,& aliud turpitudinem
occultare ꝓuenientem ex aliqua cauſa,puta infirmitate vel
huiuſmodi,quia hoc eſt licitum: quia quæ putamus ignobi-
liora membra corporis eſſe , his honorem abundantiorem
circundamus.j.Co.xij.Hæc ille.¶Circa hoc autẽ Sum.Ang.
contra Ro.& Sup.in tribus deficit. Primò,quia imponit San
cto Thomæ falſum,quaſi ipſe velit quòd iſta fucatio ſemp
ſit fictio & peccatum.Secundò,quia tenet quòd ſi fiat ad fin
gendam maiorem pulchritudinem,ſemper ſit mortale:pro-
bans hoc aliquibus authoritatibus,quæ intelliguntur quan-
do fit ad laſciuiam,aut in Dei contemptum,vel ibi ponendo
finem,ſecundum cõmunem ſententiam Doctorum. Tertiò
quia dicit quòd fucantes ſe ad abſcondendã turpitudinem,
pro poſſe induceret ad dimittendum : quod aliquando non
eſſe bonum:ſicut ſi virgo ex infirmitate eſſet decaluata,non
expediret vt vbi de more non incedunt compares velatæ ip-
ſa portaret caput,quaſi cucurbitam . Quantum verò ad ca-
pillos,per omnia dicendum eſt vt de fucis,ita quòd de ſe nõ
eſt malum portare capillos alienos,vel, vt dicitur mortuos.
Et ſi fiat ad abſcondendam accidentalem turpitudinem,nõ
eſt peccatum:ſi verò fiat malo fine,eſt mortale aut veniale,
ſicut & ille finis:nec contra hoc eſt aliqua excommunicatio
vel humana prohibitio,vt diffuſe deduxi in quadam quæ-
ſtione Aur.ro.¶Ex quibus patet quòd circa huiuſmodi om-
nia quæ dicta ſunt,eſt mortale.Primò ſi intendebatur ruina
alterius:& ſecundò ſi ruinam nec intenderet nec curaret,id
eſt,cùm eſſet mulier parata non deſiſtere à ſuperfluo orna-
tu,etiam ſi ſciret aliquem ruiturum:quomodo intelligit Pe.
de Taran.illud Aug.nihil eſt adeo veniale,quin fiat morta-
le dum placet.xxv.diſt.§.criminis.Tertiò ſi intendatur finis
mortalis.Quartò ſi ſit magnus exceſſus,qui ſit mortalis ra-
tione prodigalitatis aut occaſionis peccandi.Eſt verò veniale
primò quando intenditur malus finis, non tamen mortalis,
& circa ſalutem proximi: & ſecundò ſi exceſſus ſit modicus
etiam ſi finis non eſſet malus.Eſt verò ſine peccato, primò
ſi fiat propter bonũ viri, niſi fiat magnus exceſſus:& ſcdò ſi
ad abſcondendam maculam,aut alienas irriſiones euitãdas.
¶Quintò quæritur,†quid ſi quis nõ vtatur habitu ſibi conue
niente?Et dico quòd religioſus quidem,& eadem ratiõe re- 5
ligioſa,ſi non defert habitum religioſum, eſt excõmunica-
tus:vt s̃.Excommunicatio.ix.§.xxiiij.& ſi deferat quidem re
ligioſum,ſed non conuenientem ſuæ profeſsioni,ſecundum
Vld.eſt mortale:niſi excedat in modico . & multò magis ſi
deferret habitum religionis alienæ : quo caſu eſſet excom-
municatus:vt patet vbi s̃.dum dicitur ſuę religionis:de quo s̃.
Excommuncatio.ix.§.xxiiij.De eo verò qui vtitur habitu re-
ligionis in ludo,s̃.Habitus.§.v.De muliere autem vtente ha
bitu virili vel econtrario,dicit Sum.Ang. quòd peccat mor-
taliter,ſcilicet indiſtinctè hoc faciendo ſine cauſa.Cuius con
trarium tenet Sum.Roſ.de quo vide s̃.Fœmina.§.j. Dicit e-
tiam falsè quòd hoc videtur tenere S.Thom.qui vbi s̃. dicit
quòd hoc de ſe vitioſum eſt , præcipuè quia hoc poteſt eſſe
cauſa laſciuiæ:& ſpecialiter prohibetur in lege: quia genti-
les hac mutatione vtebantur ad ſuperſtitionem idololatriæ.
poteſt tamen quandoq; fieri ſine peccato propter aliquam
neceſsitatem, ad ſe occultandum,vel propter defectum ve-
ſtimenti,& huiuſmodi.Hæc ex illo.qui nõ intendit quòd ſit
mortale ex leuitate.¶Sextò quæritur,†quid de muliere at- 6
tondente aut non velante capillos:Et dico de attõdente qui-
dem vt s̃.Fœmina.§.ij.De non velante autem S. Tho. vbi s̃.
introducit dictum Hug.quòd capillos nudare fœminas,quas
etiam caput velare iubet Apoſtolus , nec maritatas decet.
ſubiungens:In quo tamen caſu poſſent aliquæ à peccato ex
cuſari,quando hoc non fieret ex vanitate, ſed propter con-
trariam conſuetudinem , quanuis talis conſuetudo non ſit
laudabilis.Hæc ille . Et ſic in hoc non poteſt eſſet mortale
niſi ratione affectus vel intentionis.¶Septimò quæro,†quid 7
de his qui deferunt habitum inhoneſtum, ſicut mulieres o-
ſtent antes pectora,& viri penè oſtendentes verenda pro-
pter habitus breuitatem?Et dico quòd omiſſa intentione,
de qua iam patet quòd eſt peccatum,eo modo quo ipſa res
quæ intenditur,loquendo de facto ipſo,dico quòd circa hoc
Summiſtæ multa loquuntur aggrauantes caſum,ſed ſtante
conſuetudine,licet non laudabili,ſic incendendi, & remota
omni mala intentione,non poteſt dari regula generalis,niſi
quæ de occaſione peccati datur s̃.Occaſio.ſed totum relin-
quitur iudicio confeſſoris,qui in talibus,quantum licitè po-
teſt,reſtringat.¶Octauò quæritur,†quid de habentibus or-
namenta honeſta ſed ſuperflua,& plura quàm ſit neceſſe?Et 8
dico quòd ſi ſit in hoc enormis exceſſus , videtur mortale:
quia iſta eſſent eroganda pauperibus.Ad cognoſcendum au
tem iſtam ſuperfluitatem circa numerum & pretioſitatem
ornatus,tria ſunt præcipuè conſideranda . ¶Primò ſcilicet
tempus pręteritum,qualiter ſcilicet quis tempore pręterito
venerit ad iſtam conditionem & ſtatum,quem modò habet:
quia ſi peruenit per vias,propter quas reſtituere teneatur,nõ
poteſt



poteſt vti multitudine vel pretioſitate qua alij communiter
vtuntur:quia rebus obnoxijs reſtitutioni ſine mortali quis
vti nõ poteſt ad ſtatũ conſeruãdum vel põpam.de reſti.ſpol.
c.ſæpe contingit.Et ita indiſtinctè tenet Sum.Ang. & Roſ.
addentes quòd prælatus ſine mortali diſpenſare nõ poteſt,
etiã quo ad incerta,vt viuat ſecundũ ſtatũ, ſed ſolùm ſcd̃m
cõditionẽ naturalẽ,quia ſcilicet quis indiget pretioſioribus
altero.Sed quia iura,quæ allegãt hoc nõ probãt, videtur li-
mitãdũ eſſe quo ad bona certa:vt infrà,Reſtitutio.viij.§.vij.
& viij.¶Secũdò cõſiderandũ eſt tẽpus pręſens vtrum ſcilicet
ornatus iſte propriæ cõditioni cõueniat,cum maior maiori
& minor minori debeatur,de vi.& hon.cler.c.clerici officia.
in quo tamẽ eſt attẽdenda cõſuetudo bonorũ.diſt.xlj.c.j.iũ-
cta gl.Adde quod æqualis nobilibus,diuitijs,ſed nobilitate
minor aut etiã genere infimus, ornare ſe poteſt vt nobiles.
quod Sum.Ang.& Roſ.indiſtinctè cõcedunt: quia nobilitas
hodie nõ attribuitur ſecundũ virtutẽ,ſed ſecundũ põpã &
opinionẽ.Sed mihi videtur limitandũ,modò in moribus &
exercitijs ſe habeat vt nobilis:quia cum nobilitas ſit antiquæ
diuitiæ:iſte iam incipit eſſe nobilis.ſecus ſi vilia exercet offi
cia,puta ruſticana aut mechanica.¶Tertiò cõſiderandũ eſt
tempus futurũ,id eſt,vtrũ in poſterũ poterit eſſe ſemper in
tali ornatu ſine peccato:quia ſi oporteret eum propter hoc
effici iniuſtum,aut pauperibus crudelẽ,non liceret.¶Nonò
9 quæritur,†quomodo in huiuſmodi debeãt ſe regere cõfeſſo
res?Et dico quòd ſi eis clare cõſtet de mortali,denegare de-
bent abſolutionẽ, ſi nolunt pœnitentes abſtinere.Si verò eis
clarè conſtet quòd nõ ſi mortale,non eſt abſolutio negãda,
etiã ſi abſtinere nõ velit:quia venialia non ſunt de neceſsita-
te cõfeſsionis.Si verò nõ poſſunt clare percipere vel iudica-
re vtrũ ſit ibi mortale necne : perſuadẽdũ eſt pro viribus vt
abſtineant,ſed non eſt facienda conſcientia de mortali:quia
deinde mortaliter peccarẽt,etiam ſi aliàs illud nõ erat mor
tale:nec abſolutio negãda:quia iura ſunt proniora ad ſoluẽ
dum quàm ad ligandũ diſt.lv.ponderet.& melius eſt domi-
no reddere rationẽ de nimia miſericordia , quàm de nimia
10 ſeueritate.¶Decimò quæritur,†poſito quòd epiſcopus man
det ſub pœna excõmunicatiõis,mulieres nõ vti ornamentis
fucati coloris vel auri & argenti,& nulla hoc obſeruauerit,
vtrũ inciderint in pœnã Ioan.And.in regula,ea quę fiunt.in
mercu.diſtinguit vtrũ ornatus ſit peccatũ an nõ: dicẽs quòd
fucatio ad fingendam pulchritudinẽ nõ habitã,ſine peccato
eſſe non poteſt.ſecus ad abſcondẽdum turpitudinẽ ex cauſa
maximè extrinſeca.ornatus autẽ ſuperfluus veſtiũ,& huiuſ-
modi,nõ nuptis eſt mortale,aut veniale,aut nullum ſecundũ
intentionẽ. Et deinde dicit primò quòd ſtatutũ epiſcopi ex
cauſa eſt bonũ:& quæcũq; vſa fuerit,ſaltẽ ad fingẽdum pul-
chritudinẽ,incidit:quia cum fucatio ſit mala, prohiberi po-
tuit:nec in hoc debuit vxor obedire marito. Dicit ſecundò
circa alia ornamẽta quòd innupta debet pręciſe obedire ſta-
tuto epiſcopi.viij.q.j.ſciendum.&.c.quid culpatur. xxiij.q.j.
nupta verò ſi vir cõſentit expreſſe vel tacitè nõ prohibẽdo
cõtrarium,debet ſeruare ſtatutũ:aliàs incideret in pœnã. Si
verò expreſſe prohibet præcipiẽdo contrariũ in affectu epi
ſcopo in effectu marito obediat,cõtra cuius voluntatẽ ſtatu
tum eã in his obligare nequiuit.Hæc ex illo.qui videtur defi
cere in multis,ſed tamẽ videtur habuiſſe in mẽte ſolutionẽ
bonã,ſcilicet quòd incidunt ſi veniũt cõtra ſtatutũ per orna
tum illicitũ:aut etiã ſi veniunt cõtra illud per licitũ nõ pro-
hibẽte ſuperiori:ſecus ſi per licitum ad imperium ſuperioris:
quia tunc ſententia eſt à nõ ſuo iudice.Hæc diſtinguo inter
fucationem & alios ornatus:nec inter nuptam & innuptam.
¶OTIOSITAS:vide ſuprà Acedia.

## De Pactis.


1 Pactum,ſtipulatio,pollicitatio conuentio & promiſsio quali-
ter differunt.
2 Pactum quotuplex eſt.
3 Pactum nudum an obliget iure canonico & ſecundum con-
ſcientiam.num.4.
5 Nudum pactum an pariat actionem.
6 Pactum omne veſtitum an obliget.
7 Pactum priorum vel gardianorum mendicãtium cum alijs ec-
cleſijs ſuper iuribus parochialibus an ſit perpetuò ſeruandum.
8 Pactum turpe vel contra ius an firmetur iuramento.
9 Pactum de non cedendo bonis an valeat.
10 Pactum contra ſubſtantiam contractus an valeat.
11 Pactum de hæreditate viuẽtis ſeu futura ſucceſsione an valeat.
12 Donatio in teſtamento an reuocetur per aliud teſtamentum.
& num.13.
14 Pactum legis commiſſoriæ an valeat.
15 Pactum factum patri à filia dum nubit an valeat.
16 Pacta obſcura quomodo ſint interpretanda.


PACTVM vel pactio à paciſcor,eſt duorum
pluriùmve in idem placitũ ſeu cõſenſus,ſcili-
cet ad aliquid faciendum vel dandum,vt dicit
tex.in l.j.ff.de pac.Vnde cõtractus generali no
mine pactum dicitur:ſed tamẽ cum habemus
ſpecificũ nomẽ eo nominamus cõtractũ:vt dicẽdo,venditio
locatio,& huiuſmodi:cum verò nõ habemus generali nomi
ne pactum appellamus.¶Primò verò quæritur,†quomodo 1
differũt pactũ,ſtipulatio, pollicitatio,cõuentio,& ꝓmiſsio?
Et dico quòd promiſsio ſi ſumatur largè,eſt affirmatio vel
negatio,qua quis ſe aliquid dicturũ vel facturũ affirmat aut
negat:& eſt quid cõe ad omnia prædicta.& ſecundũ Panor.
in c.j.de ſpõ,duo.eſt idẽ quod fides,id eſt,datio fidei ſeu ſpõ-
ſio ſed ꝓpriè eſt promiſsio pręcedẽte rogatione : vt ſi rogo
te dare mihi decẽ aut mutuare,& ſpondes.Pactũ verò largè
eſt id quod dictũ eſt ſed propriè eſt quando verba præmittũ
tur à promittẽte,& cõſequenter à recipiẽte: vt dabo decẽ ſi
equum tradideris . Et ſic de ratione pacti propriè ſunt tria.
Primò quòd iſte actus generatur inter plures . Secundò ꝙ
partes ſint præſentes per ſe vel alium aut ſcripturam:ita ꝙ
cõſenſus earũ cõcurrãt.Tertiò quòd verba ꝓmittãtur à ſpon
dente:vnde nõ eſt pactum ſi quis relinquat eccleſiæ centum
cum onere faciendi anniuerſariũ: & eccleſia acceptat:quia
cõſenſus eccleſiæ ſequi poteſt mortem illius teſtatoris.Sti-
pulatio verò propriè eſt quãdo fit ecõtrario,ita quòd verba
præmittũtur à recipiente:vt ſi dicat vnus,dabis mihi decem?
& alius dicat,dabo.Inſtit.de verborũ obli.in princ.Pollicita-
tio verò eſt ſolius offerẽtis promiſsio.nec requiritur præſen
tia perſonæ cui pollicitatio fit.l.j.& l. pactũ. ff. de pollic. &
fit ſine interrogatione præcedẽte.ff.de pollic.l.iij.Cõuentio
autem eſt aliquid generalius pacto:quia & ſcholares in ſcho
lis,& fratres in capitulo conueniũt,ff.eod.l.j.§. cõuentionis
verbum.& propriè videtur in iure paſsiuè ſumi pro citatio-
ne:actiuè verò pro pacto.¶Secundò quæritur, † quotuplex 2
eſt pactũ?Et dico quòd pactorum multa ſunt genera:de qui
bus pauca referam. ¶Nam quoddam dicitur veſtitum, &
quoddam nudum . Veſtitum dicitur pactum ſex modis.Pri
mò re.Secundò verbis,ſcilicet in ſtipulando.Tertiò literis:
vt quando in literis cõfitetur ſe aliquid recepiſſe,etiam ſi nõ
recepit.Quartò conſenſu: vt in ſocietate,mandato,emptio-
ne,venditione,vel locatione:in quibus non requiritur ſcri-
ptura vel præſentia:ſed ſufficit conſentire per ſe vel per nun
tium,aut ſcripturam.de quibus quatuor modis habes ſuprà
Obli

Obligatio.§.ij.in fine.Quintò,cohęrentia contractus: puta,
vendidi tibi domum cum pacto quòd morer in ea per an-
num:quod quidem valet,quia vestitur cohęrentia cõtractus,
ſcilicet venditionis:aliàs eſſet nudum.Sextò interuentu rei:
puta,promiſi dare tibi aliquid vt faceres mihi vel dares aliud:
vnde ſtatim cum dedero tibi ſponſum, veſtitur pactum ex
parte mea:ideoq; interuentu eius obligaris mihi ad promiſ-
ſum.Probantur iſta Inſtit.de verb.oblig.Nudum verò quan
do non veſtitur aliquo prædictorum:ſed in meris & puris fi-
nibus conuentionis: verbi gratia,promiſi tibi dare centum
ſine aliqua interrogatione præcedenti vel chirographo , &
huiuſmodi,& conſentis:aliàs ſi nõ conſentires,non eſſet pa-
ctum,ſed pollicitatio:de quo in l.iure gẽtium.§.igitur.ff.de
pac.Similiter dicitur nudum,quando non continet cauſam:
quia traditio rei ſine cauſa nullius eſt efficaciæ.l.nunquam
nuda traditio.ff.de acquir.rerum domi.licet habeat aliquas
fallentias.de quibus Panor.in cap.ſi cautio.de fide inſtrum.
¶Quoddam etiã dicitur pactum addictiõis in diem,vt ven-
do tibi domum:& ſi hinc ad menſem potero pretium maius
habere,repetam illam.¶Quoddam etiam dicitur perſonale
eò quòd determinatis perſonis proſit,& non alijs: vt ſi pro-
mitto non repetere pecuniam debitam mihi à te,ſed à tuo
hærede.¶Quoddam etiã eſt reale vel in rem, quod ſcilicet
nõ reſpicit determinatum numerum perſonarum,ſed gene-
raliter omnes,ad quas res deuenerit:vt cùm meum creditũ
remitto tam tibi,quàm tuis hæredibus .¶Quoddam etiam
eſt pactum legis commiſſoriæ,de quo infrà,§.xiiij. ¶Tertiò
3 quæritur,†vtrum ex nudo pacto ſeu ſola promiſsione obli-
getur homo iure canonico?Et dico quòd ſic:vt not.in c.j.de
pac.& in c.iuramenti.xxij.q.v.quod limitat verum Collecta.
&,ſequitur Panor.in c.prudẽtiam.de donat.&in.c. ſi cautio.
de fide inſtru.quando exprimitur cauſa:vt promitto tibi de-
cem,quia vendidiſti mihi talem rem,vel mutuo cõceſsiſti,&
huiuſmodi:quia ſi ſit nudũ.ſic quòd nulla cauſa ſit adiecta:
non obligat etiam in conſcientia,quia præſumitur quis per
errorem promiſiſſe:& ſic allegari nõ poteſt obligatio natu
ralis,cùm nihil ſit tam contrariũ cõſenſui,quàm error.xxix.
q.j.§.j.& l.ſi per errorem.ff.de iuriſdi.om.iudic. Sed quantũ
ad conſcientiam dic vt §.ſequenti.¶Aduertendum eſt tamẽ
quòd ſi dicat quis.Promitto tibi centum donare: quod tunc
liberalitas promiſsionis præſumitur cauſa donandi:& ſic nõ
eſt ſine cauſa:& ſimiliter ſi ꝓmittitur aliquid loco pio: quia
præſumitur ſe obligaſſe fauore piæ cauſæ,nec ibi præſumit̃
error.de ſuc.ab inteſt.c.fin.ſed de hoc §.ſequenti. ¶Quartò
4 quæritur,†vtrũ ex ſola promiſsione ſiue ex pacto quis obli-
getur in cõſcientia?Et dico quòd ſic ſub peccato mortali, in
rebus ſcilicet alicuius importantiæ:vt patet per d.c.iuramẽ-
ti.& d.c.j.de pac.iunctis gloſ.& notabilibus Doc.& eſt mens
Panor.ibi,& Sanc.Tho.ij.ij.q.cx.art.iij.ad quintum.vbi dicit
infideliter agere eum,qui non ſeruat promiſſum.& iiij.diſt.
xxvij.q.ij.art.j.ad ſecundũ.Hoc autẽ Sum.Ang.& Roſ.limi-
tãt,& eſt limitatio Colle.quem ſequitur Panor.in c.pruden
tiam.de dona.quãdo exprimitur cauſa promittẽdi,vt in pri-
ore §.Sed expreſsio iſta facit ad præſumptionem,quę in cõ-
ſcientia nõ habet locum.Vnde nõ differt quo ad Deum ſiue
exprimatur,ſiue non:ſi tamẽ cauſa expreſſa vel nõ expreſſa
non eſſet vera,non obligatur.¶Limitatur ergo primò,ſecũ
dum Sanctum Tho.vt innuitur ij.ij.q.vbi ſuprà.& eſt Theo-
logorum doctrina,ſi habuit animũ ſe obligandi.facit c.lite-
rarum.de voto.& l.obligationum.la prima.ff.de act.& obli.
Secus ſi habuit animum eſſendi liber vſq; ad redditionẽ,vel
ſi habuit animum fingendi: quia licet peccet,non obligatur
tamen,niſi ſubeſſet cauſa de ſe ex pręcepto obligans:puta ſi
promiſſa eſt patri veſtis,& frigoribus alget.Limita ſecundò
ibi expreſſe quando promiſſum eſt licitũ aliàs propoſitum
mutando bene facit.Et tertiò ſi non ſunt mutatæ conditio-
nes perſonarum ac rerum:aliàs ſecus ſecundũ Sene.de bene.
Et intellige quando per mutationẽ aduenit aliquid , quòd
ſi à principio fuiſſet,non promiſiſſet.& idem Io.de noto.Li-
mita quartò ſi promiſſum ſit poſsibile.de reg.iur.impoſsibi
liũ.lib.vj.Limita quintò ſi cauſa promittẽdi ſit vera. ¶Quin
to quæritur.† vtrum ex nudo pacto oriatur actio?Et Innoc. 5
in c.nouit.de iudi.& multi alij quòd nõ,ſed ſolùm competit
imploratio iudicialis officij.Sed contrarium de iure canoni
co tenuit Hoſt.Ioan.And.do.Ant.& Archid.in cap.quicunq;
ſuffragio.xij.q.ij.& Panor.cum gloſ.in d.c.j.de pac.& in cap.
iuramentum.xxij.q.v.quod verius credo.¶Sextò quæritur,
†vtrum pactum omne veſtitum obliget?Et dico quòd non, 6
vt not. Panorm.in cap.pactiones.de pact. & hoc eſt quando
etiam iuramentum non obligat.de quo ſuprà Iuramẽtum.
iiij.§.per totum.& quãdo eſt dolo initum.de rerum.permu.
c.cum vniuerſorum.intellige quo ad doloſum,& quando eſt
alteri captioſum.ff.de reſcind.vend.l.ſi id quod pure in fine.
& quando promiſsio eſt ob nimiam reuerentiã alicuius.l.j.
ff.qua re.ac.non da.& quãdo cõtinet turpitudinem.l.ſi vnus.
§.pacta quæ turp.cau.ff.de pac.Et turpe dicitur,ſi eſt contra
ius.xij.q.ij. faciat homo.ſecundum tamen quod diſtinguitur
infrà §.viij.Et quando eſt circa conuentiones innominatas,
& ille,cum quo contraxit,non implet ex parte ſua contra-
ctum.l.naturalis.§.j.ff.de præſcrip.verb.& l.ex placito.C.de
re.permut.vnde ſi quis cum aliquo conueniat dare ſibi cen-
tum,& nunquam petat tale quid,talis nũquam poterit pete-
re centum:quia nũquam poteſt implere, cum ſemper poſsit
petere:ſecus ſi fiat conuentio,promitto centum, ſi remittas
fideicõmiſſum:quia talis poterit petere,eo quòd facere poſ-
ſit remiſsionẽ.hęc ex Bald.C.de pac.l.cõditionis.Adde quòd
non valet pactum aliquãdo ratione perſonarũm,ſed dicitur
inutile:vt pactum furioſi continuò,& non per interualla : &
pupulli nondum doli capacis,vbi vult obligare.ſecus vbi a-
lium vult obligare:& prodigi & monachi,ac omnis regula-
ris profeſsi,niſi contemplatione monaſterij paciſcantur,cui
per tales acquiritur : nec viri & vxoris, qui ſibi donare non
poſſunt,ſed vendere.Aliquãdo ratione poteſtatis,vt pactum
legati dum legatione fungitur:& patris ac filij,niſi in pecu-
lio caſtrenſi vel quaſi.Itẽ ſi res in pactum deducta non ſit in
rerum natura.Item ſi homo rẽ ſacra vel religioſa deducatur
in pactum.Item ceſſat pactum in collatione rerum ſpiritua
lium:& in prohibitis, etiam ſi iuramentum interueniat:& in
rebus turpibus & impoſsibilibus de facto vel de iure,vbi nul
la inducitur obligatio.Vide Gofr.in Summa.
¶Septimò quæritur,†vtrum pactum initum per priores aut 7
guardianos mendicantium cum rectoribus vel perſonis ec-
cleſiarum vbi habitant,ſuper iuribus parochialibus vel alijs
quibuſcunque,debeat perpetuò ſeruari?Et dico quòd ſic, ſi
factum eſt cum aſſenſu ſuorum conuentuũ vel locorum:
licet non interuenerit aſſenſus magiſtri vel miniſtri prouin
cialis aut generalis , vel ſedes apoſtolica, quo ad Minores,
authoritatem non præſtiterit.de pact.quia ex eo.libro vj.
¶Octauò quæritur , † vtrum pactum in ſe continens tur- 8
pitudinem ex hoc quòd eſt peccatum,vel contra ius , valeat
ſi iuramento firmetur ? Et dicit Panorm.in cap.pactiones.
eod.tit.quòd nõ, ſi continet turpitudinem ex parte vtriuſq;,
ſcilicet iurantis & recipientis. xxij.q.iiij.per totum . & ſimi-
liter ſi ſolùm ex parte iurantis tantum:vt in regula , non eſt
obligatorium.Si verò ex parte recipientis tantùm, ſic tenet
& obligat.de iureiuran.debitores.Ratio,quia iuramentum
prin



principaliter dirigitur in Deum, in quo nulla poteſt verſari
turpitudo. Si verò non ſit iuramento firmatum , an obli-
get:vide ſuprà Obligatio.§.iiij.
¶Nonò quæritur,†vtrum valeat pactum de non cedendo
bonis ſuis?Et dicit Panormitanus in dicto capite, pactiones.
quòd ſic,niſi ſit notoria paupertas : quo caſu eſſet illicitum:
quia in effectu videretur quis tunc ſe obligare ad carceres:
quod non poteſt,cùm nemo ſit dominus ſuorum membro-
rum. ¶Decimò quæritur,†vtrum valeat pactum, quod eſt
contra ſubſtantiam contractus , & non continet turpitudi-
nem?Et dico quòd ſi apponatur per viam modi , vitiatur,&
non vitiat,ſecundum Franc.de Ramponibus in repetitione
legis finalis.C.de condictio.ob cauſam. Vnde non valet pa-
ctum quòd precarium duret inuito domino.de preca.preca-
rium.& l.cùm precario.ff.de preca. Similiter non valet,ſi
conſtituo procuratorem , & promitto non reuocare.Ita di-
cit Bar. in d.l.cùm precario.& Ange.in l.ij.ff.de procur.& ſi
promiſit ſub pœna,non tenetur ad illam ſi reuocat.Et facit
glo.in c.ij.de conſue.lib.vj.& Ange.in conſi.ccxxij.Sed ſi ap-
ponatur per viam conditionis,non vitiatur,ſed vitiat, arg.ca
tis ff.de conditio.appo.& quod no.Bar.in auth. ingreſsi.C.
de ſacr.ſan.eccle . Quod autem contrarium videtur in l.vbi
mortis cauſa ita donatur.ff.de do.cauſ.mor.ſolue vt Bar.ibi.
¶Vndecimò quæritur,†vtrum valeat pactum de hæredita-
te viuentis,ſeu futura ſucceſsione? Et dico quòd non regu-
lariter:quia inducit votum captandæ mortis.C.de pact.l.fi.
ibi per doc.& per Bal.in lib.de vſi.feu.de feu.da.in vi.leg.
commiſ.& per Canoniſtas in c.venerabilem.de elec.& Pan.
in c.nulla.de conceſ.præben.vbi etiam diſtinguitur quòd va-
leat ſi ſit ad conſeruandam legitimam ſucceſsionem.Inſti.de
agnatorum ſuc.quia eſt legi conſentaneum.Sed ſi fiat ad eam
tollendam,non valet.l.pactum.ff.de pac.niſi firmetur iura
mento quo caſu valebit.de pac.cap.ij.lib. vj.& ſimiliter non
valet,ſi fiat ad eam perdendam,ſeu ad tollẽdam liberam te
ſtamenti factionem,quia eſt contra bonos mores:vt l.ſtipu-
latio hoc modo.ff.de verbo.obli.adeò quòd ſecundum Bar.
etiam iuramento non firmatur per regulam , non eſt obli-
gatorium.de regulis iur.libro ſexto:vt in d.l. ſtipulatio.not.
in l.finali.C.de pactis.tamen melius dicitur quòd firmatur:
quia non eſt contra bonos mores naturales,ſed ciuiles:arg.
c.quamuis ij.de pact.libro. ſexto
¶Duodecimò quæritur,†quid iuris in hoc caſu:Quidam ti-
mens parentes,& volens animæ ſuæ prouidere,reliquit pau
peribus dimidiam bonorum ſuorum hoc pacto ſcilicet di-
cens,ſi contingat me facere aliud teſtamentum,per quod in
ſtitutarem parentes meos,&reuocarem præſens iudicium,ex
nunc tibi P.notario publico tanquam perſonæ publicæ ſti-
pulanti & recipienti pro dictis pauperibus dono irreuocabi-
liter & inter viuos dictam dimidiam,conſtituens me ex nunc
eam poſsidere precario nomine.& tandem facit aliud teſta-
mentum.Modò quæritur vtrum pauperes ex tali donatione
debeant aliquid habere?Et dicit Bal.vbi ſ.eſſe in hoc opinio
nem:quia Dy.dicit quòd ſic.ff.de teſta.l.hæredes palam.§. ſi.
& per regul. quod ſemel placuit.de re.iur.libr.vj. Alij dicunt
quòd non:quia iſte contractus donationis videtur impedire
liberam teſtamenti factionem.ff.de verbo.obli.l. ſtipulatio
hoc modo.Sed ipſe dicit aduertendum quòd ſumus extra ca
ſus dictorum:quia hic interuenit traditio.Vnde & ſi dona
tio ſit infirma & ſine cauſa,tamen dominus volens tranſ-
ferre dominium,tranfert.ff.de condi.ob cauſam. l.iij. §.ſub
§.Vel quia cauſa eſt ipſa liberalitas:vt ff.de dona . l.hoc
Item ipſa pietas.ff de condi.inde.l cùm his.§.ſi mea opi
ſtat mulier.& not.Inſti.de obliga.quæ ex quaſi con.§.
ex quibuſdam.ad quod C.de ſacroſanct.eccle.l.finali.Volens
ergo ſuſtinere opinionem Dyni,faciat quòd procedatur ad
traditionis actum:qui etiam ſub cõditione fieri poteſt:vt ff.
de acquiren.poſſeſ.l.qui abſenti.& cautius ſi interueniat tra-
ditio corporalis,quam ſi precaria.Quia precarium fortè non
valet:& tandem relinquit cogitatiõi lectoris ſine deciſione.
Hæc ex illo.Ad quorum intellectum vide ĩ. Traditio. &ĩ.
Precarium.Et intendit ipſe,vt videtur. quòd ſi donet publi-
cæ perſonæ inter viuos ſub tali conditione , & tradit maxi-
mè corporaliter,quòd valebit:& verum eſt . & intellige in
foro cauſarum:in foro autem conſcientiæ multò magis.
¶Decimotertiò quæritur,†quid cùm vir facit teſtamentum 13
& legat certum quid : puta domum ſuæ vxori hoc pacto
quòd ſiue mutaret teſtamentum ſiue non,vxor iure donatio
nis habere debeat quod ſibi legauit: & demum mutauit te-
ſtamentum nulla facta mentione de dicta donatione?Et di-
cit Bal.vbi ſuprà videri quòd mulier non debeat dictam ha-
bere domum,per dictam l.ſtipulatio hoc modo.contrarium
verò,inquit,dico:quia iſta donatio eſt præſens & pura: quia
dixit,ſiue mutauero ſiue non:& ideo non eſt appoſita in pœ
nam teſtamenti mutati.Caue tamen,quia niſi interuenerit
traditio,non confirmatur morte:& ſufficit quòd traditio in-
terueniat tempore donationis , vel poſtea viuo donante.ff.
de do.inter vi.& vxorem.l. Papinianus . aliàs incipit , ſi quis
pro vxore.& arg.in l.ij.C.ſi quis aliq.teſta. prohib.
¶Decimoquartò quæritur,†quid iuris de pacto legis com- 14
miſſoriæ?Et dico multa.¶Primum.Hoc pactum in contra-
ctu venditionis eſt pactio ,qua venditum redditur , non em-
ptum,ſi non ſeruatur promiſſum:vt vendo tibi fundum:&ſi
intra talem diem non ſolueris pretium, inemptum ſit:vt in
l.j.& ij.ff.de lege commiſſoria . In pignore verò eſt pactio,
qua pignus redditur perditum ſi non ſeruetur promiſſum:vt
niſi lueris pignus intra talem diem, ſit perditum,vel ſit mi-
hi pro ſoluto.¶Secundum.Hoc pactum non eſt generaliter
reprobatum.ff.de le.commiſ.per totum.vbi patet quòd va-
let in contractu venditionis:ſed in pignore ſecundum Sum.
Ang.generaliter reprobatur:vt in l.fi.C.de pac.pign.& in c.
ſignificante.de pig.& ideo hoc pacto non obſtante pignus
eſt reſtituendum,niſi in tali pacto interueniſſet iuramen-
tùm:vt in d.cap.ſignificante.Sed pro notitia huius particulæ
nota primò quòd iſtud pactum in pignoribus perdendis aut
vendendis,iniuſto pretio pacto adhibito ſtatim , & non ex
interuallo,ſeu poſt mutuum:vt patet per Bal.in l.qui pactus
C.de pac.pig.imò & per tex.ibi.& idem Bart.vt refert.Pan.
in c.ſignificante.de pig.Nota ſecundò quòd cùm iſtud pa-
ctum non ſit de ſe illicitum:quia fieri poſſet de ſe licitè per
modum appoſitionis pœnæ:ſed ſolùm ſit illicitum ex prohi
bitione iuris ciuilis,ne ſcilicet nimium lęderentur debitores
in perditione vel exigua venditione pignorum,& ne daretur
occaſio mutuandi ſub ſpe lucri,vt dicit Pan.in d.c.ſignifican
te.eo modo reprobatur in pignoribus iniuſtè vendendis,quo
ſecundum leges venditio eſt iniuſta,ſcilicet ſi ſit iniuſtitia vl-
tra dimidiam iuſti pretij:ſimiliter ſi fiat ex voraciate credi-
toris,vt ĩ.partic.vlti . Et ideo ſi hoc pactum fiat de pignore
vendendo non in fraudem ad lucrandum ex mutuo , ſed in
pœnam ad coërcendam contumaciam debitoris , erit lici-
tum.& pignus erit venditum ex conuentione pretio iuſto le
galiter:& ſi plus valeat,nihilo minus erit emptoris ratione
pœnæ.Et ita ſuſtinet Arch.in ij.parte,ti.j.capite vij.& habes
in aurea Roſ.caſu xxviij.¶Tertium.Secundum Bal.vbi ſ.hic
eſt pactum legis commiſſoriæ : pignoro tibi hanc rem : &
ſi non luero intra menſem,nunquam poſsim luere.licet non
dicatur quòd dominium ſit apud creditorem. Et ita
tenet

tenet glo.in l.vl.C.de pac.pig. ¶ Quartum.Cum fideiuſſore valet hoc pactum ſi nõ extraxero te de obligatione,pignus, quod pro indemnitate tibi dedi,loco indemnitatis ſit tuũ,ſecundum Bal.in lib.de vſi.feu.vbi ſ.quia ſpeciale eſt in his,qui pro alio ſunt obligati:quia hoc modo poſſunt indemnes ſeruari:vt ff.de contrahen.emp.in fin. ¶ Quintum.In dote hoc pactum videtur valere,ſecundum eundem,vbi ſ.ſi tibi pecuniam non reſtituero,talem fundum loco permutationis aſſigno:quia eſt quædam permutatio: vt ff.de iur.do.l.ita conſtante.& l.ſi.Item ſpeciale videtur in dote:vt ff.de ſol.l.Calipodius. ¶ Sextum.Iſtud pactum , obligo tibi talem fundum pro decem:& ſi non ſoluero tibi intra menſem,habeas eum emptum iuſto pretio:ſecundum Bal.vbi ſ.valet,licet non ſit collatum alicui arbitrium declarandi pretium. ff.de pig.l.ſi fundus.§.ſi. ¶ Septimum.Si mutuaſti mihi decem nullo pignore conſtituto hoc pacto,quòd ſi non ſoluero intra menſem,talis domus mea ſit tua pro illis decem:valet pactum, ſecundum eundem vbi ſ.quia non eſt pactum pignoris,vt d. l.ſi.ff.de contrahen.emp.Adde quòd etiam ſi domus fuiſſet data in pignus,valeret,modò illa decem eſſent pretium iuſtum legaliter,& ceſſaret fraus,vt dictum eſt par.ij. ¶ Octauum. Si autem pactum legis commiſſoriæ eſt appoſitum non ipſi contractui pignoris ,ſed diu poſtea : valet , vt dicit idem vbi ſ.vt ff.de pig.act.l.Titius.vel vbi interuenit pactum rogatu debitoris & eius gratia,non voragine creditoris . Et dicitur quòd ex interuallo valet ad excipiendũ,non ad agendum:vt refert Bar.in d.l.Calipodius . Vide Pan.in c.ſignificante.de pig.

15 ¶ Decimoquintò quęritur,† quid iuris de pacto facto patri à filia dũ nuptui traderetur?Et dico multa. ¶ Primum.Pactum factum patri à filia dum nuptui traderetur quòd dote contenta nullum ad bona matrimonialia regreſſum haberet,non tenet,niſi ſit iuramento firmantum:de pa. quamuis.lib.vj.ſecundum Gem.ille tex.loquitur quando erat pubes:quod patet,quia dicit quòd nuptui tradebatur : quia impubes non traditur nuptui. ¶ Secundum . Si autem iſtud pactum eſſet poſtquam nuptui tradita fuit:nihilo minus procedit dictus tex.ſecundum Io.Mo.& Arch.cùm ſit eadem ratio.Et ad tex.qui loquitur quando traditur nuptui,reſpondet quòd ita narratum fuit papę.& idem Ge. ¶ Tertium.Non poteſt autem puella petere abſolutionem ab hoc iuramento, ſecundum Gem.poſt Io.de Imo.quod aliàs aliquando licet, vt dicitur de iureiu.c.debitores.&.c.j.quia dicit tex. quòd omnino ſeruari debet,etiam ſi puella non fuit certificata de præiudicio:quia licet Hoſ.notauerit in Sum.de fideiu.quòd iura dicentia,quemlibet poſſe renuntiare iuri ſuo,ſiue his quæ pro ſe introducta ſunt , intelligenda ſunt quando quis fuit certioratus de præiudicio,vt patet di.xxxviij.placuit.hoc tamen caſu Arch.non putat neceſſarium.cùm text.loquatur indiſtinctè. ¶ Quartum.Et non obſtante iuramento illo, nihilo minus poterit legitimam petere,vel eius ſupplementũ, niſi de ipſa dixerit expreſſe.l.ſi quando.& ibi doc.C.de inof. teſt.Et ſic intellige Io.de Imo.dicentem quòd ſi dos ſit minus quàm legitima,nihilo minus valet renuntiatio talis:quia aliàs dubiũ non haberet:quia quando datur legitima , valet pactum etiã ſine iuramento:vt no.in l.ſi quando.C.de inoff. teſta. ¶ Quintum.Si autem dolus interueniat re ipſa,vt quia fuit læſio maxima:Pe.de Anch.dicit tunc non valere pactũ: quia dolus dupliciter conſideratur,ſcilicet ex propoſito,& re ipſa:& tex.ſimpliciter dicit,non vi nec dolo : & ſic de vtroq; debet intelligi.Sed Io.de Imo.tenet contrarium:quia ſi hic attenderetur talis dolus,non poſſet etiã cum iuramento renuntiare remedio C.de reſcin.ven.l.ij.quod eſt cõtra ibi notata. ¶ Sextum.Si autem filia renuntiet hæreditati matris etiam iuramento,matre viuente & inſcia, videtur tale pactũ nõ valere,à cõtrario huius decretalis:& per l.ſi.C.de pac.videtur eſſe cõtra bonos mores,ideoq; nõ firmatur iuramento.

¶ Decimoſextò quæritur,† quõ pacta obſcura ſint interpretãda?Et dico in dubio quòd interpretanda ſunt contra eũ qui & poſuit,& potuit apertius declarare.ff.de pact.l.veteribus. 11

PALLA dicitur lineus pannus conſecratus,qui extenditur ſuper altare,& ſuper quo extenditur corporale:de quo ſuprà Benedictio.§.ij.& ſ.Corporale, per totum.

PALLIVM, ſiue,vt alijs placet,palleum in propoſito eſt ornamentum ad modum ſtolæ ſacerdotalis crucibus nigris intextum ſuper alia ornamenta delatum,humeros ad inſtar coronæ pectuſque circundans ante dependens,ſignificans plenitudinem pontificalis officij.eo.tit.niſi quo vtitur papa ſemper & vbiq;,& patriarcha & archiepiſcopus ſolum infra miſſarum ſolennia in eccleſijs ſuæ prouincię:non autem extra eccleſiam,puta in proceſſione.eo.ti.c.j. nec in diebus non contentis in ſuo priuilegio : licet ſine eo poſſit quandoq; celebrare in ſua & aliena diœceſi,ſicut & ſine ſandalijs.eo.tit.c.ſi.Debet autem hodie peti à papa intra tres menſes à tempore conſecrationis vel confirmationis,ſi antè non fuit conſecratus:aliàs ſi accuſetur , ceſſante legitimò impedimento poteſt remoueri.di.100.quoniam.& debet peti cum inſtantia.ead.di.priſca . & petens præſtare debet ſacramentum fidelitatis & obedientiæ ad eccleſiam Romanam:ea.diſt.optatum.& de elec.ſignificaſti.& in eius donatione dari debet nouum priuilegium,vel antiquum confirmari.ea.diſt.ſcripturarum . Ex priuilegio etiam papæ olim petebatur à quatuor patriarchis,à ſuffraganeis eorũ.de priuil.antiqua.Non autem ante eius receptionem , ſed poſt ſe poteſt Archiepiſcopum nominare.eo.tit.niſi.nec conuocare concilium,nec conficere chriſma,nec dedicare baſilicas,nec ordinare clericos,nec epiſcopos conſecrare.de elect. quod ſicut.Non poteſt autem archiepiſcopus pallium ſuum alteri commodare:imò debet cum eo ſepeliri: quia perſonam eius non tranſit.eod.titul.ex tuarum.& capite,ad hoc.

¶ PALMARIVM,ſuprà,Aduocatus.§.xix.

## De Papa, & eius poteſtate.


1 *Papa vnde dicatur, & à quo ſit eius authoritas.*
2 *Papæ poteſtas, à quo ſunt aliæ omnes poteſtates in eccleſia.*
3 *Papa an renuntiare poſſit papatui.*
4 *Papa qualiter poſſit iudicari & priuari.*
5 *Papa an poſſit errare.*
6 *Papa quid poſſit ſuper inferos.*
7 *Papa quid poſſit ſuper Paganos,Iudæos & hæreticos.& nume.8.& 9.*
10 *Papa quid poſſit in Imperatorem, & alios reges. & num.11.*
12 *Papa an ſuo contractui poſſit contrauenire,ita quòd non obligetur.*
13 *Papa an poſſit abſoluere ab obligatione.*
14 *Papa an poſſit tollere leges ciuiles.*
15 *Papa an poſſit tollere ſtatuta concilij generalis.*
16 *Papa an poſſit diſpẽſare in pceptis legis naturalis aut diuinæ.*
17 *Papa an diſpenſare poſſit vt contrahatur matrimonium in gradibus in lege prohibitis. & nume.18.*


PAPA † dictus eſt quaſi admirabilis,à papè interiectione admirantis,eo quòd vicarius ſit Chriſti & Dei,cuius eſt terra & plenitudo eius.de deci.tua.el ij.& de homi. pro humani.li.vj.& in cle.Romani de iureiu.Et intelligitur vicarius Dei expreſſè & immediatè,& nõ mediante lumine rationis,ſicut ſunt principes,ſecundum Her.de pote.eccleſiaſtica licet aliquando,vt lxiij.diſt.ego Ludouicus.dicatur vicarius beati Petri,ſcilicet impropriè,ſcilicet gerens vicariam quam geſſit Petrus.Vel ſecundum Ioan.And.ſuper verbo,papa in procemio Cle.dicitur papa quaſi pater patrum,ſolus habens plenitudinem poteſtatis.ij.q.vj.qui ſe ſcit . Alij verò habent partem ſolicitudinis:vt ibi.& vt patet per S. Tho.ij.di.xliiij. in litera,habet apicem,id,eſt ſummũ gradũ poteſtatis in ſpiritualibus & temporalibus ęqualiter Petro apoſtolo,vt dicit in iiij.cõtra c.lxxvj.& vt idem in iij.pte. q.viij.ar.vj.& in iiij. di.50.& in multis alijs locis.declarat,eſt caput vniuerſalis eccleſiæ aliquo modo,ſcilicet vt eſt vicarius capitis,id eſt,Chriſti quantũ ad exteriorem gubernationem, licet nõ ſcdm interiorem influxũ gratiæ:ſed Chriſtus tãtùm , ſicut etiã dicitur ſponſus inquantũ gerit vices ſponſi.nec tamen ſunt multi eccleſiarum ſponſi:quia omnes epiſcopi cooperantur papæ vt principali,& alij inferiores epiſcopis,vt dicit idem cõtra impugna.reli. ¶ Primò verò quæritur,à quo ſit authoritas iuriſdictiõis papæ & aliorũ in eccleſia,vt omittamus poteſtatem ordinis?Et dico quantũ ad papalem quod Herue.vbi ſ.& recitat Arch. iij.parte.tit.xxiij.probat quòd eã non poteſt habere à ſe:quia eſt vicarius.Vnde eam ampliare aut reſtringere nõ poteſt:nec ab vniuerſali eccleſia ſeu cõmunitate Chriſtiana:quia hanc poteſtatem hæc cõmunitas nõ inſtituit authoritate ab alio collata:qa nec papa hoc cõmittere potuit vt patet ex dictis:nec Chriſtus legitur hoc cõmiſiſſe. nec authoritate propria:tum quia includit aliquid excedens omnem hamanã facultatem,puta ligare & ſoluere in foro conſcientiæ:abſoluere à pœna debita in foro Dei per indulgentias:tũ etiã quia nulla cõmunitas poteſt dare iuriſdictionem qua iudicatur de eo,quod debetur domino illius, cuius dominium ab ea nõ dependet: quia ad inferiorem nõ pertinet iudicare de eo,quod cõpetit ſuperiori:iſta aũt poteſtas vel iuriſdictio ordinat iſtã cõmunitatem ad impẽdẽdũ debitũ cultũ Deo,cuius dominiũ in nullo ab iſta cõmunitate dependet: & conſequenter non eſt data à tali communitate.Item quia poteſtatem immediatè vicariæ nullus conferre poteſt , niſi is,cuius vicarius eſt is,qui eã habet.Ergo ſolũ à Chriſto inſtituta eſt immediatè quidem in perſona beati Petri:in alijs autem ſucceſſoribus mediante electione eccleſiæ vel habentis vicem eccleſiæ.Omnis aũt alia poteſtas in eccleſia,vt idem ibidem irrefragabiliter probat,eſt ab iſta,& ſub iſta quantũ ad inſtitutionem ſiue collationem: ita quòd eſſe nõ põt ab vniuerſali eccleſia:& quantũ ad correctionem,& quantũ ad ſuffragiũ:ita quòd ea papa in adiutoriũ vti põt,etiã ſi ſit ſecularis.Vnde authoritas generalis cõcilij nõ eſt immediate à Deo,ſed à papa.Quidã tamen dicũt quòd cõciliũ Cõſtãtienſe determinauit quòd generalis ſynodus in Spiritu ſancto legitimè cõgregata poteſtatem à Chriſto immediatè habet, cui quilibet,etiã papa,tenetur obedire.Sed hoc nõ fuit ibi ſtatutũ eo tempore quo ibi fuit vniuerſale cõciliũ:vt teſtatur do. Io.de turre cremata,qui ibi fuit præſens.Et idem eſt ſi quid adducatur de cõcilio Baſilienſi,cuius decreta nõ fuerũt per ſedem apoſtolicã approbata.Ex his corollariè ſequitur quòd nec papa,nec ipſe cum tota eccleſia facere poſſet quin eſſet vna Chriſtianitas,vel eccleſia gubernata ſub vno tãtũ paſtore,vt etiã idem probat : quia vicarius & cõmunitas ſubiecta non poſſunt facere oppoſitũ eius,quod principalis dominus ordinauit dicens:Et ſuper hanc petrã ædificabo eccleſiam meam:& erit vnum ouile,& vnus paſtor.

2 ¶ Secundò quæritur,† quomodo à poteſtate papæ ſint omnes aliæ poteſtates in eccleſia vel Chriſtianitate?Et dicit Aug.de Anch.in trac. de pote.papæ,quòd in eccleſia eſt triplex poteſtas,ſcilicet iuriſdictionis.quod intellige diſtinguendo in ordine ad inſtitutionem. ¶ Prima eſt immediatè à Deo : vt ea quæ eſt papæ: quia poteſtas iuriſdictionis ſpiritualium & temporalium eſt per claues,quas Chriſtus immediatè promiſit Petro dicens: Tibi dabo claues.& ſecundum Her.exhibuit dicens : Paſce oues meas. ¶ Secunda,inquit,eſt deriuata à Deo per papam: vt ea,quæ eſt omnium inferiorum prælatorum,vt omnia iura volunt.& patet ratione:quia ſi eam papa non daret,etiam auferre nõ poſſet,deponendo,priuando,& ſuſpendendo.Adde tu,alioquin ſi eam habent ab alio,ſtante cauſa poteſtatis remoueretur effectus,id eſt,ipſa poteſtas : vt ſi dator poteſtatis vellet aliquem eſſe epiſcopum, & econtrario papa illũ deponeret. ¶ Tertia eſt in miniſteriũ data,vt ea, q̃ eſt Imperatoris,& etiã principũ terrenorũ,quæ reſpectu papę eſt ſubdelegata ſeu ſubordinata:vt patet per c. quicunq; lite.xj. q.j.quia appellari poteſt ad papam ab omni principe & iudice ſpirituali & temporali, etiam ſi in temporalibus ſuperiorem nõ recognoſcat:vt not.in c.per venerabilẽ.§.rationibus. qui fil.ſint legi.& in cap.licet.de foro comp.& in auth.vt dif. iudi.in §.ſi tamen contigerit.& §.in ciuilibus.col.ix.ij.quæſt. vj.ad Romanam.xj.quæſt.v.quicunque. & eſt cõcluſio Inn. & Hoſtien.in cap.inter dilectos.de fide inſtrum. & indubitatum in manifeſtis iniurijs , quãdo alius ſuperior nõ habetur: vt patet per not.à Panormitan.in cap.ſi duobus.de appellat. & idem intellige ſi habetur,ſed nõ miniſtrat iuſtitiã. Quod autem dicitur in cap. ſi duobus.de appel. non eſſe appellandum à iudice ſeculari ad papam,niſi in terris eccleſiæ ſcdm Aug.de Ancho.intelligitur indifferenter & in quibuſcũque: ſecus in arduis ex cauſa vrgente. Et hoc eſt dictu quod quouſque poteſt haberi iuſtitia per ſuperiores temporales , non debet quis appellare papam : ſecus ſi eam habere nõ poteſt & res eſt alicuius momẽti.Et hoc ſcilicet quòd talis poteſtas ſit in miniſteriũ data & ſubordinata,probatur ratione & doctrina Auguſt.de Anch. ¶ Primò nam talem poteſtatem papa inſtituit : quia poteſtas papæ cuiuſlibet ordinis dignitatem & gradum habet inſtituere.diſtin.xxij.ſancta.& confirmat ſi eſt bona:& iudicat atque condemnat,ſi non eſt bona: quia Zacharias papa depoſuit regem Francorum:quia non erat vtilis regno.xv.quæſt.vj.alius.& Innocentius excommunicauit Archadiũ Imperatorem,& alius Innocentius Federicum depoſuit.xcvj.diſtin.duo ſunt. ¶ Secundò. Nam poteſtas Imperatoris & omnium principum ſeculariũ iurat fidelitatem papæ & obedientiam,ab eo ſcilicet recognoſcens omne quod habet,vt patet diſtinct.lxiij.tibi domino.& ſi aliquando Imperator temporalia dedit papæ,vt Conſtantinus Sylueſtro:non eſt donatio,ſed reſtitutio. Si autem ecõuerſo papa dedit Imperatori:nõ fuit ad recognitionẽ dominij,ſed pacis conſeruationem.Nec obſtat quòd poteſtas imperialis eſt à Deo conceſſa ſecundum multa iura:quia eſt à Deo mediante papa:quia eam concedit non vt homo,ſed vt vicarius Dei.non obſtat etiã quod dicitur in cap.quoniam.diſtinct.x. quòd poteſtates ſunt diſtinctæ,ſcilicet ſpiritualis & tẽporalis:& ad diſtinctos fines ordinatæ.xcvj.diſtin. duo ſunt.quia nõ ſunt ſic diſtinctæ qn vna alteri,minor ſcilicet maiori ſubalternetur,ad inſtar lunæ & Solis:nec ſunt diſtinctæ quaſi ſemper ſint in diuerſis:ſed quia ſunt ordinatæ ad diſtincta, ſcilicet ſpiritualia & temporalia.& in vno ac eodem ſummo pontifice eſt vtraque in ſummo, vt dictum eſt : ſed non eodem modo:quia principaliorem , id eſt , ſpiritualem habet quantum ad immediatam inſtitutionem & executionem quantum ad omnes & per omnia:minorem verò,id eſt, temporalem habet ſecundum immediatam inſtitutionem,quia Imperatorem & dominum inſtituit: ſed non ſecundum immediatam executionem,niſi ex cauſa:vt ſuprà,Legitimatio. §.quinto.vt patet in cap.per venerabilem.qui fil. ſint legiti.

3 ¶†Tertiò quæritur, vtrum papa renuntiare poſsit papatui,
ſiue poteſtati papali? Et dico quòd ſic, vt expreſſe determi-
natur de renun.c.j.lib.vj.non obſtante quòd ſit immediatè à
Deo:quia ita eſt à Deo,vt dicit Aug.de Ancho.quòd etiã eſt
ab homine cooperante per conſenſum & volitionem.Vnde
etiam per diſſenſum fit renuntiatio: ſicut in naturalibus ani
ma rationalis infuſa à Deo cooperante homine generante,
poteſt opere humano à corpore tolli : & in moralibus gra-
tia eſt à Deo cooperante libero arbitrio,& ſimiliter per li-
berum arbitrium poteſt deperdi.Imo hoc poteſt,ſecundum
Arc.poſt do.Aug.etiã ſi iuraſſet aut vouiſſet non renũtiare;
vt videret ſe impotentem ad talem curã,vel omnino inſuffi
cientem.Vnde & quatuor renuntiaſſe legimus, ſcilicet Cle-
mentem,Ciriacũ,Marcellinũ,& Celeſtinũ: Licet nõ ex eiſ-
dem cauſis,vt patet per Arc.iij.parte,tit.xxiij.quos omnes ec
cleſia canonizauit.Et licet Dantes reprehendat Celeſtinum
de renuntiatione tali:tamen rectius &fidelius Petrarcha eũ
cõmendat in lib.devita ſolitaria.Et idem,licet ſubtiliorivia,
probat Pet.de Pal.in lib.de pote.papæ,vt recitat Archie.vbi
4 ſ.¶†Quartò quæritur, vtrum, & quare , & quomodo papa
poſsit iudicari,& per depoſitionem papali authoritate priua
ri? Et dico ſententialiter & concludendo medullam dicen-
dorum,quòd papa iudicem non habet in terra , niſi deſinat
eſſe caput,aut ſe ſponte ſubijciat:& quòd à nullo poteſt de-
poni,niſi ſeipſum ſuo facto deponat: licet per cõcilium poſ-
ſit declarari depoſitus:& hæc ſic patent.nam in c.nos ſi.ij.q.
vij.Deus iudicium papæ ſine quæſtione ſuo reſeruauit arbi-
trio.&in c.nemo.ix.q.iij.dicitur:Nemo iudicabit primam ſe
dem.Neq; enim ab Auguſto,neq; ab omni clero, neq; à re-
gibus,neq; à populo iudex iudicabitur,id eſt,papa. Et ibi gl.
facit tres fallentias.Primò,ſi papa ſe alicuius iudicio ſubmit
tat:vt ij.q.vij.nos ſi.Secundò cùm ſubmittit ſe ſuo confeſſo-
ri,cui tenetur parere,& ligabit eum ſententia illius. Tertiò
in caſu hæreſis.xl.diſt.ſi papa.quod intellige non in dubijs,
quandiu eſt caput:vt ſ.Fides.§.vij.& Concilium . §.iij.ſed in
manifeſtis. Et deinde dicit in verbo,omni clero, eſſe argu-
mentum quòd concilium non poteſt papam iudicare:vt de
elec.ſignificaſti.vbi ſcilicet habetur quòd concilia non poſ-
ſunt legem præfigere eccleſiæ Romanæ , id eſt,papæ:quia
eius authoritate fiunt & roborantur. Vnde , inquit,ſi totus
mundus ſententiaret in aliquo negotio contra papam,vide-
tur quòd ſententiæ papæ ſtandum eſſet: vt xxiiij.q.j.hæc eſt
fides.vbi ſcilicet Hieronymus dicit,ſua à nullo poſſe repre-
hendi,ſi fuerint probata per papam .Et deinde dicit eſſe ar.
contra in c.legimus.diſt.xciij . quia orbis maior eſt vrbe : &
non ſoluit.Sed tu dic hoc non dici quaſi orbis poſsit iudica-
re vrbem,id eſt,Romanam eccleſiã ratione capitis:ſed quia
conſuetudo totius orbis præualet cõſuetudini quã eccleſia
Romana ſeruat:licet nõ præualeat illi,quã ſeruat & ab alijs
ſeruandã docet.de conſe.di.j.baſilicas.vt etiam tenet glo.in
d.c.nemo.Dicit etiã Anacletus diſt.lxxix.eiectionem,id eſt,
depoſitionem ſummorũ pontificũ ſibi dominum reſeruaſ-
ſe:& conſequenter concilium non poteſt illum deponere:
& ſi alicubi dicatur hoc poſſe,intelligitur quantum ad iuri-
dicam declarationem ſequente facto,per quod ipſe ſeipſum
deponit.Et ideo Aug.de Anch.vbi ſ.dicit quòd papa nõ eſt
deponendus pro crimine quantũcunq; notorio,niſi pro hæ-
reſi:& hoc tantũ quãdo nollet emendari,vt no..Hug.di.xxj.
& gl.diſ.xl.ſi papa.pro qua hæreſi ipſo facto deponitur:quia
eſt caput eccleſię,cum Chriſtum,qui eſt caput,repræſentet.
vnde & Chriſtus Petrum vocauit Cephas,id eſt,caput:capi-
tis autem eſt influere vitam membris:vitæ autem principiũ
in ſpiritualibus eſt fides.Vnde ſi papa deuiat à fide,eſt ſpiri-
tualiter mortuus : & conſequenter non poteſt influere vi-
tam:& conſequenter non eſt papa:quia ipſo facto eſt depo-
ſitus.Hæc ex illo.Et idẽ Pe.de Pal.in lib.de pote.papę,ſentit
dicens quòd papa,quandiu eſt papa,deponi non poteſt pro-
pter quodcunq; crimen,nec à cõſilio,nec à tota eccleſia,nec
à toto mũdo,nõ ſolùm quia eſt ſuperior nullũ habens homi
nem ſupra ſe:qui eũ valeat iudicare:ſed quia Deus ſibi Ro-
mani præſulis,quandiu præſul eſt,iudicium reſeruauit.ix.q.
iij.aliorum.Si tamen labitur in hereſim,eo ipſo eſt præciſus
ab eccleſia,& deponitur de facto,& deſinit eſſe caput eccle
ſiæ:quia caput præciſum,quandiu eſt præciſum , caput eſſe
nõ poteſt illius corporis,à quo eſt præciſum.Per alia autem
peccata eſt caput languidum,quod propter hoc non deſinit
eſſe caput,nec cõſequenter poteſt à membris iudicari.Hæc
ex illo.Sed contra.Nam gl.in c.ſi papa.diſ.xl.quòd non ſolũ
pro hæreſi,ſed pro quocunq; crimine notorio adulterij , ſi-
moniæ,& huiuſmodi,ſi eſſet incorrigibilis, & ſcandalizaret
eccleſiam,poſſet accuſari:quia contumacia eſt hæreſis. quæ
conſequenter videtur velle quòd etiam poſsit deponi,vt im-
ponit illi Arc.quia qui poteſt accuſari,poteſt puniri.Sed cer
tè illa gloſſa directè textum euertit ibi dicentem.Papa cun-
ctos iudicat à nemine iudicandus, niſi deprehendatur à fide
deuius:id eſt,pro hæreſi ſolùm. Vnde dicit Pet.de Pal.vbi ſ.
quòd iſta gloſſa eſt falſa:& contumacia dicitur hæreſis lar-
gè,ſicut & ſimonia,propter aliquam ſimilitudinem:cùm ve
rò dicitur papam propter hæreſim poſſe deponi vel eſſe de-
poſitum, ſumitur hæreſis propriè,id eſt,pro errore fixo eo-
rum quæ ſunt fidei.Et idem de ea dicit Aug.de Anch.addẽs
quod ſaluari poteſt,ſi illa incorrigibilitas alicuius vitij dica-
tur,quando peccatum dicit non eſſe peccatum:quia eſſet ve
rè & propriè hæreticus.¶Et adde tu quòd iſtis ſtandum eſt,
& nõ Canoniſtis, quia materia eſt Theologica:cũ authori-
tas papæ ſpectet ad ius diuinum:& maximè Pan. quia ſicut
diabolus in omnibus operibus ſuis redolet ſuũ primũ pctm̃
ſuperbiæ ambiens honores diuinos:ita iſte quia fuit ſchiſma
ticus cõſentiens cõciliabulo Baſilienſi cõtra põtificem ſum-
mum,ſemper in ſua doctrina fauet cõcilijs cõtra papã.Vide
ſ.Conciliũ.§.iij.Et ex dictis ibi limita hoc dictũ quòd cõcili-
um nõ põt iudicare papã,qñ certũ eſt quòd ſit papa:ſecus in
dubio:quia tũc ipſe nõ eſt iudex omniũ , ſed pars.vnde cùm
eccleſia ſit ſufficienter à Chriſto inſtituta: huius litigij erit
aliquis iudex.Iſta aũt indubitata cõcluſio quòd papa à nullo
iudicari poteſt,niſi pro crimine hæreſis,quæ habet in d.c.ne
mo.patet etiã in c.eiectionem.di.lxxix.& in c.ipſi ſunt.ix.q.
iij.& in c.cũcta.ea.cau.& q.& in c.oues.ij.q.vij.& per Inn.iij.
ſer.de conſe.Roma.pontificis:& per multa concilia vt refert
d.Io.de turre cre.Quid autem faciendum ſit quando papa
ſuis moribus eccleſiã deſtruit:dicit idem Pet.primò non eſſe
obediendum in multis:ſed reſiſtendũ per honeſtã reprehen
ſionem exemplo Pauli reſiſtentis Petro in faciem.Gal.ij.Vn
de ſi vellet totũ theſaurũ eccleſiæ aut patrimoniũ beati Pe
tri dare parentibus eius,vel eccleſiã deſtruere,& huiuſmodi
nõ eſſet permittendũ,ſed reſiſtendũ:tamen ſine depoſitio-
ne.Et intellige quòd huius ratio eſt:quia in deſtruendo nihil
poteſt:& ſi de deſtructione cõſtat,põt reſiſti.Secũdò orandũ
eſſet vt corrigeretur à Deo,vel de medio tolleretur:& con-
tra eius voluntatem concilium conuocandum,& per illud
papa moneretur,vel Deus inuocaretur:& reſiſtendo in ma-
lis remedium apponeretur. Hoc tamen & in omni ſimili ca
ſu nulla multitudo conuocata haberet authoritatem conci
lij ſine authoritate papæ:& ſi haberet authoritatem conue-
nientem alijs partibus:ſicut & corpus ſine capite,poſſet ha-
bere motum grauium,ſed non vitalem.¶†Quintò quæri- 5
tur,vtrum papa vtendo ſua poteſtate in iudicando & ſta-
tuendo poſsit errare? Et de hoc dico vt ſuprà Canonizatio.§.
iij.& Concilium.§.ij.& Eccleſia.j.§.ij.& iij.& Fides.§.vij.
6 ¶Sextò quæritur, † quid poſsit papa ſuper inferos? Et dico
quòd poteſt facere indulgẽtias eo modo quo ſupra Indulgẽtia,
dictum eſt.Et ſi quęratur,vtrum poſsit ſpoliare purgatoriũ
pro libito ſuo dico quòd non ſua voluntate præciſe:ſed me-
diãte illo infinito theſauro : & ſicut poteſt liberare à pœna
peccatorum debita in hoc mũdo omnes qui ſunt in mũdo,ſi
faciant quod mandat,etiã ſi eſſent millies plures quàm ſint:
ita liberare poteſt omnes,qui ſunt in purgatorio,ſi quis pro
eis faciat quod iubet:peccaret tamen indiſcretè cõcedendo.
Et in iſto ſenſu dicunt doct.quòd non poteſt ad libitum ſpo-
liare purgatoriũ.de quo ſuprà Indulgentia.§.vij. ¶Septimò
7 quæritur,†quid poſsit ſuprà Paganos? Et dico ex Archi.poſt
Aug.de Anch.quòd in eos habet iuriſdictionem:quia eſt vi-
carius Chriſti habentis iuriſdictionem in omnes.Non tamẽ
poteſt ab eis auferre dominia,ſi qua iuſtè tenẽt.Intellige,ni
ſi eo modo,quo à Chriſtianis poteſt auferre propria bona,
ſcilicet ex cauſa iuſta:quia dominiũ eſt beneficiũ naturale.
primò Poli.cum quidam naturaliter ſint domini , & quidã
ſerui.beneficia autẽ naturalia etiam dæmonibus non ſunt
ablata. Nec poteſt eos cogere ad relinquendum ſuos ritus,
etiam quantũ ad matrimonia,aut faciẽdũ noſtros, ſicut nec
ad fidẽ.Poteſt autem eos punire ſcilicet pœna pecuniaria
vel corporali:non autem ſpirituali,id eſt,excõmunicatione,
cum ſint extra:ſi peccent contra legem quam recipiũt,ſicut
& omnes alios:ſcilicet ſi peccent contra naturalẽ in manife
ſtis:non autem diuinam veterẽ aut nouam.vel contra poſi-
tiuã ab eis nõ receptam,niſi ſint tẽporaliter ei ſubiecti:quia
cogendi ſunt viuere legibus aliorum ſebiectorũ. Intellige
niſi in concernentibus ſuos ritus:ne videantur melioris con
ditionis propter ſuam infidelitatem. Sicut ſi ſtatutum vetet
portare arma,cogendi ſunt illud obſeruare.arg. diſtinctio.
viij.cõtra morem.Similiter poteſt eos punire, ſi quid faciũt
in ſua ſuperſtitione,quod vergat ad irreuerentiam fidei. de
Iudæis & Sara.cle.vnica.Et idem intelligo poſſe quemlibet
tẽporalem dominum paganorum:quia eſt miniſter & vica-
8 rius in hoc.¶Octauò quæritur,†quid poſsit in Iudæos? Et di
co eum poſſe cogere illos ad ſeruandũ ea,quæ canones mã-
darunt:de quibus ſuprà,Iudæi,per totum . non quidem ple-
ctendo pœna ſpirituali per cenſuras , cùm foris ſint: ſed tẽ-
porali pecuniaria,& corporali.xxviij. quæſtio.j.ſæpe.imò &
per pœnas ſpirituales indirectè:puta excommunicãdo prin
cipes eos non punientes,ſecundum Archi.¶Nonò quęritur,
9 † quid poſsit in hæreticos & ſchiſmaticos? Et dico quòd hære-
ticos poteſt quadrupliciter punire, ſcilicet excommunicatio
ne,depoſitione, rerum temporalium ablatione , & militari
perſecutione:vt ſuprà,Clericus.j.& ij. ferè per totum. ſchiſ-
maticos autẽ poteſt priuare poteſtate iuriſdictionis in ſub-
ditos:& poteſtate ordinis ſeu cõſecrationis quantum ad exe-
cutionem,faciendo quòd non liceat eis vti actibus ordinum
ſuorum:vt infrà Schiſma. ¶Decimò quæritur,† quid iuris
de poteſtate papæ in Imperatorem? Et dico multa ex Archi
dia.iij.parte titu.xxiij. poſt Aug. de Anch.vbi ſuprà. ¶Pri-
mum.Licet dominiũ ſeu Imperium tyrannicũ tempore præ
ceſsit ſacerdotium:quia ſcilicet ſecũdum Auguſt.xv.de ciui.
Dei primus regum fuit Cain,& poſt diluuium Nemrod:pri
mus autẽ ſacerdos fuit Melchiſedech, qui ſecundũ Hebręos
fuit Sem primogenitus Noë , in quo incœpit ſacerdotium,
poſt quem vſq; ad legẽ Moſaicam deriuabatur ad primoge-
nitos.naturale tamen & iuſtum Imperium non eſt notũ cœ
piſſe ante Moyſen:quia à Deo inſtitutus fuit princeps popu-
li ſui.¶Secundũ.Papa eſt Imperatore maior dignitate,plus
quàm aurum plumbo.diſt.xcvj.duo ſunt.& ſol luna. de ma-
ior.& obedi.ſolitæ.Vnde & Alexãder Magnus doctus viſio-
ne Dei apparẽtis ſibi in forma ſummi ſacerdotis Iudęorum,
eundem ſacerdotem obuium adorauit.in eo Deum,inquiẽs,
adorauit:& ſimiliter Octauianus ſuaſu Sibyllæ Tyburtinæ
adorauit puerum,cuius papa eſt vicarius. ¶Tertium. Papa
poteſt eligere Imperatorem per ſeipſum immediatè,quãdo
ex iuſta & rationabili cauſa expediret:quia principalis agen-
tis habentis dirigere omnes fideles ad pacem & finem ſpiri-
tualem,eſt eligere miniſtros.Vnde Imperator eſt miniſter
eius eo ipſo quòd eſt miniſter Dei Roman.xiij.cuius vicarius
eſt papa.Ex quo ſequitur quòd etiã poſsit eligere electores
Imperatoris,& mutare ex cauſa.eius etiã eſt electum con-
firmare.de elect.venerabilẽ.& confirmatũ conſecrare.de ſa
cra.vnct.cum veniſſent.& cõfirmatũ & cõſecratum corona
re dicto c.venerabilem.& in coronatione iuramẽtum fide-
litatis excipere.diſt.lxiij.tibi domino. & dignum excommu-
nicatione excõmunicare.xcvj.diſtin.duo. & dignum depoſi-
tione deponere,ſicut Innocent.tertius Ottonem, & Innoc.
quartus Federicũ depoſuit.& dignũ gladiaria perſecutione
gladio perſequi.& bellum cõtra illum conuocare:& ab eius
fidelitate vaſallos abſoluere.xv.quęſ.vj.nos ſanctorum.Nec
obſtat quòd Conſtãtinus Imperator Syluestrũ papam coro
nauit:quia hoc non fecit quaſi authoritatem vel dominium
præbẽs:ſed ſicut miniſter obſequẽs:cuius ſignum fuit,quòd
tenens equum eius exhibuit ſtratoris officium . Quod autẽ
dicit Hugo.dinſtin.xcvj.cum ad verum.quòd Imperator po
teſtatem & dignitatem nõ accipit ab apoſtolico,ſed à princi
pibus & populo per electionem,planũ hodie eſt eſſe falſum.
Quod etiam dicit,has poteſtates eſſe à Deo,& diſtinctas,ve
rum eſt eo modo,quo dictum eſt §.ij. Quod etiam dicit Im
peratorem eſſe maiorẽ papa in tẽporalibus , eſt ſimpliciter
falſum quantum ad iuriſdictionem: ſed verum quantum ad
immediatum vſum & executionem : quo modo etiam dici
poteſt maior Chriſto.Et ſic intelligitur dictũ cap.cùm ad ve
rum diſt.xcvj.quod papa vſurpare ſibi nõ debet ea quæ ſunt
Imperatoris:quia ſcilicet non debet immediatè exequi tẽ-
poralia.quod intellige niſi ex cauſa,vbi ſibi videtur expedi-
re.¶Quartum.Conſtantinus potuit donare Syluestro Impe
rij temporalẽ adminiſtrationem,& eam recipere ab eo:quia
papa eſt vicarius Dei,cui nos reddimus in recognitionẽ do-
minij & honoris ea quæ ille nobis donat ad vſum & ſtipen-
dium laboris,iuxta illud Dauid primi Parali.vlti.quæ de ma
nu tua accepimus,dedimus tibi. & ad idem xij. q.j. videntes.
Vnde donauit Conſtantinus papæ in venerationem & reco-
gnitionem dominij adminiſtrationem temporalem Impe-
rij:& eandem immediatè papa cõcedit Imperatori in vſum
& ſtipendium officij:pro defenſione & gubernatione pacifi
ca eccleſiæ.¶Quintum.Non poteſt autem illa donatio per
ſucceſſores reuocari:tamen quia ſemel Deo dicatum huma
no iudicio reuocari non poteſt,vt patet xij.quæſ.ij.de rebus.
& cap.ligna.de conſecratio.diſt.j.tum etiam quia potius red
didit quod erat ſubtractũ,cum domini ſit terra & plenitudo
eius:quàm dederit quod erat Imperij:tum etiam quia dona-
uit de conſenſu eorum,quorũ erat dare talẽ poteſtatẽ,id eſt,
principũ, ſenatus & populi,à quibus acceperat. de quo vide
in c.Cõſtantinus.di.xcvij.¶Vndecimò quæritur,† quid iuris 11
de poteſtate papæ in alios reges & principes Chriſtianos? Et
dico,ſecundũ eoſdem,ſcilicet Arch.& Auguſti.de Anchona,
quòd omnes ei tenentur obedire,ſicut & Chriſto,cuius vices
gerit:& in eos omnes habet vniuerſalem ſpiritualium & tẽ-
poralium iuriſdictionẽ,ſicut & in toto orbe vice Dei viuen-

tis:ſed temporalium adminiſtrationem non recipit, niſi in
regionibus Occidentalis Imperij per conceſsionem Con-
ſtantini Imperatoris,nec vtitur hac adminiſtratione : niſi in
aliquibus partibus mediante Imperatore quem eligit : non
autem in alijs regnis Occidentalis Imperij,non propter ca-
rentiam authoritatis:ſed propter nutriendū in filijs vinculū
vnitatis & pacis:quia propter tyrannicam vſurpationē Im-
perij à diuerſis in diuerſis partibus ad vitãdum ſcandalum
Iudæorum ſe tributarium fecit cum Petro, licet non obli-
getur,Mathæi xvij.xj.q.iij.inter.verba.Et ideo poteſt reges
corrigere:ſicut Nicolaus Lotharium de adulterio reprehen
dit.ij.q.j.ſcelus.& ex rationabili cauſa deponere,ſicut Zacha
rias depoſuit Regem Francorum,ſubſtituēs Pipinum.xv.q.
12 vj.alius.¶ Duodecimò quæritur,vtrū papa habeat in Chri-
ſtianos vel alios poteſtatem veniendi cõtra ſuum contractū,
quaſi ex eo non obligetur?Et dico quòd non:quia ipſe nõ eſt
dominus mūdi quo ad proprietatem:ſed quo ad iuriſdictio-
nem ſolam & protectionem,ſecundum glo.& communiter
doct.in procemio Digeſtorum:ſicut nec Imperator, qui rei
meę dominiū mihi auferre nõ poteſt ſine cauſa,ſecūdū Bar.
ibi.quod etiã eſt verū quo ad bona eccleſiaſtica,quorum nõ
eſt verè dominus,ſed diſpenſator:ſicut de omni clerico dicit
S.Tho. in vj.quolibet.art.xij.non obſtãte gloſſ.in c.cum ve-
niſſent.de iudi.quæ dicit contrariū:quia eam damnãt doc.di
centes quòd eſt eorū ſolùm adminiſtrator & diſpēſator vn-
de nec ea ſine cauſa alienare poteſt:& ſi facit, peccat morta
liter,ſecūdū Archi.xij.q.ij.non licet.Vnde de eo verum eſt
quod de principe dicit Bal. in lib.de vſi.feu.in rub.de natura
feudi.ſcilicet quòd ex ſuo contractu obligatur. Vnde ſi inue
ſtiuit aliquē de baronia vel caſtro,nõ poteſt eum ſine culpa
priuare,nec ſucceſſores in Imperio vel regno.de iudi.nouit.
Nec obſtat quòd habet Plenitudinem poteſtatis:quia Deus
ſubiecit ei leges,ſed nõ cõtractus,ex quibus obligatur.¶De
13 cimotertiò quæritur,†vtrum poſsit aliquē abſoluere ab ob
ligatione,qua tenetur alteri homini?Et dico ſecūdum Inn.
quòd hoc poteſt de plenitudine poteſtatis,argu.viij.q.iij.per
principalem.C.de qua.præſcri.l.bene à Zenone.C. de preci.
Impe. offe.l.quoties.& idem Hoſt.& Ber.Sed hoc limita ex
cauſa rationabili,& non aliter:quia,vt dictū eſt §.priore, nõ
eſt dominus mūdi quo ad proprietatem:nec legē condendo
poteſt auferre mihi rei meæ dominiū ſine cauſa , ſicut nec
Imperator. Et ſic intellige l.vēditor.§.ſi cõſtat.ff.cõm.pręd.
qui §.ſecundum Bar.in hac materia eſt ſingularis. & ſic etiã
intellige Pan.in c.ij.de voto.quòd papa auferre poteſt obli
gationem laici non ſubditi ei temporaliter cõtractã ex fidei
præſtatione,non autem aliunde quæſitã:cum ſit de iuregen
tium.in cle.paſtoralis.de re iud.ſcilicet ſine cauſa rationabi-
li,ſine qua nec Imperator poſſet. Et idē à fortiori intellige
hoc non poſſe ciuitatem aut vniuerſitatem vel collegiū.Ex
magna tamen cauſa poſſet papa à ſecularibus exigere ſubſi
dium temporale: vt ſi eccleſia inuaderetur,& aliter prouide-
14 re non poſſet.¶Decimoquartò quæritur,†vtrum poſsit tol
lere leges ciuiles?Et dicit Io.And.quòd vbi non habet iuriſ-
dictionem temporalem,tollere non poteſt legē quo ad fo-
rum ciuile:niſi in his in quibus vertitur periculum animæ:
cum poteſtates ſint diſtinctæ.xcvj.diſt.cum ad verum. In il-
lis autē,in quibus animæ periculum vertitur,tollit quo ad v-
trūq; forū.de iud.nouit.de præſcri.c.ſi.& de ſecū.nup.c.pe.&
vlt.de foro cõpe.lib.vj.& de iureiu.c.ſi.lib.vj.& in c.ij.de ex-
cept.lib.vj.& in c.decernimus.de ſent.exc.lib.vj. quia in his
leges non dedignantur ſacros canones imitari.de Iudæ.cle-
rici.& in auth.vt cleri.ap.prop.epi.colla. vj.& ita tenet Sum.
Roſ.& Supp.Sed iſta determinatio procedit ex errore quòd
papa non habeat temporalem iuriſdictionem in tota eccle-
ſia.quod improbatū eſt multipliciter in hoc titulo.Vnde di-
co quòd de plenitudine poteſtatis ex cauſa rationabili poteſt
omnes leges ciuiles euertere,& alias cõdere , niſi inquantū
ſpectãt ad ius naturale aut diuinū:nec Imperator cum omni-
bus legibus & populis Chriſtianis poſſent cõtra eius volũta-
tem quicquã ſtatuere.Et hęc omnia patēt ex dictis in hoc ti
tulo,& ſ.Legitimatio.§.iiij.nec quæ allegãt Canoniſtę con
tra hoc,aliquid concludūt,niſi ceſſante cauſa & ex poteſtate
iuridica,quæ ſcilicet eſt ſecūdum iura quibus papa ex neceſ-
ſitate nõ ſubditur.¶Decimoquintò quærit̃,†vtrū papa poſ-
ſit tollere ſeu mutare ſtatuta cõcilij generalis?Et dicit San. 15
Tho.in trac.cõtra impugã.relig.ꝙ ſic:qa ſine eius authori
tate nihil potuerūt ſtatuere:ſicut nec cõciliū congregari.Et
illud Zozimi in c.cõtra.xxv.q.j.contra ſtatuta patrū cõdere
aiquid vel mutare,huius ſedis non põt authoritas:dicit verū
eſſe in his quę ſtatuta patrū decreuerūt eſſe de iure diuino,ſi
cut ſunt articuli fidei,qui determinati ſunt per concilia:quæ
autē determinauerūt de iure poſitiuo,mutare poteſt vel di-
ſpēſare ſecundū opportunitatē tēporū vel negotiorū:& hoc
nõ faciēdo cõtra illa ſtatuta:quia ſeruatur intētio ſtatuētiū,
quæ eſt vtilitas eccleſiæ.Quidam tamē dicunt quòd poteſt
tollere ſingula,ſed nõ omnia ſimul,quia eſſet deſtruere ſta-
tutum eccleſiæ.Et quãtū ad hoc dico ꝙ diſpēſare põt cõtra
vniuerſalē ſtatū eccleſiæ:vt in c.nõ debet.de cõſan. qđ Pan.
intelligit quãdo nõ decoloraretur ſtatus eccleſię:vt puta qa
ſubeſt cauſa mutãdi.Secus vbi decoloraret̃,id eſt,vbi nõ ſub-
eſt cauſa.& ſic intelligitur cap.propoſuit.de concel.prębēd.
de quo etiã ſ.Cõciliū.§.ij.Sed adde iuxta mētē S.Tho.quòd
quãdo ſubeſt cauſa,poteſt diſpenſare ſine peccato in omni-
bus quæ ſunt iuris poſitiui,in quacūq; materia & in quibuſ-
cunq; ꝑſonis fiãt:ſine cauſa autē hoc poteſt ſic,ꝙ ſi de facto
irritaret,ſtatuta nulla eſſent:qa ab eius authoritate depēdēt
tamē peccaret,nec eſſet permittēdus.Et ex his & dictis ſ.Fi-
des.§.vij.patet quòd nõ bñdicit Sum.Ang.ꝙ ſine cõcilio pa
pa decidere nõ poteſt in cauſa fidei,qa poteſt errare,& non
conciliū.xix.di.Anaſtaſius.Ad ſuū autē motiuū patet reſpon
ſio ex dictis ſ.Cõciliū.§.ij.& d.§.vij.¶Decimoſextò quærit̃,
†vtrū papa,vt ad pręſens de Deo taceamus,poſsit diſpēſando 16
aliquid immutare in præceptis legis naturalis aut diuinę?Et
dico multa.¶Primū.Sicut dictū eſt ſ.Cõſuetudo.§.ix.in le-
ge naturali tria continētur,ſcilicet prima principia,quę ſci-
licet ex terminis ſuis cognoſcūtur:vt declina à malo,fac bo-
nū,nulli nocēdū,rationi obediēdum,& huiuſmodi.& primæ
cõcluſiones & determinatiões quædã particulares.Sed adde
& intellige quòd primæ cõcluſiones dicūtur,quę neceſſariò
ſequūtur ex principijs primis immediatè:vt, nõ eſt nocēdū,
ergo neq; occidēdū,vel mediatè:vt,nõ eſt nocēdū:ergo neq;
depoſitū eſt negãdū,vel huiuſmodi. Particulares verò deter
minatiões ſunt quæ ex primis principijs nõ ſequūtur neceſſa
riò per cõſequētias bonas ſed depēdēt à voluntate humana
vel diuina:ſicut nõ ſequitur neceſſariò ex aliquo principio
naturali ꝙ fur debeat ſuſpēdi vel puniri in quadruplū.¶Se-
cundum.Secundū Herue. in diſt.xlvij.primi,circa præcepta
ſciēdū eſt quòd reuocare illa,tollere obligationē vniuerſa-
liter,id eſt,quo ad omnē hominē,& omne tēpus.Diſpenſare
verò eſt relaxare obligationē quo ad hunc hominē vel quo
ad hoc tempus.Interpretari verò eſt dare intellectū præce-
pti vel præcipiētis ſtãte obligatione:etiã quo ad hūc & nūc.
quæ quidem interpretatio, inquit,quandoq; dicitur diſpen-
ſatio,quia tollit obligationem non veram, ſed inſurgentem
ex conſcientia dubitãtis:& in manifeſtis pertinet ad omnes:
in dubijs verò ad ſuperiores quod limita,ſi cõmodè poſſunt
habe



habeᷓ:aliàs ſecus:vt cum in repentinis periculum eſt in mo
ra.de quo ſ.Diſpenſatio.§.iij.¶Tertium.Secundum S.Tho.
in iiij.diſt.xv.q.iij.ar.ij.q.j.tertium.iij.q.xcvij.ar.iiij.ad tertiū.
inferior diſpenſare nõ põt in præceptis ſuperioris,niſi quãtū
ſibi permittitur . quod intellige expreſsè vel interpretatiuè
eo modo quo in iure habentur argumenta quòd diſpenſatio
in ſtatutis papæ aliqñ ſit conceſſa epiſcopis. ¶Quartum.In
præceptis diuini aut naturalis iuris papa diſpenſare nõ põt,
ſecundum S.Tho.iiij.quoli.ar.xiij.& j.di.xlvij. & iij.diſt.xxx-
vij.quod tamen fallit in tribus caſibus.Primò quantū ad ius
naturale quo ad particulares applicatiões iuris naturalis aut
etiam diuini,vt ſ.Conſuetudo.§.ix.quia hodie non habent vi-
gorem niſi ex lege poſitiua:ideoq; papa in oppoſitū poteſt.
Secundò quo ad ius diuinum,qñ aliquid dicitur de iure diui
no:quia continetur in doctrina apoſtolorū:licet nõ ſit ſtatu
tum à Deo,ſed ab apoſtolis,ſicut quòd bigamus nõ promo-
ueatur.j.ad Tim.iij.vt ſ.Bigamia.§.vj. Tertiò ſecundū Ric.
quantū ad vtrūq;,qñ diſpenſatio ſumitur largè& impropriè
pro interpretatione,quæ aliud eſt,cùm poſsit circa articulos
fidei interpretari,vt dictū eſt ſ.Fides.§.vij.non autem diſpen
ſare,vt ibi docet S.Tho.Vnde dico quòd in votis põt propriè
diſpenſare,hoc eſt,ius relaxare : in diuinis autem præceptis
hoc nõ poteſt,ſed poteſt ea interpretari in dubio authorita-
tiuè,ſcilicet vtrū in aliquo determinato caſu habeat locum
ratio diuini aut naturalis ſtatuti vel nõ:puta,vtrū iſta ſubtra
ctio huiuſmodi rei ſit furtum vel nõ.quod patet,quia inter-
pretatur præceptū Dei de credendis. Item quia interpreta-
tur omnia dubia circa ſcripturam & fidem & mores. Item
quia inferior interpretari põt legem,vbi ad ſuperiorem cõ-
ditorem recurſus cõmodè haberi nõ põt:vt patet ex dictis.
Item quia,vt dicit Ric.in iiij.diſt.xxxviij.ſi occurrat caſus,in
quo nõ videretur locū habere ratio legis , nõ dediſſet Deus
paſtorem,qui cõſulere poſſet omnibus occurrentibus & ne-
ceſſariò expediendis,nõ videret̃ fuiſſe bonus paterfamiliâs:
nec poſſet dici papa generalis cõmiſſarius Dei aſſumptus in
plenitudinem poteſtatis:cuius contrariū determinat̃.ij.q.vj.
qui ſe ſcit.& xxiiij.q.j.quodcunq;.Et ſic intellige & limita ca
pitula,quæ vident̃ dicere quòd papa cõtra diuinã legem non
diſpenſat,ſcilicet vbi ratio legis nõ deficit,vt in primis prin-
cipijs legis naturalis,& in pręceptis primæ tabulæ,in quibus
ipſe ordo in Deū præcipit̃:& in ꝓceptis ſcđæ tabulæ quãtū
ad in ipſam iuſtitiã vel ipſum ordinem ad ꝓximū , qui in eis
directè præcipit̃,ſiue quãtū ad rationem præcipiendi: ſecus
quantū ad ipſam rem quæ præcipit̃.pro quo vide j.ij.q.100.
& iij.di.xxxvij.& quantū ad particulares determinationes &
ſtatuta apoſtolica.Sic etiã intellige dicta Canoniſtarū dicen
tiū quòd papa põt ius diuinū declarare & interpretari, limi-
tare,& diſtinguere,& etiã augere. quod intellige quantū ad
particulares determinationes,& quãtū ad interpretationem.
17 ¶Decimoſeptimò quæritur,†an papa diſpenſare poſsit vt cõ
trahatur matrimoniū in gradibus diuina lege ꝓhibitis?Et di
cit Archi.poſt Per.quòd nõ in primò gradu affinitatis,ſicut
nec cõſanguinitatis aſcēdentiū & deſcendentiū:qa eſt cõtra
ius diuinū & naturale:cū vxoribus parentū exhibeamus reue
rentiã ſicut parentibus noſtris. Nec ſimiliter in primò gra-
du cõſanguinitatis & affinitatis in linea trãſuerſali: quia eſt
contra vtrunq; prædictū ius.Vnde etiã ante legem Moſaicã
genere humano multiplicato credit̃ quòd abſtinuerint viri
à ſororibus & vxoribus fratrū,niſi ad ſuſcitãdū ſemen fratris
ſine filijs mortui,ſicut & in lege,vt patet in Thamar & filijs
Iudæ:in quo tñ non põt papa diſpenſare modò , ſicut nec in
pluralitate vxorū,quæ olim licebat,quia erat licita ex Dei di
ſpenſatione,ſed prohibita iure cõmuni Nec in ſecundo gra-
du tranſuerſali ſuperioris : vt cum amita & matertera:quia
eſt diuina lege prohibitū.hæc ex illis.Ex quibus infert idem
Arc.quòd cū ex copula etiã fornicaria cõtrahatur affinitas,
qui aliquã mulierem cognouit,etiã fornicariè,cõtrahere nõ
poteſt cū filia eius,aut germana,ſicut nec cū filia vxoris ſuę
ex alio viro,nec cū ſorore eius ea mortua.nec ſcđm Per.poſ
ſet in hoc papa diſpenſare. Reperitur tñ Martinus quintus,
vt Archi. refert , diſpenſaſſe cum eo qui cum ſua germana
cõtraxerat & cõſummauerat habito cõſilio cū peritis Theo
logis & Canoniſtis ꝓpter mala & ſcãdala aliàs indeventura:
licet aliqui dicerent eū hoc nõ poſſe.Et quia certū tenendū
eſt,incertū verò dimittendū.de pœ.diſt.vij.ſi quis ante factū
nulli eſt cõſulendū,vt petat iſtã diſpenſationem . Quia etiã
inſtar ſacrilegij eſt diſputare de potentia principis, pręcipuè
papæ.xvij.q.iiij.§.committit̃.& ſeq.ſi quis poſt cõtractū,& mul
to magis cõſummatū matrimoniū obtinuit talem diſpenſa-
tionem,dimittendū eſt negotiū iudicio Dei. Hæc ex Archi.
Adde verò ſcđm eoſdem,quòd vbi gradus eſſet ꝓhibitus di
uina,ſed nõ naturali lege,dubiū eſt an papa poſsit diſpenſa-
re:tamen ferè omes gradus Moſaica lege ꝓhibiti, ſunt etiã
prohibiti naturali,quia ad omes illas perſonas cohabitantes
eſt amicitia naturalis,ſine alio fœdere. Vñ ꝓbabilius eſt ꝙ
in illis papa diſpenſare non poſsit. Vide Arch.iij.parte.titu.j.
c.xiiij.in ſi.Adde etiam quòd licet in prædictis papa diſpen-
ſare nõ poſsit,quaſi potens remouere obligationē diuini ſta
tuti:poteſt tamen ſcđm mentem Rich.interpretari in caſu,
vbi ceſſaret cauſa vel ratio ꝓhibitionis matrimonij inter pa
rentes & affines:quæ ſunt,reuerentia,amicitia,& huiuſmo-
di.¶Decimooctauò quærit̃,†vtrū papa diſpenſare poſsit in 18
gradibus cõſanguinitatis,nõ ſolū prout ex nūc, ſed etiã ꝓut
ex tunc?Et dicit Io.And.in c.per venerabilem. qui ſi.ſint le-
git.quòd ſi cõtractū eſt in gradu prohibito lege diuina,põt
diſpenſare prout ex nūc,nõ prout ex tūc,ſcilicet vt ſint legi
timi filij ante diſpenſationem nati:ſed in matrimonio huma
na lege prohibito diſpenſare poteſt,nedū prout ex nunc,ſed
etiã prout ex tūc.quod limita verū,niſi eſſet alteri ius quæſi
tū:puta quia patre mortuo iã ſucceſſerūt agnati.Vñ licet po
ſtea legitimaret filiū,nõ excluderet agnatos:ſed in iure quę
rendo valeret.Vide ſ.Legitimatio.§.iiij.De caſibus reſerua
tis papæ,in quos ſolus poteſt:vide ſ.Caſus.§. j.& Diſpenſa-
tio.§.viij.& Excommunicatio.vj.per totum . & Irregulari-
tas.§.vlti.Reſeruantur etiam ei cauſæ grauiores . de iu.cal.
c.j.&.c.vt debitus.de app.quas vide ſi vis in c. quod tranſla-
tionem.de offi.leg.in gl.De eo etiam qui gerit ſe pro papa,
non electus à duabus partibus Cardinalium:& de obſeruan
dis in electione eius,habes ſ.Excõmunicatio.x.§.ij.Quomo
do etiam diſpenſet in matrimonio,ſ.Matrimonium.vj. §.v.

## De Paraphernis.

1 *Parapherna quid,& an cõtineantur ſtatuto loquente de dote.*
2 *Paraphernalia an ſint priuilegiata,ſicut dotalia quo ad hy-
potbecam.*
3 *Fructus paraphernalium an habeat maritus.*
4 *Dominium paraphernalium an tranſeat in maritum tranſe-
rendo ea in domum.*
5 *Paraphernalia qua ratione repetuntur.*

PARAPHERNVM ſiue paraphernale dictum eſt
quaſi iuxta dotē: à para,quod eſt iuxta,& pherna dos:
inde dicta ſunt parahernalia bona ea,quæ habet vxor
præter dotem vndecunque,ſecundum glo.in rubr.C.de pac.
conuen.& Bald.in l.ij.C.de ſententijs quæ ſine certa quanti.
profer.In quibuſdam tamen locis non habent locum vbi ex
conſuetudine vir omnia bona immobilia mulieris recipit in

dotem,& omnia mobilia ſunt communia. ¶Primò autem
1 quæritur,†vtrum ſtatutum loquens de dote, locum habeat
in paraphernis?Et dico quòd ſic ſecundum Alb.in l. de qui-
2 bus.in xxiiij.col.ff.de legib.¶Secundò quæritur,†vtrum bo
na paraphernalia ſint priuilegiata ſicut dotalia quo ad hoc,
vt pro eis tacitè hypotecata ſint omnia bona viri, ſicut pro
dote?Et dicit gl.in ex c.literis.de pig.& glo.in l.fi.C.de pac.
conuen.quòd ſic.Sed ſecundum Pan.in .d.c.ex literis.alij li-
bri habent prædictam glo.dicentem quòd non:licet vtrun-
que per diſtinctionem ſaluetur:quia ſi mulier pro his ſpecia
lem ſibi hypotecham à viro exegerit,illa erit contenta.Sive
rò nullam exegit,habebit hypothecata omnia bonaviri pro
omnibus præfatis bonis,de quibus habet vir adminiſtratio-
nem:vt in d.l.fin.De alijs autem,quæ vxor penes ſe retinet,
nec habet hypothecam in bonis viri,ſecundum Panor.vbi ſ.
Et ſi ea malè adminiſtrat,tenetur de dolo & lata ac leui cul
pa:vt no.in d.l.fi.Iſta tamen hypotheca non eſt priuilegiata,
ſed communis,ſecundum Innoc.& Io.Andr.in d.c.ex literis.
3 ¶Tertiò quæritur,†vtrum maritus debeat habere fructus
paraphernalium?Et dico quòd non fructus naturales,quan-
do dominium eorum non eſt tranſlatum in eum, nec ſe de-
bet inuitavxore de eis intromittere:licet ſit bonum quòd ſi-
cut ſe,ita & ſuo marito committat.C.de pac.con.l.hac lege.
ſed ſolùm poteſt habere cõmodum bonorũ aliorum ꝓpter
labores in exigendo.Vbi aduerte primò ſecundum Hoſti.
quòd nunquã præſumitur dominium tranſlatum in virũ,ni-
ſi expreſſe appareat vel niſi probetur,ſecundum gl.in d.l.fi.
& ſecundò quòd quãdo maritus debet habere fructus:nihilo
minus ſi quid ſupereſt:quod non ſit conſumptum,pertinere
dicitur ad vxorem,per ea quæ no.in l.vbi adhuc.C.de iu.do.
& in l.fi.C.de pac.cõ.& ibi Bal.dicit Bar.conſuluiſſe.¶Quar
4 tò quæritur,†vtrum dominium prædictorum trãſferatur in
maritum in inferendo ea in domum mariti, & ea illi aſsi-
gnãdo?Et dico quòd nõ,vt in l.ſi ego.§.dotis.ff.de iure do-
5 tium.¶Quintò quæritur,†qua actione repetũtur parapher
na?Et dico quòd condictione certi,vel ſine cauſa,vel ob cau
ſam,ſi dominium trãſiuerat invirum:ſi verò non trãſiuerat,
ad exhibendum,ſi non ſit nixus maritus amouere:vel rerum
amotarum,ſi ſit nixus amouere:vt in d.§. dotis. vel ſecun-
dum gl.ibi agetur depoſiti,quando ea cuſtodienda maritus
acceperit:vel mandati,quandovxor cuſtodiam viro manda-
uit:ſiue inferãtur in domũ eius eo ſciente, ſecundum Hoſti.

PARENTES dicũtur nõ tãtũ pater,ſed & auus ac pro-
auus,& deinde omes ſuperiores:& mater,auia,aut ꝓ-
auia.ff.de verb.ſigni.l.appellatione.Quomodo autem
parentes teneãtur alere filios,vel econtrario.ſ.Alimenta.&
ſ.Filius.§.xxj.&quomodo teneãtur ex cõtractu filiorũ,ſ.Ob
ligatio.§.vj.ex delicto,ſ.Dominus.§.vj.j.Reſtitutio. iij.§.xj.

PATRICIDA licet à parentis cæſione dicatur, ta-
men lex puniens patricidas locũ habet in aliquibus a-
ſcendentibus & deſcendentib.in infinitũ,&in vxore,vi
ro,nuru,genero,vitrico,ſocero,patruo,auũculo,amita,cõſo
brina,patruele,patrono,nouerca,ſpõſa,patre ac matre ſpõſi
vel ſpõſæ.qđ intellige etiã ſi fœmina p̃dicta perſonas cõiun
ctas occiderit,vel ab eis occidat̃:& in eo qui emit venenum.
vel in aliquo opam dedit vt hoc fieret.ff.eo.l.j.iij.& iiij.&ſi-
militer tenẽt̃ oẽs cõſcij.ff.eo.l.vtrũ.Pœna aũt patricidæ eſt
vt primò virgis cædat̃:deinde in ſacco corij cõſuat̃ cũ cane,
gallo,vipa,& ſimia:& ſic iactet̃ in marevel flumẽ:vel ſi hęc
non ſint propè,beſtijs ſubijciatur.ff.de parrici.l.pe.C.eo. l.j.

PAROCHIA,à qua & parochianus, dupliciter ſumi-
tur,aliquando ſcilicet impropriè pro tota aliqua diœ-
ceſi.de rap.c.j.de paro.ſuper eo.de off.arch.c.ij.§.pe. &
aliqñ propriè:& eſt locus, in quo degit populus alicui eccle-
ſiæ baptiſmali deputatus,certis finibus limitatus,ſcđm Goſ.
in Sũ.eo.ti.Adde ꝙ tertiò ſumit̃ pro tali eccleſia,cui & ius pa
rochiale dicit̃ cõpetere.qđ iuridicè loquendo cõſiſtit in mul
tis.Primò vt in ea diebus feſtis populus audiat miſſam.de
quo dic vt ſ.Miſſa.ij.§.iiij.Scđò in decimis.de quo ſ.Decimę
§.viij.Tertiò in oblationibus & primitijs. de quo ibidem.§.
j.& ij.Quartò in pœnitentijs accipiendis.de quo ſ.Cõfeſſ.in
prin.& in §.j.Quintò in exhibitiõe ſacramentorũ. Sextò in
ſepulturis.Septimò in benedictiõe nubentiũ.de qbus.de ſe-
pulturis.ꝑ totũ.xiij.q.ij.placuit.de ſimo.ſuã. & vide in locis
ſuis.Quãtũverò ad priuilegia p̃dicatorũ &minorũ,vbi dicit̃,
ſaluo iure parochiali,intelligit̃ ſolũ quo ad oblatiões, deci-
mas & primitias:vt declarat Greg.ix.¶Efficit̃ aũt quis de a-
liqua parochia acquiſitiõe domicilij ibi:vt ſ.Domicilium.&
quo ad pœnitentiã & euchariſtiã ſi plusq̃; per ſex menſes an
ni ibi morat̃:licet domiciliũ illuc nõ trãſtulerit, ſcđm Pan.
in c.omnis.de pœ.& re.de quo ſ.Cõfeſſor.j.§.x.&xij. Qũo
autem alicui conferatur.vide ſ.Eccleſia.j.§.vj.vij.& viij.

PARTICIPATIO qũo intelligatur qñ aliqui ſuſci-
piuntur ad participationem miſſarũvel bonorũ:ſcien-
dum eſt,vt patet ex S.Tho.in iiij.di.xlv.ar.j.q.iiij.quòd
opus bonũ noſtrũ dupliciter cõſiderari põt.Primòvt eſt ex-
piatiuũ pœnæ per modũ cuiuſdã recõpenſationis,quæ in ſa-
tisfactiõe attendit̃,id eſt,vt eſt ſatisfactoriũ:& ſcđò inquãtũ
eſt meritoriũ vitæ æternæ,qđ habet inquãtũ ex charitate ꝓ
cedit.Et primo modo reputatur quaſi eius ꝓ quo fit:& ita
abſoluit eũ à debito pœnę ꝙ nõ abſoluit facientem:q̃a in ta
li cõpenſatione cõſideratur æqualitas iuſtitiæ.opus aũt iſtud
ita põt æquari vni reatui,quòd nõ alteri.reatus eñ duorum
pctõrum maiorem ſatisfactionem requirit.Secũdò aũt mo-
do nõ,ſolũ ꝓdeſt ei ꝓ quo fit,ſed faciẽti magis. Hęc ex illo.
Ex quibus motus Pe.de Pal.in iiij.dicit quòd duplex eſt par
ticipiũ:primũ ſcilicet ad merendũ:& ſcđm ad ſatisfaciendũ:
inter quæ duplex eſt differentia.Prima,quia participium ad
merendũ eſt ex ſola charitatis vnione ſine intentiõe facien-
tis ſpecialiter directa ad participãtem, licet ſit maior cũ in-
tentiõe:ſed participiũ ad ſatisfaciendũ nõ. alioquin quicũq;
eſſet in charitate in hoc mũdovel alio ſtatim eẽt imunis ab
omni pœna,theſauro eccleſiæ,q eſt infinitus,diſtributo pro
eius ſatisfactiõe:ſed ex ſola intentiõe facientis:intellige ſpe-
ciali.Vide ſ.Indulgentia.§.v.Scđa differentia eſt,q̃a partici
pium meriti nõ minuitur ex multiplicatiõe participãtiũ:ſi-
cut nõ ſit deterior cõditio multiplicatis electis, ſed melior
& propter hoc ſine præiudicio prius receptorũ ad beneficia:
ordinis poſſent alij recipi: nec minus capiũt nouiſsimi quã
primi:ſed in ſatisfactione ſecus:ſcđm cõmunem doctrinam.
quod limita niſi opus ſatisfactoriũ eſſet infinitæ virtutis:quia
tunc omnes capiũt ſcđm ſuã capacitatem,vt ſ.Miſſa.j.§.ix.di
ctum eſt.Et ſi quæratur quid importet participiũ meriti. di
cit idem non videri aliud,niſi quòd propter merita aliquorũ
præſeruat Deus aliquando conparticipem à peccato & mor
te,& ſic de alijs:ſicut recordatus Deus Abraham liberauit
Lot,cum etiam quandoque parcat impijs propter iuſtos,vbi
non concurrit meritum niſi ab vna parte. Sed per receptio-
nem ad beneficia cõſequitur quis aliã vtilitatem:quia ſpecia
lius participat ex intentiõe ſpeciali pro receptis.hæc ex illo.

¶PATRIS appellatiõe qd veniat:vide ſ.Fama.§.iij.in fi.

¶PATER an teneatur pro filio,ſuprà Obligatio.§.vj.
& infrà Reſtitutio.iij. §.xj.

PATIENTIA,vt elicit̃ à S.Tho.ij.ij.q.cxxxvj.ẽ malo
rũ ęquo aĩo tolerantia,ne bona deſeram⁹.& 23.q.j.§.
j.&ſemp int⁹ ſeruãda eſt quantũ ad hoc ꝙ paſsio rõnis
iudicium non præueniat:licet non quo ad hoc vt etiam non
ſequatur.de quo ſuprà Ira.§.j.ad extra verò in Dei vel proxi
morum iniurijs,non ſic,eſt ſeruanda vt tolerentur, ſed ſunt
repellendæ ſecundum quod oportet:niſi tolerentur ad vitan
dum mala peiora.xxiij.quæſt.iij.ecce.& cap. ſeq. In proprijs
autem ſic habenda eſt vt tolerentur vt oportet, niſi redun-
dent in iniuriam Dei:ſicut Elias fecit ignem deſcendere de
cœlo ſuper eos qui venerant ad eum capiendum.iiij. Reg.j.
& Eliſeus maledixit pueris ſe irridentibus.ibidem. cap. ij. &
Sylueſter excommunicauit eos qui illum miſerant in exi-
lium.xxiij.q.iiij.Guiliſarius.vide.ij.ij.quæſt.cviij. Quod au-
tem dicitur Lucæ vj.de altera maxilla præbenda, intelligi-
tur ſecundum præparationem animi ſecundum Aug. ſi ex-
pediret,aliàs non.ſicut nec ipſe Chriſtus aliam præbuit.

PATRIA poteſtas ſecũdum Azo. eſt ius quoddã quod
habẽt hi,qui ſunt de Imperio Romano in liberos natu
rales & legitimos: quod alij nõ habẽt, Inſtit.de Pa.po-
te.ꝑ totũ.& de iure ciuili introducta eſt.Sed intellige quòd
ſicut hodie alicubi vſurpata ſunt iura Imperij:ita & hoc ius.
Soluitur aũt primò cum pater trãſit in alterius poteſtatẽ,pu
ta abbatis per ingreſſum religionis:vnde filiũ in propria po
teſtate habere nõ poterit.l.ſi arrogator.ff.de adopt. & facit
c.cum ſcimus.& de regu.& no.in auth.ingreſsi.& in authẽ.ſi
qua mulier.C.de ſac.ſan.eccl.Et ſecũdò quãdo filius poſt pu-
bertatẽ profitetur religionẽ approbatam,vt no.gl.in c.j.xx.
q.ij.&gl.in l.ſi ex cauſa.§.Papinianus.ff.de min.ante puber-
tatẽ verò profiteri nõ poteſt patre inuito:quia nõ deſinit pa
tria poteſtas per ingreſſum ante pubertatẽ: ideoq; tenetur
obedire patri.Imò nec pater põt filiũ impuberẽ offerre reli
gioni cõtradicente matre,ſecundũ Inn.& no.Pan. in c.ij. de
reg.quia obediẽtia,qua filius tenetur matri,eſt de iure natu
rali & diuino:ſed patria poteſtas de ciuili:nec auus ſimiliter
patre cõtradicẽte eadẽ ratiõe.Soluitur etiã tertiò ꝑ ordinẽ,
de quo ſ.epiſcopus.§.v.& ordo.j.§.iij.& iiij.ꝑ emãcipationẽ
& multis alijs modis,de qbus Inſti.qbus modis ius pa.po.ſol.

PATRIARCHA Græcè Latinè dicitur ſummusvel
princeps patrũ.diſt.xxj. clericos, & ſecundũ Ray. alio
nomine dicitur Primas, nõ realiter,ſed vocaliter diffe
runt.diſt.xcix.prouinciæ,& ꝓpriè vel principaliter ſunt qua-
tuor poſt Romanũ,quorũ maioritas vel dignitas eſt ſecun-
dum iſtũ ordinẽ Conſtantinopolitanus, Alexãdrinus, Antio-
chenus,Hieroſolymitanus: vt de priui.antiqua.Alijverò ꝓ-
priè dicũtur primates:vt Aquilegiẽſis,Gradẽſis,Bituricẽſis,
Cantuariẽſis,& huiuſmodi.Sum.autẽ Ang.cõtra Roſ.& Sup.
& text.in d.c.antiqua.inter principales nõ annumerat Antio
chenũ:allegãs gl.in c.cleros.quę ibi eſt cõtra eũ ponẽs inter
principales prædictos quatuor,& addẽs Romanũ.¶Priuile-
gia horũ quatuor principaliũ ſunt quatuor,vt habetur ex d.
c.antiqua.iuncta gl.præcipuè Inn.¶Primũ.Quia poſtquam
receperunt pallium ab apoſtolica ſede,conferunt illud me-
tropolitanis ſuis.¶Secundũ.Quia recipiũt fidelitatis & obe
dientiæ iuramẽtũ pro ſe & eccleſia Romana.¶Tertiũ.Quia
faciũt ante ſe vbiq; crucẽ deferri,niſi in vrbe Romana,&vbi
fuerit papa vel eius legatus vtẽs inſignijs papalibus:quæ ſe-
cundũ Pan.ibi,ſunt veſtis rubea,palafredus albus,frenũ &cal
caria deaurata.Qui etiã not.ibi,quòd inſignijs denotãtibus
ſuperioritatẽ in loco non poteſt quis vti extra ſuum torrito-
rium.intellige niſi ex priuilegio: quia hoc inquit,tendit in
præiudicium aliorum,ne in eodem loco videantur eſſe plu-
res prælati.Ex quo infert quòd patriarcha.archiepiſcopusvel
epiſcopus non poteſt ſolenniter benedicere extra diœceſim
ſuam:cum per hoc dimittantur venialia,quæ dimitti nõ poſ
ſunt niſi per ſuperiorem.de pœn.& re.quòd autem Inſignijs
verò denotantibus dignitatemvel perfectionem in perſona
inſignita,vt eſt delatio annulli.celebratio in pontificalibus,
poteſt quis vti exrra ſuã iuriſdictionẽ:vt etiam fortè eſt de-
portatio caudæ,quæ nõ denotat ſuperioritatem in loco,ſed
grauitatẽ.¶Quartum.Quia ad ipſos omiſsis medijs appel-
latur.Et hoc vltimum licet gl.ibi neget,Innocen.tamen &
Hoſtien.& Specul.hoc tenent:& Panor.hoc dicit eſſe com-
munius:licet dom.Ant.dicat communiorem eſſe aliam opi
nionem.& hoc tene,ar.d.c antiqua.vbi hoc eis datur in priui
legium,quòd nullũ eſſet,ſi ad eos appellari nõ poſsit omiſ-
ſis medijs:cum de iure cõmuni ab archiepiſcopo ad patriar-
cham appelletur.vj.q.iiij.ſi inter.¶Iuriſdictionem verò pa-
triarchæ ſiue primatis in ſubditos ſuffraganeorum habent,
ſecundũ Ray.in octo caſibus.¶Primò cũ appellatur ad eos.
diſt.xcix.prouinciæ.quòd Panor.intelligit de archiepiſcopis
exiſtentibus in prouincijs deputatis ipſi patriarchæ.¶Secun-
dò cum vacat eccleſia metropolitana, & poſtulatur Primas
vt diſponat de rebus ad metropolitanum pertinentibus,ſci-
licet cuſtodiendis.de offic.ordi.præſenti.lib.vj. ¶Tertiò ex
conſuetudine & priuilegio.ix.q.iij.cõquęſtus.¶Quartò,cum
ſuper arduo negotio dubitatur,nec poteſt in prouinciali cõ-
cilio terminari:quia tunc metropolitanus debet primatem
conſulere.diſtinctio.xviij.de concilijs.¶Quintò,cum metro
politanus eſt negligẽs vel remiſſus:quia poteſt ſupplere de-
fectus eius.ix.quæſt.iij.cum ſimus. ¶Sextò, quando aliquis
conqueritur de archiepiſcopo: quia Primas eſt iudex. xj. q.
j.ſi clericus.¶Septimò,ſi ſubditus metropolitani conquera-
tur primati quòd iniuſtè ipſum excõmunicauit,& Primas re
mittat eum ad metropolitanũ vt abſoluat,& ille abſolutio-
nem obtinere nõ poterit: quia abſoluit eum patriarcha,præ
cipiens vt ſatisfaciat metropolitano: aliter reducet eum in
eandem ſententiam,niſi conſtiterit eum iniuſtè excõmunica
tum:vt in c.ad reprimendam. de offic.or. ¶Octauò, quãdo
archiepiſcopus vel epiſcopus fecit mandatũ illicitũ vel iniu-
ſtum,& ſubditus appellauit ad papã;quia poterit patriarcha
declarare iuſtè fuiſſe appellatum,ar.de appe.ſolicitudinem.

¶PATRONVS,vide ſuprà,Ius patronatus.

## De Peccato actuali.

1 *Actus vnus an poſsit eſſe bonus & malus.*
2 *Peccaum vnum an ſit voluntatis & operis.*
3 *Peccatum mortale quomodo diſcernatur à veniali.*
4 *Peccatum veniale an poſsit fieri mortale.*
5 *Venialia an oporteat confiteri & pœnitere.*
6 *Contritio an requiratur ad remiſsionem venialium.*
7 *Venialia quot modis remittantur.*

PECCATVM actuale,vt de originali omittamus,ſecun
dum Ambro.eſt præuaricatio legis diuinæ, & cœleſtiũ
inobedientia mandatorum. Vel ſecundum mentem Sancti
Tho.eſt actus humanus malus,ſcilicet moraliter, vt patet
iij.quæſt.lxxj.art.vj.& lxxij.art.j.& iij.contra cap.xix.Eſt au-
tem duplex ſcilicet mortale,& veniale,quod nõ perfectè at-
tingit ad rationẽ peccati,de quibus Theologicè multa val-
de dici poſſent:ſed tãtùm de quibuſdã modo volo inquirere
ſpectantia ad propoſitũ noſtrum. ¶Primo ergo quæritur,
†vtrum vnus & idem actus poſsit eſſe bonus & malus?Et di 1
cit S.Tho. ſecunda ſecundæ, q.xx. quòd actus vnus vnitate
naturæ. vt vna continua ambulatio,poteſt eſſe bonus & ma
lus in vnitate moris:cum poſsit eſſe plures ſecundum genus
moris,ſi mutetur ambulantis voluntas, quæ principiũ mo-
raliũ actuũ eſt:ſed vnus in genere moris nõ põt eſſe bonus
& malus moraliter.hæc ex illo.¶Sucũdo quærit̃,† vtrũ vo- 2
lũtas & opus exterius ſintvnũ peccatũ?Et dicit Pet.quòd ſic

formaliter, vt ſunt coniuncta, id eſt, ſimul tempore, vt cauſa
& effectus: licet ſint plura materialiter, quia vna eſt ratio
deordinandi, licet plura deordinata: vt autem ſunt ſeparata,
puta ſecundum aliud & aliud tempus: ſic ſunt diuerſa pecca
ta, intellige formaliter: quia diuerſæ ſunt auerſiones & con-
uerſiones. Imò ſecundum mentem S. Tho. cum vno numero
actu exteriori ſtãt multa peccata formaliter & eſſentialiter
diſtincta, ſi ſtante vno exteriori actu volũtas frequẽter mu-
tetur ad aliqua diſparata, & reuertatur ad idẽ, vt patet ex di-
ctis. §. priore. ſecus ſi mutetur ad aliqua ordinata ad eundẽ
finem: vt cùm is, qui vult fornicari, cogitat de clauſione oſtij
ne deprehẽdatur: quia omnia huiuſmodi opa interiora ſunt
vnũ peccatũ ab vnitate vnius finis virtualiter in oĩbus in-
tenti: niſi aut mẽs ad diſparata mutetur: aut omnino deſinat
aliquid cogitare. ¶ Tertio quæritur, † quomodo peccatum
3 mortale diſcerni poſsit à veniali? Et dico quòd omnia pecca
ta, quæ ſunt cõtra præcepta diuinæ aut naturalis aut huma-
næ legis, de quo ĩ. Præceptũ. §. ij. ſunt peccata mortalia ſe-
cundũ omnes doct. regulariter. quod tamẽ fallit ſecundũ S.
Tho. dupliciter. Primò ex imperfectione actus, qui ſcilicet
ſubrepit ex primo motu ſenſualitatis, & nõ pertingit vſq; ad
cõſenſum rationis. ij. ij. q. xxxv. Secũdò ex imperfectione ob-
iecti: vt ſi cõtra iuſtitiam fiat in aliquo minimo. ij. ij. q. lix. de
quo ſcilicet, is cõtra quẽ fit, probabiliter præſupponitur con
tentus, vel ſaltẽ deberet eſſe cõtentus. Tertiò ex interuẽtu
diſpenſationis. & quartò ex interuẽtu cauſæ rationabilis ex-
cuſantis quo ad præcepta humana. Omnia verò peccata, quę
ſunt cõtra mãdata vel cõſilia, ſunt regulariter venialia. quod
fallit ſecundũ S Tho. & alios multipliciter. Primò ſi quis ibi
ſtatuat finẽ vltimum, paratus ſcilicet mortaliter peccare, ſi
de hoc cogitetur actu. Secundò ſi fiat ad finẽ, qui ſit peccatũ
mortale. Tertiò. ſi interueniat contẽptus. Quartò ſi quis de
ſalute proximi inde nõ curet eo modo, quo dictũ eſt de mu
liere ſuperfluè ſe ornãte, nõ curante ſi inde quis ruat: vt ſ. Or
natus. §. iij. Quintò, ſi cõſciẽtia ſit erronea ſic credẽs. ¶ Quar
4 tò quęritur, † vtrũ peccatũ veniale poſsit fieri mortale? Et di
cit Pet. ꝙ idẽ numero actus in genere moris, qui eſt venia-
lis. nõ poteſt fieri mortalis. & quod dicitur quòd multitudo
venialiũ ita poſſet obruere ſicut vnũ mortale, eſt verũ occa
ſionaliter ſolùm: ſed idẽ in ſpecie ſic. Et intendit quòd illud
quod ſecundũ ſe ex ſuo genere eſt veniale, põt fieri mortale
huic vel illi. quod verũ eſt quatuor prædictis modis. §. priore.
nõ autẽ eo modo, quo dicit gl. de pœn. diſt. j. in c. tres ſunt. in
verbo, opprimẽt. Et approbat. Supple. in tit. Ornatus. ſcilicet
quaſi ipſe cõtẽptus & vilipenſio venialiũ ſit mortale: niſi for
tè in religioſo, qui tenetur habere propoſitũ, ꝓficiẽdi: quia
nullibi eſt præceptũ quòd iſtã curam habeamus, ſed cõſuli-
5 tur tantùm. ¶ Quintò quæritur, † vtrũ ſit neceſſe de veniali-
bus pœnitere aut confiteri? Et de cõfiteri quidẽ dictũ eſt ſ.
Confeſsio. j. §. xiij. De pœnitere autẽ dicit S. Tho. in iiij. diſt.
xvj. quòd nõ eſt neceſſe abſolutè, quia inde mors nõ incurri-
tur, niſi fortè ex contẽptu, ſed ex ſuppoſitione quòd debeant
remitti in hac vita. Et ſecundũ hoc propriè dicitur quis ad
aliquid teneri: ideoq; homo nõ teneatur ad pœnitẽtiam de
venialibus, niſi largè ſumẽdo, ĩ. Pœnitẽtia. §. iiij. ¶ Sextò quę
6 ritur, † vtrum ad remiſsionẽ venialiũ contritio requiratur?
Et dicit ac probat San. Tho. in iiij. diſt. xvj. quòd veniale non
poteſt dimitti ſine mortali: ſicut nec haberi poteſt feruor
charitatis, qui opponitur veniali, ſine charitate. Igitur venia
le nõ remittitur, quãdiu voluntas manet in illo: quia nõ tol
litur culpa, niſi reordinetur voluntas. quod eſſe non poteſt,
quandiu in ipſa deordinatione manet. Igitur veniale ſine cõ
tritione non dimittitur: quia ipſum recedere voluntatis à ve
niali, eſt diſplicere. quæ diſplicentia, quando eſt gratia infor-
mata, eſt dolor contritionis. Cum tamẽ contritio tripliciter
accipiatur, ſcilicet habitu, actu, & medio modo. cõtritio habi
tu nõ ſufficit ad hoc: quia veniale cum pœnitentia, & cõſe-
quenter cum gratia eſſe non poſſet. nec requiritur cõtritio
actu quia remitti nõ poſſet peccatum, quod non habetur in
memoria. vnde requiritur cõtritio medio modo, quãdo ſcili
cet & ſi veniale actu nõ diſpliceat explicitè, diſplicet tñ im-
plicitè: qa virtute actus qui agitur, ſequeretur diſplicẽtia ex-
plicita peccati venialis, ſi cogitatio ferretur ad illud. Hæc ex
illo. ¶ Septimò quærit', † quot modis venialia remittãtur? Et 7
dico ꝙ multis modis, vt diffuſe deduxi in aur. Rol. caſu. xiiij.
ſcilicet per communionẽ, per aſperſionem aquæ bñdictæ,
per eleemoſynam, per orationẽ præcipuè dominicã, per cõ
feſsionẽ generalem, per epiſcopalem benedictionẽ, per pe-
ctoris tunſionem, per cordis cõtritionem. Sed aduerte quòd
ideo ſic Canoniſtæ dicũt, qa ita legũt: ſed poſsibile eſt quòd
per iſta non remittãtur, & quòd remittãtur per alia: quia ra
tio quòd per iſta remittũtur eſt, quia per hæc excitatur deuo
tio & feruor charitatis, quo ſecundũ S. Th. vt dictũ eſt, remit
tuntur: qui poſsibiliter nõ conſurgit ex iſtis, licet ſæpius con
ſurgat & cõſurgere poteſt ex alijs. Quid autẽ ſit peccatum
in ſpiritum Sanctum, vide Sanct. Tho. ij. ij. q. xiiij.

## De Peculio. j. in ſe.


1 *Peculium quid, & quotuplex in laico & clerico. & nu. 2.*
3 *Peculij iura erga patrem & filium.*
4 *Caſtrenſe an intelligatur quod datur filiofamilias militi.*
5 *Peculium datum non militi, cum expreſsione, quòd ſit caſtrenſe, an efficiatur caſtrenſe.*
6 *Quaſi caſtrenſe an ſit quod datum eſt aduocato, aut non aduocato, cum expreſsione, quòd ſit quaſi caſtrenſe. & nu. 7.*
8 *Libri empti filio an ſint peculium quaſi caſtrenſe.*
*Filius conferre tenetur fratribus poſt mortem patris, quod ei pater viuens contulit.*
9 *Quaſi caſtrenſe an ſit, quod ex ſalario publico datur alicui artifici.*
10 *Quaſi caſtrenſe an ſit quod lucratur notarius vel aduocatus non ex publico.*
11 *Nautarum lucrum an ſit caſtrenſe vel quaſi.*
12 *Profectitium an dicatur quicquid acquiſitu eſt ex pecunia vel rebus patris, etiã ex delicto vel dono. & nu. 13. 14. & 15.*
16 *Dos à filio lucrata an ſit profectitia.*
17 *Peculium filij an in dubio præſumatur profectitium.*
18 *Aduentitium an ſit omne, quod filio relictum vel datum eſt ab extraneo.*
19 *Aduentitium an ſit aliquando, quod pater filio donat.*
20 *Inuentarium an facere debeat pater de aduentitijs filij.*


PECVLIVM, dictũ eſt, quaſi pecunia puſilla, vel pu-
ſillũ patrimoniũ. ff. de peculio. l. depoſiti. Et aliquan-
do ſignificat omne patrimonium cuiuſlibet hominis
etiã liberi, vt. ff. ad Trebel. l. cogi. Aliquãdo verò ſumitur alijs
modis, vt not. gloſ. in rubr. ff. eodem titu. ſed nunc de eo lo-
quor, vt attinet filiofamiliàs vel ſeruo. Et eſt peculium pu-
la ſubſtantia, vel pecunia ſeparata à rebus & ratiocinijs pa-
tris aut domini, data vel promiſſa filio vel ſeruo. [illegible]
poſiti. §. peculium. Eſt autem duplex in propoſito. quoddam
ſcilicet laicale, & quoddam clericale: & vtrunque, vel ſaltem
laicale, eſt quadruplex, ſcilicet caſtrenſe, quaſi caſtrenſe, pro
fectitium, & aduentitium.
¶ Primò verò quæritur, † quid ſit quodlibet horũ peculiorũ 1
quo ad laicos? Et dico ꝙ peculiũ caſtrẽſe eſt id, quod [illegible]
gẽti in militia occaſiõe militię donatur à parentibus, cognatis
aut alijs: vel quod ipſe in militia acquiſiuit, aliàs niſi militaſ-
ſet non acquiſiturus. ff. de caſtren. pecu. l. caſtrenſe cum ibi
no. Adde etiam quòd ſecundum Accur. C. eod. in rubrica, &
pallatinorum, id eſt, militum palatij. qui principem ſequun-
tur peculium, id eſt quod habent ratione militiæ, eſt caſtrẽ-
ſe. ¶ Quaſi caſtrenſe verò eſt, quod acquiritur ab aduocatis,
tabellionibus, magiſtris ſtudiorum liberaliũ artium, & me-
dicis, ac omnibus, qui ex publica cauſa, vel publico officio ſa
laria vel ſtipendia recipiunt publica. C. de inoff. teſta. l. cum
antiquis. cum ibi not. Vnde ad hoc peculium requiritur pu-
blica cauſa, & publicum ſalarium: vel ſaltem quòd debeatur
publicum ſalarium. ¶ Profectitium eſt quod proficiſcitur ex
ſubſtãtia vel rebus patris, ſecundũ Bart. in l. cum oportet. C.
de bo. quæ lib. vbi dicit gl. quòd ly, ex, largè accipitur vt cõ-
prehendat omne quod occaſione patris obuenit: vt l. additio.
ff. de acqui. hære. & ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. ſed ſi plures.
§. in arrogato. Et intellige occaſione proxima. l. ſociũ qui in
eo. ff. pro ſoc. de quo infrà, §. xiiij. ¶ Aduentitiũ vero eſt, quod
acquiritur ex induſtria vel labore. quod intelligo ſeorſum ab
exercitio rei domeſticæ: ſicut de muliere lucroſa dicitur ſu-
prà Eleemoſyna. §. v. partic. v. vel donatione aliunde quàm
intuitu patris facta: vel ex ſucceſsione, vel aliter aliũde pro-
uenit ex euentu vel forma. Quod tamen fallit in eo quod
ab Auguſto vel ab Auguſta donatur, quod iudicatur quaſi
caſtrenſe. C. de bo. quæ lib. l. cum multa. & ſecundum Ludo.
in donato à rege: quia quod eſt ſtatutũ de Imperatore gene-
raliter, intelligitur ſtatutum de rege particulariter, ſecundũ
not. per Inn. in c. ſuper quibuſdam. de verb. ſig. ¶ Supple. ad-
dit quintũ peculium miſtum ex duobus vltimis, ſcilicet ſi fi-
lius ex rebus patris ſua induſtria vel labore lucretur: quia lu
crum erit partim profectitium, partim aduẽtitiũ: quia quod
ius eſt de toto ad totum, eſt de partẽ ad parte. ff. de rei vend.
l. quæ de tota. Sed dico quòd ſi iuſſu patris exercet res eius,
totum eſt patris, & profectitium: quia ad hoc tenetur. Si ve-
rò ſine iuſſu patris expreſſo, ſed cum interpretatiuo, eſt idẽ:
ſi verò cõtra voluntatẽ eius, eſt fur. ¶ Secũdò queritur, † quid
2 ſit quodlibet horũ peculiorũ quatũ ad clericos? Et dico ꝙ
in eis non habet locum peculium caſtrenſe: quia nõ militãt
corporaliter. ¶ Quaſi caſtrenſe autem eſt quicquid acquirũt
officio ſuo, vel ex beneficijs, de quo & teſtari poſſunt. l. ſa-
croſanctæ. C. de epiſc. & cler. quod limita ex nõ curatis: ſecus
ſi ſint cum cura: imò ſecus ſi ſint cum adminiſtratione: vt eſt
gl. in c. fin. de off. ord. lib. vj. Secus etiã ſi fructus nõ ſint recõ
diti: vt in ea. glo. Et de hoc vide ſuprà Clericus. iiij. §. iij. iiij. &
ſequẽtibus. Ex quibus patet quòd nõ bene cõcedit hic Sum.
Roſ. quaſi caſtrẽſe eſſe quicquid acquirũt ex beneficijs non
curatis. ¶ Profectitium verò eſt, quod de bonis eccleſię pro-
cedit, vel eius contemplatione acquiritur. quod quidem dici-
tur profectitium reſpectu eccleſiæ non reſpectu patris: vnde
eſt eccleſię quo ad proprietatem & vſumfructũ: nec poſſunt
de eo diſponere clerici ad libitũ, ſed vt iura permittũt: vt ſ.
Clericus. iiij. ¶ Aduẽtitiũ verò ſecundũ Gof. in Sum. eſt quod
acquirũt ex opera ſua, vel aliàs prouenit ex intuitu perſonæ:
quod etiam dicitur aduentitium nõ verè, ſed ſimilitudinarie:
quia quod laico eſt aduentitiũ, clerico eſt caſtrenſe vel qua-
ſi: vt ſuprà Clericus. iiij. §. iiij. Vnde quicquid venit ad domi-
nium clericorũ, niſi proficiſcatur ex rebus eccleſiæ vel obue
niat ex eius intuitu, eſt caſtrẽſe vel quaſi: & de eo poſſunt ad
libitum diſponere & teſtari legitimè legata filijs vel parẽti
bus: vt in authent. de ſan. epiſ. §. presbyteros. & ponitur C. de
epiſ. & cle. authen. presbyteros. quod Sum. Ang. cõcedit indi
ſtinctè. Sed tu dic nõ eſſe verũ in peculio profectitio patris
ſue ex rebus patris vel eius intuitu. Vnde & Pan. in rubr. de
pec. cler. dicit quòd iſta peculia non differunt quo ad laicos
vel clericos, niſi in aduentitio: eſt verum in clericis filijsfami
lias, quia per clericatum non eximuntur à patria poteſtate
in temporalibus: licet aliud minus bene ſentiat gloſ. in c. Iu-
dæorum. de ætate & qualit. quia hoc tenet ibi Inno. & com-
muniter Doc. & probatur in c. per venerabilem. qui filij ſint
leg. vbi eſt ſpeciale in epiſcopo. hæc ex illo. Ex quibus patet
quòd clericus filiusfamilias in peculio profectitio nõ diſtat
à clerico. ¶ Tertiò quæritur, † quid iuris habeat pater aut fi- 3
liusfamilias in dictis peculijs? Et dico quòd in caſtrenſi & in
quaſi caſtrenſi pater nihil iuris habet, quin potius ipſe filius
in eis cenſetur paterfamilias: vt C. de inoffi. teſta. l. fi. & ff. ad
Maced. l. j. §. vlt. & l. ij. & conſequenter de eo poteſt ad libitũ
diſponere & teſtari, ſecundum omnes Doct. nec poſt mor-
tem patris illud cõmunicabit cum fratribus. l. antiquis. C. de
inoffi. teſta. & C. de colla. l. fi. ¶ In profectitio verò pater ha-
bet proprietatẽ & vſumfructũ: filius autẽ nihil iuris habet.
Inſtit. per quas perſo. nob. acqui. §. j. Vnde ad hoc ſolũ valet
hoc peculium filio, ne publicetur in caſu, in quo alia bona
patris publicantur: vt in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de
dam. infe. Poſt mortẽ tamẽ patris erit cõmune cum alijs fra
tribus. ¶ In aduentitio verò filius habet proprietatẽ: ſed pa-
ter in vita habet vſumfructũ, ita quod filius de eo teſtari nõ
poteſt. de ſepult. c. licet pater. lib. vj. Et ſi pater filiũ emãcipa
uerit, apud patrẽ remanebit media pars vſusfructus aduenti-
tiorũ. Inſti. per quas perſo. nob. acqui. §. ſancitũ. Si verò præ-
moriatur filio, erit filij ſpecialiter & totaliter, nec cõmuni-
cabit cum alijs fratribus: ſi verò filius præmoriatur patri, e-
rit patris, niſi filios reliquerit, quia erũt loco patris. d. §. ſanci
tum. Si etiã filius habens bona aduentitia crimẽ admiſerit,
propter quod, ſi eſſet paterfamilias, bona eius veniret publi-
canda: licet ſint diuerſæ opiniones, tamen cõmunis opinio
eſt quòd dicta bona veniunt publicanda quantũ ad proprie-
tatem manente vſu apud patrẽ. pro qua opinione eſt Bart. in
l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de dam. infect. & idẽ Ang. &
Salic. Vide eos, ſi placet, quia multa hincinde dicũtur. Et in-
tellige, patrẽ in hoc habere vſumfructũ, dum vixerit, niſi re-
miſerit, vel niſi ab aliquo ſit donatum vel relictũ hoc pacto,
vt ad patrẽ non pertineat vſusfructus, vel niſi ſuccedat filius
vnà cum patre in hæreditate fratris vel ſororis: vel niſi quã-
do pater noluit aſſentire filio adeunti aliquam hæreditatẽ:
vel niſi pater cõmiſerit inceſtas nuptias: vel niſi patre minus
legitimè diuertente, id eſt, diuortiũ indebitè faciente, bona
filijs applicentur. Inſtitu. per quas perſo. nob. acqui. §. ſanci-
tum. in glo. vel ſi filius recipit dotem patre nõ conſentiente
nec ſe obligante, ſecundum Bar. in l. contra. ff. rerum. amot.
quia in iſtis patri non acquiritur vſusfructus, nec quicquam
alind. ¶ Quartò quęritur, † vtrum donatum filiofamilias mi 4
liti ſine alia expreſsione, ſit caſtrẽſe? Et Bart. in tract. de duo
bus fratribus. & in l. ſi fortè. ff. de caſtrẽ. pec. diſtinguit. Nam
ſi donatur neceſſarium vel aptũ militiæ, vt equus & arma-
in dubio dicetur caſtrenſe, à quocunq; donetur. l. miles prę
cipua. & l. caſtrenſe. ff. de caſtren. pecu. Si verò donatur quod
non eſt aptum ad militiam, vt aliquid immobile, non erit ca
ſtrenſe, etiã ſi expreſſe dixerit hoc donans: vt l. ſi fortè. ff. de
caſtr. pecul. & quod ibi tenet Dyn. & C. eod. l. j. quod tamen
fallit in duobus caſibus. Primò, quando donans eſt notus ſo-
lùm ex militia: quia donatum indiſtinctè eſt caſtrẽſe. Secun-
dò, quando datum eſt expreſſe vt vendatur, & emãtur apta
ad militiam. Si verò donatur quod poteſt eſſe aptum ad mi-
litiam & alia, ſi expreſſe & nominatim ad militiã datur, erit
caſtrenſe: ſi verò datur ſimpliciter ſine expreſsione, non erit
caſtrenſe, niſi ſit datum à noto ſolùm ex militia. l. ſi militi. ff.

de caſtr.pec.& quod not.Bart.in d.l.ſi fortè. ¶Quintò quę-
5 ritur,†quid ſi donatur filiofamilias nõ militi cum expreſsio
ne quod ſit ei caſtrenſe? Et dicit Bart.in prædicto trac.quòd
licet appoſitio talium verbornm nõ valeat,niſi vt ſit aduen-
titium:vt d.l.ſi fortè.operabitur tamen vt patri non acquira
tur vſusfructus.quod poteſt facere donans:vt C. de bo.quæ
liber.authẽ.excipitur.& ſic licet vitietur expreſſum:non ta-
men vitiatur tacitũ.l.j.ff.quib.mo pig.vel hypo.ſol.¶Sextò
6 quæritur,†vtrum donatum filiofamilias aduocato vel aliud
publicum officium habenti ſit quaſi caſtrenſe? Et dico quòd
Bart.in d.tract.eodem modo diſtinguit vt ſuprà § iiij.de mi
lite diſtinxit,ſcilicet quia ſi detur neceſſarium vel aptum ad
tale officium , erit quaſi caſtrenſe , à quocunq; donetur : ſi
verò detur non aptum,non erit quaſi caſtrenſe:& ſic de alijs
7 vſq; ad finem.¶Septimò quæritur,†quid ſi filiofamilias,qui
non eſt in aliquo publico officio, detur aliquid cum expreſ-
ſione quòd ſit ei quaſi caſtrenſe? Et dico ſecundum Barto.vt
ſuprà,§.v.de non militе & caſtrenſi,quia ſcilicet erit aduen-
titium:& tamen pater non habebit vſumfructum.¶Octauò
quæritur,†vtrum libri empti à patre filio ſuo,ſint filio pecu
8 lium quaſi caſtrenſe:vel potius veniant conferendi cum fra
tribus poſt mortem patris? Et diſtinguit Bart.in l.j.§.nec ca-
ſtrenſe.ff.de collat.bo.Nã ſi pater emit ſolùm nomine filij,
& non tradidit,nec expreſsit ſe donare:tunc ſunt propriè pa
tris.C.de caſtrenſi peculio.l.j.lib.xij.nam traditio requiritur
vt videatur donare.C.de donat.inter vir.& vxo.l.ſi filij. ¶Si
verò emit nomine filij,& tradidit ei,vel dixit ſe eos donare:
tũc ſi filius erat iam aduocatus vel doctor tẽpore donatiõis,
acquiruntur ei in quaſi caſtrẽſe.l.j.C.de caſt.pec.& l.caſtren
ſe.ff eo.nec poterit ſic donatũ pater reuocare:quaſi donatio
ſit incõntinenti valida.l.ſi filius.C.famil.erciſ.vnde nõ com-
municabuntur:vt d.l.j.C.de caſtr.pec.& d.l.caſtrenſe.ff.eod.
Si verò nec aduocatus nec doctor erat,ſed ſcholaris : tunc ſi
ſtudium ſuum cõpleuerat ante mortem patris, efficiũtur ei
quaſi caſtrenſe:quia incipit quaſi militare.l.ſiue emãcipatis.
C.de donat.& l.donationes in concubinas.§.pater.ff.eod.nec
venirent in collationẽ.d.§.nec caſtrenſe.¶Si verò ante mor-
tem patris,ſtudium ſuum non compleuerat.nõ poſſunt dici
quaſi caſtrenſe:quia qualitas perſonæ non patitur: cum non
habeat aliquam ex illis dignitatibus, quæ ponuntur in d.l.ſi.
C.de inoffi.teſta.quia ſcholares non gaudent eo priuilegio,
quo magiſtri & doctores.l.j.in fin.C.de ſtu.lib.& facit quod
not.in l.ſi.C.de iuriſd.om.iudic.Hoc tamen fallit, ſi pater ei
non emancipato libros dedit,ſed eos nõ eſt adeptus niſi poſt
emancipationem:quia erunt ſui,eò quòd confirmetur dona
tio.d.l.ſiue.& d. §. pater. Et idem dic de quocunq; donato à
patre filio emancipato vel etiam non emancipato, ſi eman-
cipatus voluntate patris poſſedit:quia erit filij:nec pater po
ſtea poterit reuocare.d.l.ſiue.ſecus ſi poſt emancipationem
contra voluntatẽ patris tenuiſſet donata. Et ſimiliter dicꝙ
confirmatur dicta donatio morte patris etiã ſi filius non eſt
emancipatus fauore ſtudentium : & ſic poſt mortem patris
talia erunt ſua,nec cõmunicabit cum fratribus.l.filiæ.C.fa-
mil.erciſcun.ſecundũ opinionẽ approbatam in gl.d.l.ſiue.Si
verò neſcitur an donauerit nécne:tunc ſecundũ Bar. in addi
tionibus ad præfatum tract.Bart.ad coniecturas eſt recurrẽ
dum ſecundũ dicenda infrà,§.xij.Aduertendum eſt tamẽ hic
ſecundum Bart.in auth.ex teſtamento. C.de colla.quod do-
natum à patre filio emancipato,eſt conferendum poſt mor
tem,& computabitur in parte eius:ſed donatum filio exiſtẽ-
ti in ſua poteſtate,licet non valeat in vita ipſius patris,poſt
mortem tamen vim ſibi aſſumit,& habet vim legati.vt l.in
donationibus.C.ad legem Fal.& l.donationes.la j.C.de do-
nat.inter.vir.& vxo.Et ſicut legata & fideicommiſſa non cõ
feruntur.l.penul.C.de loca.ſic nec talis donatio.Fallit tamẽ
hoc primò quando emergit inæqualitas.l.pen.C. de collat.
Secundò quãdo pater hoc expreſsit. Tertiò quãdo dedit vt
haberet in peculio.l.donatione.C.de colla.¶ Nonò quæri-
tur,†vtrũ ſit quaſi caſtrẽſe quod lucrãtur artifices, vt fabri,
cæmentarij & lignarij,& huiuſmodi laborantes in rebus cõ 9
munibus.& ſalarium habentes ex publico? Et dico quòd nõ
quia non ſufficit quòd acquiſitum ſit ex publico:ſed oportet
quòd ſit ex publica cauſa,puta publico officio. quod tamen
ſecundum Salic.in l.ſi.C.de inoffic.teſta.fallit in architectis
ſeu ingeniarijs dominorum vel cõmunis:quia quod acquirũt
habebunt pro quaſi caſtrenſi.¶Decimò quæritur.† quid de 10
notarijs & aduocatis,& aſſeſſoribus non habentibus ſalariũ
publicum? Et dicit Bal.in d.l.fin.C.de inoffic.teſta.quòd ad-
uocati acquirentes aliquid nõ ex publico,ſed à clientulis,ha-
bebunt illud quaſi caſtrenſe:quia cedit eis loco publici ſala-
rij,ex quo hodie eis non ſoluitur ex publico.l. fori tui.C. de
aduoc.diuer.iudi.Et ibi dicit Bart. quòd ſimiliter erit quaſi
caſtrenſe quod acquirunt aſſeſſores,ſecundũ Gloſ.ibidẽ. Et
ſimiliter dicit idem Bart.in l.ſi mulier.ff.de caſt.pec.de reli-
ctis aduocato pro emẽdis libris vel equo cauſa eundi ad of-
ficia,& huiuſmodi.¶Quantum ad notarios autem,qui nõ ha
bent ſalarium ex publico? Et dico quod notarij cõmunes nõ
acquirunt quaſi caſtrenſe,ſed ſolùm notarij cõmunis vel do
minorum,aut officialiũ.qui habere deberẽt ſalarium ex pu-
blico.¶Vndecimò quæritur,†quid de nautis? Et dico quòd 11
cum in mari dicatur quis aliquando militare:vt not.in l.j.ff.
de bono.poſ.ex teſta.mi.imò in claſsibus omnes remiges &
nautæ milites ſunt:vt in d.l.j.ideo dico quòd lucrũ remigũ
& nautarum in claſsibus ſeu bellico apparatu maritimo, eſt
caſtrenſe vel quaſi:& idẽm de omnibus patronis,officialibus
& nautis,qui ex publica cauſa hoc faciunt.d.l.j.Et intellige
in bello iuſto:quia non eſt publica cauſa vel officium, quod
non ordinatur ad bonum cõmune.Secus ergo in bello iniu-
ſto piratarum,& huiuſmodi,etiam ſi haberent ſalariũ ex pu
blico.ſecus etiã in nauigãtibus ex cauſa priuata,vt pro mer-
cibus,& huiuſmodi.Eſt tamẽ lucrũ eorũ qui habent officia
in nauibus,& qui laborant pro rebus conducendis ex cauſa
priuata aduentitiũ:nec eſt cõmunicandum cum fratribus,ſi
contracta eſt inter eos ſocietas omnis quæſtus & lucri ſolũ:
ſed ſolùm ſi eſſet ſocietas omniũ bonorum.de quo infrà,Pe
culiũ.ij.§.xix.ita tamen quòd illud lucrũ non ſit ex negotia-
tione.¶Duodecimò quæritur.†vtrũ omne quęſitũ à filio ex 12
pecunia vel rebus patris ſit profectitiũ? Et dicit Bar.in prędi-
cto tract. & in l.cùm oportet.C.de bo.quæ lib. quòd omne
quæſitũ filio ex bonis patris,ſiue ſint pecunię ſiue poſſeſsio
nes ſibi datę ſine labore & induſtria filij,puta dãdo poſſeſsio
nes colono,& pecuniã mercatori,eſt profectitiũ: ſed ſi quid
ex prædictis acquirit labore ſuo vel induſtria,puta laborãdo
agrũ,vel ex pecunia negotiãdo:dicit quòd ſicut lucrũ ex pe-
cunia factũ partim pecuniæ partim perſonę lucrãti attribui
tur.l.j.C.pro ſocio.& l.ſi nõ fuerint.§.j.ff.eod.ſic dictũ lucrũ
ꝓ parte quæ debetur fundo vel pecuniæ,erit ꝓfectitiũ:& ꝓ
parte debita operi perſonæ lucrãtis erit aduentitiũ.d.l. cùm
oportet.poſt principiũ.vbi patet quòd omẽ lucrũ proueniẽs
ex perſona filij,eſt aduẽtitiũ.Nec obſt.l.ſi ita §.ſi.ff.de vſu &
habita.& l.per ſeruũ.§.ſi.de acqui.rer.do.quas allegat Spec.
qui tenet cõtrariũ:qa loquũtur in ſeruo, qui acquirit domi-
no ex opere ſuæ perſonę.Et ita refert.& tenet Sum. Ang. &
cõſentit Sum.Roſ.hic §.vij.& viij.& Sup.idẽ diceret,vt patet
ex allegatis ſ.§.j.in fi.& idẽ videt ſenſiſſe Io.de Pla.Ego ve-
rò dico ꝙ gl.in d.l.cùm oportet.dicit ꝙ huiuſmodi lucrũ eſt
profe-
profectitium:quia ex re patris proficiſcitur.ff.ad Tre.l.baſi-
lica.& ipſi ac Spe.bene ſenſerunt vt hoc lucrum ſit profecti-
tium,ſi filius erat in poteſtate patris:quia ex rebus patris ac-
quirit patri,vt patet Inſti.per quas perſo.no.acqui.in prin.&
patet etiam ratione.Filius enim in vſu & exercitio rerũ pa-
ternarum conuenienti ſuæ perſonæ tenetur patri: & conſe-
quenter tale opus eſt patri debitum:nec inde poſſet filius lu
crari,ſicut nec ſeruus.Nec bene ſoluunt iſti ad l.ſi ita.nec ad
l.per ſeruum.quia quantum ad hoc eadem eſt ratio de filio,
per quem patri,ſicut per ſeruũ domino,acquiritur : nec etiã
bene probant per d.l.cùm oportet.quia ipſe expreſſe excipit
lucrũ,quod ex ſubſtantia patris ſit,vt patet intuenti . Et hoc
intellige, etiã ſi filius ex fructibus fundi iterũ lucretur: quia
ſi profectitiũ eſt, quod ei donatur intuitu patris,multo for-
tius quod ei obuenit auxilio ſubſtãtiæ patris.Si tamen filius
non erat in poteſtate patris,vera eſt opinio prædicta.& pro
13 cedunt omnia allegata.¶Decimotertiò quæritur,† quid ſi
filius ex pecunia data à patre lucretur per vſuras? Et videtur
dicere gl.in d.l.cùm oportet.quòd ſit lucrũ ꝓfectitiũ. quod
ſecundũ Bar.procederet ſecundũ antiqua iura vſurã permit-
tentia:hodie verò nec profectitium eſt nec aduentitium,ſed
14 totum reſtituendum.¶Decimoquartò quæritur,†de his quę
filius acquirit ex delicto? Et dicit Bar.quòd non quæritur pa
tri:vt l.quod ſeruus.ff.de acquiren.poſſeſſ.& l . quod autem
ex furto.ff.pro ſoc.niſi filius feciſſet vſuras iuſſu patris : quia
cùm vterq; reſtituere teneatur,quęritur patri:ſemper tamen
deducto eo,quod filio pro opere debetur. Hæc ex illo.Hoc
autem caſu poteſt filius per ſeruum opus ſibi quærere,licet
illicitè:quia non tenebatur in hoc patri . ¶Decimoquintò
15 quęritur,†quid ſi filius negotiando in Gallijs ex rebus patris
captat beneuolentiã regis,& inde aliquid dono lucratur? Et
dicere videtur Spe.quòd hoc ſit profectitiũ.Bar. verò in d.l.
cùm oportet.dicit hoc dictum Spe.eſſe contra caſum l.ſoci-
um qui in eo.ff.pro ſoc.& tamen idem Bar. aliquando dicit
quòd quicquid filius habet beneficio vel occaſione patris,
eſt profectitium,vt ſ.§.j.Sed veritas eſt vt hoc profectitium
non ſit,ſed aduentitiũ:quia tex.in d.l.ſocium.virtualiter di-
ſtinguit quod occaſione patris filio dupliciter aliquid obue-
nit.Primò ſcilicet proximè & immediatè : ſicut ſi filio meo
in Anglia à te reperto dediſti decem , quæ non niſi propter
me dediſſes:vnde ſum cauſa proxima.Secundò remotè,ſicut
ſi propter patrem meum habui notitiam alicuius domini
qui plus vel æquè me vt patrem meum diligit:& quòd à tali
datur,non eſt profectitium.Vnde omnes leges , quæ dicunt
inſpiciendum cuius contemplatione vel cauſa aliquid ſit da-
tum:intelligi debent de cauſa proxima.d.l.ſocium.quoniã in
damnum acquirentis non conſideratur cauſa remota. l.ſi.ff.
de coniũgen. cùm emancipa.libe.ſed bene quantum ad cõ-
16 modũ.l.ſi fortè.ff.de ca.pe.¶Decimoſextò quęritur,†vtrum
filiusfamiliâs,qui vigore ſtatuti ex morte vxoris lucratur do
tem vel partem eius,hoc lucrum habeat quaſi profectitium?
Et dico ꝙ in hoc variè loquunt Doc.imò Bart.ſibiipſi vide-
tur contrarius.Nam in l.ſi cùm dotem.§.tranſgrediamur.ff.
ſol.ma.dicit quòd tale lucrum non eſt filio profectitiũ , ſed
aduentitiũ fundans ſe ſuper text.in l.cùm oportet. C.de bo.
quæ lib.& idem tenuit Io.de Pla.ſed ipſemet Bar.in trac.de
duob.fra.maturius & æquius loquens dicit quòd ſi filius ſuſti
net onera matrimonij de lucro ſuæ perſonæ,vt puta ſepara
tus à patre,erit ei aduentitiũ:ſi verò hæc ſuſtinet pater , erit
ei profectitiũ.Et ſic intellige Dy.in d.§. tranſgrediamur.
dicentem quòd nõ eſt aduentitiũ,ſed poſt mortem patris cõ
municabitur,per l.ij.C.fa.er.Si verò partim pater & partim
filius ſuſtinet:tunc pro rata oneris partim profectitium &
partim aduentitium erit.l.ſed & ſi quis. §.j.ff.de vſufr.& l.ſi
ſeruus cõmunis.§.ſi.ff.de ſtip.ſer.Et hoc ſequitur Bal.in d.l.
ij.& gl.in l.dotem.ff.de caſtr.pecu.& Dy.vbi ſ.& Cy.Et vtiq;
ſic tenendum eſt per argu.à contrario,in l. profectitia.§.j.in
verbo,nihil erogauit.ff.de iur.do.vbi dicit Iuriſc.quòd ſi pa-
ter repudiat legatum ſibi factum ad hoc vt filio genero ac-
quiratur,illud non cenſetur profectitium,quia propter illud
pater de ſuo nihil erogauit:& conſequenter vbi erogatio vel
impenſa patris eſt cauſa acquiſitionis : erit profectitium , vt
hic,vbi pater fecit ſumptus nuptiales,& ſuſtinuit onera,pro-
pter quæ datur illud lucrum dotale.l.actione.ff.pro ſoc.& l.
dotis.ff.de iur.do.¶Ad omnes autem leges quæ videntur in
contrarium,dicatur quòd loquuntur quando pater non ſuſti
net onera prædicta:& ad ſtatutum dicens quòd maritus lu-
cratur,dicendum eſſe verum,quando non eſt filiusfamiliâs:
aut ſi eſt,lucretur,ſed non ſibi,verùm patri. ¶Decimoſepti-
mò quæritur,†vtrum acquiſitum per filiumfamiliâs in du- 17
bio præſumatur profectitium? Et Bar.vbi ſ.diſtinguit.Nam
ſi reſultat ſuſpicio delicti niſi ſic prǽſumatur:puta quia filia
præſumeretur turpiter acquiſiſſe,cùm aliter habere nequi-
uerit:ſic credetur ex bonis patris acquiſitum, vt euitetur ſu-
ſpicio delicti.l.ſi defunctus.C. arbi.tute . & l.Quintus.ff.de
do.inter virum & vxo.& l.ſi vxoris nomine.C.eo.Si verò ſu-
ſpicio delicti euitatur,præſumetur ex bonis filij,vt dictis le-
gibus.Si verò nec euitatur,nec oritur ſuſpicio delicti,recur-
rendum eſt ad coniecturas.C.de epiſ.& cle.auth.licentia.Et
hæc omnia ſunt ſeruanda in prælato, & tutore,vxore,& hu-
iuſmodi,qui circa bona aliorũ verſantur in cõſcientia: licet
gl.in d.l.cùm oportet.aliter dicat.¶Decimooctauò quærit,
†vtrũ donatũ vel relictũ filiofamiliâs ab extraneo,ſit aduen 18
titiũ? Et Bar.in prædicto trac.diſtinguit.Nã ſi eſt datũ con-
templatione patris,erit profectitiũ: ſi contemplatione filij,
erit aduẽtitiũ.l.ſed ſi plures.§.in arrogato.ff.de vulg.& pup.
ſubſti.& l.aditio.ff.de acquiren.hære.& l.ſed & ſi quid done-
tur.ff.de vſufr.& no.gl.in d.l.cùm oportet.Si verò non appa-
ret cuius contemplatione ſit datum , deprehendetur primò
ex futuro euentu.Vnde ſi relinquitur filio vt poſt mortem
patris,habeat,præſumitur cõtemplatione filij datũ : ſi verò
tantũ viuente patre,prǽſumitur datũ cõtemplatione patris:
& ſecundò ex opere:puta quia filius negotiando fecit amici
tiam:vt ſ.§.xv.¶Decimononò quæritur,†vtrum donatum fi 19
lio à patre ſit aduentitium? Et dicit Bar.in d.trac.quòd ſi prę
ceſſerunt merita filij,quæ ſi extraneus feciſſet, illi donaſſet:
ſic donatio tenet à principio,nec poteſt reuocari, & erit ad-
uentitium,ſecundum glo.C.de inoffi.teſta.auth. vnde ſi pa-
rens.& concord.Iaco. But. Si verò non dat propter merita,
ſed vt filio,eſt ſimplex donatio,quæ non valet,niſi morte cõ
firmetur.de quo ſ.Donatio.ij.§.vij.Et an pater , qui mona-
chatur,perdat vſumfructum in aduentitijs cum multis alijs,
vide ibi propè.¶Vigeſimò quæritur,†vtrum pater teneatur 20
facere inuentariũ,cùm recipit bona aduẽtitia filiorũ? Et di-
cit Mar.Silli.quòd Bononiæ in facto deciſum fuit ꝙ nõ:tũ
quia nõ habet de his reddere rationem: tũ quia hoc nõ eſt le
ge cautum:tum quia ita habet legum interpres conſuetudo.

## Rurſus de Peculio ſecundò, quantum ad diuiſionem fratrum, & ſociorum.

1 *Societas quid, & quid ſocius.*
2 *Societas à quibus, circa quid, & quomodo contrahi poßit.*
3 *Societas quotuplex ſit.*
4 *Societas quomodo cognoſcatur inter aliquos contracta.*
5 *Societas omnium bonorum quomodo cognoſcatur.*
6 *Societas quando incipiat, & quando finiatur.*

7 *Peculium quod communicetur inter fratres, & quod non.*
8 *Pecunia data filio à patre pro ſtudio an poſtea computetur in ſua parte. & quid ſi eam ludo conſumpſit. nu. 9. 10.*
11 *Filius, qui de mandato patris cœpit ſtudere. an poſt mortē eius perficiat ſtudium de communibus bonis.*
12 *Expenſæ factæ à patre circa vxorem filij, an tempore diuiſionis computentur.*
13 *Expenſæ factæ à patre in peculio aduentitio filij, an poſtea computentur.*
14 *Obligatio patris ꝓ delicto filij, an poſtea cõputeť in ptē filij.*
15 *Patre dãte dãnũ in bonis aduẽtitijs filij, an fratres reſarciant.*
16 *Debitum contractum ab vno fratrum poſt mortem patris, an ſoluatur de communi.*
17 *Lucrum factũ ab vno ex fratribus cum pecunia hæreditaria, an ſit communicandum.*
18 *Commune an ſit, quod emptum eſt ex pecunia communi.*
19 *Fratre maiore adminiſtrante nomine communi, an minor teneatur approbare.*
20 *Fratres in communi viuẽtes an communicent lucrum veniens ex officijs publicis vel meritis perſonæ. & nu. 24.*
21 *Socio vno ponente operas & alio pecuniam ſi tota pereat, an teneatur alius.*
22 *Fratribus in cõmuni viuentibꝰ, ſi vnus aliũde aliquid attulit ꝓ cõmuni victu, vel reparationibꝰ, an illud repetat. & nu. 23.*
25 *Hæredum vno ob maleficium condemnato, ſocij nihil ſoluent.*
26 *Sociorum vnus ſi fecit ſumptus ob honorem ſuum vel nuptias an ſolus ſoluat.*
27 *Fratris vnius factum an noceat alteri, ſi ſunt ſocij omnium bonorum.*
28 *Frater vnus an dotet filias ſuas de communi, ſi ſint ſocij omniũ bonorum: & quid ſi vnus dotet filiam alterius. nu. 29.*
30 *Societas omnium bonorum inter ſpurium & legitimum, an faciat eos æqualiter hæredes.*
31 *Socius ſi alteri communicet lucrum vſurarũ, an eum epiſcopus compellet reſtituere.*
32 *Lucrum vxoris alterius fratrũ, an cõmunicetur in diuiſione.*
33 *Diuiſio qualiter fiat inter fratres, ſi vnus eorum habet liberos, qui plus loborarunt.*
34 *Frater gubernans bona communia cum fratribus paruis, an petat poſtea ſalarium.*

PECVLIVM ſecundò conſidereri poteſt in ordine ad
communicationem & diuiſionem fratrum, inter quos
eſt contracta ſocietas illimitata, & non determinatæ
rei. ¶Primò ergo quæritur, † quid ſit ſocietas & ſocius? Et di
1 cit Tullius, vt not. Azo in Sum. tit. pro ſoc. quòd ſocietas eſt
duorum pluriúmve conuentio, contracta ob commodiorem
vſum & vberiorem quæſtũ. ad quod facit l. ſi non fuerit.
§. plerunq;. ff. pro ſoc. Socius autem in ordine ad ſocietatem
eſt is, inter quem & alium vel alios eſt contracta ſocietas: ſed
in cenſuris ſecundum glo. Car. Pau. in c. felicis. de pœ. lib. vj.
eſt ille qui aliquid cooperatur ad actum damnatum: vnde
quando ſunt plures, & nullus eſt principalis, dicuntur agentes:
quando verò vnus eſt principalis, alius cooperans, tunc
ſtrictè dicitur ſocius in cenſuris: licet largè ſocius criminis
dicatur tripliciter, ſcilicet concomitans, fauens, & non corripiens:
vt xvj q. iiij. ita planè. lxxxvj. diſt. facientis. & tales regu
2 lariter non puniuntur eadem pœna. ¶Secundò quæritur, † à
quibus, circa quid, & quomodo ſocietas contrahi poſſit? Et
dico quòd ſocietatem cõtrahere poſſunt, qui ſe poſſunt obligare
& contrahere: de quibus multos caſus habes ſ. Donatio.
Contrahi autem poteſt circa omnia bona, & circa aliquam
negotiationem, & circa vnam rem. ff. eo. l. ſocietas. niſi
res illa eſſet turpis aut flagitioſa. ff. eo. l. neq; prætermittendum
eſt. Non contrahitur autem conſenſu, ſed per conſenſum.
ff. pro ſoc. l. qui admittitur. & hoc re, verbis, & per nuntium.
ff. pro ſoc. l. ſocietatem. & ad tempus & in perpetuum,
id eſt, dum viuent ſocij: & ſub conditione. ff. pro ſoc. l. j. C. eo.
l. pe. ſine fine verò contrahi non poteſt. ff. eo. l. nullam.
3 ¶Tertiò quæritur, † quotuplex eſt ſocietas. Et dico, vt colligitur
ex not. per Bar. & per Bal. in l. ſi patruus. C. communia
vtri. iudi. & per eundem Bal. in additionibus ad Bar. de duobus
fratribus, quòd eſt triplex. ¶Prima eſt omnium bonorum,
in qua communicantur omnia quæſita ex quacunque
cauſa, laborando vel negotiando, vel ex dono, aut legato,
vel hæreditate, vel huiuſmodi. & ſtipendia data militibus.
l. qui ſtipendia. C. de procuratoribus. & ſalaria quæcunq; habita
ex caſtrenſi vel quaſi. ff. pro ſoc. l. cùm duobus. §. idem
Papinianus. aliàs eſt. l. ſi fratres: & acquiſitum ex iniuria ſibi
facta, vel ex l. Aquilia, vel ex damno ſuo corpori illato, vel
filijs ſuis. d. l. cùm duobus. §. ſocium. & generaliter omne quæſitum
licitè quocunque titulo vel cauſa, arg. à contrario ſenſu,
in l. cùm duobus. ff. pro ſoc. non autem quæſitum illicitè,
vt ibi patet. Et ſimiliter communicantur omnia debita licita,
& omnia damna etiam condemnationum factarum per
iudicis iniuriam: licet ſecus ſi eſſent factæ iuſtè. d. l. cùm duobus.
§. ibidem. Eo tamen caſu, quo ratione maleficij condemnatio
eſſet iuſta, tenentur ſocij contribuere: ſi eis ſcientibus
& acceptantibus pro communi vtilitate maleficium factum
eſt, quia eſt commune: & ſicut in lucro, ita & in damno
communicabunt. Si verò ignoranter acceptauerunt lucrum
iniuſtum: tũc ſocius auferet illud, & ſatisfaciet. l. ſi igitur.
ff. pro ſocio. & ſic ſolus ſoluet condemnationem, etiam
ſi eſſent ſocij omnium bonorum, ſecundum Specu. Et licet
de iure, ex quo lucrum illicitum communicabit, non poſſit
illud auferre, niſi poſt condemnationem. l. quod enim ff. pro
ſocio. tamen ſi ſacerdos iniungat ei vt ſatisfaciat læſo, intelligitur
non ſolùm lis conteſtata, ſed etiam ſententia lata: &
ſic præceptum ſacerdotis eſt ſententia, ſecundum Hoſtienſ.
in cap. fin. de ſepultu. ¶Secunda eſt generaliter omnis quæſtus,
& lucri, quod idem eſt. l. ſed & ſi adijciatur. ff. pro ſocio.
in qua communicantur omnia, quæ veniunt ex quæſtu, id
eſt, induſtria ſeu ſolertia alterius: vt exercendo mercantiam,
& ſimilia: & ſimiliter damna, quæ ex ſocietate, ſicut ex cauſa
proxima, veniunt: non autem communicantur ea quæ veniunt
ex officijs vel meritis perſonæ: vt donatio ſimpliciter,
vel cauſa mortis, aut legata vel hæreditas: nec ſimiliter
ſalaria aduocationis, tabellionatus, vel ſimilium: nec debita
alterius, niſi quæ fiunt cauſa quæſtus vel ſocietatis: etiam ſi
licitè contraxiſſet: vt quia maritauit filiam, vel militauit, aut
tenuit filium in ſtudio: & multò minus ſi ſunt illicitè contracta.
vnde condemnationes ſiue licitæ ſiue illicitæ non communicantur.
Et hæc ſocietas ſemper intelligitur contrahi,
quando ſocietas contrahitur ſine diſtinctione: vt in lege, coiri.
ff. pro ſocio. ¶Tertia eſt ſocietas certæ rei, puta conuiuendi:
quia viuunt ad vnum panem, & ad vnum vinum. vel certæ
negotiationis, vel lucrorum, quæ conſequuntur, licet in
diuerſis negotiationibus vel operibus, ex quibus lucrantur:
quanuis aliquando alter operam, alter pecuniam ponat, aliquando
vtrunque: de quibus ī. Societas. Et in hac communicantur
lucra & damna, quæ veniunt occaſione illius negotiationis
vel mercantiarum, de quibus pacti ſunt: ſecus de alijs
prouenientibus aliunde. Adde tamen quòd omnia prædicta
vera ſunt, niſi ſocij aliter ſpecialiꝰ pacto cauerint. quod
ſeruandũ erit, vel niſi aliter habeat conſuetudo: de quo ī. Societas.
j. §. vj. in fi. ¶Quartò quæritur, † quomodo cognoſcatur
4 contracta ſocietas inter fratres vel alios ſimul habitantes,
ita quòd omnia lucra ſint communicanda? Et dico quòd
Bart. in l. ſi patruus. C. communia vtriuſq; iudicij diſtinguit
vtrum neuter vel vter aut alter tantùm negotietur. Si enim
nullus eorum negotiatur, non contrahitur ſocietas: licet hæreditatē
paternã & maternã ſimul indiuiſam teneãt. l. cum
duobus. ff. pro ſocio. §. ſi frater. Sed in hoc diſſentit Bald. in
addition. prædicta, & in d. l. ſi patruus. dicens hoc caſu ex actibus
poſſe apparere affectum ſocialē: vt inter nobiles qui nõ
faciunt quæſtuarias mercantias, & tamen conferunt omnia
dona, ſalaria, & dotes: quia nemo negare poteſt hos eſſe ſociales
actus, ex quibus præſumitur intentio & voluntas, vt dicunt
Ioannes de Arena, ac Ricard. & Oldra. diſcipuli eius. Si
verò alter negotiatur & alter non, ſecundum Bart. ſimiliter
non contrahitur ſocietas: quia qui negotiatur, ex hoc magis
videtur donare, quam ſocietatem cõtrahere: vt ff. pro ſocio.
l. v. Sed Bald. dicit quòd ſi is, qui non negotiatur, omnia obuenientia
ſibi, puta ex reditibus præbendæ vel dotibus cõfert:
& ſic faciunt hincinde ſimiliter, vt ſuprà, contrahitur: quia talis
præſupponitur mens, qualis ex actibus colligi poteſt. ar.
l. duo fratres. ff. de acquir. hæredit. & l. reprehendenda tu magis
es. C. de inſtit. & ſubſtit. & ſimiliter ſecundũ eundē Bald.
præſumitur contrahi, ſi vnus ſe exercet in vna mercantia vel
arte, & alter in altera: vt in aduocatis & tabellionibus: quia lucrorum
cõmunicatio, ſocietatis eſt contractio vel incohatio.
Et ſimiliter, ſecũdum eum ſi vnus habet curã domus, & alius
ſit aduocatus, vel alter lucretur & poneret in domo. Si verò
vterq; negotiatur: dicit Bart. quòd ſi alter eſt pupillus, non
poteſt intelligi cum eo contracta ſocietas: quia hoc nõ poſſet
expreſſe. ff. pro ſocio. l. & in cõductionibus. ergo nec tacitè.
ff. loca. l. qui ad certũ. Sed ſi vterq; eſt maior, dicit quòd ſi
cõmunicant lucra: ex hoc inter eos præſumitur contracta ſocietas:
quia talis cõmunicatio aliter intelligi non poteſt: non
tamē omnium bonorum, vt quidam dicũt, ſed quæſtus illius
mercantiæ tantùm: quia actus noſtri voluntarij nõ extēdun
tur vltra ea quæ geruntur. ff. de itin. actuq; priua. l. j. §. Viuianus.
Sed Bald. dicit quod ſi alter eſt maior, & alter pupillus
habens tutorem, qui cõmunicat, & cui cõmunicatur: præſumitur
contracta ſocietas. Et ſi actus ſunt vniformes, ſocietas
reſtringitur ſolùm ad quæſtus veniẽtes ex eis. ſed in actibus
in ſe difformibus & habētibus varietatem, præſumitur ſocietas
generaliter contracta: nec cõſideratur an vnus plus alius
minus lucretur in hac gēerali ſocietate, ſed æqualiter, inquit
omnia ſunt partiēda. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſoci. Hæc ex
illo: qui per hoc nõ intēdit hoc probare quod ſit ſocietas omniũ
bonorũ, quod negauerat Bart. ſed quòd ſit generalis,
id eſt, ſimpliciter, ſiue omnis quæſtus, ſi actus ſunt difformes:
vel certæ rei, ſi vniformes. & melius eſt quod dicit Bal. tamē
5 vide ī. §. ſeq. ¶Quintò ſpecialiter quæritur, † quomodo cognoſcatur
contracta ſocietas omnium bonorum? Et dico quòd
Bart. in l. Titium. ff. de admi. & peri. tut. in §. altero. poſtquã
concluſit inter fratres maiores negotiantes & lucra cõmunicantes
contrahi tacitam ſocietatem; quærit quæ ſocietas cõtrahatur,
an ſcilicet omnium bonorũ, vel vnius negotiationis,
aut ſimpliciter? Et reſpõdet per regulam, quod actus noſtri
voluntarij non extēduntur vltra ea quæ geruntur. allegans
multa iura. & deinde infert quòd ſi cõmunicauerũt lucra
vnius negotiationis, illius eſt contracta ſocietas. & ſimiliter
diuerſarum, ſi cõmunicauerunt diuerſarum lucra. Vnde
ſi Titius fundum emiſſet ſuo nomine, cõmunicare nõ teneretur
illum: ſed pecuniam ſi fuiſſet ex dicta negotiatione. ff. ꝓ
ſocio l. ſi vnus. § j. Sed ſi emptio fundorum cõmuni nomine
celebratur, etiam huius negotiationis præſumeretur cõtracta
ſocietas: & conſequenter cogeretur cõmunicare. Hæc ex
illo. Qui iuxta ſenſum Bart. in d. l. ſi patruus. intēdit, vt recitatum
eſt §. priori, quòd cõtrahetur ſocietas certæ rei. quod
tamē ibi Bald. dicit falſum, vbi actus ſunt difformes: quia cõtrahitur
ſocietas ſimpliciter ſiue generalis, id eſt, oīs lucri.
iuxta Bertachi. verò in tit. Societas. videtur quòd cõtrahatur
omniũ bonorũ: quia ad videndum quomodo tacitè contrahatur
talis ſocietas, ſcilicet omnium bonorum, remittit ad
Bart. in dicta l. Titium. & ad Pet. de Peruſio in tracta. ſocie.
iij. parte. colum. xiiij. & Fran. Por. de duob. fratribus. ij. q. lvj.
Ego verò dico quòd Bald. melius intellexit Bar. & quòd ſocietas
omniũ bonorũ non cõtrahitur, niſi expreſſe agatur ꝙ
ſint ſocij. omniũ bonorũ. ff. pro ſocio. l. iij. §. cum ſpecialiter.
& l. coiri. ff. eod. vbi dicitur, coiri ſocietatē etiam ſimpliciter
licet: & ſi nõ fuerit diſtinctũ, videtur coita eſſe, vniuerſorũ,
quæ ex quæſtu veniunt. hoc eſt, ſi quod lucrum ex emptiõe,
venditione, locatiõe, vel cõductione deſcēdit. Hæc ibi. Prædicta
autē expreſſio vel diſtinctio ſecũdum aliquos fieri poteſt
verbis & actibus: ſecundum alios verò non poteſt fieri
niſi verbis. quod videtur velle glo. in dicta l. coiri. quæ habet
in verbo diſtinctũ, id eſt, expreſſe dictũ quòd fiebat omniũ
bonorum. ſuprà eod. l. iiij. §. j. Hæc gloſ. Ego autē dico quòd
fit verbis principaliter, & ſecundariò effectibus. ¶Sextò quæritur,
† quo tempore incipiat, & quo finiatur ſocietas? Et dico 6
quòd ſi verbis contrahatur, ſtandum eſt conuētioni: ſi verò
actibus, dicit Bart. in d. l. Titium. quòd ab eo tēpore incipit
quo ſocij cõmunicare cœperint, & ab eo ex quo deſierint cõmunicare,
diſſoluta. ff. pro ſocio. l. vtiq;. ſi tamē alter tantùm
deſijt cõmunicare, & nõ renuntiauit ſocietati, ſeruãdum eſt
quod dicitur in l. actione. ff. eod. ¶Septimò quæritur, † circa 7
fratrũ diuiſionē, quod peculiũ ſit cõmunicandum, & quod
non? Et dico quòd ſi nulla interuenit ſocietas, vt patet ex dictis
tit. priore. §. j. communicabitur ſolum profectitium, non
autem caſtrenſe. nec quaſi caſtrenſe, nec aduentitiũ. Et quod
de his peculijs dicitur, intellige de omnibus, de quibus in ti.
priore dictũ eſt, quòd pertineat ad hoc peculiũ vel ad illud.
Adde etiã quæ dicētur ab hoc §. vſq; ad decimumoctauum
incluſiuè. Si verò interuenit aliqua ſocietas: dic vt infrà, inci
piendo à §. xix. vſq; ad finem. ¶Octauò quæritur, † vtrũ pecu 8
nia data filio à patre pro ſtudio, poſt mortem patris ſit cõputanda
in ſua parte? Et dicit Bar. in dicto tracta. quòd ſi apud
patrem nihil erat quod eſſet filij, nõ imputabitur filio in partem.
l. quæ pater. ff. famil. erciſ. Si verò apud patrem erat pecunia
filij ex peculio caſtrenſi vel quaſi: tunc in dubio præſumetur
quòd pater adminiſtratorio nomine egerit id de pecunia
ipſius filij: & ſic imputabitur in partem eius. Ad quod
facit quod not. in l. ſi. C. de do. promiſ. Quod tamen vedetur
limitandum quando pater dedit pro cauſa neceſſaria, nõ autem
pro voluntaria: iuxta ea quæ habes ſuprà Legatum. iij.
§. xij. ¶Nonò quæritur, † quid ſi pater dedit filio pecuniã ꝓ 9
libris emendis, & ille luſit, vel expoſuit in meretrices? Et dicit
Bart. in auth. quod locum. C. de collat. quod poſt mortem
patris computabitur illi in ſuam partem: arg. d. authen. ſicut
mulieri quæ paſſa eſt conſumi dotē, cõputabitur ei in ſuam
partem: vt in d. authent. quod locum. Et ſimiliter dic de donato
à patre filio pro emancipatione, quod erit computandum
ei tēpore diuiſionis, ſecundũ Bar. in l. j. §. nec caſtrenſe.
& in l. vt liberis. C. de colla. ¶Decimò quæritur, † ſi pater fi- 10
lio in ſtudio exiſtenti miſit pecuniã pro libris emēdis, cauēs
in libro rationũ ſuarũ quòd filius eam debeat cõferre: cuius
erit damnum, ſi librorũ valor decreuerit? Et dico quòd erit
cõmune hæredum, nec iſte cõferre tenetur quod cõſtiterũt,
ſed ſolùm quod valēt per gl. in d. l. illud. C. de colla. in verbo
pote-

poterat.Si autem valor ſupercreuit beneficio fortunæ: dicit
Rapha.in d.l.illud.quod hoc lucrũ tanquam aduentitiũ de-
bet eſſe pręcipuũ filij: vt l.filij.C.de collat.licet Lud.dixerit
contrarium in d.l.illud.per text.in l.ſecũdum naturam.ff.de
11 reg.iur.& hoc placet.¶ Vndecimò quæritur,† vtrũ filius, qui
incœpit ſtudere viuente patre de mandato eius,poſsit mor-
tuo patre de communibus bonis ſtudium perficere?Et dicit
Bart.in d.tract.quòd nõ:quia factum patris erga filiũ initia-
tum, eatenus obligat hęredẽ,quatenus pater erat obligatus
l.& ſi filiũ.ff.de mune.& hon.iuncta l.honores §.is qui.ff. de
decur.& l.ſi filia.§.idẽ ſcribit.ff.famil.erciſ.propter quod cõ
cludit Bal.in addit.ad d.trac.quòd ſi vult ſtudiũ perficere,fa
ciat de ſuo & ſimiliter ſi vult doctorari:qa eſt nouus actus.
l.ſi ſeruus legatus.§.ſed ſi cum mihi ex teſtamẽto.ff.de leg.
j.nec fratres tenentur ei,ſi nolunt. ¶Duodecimò quæritur,
12 †vtrũ tẽpore diuiſionis fratrũ veniant expẽſæ factæ à patre
circa vxorẽ filijfamilias quo ad veſtes & alia ornamẽta?Et di
cit Bal.vbi ſ.& in l.in his. ff.ſol.matri.quòd de cõſumptis fi-
lius non tenetur:nec alius poteſt dicere , ego ducam eam,&
tantundem exponã de cõmuni:niſi pater aliter cauerit in te
ſtamẽto.l.iij.§.fi.ff.de mune.& ho.& ibi.per gloſ. & l.ex par
te.§.filius.ff.famil.erciſ.De extantibus autem,vt ſunt veſtes
& alia ornamenta,ſi neceſſaria ſunt ad quotidianum vſum,
non cõferuntur,ſed ſunt vxoris,& à principio tenuit donatio
inter ſocrũ & nurũ:l.ex annuo.ff.de donat. inter vir.&vxo.l.
ſi dos cum ſua gloſ.ff ad leg.Falc.Si verò non ſunt neceſſa-
ria ad quotidianum vſum,ſed ſunt pretioſa ∴tunc illa,qualia
ſunt,debẽt conferri.l.illud veſtimentũ.ff.de pecul.Nec põt
dici quòd morte ſit confirmata donatio:quia non pręſumũ-
tur donata,ſed ad vſum conceſſa.l.mortis.in fin.ff. de dona.
inter vir.&vxo.& hoc niſi magna dignitas &diuitiarũ cumu
lus præſumptionem faceret in cõtrariũ.l.filius.ff.de don.Si-
militer dic in factis pro filia.l.cum hic ſtatus.§.oratio.ff. eo.
Et pro prædictis facit.l.fi.ff.ſol.matri.& quòd dicit Bart . in
l.ſi vt certo. ff. commo.Ang.tamẽ in l.ſi ex re domini.ff.de
ſtip.ſer.per gl.ibi poſitã determinat ꝙ veſtes lugubres datę
mulieribus,efficiuntur ipſarum.ſuprà Donatio.ij.§.v.De do
te verò data filiæ filij ab auo ipſius,quomodo non ſit com-
13 municanda,vide ſuprà Dos.§.j.¶† Decimotertiò quæritur,
vtrum expenſæ factæ à patre in peculio filij aduentitio poſt
mortem filij ſint cõmunicandæ inter fratres poſt mortem
patris?Et dico quòd Bar.in prædicto tractatu diſtinguit.Nã
ſi fuerunt neceſſariæ vel ad perpetuam vtilitatem:filio im-
putabũtur.l.fi.§.fi.C.de bo.quæ lib.& l.iubemus.C.ad Treb.
& hoc ſi pater fecit animo repetẽdi:ſecus ſi animo non repe
tẽdi.Et ſi de animo neſcitur,ſi ſunt parui ſumptus,præſume
rentur donati.l.ſi ſeruus.ff.de donat.inter virũ & vxo.Si ve-
rò ſunt magni,ita quòd excedant fructuum quantitatẽ:vide
tur habuiſſe animũ repetẽdi:niſi in cauſa alimentorum vel
ſimili expendiſſet.l.alimenta.& l.Neſennius.§.præterea.C.
de neg.geſt.Secus ſi fructuum quantitatem non excedunt:
quiavidetur etiam tunc donaſſe.In impenſis tamen,quas fe
cit vir in rebus vxoris gratia fructuũ quærendorum:colligẽ
dorũ,& conſeruandorum.ſinevlla diſtinctione ſibi facit.l.fi.
ff.de impen.& ab vxore,vel eius hæredibus nõ repetet.In a-
lijs autem,ſi ſunt modicæ, non repetuntur:ſi verò ſunt ma-
gnę,repetũtur.l.omnino.ff.de impen.quod tamẽ fallitvt ibi.
Si verò dicti ſumptus à patre facti non ſunt neceſſarij,nec ad
perpetuam vtilitatẽ,ſed ſolùm ad vtilitatem fructuum, non
ſunt cõmunicandi:quia onera pertinẽt ad eundem patrem.
Et idem dicendum eſt de eo quod expendit in datijs & colle
ctis,cùm habeat vſumfructum.l.ſi pendentes.ff.de vſufruct.
Nec obſt.l.vnica .§. nec ob impenſas.C.de rei vxo.act.quia
vir habet dotem propter onera matrimonij:ideoq; grauari
non debet onere impenſarum : & non erit hoc in alio vſu-
fructuario:quia ſimpliciter habet ex alia cauſa, vt ex cõtra-
ctu vel quaſi.Et concor.Bald.vbi ſ. ¶Decimoquartò quæri-
tur,†vtrum patre obligante ſe pro delicto filij,ſit totũ com 14
putandum in parte filij poſt mortem patris?Et dicit Ioannes
de Plat.Inſtitu.de obliga.quæ ex quaſi delict.naſcun.§.ſi fi-
lius.quod pater nõ tenetur pro filio condemnato in iudicio
ſoluere condemnationem de ſua legitima:vt eſt caſus in l.&
ſi condemnatus.ff.de noxal.actio.Si tamen ſe obligauit, di-
cit Bald.vbi ſuprà,quòd ſi hoc fecit ductus naturali pietate,
omnes fratres debent pro ſua parte ſuſtinere.l. liber captus,
ff.de cap.Sed ſi fecit ex neceſsitate,puta hoc ſtatuto dictan-
te,vt not.gl.ſuper rubrica.C.de decret.decur.naſcitur ex ta-
li geſtione negotiorium naturalis obligatio tranſiens ad hæ
redes:ideoq; ſoluet de ſua parte filius, non de communi.l.
igitur.ff.de liberali cauſa.& quod not.Doct. de eo qui cogi-
tur ſoluere condemnationem alterius.l.ij.§.fin.ff.de verbo.
obligatio. ¶Decimoquintò quæritur, † vtrum patre dante 15
damnum in bonis aduentitijs filij ,teneantur fratres emẽda
re de communi?Et Bal.vbi ſuprà diſtinguit . Nam ſi dilapi-
datio eſt ſolùm fructuum,non tenẽtur.l.cum oportet.C.de
bonis quæ lib.quod limita verum quando pater habet vſum
fructum dicti peculij:ſecus quando is,qui legauerat , prohi-
buit vſumfructum quæri patri. quod fieri poteſt ſecundum
Gloſ.in authen.vt liceat matri & auiæ.& in authent.excipi-
tur.C.de bonis quæ lib.Si verò dilapidatio concernit rei per
petuam deteriorationem,vel intolerabilem læſionẽ:ſic etiã
tenentur.d.l.cùm oportet.§.ſed cum tacitas.¶Decimoſextò
quæritur,†vtrum debitum contractum poſt mortem patris 16
ab vno fratrum,ſit ſoluendum de communi?Et dicit Specul.
in titulo de iudic.quòd non:niſi contractum ſit ratione com
munis vtilitatis vel ſocietatis,& in cõmunem vtilitatẽ pro-
fectum:quod probare debet qui contraxit, & ſic de cõmuni
ſoluere.arg.l.omnis.ff.pro ſocio.quod ſi nõ probat,per eum
ſolui debet abſq; grauamine alterius.ff.de reg.iur.l.non de-
bet.ff.ꝓ ſocio.l.iure ſocietatis. ſimiliter nec dos debet ſolui
de communi niſi ſit verſa in communemvtilitatem:& idem
de condemnatione ſoluta per vnum:vt ſuprà.§.iij. ¶Deci-
moſeptimò quæritur,†vtrum lucrũ quod facit vnus ex fra- 17
tribus cum pecunia hæredetaria mercãdo ſit cõmune cum
alijs fratribus?Et Bal.vbi ſuprà,in d.l.ſi patruus. diſtinguit.
Nam ſi fecit nomine cõmuni,cõmunicabit.Si verò nomine
proprio,non cõmunicabit.l.Titium & Meuium.§.alterum.
ff.de admini.tut quod verũ eſt,niſi ſit tutor vel curator alio
rum fratrum:quia ſic lucrũ.quod fecit ex prima mercantia
empra de cõmuni,debet eſſe cõmune,licet nomine ſuo fece
rit:quia illa mercãtia quaſi empta de cõmuni erat cõmunis:
aliud autem,quod fecit de pecunia emptionũ iteratarum &
nomine ſuo,erit ſuũ,& non cõmunicabit illud: quia pecunia
redacta ex mercantijs cõmunibus,nõ eſt cõmunis, ſecũdum
Gl.in d.l.ſi patruus.Et idem dic de eo qui negotiatur de pe-
cunia minoris,aut eccleſiæ:vt in l.ſi vt ꝓponis.C.de rei ven.
Si verò neſcitur cuius nomine fecerit:tunc ſi continuauit ne
gotiũ ſolitũ cum alio fratre mortuo,ſuperſtitibus filijs fra-
tris indiuiſam ſubſtantiã poſsidẽtibus:ſic videt̃ nomine cõ-
muni feciſſe.ar.l.nam & ſeruus.ff.de neg.ge.§.ſi viuo.Si ve
rò fecerit negotiationẽ inſolitã:ſic præſumetur ꝙ nomine
proprio,ſi nihil aliud appareat ex libro rationũ.cõcor.Bart.
in d.l.ſi patruus.Adde tamen primò ꝙ eo caſu quo neſcitur
quo nomine emerit,ſi emptor erat tutor : in dubio præſu-
metur quòd emerit nomine cõi,ſecundũ multos.arg.l.poſt
mortẽ.ff.quãdo ex fac.tut.Adde ſecundò ſecundũ Bal.quòd
eo ca



ſu quo communi pecunia & communi nomine negó-
tiatur,quatenus lucrum eſt commune,eatenus & damnum.
& hoc ſi aggreſſus eſt ſolita negotia,diſcretè operando: ſe-
cus ſi inſolita:quia tunc ſibi imputet.l.ſi negotia.ff. de neg.
geſt.Concor.Bar.in.l.Titium.ff.de admi.tut.¶Decimoocta
18 uo quæritur,†vtrum emptum ex pecunia cõmuni vel reda-
cta ex rebus cõmunis,ſit cõmune?Et Bar.in d.l.ſi patruus.C.
cõ.vtri.iudi.diſtinguit.Nã aut emi aliquid nomine cõmuni
aut ꝓprio,aut dubitat̃.Si quid igitur emptũ eſt nomine cõi,
eſt cõmune altero habente ratũ: vt l.ſi ego. ff.de nego.geſ.
Si verò nomine proprio,tũc ſi emit ex pecunia propria , eſt
ꝓprium,nõ cõmune.Siverò ex pecunia cõmuni:aut ille,qui
in re cõmuni vendicat partem,erat maior:&nihil petere põt
in re,vt ibi:aut minor:& tũc ſi is,qui emit,nõ erat tutor,nec
curator,eſt idem:vt l.filiæ.ff.de ſolu. Si verò erat tutor aut
curator.res efficit̃ cõmunis:vt l.ij.ff.qñ ex fac.tu.Si verò du-
bitatur ex qua pecunia emerit præſumit̃ quòd ex propria:vt
l.ſi defunctus.C.de arbi.tut. Nec eſt ibi recurrendũ ad cõie-
cturas,cuius cõditionis fuerit artifex,vel nõ.Siverò emit qui
dem,ſed dubitat̃ cuius nomine præſumit̃ in dubio emiſſe no
mine ꝓprio:vt l.magis.ff.de ſol.& ſic iſta quęſtio& p̃cedens
19 eodem modo ſoluunt̃.¶Decimononò quæritur,† vtrum ex
duobus fratribus,quorum vnus maior communi nomine ad
miniſtrauit bona minoris,reliquus,ſcilicet minor,teneat̃ ap-
probare geſta per.maiorem nomine communi.Et dicit Roſ.
in quodam cõſi.quod incipit,omnipotẽtis. quòd ſic,quãtum
ad vtiliter geſta:ff.de neg.geſ.l.Pomponius.geſta autem da-
mnosè rata habere non tenetur:imò omnia damna illata cõ
muni patrimonio per maiorem dolo vel lata culpa ipſe ad-
miniſtrans ſibi debet imputare,&minori pro rata emendare
tenetur.ff.fa.er.l.hæredes.§.nõ tantum.& §.item culpæ.& l.
& puto.§.ſed & ſi dolo.& l.in communi diuidundo.& l. ſi is
cum quo.& l.in hoc iudicium.& l.communis ſeruus.ff.cõmu
ni diuid . Et deinde quærit idem Ro. an lucrum factum per
dictum maiorem ex pecunia communi ſit communicãdum,
licet minor nõ approbet damna illata communioni,nec ſen
tit damnum emergens dolovel culpa maioris?Et dicit lucrũ
eſſe commune,ſi pecuniam communi nomine adminiſtra-
uit.ff.pro ſoc.l.ſocius ſocio.imò,inquit, tale damnum nõ cõ
penſatur cum exceſsiuo lucro quod adminiſtrãs communio
ni quæſiuit:quia hoc nõ obſtãte,damnum illud ſibi imputa-
re tenet̃.Et caſus eſt ff.pro ſoc.l.nõ ob eum.cum l.ſeq.Si ve-
rò communem pecuniam ꝓprio nomine adminiſtrauit,ſibi
ſoli quæſiuit:vt eſt caſus in §.ſi vnus ex ſocijs.l.ſi vnus.ff.pro
ſoc.& probatur in d.l.ſi patruus.Bene tamen hoc caſu poſſet
minor agere contra maiorem, quanti ſua intereſt hanc pe-
cuniam communi nomine nõ fuiſſe adminiſtratã:vt no. gl.
in d.§.ſi vnus.Hæc ex illo.¶ Viceſimò quæritur,† vtrum fra-
ter habens cum fratre hæreditatem indiuiſam & ſocietatem
ſimpliciter,id eſt,omnis quęſtus,teneat̃ communicare lucrũ
prouenienſ ex officijs publicis,vel meritis perſonæ? Et dico
quòd nõ,ſed ſolùm bona ꝓuenientia ex patrimonio & mer-
cantia.Vnde dicit Pau.in quodam cõſ.quod incipit, in cau ſa
vertente.quòd tale lucrum nõ communicabit. quod probat
primò per l.cùm duobus.§.ſi fratres.ff.pro ſoc.vbi ſi fratres
retinuerũt hęreditatem paternam indiuiſam,vt emolumentũ
& damnum in his communiter ſentiret̃:quod aliũde quęſie-
rint,in cõmune nõ redigit̃,quaſi videat̃ cõtracta ſocietas in
bonis patrimonialibus,nõ aũt in lucris aliũde obuenientibus.
Quod maximè verum eſt in lucris quæſitis ex officio vel me
rito perſonę:quia in his eſt ſpeciale quod quãtumcũq; cõtra
hatur ſocietas ſimpliciter,etiã expreſſe nõ intelligit̃ cõtra-
cta niſi in prouenientibus ex quæſtu ſeu induſtria perſona-
rum,vt exercendo mercimonia,& ſimilia:non autem in pro
uenientibus ex meritis perſonæ . vnde hæreditas vel legata
ſeu donationes,quævni ex ſocijs deferunt̃,nõ veniũt in com
muni:vt l.coiri cum.§.ſeq.ff.pro ſoc . Salarium aũt delatum
ratione officij prouenit potius ex merito perſonæ quàm ex
quæſtu ſeu opa ſocij.Pro quo facit l.cùm muneris. ff.de mu.
& ho.& qđ no.in l.j.ff.ſi menſ.fal.mo.di.Hinc eſt quòd om-
ne qđ lucrat̃ filiusfamiliâs ex officijs publicis,acquirit ſibi,&
nõ patri,& reputat̃ quaſi caſtrenſe.C.de inoffi.teſt.l.fi.Et cõ
ſequenter à fortiori in præſenti caſu nõ debent p̃dicta lucra
eſſe communia:niſi pacto expreſſo hoc fuerit cõuentum.Et
idem apertius ſentit Spe.in ti.de iud.§.ſequit̃.verſi.quid ſi al
ter.vbi plus dicit , ſcilicet quòd ſi vnus ex fratribus remotus
fuit ab officio ꝓpter inſufficientiam ſuam,& in locum eius
alter ſubſtitutus nõ debet ſalarium eſſe commune,ſed præ-
cipuum fratris ſubſtituti.Et idemvidet̃ ſentire Bar.in d.l.ſi pa
truus.volens quòd ſi nemo ex fratribus habentibus in com-
muni negotiat̃,nõ ſit cõtracta ſocietas in bonis aliũde quę-
ſitis.in quo licet diſſentiat Bal.tñ,vt aliqui dicũt,dictum ſu-
um aperto iure nõ probat̃.Vel dic quòd licetverum dicat:tñ
ſentit quòd ſocietas nõ extendit̃vltra quàm actus geſti præ-
cedãt:vñvbi ex actibus nõ cõtrahit̃ niſi ſocietas ſimpliciter,
quę communicationem negotialium lucrorum nõ excedit
vt in caſu iſto,ſi alter ſociorum acquirit aliquid caſtrenſevel
quaſi,illud nõ communicat̃.Nec obſtat quòd iſta lucra,de-
putet in communemvtilitatem:nec ex hoc debet cenſeri ꝙ
voluerit communicare:quia quicquid ſolus expendit de ſuo
in re communi,põt in eius rei diuiſione repetere.l.in hoc iu
dicium.ff.communi di.ſicut etiamvidemus in caſu cõtrario,
quòd ſi ex bonis communibus dotat̃ filia vnius fratris,debet
in diuiſiõe bonorũ computari in portiõe cõtingente ipſum
fratrem:vt no.Spe.in d.§.ſequit̃.in verſi.quid ſi vnus.&idem
in alijs expenſis factis ꝓ vtilitate vnius dũtaxat,vt in d.§.no.
Spe.Et hæc maximè procedũt in lucris quæſitis poſt mortẽ
fratris remãnẽtibus ex eo filijs impuberibus,cum quibus nõ
põt dici cõtracta ſocietas:nec debet præſumi donatio,maxi
mè ſi & ipſe,qui lucrat̃,habet filios:quia nõ eſt veriſimile ꝙ
auferre vellet à ſuis,& dare alienis.Et hæc videnť de mente
Bar.in d.l.ſi patruus.¶Viceſimoprimò quæritur,†quid ſi ex 21
duobus fratribus vnus in ſocietate poſuit operas,alius pecu-
niam,& caſu omnia perierũt?Et dicit Bal. vbi ſ.quòd is,qui
poſuit operam, tenetur alteri ad medietatem capitalis, per
l.ſi cùm duobus.§.in coeũda.ff.pro ſoc.Et ita etiã tenet Iac.
de Are.in l.j.C.pro ſoc.gl.verò in d.l.ſi patruus.tenet contra
rium.Sed tu dic vt j.Societas.j.§.vj.¶Viceſimoſecundò quę
ritur,†vtrum duobus fratribus ſimul commanentibus poſt 22
mortem patris,ſi vnus de fructibus laborum ſuorum vel de
alijs bonis poſuit in domo pro communi victu , poſsit illud
plus in diuiſione repetere?Et dicit Bal.in l.cùm duobus.ff.ꝓ
ſoc.quòd fructus extantes ſunt ſui,niſi ſit contracta ſocietas
in eis.Si verò ſunt conſumpti,tunc ſi inter eos erat contracta
ſocietas conuiuendi,quia advnum panem &vinumviuebant,
non habetur conſideratio ad illud plus : quia ſocietatis iure
intelliguntur conſumpti,vt in c.ſi duo fratres.de frat.de no-
uo bene.inueſti.in vſi.feu.&hoc non ratione fraternitatisvel
cohabitationis,ſed communis menſæ , ſecundum Bald.ibi.
quod facit pro fratribus,quorum alter maior eſt in familia.
Si verò inter eos non erat ſocietas conueniendi:puta quia v-
nus erat minor,& conſequenter non contrahitur ſocietas.l.
& in conductionibus.ff.pro ſoc.vel alter furioſus aut prodi-
gus,cui erat interdicta adminiſtratio , vel monachus , & ſi-
miles:tunc expenſæ non imputantur inter fratres, quæ ſunt
factæ , pro alimentis :niſi proteſtetur quòd non inten-
dit

dit donare.l.Neſennius.ff.de neg.geſt.vel niſi quia redditus cõmunes erant ſufficientes ad alimenta:ſed conſeruabat fructum vt meliusvenderet:vel quia naturali charitate non tenebatur alimentare,ar.l.ſi.ff.de peti.hære.ſecundum Bal. in l.filiæ.C.fami.erciſ.Item quando ille qui fecit impenſas erat pauperior:vt no.in l.alimenta.C.de neg.geſt. per Iac.But.& Bal.quia prima charitas incipit à ſeipſo.l.præſes.C. de ſerui.& aqua.vnde non pręſumitur donare.Et ſic Bal.in l.ſi paterno.C.de neg.geſt.tenet de ruſticis, quorum vnus multa poſuit in domo pro alimentis,quod poteſt petere quando in filijs alimentatis non erant operæ aliquales correſpondentes alimentis:quia communiter ruſtici ſunt pauperes : quorum oculus eſt porcellus,vt dicit gl.in l. illicitas.ff. de offi.præſi.& rarò habent pecunias,vt dicit Bal.in l.idem. C.loca . ideo non præſumitur talis donare,cùm ipſe nõ habeat ſuperflua. quod intellige verũ qñ inter eos nõ eſt ſocietas cõueniendi.
23 ¶Viceſimotertiò quæritur,†quid ſi alter duorum fratrum poſuit lucra ſua pro reparatione communis patrimonij , vel emit boues pro colendis poſſeſsionibus communibus.Et dicit Bal.vbi ſ.quòd repetere poteſt illud quod poſuit,per tex. in l.ex duobus .ff.de neg.geſt.& Bal.in d.l.filiæ.quod intellige ſi emit ex eo qđ cõmunicare nõ tenebatur ratione communis patrimonij vel cuiuſcunq; ſocietatis: aliàs ſi non emit ex lucro communicando , & conſequenter communicanda ſunt communia:vt patet ex dictis ſ.§.pręceden.¶Viceſimo-
24 quartò quæritur,†quid cum aliqui fratres habentes paternã hæreditatem indiuiſam viuunt ad vnum panem & vnum vinum,nulla alia contracta ſocietate,& vnus ex induſtria perſonæ lucratur,vt quia eſt artifex,vel iuit ad nauigandum,& huiuſmodi? Et dico quòd illud lucrũ erit ſibi præcipuũ,etiã ſi pater viueret,tanquam aduentitium : nec illud poſt mortem patris communicabit.quod intellige ſi lucrum illud pater permiſit,quaſi non egens exercitio filij in re domeſtica: ſi tamen alij ſtantes domi expenderunt circa patrimonium pro quærendis vel colligendis aut conſeruandis fructibus, qui fuit abſens non habebit partem fructuum,niſi contribuat ad expenſas:& ſi alij perſonaliter laborauerunt in re communi pro dictis fructibus,ex eis deducent ſalaria ſua ad arbitriũ boni viri:ſi verò laborauerunt aut expenderũt pro conſeruatione patrimonij,illud deducent in diuiſione. Et prædicta intellige niſi inter eos eſſet ſocietas ſimpliciter:quia cõmunicaret lucra venientia ex induſtria:vt ſ.§.iij.licet non ve
25 nientia ex meritis.¶Viceſimoquintò quęritur,†quid ſi alter ex cohęredibus condemnatus eſt ob maleficium cõmiſſum? Et dicit Spe.quòd de ſua parte tantùm ſoluenda eſt condemnatio:nec fiet recompenſatio eius , quia aliàs bene tracta-
26 uit hæreditatem.ff.pro ſocio.l.cùm duobus.¶Viceſimoſextò quæritur,†quid ſi vnus ex cohæredibus fecit ſumptus ob honorem ſuum,puta in militia vel nuptijs ſuis aut filiæ,vel aliqua dignitate? Et dico quòd ſi communis pater id fecit,ipſe habet hoc præcipuum.ff.de colla.l.j.§.nec caſtrenſe.ſiverò ipſe hoc fecit poſt mortem patris,de ſua ſorte erit,nõ de bonis communibus.ff.fa.er.l.filia.§.idem ſcribit.niſi ſpecialiter inter cohæredes pactum fuerit quòd huiuſmodi ſumptus eſſent communes,ſecundum Bart.in d.§.nec caſtrenſe. Quantum autem ad dotem filiæ alterius fratris cohæredis, ſi viuit auus,ab ea dotanda eſt ff.de iu.dot.l.profectitia.Si verò non viuit,de bonis patris ſui tantùm dotanda eſt,ſecundũ Spe. niſi aliter cohęredes inter ſe cõuenerint.Vide ſ.Dos.§.
27 vij.¶Viceſimoſeptimò quæritur,†vtrum factum vnius fratris noceat alteri,quando ſunt ſocij omnium bonorum:puta ſi vnus emens gabellam à communi promittit ſub certa pœna,& alius contrauenit:quæritur vtrum incidat in pœnam?

Et dicit Bal.vbi ſ.quòd non:quia non incidit qui contrauenit cùm non ſit obligatus.ff.pro ſocio.l.iure ſocietatis . nec qui eſt obligatus,quia non contrauenit.¶Viceſimooctauò quæ
ritur,† vtrum in ſocietate omnium bonorum frater poſsit ſuas filias dotare de communi? Et Spec.videtur tenere quòd 28
non,niſi ſit pactum inter eos,per l.ſi ſocius . pro filia.ff.pro ſoc.& idem Pet.de Peru.in xiiij.libro.conſiliorum.ſed Bald. in conſilio quod incipit,factum tale.tenet contrarium.& ſimiliter in d.addi.ad trac.Bar.de duo.fra.Vbal. autem in d.l. cùm duobus.ff.pro ſoc.arguens pro & contra finaliter concludit quòd quilibet adhærere poteſt cui parti voluerit.quod non ſufficienter dicitur , cùm altera tantùm pars contradictionis ſit vera,& vna præiudicet ſocio , Vnde dic quòd poteſt,ſi ſunt ſocij omnium bonorum maximè expreſsè & verbaliter:quia ibi eſt communicatio omnium licitè quæſitorum:& cõſequenter à contrario etiã omnium debitorũ licitè cõtractorũ:vnde frater tenetur cõtribuere fratri militanti aut filiam maritanti.non autem hoc poteſt , ſi ſunt ſocij ſimpliciter,id eſt,omnis quęſtus.¶Viceſimononò quæritur,
†quid ſi vnus frater dotauit filiã alterius ſcientis & patientis? 29
Et dico quòd ſi ſit contracta ſocietas omnium bonorum,alter tenetur contribuere,vt dictum eſt §.priori . Si verò non ſunt ſic ſocij,qui dotauit,dotem poteſt repetere:quia vtiliter negotium geſsit,nõ obſtante quòd extraneus dotãdo filiam alterius donare videatur dotem.l.ex morte.C.de pac.cõuen. quia hoc verũ eſt quando ſolus hoc facit : ſecus ſi faceret ſimul cum patre,vt conſuluit Bal.in d.conſ.vbi ſ.¶Triceſimò
quæritur,†ſi frater legitimus & ſpurius in vita patris cõtra- 30
hunt ſocietatem omnium bonorum,vtrum patre moriente eius hæreditas tranſeat etiam ad ſpurium? Et dicit Bal.in l.j. C.pro ſoc.quòd ſic,non vi ſucceſsionis vel relicti,ſed iure ſocietatis.Quod pro cautela notandum eſt ei,qui vult ſpurium ſuccedere in hæreditate cum legitimo, vt faciat eos omniũ bonorum ſocietatem contrahere. ¶Triceſimoprimò quæri
tur,†ſi alter ex ſocijs omnium bonorum cõmunicauit ſocio 31
vel fratri lucrum vſurarium,vtrum epiſcopus poſsit compellere ſocium vel fratrem ad reſtitutionem vſurarum? Et dicit Bal.quòd ſic,vt ff.eo.l.quod enim.¶Triceſimoſecundò quæ
ritur,†vtrum lucrum vxoris alterius fratris communicandũ 32
ſit in diuiſione ? Et Baldus.in l.ſi vxorem.C.de condi. inſer.& Do.& Vbal.in l.cum duobus.ff.pro ſoc.diſtinguit.Nam ſi eadem opera facit ſicut homines in laborando,debet habere partem lucri:& diuidetur in capita,vt dicetur de filijs,§.vl.in fi.Si verò exercet aliquam artem vel mercantiam vel eſt obſterrix aut chirurgica:tunc ſi ponebat omnia lucra in communi,& ſimiliter vir,contracta eſt ſocietas,quã mulier cùm viro contrahere poteſt,ſecundum eundem Bal.in d.l.ſi vxorem.& ſic lucra erunt communia:ſed ſi tenebat ſeparatum lucrum,vel ex alijs cõiecturis apparet quòd ſocietatem contrahere nõ volebat:tunc de operibus communibus & obſequialibus,quæ fiunt à mulieribus in domo ſecundũ qualitatem perſonæ,vt facere lectũ,coquinã,& huiuſmodi,lucrum conſequi nõ poteſt:quia operari tenetur in domo,in qua recipit alimenta,vt in.gl.l.ſicut.ff.de oper.lib.& Bal.in l.Caio Seio.in fi.ff.de ali.leg.& Ange.in l.j.C de legi.hære.& in l.ſi cùm dotem.ff.ſol.ma.imò ſi deſiſteret à talibus obſequialibus,etiã paruæ æſtimationis,propter exercendã artem,pars talis lucri deberet cõmunicari viro & alijs fratribus ſecundũ iudicium boni viri:niſi haberet alimenta iure legati.& conſequenter non,teneretur operari in tali domo,ſecundum Bal. & Ange.vbi ſ.Si verò vltra talia obſequalia exercet aliquam artem,& lucratur,poteſt ſibi illud tanquam proprium retinere,& communicare non cogitur . Et quod dictum eſt de vxore,



dic de filiabus alterius fratris , excepto quòd acquirunt patri:& illud lucrum erit eis aduentitium . Et hæc ex prædictis ſ.Eleemoſyna.§.v.& dicendis j.Vxor.vij.¶†Triceſimotertiò. Pone:Petrus deceſsit relictis quatuor filijs
33 maſculis æqualiter ei ſuccedentibus , altero eorum Paulo habente duos filios aptos ad labores ac lucra, & poſt mortem patris ſine diuiſione laborauerunt communicantes inuicem bona & lucra vſq; ad mortem eius , qui duos filios habebat,id eſt, Pauli.Quæritur ergo quomodo debeãt diuidi. Et dico multa.¶Primum.Loquendo de bonis alijs à fructibus ex poſſeſsionibus ſi diuiſio habuiſſet fieri tempore mortis Petri,quatuor filij æqualiter ſuccedebãt ab inteſtato ſcđm ſtirpes.l.inter filios.C. fami.er.ex teſtamento verò ſcđm eius volũtatem,niſi fuiſſet legitima.§. diſponat.auth. de nup.col.xliij.¶Scđm.Si verò habuiſſet fieri poſt mortem Petri,viuentibus tñ omnibus filijs eius:dico quòd ab eo tẽpore,quo cœperunt cõmunicare bona,& lucra, intelligunť ſocietatem tacitè contraxiſſe,ſcđm Bal.in l.ſi patruus.C.cõmunia vtriuſ.iudic.& ab illo tempore citra quo ad bona abinde quæſita ſiue poſt mortem Petri diuiſio eſt facienda in capita:quia hoc eſt de natura ſocietatis.l.ſi nõ fuerint.ff.pro ſoc.nec tñ duo filij paruuli habebũt æqualem portionem cũ ſuo patre:quia eo viuente nõ cenſenť ipſi in ſocietate, cùm nulla bona cõmunicauerint,ſicut pater ſuus:habebũt tñ ſua ſalaria,quæ veriſimiliter lucrati fuiſſent,ſi dicto tempore cõmunis ſtetiſſent cũ alijs:& taxabunť per duos homines eligendos per iudicem:quia perſonas ſuas cõicauerũt circa negotia cõmunia . ¶Tertiũ.Si aũt debeat modò fieri diuiſio mortuo Paulo:dico quòd prima ſocietas Paulo mortuo eſt diſſoluta.l.adeo.ff.pro ſoc. Vnde ſi eo mortuo nõ cõtraxerit aliquã ſocietatem,fiet diuiſio ſicut eo viuente, ita quòd iſti filij habebũt partem patris,& ſua ſalaria.Si verò aliquo tempore ſocietatem cõtraxere cũ patruis de bonis ab eo tempore quæſitis quo ſocietatem cõtraxerunt , debet fieri diuiſio in capita,& nõ in ſtirpes:de bonis verò Petri & Pauli debet fieri diuiſio in ſtirpes,& nõ in capita,reſeruatis duobus filijs Pauli ſalarijs.¶Quartũ.Quantũ aũt ad fructus pendentes ex poſſeſsionibus quas tenent ad coloniã,dico quòd ſi boues erant cõmunes,deductis expenſis diuiſio fieri debet in capita, & nõ in ſtirpes,vt voluit Bar.in ſuo cõſilio incipiente, Titiarellus.& Bal.in addi.ad Bar.de duo.fra.dicens nos debere cõſiderare quòd fructus triplici modo percipi poſſent:primò ſcilicet ratione operarũ exhibitarũ à perſonis:ſcđò ratione oparũ exhibitarũ à bobus:tertiò ratione ſeminis & aliarũ expenſarũ pro meſſoribus & ſimilibus.Primò igitur de fructibus detrahenda eſt omnis impenſa:quæ ſi facta eſt ęquali portione à fratribus & nepotibus,æquali portione reuertať quia nullus eſt caſus,in quo talis deductio nõ fiat. l. fundus. ff.fa.er.Secũdò,ſicut boues ſunt cõmunes, ita quod ratione eorum percipitur,cõmunicetur pro parte, pro qua & boues ſunt cõmunes,quia ratione cõmunis acquiritur dominis pro ea portione pro qua ſunt domini. ff.de acquir.rer.do . l.per ſeruum.in fi.Tertiò,reſidui fructus diuidanť in capita,quòd quilibet habeat ſuã portionem , tam patrui,quàm nepotes: quia ſocietas reſpicit capita operantiũ in ſocietate.d.l.ſi nõ
34 fuerint.¶Trigeſimoquartò quæritur,†an frater gubernans bona cõmunia cum fratribus paruis poſsit in diuiſione ſalarium petere,ſicut tutor põt,ſecundũ Bar.in l.in eos.ff.de tute.quòd non.& dicit Ludo.quòd certa portio fructuũ aſsignabitur illi,ſed ſalariũ petere nõ poteſt. Sed pro hoc de alijs prædictis aduertè primò quòd ſecundum Bal.in tract.de duo.fra.duo fratres,quorũ vnus habet duos filios laborãtes communem poſſeſsionem,alius verò nullũ , tamen diuident fructus æqualiter:quia hæc ſocietas reſpicit capita eorum qui operas ponunt:& idem Pau.in l.illud.C.de colla.in duobus fratribus,quorũ vnus erat ſolus nihil faciens: alius verò habens multos filios bona gubernabat:quia in diuiſione ille ſolus petere non poteſt fructus conſumptos à filijs fratris. ¶Aduerte ſecundò quòd lucrũ alterius fratris in dubio pſumitur de patrimonio patris,aut de cõmuni,ſi ſit homo nullius exercitij:ſicut aliàs vxor præſumitur habere de bonis mariti.Si verò ſit artifex,& bene lucrať,nõ præſumiť habere de communi,niſi expreſſe probetur.C. arbi.tute.l.ſi defunctus.

PECVNIA aliqñ largiſsimè ſumitur pro omni re mũdi,quæ põt eſſe in patrimonio.j.q.iij.c.totũ.& in l.nomine.ff.de ver.ſig.iũcta gl.& ſic rei appellatio latior eſt quã pecuniæ:vt in l.rei.ff.eo.quia res ſacræ & liber homo qui nõ poſſunt eſſe in patrimonio ,res ſunt & nõ pecuniæ: ſed ſtrictè accipitur pecunia pro numerata,id eſt,numerabili.xiiij.q.iij.c.j.& iij.& ff.de leg.j.talis ſcriptura,ſcđm mentẽ aũt S.Th.ij.ij.q.100.pecunia formaliter & droprię eſt moneta ſeu menſura rerũ venaliũ:impropriè aũt & virtualiter eſt omne cuius pretiũ æſtimari põt pecunia.Sum.aũt. Ang. & Ro.referunt quatuor magiſtros expoſitores regulæ beati Franciſci dicere quòd pecunia eſt omñis res,qua quis vtitur ad aliquid pro pretio dãdũ,id eſt,omne quod vice ptij datur ſed iſti nõ declarãt ppriè quid ſit pecunia in ſe , ſed qũo ſumatur in pręd icta regula, qñ phibeť pecunia recipi: de quo ſunt opiniones.Nam cùm dicitur in regula quòd fratres nõ recipiãt denarios vel pecuniã:Car.in clem.exiui.§. porro.de ver.ſig.dicit quòd ſumitur ly vel,pro id eſt,ita quòd denarij & pecunia idem ſunt.& bene dicit quãtũ ad verba.Dicti verò magiſtri dicũt quòd ibi ſumiť nomine pecunię etiã omne quo quis vtiť loco pretij ad aliquid emẽdũ:vñ nõ licet fratri minori accipere aliquid intentione vendendi & vtendi ptio: imò ſcđm ea quæ dicti Summiſtæ referũt ex dictis dictorũ magiſtrorũ,nõ licet fratri minori permutare,puta accipere vinũ vt det alicui daturo ſibi panes:quia hoc eſt vti aliquo,id eſt,vino ad aliquid cõſequendũ,quod pretio datur,id eſt panem: ſed bene intentione præſentandi procuratori ordinis, vt ipſe eam vendat vel in neceſſaria commutet:quia ſic talis res nunquam eſt pecunia in manu fratris. Vtrum autem mutuo accipiens pecuniam auream reſtituere poſsit argenteam,& alius eam recipere teneatur,vide infrà Solutio.§.j.

¶PESIO,ſuprà Gabella. infrà §.j.

¶PEDANEVS Iudex,vide ſuprà Archidiaconus.§.j.in fin.& ſuprà Iudex.§.j.

## De Pœna.


1 *Pœna quid & quotuplex ſit.*
2 *Pœna ſenſus quotuplex ſit.*
3 *Pœna à quo poßit imponi.*
4 *Pœnarum quando fiat extenſio.& numer.5.*
6 *Pœna pecuniaria an ſtatuto poßit imponi pro adulterio.*
7 *Pœnarum alternatiuarum quis habeat optionem.*
8 *Iudex eccleſiaſticus an imponere poßit pœnam pecuniariam.*
9 *Epiſcopus an imponere poßit laico pœnam pecuniariam.*
10 *Iudex an poßit pœnam augere vel minuere.*
11 *Pœna an extendatur vltra territorium imponentis.*
12 *Pœna impoſita propter crimen an in dubio ſit perpetua.*
13 *Pœnæ incurſionem quando debeat monitio præcedere.*
14 *Pœna an incurratur ex contrauentione facti va o manente contractu.& nume. 20.*
15 *Pœna an incurrať ante terminũ,qñ certũ eſt nõ poſſe cõpleri.*
16 *Pœna an committatur ſine dolo.*
17 *Tempus præfixum in odium negligentis an currat ignoranti.*

18 *Pœnam non incurrit, qui facere non poteſt.*
19 *Pœnam totam an incurrat qui ſolam partem facti præſtat.*
21 *Pœna an poſsit inferri in loco domicilij pro peccato alibi commiſſo.*
22 *Mandans delictum fieri in alio loco, an debeat puniri vbi mandauit,vel vbi commiſſum eſt.*
23 *Puniri an quis poſsit à* Deo*vel ab homine pro culpa alterius.*
24 *Punitus ſemel pro aliquo crimine an debeat amplius puniri.*
25 *Pœnam pecuniariam quis exigere poſsit.*
26 *Pœna cui ſit applicanda.*
27 *Pœnæ ſolutio an ſatisfaciat legi prohibenti.*
28 *Peccant non accuſando qui id habent ex officio.*

1 POENA †eſt id quod pro culpa infertur : quia dicitur à
puniendo:& eſt quæ punit & vindicat qđ quiſq; cōmi-
ſit.de pœ.diſt.iij. pœnitentia . vnde à ſupplicio vel do-
lore differt,quæ ſine culpa aliqñ inferunť:vt cùm torquetur
brutū vel hō iuſtus:pœna aūt nunquā inferť ſine culpa,quā-
uis aliqñ inferatur ſine culpa puniti,licet nō ſine cauſa: quia
ſcilicet ꝓpter culpā alterius:vnde ſine culpa,niſi ſubſit cau-
ſa,nō eſt aliquis puniendus.de re.iu.lib.vj.Et nomine pœnæ
loquendo iuridicè & nō Theologicè ſtrictè & ꝓpriè venit
ſolū corporalis,id eſt,afflictiua corporis,ſcđm Pa.in c.inter
alia.de imm.ecc.largè tñ ſumiť pro omni qđ minuit de pa-
trimonio,vel priuat aliquo legitimo.Gemi.tñ in c.ſi.de ele.
lib.vj.dicit quod cōſtitutio ꝓpriè eſt pœnalis,quæ priuat iu-
re quæſito,vt in c.ſi religioſus.eo.ti.&ita eſt pœnalis,ſiuevin
dicet in corpore,ſiue in alio quæſito,vt in c.diſpendia.de re-
ſcri.lib.vj.iūcta gl.¶Primò verò quæriť,quotuplex ſit pœna
in gñe?Et dico ꝙ eſt duplex.prima ſcilicet priuatiua,quę di-
citur pœna dāni:largè eſt qua ꝓ culpa aliquid aufertur, &
infertur priuatio:ꝓpriè verò eſt qua ꝓ culpa auferť ꝑfectio
& infertur priuatio nō repugnās appetitui ſemꝑ:cuiuſmodi
eſt carentia diuinæ viſionis:quæ & ſi fortè repugnet appeti-
tui in dānatis,nō in pueris decedentibus ſine baptiſmo ſcđm
Theologos.Et ſcđa poſitiua,quæ dicitur pœna ſenſus,id eſt,
afflictiua appetitus ſiue inferioris ſiue ſupioris:& largè eſt
qua ꝓ culpa auferť ꝑfectio & inferť priuatio afflictiua appe
titus ſiue ſupioris ſiue inferioris:ꝓpriè verò eſt qua aufertur
ꝑfectio & inferť priuatio afflictiua appetitus ſemꝑ ſaltē na-
turaliter:vt ſubtractio peculij,verbera,& ignis,qbus auferť
ſenſuū harmonia,mutilatio,& hmōi:Et ſic pœna ſenſus pro
priè nūq; eſt pœna dāni ꝓpriè,nec ecōuerſo:qa vna affligit
ſemꝑ,alia nō ſemꝑ:oīs verò pœna ſenſus ꝓpriè eſt pœna dā
ni largè:qa ſemꝑ eſt priuatio,vel habet annexā priuationē:
nō aūt ecōtrario:qa pœna dictorū puerorū nō eſt ſenſus ꝓ-
priè,ſed ſolū largè,vt ſcilicet eſt in dānatis. Sed qa iſta ſunt
Theologalia:nō me extēdo quēadmodū materia requirit.
2 ¶Scđò quæritur,†quotuplex ſit pœna ſenſus iuridicè loquē
do ſcđm canones pcipuè?Et dico ꝙ dupliciter diuidiť à Iuri
ſtis,quātū ex dictis eorū colligiť,ſcilicet ſcđm ſe,& ex parte
cauſæ pœnā inferētis.diuidendo ergo eā ſcđm ſe, in gñe eſt
triplex.¶Primū eñ genus eſt ſpiritualis pœnę q̄ eſt quadru
plex.prima ſcilicet increpatio,quæ in gñe iſto eſt quaſi prę-
ambulū.di.lxxxiiij.puenit.ſcđa eſt cēſura eccleſiaſtica, q̄ eſt
triplex,id eſt,excōicatio,interdictū,& ſuſpēſio.de ver.ſi.quę-
rēti.tertia infamia,de qua ſ.Infamis.quarta eſt depoſitio.diſ.
v.ſi eṗs.de qua ſ.Degradatio. ¶Scđm genus eſt corporalis:
quæ eſt quintuplex ſcđm Canones.prima eſt ieiunij vel abſti
nentiæ.di.xc.ſi quis cōtriſtatus.xxvij.q.j.ſi homo eſſes.ſecun
da eſt verberum.xxiij.q.v.circuncelliones.de qua ī.Percute-
re.& ſ Excommunicatio.vj.tertia eſt ſeruitus.de qua ſ.Luxu
ria.§.ij.quarta eſt publicationis bonorum.diſt lxiij.Adrianus
de qua ſ.Hereticus.j.§.viij.quinta eſt exilij.di.lxiij.in ſynodo.
ſiue ſit ad certum locum,vt cùm quis traditur in monaſteri-
um:ſiue à certo loco,vt cùm quis ab aliquo loco prohibetur
ſiue ab omni loco,vt cùm pœnitenti iniungitur ne alicubi
pluſquā tāto ſpatio moretur:de pœ.di.vj.ſacerdos . Secundū
leges autem ſunt & aliæ pœnæ,vt mortis,detrūcationis, vel
etiā deportationis,de quibus diffuſè in Sum.Cō.li.iij.ti.xxxij.
q.j.ſcđm Ray.& ſcđm Hoſ.de iureiu.c.veniens.quædam eſt
capitalis:& eſt triplex,ſcilicet mors,exiliū,& relegatio.ff.de
publi.iud.l.ij.Eſt aūt deportatio ꝓpriè exiliū ꝑpetuū:relega
tio verò tꝑale.ff.de interd.l.relegatorū.§.differētia.¶Tertiū
genus eſt pœnæ pecuniariæ:quæ aliqñ inferť ꝓ iniuria illa-
ta perſonæ vel loco:de quo ſ.Immunitas.ij.§.x.Aliqñ ꝓ ſatiſ
factiōe illati dāni:vt ſ.Furtū.§.iiij.& ī.Raptor.§.j.Infertur etiā
ad punitionē criminis,qđ in nullius eſt iniuriā,niſi Dei,ſaltē
per modū eleemoſynæ,vt ſ.Blaſphemia.§.vij . ¶Diuidendo
autem pœnā ſenſus ſcđm cauſas pœnā inferentes,in genere
eſt quadruplex.Prima eſt à iure,ſcilicet Canonico vel Ciuili:
de qua in c.ſtatuimus.xvj.q.j.ad quam reducitur ea, quæ eſt
à ſtatuto.Secunda eſt à conſuetudine.de qua in c.dilectus.de
offi.or.Tertia eſt ab homine.Quarta eſt miſta poſsibiliter,
quæ dicitur pœna contumaciæ punitiua.Sed illa,quæ eſt ab
homine,etiam eſt triplex,ſcilicet iudicialis,arbitralis , con-
uentionalis,quam partes extra iudicium inter ſe imponunt.
¶Tertiò quæritur,†à quo poſsit pœna imponi?Et dico hoc 3
patere ex dictis §.priore:quia iuridicā & cōſuetudinalem im
ponere poſſunt,qui & ſtatuere,aut cōſuetudinem facere:eā
verò quæ eſt ab homine conuentionalem facere poſſunt o-
mnes,qui poſſunt contrahere:& arbitralem omnes qui poſ-
ſunt compromittere:& iudicialem omnis iudex potens puni
re:quia iuriſdictio ſine coërciōe ſaltem modica,nulla eſt.de
offic.dele.paſtoralis.&.c.ex literis.maiores tamen pœnas,&
quantum ad forū eccleſiaſticū depoſitionem: quantū ad ſe-
culare verò decapitationem:inferre poſſunt omnes iudices:
ſed in illo quidem ſolus epiſcopus,ad quem pertinent maio-
ra negotia.di.xxv.perlectis.in iſto verò,ſcilicet ſeculari,hi ſo-
li,qui habent merū imperiū.¶Quartò quæriť, † vtrū pœna 4
impoſita à iure in vno caſu videať impoſita in alio, qñ illa
duo in iure æquiparātur?Et dicūt quidā quòd ſic,per text.cū
gl.in c.j.de poſt.præl.dicens quòd diſpoſitio etiam pœnalis
cōcepta in electiōe,procedit etiā in poſtulatiōe:quia per po
ſtulationem venitur ad electionem.l.oratio.ff.de ſpon.& hoc
ſequitur Pan.in c.de multa.de præb.& in c.ſi.de mutu . peti.
¶Quod qdem in fauorabilibus habeo ꝓ indubitato,ꝑ auth.
item ſi quis liberos.C.de natu.libe.vbi pater in aliquo legiti
mo documento filiū naturalem appellās filiū ſimpliciter,le
gitimaſſe videtur omnes alios filios naturales,qui ſunt cōfra
tres:ſed in pœnalibus eſt gl.ſingularis in cōtrariū in cle.j.de
cōſang.& affi.quæ dicit ꝙ pœna appoſita cōtrahentibus ma
trimoniū,nō extendiť ad cōtrahentem ſpōſalia.Vñ dicendū
videtur ꝙ qñ aliqua duo in iure ſunt parificata cōiter, & eſt
eadem ratio expreſſa vel indubitate pręſumpta,tunc ſtatutū
in vno extendiť ad aliud,etiā in pœnalibus:ſed qñ nō ſunt cō
muniter parificata,ſed ſolū in aliquibus caſibus,tūc nō extē
ditur:ſimiliter licet ratio ſit eadem,tñ nō extenditur in pœ
na,ſed ſola ꝓhibitio,niſi ratio ſit expreſſa vel indubitate prę
ſumpta:quia tūc extenditur etiā quo ad pœnā : vt ſ.Lex §.
xviij.Et ſic intellige,limita & concorda prædictas gl.in cle.
vnica.de offi.vica.& gl.in c.conſtitutionem.de regula. li.vj.
& gl.in regula,quæ à iure.de re.iu.li.vj.¶Quintò quæritur,
5 †vtrum pœna impoſita à iure in aliquo relicto ſit poſita,vel
locum habeat in actu vicino ipſi delicto?Et dicit Pan.in c.j.
de eo qui mit.in poſ.quòd nō:niſi quis actum perficiat, licet
talis aliter ſit puniendus iudicis arbitrio . quod probatur in
c.cum in cunctis.de elect.iuncto c.perpetuo.eo.tit.lib.vj.
& ibi glo.Et idem in pœna impoſita per ſtatutum:quia ver-
ba ſtatuti exigunt actum perfectum,vt not.Bart. in l.is qui
cum telo.C.de ſica.vnde non ſufficeret inchoaſſe. Secus au-
tem de pœna,quæ venit imponēda per decretū iudicis:quia
talis ſic punitur ac ſi perfeciſſet, ex quo peruenit ad actum
propinquum,vt in l.ſi quis nō dicam rapere.C.de epiſ.& cle.
6 & d.l.is qui cum telo.¶Sextò quæritur,†vtrum pro homici-
dio,adulterio,& huiuſmodi,poſſet per ſtatutū imponi pœna
pecuniaria ſolùm?Et dicit Hoſt.& ſequitur Panorm.in c.ij.
de deli.puerorum.quod eſt illicitum tale ſtatutum:quia ho
mines exponuntur venales ad delinquendū,quia multi bene
timent cruciatus non timentes pecuniariam pœnam vt ha-
beant ſuum intentum,arg.l.in ſeruorum.& in l.aut facta.ff.
de pœnis:& in authen.de manda.principum.§.oportet.
7 ¶Septimò quæritur,†cum pœna per ſtatutum impoſita eſt
alternatiua;puta,ſuſpendatur vel puniatur in mille:cuius ſit
optio,vt ſciatur quæ pœna eſt impoſita?Et dicit Panorm. in
cap.inter cætera.de reſcrip.tres gloſ.aſſerere quòd datur iu-
dici,ſcilicet in cap.ſicut de Iudæis.& in c.à crapula.de vit. &
honeſt.cleri.& in ca.fraternitatis.xxxiiij.diſtin.ſed in contra-
rium eſt l.quicunque.C.de ſer.fug.cum ibi notatis.vbi optio
datur reo.Sed pro concordia diſtinguendum eſt poſt Cyn.
& Bart.in l.j.ff.de effrac.quòd datur iudici,ſi verba dirigun-
tur ad eum:vt dicendo,puniat eum iudex ſic vel ſic.ad quod
l.ſi fugitiui.C.de ſer.fug.datur verò reo,ſi diriguntur in reū:
vt dicendo, ſoluat centum,vel recedat de ciuitate.& ita lo-
quitur d.l.quicunq;.Sed limita ſi diriguntur in eum actiuè.
Item ſi paſsiuè:puta patiatur iſtam vel illam pœnam. ar.di-
cti c.ſicut.iuncta gl.Si verò ſunt imperſonaliter prolata,vel
aliter dubitatur:Sum.Angel.dicit quod optio datur iudici, ſi
pœna corporali;vel reo,ſi pecuniaria. & videtur inniti Bart.
qui tamen dicit ſe dubitare:& videtur inclinari vt detur reo,
vt pars mitior eligatur:vt in regula,odia. Panor.verò quem
ſequitur Sum.Roſ.tenet contrarium:quia iura canonica ſu-
perius allegata loquuntur imperſonaliter:& tamen glo.cō-
muniter ſentiunt vt optio detur iudici. Et probatur per cap.
quoniam.vt lite non cōteſt.quia regulariter iudex tanquam
miniſter habet eligere & apponere pœnam ſecundum cir-
cumſtantias loci, temporis,& perſonæ:vt in l.reſpiciendum.
ff.de pœnis. Item reus ſemper eligeret mitiorē pœnā. & ſic
quaſi fruſtraretur alternatiua legis. Prædicta tamen limita,
niſi vna pœna eſſet trāſlata in aliam, quia iam non haberet
iudex electionem:vt ſi dicit ſtatutum vel ſentētia quòd reus
ſoluat mille intra decem dies, alioquin ſibi pes amputetur:
quia poſt decem dies.Bart.dicit ſe conſuluiſſe in quæſtione
facti quòd pecuniaria in corporalem trāſlata eſt.l. cū duo-
bus.§.idem reſpōdit.ff.pro ſoc.& ſic. Poteſtas nō poterit am
plius facere executionē in bonis cōdēnati.Mouet tamē Pan.
dubium,ſi corporalis & pecuniaria imponātur alternatiuè,
& cōſuetudo ab olim habeat quòd imponatur præciſe alte-
ra,vtrū iudex habeat optionē?Et dicit quòd de æquitate vi-
detur quòd non, licet ſit cōſuetudo ſeruanda.ar.l.hodie.iun-
cta gl.ff.de pœ.& deinde dicit poſſe argui.de rigore:quia in
his quæ ſunt meræ facultatis,ex obſeruantia vnius nō eſt in-
ducta cōſuetudo.Sed tu ſolue ad hoc ex dictis ſuprà Cōſuetu
do.quòd ſi cōſuetudo talis eſt quę habeat vim legis,ſeruabit
aliter.¶Octauò quęritur,†vtrū iudex eccleſiaſticus poſ-
ſit imponere pœnā pecuniariā?Et diſtinguit Pan.in c . licet.
de pœnis,quòd aut vult hoc imponere mulctando,aut pęnā
diffinitiuè imponēdo. Eſt autem mulcta,pœna quam iudex
imponit arbitrio ſuo,pœna verò propriè imponitur ſecundū
ius commune vel municipale.C.de mo.mul.l.j.& C.de ap.l.



& in multis.¶Si primum,hoc,inquit,poteſt,ſi illa pœna ma
gis timetur:maximè quia pœna certa nō eſt à iure ſtatuta ꝓ
arcēda contumacia:vnde poteſt imponere vt ſibi videtur:vt
in c.de cauſis.de offic.dele.Sed in ſecundo caſu,qñ vult im-
ponere diffiniendo,aut ſubeſt ſtatutum vel cōſuetudo vt ꝓ
quolibet delicto imponatur pœna pecuniaria:& non valet:
quia diſſolutio conſurgit,nullā enim delinquēs pertimeſcit
culpā,cum ſe ſperat eā numis redimere.xj.q.iij.pauper. Aut
ſubeſt ſtatutum vel conſuetudo quòd vltra pœnam iuris im
ponatur pecuniaria:& valet,dūmodo nō procedat ex radice
cupiditatis:quia poteſt epiſcopus adiuuare canonē apponen-
do nouā pęnā:vt in c.ij.de cōſti.li.vj.Aut nō ſubeſt ſtatutum
vel conſuetudo:& tunc aut vult exigere pecuniam ꝓ delicto
extra iudiciū,& non pōt:quia certi modi ſunt in iure ſtatuti
ꝓcedendi contra delinquentē:ſicut faciebāt illi archidiaco-
ni,de quibus in d.ca.licet.Aut vult procedere iudicialiter:&
tūc ſi certa pœna nō eſt impoſita,poteſt imponere pecunia
riam.Si verò eſt certa pœna ſtatuta,& cum cauſæ cognitiōe
voluit eam temperare pronūtiādo,poteſt : quia hoc videtur
conceſſum cuilibet iudici cognoſcēti de crimine,vt ex cauſa
poſsit temperare pœnam dum pronūtiat:non autē poſtquā
pronuntiauit:vt in §.notandum.ij.q.iij.& in l.j.ff.ad Turpil.
niſi poſſet diſpenſare ſuper illo crimine:vt in ca.at ſi clerici.
de iudi.niſi eſſet mulcta impoſita , quæ propter inopiam rei
etiam ex poſt facto temperari poteſt:vt eſt tex.in l.illicitas.
ff.de offi.præſi.Adde quod dicit idem Panormita. quod vbi
pœna non eſt in iure expreſſa,imponi debet conſuetudina-
ria:& ſi iudex excedit conſuetudinem,dicitur excedere mo-
dum.Ad quod tex.cum glo.in l.hodie.ff.de pœnis.ſed ceſſan
te conſuetudine venit arbitraria,ſupra Iudex.j.§.xj. ¶Nono
quæritur,†vtrum epiſcopus poſsit imponere pœnam pecu- 9
niariam laico ſibi temporaliter non ſubiecto? Et ſentit Ioā.
Andr.poſt Hoſti.quod non:ſed debet eam facere infligi per
iudicem ſecularem.Sed hoc non placet Panor.in dicto capi.
licet.quia ex quo eſt caſus,in quo iudex eccleſiaſticus vēdicat
ſibi iuriſdictionem in laicū,non apparet ratio quare in caſi-
bus prædictis nō poſsit eā imponere:vt in c.ſtatuimus.xvj.q.
j.& xvij.q.iiij.c.quiſquis.¶Decimò quæriť,†vtrū iudex poſ- 10
ſit pęnā minuere vel augere?Et dico vt ſ.Iudex.j.§.xj.& hic.
§.viij.in fi.¶Vndecimò quæritur,† vtrum pęna extendatur 11
vltra territoriū imponētis?Et dicit Pan.in c.poſtulaſti.de fo
ro cōp.ꝙ aut reſpicit perſonā aut bona.Et ſi perſonā,tripli-
citer.Aut eñ primò diminuēdo eius ſtatū,vt infamia,excom
municatio,interdictū,& huiuſmodi:& ſic cùm ſint affectiuę
perſonæ porrigunt effectū ſuū extra territoriū:etiā quia ſe-
quūtur eū ſicut lepra leproſum.l.ex ea.ff.de poſtulā.propter
quod dicit Bar.in .l.qui vltimo.ff.de pœ.ꝙ ſemel cōdēnatus
ad mortē,quāuis effugiat.nihilo minus remanet ſeruus pęnę
vbicūq; fuerit:ideo nō poterit teſtari aut cōtrahere,& huiuſ
modi:& facit d.l.qui vltimo.& auth.ſed hodie.C.de dona.in-
ter vi.& vx.Aut ſecundò interdicendo certum locum , puta
ne vadat ad talē locum,vel vt moretur in tali loco:& ſic nō
porrigitur extra territoriū,niſi per quandā cōſequētiā:puta
quia detēto in loco habitatiōis videtur interdictus etiā locus
originis,quāuis ſit extra territoriū.de quo dic vt in l.relega-
torū.§.j.& §.interdicere.ff.de interd.per quā legē dicit Bar.
quòd non poteſt ciuitas imponere ſuo ciui vt moretur in ta-
li loco nō ſubdito:nec interdicere ne vadat ad talē locū non
ſubditū ſtatuēti:& hoc quādo ſit in pœnam illius,cōtra quē
fertur ſentētia.Secus ſi propter commoditatem ciuitatis,vel
in odium eorū,ad quos iret,ſtatuitur ne ſubditi vadant ad ta
lem locum:quia valet.ar.l.ſi.ff.de decre.ab or.fa. Aut tertiò
interdicendo certam artē:puta quòd nō exerceat talē artē:

& ſic non porrigitur extra territorium:vt eſt text.in dicta l.
ex ea.per quam dicit Bart.in l.cunctos populos.C. de Sum.
Trin.quod ſtatutum continens prohibitionem odioſam,nõ
porrigitur in dubio extra territorium ſtatuentis: ideoq; di-
cit quòd filia,quæ ex ſtatuto non ſuccedit, cum tale ſtatutũ
ſit odioſum.l maximum vitium.C.de liberis præter . quòd
nihilo minus poteſt ſuccedere in bonis alibi ſitis : quia non
porrigitur dictum ſtatutum extra territorium ſtatuentis.Et
ſimiliter puto quòd ſententia priuãs aliquem beneficijs ſuis
in dubio intelligitur de habitis in territorio diſponentis.
¶Aut reſpicit bona:puta quia publicat ea:& tunc ſi ſit de iu
re communi,porrigitur ad ſita extra territorium : & rema-
nent ibi tanquam vacantia,ſed occupantur per iudicem ter-
ritorij.arg.l.à diuo Pio.§.j.ff.de re iudi.& l.cum vnus.ff. de
bo.auth.iud.poſsiden.Si verò ſit de iure ſpeciali ſiue munici-
pali,dicendum eſt vt notat Barto.in d.l. cunctos populos.&
Ioan.Andre.in cap.cum ſecundum. de hæreti.libro vj.quòd
extra territorium non extenditur pœna.¶Duodecimò quæ
12 ritur,†vtrum pœna impoſita propter crimẽ ſimpliciter ſine
præfinitione temporis ſit perpetua?Et dicit Panormit.in c.
ex literis.de conſtitu.quòd pœna impoſita propter crimen
ſiue cauſæ cognitione,puta per interlocutoriam iudicis eſt
temporalis durans ſolùm durante eius officio:vt puta,inter-
dicit officium vel exercitium alicui.tex . eſt not.ſecundum
communem intellectum in l.fin.ff.de pœnis.& idẽ not.Inn.
in cap.quod tranſlationem.de offic.leg.quod limita in pœ-
na ſucceſsiua:quia momentanea eſt perpetua:puta,mulcta-
uit in pecunia,vel in corpore,& huiuſmodi facit.l.illicitas.in
fin.ff.de offic.præſi.Si verò fuit impoſita cum cauſæ cogni-
tione,& delictũ merebatur vt eſſet perpetua, erit perpetua:
ſecus ſi non merebatur perpetua,ar.l.ſi præſes.ff.de pœn.&
fuit dictũ Old.quod ſequuntur communiter doct.in d.c.ex
literis.In dubio verò quando venit imponenda ex arbitrio,
intelligitur tẽporalis. ¶Decimotertiò quæritur,†vtrum ad
13 incurrendã pœnã quæ imponitur ipſo facto negatiue,id eſt,
contra omittentẽ,vel nõ facientem,monitio requiratur. Et
dicit Inn.in c.extirpandæ.de præb.& Io.And.in c.licet.de e-
lect.lib.vj.&multi alij quòd ſic: vnde ante monitionẽ pœna
non incurritur.Sed Pano.in d.c.extirpandæ.tenet quòd non
requiritur monitio,ſed incurritur ipſo facto.& idẽ glo.in l.j.
C.de his quibus vt indig.& Bart.in l.in cognitione.ff.ad Sil-
lan.dicens quòd pœna appoſita nõ vindicãti mortem defun-
cti,ipſo facto incurritur quo facultatem habuit vindicandi,
& nõ vindicauit.Sed Gemin.in d.c.licet concordat.dicens ꝙ
prima opinio vera eſt,vbi ius terminum nõ præfigit: ſecũda
verò vbi præfigit:quia tunc terminus pro homine interpel-
lat de locato.potuit.Vbi verò ius imponit pœnã affirmati-
uè,id eſt,contra committentem ſeu facientem aliquid,mo-
nitio non requiritur: ſed ab eo pœna incurritur ipſo facto,
etiã ſi nõ habuerit iuris effectum,quando eſt poſita contra
eum qui alicui facto contrauenit,vt §.ſeq. ¶Decimoquartò
14 †poſito quòd quidã ſub certa pœna contraxerint inuicẽ,ſed
vnus noluerit ſtare contractui, qui tamen locũ habuit non
obſtante illa contradictione:quæritur vtrum contradicens
incurrerit illam pœnã ex quo omnino contractus habuit ef
fectũ?Et dicit Pan.in c.Raynaldus.quod ſic,per tex.illũ,per
quem infert quòd pœna appoſita ex cõtrauẽtione cõmitti-
tur ex ſola contradictione facti quanquam contradictio nõ
habuerit iuris effectum.Nam ibi contradictio patrui nõ im
pediuit legatum factum auunculis:& nihilo minus pœna ex
cõtrauentione poſita habuit locũ.Et facit hoc pro pœna po
ſita in compromiſsis aduerſus contrauenientẽ.vt committa
tur,licet contrauentio effectum aliquem non habuerit.Si-
militer cõmittitur pœna ex contrauentiõe iuris ſeu de iure
facta,vt in l.nuda.C.de contrahen.& cõmit.ſti . Quod nota
ꝗa valeret ad multa.¶Decimoquintò quærit᷑, † vtrũ pœna 15
poſita à lege vel ſtatuto contra omittentẽ ſeu nõ facientem
aliquid intra certum terminũ ſtatutũ,incurratur ſolùm poſt
dictũ terminũ,vel etiã ante illum ex eo tẽpore, ex quo iam
eſt illi impoſsibile hoc facere:puta,ſi promoto ad eccleſiam
parochialẽ imponatur ſub pœna priuationis quòd intra an-
num fiat ſacerdos,& ante finẽ anni iam incipit eſſe certum
quòd hoc nõ poteſt.de quo s̄.Eccleſia.ij.§. vij. Vel ſi rector
vniuerſitatis mandet doctoribus legẽtibus ſub pœna cõten-
ta in ſtatuto vt intra Paſcha fecerint ſuas repetitiones,& an
te Paſcha iam incipit eſſe certũ quòd hoc nõ poſſunt,vt quia
incipiunt vacationes Paſchæ,in quibus ſecundũ formam ſta
tuti nullus publicus actus fieri poteſt.Et dico ad quæſtionẽ
quòd Bart.in l.cum ſtipulatus ſum mihi à Proculo.ff.de ver
borum oblig.in prædicto caſu doctorum diſtinguit.Nam ſi
pœna poſita in ſtatuto trahit ſecum executionem, vt pœna
excommunicationis vel infamiæ : incurritur pœna eo ipſo
quòd incipit eſſe certũ de impoſsibilitate faciendi : quia lex
facit ſuam executionem,etiam ante diem ſtatutam.Si verò
pœna ſecum executionem non trahit, vt ſi dicat ſtatutum,
ſint periuri,vel puniantur in decem:tunc nõ incurritur pœ-
na,licet certum ſit de dicta impoſsibilitate.Angel.autẽ quẽ
ſequitur Rapha.Cu.in dicta l.cum ſtipulatus,tenet cõtrariũ
dicens quòd ſiue pœna trahat ſecum executionem ſiue nõ,
ante tempus non cõmittitur,licet incipiat eſſe certum fieri
non peſſe quod fiendum erat: quia in ſententijs proferendis
eſt mens iudicis attendenda:de verborũ ſignificatio. intelli
gentia.quæ hic non eſt,vt ante tẽpus ſiue terminum ſtatutũ
pœna committatur:etiam quia de hoc videtur eſſe caſus in
c.cõmiſſa.de elect.lib.vj.de eccleſia parochiali,vt ſuprà Ec-
cleſia.ij.§.vij.Ad legem autẽ,ſi ita ſtipulatus eſſet.ff.de ver-
borum obligatio.vbi contra promittentem facere inſulam
ad certum tẽpus agere quis poteſt,ex quo intra tempus ſta-
tutum fieri non poteſt,licet totum tempus non tranſierit:di
cendũ eſt quòd loquitur in pœna conditionali, nõ in legali.
Et diuerſitatis ratio eſt.quia mitius cum lege quàm cum ho
mine agitur.l.Celſus.ff.de arb.Vel dic.ſecundum gl.in dicto
c.commiſſa.quòd ante diem vel terminum agi poteſt quãti
intereſt opus non eſſe incohatum:vt in iuribus allegatis.ſed
non ad pœnam,vt in dicto cap.commiſſa.& hoc eſt melius.
¶Decimoſextò quæritur, † vtrum pœna committatur ſine 16
dolo?Et dico quòd non,ſi ſit capitalis vel corporalis:quia di
cit Barto.in l.quicunq;.C.de ſer.fug. quòd vbicunq; de pœ-
na capitali vel corporali loquimur,ſubintelligitur dolus. ff.
de in lit.iur.l.ij.& in l.in actionibus.& Inſtit.de ſuſpect.tu.§.
ſuſpectus.ſecus in pecuniarijs pœnis:vt .C de nox.actio.l.ſer
ui.Et idem Sali.in l.pœnã.C.ad l.Corneliam de ſica. & Bal.
in l.data opera.C.qui accuſa.non poſſunt. & Paulus de caſt.
in l.j.C.vbi ſena.vel cla.& facit gl.in l.quid ergo.§.ex cõpro
miſſo.ff.de his qui not.infam.& gloſ.in l.& ſi ſeuerior.C. ex
quibus cauſis infam.irroge.vbi dicit Bald.quòd committens
homicidium per laſciuiam,puta currendo in equo,nõ debet
occidi,licet ſtatutũ dicat quòd decapitetur homicida.¶De-
cimoſeptimò quæritur,†vtrum tempus præfixum in odium 17
negligentis currat ignoranti vel legitimè impedito?Et dicit
Panor.in c.quia diuerſitatem.de conceſ.præbend.quòd non.
ſecus ſi ſit præfixum in odium negligentiæ,ſed alterius fauo
rem.ff.de his qui no.infa.l.genero.vbi tẽpus anni currit mu-
lieri ignoranti mortem mariti. Pro quo vide gloſ.in cap.ſta
tutũ.de preben.lib.vj.& no.Specul.de edit.inſtru.vbi dicit ꝙ
licet executor teſtamenti non potuerit exequi intra annum,
nihilo



nihilo minus executio deuoluitur ad epiſcopum.arg.l.nulli.
C.de epiſ.& cle.&.c.nos quidem.de teſta.Et ratio,quia in fa
uorem defuncti,non in odium executoris.¶Decimooctauò
18 quæritur,†vtrũ incidat in pœnã qui facere non poteſt quod
ſub pœna mandatur?Et dico quòd nõ,quantũ ad pœnas iu-
ris vel ſtatutorũ:quia impoſsibilium nõ eſt obligatio.de re.
iu.lib.vj.Et idem dic de pœna,puta excõmunicationis per iu
dicem generaliter impoſita,ſecũdum Fed.conſi.xiij.& Pan.
in c.P.& G.de off.dele.quia verba generalia ciuiliter debent
intelligi,arg.l.ſi cui.ff.de ſer.& in l.ratum.& in l. quod dici-
mus.ff.de ſolu.Sed ſi ſpecialiter imponit pœnam excõmu-
nicationis:vt,ſi non compareas tali die excõmunico te,dicit
Pan.in c.ſuper cauſa.de teſti.co.quòd ſi ex ſententia apertè
cõſtet quòd iudex voluerit eũ ligare,ſiue poſſet,ſiue nõ poſ
ſet,ſententia eſt nulla continens intolerabilem errorem:&
cõſequenter nõ ligat.de ſent.exc.tuas.Et ſimiliter nõ ligat,
ſi appareat quòd nõ voluerit ligare impotentem: puta quia
dicit,ſi cõtempſeris,vel ſi diſtuleris cõparere,&c.quia nõ po
tens nec contemnit,nec differt,ſecundum glo.in c.quàm ſit.
de elec.lib.vj.Si verò mens iudicis perpendi nõ poteſt : quo
ad Deum nõ ligat:ſed quo ad eccleſiam & nos ligat. Et ſic
intellige glo.in c.vnico.iiij.q.v.& in d.c.cum ſuper cauſa.ſed
tamen probato impedimento,nulla abſolutione opus eſt,ſe
cundũ Ho.& Spe.& placet etiã ſecundũ Pan. in d.c.cum ſu-
per cauſa.ſi eſſet ſententia papæ: quia debemus præſumere
quòd noluerit eũ ligare,ar.c.vt noſtrũ.vt eccl.bene.& ſic nõ
eſſet irregularis,licet celebraſſet.Si verò loquamur de alijs
pœnis,certum eſt quòd in foro animæ nõ incurrũtur. Vnde
ſecundum Sco.in iiij.di.xv.q.ij.peti nõ poſſunt,niſi quantum
importat intereſſe,ar.c.ſignificante. de pig.&.c.ij.de conſti.
&.c.ex literis.de in integ.reſti.Ad legem autem,incendium.
C.ſi cer.peta.quæ vult quòd incendium non liberet,quando
quantitas eſt in obligatione:quia cùm obligatio ſit in gene
re,vt ff.ad le.fal.l.in ratione.§.diligenter.totum genus peri-
re non poteſt:dicendũ eſt quòd quando obligatio eſt in ge-
nere,ex impotentia nõ extinguitur:licet liberet à pœna pro-
pter quod dicit Ange.in l.reſcriptũ.in prin.ff.de pac.quòd e-
tiam ſi teneamus quòd fiſcus habeat tacitam hypotecam in
maleficijs contra delinquentem:non tamen præfertur credi
toribus,imò præferuntur creditores,allegans text. cum ſua
gl.l.vnica.C.de pœ.fiſ.& ratio,quia talis tractat de lucro ca-
ptando creditores autem de damno vitando.& facit l.fi.§.li
centia.C.de iu.delib.& l.vnica.C.de impo.lu.deſcri.& l.fi.C.
de codi.Quod bene nota pro exigentibus pœnã vltra ſuum
intereſſe ab his,qui nõ ſunt ſoluendo:quia tenentur eã reſti-
tuere creditoribus.Vide tamen quod dico j.Teſtamentũ.ij.
19 §.vj.ad fi.¶Decimononò quæritur,†vtrũ pœnã incurrat to
tam,qui ex ſua culpa facit,vel dat ſolũ partem eius,ad quod
ſub pœna tenetur?Et dicit Pan.in c.ſua.de pœ.quòd ſi obli-
gatio eſt diuidua, pœnã nõ cõmittit,niſi ꝓ parte nõ ſoluta,
vel nõ facta.ſi verò eſt indiuidua,ſoluet totã.Et hæc intelli-
git vera eſſe etiã de iure canonico.quæ aũt obligatio ſit di-
uidua,& quæ indiuidua.vide Bar.in l.ſtipulatiões nõ diuidũ-
tur.ff.de ver.obl.& propriè dicitur diuidua,qñ ſolutio partis
tantũ valet reſpectu partis, ſicut ſolutio totius reſpectu to-
tius obligationis:indiuidua verò qñ ſolutio partis nõ tantũ
valet reſpectu partis,ſicut tota reſpectu totius.Exemplũ pri
mi eſt:ſi promiſi tibi ſcribere Bibliã & decretũ:& ſcripſi Bi-
bliã quia biblia per ſe valet ſcd̃m totũ ſuum ad omnem ip-
ſius cõmoditatem:& tãtã vtilitatem affert, ſi ſola reddat᷑ ſi-
cut ſi reddat᷑ cũ decreto.exempũ verò ſcd̃i:ſi ꝓmiſi ſcribere
Bibliã,& ſcripſi quatuor quaternos.Vide etiã gl.in d.c.ſuam.
quæ addit hæc eſſe vera in pœna quæ committitur in non
dando vel in faciendo:ſecus quando debet quis aliquid reci-
pere:puta hæreditatem vel legatũ,ſi ſic fecerit,vel ſoluerit:
quia niſi totũ fecerit,nõ habebit. intellige nec totũ nec par-
tem:vt in l.Meuiũ.& l.cùm fundus.ff.de cõd.&demõ.de quo
vide plenè in l.ſi ſeruus.ff.ſi quis cau. ¶Viceſimò quærit᷑.†v- 20
trum ꝓmittẽs ſub certa pœna aliquid habere ratũ, cõmittat
illã cõtraueniendo de facto?Et dicit Bar.in l.id quod paupe-
ribus.C.de epiſ.& cle.quòd nõ: ſecus ſi ꝓmiſiſſet habere ra-
tũ & firmũ:quia ratũ ad ius,& firmũ ad factũ refert᷑:vt in gl.
d.legis. ¶Viceſimoprimò quærit᷑,†vtrũ pœna poſsit inferri 21
in loco domicilij pro pctõ alicubi cõmiſſo ? Et dicit Pan. in
c.licet.de fo.com.quòd ſic:niſi requiratur remiſsio per iudi-
cem delicti:quam debet facere,ſi delictũ eſt atrox: aliàs nõ,
ſi vult.¶Viceſimoſecundò quæritur,†vtrum mandans deli- 22
ctum fieri in alio loco,debeat puniri vbi mandauit , vel vbi
cõmiſſum eſt?Et dicit Pan.in d.c.licet.quòd omnis cõcluſio
Bar.& aliorũ in l.ſi vt ꝓponitur.ff.de fideiu.eſt,quòd vbi de-
lictũ factũ eſt:ꝗa ibi deſtinatus eſt effectus delicti.facit cle.
paſtoralis.de re iu.Et idem dic in teſte falſo, quia puniri de-
bet per iudicem,ad quem eius atteſtatio trãſmittitur,ſi ſcie
bat illuc debere trãſmitti:poteſt tamen puniri in loco vbi de
liquit,& locus erit præuentiõi, niſi ambo iudices cõcurrant:
ſicut eſt de illo,qui de loco exempto mittens ſagittã vulne-
rauit aliũ in loco nõ exempto:vt in c.j.de præſum . & quod
ibi nota.Et ſimiliter de eo qui deliquit in cõfinibus,quia ve-
rum eſt dicere,eũ in vtroq; territorio deliquiſſe,ar.l.arbor.
ff.cõmuni diui.Secus ſi ignorabat illuc atteſtationem trãſ-
mitti:quia tũc puniri debet vbi deliquit:vbi attenditur locus,
ad quem deſtinatur effectus matrimonij. Idem dic de nota-
rio,qui facit inſtrumentũ falſum. ¶Viceſimotertiò quærit᷑,
†vtrũ poſsit quis à Deo vel ab homine puniri ſine culpa vel 23
pro culpa alterius?Et dico tria.¶Primũ.Secũdũ S.Tho.ij.ij.
q.cviij.licet pœna ſecundum propriã rationem pœnę nõ in-
feratur à Deo ſine culpa , tamen inquantũ habet rationem
medicinæ nõ ſolùm eſt ſanatiua peccati præteriti , ſed etiã
præſeruatiua reſpectu futuri, & ꝓmotiua in aliud bonũ . ſic
aliqñ punitur aliquis ſine culpa , nõ quidem in ſpiritualibus
bonis,ſed in temporalibus:quia illa ſunt maxima:& iſta mi-
nima bona.¶Scd̃m.Secundũ eũdem ibi in iudicio humano
nõ debet quis ſine culpa puniri pœna flagelli vt occidat᷑,mu
tiletur,aut verberetur,tñ pœna dãni punitur aliquis ſine ſua
culpa,licet nõ ſine cauſa.& hoc tripliciter.Primò ꝓpter ine
ptitudinem ad aliquod bonũ aſſequendũ : ſicut ꝓpter leprã
remouetur quis ab adminiſtratione eccleſiæ,& à ſacris ordi
nibus ꝓpter bigamiã vel iudiciũ ſanguinis impedit᷑.Secũdò,
quia bonũ,in quo dãnificat᷑,nõ eſt ꝓpriũ,ſed cõmune : ſicut
quòd aliqua ciuitas habeat epiſcopatũ pertinet ad bonũ to-
tius ciuitatis,& nõ clericorũ tm̃.Tertiò,quia bonũ vnius de-
pendet ex bono alterius:ſicut in crimine læſæ maieſtatis a-
mittit filius hæreditatem ꝓ pctõ parentis,& punit᷑ etiã pœ-
na infamiæ.vj.q.j.ſi quis cũ militibus. Cõcor.Vide.Ray.aũt
ponit multos modos,ſed ad iſtos reducũtur.¶Tertium.Pro
peccato alterius ſcd̃m S.Tho.vbi s̄.nullus punit᷑ pœna ſpiri-
tuali:quia hæc pœna pertinet ad animã , ſcd̃m quã quilibet
eſt liber ſui.Pœna tamen temporali vnus punit᷑ pro peccato
alterius triplici ratione.Primò , quia vnus temporaliter eſt
res alterius,vt filius ſcd̃m corpus patris,& ſeruus dñi:& ita in
pœnã eius etiã ipſe punit᷑.Secũdò inquantũ pctm̃ vnius deri
uatur ad alterũ,ſiue imitationem,ſicut filij imitãtur pctã pa
rentũ,& ſerui dominorũ:ſiue per modũ meriti,ſicut peccata
ſubditorũ merentur peccatorem prælatũ ſecũdũ illud Iob.
xxxiiij.qui regnare,&c.ſiue per aliquẽ cõſenſum,ſiue per diſ
ſimulationem . Sicut enim interdum boni ſimul puniuntur

cum malis:quia eorum peccata non redarguerunt, ſecundũ Aug.j.de Ciui.Dei.Tertiò ad cõmendandã vnitatem ſocietatis humanæ,ex qua homo debet ſolicitus eſſe pro alio ne peccet:& ad deteſtationem peccati,dũ ſcilicet pœna vnius redundat in oĩes,quaſi omnes ſint vnũ corpus:vt Aug.dicit de pc̃tõ Achor.hęc ibi.Pœna excõicationis nũquã punitur vnus ꝓ alio,ſcd̃m Ray.xxiiij.q iij.ſi hæres.ſecus pœna interdicti.

24 de ſpon.nõ eſt nobis.¶Viceſimoquartò quærit̃,†vtrũ ſemel punitus ꝓ aliquo crimine debeat affligi alia pœna? Et Ray. quòd nõ:quia Deus nõ iudicabit bis in idipſum. Naũ viceſimo.Multoties tñ ꝓ eadem culpa in eodem iudicio imponitur multiplex pœna:quia oĩes accipiunt̃ ꝓ vna, qñ aliqua per ſe ſufficiens nõ fuiſſet:ſed in diuerſis nõ licet bis in idipſum iudicare,vt dictũ ẽ:niſi fortè creſceret cõtumacia,vt lit. nõ cõteſt.qm̃ frequenter.Sed iſta limita qñ diuerſa iudicia ſunt actualia:ſecus ſi ſint diuerſa,quia vnũ ſit eccleſiaſticum aliud ſeculare:quia pro blaſphemia iure canonico imponit̃ pœna pecuniaria & ꝑſonalis.de male.ſtatuimus iure verò ciuili vltimũ ſuppliciũ,in auth.vt nõ lux.cõtra naturã.colla.vj. & oĩes pœnæ poſſent imponi,vt dicit do.Ant.in d.c.ſtatuimus.Impoſita tñ pœna minori per aliquem iudicem,nõ põt alia maior imponi per aliũ,vt ſ̃.Iudex.j.§.xj.parti.iiij. & C. de acc.l.qui de crimine.& ibi Ang.& Sal.¶Viceſimoquintò

25 quæritur,†quis pœnã pecuniariã exigere poſsit, & qualem? Et dico multa.¶Primũ.Pœnã canonicã & legalem exigere poſſunt tã clerici quã laici,ſcd̃m Pan.in c.dilecti.de arbit.& facit c.ſi quis cõtumax.&.c.ſeq.xxvij.q.iiij.quia quod fit lege permittente nõ eſt pc̃tm̃.xxiij.q.iiij.qui peccat. C.de adul.l. Gracchus.Vñ ſcd̃m Veruec.etiã eccleſiaſticæ perſonæ retinere poſſunt emendas & pœnas , quas leuãt.ſcd̃m cõſuetudines legitimas & ſtatuta regionis:nec peccãt qñ ſubeſt cauſa,& ſeruat̃ iuris ordo,& nõ fit ꝓpter cupiditatem,etiã ſi pœna dãnũ excedat:quia hm̃õi pœnæ nõ ſunt ſtatutæ ſolũ propter intereſſe,ſed etiã ꝓpter crimina exercenda , licet eſſet ſecurius hm̃õi exceſſum exponere in pios vſus.Sed tñ tenet̃ quis ſoluere hm̃õi pœnã in foro animæ, niſi cõdemnet̃: ſed ſufficit ſoluere intereſſe:vt ſi fuerit iniuria,ſatisfacere ad arbitriũ boni viri:vt eſt glo.in c.fraternitas.xij.q.ij.Nõ obſtat theorica Canoniſtarũ quòd lex humana nõ continens in ſe pc̃tm̃ ſeruãda eſt in foro animæ:quia verũ eſt qñ in tali foro nõ ceſſat ratio huius legis,ſeu qñ eſt eadem ratio in vtroque foro.Et hoc intellige,etiã ſi lex vel ſtatutũ pœnã imponat ipſo facto vel ipſo iure:quia adhuc ad executionem neceſſaria eſt ſententia,ſcd̃m Bal.in li.de vſi.feu.& Arc. in c.felicis. de pœ.libr.vj.qua declaret̃ quid fuiſſe criminoſum antequã fiat excuſsio bonorũ vel alia executio.quod Sum . Ang.poſt Pan.in c.cũ nõ ab homine.de iudi.cõtra Ro.limitat verũ,niſi factũ eſſet notoriũ.Sed,vt dictũ eſt ſ̃.Aſſaſsinus.§.v.in hoc cõiter tenet̃ Pan.niſi fortè ex ipſa pœna nõ incũbat alicui actio,ſed ſola exceptio:ſicut in aſſertorio periurio nototio excipi põt in cauſa teſtimonij ferendi,etiã nulla alia interueniente ſententia:licet in notorijs nõ requirat̃ ſententia cũ tãta ſolennitate,vt ſ̃.Notoriũ.§.vj.Et ante talem ſententiã nõ tenet̃ reus eã ſoluere,etiã in foro animæ.Nõ tñ põt ſine peccato mortali talia bona alienare:quia daret̃ dãnũ emptori, quia ea tenet̃ reſtituere fiſco vel alij,cui eſſent applicata,cũ fructibus medij temporis,etiã perdito p̃tio,niſi ipſum pretiũ vel aliquid loco eius inueniret̃ apud alienãtem,vt patet ſ̃. Hæreticus.j.§.viij.part iij.vbi diffusè de his.& multo minus tenet̃ ſoluere eã ante cõdemnationem,ſi pœna nõ imponit̃ ipſo facto,ſed venit imponenda.l.eius qui delatorem.in prin. ff.de iure fiſci.& ante cõdemnationem diſponere põt qũocũque vult:quia eius eſt res ſua,licet poſsit eã priuari.Et no.ſecundum Bar.in l.fi.ff.de pœ.l.in honorarijs.ff.de act.& obl. quòd hæc pœna in iudicio exigi nõ põt poſt annũ , ſed ſolũ intra annũ poſtquã quis eã incurrit.quod intellige qñ eſt merè pœna ex parte tã actoris quã rei : licet fallat in aliquibus caſibus,de quibus gl.in d.l.in honorarijs . & ſcd̃m hoc tenet gl.in c.fraternitas.xij.q.ij.Notãdũ eſt etiã quod nõ obſtãtibus prædictis quidã dicũt quòd vbi pœna imponit̃ à lege incurrenda ipſo facto vel ipſo iure,ſcd̃m aliquos iudicis ſententia nõ requirit̃ declaratoria,ita quòd priuatus bonis ipſo iure vel facto ea nõ põt in cõſcientia retinere,videt̃ opinio modernorũ,vt Feli.in c.j.de cõſti.licet aliàs cõtrariũ tenuerit in c.audiuimus.de ſimo.tñ ſcd̃a opinio eſt vera ſolũ quantũ ad ſententiã declaratoriã,& quantũ ad pœnas quæ ad executionem ſuã nõ requirũt neceſſariò actũ,vt excõicatiõis,& hm̃õi: ſed prima eſt vera quantũ ad ſententiã cõdemnatoriã ,quia nõ requirit̃,& quantũ ad pœnas,quæ ad ſui executionem requirũt actũ hominis,vt priuatio bonorũ,& omnis pecuniaria vel corporalis,in quibus indubitatè eſt vera , quicquid ſit in alijs:quia abſurdũ eſt quòd reus exequat̃ talem ſententiã cõtra ſe,aut quòd alius eã exequat̃ ſine iudicis licentia,quę habet vim declaratiõis.Eſto tñ quòd quis in cõſcientia nõ poſſet tenere talia bona ante declarationem,epiſcopus & alius habens authoritatem quaſi epiſcopalem poſſet ſuper tali retentiõe diſpenſare,ſcd̃m Fran.Aret.& Feli. in c.at ſi clerici. de iudi.& videt̃ poſſe ꝓbari per c.vergentis.de hære.vbi hæc diſpenſatio nõ reſeruat̃ Papę.¶Scd̃m.Sciendũ eſt ad intellectũ prædictorũ quòd qñ is,à quo quis petit,habuit rem,quæ petit̃,tũc nõ eſt pœna ex parte rei vel actoris.Si verò eã non habuit,licet abfuerit à petente,vt quia petit̃ intereſſe,eſt pœna ex parte rei,ſed nõ ex parte actoris:ſi verò petit̃ quod nec reo aduenit,nec actori abeſt,eſt pœna ex parte vtriuſq;.Qñ igitur dicit̃ quòd pœna nõ eſt ſoluenda in foro animæ niſi poſt cõdẽnationem:intelligit̃ qñ eſt pœna ex parte vtriuſq;, vel ſaltem actoris.d.c.fraternitas.in gl. & elicit̃ à Pan.in c.ſi. de do.& cõtu.¶Tertium.Pœna cõſuetudinaria hodie nõ eſt in vſu:ſi tñ eſſet alicubi,poſſet exigi etiã à religioſis.de offi. ordi.dilectus.etiã ſi excederet intereſſe,vt ſ̃.par.j.¶Quartũ. Pœna verò cõtumaciæ punitiua de iure ciuili petebat̃:vt in l.ij.ff.de colla.bon.& C.de mod.mulcta.l.illuſtris.ſed iure canonico peti nõ põt à parte ſecundũ Hoſt.niſi quantũ eſt ſuũ intereſſe.de dolo & cõtu.c.j.vel niſi petatur ad ſatisfactionem iniuriæ.de iniu.olim.iudex tamen,ſi habet poteſtatem mulctãdi,ſicut habet ordinarius.ff.de iud.l.ij.in fi. bene poterit exigere.Quintũ.Pœna etiã iudicialis peti põt à quocũque,ar.c.fi.de dolo & cõtu.etiã ſi excedat intereſſe ſcd̃m Inno.& Hoſt.qui addit quòd etiã hoc poſſunt religioſi,ſiue pœna cõſiſtat in pecunia,ſiue in alio.j.q.vij.quoties.vñ licitè clericus agit ad æſtimationem iniuriæ ſibi factæ. Sed & ſi pars fecit totum quod potuit,mero iure tenetur ad pœnam in ſolidum:tamen de benignitate canonica,nihil vltra quã interſit exigendũ eſt.& ſic intellige de pœ ſuã.de hoc in Sum.Cõfeſ.li.iij.ti.xxxij.q.ij.¶Sextũ.Pœna verò arbitralis ſimiliter peti poteſt à quocunq;:de arbi.dilecti.iuncta gl . ſecundum Hoſ.tamen de æquitate peti non debet,niſi quantum eſt intereſſe partis.¶Septimum. Pœna autem conuentionalis peti poteſt quantum intereſt.l.prædia.ff. de act.empt.& vend. ſecundum Hoſt.& do.Ant.in d.c.dilecti.de arbit.imò ſi non ſit poſita in fraudem vſurarum,peti poteſt vltra intereſſe,ſecundum Innoc.in c.ſuam.de pœn.& Pan.in d.cap. dilecti.& Veruec.& vt in d.l.prædia.quod Sum.Ang . limitat à laicis, non à clericis.quod verum eſt ſi ſcandalum inde oritur ratione perſonæ:aliàs non ſubeſt ratio , maximè iudice eam ex ſuo officio applicante.Vnde ſecundum Hoſtien.vt refert & ſeq.



& ſequitur Sam.Ro.etiã religioſi poſſunt petere pœnã etiã cõuentionalẽ ab eo,qui nõ ſeruat arbitriũ nõ ex impotẽtia, ſed ex negligẽtia vel cõtumacia,etiã ſi nullũ prætenderetur intereſſe vel damnũ.Quod autẽ dicitur in c.fraternitatis.xij. q.ij.ꝙ eccleſia res ſibi ablatas nõ debet recipere cũ augmento,id eſt,pœna,intelligit̃ in foro pœnitẽtiæ, ſecundũ Archi. vbi ſufficit ſimplũ,niſi pręceſſerit cõdẽnatio.¶Octauũ.Soluta autẽ pœna iudiciali vel conuentionali,ſecundũ Hoſt.non ſtabit ſentẽtia vel cõtractus,niſi in cõpromiſſo vel pacto expreſſe dictũ ſit quòd pœna ſoluta rata maneat ſentẽtia,& huiuſmodi.C.de tranſa.l.cũ proponas.& idẽ Ber. ac Veruec.& idem no.gloſ.in c.dilecti.de arbi.quo ad ſententiam arbitri.

26 ¶Vigeſimoſextò quæritur,†cui applicanda eſt pęna?Et dicit Hoſt.quòd ſi iudex eccleſiaſticus licitè eã imponit ex ſtatuto,põt ſibi retinere:ſi verò ex officio ſuo ſine ſtatuto,licet poſsit ſibi retinere,tamen ſi vult notam cupiditatis euitare, deputet in piũ vſum.Sed latius dic ꝙ pœna iuris & ſtatutorũ regulariter applicatur fiſco,quãdo introducit accuſationẽ.l.mulctarum.C.de mo.mul.vel parti,quando introducit actionẽ.l.iij.ff.de ſep.vio.Si verò loquitur ſimpliciter,videtur introducere actionẽ,ar.d.l.iij.aliæ verò pœnæ, ſecundũ Goſ.ſi alicuius damnũ vel iniuria cõtingat applicabũtur illi, vel parti ſi ſunt cõuentionales,vel iudici aut fiſco,ſecundum

27 quod de eis eſt ſtatutũ.¶Viceſimoſeptimò quęritur,†vtrum ſolutio pœnæ ſola ſufficiat ad obſeruãtiã legis prohibẽtis aliquid ſub pœna?Et in cõſcientia dic vt ſ̃.Inobediẽtia.circa finẽ:Vnde non licet nõ obedire,aut non ſeruare promiſſum. In foro autẽ cõtentioſo ſufficit ſolutio pœnæ, arg.glo.in c. dilecti.de arb.& in authẽ.de iud.§.quia verò.vbi patet quòd ſolum pœna quæ erat in compromiſſo,peti nõ poteſt vt detur ſentẽtia,niſi addatur vt ſoluta pœna ſtetur arbitrio.ff.de tranſact.l.pen.& C.eod.l.cùm proponas.¶Viceſimooctauò

28 quærit̃,†quid de officialibus deputatis,qui nõ accuſant eos, quos deprehendũt lapſos in pœnã?Et dico quòd peccãt ſi ſe obligarũt ad accuſandũ pacto vel iuramẽto:ſi verò ſe nõ obligarũt,nõ accuſando nõ peccãt:niſi faueãt malis cõmittendis.Et ſi quid acceperũt vt nõ accuſarent,qñ erant obligati, tenentur illud reſtituere fiſco,vel ei,cui pœna erat applicãda:imò tenentur vſq; ad cõplementũ pœnæ exigendæ ſi accuſaſſent,ſecundũ S.Tho.ij.ij.q.lxvij.qui loquitur de iudice remittẽte pœnã vbi nõ poteſt,qui ſcilicet tenetur ius reddere:& idẽ eſſet de officiali,qui tenetur accuſare:nõ de alio,q acceptũ reſtituere nõ tenetur niſi de conſilio,vt ſuprà Accuſatio,§.vj.quod limita,niſi hoc fiat in criminalibus,vbi infligẽda eſſet pœna corporalis:quia ſi deſiſterent,nõ per cõcuſſionẽ,ſed per cõpaſsionẽ aliquid accipiẽdo pro nõ accuſando,nõ tenerẽtur neceſſariò illud reſtituere,licet turpiter acciperent,& peccarent.Vide etiam ſuprà Electio.ij.§.xij.in fine.Vtrũ ad pœnam impoſitam ipſo facto requiratur declaratio iudicis,vide ſuprà Aſſaſsinus.§.vltimo.

## De Pœnitentia.

1 *Pœnitentia quid,& quæ ſint eius partes.*
2 *Pœnitentia propter quid imponatur publica vel priuata.*
3 *Pœnitentiæ ſolennis quis ſit effectus.*
4 *Pœnitere de quibus,& qualiter debeat homo.*
5 *Pœnitentia facta in peccato an valeat.*
6 *Pœnitẽtia certorũ dierũ à iure impoſita qualiter intelligatur.*
7 *Sacerdos quam formam ſeruet,vt pœnitentiam ritè imponat.*

POENITENTIA† dicta quaſi pœnæ tẽtio,tripliciter ſumit̃:primò ſcilicet vt eſt virtus,cuius obiectũ eſt peccatũ ſub ratione emẽdabilis:actus verò eius eſt dolor voluntatis de peccato cũ electiõe recta:ipſa verò eſt habitus moralis eliciens iſtum actũm.de quo vide ſubtiliter iij. q.lxxxv.& iiij.di.xxiiij per beatũ doc.Secũdo vt eſt ſacramẽtũ.in quo ſecundũ S.Tho.& Pet.ſacramentũ ſiue ſignũ tantum eſt pœnitẽtia exterior,in qua actus pęnitentis eſt quaſi materia:actus verò ſacerdotis,id eſt,abſolutio,eſt quaſi forma:res verò tantùm eſt remiſsio peccatorũ:res verò ſimul & ſacramentũ eſt pœnitẽtia interior ſeu cõtritio,vt iũgitur pęnitẽtiæ exteriori,ſaltẽ propoſito.de quo vide iij.q.lxxxiiij.& iiij.di.xxij.per eundẽ,& ꝑ Capreo.& iſto modo diuiditur in priuatã,publicã,& ſolennẽ.Tertio modo ſumit̃ vulgariter ꝓ ſatisfactione iniuncta à ſacerdote.de qua ſ̃.Confeſsio.j.§. xxv.& j̃.Satisfactio.de alijs aũt miſtim agemus.¶Primò ergo quæritur,quę ſint partes pęnitẽtiæ?Et dico ꝙ integrales ſecundũ omnes ſunt tres:cõtritio,cõfeſsio,& ſatisfactio : de quibus ſubtiliter ꝑ Capreo.in iiij.di.xiiij.ſed partes eius ſubiectiuę ſiue ſpecies,ſecũdũ Ray.& S.Th.ſunt tres,ſcilicet ſolẽnis & publica ſimul,publica tãtùm,& priuata.Solẽnis & publica eſt quę fit in capite quadrageſimæ cũ ſolennitate,quæ habet̃ di.50.in capite.& ꝑ S.Tho.in iiij.di.xiiij.& põt imponi viris & fœminis.licet nõ clericis,niſi depoſitio.di.50. confirmandum.& à ſolo epiſcopo vel alio de eius mãdato:& pro crimine qd̃ totã cõturbauit ciuitatẽ,vt ibi:& iterari nõ põt. de pœ.diſt.iij.reperiũtur.& hoc multiplici ratione, ſecũdum S.Tho.vbi ſ̃.& eſt figura expulſionis Adę de paradiſo:vt ibi. Publica verò tantùm eſt quæ fit publicè,ſed ſine prædicta ſolẽnitate:& imponitur à quolibet ſimplici cõfeſſore,ſecundũ S.Tho.Gul.Goſ.& Hoſt.c.pœnitentes.diſtin.50.niſi oppoſitũ habeat conſuetudo in aliqua eccleſia,ſecũdum Ray. licet ſecundũ Veruec.ſedes apoſtolica eam non inducat,niſi vbi eſt curia Romana,& cuilibet etiã clerico,ſecundũ Sanc. Tho,& gl.xxviij.diſt.presbyter.& de pœn.& re.quæſitum.licet cõtrariũ dicãt quidã:& poteſt iterari ſecundũ S.Th.Nec obſtat c.accedẽtibus.de exceſ.præla.vbi reprehẽduntur abbates publicã pœnitẽtiã imponẽtes:quia ibi capitur publica ꝓ ſolẽni.Priuata verò eſt,quæ quotidie imponitur ſingulariter & occultè,etiã quantũ ad executionẽ.Et ſic patet quæ differẽtia ſit inter iſtas pœnitẽtiæ ſpecies.Et adde ſecũdum S.Tho.ꝙ per publicã pęnitentiã nõ reuelatur peccatũ:quia non ſcitur pro certo ex hoc,cum eam poſsit quis facere pro alio.

2 ¶Secũdò quæritur,†quãdo vel propter quid debeat imponi pęnitẽtia ſolẽnis aut publica aut priuata?Et dicit Pan. in c.quæſitũ.de pœ.& re.quòd pro delicto graui ſcandalizãte totam vrbẽ debet laico imponi ſolẽnis.d.c.in capite.imò ſecundũ Ray.ad hoc poteſt cogi:pro graui autem & publico,ſed nõ ſcandaloſo,imponitur publica,ſed non ſolennis:vt no.in c.ſi.xxvj.q.vj.iuncto c.j.de pœ.& re.Intellige ſecundũ Ray.niſi peccator velit:quo caſu imponi poteſt etiã pro occulto:ꝓ graui autẽ ſed occulto,etiã ſi aliquibus notũ eſſet, nec ſolẽnis,nec puplica debet imponi:vñ reprobat cõſuetudinẽ eorũ,qui in mulieribus pro oppreſsione puerorũ in lecto imponũt pęnitentiã publicã.Vide eum in d.c.j.& in c.ſtatuimus.de male.& in c.ſi.de his qui prop.ſi.occi.Non tamen tenetur homo ſecundũ Albe.ꝓ quolibet peccato manifeſto manifeſtare pęnitentiam ſuam: ſed qui ſcandalizauit in cõmuni,tenetur ad oſtenſionem boni exempli:ita quòd præſumi debeat,eũ de peccatis pœnitentiam egiſſe : & ſufficit.

3 ¶Tertiò quæritur,†quis ſit effectus pęnitentiæ ſolennis?Et dico quòd laicus poſt eam nõ poteſt ad ordines promoueri. diſtin.50.illud.nec clericus ad ſuperiores,vt ibi:poteſt tamẽ epiſcopus diſpenſare in minoribus,ſed non ad ſacros.diſ.50. placuit.nec debet matrimoniũ cõtrahere,licet ſi contrahat, teneat:& ſi ſit iuuenis,cõtrahere non prohibeatur:nec militiã aſſumere.xxxiij.q.ij.§.de pœnitẽtibus.&.c.antiqui. cum

alijs nec laicalẽ habitum deferre.diſtinct.50.c.vltim. Debet
autem viuere ſecundum regulam eccleſiaſticam.de pœ.diſ.
v.contrarium.& ca.ſeq.& conueniri ſub iudice eccleſiaſtico.
ij.quæſt.j.aliud.de pœnitent.diſtin.j.aliud.& fit infamis non
ratione pœnitẽtiæ,ſed ratione criminis publicati.quod ſecũ
dum Hoſtien.de off.archipresbyteri.cap.ij.verum intellige
quãdo per ſententiam iudicis imponitur:ſecus ſi quis ex de-
4 uotione pœnitentiã publicam facit.¶ †Quartò quæritur,de
quibus & qualiter homo debeat pœnitere? Et dico ſecũdum
communem doctrinam Theologorum quod de omnibus
peccatis mortalibus actualiter commiſsis ante vel poſt ba-
ptiſmum.de originali autẽ non eſt pœnitentia.ſimiliter nec
oportet eam eſſe de veniali in hoc mundo,niſi in duobus ca
ſibus. Primò ratione dubij,vtrũ ſcilicet ſit mortale aut venia
le:ne quis periculo ſe exponat.Secũdò ratione periculi quan
do quis dubitat ne affectio venialis trahatur ad mortale,niſi
reprimatur,ſecundum Sanct.Bonau. Et oportet quòd ſit de
omnibus,nõ de vno tantum,& non de alio:quia Deus totũ
remittit aut nihil.Sed de huiuſmodi vide ſuprà Cõtritio,fe-
rè per totum,& ſuprà Peccatum. §.vj. ¶Quintò quæritur,
5 †vtrũ valeat pœnitẽtia ſiue ſatisfactio facta in peccato mor
tali? Et dico vt infrà Satisfactio.§.vj.& vij.¶Sextò quæritur,
6 †quomodo intelligendum eſt quando pro aliquo delicto di
citur in iure,Qui ſic fecerit,decem aut viginti diebus pœni-
teat? Et dicit Sanctus Tho.in iiij.diſtin.xiij.in litera,ad finẽ,
quod quidam dicunt quòd pœnitentia alicui irrogata eſt ad
cautelam ꝓ defectibus,de quibus ſuprà Euchariſtia.ij.§.ix.
ideoq; circũſtantijs penſatis poſſet minui vel addi ad pœnã
prædictam:ſed tutius eſt vt prædictam pęnam peragat.De-
bet autam illis diebus,in quibus ſcilicet iniungitur quòd pœ
niteat,ſecundum quoſdam ieiunare & à communione ceſſa
re.Sed alij dicunt quòd his diebus iniungenda eſt pęnitentia
arbitraria penſatis conditionibus perſonarum & negotij:&
hoc probabilius videtur.Hæc ille: qui in tertia parte, quæ-
ſtio.lxxxiij.arti.vltim.ad vltimum,videtur vtranque opinio-
nem approbare,dicens quòd debet ieiunare,& à communio
ne ceſſare:tamen hæc pœnitẽtia poteſt minui vel augeri cõ
ſideratis circunſtantijs,&c.Et intelligo quòd ſit pœnitentia
arbitraria quantum ad intenſionem & extẽſionem illorum
dierum.ar.eorum quæ dicuntur ſuprà,Confeſſor.iiij.in prin
cipio.De materia huius tituli vide ſuprà Contritio, per to-
tum.& ſuprà Confeſſor.iiij.per totum.& infrà Satisfactio.
¶Septimò quæritur,† quomodo in pœnitentijs iniungen-
7 dis ſe debeat habere ſacerdos? Et dico vt ſuprà Confeſſor.
iiij.per totum.

PERCVSSIO corporalis manu, flagello,vel quouis
inſtrumẽto,eſt illicita omni nõ habẽti authoritatẽ ſu-
per verberandũ:quia illicitũ eſt alicui inferre nocumẽ
tũ:& ſi ſit circa nõ ſubditũ,eſt de ſe peccatũ mortale,niſi ex-
cuſet facti modicitas:vt patet di.xlv.c.j.iuncto c.epiſcopum.
ibidẽ.&.c.j.de cle.percuſ. Vnde clericus deponit̃ ex hoc:nec
excuſaret intentio bona in re notabili:quia eſt cõtra iuſtitiã
ex parte percuſsi & ex parte ſuperioris eius,cuius iuriſdictio
vſurpat̃:imò eſt illicita,ſi fiat in ſubditos immoderatè aut
malo animo:& eſt mortale,niſi modicitas excuſet: vt patet
ex dictis s̃.Ira.Si verò fiat in ſubditos moderatè & bono ani
mo,eſt licita.di.xlv.cũ beatus ſicut ſecũdũ S.Th.ij.ij.q.lxv.li
citè pater verberat filiũ & dñs ſeruũ moderatè & ex corre-
8 ctiõe.Epiſcopo tamẽ nõ licet aliquẽ ſuis manibus verberare
lxxxvj.di.nõ liceat.Alij verò prælati poſſunt verberare cleri
cos in minoribus cõſtitutos etiã ꝓ leuibus culpis.diſt.xlv.§.
Salomon.modò fiat per eũ ad quẽ pertinet.de ſen.excom.c.
cum volũtate.exiſtẽtes autẽ in ſacris ſolùm pro minoribus
criminibus.di.xxxv.ante omnia.alioquin eſſent excõmunica
ti.ar.à cõtrario d.c.cum voluntate.§.ſi qui verò.excepto ma
giſtro cauſa diſciplinæ,& patre cauſa correctionis de quo s̃.
Excõmunicatio.vj.§.iiij.Religioſi verò rurſus etiam pro le-
uibus culpis verberari poſſunt à ſuis prælatis.de appel.repre
henſibilis.& de accu.qualiter & quando.in fi.non tamen per
laicos niſi ſint incorrigibiles:ſed per alios regulares vel ſecu
lares clericos:vt s̃.Excommunicatio.vj.§.iiij.caſu xj. Quan-
do autem clericus torqueri debet,an debeat degradari ſuprà
Degradatio.§.iiij.

## De Peregrinis.

1 *Peregrini quem fauorem habeant.*
2 *Romam proficiſcens an ſit ſub protectione apoſtolica.*
3 *Peregrinorum res,ſi moriantur in via,cuius ſint.*
4 *Peregrini qualiter admittantur ad ordines.*

PEREGRINVS primò dictus eſt largè qui à loco ſui
domicilij ꝓficiſcit̃.C.de inco.l.ciues.ꝓpriè verò dicit̃,
qui cauſa deuotiõis aliò ꝓficiſcitur,apoſtolorũ & alio
rũ ſanctorũ limina & oratoria viſitãs.xxiiij.q.iij.ſi quis Ro-
miperas.&.c.paternarũ.&.c.illi qui.& etiã qui ex iuſta cauſa
accedũt ad præſentiã ſummi pontificis quantũ ad eſſe ſub a-
poſtolica ꝓtectiõe æquiparatur peregrinis ꝓpriè.extra eo.
c.vnico.& ij q.vj.arguta.¶Peregrini verò clerici,ſecundum
Ray.largè appellari poſſunt omnes qui nõ ſunt de epiſcopa
tu ordinãtis:q̃a nullus talis ſiue clericus ſiue laicus põt reci-
pi à tali epiſcopo ad dignitatẽ vel ordines vel alia eccleſiaſti
ca ſacramẽta.di.lxxj.ꝑ totũ.& ſpecialiter in c.primat⁹.extra
de paroc.c.ij.& iij.Inſtitui tamẽ poſſunt in eccleſijs extranei
epiſcopi per abbates & inferiores pręlatos de mãdato ipſius
epiſcopi,& cũ literis epiſcopi ſui,vt in dictis iuribus:licet ho
die cõſuetudo prædictorum multis derogauerit.Propriè ve
rò dicuntur peregrini clerici,qui nõ ſunt oriũdi de epiſcopa-
tu,vel nõ habẽt ibi domiciliũ aut beneficiũ:vt in c.cum nul
lus.de ęta.& qua.li.vj.Ignoti verò ſunt,quorũ origo & vita
& integritas nõ eſt nota epiſcopo.xxiiij.di.epiſcopus.ij.q.vij.
quærendũ.¶Primò verò quærit̃,†quẽ fauorẽ habeant pere- 1
grini? Et dico quòd oẽs ſecundũ Ray.defendi debẽt ab eccle
ſia:& ſunt ſub eius ꝓtectione.de treu.& pac.innouamus.&
quicũq; eos in rebus vel ꝑſonis offenderit,niſi admonitus ſa
tisfecerit,excõicandus eſt.xxij.q.iij.ſi quis Romipetas.& d.c.
innouamus.& de pereg.c.vnico.& hodie qui Romipetas ſpo
liãt,per proceſſum curiæ ſunt excõicati,ſolùm à papa abſol
uendi.¶Secundò quæritur,†vtrũ hoc,quod eſt proficiſci ad
apoſtolicã ſedem cõſtituat aliquẽ cũ rebus ſuis ſub ꝓtectiõe
apoſtolica? Et dico quòd ſic,ꝑ d.c.vnicũ.de pereg.Vnde not.
Panorm.in c.meminimus.de appel.poſt Innocentium quòd
itinerans ad papam ex iuſta cauſa ſiue in fauorẽ ſuum, ſiue
alterius,eſt ſub protectiõe apoſtolica,vt interim cõtra eum
nõ procedatur in partibus:& defenditur non virtute appella
tionis,ſed per titulum de peregrinantibus,dicto capi.vnico.
vbi dicit quòd tenendo iſtam opinionem Innoc.ex remedio
illius tituli non ſolùm prouidetur contra attẽtata de facto,
ſed etiam contra factum iudicis.Sed tenendo opinionẽ Ho-
ſtien.qui voluit d.c.vnicũ habere locum in quolibet accedẽ-
te ad ſedem apoſtolicam ex quacunque cauſa: dic quòd re-
medio illius tituli prouidetur tantùm contra attentata de fa
cto,ſicut fuit factum ibi:quia non videtur æquum vt accedẽs
ex cauſa prorſus voluntaria habeat ſuſpendere iuriſdictio-
nem iudicis:quia ſcilicet fuit in culpa non dimittendo pro-
curatorem.Adde quod notat idem Panormita.in capi.dilecti.
de appellation. quòd arreptio itineris ad ſuperiorem habet
vim appellatiõis,ſi ſeruentur ſeruãda in appellatiõe,ſcilicet
expri



exprimendo cauſas,& petendo apoſtolos,& huiuſmodi:quia
non refert quid ex æquipollentibus fiat.Et idem eſt ſi quis di
cat,ſubmitto me protectiõi apoſtolicę:quia ęquipollet huic
quod dico,appello:ſi ſeruentur ſeruanda in appellatione:vt
idem no.in c.ad audientiam.de appellat.¶Tertiò quæritur,
3 †quid de rebus peregrinorum,ſi moriantur in via? Et dicit
Hoſt.quòd quicunq; eas animo retinendi capit, mortaliter
peccat:quia ſunt reſtituẽdæ hæredibus eorum,ſi poſſunt ſci-
ri:vel pauperibus erogãdę,ſi ignorãtur,vel ſi fortè nõ inue-
niatur qui eas deferat hæredi,nec in breui ſperatur inueniri.
Nec,ſecundum Hoſtienſem,valet conſuetudo vel ſtatutum
vel præceptum in contrarium:ſicut de naufragis dictum eſt
4 ſuprà Naufragium.§.j.¶Quartò quæritur,† quomodo de-
beant admitti peregrini ad ordines vel ordinũ executionẽ?
Et dico quòd oportet eos habere literas commẽdatitias ſeu
teſtimoniales papæ vel ſui epiſcopi:& ſic poſſunt admitti,ſi
epiſcopi ſui ſigillum notũ ſit.arg.de præbend.cum ſecundũ.
& de cenſi.ſopitæ.Si verò non ſit notum:requiruntur ſigilla
quinq; epiſcoporum.de cle.pere.c.j.quorum ſi nullum eſſet
notum:tunc vbi poteſt præiudicium magnum generari,non
creditur,etiam ſi certum haberet,ſecundum Innoc.in c.tua.
eo.ti.Sed vbi nullum præiudicium poteſt euenire:puta quia
volunt celebrare in ſecreto,admittuntur,etiam ſi nullam fa
ciant fidem,ſecundũ Hoſt.in c.tua.eod.ti.Et ſi dicant ſe lite
ras amiſiſſe:ſi per duos teſtes probãt amiſsionem & tenorẽ
earum,& quòd ſine vitio fuerunt,admittuntur.de priui.cum
olim.no.Ber.in c.j.eod.tit.etiam ſi non ſint teſtes de eorum
ordinatione,ſed cõſtat quòd ſemper ſe geſſerunt vt ſacerdo
tes.de presby.non bapti.c.ij.& iij.Vtrum clericis liceat pere
grinari,infrà Reſidentia.§.iiij.

## De Periurio & periuro.

1 *Periurium quid & quotuplex ſit.*
2 *Periurium an ſit grauius homicidio.*
3 *Procurator nomine domini falſo iurans,an ſit periurus.*
4 *Periuro facta collatio an ſit nulla.*
5 *Periurij quæ ſit pœna.*
6 *Periurus an ſit infamis ipſo iure vel ipſo facto.*

PERIVRIVM †ſecundũ Ray.& Magiſt.Sent.eſt mẽ
daciũ iuramẽto firmatũ.Vnde ſecundũ San. Tho.ij.ij.
q.xcviij.falſitas eſt de ratione periurij. & eſt vbicunq;
deeſt aliquis trium comitum iuramẽti,licet nõ eodẽ ordine
ſed primò & principaliter ſi deeſt veritas.ſecũdò ſi iuſtitia:
quia obligat̃ iurans illicitũ ad faciendũ cõtrariũ.tertiò ſi iu-
dicium:quia indiſcretè iurans exponit ſe periculo falſitatis.
¶Primò verò quærit̃,quotuplex eſt periuriũ? Et dico quòd
in genere eſt triplex,vt colligitur ex dictis,ſecũdũ quòd de-
ficit aliquis triũ comitũ.¶Primum eſt iuratio indiſcreta ſine
iudicio diſcretionis,an ſcilicet verum ſit,aut ſeruabile quod
iuratur.quod ſecundũ Gof.eſt veniale.xxv.di.§.criminis.in fi
ne quod limitat Sum.Ang.ex Ber.in c.tua.de iureiu.quando
fit iocoſe & incautè:allegãs etiã Sanct. Bonau.ſed ſi fiat ex
deliberatione,eſt mortale.de iureiur.c.ſicut ex literis. cuius
tñ contrariũ tenuit Sum.Roſel.ſuprà Iurare.§.ij.allegãs S.
Bonau.imò contrariũ tenuit & ipſe frater Ange.ſuprà Iura-
mentũ.iij.§.x.imò eſt cõtradictio quòd iuretur ex delibera
tiõe oppoſita ioco & incautelæ,& nõ adſit iudiciũ diſcretio-
nis:ideo limita eſſe veniale,qñ non iurat̃ ex hoc falſum vel
illicitũ ſeu impoſsibile ſeruari.¶Secundũ eſt iuratio de re il
licita,ſiue ſine iuſtitia:q̃d qualiter ſit mortale vide ſuprà Iu-
ramẽtum.§.vij.¶Tertiũ eſt iuratio falſa,quæ in iuramento
aſſertorio quadrupliciter cõtingit.¶Primò qñ iuratur fal-
ſum mente rebus cõformi,id eſt,ſcienter:& ſic eſt mortale,
etiam iocoſe,ſecundũ S.Tho.& alios Theologos,licet Gof.
ſenſerit cõtrarium:cuius opinionem Sum.Angel.dicit poſſe
teneri dicẽdo quòd mendaciũ iocoſum non ſit propriè men
daciũ.xxij.q.ij.quod ait.licet opinio Theologorũ ſit tutior:
ſed hoc aliquo pacto teneri nõ poteſt propter maximã irre-
uerentiam Dei.& cap.quod ait.loquens de mendacio Ioſeph
aſſerẽtis ſe augurem,intelligitur quòd mendacium iocoſum
nõ eſt mendaciũ,ſcilicet repugnans ſanctitati:vel ideo quia
nõ adeſt intẽtio fallẽdi vltimatè & ſi ad horam. limitat ta-
mẽ primò Sanct.Bonau.& Richar.hoc eſſe mortale,ſi deli-
beretur de dicto confirmando,& de iuramento,per quod eſt
confirmandum:ſecus ſi de neutro,ſed vtrunq; ſubripitur lo
quenti:vel de altero tantùm,puta de dicto,nõ de iuramẽto,
vel ecõtrario:& ſecundò Petrus Aureo.quando iuratur per
id quod conſuetum eſt iurare quando eſt intentio aſſumẽdi
veritatẽ infallibilem in teſtẽ:ſecus ſi aſſumeretur aliud ſine
animo iurãdi:ſicut cõmuniter iuratur per Deum, ſcilicet ſi-
ne animo iurãdi.quod no.pro mulieribus quę iurãt per meã
fidem,in veritate,per ignẽ iſtum Dei,& huiuſmodi.¶Secun
dò quãdo iuratur falſum mẽte difformi:quod tripliciter cõ-
tingit.Primò ſi quod falſum eſt creditur verũ.quod aut eſt
peccatũ nullum,ſi diligẽtia debita eſt adhibita.xxij.q.ij .ho-
mines.aut veniale,ſi aliqua,ſed non debita: aut mortale, ſi
ignorãtia fuit craſſa aut ſupina ſiue iuris ſiue facti,ſecũdum
Ray.xxij.q.v.qui periurat.& cõcor.Ioã.And.poſt Tanc.in c.
tua nos.el j.de iureiu.& Card.in clem.j.eod.ti.Secundò cum
creditur falſum quod eſt verũ:& hoc eſt mortale.cũ ſit per-
iurium formaliter,etiã ſi fiat iocoſe,cõtra Gofr.Tertiò quã-
do iuratur in dubio,& certũ aſſeritur:quod eſt mortale ſecũ
dum Theologos.ſecus ſi quis aſſerat eo modo quo ſcit,puta
credo ita eſſe,vel ſuſpicor,& huiuſmodi.Dicit tamẽ Pan.in
c.ex literis.de iureiur.quòd iurans per hoc verbum,credo,in
iuramento calumniæ nõ eſt periurus,etiam ſi deinde cõtra-
rium probetur.quod quantũ ad Deum falſiſsimum eſt,quic-
quid ſit quantum ad forum cauſarum,de quo videtur loqui.
In iuramẽto etiam promiſſorio hoc quadruplex periurium
inuenitur ſuo modo.¶Primum ſi iuretur ſcienter quod quis
non poteſt aut nõ vult,aut ei non licet obſeruare:de quo an
ſit mortale,ſuprà Iuramentũ.ij.§.vj.¶Secũdum,quando fal
ſo quis tale credit eſſe quod iurat quod velit,poſsit & liceat
facere,ſiue ex errore venit contra iuramentum in quo ſecũ
dum Panor.in c.tua nos.el ij.de iureiuran.excuſat à mortali
error probabilis:puta cum quis contra iuramentũ appellat,
credens ſe habere rationabilem cauſam appellandi:arg.c.ſa
cro.de ſent.excõ.& c.Quintauallis.de iureiur.¶Tertiũ,cum
quis credit illicitè iurare,aut venire contra iuramentũ,& nõ
facit:& eſt mortale per no per Panor.in c.quãdo.de iureiur.
¶Quartũ quando iuratur promiſſoriè in dubio,an poſsit &
debeat facere quod iuratur,vel in facto dubitat an veniat cõ
tra iuramentũ.quod etiam eſt mortale,niſi dubium ſit ſcru-
pulosum.arg.c.inquiſitioni.de ſen.excom.¶Secũdò quæri-
tur,†vtrum periurium ſit grauius homicidio? Et dicit Sanct. 2
Th.in quolib.quòd ſic:quia vt patet Hebr.vj.omnis contro-
uerſiæ hominũ finis eſt iuramentũ.quod in cauſa homicidij
fruſtra eſſet,ſi eſſet peccatũ maius:q̃uia pręſumeretur quòd
admittens culpam maiorem,ſcilcet homicidij,nõ vereretur
minorẽ,id eſt,periurij.vnde periuriũ tenet ſecundum locum
poſt idololatriam, vt etiã patet ex ordine præceptorũ:licet
homicidiũ grauius puniatur in eccleſia,quia magis nocet ho
minibus.Sum.autẽ Ang.contra Supple. tenet contrariũ: q̃a
homicidiũ charitati proximi,& periurium latriæ opponitur,
quæ eſt virtus minor. Sed dico iſtã rationẽ eſſe ridiculoſam
quia homicidiũ immediatè opponitur iuſtitiæ, vt patet ij.ij.

q.lxiiij.quæ eſt minor latria. Nec valet,inquit,illa ratio,qua
dicitur periuriũ eſſe cõtra ordinem ad Deũ,homicidiũ con
tra ordinem ad hominem:quia ſequitur quòd grauius ſit die
feſto laborare,quàm occidere.Sed dico quòd præceptum de
feſto quantũ ad determinatũ tempus nõ reſpicit ordinẽ diei
niſi ex iure poſitiuo:ex diuino autem iure illum reſpicit quã
tum ad indeterminatũ,vt ſcilicet aliquod tẽpus expendatur
ad honorẽ Dei:cuius oppoſitũ,ſcilicet nunquã aliquid face-
re ad honorẽ Dei quaſi Deo vacãdo eſt grauius homicidio:
quia cõtra latriam & amicitiam ad Deum. ¶Tertio quæri-
3 tur,†vtrũ procurator iurãs nomine domini ſui, & deierans,
ſit ipſe periurus?Et dicunt quidam quòd non, licet ſcienter
falſum iuret,cum nõ intendat propriam animam obligare:
puniri tamẽ debet,cùm ſit cooperator periurij.de offi.dele.
c.j.is tamẽ,in cuius animam iuramentũ præſtatur, periuriũ
incurrit.Sed iſta intellige in ordine ad pœnam iuris: quo ad
Deũ autem vterq; eſt periurus,ſicut & in periuriũ cõſentit.
4 ¶Quartò quæritur,†vtrum collatio beneficij eccleſiaſtici
facta periuro ipſo iure ſit nulla?Et dicit Pan.in c.querelam.
de iureiuran.quòd ſic:vt in c.infami.eod.ti.lib.vj. ¶Quintò
5 quæritur,†quę ſit pœna periurij?Et dico quòd tali debet im
poni pœnitẽtia magna,& non minor quàm pro homicidio.
xxij.q.j.prædicandum.& eſt infamis.vj.q.j.infames.& ca.qui-
cunq;.& xxij.q.v.ſi quis cõuictus.& cõſequenter ad teſtimo-
nium nõ debet admitti,vt in d.c.quicũq;.&.c.paruuli ea quę.
quod Arch.intelligit de conuictis,etiam ſi egerint pœniten-
tiam.de teſti.teſtimoniũ.& hoc eſt ſpeciale in periurio,nõ in
alijs criminibus etiam maioribus,ſecundum Ioã.Andr. poſt
Gofr.propter puram veritatẽ requiſitam in teſte,cõtra quã
ſcilicet directè peccatur periurio:& ſecundum Hoſt.ex quo
ſemel probatum eſt periurium contra aliquem,etiam in mo
dum exceptionis,repellitur à teſtimonio ſemper,etiã in alio
iudicio:licet gloſ.Ray.ſenſerit aliter:vt in Sum.Conf.libr.j.
ti.ix.q.xxv.quod intellige in periurio ratione deficiẽtis veri-
tatis,non ratione deficientis iuſtitiæ vel iudicij:quia ex hoc
repelli non videtur à teſtimonio.de teſti.cogen.c.ſi. ¶Sextò
5 quæritur,†vtrũ periurus ſit infamis ipſo iure vel ipſo facto?
Et dico quòd,vt ſuprà dictum eſt Infamis.§.j.triplex eſt infa
mia,ſcilicet facti,iuris ciuilis,& iuris canonici.vide ibi,& Pa
nor.in c.teſtimoniũ.de teſtibus.Igitur Gofr.videtur indiſtin
ctè ſentire quòd periurus ſit ipſo iure infamis:vt in Summa
Conf.lib.j.ti.ix.q.xxv.Sed cõtra eum eſt d.c.teſtimoniũ.quia
vt dicit Ioan.And.ſi omnis periurus eſſet infamis,fruſtra tex.
exciperet periurum,cum ſuprà excepiſſet infamem. Sã.Th.
autem ij.ij.q.xcviij.arti.iij.dicit quòd periurus in iuramento
aſſertorio nõ efficitur infamis ipſo iure. Sed ſolùm per ſen-
tentiam diffinitiuam latam cõtra iurãtem.in cap.accuſatio-
nis.Sed in aſſertorio ſolenniter efficitur infamis ipſo iure:
quia in poteſtate eius manet poſtquam iurauit vt ſuo iura-
mento det veritatem:quod in aſſertorio nõ cõtingit. Et iſta
opinio Sancti Tho.eſt verior,& approbatur per doctrinam
Panorm.in d.c.teſtimonium.qui dicit quòd ſecundum Ca-
nones periurus eſt infamis:quia canones infames appellãt o-
mnes mortalibus criminibus irretitos.Et intellige de facto
vel de iure,ſi præcedente accuſatione ſententialiter damnẽ-
tur:ſecundum leges autem,inquit,dic vt no.Bar.in l.Lucius.
ff.de his qui no.infam.de mente Gloſ.quod iurans de præte-
rito vel præſenti nõ eſt infamis ipſo iure,licet deieret:vt in
d.l.Lucius.& per l.ij.& vlt.ff.de crimi.ſtellio.Iurans verò de
futuro,ſimiliter non infamatur ſi iurat Deo tantum vel ſibi
ipſi:ſi verò iurat alij,cum quo cõtraxit,infamatur,ſi deierat.
Placent iſta Panorm.etiam de iure canonico.cum non inue
niatur cõtrarium.Vbi aduerte primò quòd illud quod dici-
tur,de præſenti vel præterito,intelligitur quantum ad iura-
mentum aſſertorium.quod verò dicitur de futuro,quantum
ad promiſſorium.Aduerte ſecundò ex dictis ſuprà Aſſaſſi-
nus.§.v.& Hæreticus.j.§.viij.& ex no.in cap.felicis.de pœn.
lib.vj.quòd quantum ad infamiam irrogandam,& bonorum
confiſcationem effectualem,& pœnam corporalem infligẽ
dam neceſſaria eſt ſententia,ſaltem generalis:vnde tabellio
licet periurus ſit,tamen valent acta per eum,donec ſequatur
talis ſententia,ſaltem declaratoria:niſi fortè eſſet ita noto-
rium quòd nulla poſſet tergiuerſatione celari.

PERMISSIO ſecundum gl.di.iij.omnibus tribus mo
dis fit,ſecũdum quod tribus modis aliquid permittitur.
Primò,quia nullo iure prohibetur:vt,nuptias ſecundas con-
trahere.xxxj.quæſt.j.hac ratione. Secundò, quia contra hu-
manas conſtitutiones indulgetur: vt, contrahere in quinto
gradu.xxxv.q.iij.quædam. Tertiò,vt,vitetur aliquid magis
illicitum,vt adulterium,ne fiat homicidium.xxxiij.quęſ.ij.ſi
quis verius. ¶Secundum Gerardum autem de Senis,vt etiam
refert Ioan.And.in mercu.in regula,peccatum.libro vj.per-
miſſio eſt triplex contra legem.Prima ſimplex indulgẽs pœ
nam,ſed non culpam:vt permiſſio proſtibuli propter maius
malum ſeu peccatum euitandum.diſtinct.iiij.deniq;.iuncta
glo.& in cap.veniens.iuncta glo.qui cler.vel vo.Secunda eſt
remouens impedimenta:ſicut eccleſia permittit ritus Iudęo
rum prohibens Chriſtianis ne illos impediãt,propter bonũ
inde ſequens.de Iudæ.ſicut.& diſtinct.xlv.qui ſyncera.Ter-
tia eſt coadiuuans:ſicut eccleſia permittit clericum occidi
iuſtè à laico eum degradando & tradendo.de pœn.degrada-
tio.lib.vj.& hoc fieri non poteſt,niſi de eo quod licitum eſt.
¶Sanctus Tho.autem in iiij.diſtinct.xxxiij.q.ij.articu.ij.q.ij.
videtur ponere quatuor modos permiſſionis, quos tamen
non ponit,ſed recitat ibi opinionem aliquorum, quam ſta-
tim reprobat.Sed omnia prædicta reducuntur ad tria mem-
bra.Nam permiſſio ſecundum vſum loquentium conuenit
propriè ſuperiori de facto vel de iure,ſicut paſſio inferiori:
& videtur in ſuperiori de iure importare tolerantiam alicu-
ius quod poſſet non tolerare:quod quidem poteſt eſſe tripli
citer.Nam ex quo legẽ ſuam ſtatuit,tripliciter ſe poteſt ali-
quid habere ad illam:quia aut nunquam fuit contra illam,
cum tamen eſſe potuerit:& ſic permittuntur ſecundæ nu-
ptiæ,& aucupationes ferarum,auium,& huiuſmodi:& ſimi-
liter inferiora bona,puta matrimonium:dum non præcipiũ
tur meliora incompaſſibilia,puta virginitas,aut viduitas.Aut
ſemper fuit contra illam:& ſic permittuntur ea,quæ ſunt cõ
tra legem,& mala propter bonũ quod inde elicitur,vel ma-
lum quod inde vitatur:ſiue permittantur,quia nõ puniũtur,
vt proſtibulum aut adulterium in caſu,ſiue etiã quia remo-
uentur impedimenta,ſicut permittitur ritus Iudæorũ. ¶Aut
aliquando fuit contra legem,& nunc nõ eſt,vel ſimpliciter,
vel in caſu:& ſic permittũtur ea,à quibus aufertur præceptũ
vel prohibitio,ſiue ſuperior hoc faciat nihil cooperando: vt
dum permittit contrahere in quinto gradu:ſiue aliquid ope
rando,vt dum clericum degradat & tradit: & ſic facit licitũ
quòd aliàs erat illicitum.ſicut de repudio factum eſt in lege
veteri per diſpẽſationem Dei, ſecundum Sanctum Thom.
in quarto vbi ſuprà.Et ſic etiam intelligitur quod idem dicit
j.Cor.vij.quod in lege noua non eſt permiſſio de minus ma
lo,ſcilicet faciendo licitum quod de ſe erat illicitum. In pri-
ma permiſſione licitum eſt cooperari,ſi id,quod fit vel omit
titur.non ſit contra legem ſuperioris:& ſimiliter in ſecun-
da & tertia,ab eo,qui condidit legẽ,& poteſt remouere ob-
ligationem:non autem ab alijs:quia eſſet cooperari ad pec-
catum inobedientiæ.

De



## De Permutatione in genere.

1 *Permutatio quid & quomodo contrahatur.*
2 *Permutatio an ſit licita.*
3 *Emptionis nomine,an veniat permutatio,in ſtatutis.*

1 PERMVTATIO,†quæ vulgo dicitur baratum vel cã
bium rerum ad res,ſecũdum Gof.eſt vnius rei pro alia
vicaria præſtatio,aut vicaria præſtatiõe mutatio.quod
quidam dicunt fieri ſolùm in genere,quaſi ſit quid cõmune
cõtractibus nominatis & innominatis: non autem in ſpecie.
Vnde dicũt nõ eſſe permutationem,ſi detur ſpecies pro ſpe
cie.Pro quo videtur tex.in l.naturalis.§.j.ff.de præſcrip.ver.
Sed verius gl.& Bal.in l.j.C.de re.permu.dicunt permutatio
nem eſſe in ſpecie:vt cùm datur ſpecies certa pro alia certa:
puta liber pro equo.Quãdo verò datur genus pro ſpecie vel
pro genere,eſt cõtractus innominatus,nõ permutatio in ſpe
cie.& ſic intelligit d.l.naturalis.& generaliter ſcdm d.gl.nõ
eſt vera permutatio,niſi det res certa pro certa: ſecus ſi det
res incerta pro certa,vel ecõtrario. Et allegat l.qm.eo.tit.vbi
ita videtur tenere Bar.& Bal.Et ſi ex vna parte interuenit cũ
certa ſpecie etiã pecunia,ſcdm Pan.in c.ad quæſtiones. ex-
tra eo.erit emptio:ſi intẽtio ſit principaliter emẽdi,aut per-
mutatio ſi ſit principaliter permutãdi,licet pecunia accedat
acceſſoriè vt fiat æqualitas.& ita intelligitur caput,ad quæ-
ſtiones.Si verò de animo cõtrahentiũ nõ appareat,recurren-
dum eſt ad cõiecturas:& ſi pretiũ eſt maius quàm ſpecies da
ta præſumitur emptio:ſi ſpecies eſt maioris pretij quã pecu
nia,præſumitur permutatio.arg.c.quod in dubijs.de con.ec.
Et hoc facit ad ſtatuta quæ exigunt gabellã in cõtractu em
ptionis,& nõ permutationis,vel ecõtrario:& ad licentias quę
habentur vendendi,& nõ permutandi,vel ecõtrario. ¶Primò
verò quæritur, quõ permutatio contrahatur:vtrum ſcilicet
ſolo pacto, aut rerum interuentu? Et dico quòd non ſo-
lo pacto nulla re hincinde ſequuta:quia neutri competit ex
hoc aliqua actio.C.eo.l.ex placito.q̃a eſt nudũ pactũ,vt not.
2 gl.in l.j. ¶Secũdò quæritur,†vtrũ quo ad temporalia ſit cõ-
tractus licitus?Et dico quòd ſic de ſe.extra eo.per totũ.& C.
eo.per totum.tamen poteſt eſſe illicita interuentu fraudis&
doli:quæ in hoc,ſicut & in alijs actibus nemini debent patro
cinari.de reſcri.ſedes etiã ſi interueniat dolus re ipſa:vt quia
notabiliter læditur altera pars ratione qualitatis, quantitatis
aut pretij rerũ.Et quidem ſi fraus ſit ex vna parte tantũ ſcien
ter,peccat fraudulator mortaliter,& tenetur reſarcire læſo.
de iniu.& dam.culpa. & ſimiliter mediator ſeu cenſalis hoc
aduertens,quia cooperat fraudi.ij.q.j.notũ.Si verò ſit ignorã
ter,licet fortè excuſetur à peccato,nõ tamen à recõpenſatio
ne,vt ſit æqualitas iuſticiæ. Si verò ſit ab vtraq; parte ſcien-
ter,ita quòd quiſq; ſcienter fraudat,licet ignoret ſe fraudari
vterq; mortaliter peccat ratione intentionis: ſed quantum
ad res ipſas locum habebit compenſatio mutua ſecundum
Arch.& multo magis ſi interuenit ex vtraque parte vel alte
ra ignorantia.Si verò vterq; ſciret alterius fraudem, vt quia
ſciunt rerum permutandarum defectus, non eſt propriè
fraus: quia ſcienti & conſentienti non fit iniuria neque do-
lus.de reg.iu.lib.vj.& alter alteri non tenetur,ſecundum Ar
ch.quod limita,niſi alter ex neceſſitate cogente permuta-
re,notabiliter læderetur: ſicut quis permutaret equum pro
pane in neceſſitate. ¶Tertiò quęritur,†vtrum in ſtatutis no
mine emptionis veniat permutatio?Et dico quòd ſic in ſtatu
tis iuris communis,ſecundum Nicol.de Neap.in l.j.§.ſi quis
in fraudem.& Gul.de Cuneo in l.de quibus.ff.de legat.j.qui
dicit quòd omnia,quæ in iure communi dicuntur in vendi-
tionibus,locum habent in permutationibus.& facit cap.j.de
his quæ fiunt à prælat.in ver.vendere vel permutare.in ſta
tutis verò municipalibus non habent locum,ſi eſt odioſum
ſed ſi eſt fauorabile,locum habebunt. ¶Quartò quæritur,
quid ſi quis per iſtum contractum permutationis vel alium
dat fundum monaſterio,vel alteri,ſub pacto quòd alatur in
vita?Et dico quòd etiam ſi fundus perijt caſu fortuito,nihi-
lo minus habebit alimenta: quia proprietas fundi tranſiuit
in locum pium:& ſic damnum cedit ſibi,& non alteri.quod
expreſſe voluit Cyn.in l.ij.C.de iure emphy.

## Rurſus de Permutatione ſecundò, quo ad beneficia & res eccleſiaſticas.

1 *Permutatio beneficiorum,an fieri poſſit ſine authoritate ſuperioris,& quis ſit ille ſuperior.nu.2.*
3 *Permutatio,an ex quacunque cauſa fieri poſſit.*
4 *Simoniacum an ſit pactum in permutatione.*
5 *Tractatũ aliquẽ an liceat facere in pmutatione eccleſiaſtica.*
6 *Simoniaca an ſit permutatio, ſi detur pecunia.*
7 *Permutare an poſſint habentes expectatiuas papæ.*
8 *Expectatiuam habens,an impediat permutantes.*
9 *Permutari an poſſint mancipia eccleſiæ cum mancipijs priuatorum.& nu.10.*
11 *Permutari an poſſit beneficium cum hoſpitali.*
12 *Permutatio vt ſit licita, quot requirantur.*
13 *Permutationes reſeruatorum & aliorum qualiter fiant.*

PERMVTATIO rurſus cõſiderari poteſt ſpecialiter
circa beneficia & res eccleſiaſticas:quam ſecundum S.
Tho.ij.ij.q.100. facere poteſt ſuperior ex ſuo officio
propter cauſam vtilem vel neceſſariam,ſecundũ Fed.fit ſic,
vt volentes permutare primò renuntient vel reſignent,& po
ſtea fiat collatio. ¶Primò autem quæritur, †vtrum permu- 1
tatio beneficiorum eccleſiaſticorũ fieri poſſit ſine authori-
tate ſuperioris id iudicantis bonũ ex cauſa neceſſaria?Et di-
co quòd nõ ſine labe ſimoniæ,etiã quo ad annexa ſpirituali-
bus,puta ius patronatus,extra eo.quæſitũ iũcta gl.de exceſ.
præla.ſicut venire.de cenſi.prohibemus.de pręb.maioribus.
& qui propria temeritate permutauerint,priuãdi ſunt.eo.ti.
cùm olim.Fallit hoc cùm agitur ſolùm de proprietate:puta
cùm duo epiſcopi litigant ſuper aliqua eccleſia, cui debeat
ſubijci:quia ſic poterit fieri permutatio vt vnus vnam,alter
alteram ſibi ſubiectam habeat: ſecus ſi ageretur vt talis in
tali beneficio reciperetur vel intitularetur:quia fieri nõ poſ
ſet ſine authoritate ſuperioris. Fallit etiã ſecundũ Innoc.in
d.c.quæſitũ.in præbendis eiuſdem eccleſiæ & eiuſdem qua-
litatis,quę pmutari poſſunt ſine authoritate ſuperioris. Sed
melius contrarium tenuit Hoſt.& Io.de Lig.in c.ſi.eo. titu.
imò dico quòd nec poſt factum teneri poteſt opinio Innoc.
vt voluit Io.de Imo.quia interueniret pactum partiũ,& con
ſequenter venditio:vt patet ex dicendis j. §.iiij. tum etiam
quia,vt dicit Io.de Lig.in permutatione neceſſaria eſt colla
tio noua.extra eo.c.vno.libr.vj.& ideo cum præbendæ ſint
annexæ iuribus canonicalibus,ſicut illa non poſſunt de vno
in alium transferri ſine authoritate ſuperioris, ſic nec præ-
bendæ: aliàs ſepararetur ius canonicale à iure præbendæ.
quod fieri non poteſt per priuatos:vnde oportet permutatio
nem fieri ex officio ſuperioris,ſecundum S.Tho.ij.ij.q.100.
ar.x.quintum. ¶Secundò quæritur,†quis ſit iſte ſuperior,cu- 2
ius authoritate fit permutatio,vtrum ſcilicet ſit ſemper epi-
ſcopus reſpectu ſuorum inferiorum?Et dico quòd non,quan
do ad illum non pertinet collatio ſeu inſtitutio illorum be-
neficiorum,ſed pertinet ad illum, ad quem eſt collatio ſeu
inſtitutio beneficij:arg.c.ad hoc.§.ſi.de offi.Archi. & in c.ſu
per eo.in ſi.de offi.dele.Si verò ad vnũ pertinet electio,puta
ad ca-

ad canonicos,& ad alium confirmatio,neceſſariò requiritur
conſenſus eorum qui habent eligere , ſecundum Io.And.ar.
d.c.ad hoc.Si autem epiſcopus permutet cum capitulo , re-
quiritur authoritas Archiepiſcopi.de re.ecc. non alie.c.j.ſed
ſi permutet cum alijs,ſufficit conſenſus capituli ſui , ſecun-
dũ Hoſti.Quando verò pertinet ad ſuperiorem & ad capitu
lum collatio,requiritur conſenſus vtriuſq;:nec poteſt capitu
lum per ſe,niſi quando ſedes vacat.de maio.&obe.c.his quæ.
&.c.cùm olim.&.c.vnico.de maio.&obe.lib.vj.¶Tertiò quę
3 ritur,†vtrum ex quacunq; cauſa poſsit fieri permutatio au-
thoritate ſuperioris?Et dico quòd non:quia tex.in d.c.quæſi
tum.requirit cauſam neceſſariam.& S.Tho.in iiij.diſ.xxv.q.
iij.ar.iij.ad octauum.dicit quòd ſi pro aliquo terreno com-
modo vtriuſq; vel alterius fiat permutatio,eſt ſimonia:ſecus
ſi pro ſpirituali : puta vt in tali loco poſsit quis melius Deo
4 ſeruire.¶Quartò quæritur,†vtrum ſine ſimonia poſsit pa-
ctio interuenire partium in permutatione ? Et dico quòd
non,nec quo ad ſpiritualia,nec quo ad annexa, ſecundũ Ar-
chi.poſt gl.in d.c.quæſitum.& Io.And.in nouel.ſecus de cor
poralibus & realibus eis annexis:&de annexis ſpiritualibus ſi
ab eis ſeparari poſſunt,vt poſſeſsiones : quia ex cauſa inter-
uenire poteſt ſuper his pactio & venditio & permutatio : in
qua tamen,quia eſt quędam alienatio,de re.ecc.non alie.nul
li.ſeruandus eſt modus de quo ſ̄.Alienatio.§.ij.Sed ſuper prę
dictis non poteſt interuenire etiam pactio. Et ratio eſt,quia
venderetur,cùm dicat S.Tho.ij.ij.q.100.arti.j.ad quintum.
quòd nomine emptionis venit omnis contractus non gratui
5 tus.¶Quintò quæritur,†an partes poſsint ſaltem inter ſe ha
bere tractatũ?Et tenet Hoſt.quòd non:nec aliquid fiendum
eſſe ex pacto partium vel tractatu:ſed officio & iuſsione iu-
dicis.de pac.cum pridem.Poſſet autem,ſecundum eum, qui
habet cauſam permutandi exponere cauſam epiſcopo: ſup-
plicando vt ſibi in alio loco dignaretur prouidere de alia prę
benda &de mea alteri:vel etiam ſpecialiter exprimere quòd
tali competeret mea,& mihi ſua,ar.de præben.inter cætera.
Sed iſta opinio eſt periculoſa,ſecũdũ Pan.quia pauci ſine tra
ctatu permutant,imò nunquam partes ſecundum eam con-
uenirent coram ſuperiori permutaturi niſi à caſu.Eſt etiã fal
ſa:quia tractatus non includit deliberatum conſenſum.de
his quæ fi.à maio.par.capi.c.ſi.quod limita,niſi concludatur
abſolutè.quo caſu intellige dictum Pan.in c.cùm vniuerſo-
rum eo.tit.quòd clerici dicuntur permutare quando inter
ſe deliberant de permutando:licet poſtea vadant ad ſuperio
rem.Et ideo eſt alia opinio Io.And.in addi.ad Spe.& Gof.&
glo.in cle.vnica.eo.tit.& Pan.in d.c.quæſitum.quod non poſ
ſunt quidem partes facere inter ſe conuentionem , promiſ-
ſionem,vel pactionem,aut concluſionem:poſſent tamen de
permutando tractare ſubmittendo ſe diſpoſitioni ſuperio-
ris:imò dico quòd concludere poſſunt ſub expreſſa conditio
ne & reſeruatione,ſi ſuperiori placuerit:quia talis concluſio
non eſt concluſio,cùm ſuſpendatur vſque ad ſuperioris con
ſenſum:imò ſi talis conditio non exprimeretur , ſed tamen
eſſet in corde tractantium , non eſſet ſimonia coram Deo,
ſed ſolùm coram eccleſia.Nec obſtat cap . quæſitum.de re.
permu.quia non loquitur de tractatu de permutando,ſed de
ipſa permutatione,quæ non debet expediri per partes , ſed
ex mero iudicis officio.Aduerte etiam ſecundum Card.in d.
cle.vnica.quòd in renuntiatione exprimi poteſt quòd cauſa
ꝑmutationis quis permutat ſine ſimonia:quia à iure permit
titur.de elec.ſignificaſti.de re.permu.vniuerſorũ&.c.vnico,
eo.tit.li.vj.& d.cle.vnica.& idẽ Veruec. quia licet de rigore
reſignatio debeat eſſe libera,& nulla debeat eſſe adiectio.
j.q.ij.quàm pio. hoc tamen procedit ex æquitate ſcripta,
quæ præualet rigori:ex quo eſt ſcripta.l.placuit.C.de iudic.
¶Sextò quæritur,†vtrum ſit ſimonia,ſi in permutatione de 6
tur pecunia in ſupplementum maioris beneficij ? Et dicit
Pan.in cap.quæſtiones.eo.tit.quòd ſic,ſi detur occaſione ſpi
ritualium iurium, de quibus plus habet eccleſia vna quàm
alia:puta quia habet maiorem authoritatem in adminiſtra-
tione ſpiritualium quàm alia.& intellige ſecundum Archid.
etiam ſi fiat authoritate ſuperioris: ſecus ſi detur in recom-
penſationem prouentuum temporalium.¶Septimò quæri
tur,†vtrum permutare poſsint habentes expectatiuas papę? 7
Et dico quòd non,ſecundum Pan.in c.cùm olim.eo.tit.quia
ſunt gratiæ perſonales:& non excedunt perſonam, cui con-
ceduntur.de pręben.ſi cui.lib.vj.¶Octauò quæritur,†vtrum 8
habentes expectatiuas ad prima vacantia poſsint impedire
permutantes , qui ſua beneficia reſignarunt in manu ſu-
perioris?Et dico quòd non:vt in cap.licet.eo.tit.lib.vj.imò ſi
talia beneficia conferantur alijs quàm permutare volenti-
bus,non valet ipſo iure collatio:vt in cle.vnica.eo.tit.¶No-
nò quæritur,†vtrum mancipia eccleſiæ permutari poſsint 9
cum mancipijs priuatorum?Et dico quòd non,niſi ad hoc vt
libera fiãt:extra eo.mancipia.quod ſecundum Hoſti.verum
eſt,niſi vbi expediret eccleſiæ cùm donari poſsint , quod eſt
fortius.xij.q.ij.ſi quis qualibet.Et quando fit permutatio,o-
portet quòd dentur duo alij:eadem quæſtione.epiſcopus qui
mancipium.¶Decimò quæritur,†vtrum permutari poſsint 10
ſerui fugitiui?Et dicit Inno.in d.c.epiſcopus.quòd ſic, & di-
ſtrahi.c.iniuſtum.eo.tit.quod verum eſt patefacto vitio em-
ptori,ſecundum Bern.& poſtquam redierunt: ſed dum ſunt
in fuga,nec vendi nec permutari poſſunt.C.ad l.fa.de pla.l.
in fuga.¶Vndecimò quæritur,†vtrum beneficium permuta 11
ri poſsit cum hoſpitali?Et dicit Fed.quòd ſic,ſi hoſpitale con
feratur in beneficium clericis:& ſimiliter ſi ſit commiſſum
clerico non in beneficium,ſed vt bono viro:quia non eſt titu
lus totaliter profanus,ſed eccleſiaſticus: nec vendi poteſt ſi-
ne vitio ſimoniæ:non autem permutari poteſt,ſi ſit conceſ-
ſum laicis.¶Duodecimò quæritur,†quot requiruntur vt li- 12
cita ſit permutatio huiuſmodi?Et dicit Sum.Ang.quòd tria.
Primò quòd non interueniat pactio.Secundò quòd non fiat
ſine authoritate ſuperioris. Tertiò quòd non recompenſe-
tur temporale pro ſpirituali.Sed oportet addere. Quartò
quòd fiat ex cauſa ſpirituali:vt ſ̄.§.iij.& talis cauſa eſt ſecun
dum S.Th.vt melius ſeruiatur Deo. quod etiam innuitur in
d.c.quęſitum.&timor inimicorum,ſecundum Io.And.Et ge
neraliter credo ita eſſe de omni cauſa,quę non reſoluitur in
pecuniam.vel aliquid menſurabile pecunia.¶Tertiodecimò.
†Eſt autem ſciendum quòd eximius Doctor Fed.de Sen.de 13
hac materia tractatum fecit plurium quæſtionum,quas dif-
fusè Archie.refert in iij.parte.ti.xv.ad finem.& hic per con-
cluſiones breuiſsimè colliguntur, probationibus pro maio-
ri parte omiſsis,necnon multis quæſtionibus in fine , de eo,
ad quem ſpectat authoritas permutandi,de quibus videbitur
ibi.ſi oportuerit,incipiendo ibi , Item ſi duo prælati colle-
giatarum eccleſiarum.¶Prima concluſio.Permutatio facta
per ordinarium de beneficijs reſeruatis per papam,non va-
let cum effectu:ſimiliter nec ſi fiat per legatum habentem
authoritatem permutandi . ¶Secunda.In duobus prædictis
caſibus licet permutatio non valeat, valet tamen renuntia-
tio facta cauſa permutationis:&ipſa permutatio venit facien
da per papam.quod verum eſt,ſi reſeruatio potuit veſimili-
ter ſciri:vt quia erat generalis in vna prouincia & pluribus
nota.Si verò fuit ſecreta & particularis,poteſt allegari igno
rantia:ideo relinquitur in optione permutantium an velint
ad ſua beneficia redire, aut papam ſuis laboribus & ſum-
ptibus



adire quando poteſt fieri de facilli & ſine grandi prę-
iudicio.¶Tertia.Si permutatio fiat per papam vel alium ex
ſpeciali eius cõmiſsione de beneficijs certis,& expreſsis ſed
reſeruatis,non facta mentione de reſeruatione,valet,aut nõ
valet,ſicut valeret,aut nõ valeret collatio facta per papã de
eiſdẽ quæ ſcilicet valeret ſi reſeruatio erat generalis vt plu-
rimum & notoria in curia,ſic quòd veriſimile eſt papam ſci
uiſſe.ſicut in ſimili not.de cõſti.c.j.lib.vj.nõ valet autẽ nõ fa
cta tali mẽtione,ſi erat particularis & ſecreta:niſi cõtuliſſet
ei cuius cõtẽplatiõe reſeruauerat:vel niſi reſeruaſſet in odiũ
conferentiũ:quia vtroq; caſu reſeruationis cauſa nõ violatur.
¶Quarta.Eo caſu quo renuntiatio tenuit, ſed nõ collatio,ſi
permutãtes credẽtes permutationẽ tenere adminiſtrant in
beneficijs permutatis,deinde moriãtur,& appareat collatio
nem nõ tenuiſſe,iſta beneficia nõ vacãt per renuntiationem
ſed per mortẽ.quod etiã tenet Ioã.And.in c.j. eo.ti. Si verò
hoc ſciebãt vel ſcire debebãt,& ſe in illis beneficijs intruſe-
runt,nõ vacant per mortẽ aut renuntiationen,ſed per iuris
priuationẽ.de preb.eum qui.lib. vj.ſecundũ Lap. tamẽ dicit
hoc eſſe verũ in beneficijs,in quibus habet locũ c.de multa
de præb.aliàs autẽ beneficiũ doloſi per renũtiationẽ vacat.
¶Quinta cõcluſio.Eo caſu,quo permutatio ſine culpa per-
mutãtis nõ tenuit,& licebat eis ad propria beneficia redire:
licet hoc eis propria authoritate nõ licebat ſecundũ aliquos
ſed opus ſit noua collatione vel inſtitutione : equius tamen
eſt quòd ſicut vt dicit Io.And.in c.beneficia.de præb.lib.vj.
quia vitatur vacatio & circuitus & incõmodum beneficiorũ
nec debet grauari ſumptibus &laboribus iſte qui bona fide,
& fortè ꝓpter vtilitatẽ beneficij ꝑmutabat.Et idẽ eſt ſi per
mutatio erat cõpleta ex vna parte:deinde apparuit impedi-
mentũ cõpletiõis ex ꝑte altera.¶Sexta.Qui nõ habet ius in
beneficio,puta q̄a ſimoniacè adeptus eſt illud, vel aliàs ſine
titulo:ſi permutat,nõ acquirit ius in alio,nõ obſtãte quòd e-
piſcopus potuerit illi cõferre:quia nõ cõtulit ſimpliciter,ſed
ex cauſa permutationis:quæ nulla fuit cũ nõ cõtrahatur dan
do rẽ alienã.¶Septima.Cum ad vnã permutationẽ duo epi
ſcopi habẽt intereſſe:vt quia duo beneficiati duobus epiſco-
pis ſubſunt:tutius eſt:ſecũdũ Io.An.omia fieri ſimul, id eſt,
ambobus præſentibus,vel vno cõmittẽte alteri,& nõ ex in-
teruallo:quia poſſent difficultates & intricationes inſurge-
re:quia eo ipſo quòd vnus renũtiat,& ponit ſociũ in poſſeſ-
ſione,vacat beneficiũ ſocij:tñ dic ꝙ tenet:quia illud proceſ-
ſit ex cauſa permutationis. ¶Octaua. Habẽs duo beneficia,
ſecundũ Io.And. permutare poteſt cum habẽte vnũ:ſed nõ
eſt verũ,niſi interueniat authoritas papæ,ſi ex eius diſpẽſa-
tione teneãtur plura,trãsferendo diſpẽſationẽ de perſona ad
perſonã:ſi verò diſpẽſauerat epiſcopus , fiat per epiſcopum.
¶Nona. Habens ſolũ ius ad beneficiũ cum habente benefi-
ciũ,vel duo habẽtes ius tantùm,adinuicẽ permutare nõ poſ-
ſunt,ſecundũ Io.And.eo.ti.c.j.lib.vj. ¶Decima. Habẽs bene
ficiũ,ſecundũ Ioã.And.in vj . & in cle.eo.tit. permutare põt
cum hoſpitali vel præſtimonia,ſi hoſpitale vel præſtimonia
concedatur clerico in beneficiũ,non laicis:ſed & ſi ſit cõceſ-
ſum bono viro,dicit Fede.ſe nõ videre quid prohibeat,licet
nõ ſit beneficiũ:cũ titulus nõ ſit totaliter profanus,ſed eccle
ſiaſticus nõ potẽs vendi ſine vitio ſimoniæ: per not.in c.cõ-
ſulere.de ſimo.Lap.tamẽ dicit hinc apparere ꝓhibitũ : quia
permutatio nõ ꝑmittitur tẽporaliũ & ſpiritualiũ,aut benefi
cij eccleſiaſtici ad nõ beneficiũ eccleſiaſticũ,ſed de ſpirituali
ad ſpirituale,aut tẽporalis ad tẽporale, vel beneficij ad be-
neficiũ.¶Vndecima. Habẽs beneficiũ in cõmenda ſecundũ
formã c.nemo deinceps.de elec. lib.vj . fortè permutare põt
cum beneficiato:cum titulus ſit canonicus,& non vacet intẽ-
rim,vt ibi.& fortè eodem modo duo cõmendatarij paro-
chiarum adinuicẽ:& ſimiliter poſſunt habẽtes beneficia ma-
nualia à quibus ſcilicet poſſunt pro libito remoueri : etiã ſi
ſoli beneficiati perpetui poſsint permutare:quia poſſunt nõ
reuocari:& hoc ſufficit:ſi tamẽ permutẽt authoritate papæ,
poſſunt nihilo minus reuocari vt prius : quia papa intendit
vnũ in locũ alterius ſubſtituere. ¶Duodecima. Si permutãs
habeat alia bñficia,nõ debet de eis facere mẽtionẽ ſcd̄m ali-
quos,& ſcd̄m alios debet.Sed tu dic hoc debere facere,quan
do ſi ſupior hoc ſciret,veriſimiliter dubitaŕ an hoc faceret.

¶PERPLEXITAS,vide ſuprà Dubium.

¶PERSONATVS,ſuprà Dignitas,in princip.

¶PERSONA miſerabilis,ſuprà Miſerabiles.

PERTINAX,ſecundũ Iſido.in lib.Etymo. dicitur qui
eſt imprudẽter tenẽs,quaſi omnino tenax : quia in ſuo
propoſito quaſi ad victoriã perſeuerat pluſquã opor-
tet,& opponitur perſeuerãti,ſecũdũ Tul.in Rhet.& S.Tho.
ij.ij.q.cxxxviij.quia perſeuerans ſtat quãtum oportet: perti-
nax plus quàm oportet,& mollis minus quàm opertet.Et eſt
pertinacia mortale aliquãdo ratione ſcandali,iuxta dicenda
infrà Scandalũ aliquando ratione voliti:vt cùm nõ vult quis
obedire pertinaciter ſuperiori vbi tenetur in re notabili,ali-
quando ratione crediti:vt quia credit contra determinatio-
nẽ eorũ,quibus credere tenetur,puta eccleſiæ vel ſcripturę.

¶PETITORIVM & poſſeſſorium , vide ſuprà Ma-
trimonium.x.§.j.

## De Pignore.

1 *Pignus quot modis contrahitur.*
2 *Pignori quæ res obligari poſsint,& quæ non num.3.*
4 *Pignus factũ ab aliquo de proprijs rebus quõ. intelligatur.*
5 *Pignus quandiu remaneat.*
6 *Pacta quæ prohibeantur in pignore.*
7 *Pignore an vti poſsit creditor.*
8 *Pignus pignori dare an poſsit creditor.*
9 *Pignus an poſsit præſcribi.*
10 *Pignus qualiter vendatur,ſi non ſoluatur.*
11 *Pignoris fructus an debeant computari in ſortem.& nu.12.*
13 *Expenſas factas in pignore an repetat creditor.*
14 *Pignus ſi pereat aut deterioretur,an teneatur creditor.*
15 *Pignus reſtituens famulo fugienti an teneatur.*

PIGNVS à pugno dictum propriè eſt circa rem mo-
bilem quaſi de pugno,id eſt,manu ad pugnũ traditũ.
ff.de verb.ſigni.l.plebs.§.pignus.generaliter tamẽ lar
gè loquẽdo ſecundũ Hoſt.pignus eſt obligatio rei licitę pro
debito facta ad ſecuritatẽ,ſcilicet creditoris : quia tutius eſt
pignori incumbere,quàm agere in perſonã. Inſtit.de oblig.
quæ ex de li.naſc. §.furti.Vnde pignus ab hypotecha differt
nomine:quia hypotheca dicitur ab hypo,id eſt,ſub,& theca,
poſito quaſi res ſuppoſita creditori.differt etiã re:quia pro-
priè pignus eſt de re mobili,vt dictum eſt : hypotheca verò
propriè eſt obligatio rei immobilis.Inſtit.de actio.& oblig.
§.inter pignus.Vnde pignus dicitur, cum trãſit in creditorẽ:
hypotheca verò quando non tranſit:quantum ad actionem
tñ nõ differũt.d.§.inter pignus.¶Primò verò quæriť,†quot 1
modis contrahitur pignus?Et dicit Direc. lib.ij. quòd duo-
bus.ſcilicet tacitè & expreſsè. Tacitè autẽ fit multis modis:
ſicut & ſunt multarum perſonarum omnia bona obligata.
¶Primò enim obligata ſunt bona prælati ſeu miniſtri eccle
ſiæ ipſi eccleſiæ pro mala adminiſtratione,ar.xiij.q.ij. illud
& tenet gloſ.& Panor.in c.ex literis.de pig.¶Secundò bona
viri pro dote vxoris : vt ſuprà Dos. §.xij.& etiam pro para-
phernalibus &donatione propter nuptias, vt ſuprà Dos.§.
xiij.

xiij.& Paraphęrna.§.ij.¶Tertiò illius qui dotẽ promiſit ei,
cui promiſit.C.de rei vxo.ac.l.vnica.& d.l.ex literis.¶Quar-
tò cõtrahentis cum fiſco ipſi fiſco.C.in quib.cau.pig.tac.cõ-
tra.l.j.&ij.¶Quintò tutoris pupillo,& curatoris minori pro
officio,aut ſi non adminiſtrauerũt.C.in quib.cau.pignus tac.
cõtra.l.ſi mater.& l.fi.C.de admini.tut.l.pro officio. ¶Sextò
omnia bona conductoris inuecta ſeu illata in ruſtico prædio
domino ſciente pro penſione debita:niſi inferantur ad tem-
pus,quanuis empta ſint ex fructuum pretio C.in quibus cau.
pig.tac.cõtra.l.quanuis.in vrbano non diſtinguitur an domi
nus ſciat vel non.C.loca.l.certi.C.in quib.cau.pig.ta.cõ.l.ſan
cimus.ff.in quib.cau.pig.vel hypo.con.l.ſi horreum.& l.hoc
iure.¶Septimò patris filijs pro aduentitijs,&pretijs eorũ.C.
de bonis quæ lib.l.cùm oportet.ſed tamen non habet̃ malæ
adminiſtratiõis vel quòd malè verſatus ſit in dictis bonis cõ-
tra patrem.l.vl.& penul.ibidem.¶Octauò matris cõuolan-
tis ad ſecũdas nuptias filijs prioris matrimonij pro reſtitutio
ne eorum,quę à primo viro lucrata fuit.C.de ſecundis nup.l.
hac edictali.§.penul.& C.in quib.cau.pig.tac.con.l.ſi mater.
¶Nonò bona defuncti pro legatis & fideicõmiſsis.C.cõmu.
de leg.l.j.¶Decimò bona primipilarij,id eſt, primi in acie,
fiſco,in caſu quo fiſcus vxori præfertur : quia ſi bona mariti
deficiunt,etiã in rebus dotalibus ſatisfiet.C.in quib.cau.tac.
contra.l.ſatis.& conſequenter multo fortius ſecundum Dir.
bona vxoris clerici erũt obligata ei,ſi deficiũt bona mariti.
¶Vndecimò bona conductoris vectigalium fiſco.l.ſemper.
§.conductores.ff.de iure immuni. Duodecimò contrahitur
hypotheca in naui ei,qui dedit tantum ad reficiẽdam vel ar-
mãdam.l.interdum.ff.qui poti.in pigno.habe.Secus ſi dediſ-
ſet ad eam emendam:quia in ea non haberet hypothecam.
Idem dicit de mutuãte ad militiam emendam:quia in ea ha
bet tacitam hypothecam,ſecundum Hoſt.in Sum.Aduertẽ-
dum tamen eſt quod ex tacita hypotheca nõ poteſt cõueniri
poſſeſſor,niſi principali diſcuſſo.vt in authent. hoc ſi debi-
tor.C.de pign.¶Expreſſa verò obligatio eſt triplex, ſcilicet
conuentionalis,quæ ſcilicet conuentione ſola conſtituitur.
ff.de pig.actio.l.j.& prætoria,quæ fit prætore iubente: puta
vt caueatur pro legatis vel damno infecto,aut opere demo-
liendo,quæ conſtituitur per miſsionem in poſſeſsionem,nõ
aliter.ff.de pig.act.l.non eſt mirum.§.ſciẽdum.& iudicialis:
vt cum iudex iubet aliquem mitti in poſſeſsionẽ ex officio
ſuo,vt mãdetur executioni ſua ſententia diffinitiua:pro quo
primò capiuntur mobilia,ſecũdò immobilia:tertiò perueni
tur ad nomina debitorum,extra de re iudi.c.cum aliquibus.
de quo etiam videtur text.extra eod.lator.vbi dicit Panorm.
quòd ſi debitor habet vnde ſoluat,non debet incarcerari,ſed
procedendum eſt per iudicem dicto ordine in bonis ſuis,vt
habetur in l.à diuo Pio.ff.de re iudic.& multò fortius nõ de-
bet extendi manus ad capturam perſonæ.pro quo text.cum
glo.in l.iij.§.tutores.ff.de ſuſpect.tut.& ibi etiam per Bart.
Et concludit Panor.quòd pro debito ciuili nõ debet quis in-
carcerari regulariter,niſi prius cõdemnetur,& nolit cedere
bonis.C.qui bo.ced.poſ.l.j.imò licet condemnatus primò fa
ciat iudex executionem in bonis,vt ſuprà:fallit primò quan
do eſt ſuſpectus de fuga,& dubitatur an bona eius ſufficiãt,
vt no.in dicto §.tutores.& ſecundò ſi nondum venit dies ſo-
lutionis,& debitor eſt ſuſpectus de fuga:quia incarcerari po
teſt vt faciat creditorem tutum,puta fideiuſsione,aut pigno
re.quod limita quando ſuſpicio fugæ accidit poſt contractũ :
ſecus ſi erat tempore cõtractus:quia tunc de ſe conquerat̃.
Tertiò adde quòd fallũt etiam prædicta in ſcriptore obliga
to ad ſcribendũ certũ librum:quia ſuſpectus de fuga poteſt
carceri tradi:vt ꝓmiſſum perficiat:etiam ſi nõ renũtiaſſet
beneficio ceſsionis bonorum,quaſi videatur electa induſtria
perſonæ,& non ſuccedat obligatio ad intereſſe. ¶Secundò
quæritur,†quæ res pignori obligari poſsint? Et dico quòd 2
obligari poſſunt,ſecundum Hoſt.res præſentes & futuræ,vt
fructus pendentes,partus ancillarũ,fœtus pecorũ, & ea quæ
naſcentur.ff.de pig.l.& quę nondum.& ſimiliter res corpora
les & incorporales:vt cautiones,& nomina debitorũ.ff.eo.l.
cum cõuenit.itẽ ſeruitutes perſonales,& vſus & vſusfructus.
ff.eod.l.ſi is.& ſeruitutes prędiales & ruſticæ:vt ſcilicet quã-
diu pecunia ſoluta nõ ſit,his ſeruitutibus creditor vtatur: &
ſi intra certũ diem nõ fuerit reddita creditori,vicino vẽdere
valeat.ff.eo.l.ſed an viæ.vbi tamẽ caueto ab vſura:quia con
uentio pro tali vſu eſt fœneratitia,licet permiſerit lex in d.
l.ſed an viæ.Vrbanæ autẽ prædiorum ſeruitutes,ſeu earum
materia ſic non debent pignorari,ne ex varietate vſus vten-
tium ædificia deſtruantur.d.l.ſi is.§.fi.Secus de earum com
moditate, vt ſcilicet liceat creditori ire & agere.d.l.ſed an
viæ.Et gñaliter pignori obligari poſſunt quæcunq; etiã poſ
ſunt vendi:& quæ vendi nequeunt, pignori etiam dari non
poſſunt.ff.quæ res pignori dari poſſunt.l.j.§.eã rem. Quod
tamẽ fallit primò in his,de quibus.§.ſeq.& ſecundò in rebus
alienis,quæ vendi poſſunt.ff.de cõtrahen.emp.l. rem alienã.
non autẽ pignori dari.C.quæ res pignori dari poſſunt.l.qui
filios.Sed intellige quòd aliena vendi poſſunt,ſi ſunt immo-
bilia:aliàs ſecus.& de hoc vide ſi placet gl.in d.l.rem alienã.
¶Tertiò quæritur,†quæ res pignori dari non poſſunt? Et 3
dico quòd pignorari non poſſunt homines liberi,etiam pro
delicto.c.ij eo.tit.& qui de facto talem reciperet in pignus.
ſecundum Panorm.in cap.lator.extra eo.perdit debitum,&
tantundem ſoluere tenetur,& ille debet relaxari:in authen.
vt nulli iudi.§.quia verò.de quo dic vt ſuprà Obſes.§.j. Nec
eccleſiæ,in authen.de alienatio.& emphyteuſi.§.& quoniã.
Nec monumenta.C.quæ res pignori obligari poſſunt.l.iij.
Nec ſacra vaſa,veſtimenta,libri,vel alia ornamẽta eccleſia-
ſtica.l.ſancimus. C. de ſacroſanct.eccle.ff.quæ pign.oblig.
poſ.l.j.extra eo.c.j.niſi eccleſia habeat vaſa ſuperflua,& de-
bitum vrgeat,nec aliunde ex rebus mobilibus ſolui poſſit.x.
q.ij.hoc ius.vel niſi in neceſsitate,vt eſt redẽptio captiuorũ,
ſuſtentatio pauperum,& huiuſmodi cauſæ neceſſariæ,in qui
bus res eccleſiæ poſſent alienari.extra eo.c.j.xij.q.ij.aurum.
Nec eccleſiaſtici reditus ſpeciali conuentione poſſunt obli-
gari,ſecundum Innocen.ſed à iudice pro debito canonici &
ex cauſa iudicati poſſent obligari.Nec generaliter res eccle
ſiæ.d.§.& quoniam.quia licet bona eccleſię pro obſeruatiõe
cõtractus à clericis obligari poſsint in genere, ſpecialis tñ
obligatio fieri non poteſt,niſi cum ſolennitate,de qua ſuprà
Alienatio:vt not.Panorm.in cap.nullus presbyter.de pign.
¶Quartò quæritur,†quomodo intelligatur pignus factum 4
ab aliquo de proprijs rebus? Et dico quòd ſi obligauit res
ſuas ſimpliciter,de præſentibus & futuris ſenſiſſe præſumi-
tur.C.quæ res pig.oblig.poſ.l.fi.quia hic agitur de modico
præiudicio:ſecus ſi de magno,vt in confiſcatione : quia non
veniunt futura,vt ſuprà Iurare.in fi.intelligitur tamen exce-
ptum omne quod ſpecialiter obligaturus non erat,vt veſtis,
ſupellectilia & mancipia,quæ in vſu habebat, & ſimilia. C.
quæ res pig.ob.poſ.l.j.& l.obligatione.cum ſequẽ.ff.de pig.
Iura autem & actiones bene intelliguntur obligata. C.de
ſentent.paſ.l.ſi ademptis.& l.caſus.Si verò dixit, mobilia &
immobilia & ſe mouentia,non ob hoc intelliguntur actiões
& nomina ſeu credita.C.de præto.pign. Et idem dicendum
de his qui offerunt eccleſiæ omnia bona ſua.Qui etiam obli
gat inſtrumenta,de agris & omnibus ibi contentis ſenſiſſe
videtur.C.quæ res pigno.oblig.poſ.l.ij.De his actionibus &
nomi



nominibus,vide s̃.Alienatio.§.viij.¶Quintò quęritur,†quan
tum maneat pignus? Et dicit Direct.quòd quandiu etiam v-
nus denarius remanet ad ſoluendum.C.de diſtra.pig.l.quan
diu.quod tamen fallit in veſtimento aut coopertorio quoli
bet neceſſario de die vel de nocte:quod ante Solis occaſum
reddendum eſt.Exo. xxij.¶Sextò quæritur,†quæ pacta pro-
hibeantur in pignore? Et dico quòd omne pactum turpe,im
poſsibile,illicitum,& pactum legis commiſſoriæ. de quo s̃.
Pactum.§.xiiij.& eſt illud quo debitor obligat ſe pignus da
re in ſolutũ.ff.de ſol.l.Calopodius. & illud quo aliqui paci-
ſcuntur ne pignus redimatur in perpetuũ vel ante diem ſibi
præfixã.ar.c.precariũ.de preca.& illud quo nõ licet credito-
ri pignus vendere poſt interpellationem debitoris.l.ſi credi-
tor.§.vlti.ff.de diſtra.pig.& de his dicitur in c. ſignificante.
eo.ti.& illud quo debitore non ſoluente die præfixa,ex tunc
creditor habeat pignus in feudum. quod non valet:quia fie-
ret fraus legi,vt in conſti.Fede.de feu.da.in vicem leg.com-
miſſo.& de his s̃. Pactum.§.iiij. Valet autem pactum quod
amiſsio pignoris quocunq; caſu liberet debitorem.C.de pig.
act.l.quę fortuitis.¶Septimò quæritur,†vtrum creditor poſ
ſit vti pignore obligato ſine vſura? Et dicit S.Thom.ij.ij.q.
lxxviij.quòd ſi vſus eius pecunia æſtimari poteſt, debet vſus
eius computare in æſtimationem eius quòd mutuauit:alio-
quin idem eſſet ac ſi pecuniam acciperet pro mutuo, quod
eſt vſura:niſi eſſet talis res,cuius vſus inter amicos ſine pre-
tio conceli ſolet:vt patet de libro commodato.Sed intelli-
ge ſecundum Pan.c.j.de depo.quòd eſt vſura,ſi voluntas do
mini interuenit.de vſur.c.j.Si verò domini voluntas non in-
teruenit,eſt furtum.ff.de furtis.l.ſi pignore.niſi veriſimiliter
crederet dominum permiſſurum,vt not.in c.dudum.el ij.de
elec.& Inſtit.de obli.quæ ex quaſi deli.naſcuntur.§.placuit.
¶Octauò quæritur,†vtrum creditor poſsit pignus pignori
dare? Et dico quòd ſic.C.ſi pig.pig.da.ſit.l.j.quod Spec.dicit
verum ſolùm vſq; ad tres vices.Sed verius dicit Ange.in d.l.
j.quòd vſq; ad mille vices:quia ius quæſitum à creditore in
pignore,eſt reale,& tranſitorium de perſona ad perſonam
in mille manus,argu.tex.ibi.Sed ſi alius,cuius res pignorata
fuit ſecundò,alteri vendiderit,qui fortè ſe abſentauit: Spec.
dat remedium primo debitori ad cõſequendam rem ſuam,
vt agat contra primum creditorem: ſed ille liberabitur ce-
dendo ſibi actionem contra eum,cui legitimè pignorauit,&
maximè reſpectu tertij,&c. Et nota quòd poteſt pignorari
pignus vſurarijs noſtri temporis, qui habent ex priuilegio
quòd poſt annum lucrantur ipſum:& ſi perditur, damnum
eſt debitoris:quia quod fit lege permittente, non meretur
pœnam.l.Gracchus.C.de adul.quod limita primò ſi pigno-
rauit pro quantitate debita præcisè:& ſecundò pro neceſsi-
tate vel vtilitate ſua:quia pro alio reſpectu non licet ſub vſu
ra accipere:& tertiò ſi hoc notificatum eſt debitori. ¶No-
nò quæritur,†vtrum creditor poſsit pignus præſcribere? Et
dico quòd non vllo tempore.l.pignori rem acceptam. ff.de
vſucap.¶Decimò quæritur,†vtrum creditor poſsit vendere
pignus ſi ei non ſoluitur? Et dico ſecundum Ray.quòd ſi pa
ctum fuit quòd vendere poſſet certo tempore,modò,perſo-
na vel pretio,debet prius denuntiare creditori,& poſtea ven-
dere poterit ſecundum formam conuentam,aliter non:ſi ve
rò pactum fuit de nõ vendendo,vendere nõ poterit,niſi poſt
trinam denuntiationem,triduo inter duas earum interueni-
ente.ff.de pig.act.l.ſi conuenerit de diſtrahendo.& ſi non ſol
uat,poſtea vendere poterit:aliàs vendendo antè teneretur
furti.¶Si verò pactum factum fuit,ſufficit vna denuntiatio:&
tunc elapſo biennio vendere poterit.Probantur hæc.ff.de
pig.act.l.ſi conuenit.C.de iur.do.impe.l.fin.Si autem creditor
vendito pignore bona fide minus accepit quàm ſit debitum
ſuum,reſiduum repetet à debitore:ſi autem vendidit plus de
bito,de illo pluri tenetur debitori.C.de iu.do.l.vlt.¶Vnde-
cimò quæritur,†vtrum creditor teneat̃ fructus pignoris cõ- 11
putare in ſortem? Et dico quòd ſic,tam quos percepit,quàm
quos potuit percipere,& ex ſua negligentia non percepit,&
quod ſupereſt reſtituere debitori ſecundum gl.in c.cùm con
tra.eo.ti.& ſequitur Pan.ibi.& Io.And.in c.j.& ij.de vſur.ſed
Hoſti.contrarium ſenſit quo ad percipiendos, ſcilicet quòd
non teneatur niſi fuerit in dolo vel lata culpa: quia erat do-
mus ſolita locari,vel erat qui quærebat eam conducere.&
idem do.Ant.ſed verior eſt opinio Cal. ſcilicet quòd ſi ſatiſ.
factum eſt ſorti,tenetur etiam de percipiendis:quia eſt ma-
læ fidei poſſeſſor in non reſtituendo rem.Si verò ſorti non-
dum ſatiſfactum eſt,non tenetur.quod limita,niſi ſit in dolo
vel lata culpa.& ſic limita.& concor.l.j.& ij.C.de pig.act.&
Doc.Et ſi creditor eſt puratus computare fructus in ſortem,
ſed petit reſiduum debiti,ſecundum Ray. poteſt pecuniam
mutuatam per actionem perſonalem petere.C.de pig.l.quã
uis.& l.diſtractus.Item poteſt pignus alteri pignorare.C.ſi
pig.pignori.l.j.& ij.De hac materia vide ȷ̃.Vſura.iij. per to.
tum.¶Duodecimò quæritur,† quam penſionem ſoluet cre 12
ditor ꝓ domo pignorata? Et dicit Spe.quòd ſolũ ad illã quã-
titatem,quã inde creditor præſtitiſſet.l.in ſumma. §. in fru-
mento.ff.de cõd.inde.Pan.verò in d.c.cùm cõtra.diſtinguit:
quia ſi fuit ſimpliciter pignorata,ad eã penſionem tenetur:
quia cõiter inuenitur à quocũq; alio.Si verò actũ fuit vt illa
ſoluatur quæ placet:verũ eſt quòd dicit Spe.quod verũ intel
lige in aliquo modico,nõ in aliquo notabili:quia eſt aliquid
accipere vltra ſortem.Nec obſt.§.in frumento.quia loquitur
qñ per errorem limitatio facta fuit:quia tũc nõ obligat̃ cre-
ditor,niſi inquantũ fuit factus locupletior. ¶Tertiodecimò
quęritur,†vtrũ poſsit creditor repetere expenſas factas in pi 13
gnore? Et dico ſcd̃m Ray.quòd ſic circa fructus colligẽdos
& etiã circa pignus ſi fecit bona fide, niſi ſint immoderatæ.
l.ſi ſeruos.ff.de pig.act.& ar.in l.in fundo.ff.de rei ven.quod
Ber.in c.j.de vſur.intelligit quo ad expenſas neceſſarias,non
quo ad volũtarias.Sed tu dic quòd etiã quo ad vtiles, modò
nõ ſint immoderatæ,vt no.gl.in l.creditor.la ij.C.de pig.ac.
tex.eſt in d.l.ſi ſeruos.¶Quartodecimò quærit̃,†quid ſi pi- 14
gnus pijt, aut deterioratũ eſt? Et dico ꝙ tenet̃ creditor de
dolo & lata ac leui culpa,ſcd̃m gl.in l.ſi creditor.C.de pi.ac.
tex.Inſt.quib.mo.re cõ.obli.§.fi.ff.de pig.ac.l.ſi cũ venderet,
in fi.nõ aũt tenetur de leuiſsima,nec de caſu fortuito:niſi ex
pacto vel mora.¶Quintodecimò quærit̃,†vtrũ is, q pignus 15
remittit,vel bidellus reſtituens librũ ſibi aſsignatũ ſocio cõ
ſueto,vel famulo illius cuius eſt,teneatur,ſi is,cui dedit,egit
infideliter? Et dicit Pan.in c.ſi.de fur. ꝙ nõ,ar.l.eũ qui.& l.ar
gentũ.ff.cõmo.& facit c.ſignificãte.eo.ti.& ſequitur Bart.in
l.ſi quis vxor.§.apud Labeonem.ff.de fur. Idem dicit ſi eum
aſsignauit deferenti aliquod ſignũ illius,cuius erat. & facit
d.c.ſignificãte.cũ ibi no.Nõ eſt tamen credendum de facili
tali ſigno,ſi res eſt pretioſa.arg.c.j.& ij.de fide inſtrumento.

PIRATA eſt omnis,qui prædatur in mari:ter in anno
excommunicatur ab ore ſummi pontificis cum omni-
bus receptatoribus & dantibus eis auxilium,conſilium
vel fauorem:vt no.Io.And.& do.Ant.in cap.excommunica-
tioni.de rapto.Vide ſuprà Excommunicatio.vij.excommu-
nicatione xx.per totum.& ibi quis propriè dicatur pirata.

PISCARI, ſiue piſcatio, ſecundum Sanctum Tho-
mam ſicut & venatio & aucupium, ſunt à natura,&
conſequenter de ſe licita.j.q.xcvj.ar.j.ij.ij.q.lxiiij.ar.j.
cõtra.iij.c.xxij.Eſt autem illicita piſcatio in maioribus ſolẽ-
nitat

nitatibus:in dominicis verò vel inferioribus licet ſolùm ex cauſa vrgente & cum licentia:& tunc fiat portio pauperibus de fer.licet.Cauſa autem vrgens eſt,vt videtur ibi, lucrum fortuitum ſtatim periturum:vt quia apparent halecia,&huiuſmodi:& à fortiori fames.Sed iſta intelligo quando intentio eſt principaliter ad lucrum:ſecus cauſa recreationis:quia nec licentia,nec alia vrgens cauſa requiritur. In fluminibus autem publicis& perpetuis,vt eſt Rhenus & Padus,piſcatio licet:nec aliquis hoc poteſt prohibere,ſecundum Io. de Pla. Inſti.de rerum diui.§.flumina. ſimiliter nec applicationem nauium ad portum:& ligationem ad lapides vel arbores exiſtentes in ripa.Licet autem ripæ & arbores ſint publicæ quo ad vſum ſiue in communi vſu proprietas tamen earum eſt eorum quorum ſunt prædia,quibus adhærent: ideoq; ſi concurrat nauta vel piſcator volens ad arborem nauem ligare vel ſiccare retia,& dominus volens arborem præſcindere, præfertur dominus: quia nulli proprium ius detrahendum eſt.Si verò concurrant duo non domini,quorum vnus publicam,reliquus priuatam vtilitatem prætendit,præfertur primus.Si verò vterque prætendit publicam vel vterque priuatam,præfertur qui primò occupauit,ſecundum Iac.But.& ſi vterque pariter occupauit, locus eſt gratificationi vel ſorti: ſicut dicit gloſſa de plauſtris inuicem obuiantibus in via arcta:dũ quærit quis retrocedet.ff.ne quid in loco publi.l.j.§. hoc interdictum. Vide etiam infrà Venatio.

PLACERE velle hominibus,eſt bonum aut malum, mortale aut veniale,ſecundum finem intentum, & media intenta,& circunſtantias actuum,de quibus generalis regula dari non poteſt. Vide ſuprà Adulatio.

POLLICITATIO eſt ſolius offerentis promiſsio. ff.de polli.l.iij.vt quando conſenſus eius, cui fit promiſsio, non extat acceptans:& differt à ſtipulatione & pacto,quod eſt duorum conſenſus atque conuentio,pollicitatio eſt vnius tantum: tranſit tamen in pactum, quando is,cui quis pollicetur per nuntium vel literas acceptat: quia ibi eſt duorum conſenſus.l.pactum.ff.de polli.& ſ. Pactum. in princip.Vide gl.in cle.Romani.de iureiu.& Pan.in c.cùm iuramento.de homi.Et aduerte pro claro intellectu quòd de ratione pollicationis eſt quod adſit tantum vnus conſenſus: de ratione verò pacti ſunt duo:ſed quia conſenſus eſt duplex ſcilicet expreſſus & tacitus:ideo pollicitatio propriè fit abſenti,qui non conſentit,niſi ex interuallo:ſi autem fiat præſenti & tacenti,dicunt Legiſtæ quòd eſt propriè pactum.Sed intellige tacitè,quia vnus conſenſus eſt tacitus:eſt verò pollicitatio expreſſe,quia vnus tantum conſenſus exprimitur.Vide quæ refert Berta.Vtrum autem quis obligetur ex pollicitatione?Et dico quòd ſic,quando pollicetur ciuitati,vniuerſitati,clero,eccleſiæ,vel pauperibus alicuius loci, & ex cauſa: puta ad honorem Dei,& huiuſmodi:ſecus ſi fiat prædictis ſine cauſa,vel alijs à prædictis etiam cum cauſa:quia non obligatur,niſi prætextu promiſsionis aliquid ceperit.ff.de pol. l.j.§.j.& intelligo etiam ſi adſit pactum tacitum.Facit gl.in c.ſcimus.xij.q.j.quæ dicit quòd ex pollicitatione facta Deo poteſt quis conueniri.&.c.ex parte.de cenſi.Vide Panormit. in procœmio Decretalium,& in d.cap.ex parte.& infrà Votum.iiij.§.vij.particula quarta.

POLLVTIO nocturna vtrum communionem impediat,& vnde veniat:vide ſ. Euchariſtia.iij.§.x.Vtrum autem ſi in vigilia terminetur,ſit peccatum : dicit S. Tho.in iiij.diſt.ix.quòd meritum & demeritum in eo magis iudicatur ſecundum principium quod eſt in dormiendo:quia corporalis motus non pertinet ad meritum vel demeritum, niſi ſecundum quod à voluntate cauſatur:ex quo autem eſt excitatus in dormiendo,non ſubiacet voluntati vigilantis qui etiam non reputatur euigilaſſe quouſque vſum liberi arbitrij recuperauerit perfectè.Poſſet tamen in ipſa plenaria euigilatione peccatum contingere, ſi adſit complacentia propter delectationem,quod erit veniale,ſi ſit ex ſubreptione:mortale verò ſi ex deliberato conſenſu,præcipuè cum appetitu futuri:licet pòſt placentia non faciat præteritam pollutionem eſſe peccatum:ſi verò placeat propter alleuiationem naturæ,non creditur peccatum.Et idem Sum.Confeſ. Ex quibus bene conſideratis apparet quòd pollutio eſt peccatum ſolùm duobus modis:primò ſi procuretur: ſecũdò ſi placeat ad voluptatem. Vnde patet quòd complacentia pollutionis in ſomnis propter alleuiationem naturæ aut mitigationem carnalium motuum ſine procuratione non eſt peccatum:ſed operari directè vt euiniat,puta comedendo calida tali fine,eſt mortale:ſecus ſi non intenditur,ſed quid tale fiat propter guloſitatem aut aliam cauſam,cum dubio tamen ſecuturæ pollutionis:quia eſſet veniale ſolùm.In vigilia autem aliquando eſt ſine peccato : vt in patientibus fluxum ſeminis.aliquando cum veniali: vt quando præter voluntatem euenit,etiam ſi præcedat ex aliquo peccato veniali:puta cogitatione non moroſa.aliquando cum mortali: vt quando procuratur,aut venit peccato mortali actualiter illi coniuncto,aut deliberatè ex voluptate placet.

POPVLVS ex decem hominibus conſtat.x.q.iij.vnio. in gl.ſicut duo faciunt congregationem.de elec.c.j.& tres collegium.ff.de verb.ſig.l.Neratius.& tamen in vno retinetur.ff.quod cuiuſ.vni.l.ſicut.de quo vide gl.in c.j. de poſtu.præla.quæ dicit ius vniuerſitatis remanere poſſe in vno ſolo,omnibus alijs mortuis vel priuatis.gl.tamen dicit quòd collegium non remanet in vno : quia deficit vocis ſignificatum:ſed ius collegij:decem autem vel quindecim faciunt turbã.ff.de vi bono.rapto.l.prætor.la ij.quatuor quoq; vel quinq; porci vel decem oues gregem faciunt.ff.de abigeis.l.oues.Ex quibus ſecundum Io.And.in Sum.Con.infertur quòd ſcandalizatur populus quando decem graues & honeſti de populo ſcandalizant:licet in populo ſint etiã mille.

¶PORTIO canonica. Vide ſuprà Canonica portio.

POSSESSIO ſumitur materialiter pro re poſſeſſa, & formaliter ac propriè.& ſic ſecundum Hoſtienſ.in Sum. & Azo.C.de acquir.& retinen.poſ. eſt corporalis rei detentio corporis & animi & iuris adminiculo concurrente:vel eſt ius,quo quis rem corporalem verè in poteſtate habet.Dicitur autem primò corporalis rei: quia incorporalia,vt iura,& ſeruitutes,quaſi poſsideri dicuntur,& quaſi tradi per patientiam & vſum:ſed cùm non poſsint corporaliter apprehendi,non poſsidentur propriè.de foro comp.conqueſtus.in glo.ff.de vſucap.l.ſequitur.§.ſi vnica.ff.de acqui.poſſ. l.iij.& tamen præſcribuntur .de cauſa poſſeſ.cùm eccleſia. Dicitur ſecundò detentio : quia poſſeſsio dicitur quaſi pedum ſeſsio:& acquiritur corpore interueniente ſeu corporali ſigno.Dicitur tertiò corporis:quia oportet concurrere actum corporis,corpore ſcilicet adipiſcendo,vel ſaltem oculis:ſufficit enim aliquando viſus & animi affectus cum voluntate tradentis.Dicitur quartò animi:quia nec per ſe corpore,nec per ſe animo poſsidetur . Dicitur quintò iuris,&c. quia ſine iure non eſt poſſeſsio,id eſt,propriè,ſed iniuſta detentio.Sed intellige iuris veri vel præſumpti : alioquin non præſcriberetur alienum. Poſsidere autem dicitur quis de iure tantum & de facto tantum,& vtroque modo . de conceſ. præben.cùm noſtris.vbi multa nota. Et de iure poſsidere dicitur quis primò naturaliter: vt cum eſt in re vel eius parte : vel ſaltem videt rem in ſuo conſpectu vel partem eius, ſecundum



ſecundum Azonem in Sum. Sed intellige videt,primò quaſi: aſtans factis aut verbis defenſurus rem ſibi ſi quis obſtiterit & ſecundò ciuiliter,vt cùm quis nec eſt in re,nec res in conſpectu eius,ſed poſſeſsionem ſolo animo habet,& rem de iure retinet.intellige de iure vero vel præſumpto,non de vero tantum:aliàs nullus præſcriberet rem alienam, vt dictum eſt.Et tertiò præcario,& multis alijs modis.

¶POSSESSOR bonæ & malæ fidei quis dicatur,ĵ.Reſtitutio.iij.§.ix. Quomodo autem teneatur reſtituere ſi ſit bonæ,ĵ.Fructus.§.ſi verò ſit malæ,ĵ.Reſtitutio. iij.§.ix.

¶POSSIBILE,ſuprà Impoſsibile,& ſuprà Facere.

POSTLIMINIVM eſt ius, quo reſtituitur alicui res vſucapta vel præſcripta quam propter captiuitatem vel ſeruitutem amiſerat,à qua ſcilicet reuerſus eſt.xvj. quæſtio.iij.capit.primo.ff.de ca.& poſtli.l.poſtliminium.ſuprà Bellum. in princip.

## De Poſtulatione prælatorum.


1 *Poſtulatio prælati quid & quotuplex ſit.*
2 *Poſtulatio vt valeat, quæ requirantur.*
3 *Poſtulari quis poſsit vel non poſsit.*
4 *Poſtulare quis poſsit.*
5 *Poſtulatio à quo fieri debeat.*
6 *Poſtulationis quis ſit effectus.*
7 *Poſtulatio an quærat aliquod ius poſtulato.*
8 *Poſtulantes an poſsint poſtea à poſtulatione reſilire.*
9 *Poſtulatus an repetat expẽſas à poſtulãtibus qui variauerũt.*
10 *Poſtulantes ſcienter indignum quam pœnam incurrant.*
11 *Poſtulatus ad aliam eccleſiam quid reſpondere debeat.*


1 POSTVLATIO † ſumi poteſt dupliciter, ſcilicet primò ſecundum ſuum commune ſignificatum: & ſic eſt verum quod dicit Gofr.quòd eſt gratiæ petitio.& ſecundò iuridicè:& hoc interdum dupliciter.vno modo vt poſtulatio eſt vocatio:& de hac ſuprà Aduocare.Alio modo vt poſtulatio eſt vnus ex modis prouidendi eccleſiæ vacanti:& ſic ſecundum Hoſt.eſt alicuius perſonæ,quæ eligi prohibetur,non propter vitium, ſed propter defectum, qui tamen non omnino inhabilem reddit ad prouidendum eccleſiæ concors & certa capituli petitio.Et ſic diffinit Sum.Confeſ. & Piſ.& Archiep.& Sup.intelligendo concors ſaltem quantum ad duas partes capituli:& certa quia vnus tantum debet poſtulari propriè,licet nominentur multi,ſecundum aliquos.Vel ideo dicetur certa,quia non compromittitur, ſed aliqua vel aliquæ perſonæ certæ poſtulantur.Sed Sum.Ang. & Roſ.definiunt ſecundum Pan.in rubr. extra eo . quòd eſt gratiæ petitio à ſuperiori facta de promouendo aliquem ad prælationem,ad quam de iure communi propter aliquem defectum, vel aliud impedimentum, eligi ſeu promoueri non poteſt.Sed iſta diffinitio ſtare non poteſt:quia ſi diffinitur poſtulatio communiter ad licitam vel illicitam, ſiue ad eam quæ fit de iure,& quæ de facto,male fit mentio de impedimento eligendi:cùm quilibet poſsit poſtulari de facto: & ſic non conuenit omni diffinito.Si verò diffinitur iuridica diffinitio conuenit poſtulationi factæ de vitioſo, & ſic conuenit alij à diffinito:nec valet dicere quòd intelligitur de defectu,qui non eſt peccatum,vt dicit Sum.Ang.quia ſubditur vel aliud impedimentum . ¶Primò verò quæritur quotuplex eſt poſtulatio?Et dicit Pan.in c.quia propter.de elec.& c.j.extra eo.quod eſt duplex:vna ſcilicet non ſolennis per cuius admiſsionem non acquiritur poſtulatio ius prælaturę et habilitas vt eligi poſsit.Vel dic tu vt poſsit conſentire,vt ea quæ porrigitur ei, ſuper impedimento poſtulati diſpenſare non poteſt,requiritur tamen eius conſenſus in promotione ratione ſui intereſſe:ſicut ſi Canonici poſtulent filiũfamiliàs à patre vel ab abbate vt eis concedat monachum eligendum in epiſcopum : qui ſine eius licentia conſentire non poteſt:vt in cap.ſi religioſus.de electio.libro ſexto.Alia verò ſolennis,per cuius admiſsionem dictum ius acquiritur: quæ ſcilicet porrigitur ei,qui poteſt ſuper omni impedimento poſtulati diſpenſare.

¶Secundò quæritur,† quæ requirantur ad poſtulationem? Et dico multa. ¶Primum, vt fiat ab his qui poſtulare poſſunt:& ſecundò vt fiat ab eo ſeu porrigatur illi à quo admitti poteſt.& tertiò vt fiat de eo, qui promoueri poſſet ab eo qui debet admittere.quæ tria ſunt de ſubſtantia ſolennis, etiam nõ ſolennis.quartò quòd ſit cõcors, id eſt,ab omnibus vel à duabus partibus,quod idem eſt ac ſi eſſet ab omnibus. quod requiritur vt facilè admittatur.de elect. ſcriptum.aliter ſecundum Hoſtien.non facit iniuriam ſuperior nõ admittens.c.bonæ.el ſecundo.de elect.aliter ſic.ff.de aqua quoti.& eſti.l.j.§.penul.Panorm.tamen in dicto cap.bonæ el j.tenet quòd ſufficit maior pars.& idem Gof. & eſt mens Hoſtienſis. Et ſic patet quod hoc quartum eſt de bene eſſe in vtraque,non de neceſsitate.quintò ſi ſit ſolennis quòd ſeruetur forma cap.quia propter.de elect.ſecundum Panormitanum ibi,vt ſcilicet procedatur per formam ſcrutinij,& cum alijs requiſitis,de quibus ſupra,Electio.ij.§.x.quod Archiep. dicit tutius: ſed non requiri neceſſario, & hoc tene : quia ſi eſſet neceſſe formare decretum, & huiuſmodi, non eſſet ratio quòd poſſent reſilire poſtulantes formato decreto,ſicut nec in electiõe:aut in nominatione facta in ſcrutinio electionis: vnde hoc eſt proprium in electione.arg.d.cap.quia propter. In poſtulatione autem ſufficit quòd vota duarum partium capituli vel maioris partis dirigantur in ſuperiorem.Si tamen poſtulatio fieret in ſcrutinio electionis, dico idem eſſe ſicut & de nominatione,ita quòd non poteſt reſiliri à poſtulato,licet poſsint alij poſtulari.

¶Tertio quæritur,† quis poſsit vel non poſsit poſtulari ? Et dico multa. ¶Primum.Secundum Hoſti. poſtulari non poteſt in prælatum criminoſus,puta periurus,homicida,vel inobediens,ſicut nec eligi.extra eo.c.j.quod Arch.intelligit de periuro per ſententiam,non in communi ſermone,vel aliàs non notorio:& de inobediente contumaciter, qui non paret ſententijs ſuorum prælatorum.Necnon profeſſus tacitè vel expreſsè in prælatum regularem.de elect.cùm cauſam.&.c. cùm ad noſtram.niſi neceſsitate inſtante: quia tunc poſſet, modò in regula ſit competenter inſtructus:ſicut colligitur extra de elect.cùm monaſterium.& cap.officij.Nec epilenticus,de elect.cùm inter.niſi fortè ſit liberatus iam per annum.xxxiij.diſt.communiter.de quo tamen vide ſuprà,Corpore vitiatus.§.viij.Nec mutilatus.de cor.viti. expoſuiſti.de quo & de multis alijs corpore vitiatis,ſuprà eo.tit.Nec bigamus vel irregularis:quia huiuſmodi ſunt omnino inhabiles. Adde quòd nec is,qui de iure poſſet eligi. & ſi aliqui poſtulent talem non faciunt ſecundum Panormitanum in rubrica,extra eo. quia debent prouidere eccleſiæ de meliori,& meliori modo quo poſſunt. ¶Secundum. Poteſt autem poſtulari is,cuius defectus eſt talis,quòd licet non poſſet eligi, tamen non eſt omnino inhabilis ad prælaturam: vt ſi defectus ſit in ætate.extra de elect.cùm nobis olim.§.vlt.& pen. & ſimiliter ſi ſit in ordinibus: quia ad omnes dignitates habentes curam poſtulandus eſt qui non eſt in ſacris. de elect. dudum.el j.de æta.& qual.multis.& ſi ſit in natalibus.de ele. innotuit.& ſi ſit ex hoc quòd quis eſt epiſcopus . extra eod. cap.fin.Vnde ſi talis eligeretur,non valeret,vt ibi: & ſimiliter ſi defectus non ſit in perſona, ſed extra : puta ſi quis eſt

ineligibilis hic,& nunc per accidens,ex hoc quòd iam alius
eſt electus:quia omnis talis ex conſuetudine practicata po-
ſtulatur.¶ Tertium.Secundum Bern.extra de elec.& ſi vna-
nimiter.licet clerici non poſsint dimittere eccleſias ſuas ſi-
ne conſenſu epiſcoporum ſuorum , nihilo minus eligi poſ-
ſent ſiue in ſua ſiue in aliena diœceſi.de elec. cùm inter . &
no.glo.in c.innotuit.de renun.addens quòd ſi epiſcopus ma
litioſè licentiam negauerit:compellendus erit per ſuperio-
rem.de iu.pat.nullus.¶ Quartum.Licet hactenus de religio
ſo fuerint diuerſæ opiniones,hodie tamen indiſtinctè tene-
tur quòd ſiue in ſuo monaſterio,ſiue extra, ſiue etiã ad epi-
ſcopalem dignitatem debet eligi,vt not.Io.And.de elec.nul
lus.lib.vj.ſed tamen,vt ibi dicit,poſt electionem poſtulabi-
tur:quia ſine ſuperioris licentia conſentire non poteſt. Et
idem intelligo in priori caſu.¶ Quintum.Cardinales ſicut&
epiſcopi,non eliguntur,ſed poſtulantur,ſecundum Pan.in c.
bonæ.el j.extra eod.quia ſunt alligati eccleſiæ Romanæ.&
idem Hoſt.licet Albe.& Aegi.tenuerint contrarium. Quo-
modo autem perdat priora beneficia,vide eundem Pan.in c.
eccleſia.el ij.de elec.De hac tamen materia Pan.in c.ſi.extra
eo.diffuſè:vt quomodo poſsit eligi epiſcopus, qui renuntia-
uit,& qui non eſt confirmatus,& multis huiuſmodi.† Quar-
4 tò quæritur,† quis poſsit poſtulare?Et dico ſecundum Hoſt.
quòd omnis qui & eligere:extra eo.bonæ.el ij.& de elec.in-
notuit . & debent ſic concludere vt papa dignetur præbere
5 pium aſſenſum.¶ Quintò quæritur,† à quo debeat quis po-
ſtulari?Et dico ex mente doc.maximè Pan.in c.ſi.extra eod.
poſt gl.quòd ſi quis poſtulatur in epiſcopum,ad papam per-
tinet poſtulationem admittere:ſi verò poſtulatur ad inferio
res dignitates vel eccleſias,ab eo poſtulandum eſt, ad quem
pertinet poſtulationis admiſsio,modò concurrant duo.Pri-
mum,quòd talis poſsit diſpenſare ſuper defectu poſtulati in
ordine ad talem dignitatem.Vnde ſi quis viginti annorum
poſtuletur ad dignitatem ſine cura , ab epiſcopo poſtulabi-
tur:ſi cum cura,à papa.Et ſimiliter ſi Canonici poſtulent in
Archidiaconum aliquem habentem vigintiocto annos:quia
ſuper iſto defectu non poteſt epiſcopus diſpenſare.de æta.&
quali.c.vnico.libr.vj. Secundum quòd iſte,ad quem ſpectat
confirmatio,ſit epiſcopus:quia ſecundum Inno.in c.ij.de eo
qui fur.or.re.inferiores prælati diſpenſare non poſſunt , niſi
in caſibus eis ſpecificè permiſsis.Si tamen eſſet defectus,qui
non eſſet in perſona,ſed per accidens euenit:vt quia alius ele
ctus eſt:ab eo poteſt poſtulari , qui hoc impedimentum re-
6 mouere poteſt electione caſſata.¶ Sextò quæritur,† quis ſit
effectus poſtulationis?Et dicunt quidam effectum eſſe quòd
admittitur,confirmari poteſt ac ſi eſſet electio,per c.mona
ſterium.de elec.ſed iſtum ſenſum excludit ibi glo.Alij verò
dicunt quòd effectus eius eſt habilitatio ad poſſe eligi.quem
ſenſum Pan.in c.j.extra eo.excludit loquens,vt videtur,de po
ſtulatione ſolenni:quia eccleſia Romana ſeruat,vt ſi admit
tatur,nulla alia indigeat electione : ſed nec in non ſolenni
eſt verum:quia vt patuit.§.iij.parte iiij.religioſus poteſt pri-
mò peti,deinde poſtulari.Et ideo dico effectum eſſe ſecun-
dum Pan.vbi s.quòd ſi poſtulatio admittatur,poſtulatus con
ſequitur ius,ac ſi fuiſſet electus & confirmatus: nec indiget
alia confirmatione vel electione.quod probatur extra eo.c.
ij.Quod intellige in poſtulatione ſolenni:in alia autem effe
ctus eſt vt poſsit poſtulatus eligi vel electus confirmari.¶ Se
7 ptimò quæritur,† vtrum per poſtulationem acquiratur ali-
quod ius poſtulato?Et no.Pan.in c.poſtulationem.extra eo.
quòd quando poſtulatio non eſt concorditer facta ſaltem à
duabus partibus: ſeu agitur contra eam de aliquo contem-
pto,per eam etiam præſentatam ſuperiori nullum ius acqui
ritur poſtulato,vel alteri: & eam poteſt ſuperior ſine cuiuſ-
quam præiudicio reijcere:& conſequenter eam admittendo
iniuriam non facit.Sed quando poſtulatio ſit propter vtilita
tem ſeu neceſsitatem eccleſiæ,& concorditer ſaltem à dua-
bus partibus collegij,reijci non poteſt ſine iniuria poſtulan
tium,& eccleſiæ,in quam facta eſt,vt not.in c.bonæ el j.eo.
ti.& per Io.And.in c.cùm monaſterium.de elec.Et hoc caſu
ſecundum Hoſ.vt refert Sup.acquiritur ius poſtulantibus a-
deò quòd petere poſſunt confirmationem,ar g.de elec.cùm
monaſterium.ſed non acquiritur ius poſtulato,niſi fuerit po
ſtulatio præſentata:quia tunc ei ius acquiritur : non tamen
aget ipſe,ne præſumptuoſè ſe ingerere videatur : verum in
modum denuntiationis fortè admittetur propter vtilitatem
eccleſiæ.ar.c.publicato.de elec.imò hoc caſu poſtulatus prę
fertur electo.de ele.ſcriptum.niſi poſtulatus eſſet minus ido
neus.de elec.dudum.el j.§.ſi.& d.c.ſcriptum.Secus ſi vnus de
duabus partibus deficit,vel cauſa non ſubeſt:quia præfertur
electus:vt in d.c.ſcriptum. Vel dic melius tu quòd etiam ea
præſentata non acquiritur ius poſtulato , quia eſt inhabilis.
Et hoc eſt de mente Pan.vt patet §.ſeq.Si verò non ſit facta
ex concordia ſaltem duarum partium,ſed ſit facta ex cauſa,
pendet à gratia ſpeciali.extra eo.poſtulationem.&.c.bonæ
memoriæ.& conſequenter nulli ius acquiritur.Et diſtinctio
trimembris colligitur à Panor.quantum ad primum mem-
brum:quantum ad ſecundum ab eodem & Hoſti. quantum
ad tertium à Io.And.qui tamen in ſexto aliter diſtinguit:ſed
non videtur diuidere ſufficienter ſecundum artem dialecti-
cæ.¶ Octauò queritur,† vt poſtulantes poſsint à poſtulatiõe 8
reſilire alium eligendo vel poſtulando?Et dicit Pan.in c.bo-
næ.el ij.extra eo.quòd non poſtquam eſt Romano pontifici
præſentata:& idem ſecundum alios poſtquam præſentata
eſt alteri ſuperiori,qui poteſt illam admittere , quod eidem
Pan.placet ex identitate rationis , ne ſcilicet contrarium a-
gendo videantur illudere ſuperiori.Ex quo infertur à contra
rio ſenſu quòd ante præſentationem,etiam poſt publicatio
nem ſcrutinij variare poſſunt,etiam inuito poſtulato : adeò
quòd ſecundum Innoc.& communiter doc. poteſt reuocari
nuntius antequam præſentet:imò ea præſentata ſecundum
Hoſt.& idem Pan.ſi concordauerint poſtulantes & ſuperior,
admittitur variatio non obſtante contradictione poſtulati.
Et ratio eſt:quia quòd non poſſet fieri variatio,erat propter
admittentem ſuperiorem,non propter poſtulatum.¶ Nonò 9
quæritur,† an poſtulatus poſsit repetere expenſas,quas fecit
de conſenſu poſtulantium,ſi illi poſtmodum variauerunt?Et
Dire.li.ij.dicit primò quòd ſic:quia mutare non potuerunt
in alterius præiudicium:vt in regula,mutare.de reg.li.vj.Et
dicit hoc tenere Pet.de Sap.extra eo.c.pen.& Io.lxj.di.§.ſed
aliud.Dicit ſecundò quòd ſi propter poſtulationem fecerunt
illum ordinari,tenentur ei ad intereſſe,& poteſt eos conue-
nire vt ei prouideant de beneficio conuenienti:de iu.pat.pa-
ſtoralis.Et videtur hoc ſentire gl.extra eo.bonæ.el j.Sed pri
mum eſt falſum ,ſecundum Inno.& communiter doct. quia
cùm non haberet ius,fecit illas expenſas non ſine nota ambi
tionis.Et ex hoc infertur quòd exponens ſimoniacè vt aſſe-
quereris beneficiũ,non poteſt à te repetere, quia iniuſtè ex-
poſuit:nec haberet actionem mandati ſi mandaſſes: quia ex
turpi mandato non oritur actio : vt in l. remunerandi.§.rei
turpis.ff.manda.Vide de hoc primo in c.cupientes.de elec.li.
vj.Similiter ſecundum non placet.Pan.quia cap. paſtoralis.
loquitur in præſentato à patrono , cui ex præſentatione ius
acquiritur : nos autem in poſtulato , cui nullum ius acquiri-
tur . Poteſt tamen eſſe verum , ſi eum fecerunt ordinari
vt eligerent , & eo ordinato elegerunt alium : quia tene-
bantur ei de ſtipendio competẽti,vt habeat vnde viuat.quod
10 voluit gl.in d.§.ſed aliud.¶ Decimò quæritur,† quam pœnã
incurrat poſtulantes ſciẽter indignum?Et dico quòd priua-
ti ſunt poteſtate eligẽdi & poſtulãdi.extra eo.c.ij.Et hoc ſe-
cundũ Pan.ibi,etiam ſi habeant poteſtatem eligẽdi ex iure
cõmuni,& ſimiliter ſi ex priuilegio.Et poteſtas partis delin-
quentis reſidet in alia in primo caſu.de ele.cum Vintonien-
ſis.& ſimiliter in ſecũdo,quando ſcilicet eſt ex priuilegio:vt
in d.c.ij.& hoc quãdo eligunt vt collegiũ.Nec tamen ſi duo
ex tribus commiſſarijs delinquunt,valet electio tertij eligẽ
tis idoneum:cum non eligant vt collegium,ſed vt ſinguli ha
bentes poteſtatem à collegio:vnde hoc caſu poteſtas deuol
uitur ad cõpromittẽtes:vt in c.ſi compromiſſarius.de elec.
lib.vj.de quo etiã ſuprà Electio.j.§.xiiij.Et ſecundum Panor
mita.ibi in dicto capitu.ij.ſimiliter priuantur ipſo facto,po-
ſtulationẽ caſſatã innouãtes . ¶ Vndecimò quæritur,† quid
11 reſpondere debeat poſtulatus in epiſcopum ad aliam eccle-
ſiam?Et dicit Ioã.And.in vj.quòd dicere debet ſic,Nõ aſſen
tio nec diſſentio:ſed in hoc voluntati domini papæ me ſup-
pono,ar.d.c.cupientes.ad ſi.& viij.q.j.in ſcriptis.

POSTHVMVS quaſi poſt humationem natus,dicitur
multis modis:primò natus poſt mortẽ patris,ſecundò
poſt teſtamentum ante mortem:vt.ff.de iniuſt.rup. te-
ſta.l.ij.& alijs modis,de quibus gl.C.de poſthu.in rubri.

POTENTIA eſt id,quo quis põt:& omiſſa philoſophi
ca,& loquẽdo iuridicè dicitur multipliciter.nam quæ-
dã eſt potẽtia iuris,qua poſſumus qđ licitè poſſumus.
xiij quæſtio.ij.faciat.quædam verò eſt potentia facti.Et iſta
eſt multiplex,ſcilicet potentia abſoluta,qua aliquid alicui eſt
abſolutè poſsibile,vt volare habenti alas:& modificata,qua
aliquid dicitur alicui poſsibile,quia poteſt illud commodè:
vt.ff.de verborũ ſigni.l.nepos.vel quia illud poteſt honeſtè.
de pœni.diſt.ij.charitas.ff.de condi.inſti.l.filius.De his gloſ.
in dicto cap.faciat.Et eodem modo dicitur impotentia mo
dis appoſitis,ſcilicet quia non eſt aliquid poſsibile de iure vel
commodè vel honeſtè.

PRAEBENDA propriè conſiſtit in fructuũ perceptio
ne: canonica verò in iure eius,qui receptus eſt in cano-
nicũ,ad quod ius poſtea pertinet præbenda,& ſtallus in cho
ro,& locus in capitulo:in cap.cum M.de conſtitu.& in capi.
j.de inſtitu.& per Innocent.in cap.relatum.& capit.dilectus.
de præbend.& in cap.olim.de verborum ſignificatione.Qui
verò poſsint habere præbendas,vide ſuprà Beneficium.iij.§.
iiij.& quo ad magiſtros,ſuprà Magiſter. Quomodo autem
poſsit diuidi præbenda vel canonicatus,vide Panormitan.in
cap.maioribus.eodem titu.Non valet autem,ſecundũ Inno
cen.promiſsio de præbenda vacatura.de præbend. relatum.
Non tenet etiam receptio,ſi ad vnam prębendam duo cano
nici ſint electi:nec tenet receptio,etiã ſi interueniat autho-
ritas legati apoſtolici.de præben.dilecto.quia,vt ibi dicit In
nocen.prælato non licuit infringere priuilegium canonico-
rum.quòd ſi authoritate propria hoc feciſſent canonici , ad
quos ſpectabat,teneret receptio.quia potuiſſent renuntiare
iuri ſuo.vide ibi.Nota etiam ſecundum Innocen. quòd ſi
in eccleſia,vbi nõ eſt certus numerus,vnus canonicorũ mo-
riatur,nõ vacat canonicatus,ſed deſijt:ſi verò numerus ſit cer
tus,nõ deſijt,ſed vacat.De his autem,& vtrũ valeat electio
vltra numerum canonicorum in eccleſia iuratũ:vel per pa-
pam confirmatum,vide Archid.tertia parte.tit.xv. Quanuis
autem præbenda ſit temporale:quia tamen annexa eſt ſpiri-
tuali,ſcilicet canoniæ,ſine ſimonia vendi non poteſt : quia ea
vendita intelligitur venditum illud ſpirituale,cui annexa eſt
j.q.iij.ſi quis obiecerit.



## De Precario & Precaria

1 *Precarium quid,& quæ ſit natura eius contractus.*
2 *Culpa quæ veniat in precario.*
3 *Precarium quot modis ſoluatur.*
4 *Precarium an reuocetur morte concedentis.*
5 *Precarium in quibus rebus conſiſtat.*
6 *Precaria cuius ſit naturæ.*
7 *Precaria à quo,cui,& qualiter fiat.*
8 *Precario poſsidens an præſcribat.*

PRECARIVM † à prece dictũ,dicitur dupliciter.Pri- 1
mò res cõceſſa per contractũ precarij:& eſt qđ preci-
bus petenti vtendum conceditur,quãdiu patitur is,qui
conceſsit.extra eodẽ.cap.ſi.& ff.eodem.l.j.Secundò precariũ
dicitur ipſe cõtractus,quo aliquid tale conceditur:& eſt gra
tuitus,ſimilis alijs gratuitis,differens tamen in multis,vt pa-
tebit.Precaria quoque in genere fœminineo dupliciter ſumi-
tur.Primò ſcilicet in vi adiectiui penultima correpta : & ſic
aliqua verba dicuntur precaria,aliqua præceptiua, vt infrà
præceptum. §.ij.& iij.in vi ſubſtantiui penultima producta:
& ſignificat idẽ in ſingulari precaria,& in plurali precariæ,
ſecundum Panormitanum extra eodem.cap.j.licet differat
à precario in duobus,ſecundum Panormi.extra eodem. cap.
j.quia precarium non conceditur ad tempus determinatum:
vel ſi conceditur,reuocari poteſt ad libitum:extra eodẽ.ca.
fin.& l.cum precario.ff.eodem.precaria verò eſt contractus
initus ad preces alicuius vel aliquorum quo aliquid concedi
tur ad certum tempus,ſecundum quod partes conuenerunt,
ante quod reuocari non poteſt:extra eodem.cap.j.& cap.fin.
licet renouetur de quinquennio in quinquennium.extra eo-
dem.cap.j.Et tripliciter,vt dicit Panormita.vbi ſuprà,& alij
docto.Primò quando fit ad preces alicuius in recompenſa-
tionem dantis aliquid annuatim:ſicut ſi laicus in ſolo eccle-
ſiæ ædificet aliquid,& in recompenſationem decimam ſol-
uat quotannis.Secundò ad preces alicuius in recompenſatio
nem annuatim aliquid recipiẽtis:ſicut cum datur aliqua ꝓ-
prietas,& ad tempus certum recipiuntur aliqui fructus in re
cognitionẽ proprietatis.Tertiò ad preces accipientis gratis:
vt cum clerico vel laico bene merito datur poſſeſsio eccle-
ſiæ vtenda in vita ſua.Et eſt precaria,vt dicit Panor . ſolùm
in vſu iuris canonici.Adde quod quia communiter fit circa
res eccleſiæ,videtur eccleſia ſola,ſecundum exempla docto
rum , facere hunc contractum : tamen fieri poteſt à laicis.
¶ Primò ergo quæritur,quæ ſit natura contractus precarij,
quę eſt vtrique iuri communis?Et dico quòd licet ſit ſimilis
cõtractibus gratuitis,tamen differt à donatione:quia illa nõ
reuocatur regulariter,& à commodato:quia in illo eſt vſus
certus & pręfinitus,& tempus ſaltem tacite determinatum,
ante quod nõ reuocatur:vt ſi conceſsi librum ad ſcribendũ,
vbi eſt certus vſus & tẽpus tacitè determinatũ,ſcilicet quan
tum exigitur ad commodè tranſcribendum.l.interdum,& l.
continuum.§.cum ita.ff.de verborum obligatio.& ante cõ-
pletum vſum reuocari non poteſt.de commo.ca.j.Et ſi defi
ciat certitudo vſus vel temporis determinatio ſaltem taci-
ta,non erit commodatum,ſed pręcarium.quod ſecundũ Bar
to.in l.in commodato.ff.commo.quia ad certum vſum non
conceditur,reuocari poteſt ad placitum,etiã ſi interueniſſet
pactum de non reuocãdo.extra eodem.cap.ſi.ex quo arguit
Panormit.non valere pactum aut conſuetudinem contra na
turam contractus:niſi per hoc tranſeat in naturam alterius
contractus.Adde vel niſi pactum fuiſſet appoſitum per viã
conditionis:quia ſic vitiat contractum.ar.cap.fina.de condi.
ap.& quod not.Barto.in authenti.ingreſsi.C.de ſacroſanctis

eccle. Quod tamen limita niſi quis vellet reuocare ſine cau
ſa,& cum magno damno alterius:quia obſtaret exceptio do
li:cum negari nequeat quin precarium ſit beneficium, & ſic
beneuola actio,&c.vide Panor.extra eodem.capit.fin.Si ta-
men precarium concedatur ad certum vſum, adhuc diſtin-
gui poſſet à commodato per nomen precarium.ſicut conce
do tibi librum ad tranſcribendum precario nomine,vt patet
2 per not.in cap.vnico.de commo.¶ Secundò quæritur,† quæ
culpa veniat in precario? Et dico quòd ſolùm dolus & lata
culpa:ſed in commodato etiam leuiſsima.l. quæſitum.§.&
illud.ff.de precario.& l.contractus.ff. de regulis iuris. & in
3 hoc etiã differunt.¶ Tertiò quæritur,† quot modis ſoluatur
precarium? Et dico quòd multis.Primò voluntate conceden
tis.l.j.ff.eodem.etiam ſi fuiſſet conceſſum ad certũ tempus
ſecundum Panor. dicto cap.fin.Secundò morte eius, cui eſt
conceſſum.extra eodem.cap.fi.quia eſt cõceſsio perſonalis,
quæ extinguitur cum perſona:vt in regula, priuilegium. de
regulis iuris.lib.vj.Tertiò alienatione rei precario cõceſſæ,
ſi is,cui eſt alienata,à primo domino velit reuocare.dicto c.
fin. Quartò finito tempore , ad quod fuerat res conceſſa.l.
cum precario.ff.eodem.poteſt enim ad tempus certum con
4 cedi.l.in rebus.ff.eod.¶ Quartò quęritur,† vtrum reuocetur
morte concedentis? Et dicit Panor.in c.præcarium.eodem
tit.quòd nõ.& ibi tex.ex quo infert quòd vbi validitas actus
pendet ex voluntate alterius,non reuocatur per mortem il-
lius:quia præſumitur quis in ea volũtate perſeuerare,in qua
decedit.de baptiſ.maiores.quod tamen quis conceſsit vſque
ad beneplacitum ſuum per mortem reuocatur.de reſcript.ſi
gratioſe.Vide Bartol.in l.centeſimis. ff. de verborum obli-
gationi.¶ Quintò quęritur,† in quibus rebus precarium con
5 ſiſtit? Et dico quòd in rebus mobilibus & immobilibus & in-
corporalibus:cum etiam ſeruitus precario cõcedatur.ff.eod.
6 l.ij.§.vlt.¶ Sextò quæritur,† quæ ſit natura precariæ? Et di-
co ſecundum Bart.in authẽ.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccl.& in
l.ſi finita.ff.de damn.infect. quòd in omnibus & per omnia
precaria eſt eiuſdem naturę cum emphyteuſi.& eſt glo.x.q.
ij.precariæ.quod limita,niſi fiat gratis. differt tamẽ ab em-
phyteuſi:quia renouatur de quinquennio in quinquennium:
alioquin cadit quis à iure ſuo,ſecundum gloſ.in d.c.j. eo.tit.
quod intellige in rebus eccleſię:de quibus videtur loqui ius
canonicum,quod contractum iſtum introducit:in laicalibus
autem credo ſtandum conſuetudini: quia præſumitur actũ
quod eſt cõſuetum.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.
¶ Septimò quæritur,† à quo,cui,& qualiter fiat? Et dico ꝙ
7 fieri non poteſt per capitulum ſede vacante.x.q.ij.precarię.
nec fieri poteſt œconomo vel eius conſanguineo.x.q.ij. hoc
ius.& in eius conceſsione credit abbas requiri ſolennitatem
alienationis eccleſiaſticæ rei:ſi eſt talis rei vel tanti tempo-
ris,quòd alienari nõ poſsit niſi cum debita ſolennitate:quia
reuocari non poteſt ante tempus cõuentum:ſecus autem in
renouatione : vt idem not.in c.j.eo.tit.Vnde prælatus ſolus
ſine conſenſu capituli poteſt eam facere. facit tex.in l.ſi.pu-
pillorum.§.j.ff.de reb.eo.& quod not. Bart.in auth.hoc ius.
C.de ſacroſan.eccl.¶ Octauò quæritur,† vtrum habens rem
8 precario nomine,vel ſicut precaria,poſsit eam præſcribere?
Et dico ꝙ non regulariter,ſecundum glo.xvj.q.iij.clerici.ni
ſi ex magna lõginquitate tẽporis dominus obliuiſcatur de
poſſeſsione taliter quòd neſciat vbi ſita ſit:quod locum ha-
bere poſſet ſi poſsidens eſſet in bona fide:aliter non.

¶ PRAECEDENTIA determinant ſequentia. xxxij. queſt.vij.Apoſtolus.

## De Præceptis in genere.

1 *Præceptum quid & quotuplex ſit.*

2 *Præceptiuã legẽ à conſultatoria qualiter dignoſcemus.& n.3.*

PRAECEPTVM de mente Sanc.Tho.j.ij.q.xix.art.j.
&.q..100.art.ix.&.ij.ij.q.xliiij.ar.primo.eſt † motio ſu
perioris aut legis imperatiua alicuius faciẽdi vel omit- 1
tendi ex debito , id eſt, ex neceſsitate ſalutis.vnde differt à
mandato:quia illud eſt motio ad aliquid melius,ſed non ſub
neceſsitate ſalutis.j.ij.q.xcix.art.v.Eſt & alia differẽtia,quia
propriè præceptũ per ſe facit præcipiens , mandatum verò
per aliud:vt ibi.Differt etiã à conſilio:tum quia conſiliũ ad
præceptũ vt ad finẽ ordinatur.quoli.iiij.q.xij.ij.ij.quæſ.lxxx.
tum quia conſiliũ non eſt de neceſſarijs ad ſalutẽ,niſi ſecun
dum preparationem animi,ſi oporteret.j.ij.q.cviij.tum quia
pręceptum eſt motio imperatiua:conſiliũ verò ſuaſoria.ve-
ri.q.xvij.art.j.ad ſecundũ:in quo etiã differt conſiliũ à man-
dato.¶ Primò verò quæritur,quotuplex eſt præceptũ in ge-
nere? Et dico ꝙ in lege Dei eſt vel fuit triplex:ſcilicet mora
le , iudiciale,& ceremoniale:de quibus diffuſe & pulcherri-
mè vide per beatum doctor.j.ij.quæſt.xcix.& ſeq.vbi agitur
de lege veteri per totum.Morale autẽ in genere eſt duplex,
ſcilicet affirmatiuum,quod ſcilicet mouet ad aliquid facien-
dum:vt,honora patrem.& ſemper obligat ad illud faciendũ
ſed non ad faciendum ſemper,ſed in tempore ac loco deter
minato:vnde filius nocte & die etiam dormiens habet obli-
gationem honorandi patrem,quem tamen ſemper in omni
hora honorare non tenetur : ſed aliquando licitè dormit,&
negatiuum,quod ſcilicet mouet ad aliquid non faciendum:
vt , non furaberis:quod obligat ſemper,& ad ſemper omit-
tendũ.¶ Secundò quæritur,† vtrũ & quãdo cognoſci poſsit 2
aliquã legẽ eſſe præceptiuã aut mandatoriã vel conſultoriã
ex verbis? Et dico quòd nõ ſemper:quia licet verborum ali-
qua ſunt præcaria:vt,rogo,volo,mando,fidei committo : &
aliqua pręceptiua,vt iubeo.C.commun.dę leg.l.ij. & quędã
mandatiua:vt mando.ff.de neg.geſt.l.ſi mei rogatu.tamẽ iu
ra iſta ſignificata confundunt:& mando aliquando ponitur
precariè.ar.c.mãdaſtis.ij.q.ij.vbi epiſciſcopus mandat papæ:
& quãdoq; pręceptiuè,ſicut etiam & rogo.vt xj.q.j.rogo.&
quandoq; mãdatiuè: vt in d.l. ſi mei.Quidam etiã dicunt ꝙ
volo & intendo ex ſua ſignificatione pręceptum important.
quod nõ memini me in Sancto Tho.legiſſe:licet dicat quòd
voluntas pręlati qualitercunq; innoteſcat, habet vim taciti
pręcepti,quod limitandũ eſt primò de voluntate pręcepto-
ria:cũ ſtultũ ſit dicere quòd fiat pręceptum,cum reprehẽdit
effractores ſilentij:& ſecũdò ſi innoteſcat de intẽtione prę-
lati innoteſcentis:cum non precipiat, niſi intẽdens & volẽs.
Vnde S.Tho.veri.q.xxiij.ar.vlt.ad tertiũ.vult quòd licet ſciã
volũtatẽ pręlati niſi tamẽ expreſſe præcipiat,nõ teneor.Di-
co ergo quòd ſi verba ſint præceptiua,puta precipimus,iube
mus,mandamus præcipiẽdo,vel per virtutẽ obediẽtiæ,& hu
iuſmodi,eſt præceptũ,ar.c.quod pręcipitur.xiiij.q.j.quod in-
tellige,etiã ſi materia nõ ſit præceptiua: niſi aliter cõſtaret
probabiliter de intẽtione.Si autẽ verba ſunt imperatiua, id
eſt,in materia nec ceceſſaria,nec multũ põderoſa,nõ impor
tãt præceptũ:vt ſi quis te ꝑcuſſerit in vna maxilla . prębe ei
& alterã:quod eſt cõſilij.xxiij.q.j.paratus.ſed in materia ne-
ceſſaria,& multũ põderoſa ſunt præceptiua. Tex.eſt in cle.
exiui.de verborũ ſigni.§.item quia ſecundum illud, vouete:
quod eſt conſilij.& reddite:quod eſt neceſsitatis.Si autẽ ver-
ba ſunt inhibitoria,vt inhibemus,ꝓhibemus, interdicimus,
& huiuſmodi,eſt præceptum,ſecundum Panor.in cap. nam
concupiſcentiam.de conſtitu.quòd intellige & limita, ſicut
dictũ eſt,quãdo ſunt pręceptiua:ſi autem ſunt verba cõmu-
nia:vt decerno,ſtatuo, & ſimilia,nõ ſunt pręceptiua:vt dicit
Panor.in d.c.nam concupiſcentiam.& ſimiliter eſt verbum
commune in nouo,& ordino,ſiue in ſingulari,ſiue in plurali
dicantur.Si verò lex aut ſtatutũ diſponit per hoc verbũ,de-
bet:inducit mortale,& eſt præceptũ:quia,debet,ex ſuo pro-
prio ſignificato importat neceſsitatem,ſecundũ gl.in cle.at
tendentes.de ſtatu reg.& glo.in c.propoſuit.de appel.& per
Bar.in l.iij.C.de pig.& in l.ſæpe.ff.de offi.præſi.quod tñ ali
quando fallit ratione materiæ,quæ eſt conſultiua,in qua im
portabit ſolã cõgruitatem,ſiue debitũ honeſtatis,& nõ iuſti
tiæ vel neceſsitatis.de deſpon.impu.c.j.& no.gl.in d.l. ſæpe.
ſcdm Pan.tamen in c.j.de dolo.& cõtu.improprietates ſunt
vitãdæ,nõ ad ſequentiã trahendæ.de ver.ſig.ꝓpterea.&.c.ſi.
ideo importat ly,debet,conſiliũ ſolũ in caſu ratiõe materię.
Si etiã verba cõſueuerunt inducere mortale, ſeu præceptũ,
eſt præceptũ.ar.c.dilectus.de cõſue.& text.eſt in d.cle.exiui.
3 ¶ Tertiò quæritur,† quomodo cognoſci poſsit ex alio quàm
ex verbis ſtatuentis aliquã legem humanã eſſe præceptiuã?
Et dico colligendo ex Pan.in c.clerici officia.de vi.& ho.cle.
& gl.Ge.in c.vt animarũ.de cõſt.li.vj.& Io. And.in c.relatũ.
ne cle.vel mo.& rurſus Gemi.in c.perpetuæ.de elec.lib.vj.&
Archie.ij.parte,tit.iiij.c.ij.quòd ſi cõſtat materiã eſſe præce-
ptiuam.vt quia eſt de neceſſarijs ad iuſtitiã aut charitatem
vel diuinã reuerentiã:ſic eſt præceptũ:vt quòd nõ fiãt matri
monia clandeſtina:vel corrigatur frater,vel non communi-
cetur pleno ſtomacho,quod tamen determinari bene nõ po
teſt,niſi ex communi ſententia doctorum,ſecundum Arch.
nec eſt de verbis curandum: quia ſunt accommodanda ma-
teriæ.tex.eſt cũ gl.in c.rogo.xj.q.iij.&tex.in cle.exiui.de ver.
ſig.Si verò nõ cõſtet de materia,& cõſtet de intentione ſta-
tuentis quòd fuerit præceptiua,eſt præceptũ : quia intentio
prępõderat verbis:vt ſ.Lex.§.xvij.Si verò nec de materia nec
de mente ſic cõſtet:reſpiciendũ eſt ad pœnã,ſi qua cõtrafa-
cientibus imponitur:quia ſi imponitur pœna ſpiritualis , vt
excõmunicationis latæ ſententiæ,ſecundum omnes eſt præ
ceptum:&contra facere eſt mortale,niſi contineant intole-
rabilem errorem:quia nullus niſi pro mortali excommuni-
catur.xj.q.iij.nullus.&.c.nemo epiſcoporũ.& de ſent.exc.c.j.
li.vj.Et ſimiliter ſi imponatur pœna excommunicationis cõ
minatoriæ,id eſt,non latæ,ſed ferendæ ſententiæ:quia licet
Arc.dicat hoc non eſſe clarum:tamen vt refert Io.de Neap.
quidam hoc tenent,& bene:quia tales contra faciendo me-
ruerunt excommunicari : & ſic mortaliter peccauerunt : &
hoc etiã ſi ſit ab homine.Et ſimiliter ſi imponitur pœna ſu-
ſpenſionis,depoſitionis,vel interdicti,ſecundum Archiep.Et
ſi imponitur pœna maledictionis æternæ,vel indignationis
omnipotentis Dei.de ſtatu reg.c.vnico.lib.vj. Et ſimiliter
quo ad pœnas corporales eſt præceptum. ſi imponitur pœ-
na mortalis aut mutilationis,prout fit per leges & ſtatuta ci
uitatum,quæ ſecundum S.Tho.obligant etiam in foro con-
ſcientiæ:vt ſ.Lex.§.ix.quia nõ infertur talis pœna,niſi ꝓ eo
quod multũ eſſet læſiuum iuſtitiæ.Et ſimiliter ſi imponitur
pœna grauioris culpæ:vt fit in religionibus.Idem autem di-
co per omnia eſſe iudicandũ de præceptis factis ab homine.

¶ PRECES an inducant ſimoniam,infrà, Simonia.§.x-vj.particula tertia.

¶ PRAEDIA quando dicantur ruſtica,& quando vrbana,vide infrà Seruitus. §.j.

## De Prædicatione & Prædicatoribus.

1 *Prædicatio quid,& quis prædicare poßit.& nu.2.*

3 *Prædicare qualiter poßint mendicantes.& nu.4.*

5 *Prædicantes ſine licentia ſui prælati an reſtituant ſibi donata.*

6 *Prædicatores an peccent detrahendo.*

7 *Prædicationem non audiens an peccet.*



PRAEDICATIO † videtur ſumenda ſecundum vſum 1
loquentium,cum aliter eius ſignificatum iura non tra
diderint:& ſic prædicatio propriè eſt ſermo publicus
quantum ad locũ,& generalis quantũ ad intentionem ex cõ
ſuetudine habentis certam formã:puta quòd prædicans ha-
beat gradũ diſtinctũ quo ad locum:& ſumat thema,inuocet
Spiritum ſanctũ,& hmõi:vt per hoc quod dicitur , publicus,
id eſt,in loco publico,ad quem omnes fideles ibi cohabitã-
tes poſſunt accedere de iure licitè,& de facto,quia non clau
ditur:excludatur exhortatio facta in ſcholis diſciplinatorũ,
& eccleſijs monaliũ clauſis ianuis:& ſermones qui fiũt in re
fectorijs religioſorũ,& hmõi.Per hoc verò quòd dicitur ge
neralis,excludãtur prædicti ſermones:& generaliter ſermo
nes ad clerũ vel alios qui fiũt literaliter vel quocũq; alio mo
do ex intentiõe dirigũtur determinatè ad certũ genus perſo
narũ etiã in loco publico . Dicitur tamen aliqñ prædicatio
impropriè,qñ eſt quidem generalis, ita quòd ꝓmiſcuè acce
dunt viri & mulieres omnis cõditionis,ſed nõ publica:& tũc
dicitur prędicatio occulta,ſi iſta occultatio fiat ex authorita
te aut ſcientia paſtorũ:alioquin eſt cõuenticulus , etiã ſi ſub
ſpecie deuotionis fiat:& magis impropriè dicitur ſi nec pu-
blica nec generalis ſit,licet retineat formã prædicationis:vt
interdũ faciũt ſcholares in diſciplinis ſuis:quæ etiã dicitur cõ
uenticulus:vt patet extra de hære.cũ ex iniũcto.in prin.quia
licet iſtæ ſcholæ extent de ſcientia prælatorũ,inquantũ cõ-
gregãt ad aliquas deuotiões,non tamen inquantũ cõgregãt
ad formalem prædicationem.Prædicator verò dupliciter di
citur.Primò is,qui iure cõmuni vel priuilegio prædicationis
officiũ ꝓſequitur.Secũdò dicitur prædicator religioſus qui-
libet de ordine prædicatorũ.& ſic dicit Pan.in c.nimis.el ij.
de exceſ.præl.quòd vbicũq; fit mentio de Prædicatoribus&
Minoribus præmittũtur prædicatores:vt in d.c.nimis.&in c.
quorũdã.de elec.li.vj.& vbiq;:quia ordo Prædicatorũ fuit an
tè approbatus.Vnde malè iſtũ ordinem peruertũt,qui ius Ca
nonicũ ꝓfitentur,vt Sum.Ang.¶ Primò verò quæritur,quis
poſsit vel nõ poſsit prædicare? Et quantũ colligit ex Card in
clè.dudũ.de ſepul.prædicare poteſt primò papa.xix.di.in me
moriã.& quilibet,cui ipſe cõmiſerit.de offi.dele.c.ſi.licet cõ
miſſarij eius alteri ſubdelegare nõ poſsint.d.c.ſi . & ſecũdò
epiſcopus,etiã in alterius diœceſi,niſi ꝓhibeatur à diœceſa-
no.xxj.di.in nouo.& Archidiaconus , cui epiſcopus cõmittit
in eius diœceſi tñ.xvj.q.vij.nullus omnino.Et ſimiliter dia-
conus eo modo quo ſ.dictũ eſt,ſcilicet ex cõmiſsione.tertiò
omnes prælati eccleſiaſtici,ſi ſunt diacones,quantũ ad ſubdi
tos ſuos,nõ autem alijs,niſi approbãte aut priuilegiãte epi-
ſcopo.de here.excõicamus.el j.§.ſanè.Et ſub nomine præla-
ti hic intellige etiam curatũ ſacerdotem, cuius etiã eſt prę-
dicare,ſecundum Pan.in c.inter cętera.de offi.ord.& quartò
ſecundum aliquos omnis clericus.quod Sum.Ang.verum li-
mitat,ſi ſit diaconus,& non ſpecialiter prohibitus.xix.diſ.ſe-
cundum.vbi notandum dicit gl.Sed ego dico hoc non ſuffi-
cere,niſi diacono per epiſcopum committatur vel ſuperio-
rem.quod fit eo ipſo quòd ei cura committitur.c.autem,ſe-
cundum.quod dicit Deum non requirere quis vel qualis,ſed
quid prędicet,loquitur de qualitate morum,&non ordinum
alioquin laico liceret prędicare:&quintò fratribus Prędica-
toribus & Minoribus:vt §.ſeq.Non licet verò prędicare lai-
co.de hęr.ſicut in vno.nec mulieribus publicè,etiam ſi ſit,ab
batiſſa,ſecundum Pan.in c.noua.de pœni.& re.licitè tamen
adhortantur:quod eſt prędicare occultè,etiam ſi aliqualem
formam prędicationis obſeruent:nec religioſis quantum ad
infideles,niſi de licentia ſuperioris & authoritate ſedis apo-
ſtolicę.de Iudę.quàm ſit.& ibi Pan . imò nec quo ad fideles,

niſi quantum ad hoc ſint priuilegiati: quia hoc officium eſt curæ.nec poſſunt mendicantes,ſecundum Pan. in d. c.cùm ex iniunɛto.prædicare,niſi ex priuilegio: & multo minus alij.Et ſi quis ex prædictis vellet prædicare, dicens ſe miſſum à Deo,nõ debet admitti,niſi probet, ſicut probauit Moyſes miraculo.de conſe. diſt.ij. re vera.ſufficit tamen ad probationem,bonorũ teſtimoniũ.Qui autem prædicationis officium aſſumit publicè vel occultè,ſi nõ habet authoritatem à iure vel apoſtolica ſede,aut à diœceſano,eſt excõicandus.de hær. excõicamus.§.quia verò.quod intellige extendi ad prædicationes occultas quaſcũq;,etiã ſi ſint ex intentione generales: & multò fortius ſi non ſint generales:modò retineant cõſuetam formã:quæ etiã prohibetur in d.c.cùm ex iniũcto.& videtur peccare mortaliter:tum quia veniunt excõicandi:tum
2 quia omnis laicus prædicans mortaliter peccat,ſcd̃m Pan.in c.ſicut vna.de hære.¶ Secundò quæritur,† quid iuris de Prædicatoribus & Minoribus? Et dico quòd tex.in cle.dudũ.de ſepul.ſic dicit: Authoritate apoſtolica ſtatuimus & ordinamus, vt Predicatorũ & Minorũ ordinũ fratres in eccleſijs & locis eorũ ac in plateis cõmunibus liberè valeãt clero & populo prædicare ac proponere verbũ Dei,hora illa duntaxat excepta,in qua locorũ prælati prædicare voluerint, vel corã ſe facere ſolenniter prædicari,in qua prædicare ceſſabũt.præterquã ſi aliud de prælatorũ ipſorũ volũtate ꝓceſſerit,ac licentia ſpeciali.In ſtudijs aũt generalibus,vbi ſermones ad clerũ ex more fieri ſolent diebus illis,quibus prædicari ſolenniter cõſueuit ad funera etiã mortuorũ,& in feſtis ſpecialibus ſiue peculiaribus eorũdem fratrũ poſsint idem fratres, & liceat eis liberè prædicare:niſi fortè illa hora,qua ſolet ad clerũ in prædictis locis Dei verbũ ꝓponi,epiſcopus vel prælatus ſuperior clerũ ad ſe generaliter cõuocaret: aut ex aliqua ratione vel cauſa vrgente clerũ ipſum duceret cõgregandũ. In eccleſijs autem parochialibus fratres illi nullatenus audeãt vel debeant prædicare vel proponere verbũ Dei,niſi fratres prædicti à parochialibus ſacerdotibus inuitati fuerint vel vocati & de ipſorũ beneplacito & aſſenſu:ſeu petita licentia fuerit & obtenta:niſi epiſcopus vel prælatus ſuperior per eoſdem prędicari mãdaret. Hæc ille. Et intellige quòd etiã tempore interdicti poſſunt in dictis locis prædicare,ſcd̃m glo. & Paul.
3 ¶ Tertiò quæritur,† quis ſit prædictæ clem.intellectus iuxta doc.& glo. Et dico multa notanda eſſe. ¶ Primò enim notandum eſt ibi,eccleſijs eorum.quòd ſecundum Cardi. in eccleſijs priuatis aliorum non poſſunt prædicare:ſed de eorum licentia poſſent etiam hora illa,qua prædicant prælati. Et hoc ſequitur Sum. Ange.& Roſ.Sed non placet: quia ſi non licet eis in ſuis,multò minus in alienis. ¶ Et ſecundò ibi,& locis eorum.quod intelligitur de locis intra ſepta ſua & extra etiam longe poſita:modo ſint aduſum eorum,ſecundum Landul.& Zenzel.ibi. ¶ Tertiò ibi,in plateis communibus. quod non intelligitur de plateis ipſorum fratrum:aliter nihil adderetur,ſecundum Zenzel.cum iam præmiſſa ſint loca eorum: nec de plateis priuatis,ſecundum gloſſam.in quibus prædicare non poſſunt inuitis eis quorum ſunt. Et idem Pau.& Car. Ex quo tamen infertur quòd nõ eſt neceſſe petere licentiam ab ipſo vel parochiali:ſed à domino plateæ vel loci:vnde intelligitur de plateis locorum, in quibus ordinarius vult prædicare,aut coram ſe prædicari facere.ſecundum Pau.& Zenzel. ¶ Et quartò ibi,liberè:quod intelligitur ſecundum Landul.& Zenze.id eſt,abſque contradictione & licentia alicuius.quod etiam in ſimili tenet gl.ibi in §.ſi verò.& Pan in c.ſi. de poſtu.præla.& in cap.conſtituimus.de reg. & dicit eſſe de mente doctorum communiter:ſcilicet quòd verbum,liberè, importet non requiri alterius licentiam vel aſſenſum. ¶ Et quintò ibi,hora illa duntaxat:quia ſi vellet totam horam matutinalem occupare in alijs,puta in miſſa,non poſſet impedire prædicationem fratrum:quia eſt contra textum. pro quo facit:quia fauor eſt in multiplicatione prędicantium xij.di.in nouo. ¶ Et ſextò ibi,prælati.quòd hoc nomine veniunt,ſecundum Ste.curati,qui largè ſunt prælati.Sed melius dico quòd non veniunt ſecundum gl.& Pau.& Land.& Car.quia hoc fit propter honorem prælationis:ſed veniunt hoc nomine epiſcopi,& habentes iuriſdictionem quaſi epiſcopalem cum adminiſtratione iure communi vel conſuetudinario,ſecundum gl.& ſecundum Car.& Pau.& gl. Venit etiam vicarius epiſcopi,ſi vult ipſe prædicare vt vicarius:ſecus ſi per alium coram ſe:vel ipſe non vt vicarius, ſed vt habens aliam prælaturam: & ſic non poterit fratres impedire,quia in hoc non repræſentat perſonam epiſcopi. ¶ Et ſeptimò ibi,ſolenniter,id eſt,publicè populo generaliter:ſecus ſi clã corã paucis,ſcd̃m Pau. ¶ Et octauò ibi,licentia ſpeciali.quòd nõ ſufficit in hoc volũtas,ſcilicet præſumpta vel tacita: ſed requiritur licentia ſpecialis,ſcd̃m Pau. ¶ Et nonò ibi,in ſtudijs generalibus quod intelligitur ſecundum gl.de locis habentibus ſtudiũ ex priuilegio,vel conſuetudine.Sed intellige actu, & de facto, & non de iure ſolùm:quia aliter ſermones non ſunt.& quantum ad cõſuetudinem,quæ etiã ſine priuilegio ſufficit, ponit exemplum Iac.de Are.de Patauio Zenze.autem dicit iudicis arbitrio decernendũ quæ dicantur ſtudia generalia.Sed primum eſt melius:quia in ciuitate iſte iudex nõ daretur niſi arbitrarius. ¶ Et decimò ibi,ſermones.quod ſcd̃m Matt.intelligitur in ſermonibus natiuitatis dñi, Paſchæ & Pentecoſtes,prout cõſueuit fieri.ar.verbi,ſolent. ¶ Et vndecimò ibi,liceat.quod ſecundum Pet.de Anch.in tribus caſibus, ſcilicet in funeribus & peculiaribus feſtis,& cùm fit ſermo in generali ſtudio poſſunt dicti fratres liberè prædicare.quod Zenze.intelligit etiam extra eccleſias & loca ipſorum & plateas cõmunes:alias §.in ſtudijs.nihil adderet ad præcedentia.& fortè dictis temporibus cùm epiſcopo poſſunt cõcurrere ſolenniter prędicãte. ¶ Et duodecimò ibi,epiſcopus vel prælatus ſupior.quod intelligitur de ſuperiore epiſcopo, ſcd̃m Ste. quia eo inferior hoc non poteſt:ſecundum gl.verò melius de ſuperiore reſpectu clericorum,non reſpectu epiſcopi:& ſecundũ Car. eſt is,qui quaſi epiſcopalem iuriſdictionem habet in loco, qui etiã ſi epiſcopo inferior ſit,poteſt generaliter clerũ conuocare.Si tamen iſta conuocatio fiat quo ad aliquos, puta doctores vel prælatos,ſecundum gl.ſecus: quia hæc vocatio non eſt generalis,nec impedit fratres: ſimiliter nec niſi populus conuocetur,ſecundum Pau.quia aliud eſt clerus,aliud populus. ¶ Et decimotertiò ibi,niſi à parochialibus ſacerdotibus.quòd iſti poſſunt dare licentiam prędicandi ſecundum Pet.de Ancharano:imò & vicarij perpetui,& idem de temporalibus datis in caſibus licitis:addens quòd de licentia epiſcoporum dicti fratres prędicare poſſunt in eccleſijs parochialibus,etiam abſentibus epiſcopis, & contra voluntatem curatorum:quia ex officio epiſcopus in talibus eccleſijs gerit curam maiorem quàm ſacerdotes.

¶ † Quartò queritur, vtrum dicta clementina extendatur ad 4
alios mendicantes? Et dico quòd per Clemen. quintum fuit prorogata ad fratres Sancti Auguſtini,& per Ioannem xxij. ad Carmelitas.Per fratres autem Sancti Auguſtini hic intellige Eremitanos, & non Seruitas,qui nouiter ſcribunt ſe ordinis Sancti Auguſtini,propter ea quòd ſub regula militant
Auguſtini. ¶ Quintò quæritur,† vtrum prædicans ſine licen 5
tia ſui prælati reſtituere teneatur bona ſibi collata? Et dicit gloſſa in cap.addicimus.xvj.quæſtio.j.quòd ſic, vt ei imponit Sum.Roſel.Sed re vera glo.loquitur de fictis:& intendit quòd reſtituant eccleſiæ,ſcilicet quam fingunt:vt quia fingunt ſe quęſtuarij pro ſancto Antonio,& ſunt Ceratani.ſi tamen quis nõ fingat,licet ſine licẽtia prędicet Zab.tenet quòd reſtituere non tenetur:quia non turpiter acquiſiuit à volentibus gratis dare:licet poſsit puniri.qa ſe immiſcuit officio ſibi non pertinenti.quod dic verum in clerico ſeculari, non in religioſo,qui non habet proprium,ſed omnia ſunt religionis. ¶ Sextò quæritur,† vtrum peccent prædicatores detra-
6 hẽdo? Et dico pręcipi in virtute obediẽtię & ſub pęna grauis culpæ omnibus prædicatoribus religioſis in cle.religioſi.de priuileg.ne in ſermonibus ſuis prælatis eccleſiarum detrahant,aut retrahant laicos ab eccleſiarum ſuarum frequentia vel acceſſu.quod gloſ.intelligit ne detrahant nominatim aut per circunloquutionem,quæ,vicem habeat proprij no-
7 minis. ¶ Septimò quæritur,† vtrum peccet mortaliter, qui ignorat communia neceſſaria ad ſalutem,& poteſt audire prædicationem .& nõ audit? Et dico quòd ſic, ſi hoc facit ex cõtemptu vel ex ſcandalo notabili,vt ſuprà Dominica.§.vj. nõ autem ſemper ſi omittit ex negligentia:quia ſecundum Sanctũ Thomam ſecunda ſecundę.quæſtio.liiij. negligẽtia nõ eſt mortale,niſi omittatur aliquid quod ſit ſub præcepto vel ratione contemptus:poſſet tamẽ eſſe tanta neceſsitas & tanta commoditas addiſcendi quòd prædicatio caderet ſub illo præcepto, Vnum cole Deum.quo præcipitur nobis notitia credendorum & agendorum:& eo caſu talis negligentia eſſet mortale.Sed quando hoc ſit,nõ poteſt ſermone determinari.De quæſtuarijs,infrà Quæſtuarij. Quomodo etiã prædicatores poſsint participare cum excõmunicatis, ſ. Excõmunicatio.v.§.iiij.dubio v. Quomodo etiam ſit mortale mentiri in doctrina,ſuprà Mendacium.§.iiij.

## De Prædone.

1 *Prædo quis dicatur,& qualiter.*

1 PRAEDO † dicitur,qui alios ſpoliat iniuſtè.ſcilicet violẽter.Et dicitur primò is,qui viatores expoliat, qui & excõicatus eſt.xxiiij.q.iij.ſi quis Romipetas.cum duobus cap.ſeq. ¶ Secundò,miles tollens à perſonis vltra ſtipendia ſibi taxata.xxiij.q.j.militare.& iſte continetur ſub raptore,ſicut ſpecies ſub genere.xxij.q.v.nõ ſanè.in fine.& ſic raptoris pœna punitur. ¶ Tertiò.prelatus,qui,vt ſeruitium impẽdat legato vel alij,plus exigit à ſubditis quàm exoluat.de immu.eccle.quia pleriq;.ſecundum Gof.& Hoſt. ¶ Quartò, ſecundum Hoſt.iudex qui alienũ iurgiũ exiſtimat ſuam prędam:aut officialis indebitè pecuniã accipiens.C.ad l. Iuliam repe.l.oĩs.De preda acqſita in bello,ſuprà Bellũ.j.§.ix. &.x.

¶ PRAEFATIO,vide ſ. Miſſa j.§.iij.

## De Præiudicio.

1 *Præiudicium quid ſit,cui fiat,& qualiter.*

1 PRAEIVDICIVM † ſecundũ vocabulum videtur eſſe iudiciũ,quo vna res altera prius iudicatur:& inde preiudiciale,quaſi prius iudicandũ.de quo Panor.in cap.tuã de ordi.cogni.Sed ſecũdum vſum propriè eſt prẹoccupatio iudicij,qua alicui indirectè ſubripit res,aut ius,quod ei iuſtè potuit prius adiudicari:& largè eſt prẹoccupatio rei vel iuris,quod prius adiudicari potuiſſet,ſiue iuſtè,ſiue iniuſtè.Vnde propriè alicui prẹiudicat,qui aliquid facit vnde ille lędi tur iniuſtè.Largè verò ſi inde lędatur iuſtè,ſicut iudex ſuſpẽdens latronem prẹiudicat vxori eius.Vnde quando religioſi concordant contra ſuum prelatum criminandum apud ſuperiorem non ſeruato ordine correctionis Euangelicæ aut ſtatum conſtitutionum,ſunt coniurantes aut conſpirantes, cùm illi prẹiudicent.Quando autem ex forma ſtatuti ad aliquem actum vocari mandantur illi,in quorum præiudicium



eſt actus:intelligendum eſt de illis,quibus principaliter, & nõ quibus ſecundariò fit prẹiudicium:quia hoc probat text. cum glo.in c.quamuis.de pact.lib.vj.in verbo, nec redundet in alterius detrimentum.quod gloſſ.intelligit principaliter, non ſecundariò.

## De Prælatis.

1 *Prælatus quid,& quæ requirantur in eo.*
2 *Prælatus quis dicatur in ordine mendicantium.*
3 *Spurius an poſsit eſſe vicarius.*
4 *Prælati negligentia quale ſit peccatum.*
5 *Prælatus an teneatur agere omnia cum conſilio ſui capituli.*
6 *Prælatus modum excedens in corrigendo,an teneatur à ſubdito veniam poſcere.*

PRAELATVS † ſic dictus,quia alijs eſt antè latus,ſiue 1
poſitus,dupliciter dicitur,ſecundũ mentem Pan.in ca. cum ab eccleſiarũ.de offic.ordin.Primò largè ab alluſione vocabuli quilibet habens curam,vt comprehendantur & ſacerdotes parochialium eccleſiarũ,qui prẹſunt parochianis in foro animę.quod probat tex.in cap.tua.de cler. ęgrot. Et ſecundò ſtrictè ac propriè,vt is ſolus qui habet aliquam iuriſdictionem fori contentioſi,etiam ex iure ſpeciali: puta prẹſcriptione vel priuilegio.ad quod text.iuncta glo.in cap. decernimus.de iudi.& in cle.dudum.de ſepultu.vbi per ſe fit mentio de prẹlatis,& per ſe de ſacerdotibus curatis. Hęc ex illo virtualiter.Sed quo ad primum membrum intellige de habẽte curam ex inſtitutione vel ſaltem ex deputatiõe perpetua:non autem ex temporali cõmiſsione eius, qui eſt inſtitutus per ſuperiorem:quia talis non habet curam, ſed eſt vicarius habentis.ſi tamen eſſet vicarius perpetuus per deputationem epiſcopi,haberet curam,& videretur prẹlatus largè.de quo infrà Vicarius. Quantum verò ad ſecundum mẽbrum,intellige de iuriſdictione ordinaria,nõ delegata:quia gloſſa in cap.ij.de iudi.dicit quòd omnis prẹlatus eſt iudex ordinarius.Et idem videtur ſentire Innocen.in cap.firmiter. de Summa Trinita.& in cap.quoniam.vt lite non conte.dicens quòd prẹlatus largè dicitur omnis habens curam animarum:ſtrictè verò dicitur ſolùm is,qui habet iuriſdictionem:vt probatur in dicto cap.decernimus.de iudicijs.iuncta gloſſa. Vtrunque autem prẹdictorum modorum quo dicitur prælatus.gloſſa in clemẽ.j.de electione.comprehẽdit in verbo,prẹlatum.dicens.puta priorem,magiſtrũ,miniſtrum, cuſtodem,præpoſitum,archipresbyterum,vel quodcunque ſit nomen.& ſimiliter Laurent.& Cardi.dicẽs quòd nomine prẹlati comprehenditur quilibet adminiſtrator habens perpetuum officiũ,etiam ſi ſit talis.qui ad nutũ ſuperioris poſſit amoueri.Sed intellige,modò habeat curam,iuxta prædicta,& non aliter.allegant cap.j.de ſepultu.in glo.præalle.& xvj.quæſtio.j.de præſentium.& addit Paulus quocunque nomine cenſeatur.de verborum ſignificatione.quamuis.clemẽ. j.de reſcrip.& quod ibi no. Ex qua gloſſa dicit ſe Cardina. obtinuiſſe quòd prouincialis ordinis Prædicatorum, & miniſter ac cuſtos Minorum ſunt prælati,& poſſunt eſſe procuratores:quia clementina j.de procurat.loquitur de religioſo non prælato:& ſimiliter qui poſſunt eſſe delegati papæ. ¶ Primò autem quæritur quid requiratur ad hoc quòd aliquis ſit prælatus clericorum vel religioſorum propriè? Et dico,vt patet ex dictis,requiri duo:ſcilicet quòd habeat curam cum iuriſdictione ordinaria:ad quam iuriſdictionem ordinariam ſecundum Panormitan.in dicto cap. cũ ab eccleſiarum.requiritur electio per vniuerſitatẽ vel collegiũ clericorũ vel religioſorũ,& cõfirmatio,& quòd electus ſit clericus. Vnde ſi vniuerſitas ſecularis eligat rectorẽ,etiã clericum,tñ

non habebit iſte electus iuriſdictionem in ſecularem clericum.
Vide ibi horum rationem.& intellige hæc de iure cõmuni aliàs ex ſpeciali haberi poteſt iuriſdictio ordinaria ſi-
2 ne electione,vt infrà §.ſeq.¶Secundò quæritur,† quis dicatur prælatus propriè in ordine Prædicatorum,& conſequẽter in alijs mendicãtibus?Et dico,vt patet ex dictis, quòd ibi eſt prælatus propriè magiſter generalis, & prior prouincialis & conuentualis,etiam ſi non eligerentur, ſed aliter inſtituerentur:puta per diffinitorium authoritate apoſtolica: vt in ſimili patet in clementina , exiui.de verb.ſign.non autem ſuperior priore nec mortuo nec amoto:nec vicarius prioris: quia non habet iuriſdictionem ordinariam:ſed priore mortuo vel amoto ſuperior videtur prælatus:quia habet iuriſdictionem ordinariam licet iure ſpeciali : & idem videtur de vicario conuentus,qui non fit niſi priore mortuovel amoto.
3 ¶Tertio quæritur,†vtrum ſpurius,qui non poteſt eſſe prælatus nec habere curam,poſsit eſſe vicarius aut magiſter nouitiorum,aut confeſſor monialium vel ſororum de pœnitẽtia?Et dicit Pet.de Palu.in iiij.diſtin.xlj.quòd etiam ingreſſus religionem nõ poteſt habere curam iure ordinario,ſiue per electionẽ,ſiue per cõmiſsionem.Ex quo elicio quòd interdicitur ei cura ordinaria,non autẽ delegata:& conſequẽter nõ poteſt habere officium,cui ordinaria cura ſit annexa neceſſario:vt prioratus,prouincialatus,aut magiſtratus: vel etiam poſsibiliter,vt ſupprioratus,aut vicariatus conuentus alicuius:quia iſta aliquo caſu dato ſunt ordinarij iure ſpeciali:poteſt autem eſſe vicarius prioris,etiam ab eo abſente extra ſuos terminos:quia non habet ex hoc iuriſdictionem niſi delegatam, & multo magis eſſe magiſter nouitiorum,& cõfeſſor moniali ũ,& huiuſmodi.Nec tamẽ ſequitur quòd poſſit eſſe vicarius magiſtri ſupra priores ordinis reſpectu aliquorum conuentuũ,imò reſpectu vnius conuentus tantum: quia licet talis non ſit prælatus propriè , nec habeat iuriſdictionẽ ordinariã ſed delegatã , iſta tamen delegata quãtum ad aliqua eſt ſuperior aliqua ordinaria,ad quam ſuperius ſine diſpenſatione promoueri non poteſt:puta ordinaria prioris conuentualis.Et idem ſuo modo intellige in alijs mendicãtibus.¶Quartò quæritur,†vtrũ negligẽtia prælati ſit pec-
4 catum,& quale,& pro culpa teneatur negligẽs prælatus? Et dicit gl.in c.ea quæ.de offi.Arch.quod eſt peccatum mortale,quando eſt in omiſsione neceſſariorum ad ſuũ officium: vt viſitationis,correctionis,& huiuſmodi.Et ſecundũ Hoſt. & Bern.in d.c.ea quæ,tenetur nõ ſolùm de dolo & lata culpa,ſed etiam de leui quo ad damnum rerum eccleſiaſticarũ & à fortiori quo ad damnum animarum.¶Quintò quęritur †vtrum prælatus agere omnia teneatur cum ſui capituli cõ-
5 ſilio?Et dicit Panor.in c.nouit.de his quę fi.à præl.quòd negotia minora poteſt ſine cõſilio.vt no.doc.in d.c.nouit.& Inno.in c.fi.de ma.& obe.& l.ij.C.de iura.cal.quia rectores ex officio iniuncto explicant hæc minora:vt in d.l.ij.& facit. c. edoceri.de reſcrip.Negotia verò ardua,cauſa rationabili exiſtente,quam bonus vir arbitrabitur,poteſt ſine cõſilio capituli:aliàs nõ.Vtrum autem poſsit agere ſine capitulo,ſuprà Abbas.§.iij.& Panor.in c.edoceri.de reſcrip. ¶Sextò quæri-
6 tur,†vtrum teneatur à ſubdito veniã petere,quãdo exceſsit in correctione?Et dico quòd nõ.lxxxvj.diſt.quãdo. quod intellige,niſi id fecerit à propoſito:vt ſ.Correctio primo.§. xiij.Vtrum prælatio ſit appetẽda.ſ.Epiſcopus.§.iij.Vtrũ verò bona eius ſint obligata pro mala adminiſtratione,ſ.Dos.§. xij.Et ſimiliter vtrum prælatus poſsit per fugã deſerere gregem,ibi.§.viij.Vtrũ autẽ poſsit refutare legatum factum eccleſiæ,ſuprà Alienatio.§.xix.Vtrum autem poſsit vnam eccleſiam vnire alteri:vide Panor.in c.ſicut.de exeſ.præla.

¶Praemivm,vide ſuprà Dignitas.§.v.& ſexto.

## De Præſcriptione primò in ſe.

1 *Præſcriptio quid & quæ in ea requirantur iure canonico.*
2 *Poſſeſsio qualis requiratur ad præſcriptionem.*
3 *Bona fides qualis requiratur in præſcriptione.*
4 *Iustus titulus qualis eſſe debeat in præſcriptione.*
5 *Præſcriptio iurium & ſeruitutum,quid requirat.*
6 *Præſcriptio quo tempore incipit currere, & quo finiatur.n.7.*
8 *Præſcriptio à ſucceſſore inuaſoris an rite fiat.*
9 *Præſcriptio in quibus caſibus non currat.& nu.10.& 11.*
12 *Præſcriptio quomodo interrumpatur.*
13 *Præſcriptione completa ſi ſuperueniat mala fides, an debeat fieri reſtitutio in foro animæ.*
14 *Præſcriptio completa contra non negligentem quo remedio tollatur.*
15 *Eccleſia an reſtituatur contra præſcriptionem.*
16 *Præſcriptione completa an adhuc agi poſsit contra alienantem rem alterius.*

Praescriptio† ſumpta communiter vt com- 1
prehẽdit etiam vſucapionẽ,eſt acquiſitio dominij per continuationem poſſeſsionis per ſpatiũ temporis à lege diffiniti.ff.de vſucap.l.iij.Propriè verò vt ab ea diſtinguitur,eſt acquiſitio dominij circa rem immobilem certò temporis ſpatio:quia ab vſucapione differt:primò quia præſcriptio eſt circa immobilia:vſucapio verò circa mobilia.xvj.q. iij.quas actiones.ſecundò quia vſucapio triennio completur non autem præſcriptio.aliàs quæcunq; dicuntur de præſcriptione,ſuo modo intellige in vſucapione.¶Eſt autem ſecundum Ray.præſcriptio duplex: vna ſcilicet temporis longi, id eſt,decem annorum inter præſentes,aut viginti inter abſentes.& dicuntur præſentes,id eſt,exiſtentes in eadem prouincia vel melius hodie in eadem ciuitate,ſecundum Accur. vt not.gloſſ.in l.cum in longi.C.de præſcriptione lõgi temporis.quia ſicut olim ſingulæ prouinciæ, ita hodie ſingulæ ciuitates habent ſua regimina.alia verò temporis longiſsimi,vt xxx.vel.xl.annorum.de quo infrà §.vij.

¶Primò verò quæritur,quot & quæ requirantur ad præſcriptionem ſecundum iura canonica?Et dico quòd quatuor ſecundum omnes doctores. ¶Primò enim requiritur poſſeſſio rei præſcribendæ continua ſine interruptione vſq; in finem præſcriptionis.extra eodem.illud.xvj.quæſ.iij.§.poteſt. & regula,ſine poſſeſsione.de regulis iuris.lib.vj. Et ſi interrumpatur poſſeſsio,interrupta eſt præſcriptio. xvj.quæſtio. iij.§.poteſt extra eodem. illud.etiam ſi interruptio fiat ciuiliter per litis conteſtationem,ſecundum Dire.& Ioan.And. de regulis iur.ſine poſſeſsione lib.vj.Quod limita de poſſeſſione quam quis habet ſuo nomine,non autẽ alieno,vt colonus,& qui precario,& huiuſmodi,qui non propriè poſsidẽt, ſed illi quorũ nomine poſsidẽt.de reſti.ſpo.cum veniſſent. & in gloſſ.c.clerici.xvj.quæſt.iij.limita etiam quo ad interruptionem:niſi duret bona fides, & ſequatur recuperatio:quia ſi interrupta poſſeſsione,quando poſſeſſor recuperat,eſt bonę fidei:nihilo minus præſcribit.C.de pręſcriptio.xxx. annorum.l.finali.vide etiam §.ſequen.¶Secundò,vt patet in regula, poſſeſſor . in ſexto . requiritur bona fides præſcribentis , id eſt , fides , quia poſsidens rem perſcribendam credat eſſe ſuam,vel tradentem habere dominium eius, aut ius diſtrahẽdi:licet erret facto ff.de verborũ ſignificatione.l. bonæ fidei.Quod limita verum in præſcriptione , vbi requiritur aliquis actus poſitiuus:ſecus vbi nullũ factum requiritur: vt in præſcriptione libertatis,cõtra ruſticam ſeruitutem: qa licet ſciam me tibi debere ſeruitutem eundi: præſcribere tamen



men poſſum libertatem,ex quo nihil facio quod ſit peccatum:vt tenet Barto.in l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſucapio.& Panorm.in cap.fi.ff.de præſcrip.& idem dic de præſcriptione actionis perſonalis merè pœnalis:vt in rapina reſpectu quadrupli:quæ actio eſt vſq; ad annum: poſt annum reſpectu ſimpli.Inſti.de vi bono.rap.in princip.Vide etiam infrà, §.xiij.¶Tertiò requiritur titulus iuſtus.extra eodem.ſi diligenti.Hoc autem limita verum eſſe,ſcilicet quòd requiritur titulus, primò quando præſcribitur vſusfructus : vt infrà.§. iiij.quando præſcribitur ſeruitus,qua perſona obligatur ad aliquod ſeruitium:quia cùm ſit aliquid graue,neceſſariò requiritur ad illud præſcribendum titulus vel lapſus longiſsimi temporis:& ſic poteſt intelligi l.cum de in rem verſo.ff. de vſur.& no.Dyn.in dicta regula,poſſeſſor.tertiò ſecũdum Ioã.Andr.in dicta regula,poſſeſſor , quando ius commune vel præſcriptio eſt contra poſſeſſorem:quia tunc neceſſe eſt allegare titulum,& probare,niſi allegetur præſcriptio tanti temporis,cuius contrarij non ſit memoria,extra eodem,epiſcopum.lib.vj.aliàs ſufficit bona fides.Et has tres limitationes etiam habet Panorm.in cap.de quarta.eod.ti.¶Quartò limito ſecundum Archi.poſt Sum.Confeſ.de titulo vero vel præſumpto:non autem de vero tantum:quia ſi titulus ſit veraciter iuſtus,non requiritur præſcriptio,nec eſt neceſſaria: addẽdo ex Veruec.quòd pręſcriptionẽ de iuſto titulo poteſt quis habere ſecura conſcientia,quando nihil probabilitatis innoteſcit illi de contrario.Eſt autem titulus iuſtus ſecundũ Veruec,omnis actus,per quem ſolet acquiri dominium:vt ſi verus dominus tradat rem:aut quia ſoluitur ei vt debitũ,aut quia emit,aut quia eſt hæres inſtitutus:aut intra res hęreditarias habuit,aut donatum eſt ei:aut per tranſactionẽ recepit, ſiue pro derelicto habitã occupauit:aut legata eſt ei,aut data à viro in dotẽ ex parte vxoris:aut pro ſocio:quia ſcilicet ſoluta ſocietate & facta diuiſione cedit in partem alteri aliqd eorum quæ bona fide poſsidebant alienum:aut pro ſuo : vt cum quis inter multa ſua habet aliquid alienum quod credit ſuũ. Vide etiã infrà.§.iiij.¶Quartò requiritur quòd res talis ſit quòd poſsit præſcribi.de quo ti.ſequẽti agetur.¶Poteſt addi quintò requiri quòd poſſeſſor poſsit præſcribere: ſed hoc nõ eſt neceſſe,cum intelligatur in primo requiſito: quia omnis poſsidens ſuo nomine,præſcribere poteſt,ſecundum Direc. ¶Et ſextò poſset addi quòd requiritur perſona cõtra quam præſcribatur:ſed non eſt neceſſe,quia hoc intelligitur in quarto requiſito.¶Secundò quæritur, † quid iura velint de dicta poſſeſsione requiſita ad pręſcriptionẽ?Et dico multa.¶Primum.Sicut dicit regula iuris,ſine poſſeſsiõe pręſcriptio nõ procedit.Et vbi dicitur,poſſeſsione,gloſſ.addit vel quaſi poſſeſsione:quia incorporalia , quæ non poſsidentur,ſed quaſi poſsidentur,præſcribuntur.de cau.poſ. c. cum eccleſia.vbi etiam dicitur,præſcriptio.gloſ.addit nec vſucapio.ff.de vſucapio.l.iij.Vbi etiam dicitur,non procedit regulariter:exponitur id eſt,non continuatur:quia,vt dicit gloſſ. ſi interrupta eſt poſſeſsio,interrupta eſt præſcriptio . Dyn. tamen exponit,non procedit,id eſt,non inchoatur ; licet inchoata quandoq; continuetur.¶Secundum.Licet autem ad præſcribendum vſumfructum non requiratur poſſeſsio ciuilis,ſed ſufficiat naturalis ſeu corporalis.l.fin.C.de præſcript. longi tempo.& not.Panorm.in capit.ad audientiam.eodem titu.tamen in alijs vbi præſcriptio ad acquiſitionem rei vel iuris requiritur,ſecundum Gloſ.poſſeſsio de facto & de iure: intellige præſumpto:& requiritur naturalis & ciuilis ſimul, vel ciuilis tantum:nec ſufficit naturalis tantum,vbi alius ciuiliter poſsidet.& ſic intellige text.cum gloſ.in cap.cauſam. eodem ti.De hoc plenè per Dyn.in dicta regula.Quod autem dictum eſt,poſſeſsio ciuilis,exponit gl.in d.c.cauſam.& Ioã. Andr.in dicta regula,id eſt,quòd ſi talis perſona,quòd poſsit legitimè de iure communi poſsidere:quod non ideo dicitur quaſi ciuiliter poſsideat quicunq; poteſt iure communi poſsidere:alioquin quilibet quodlibet ciuiliter poſsideret:ſed qa cum poſſeſsione facti requiritur poſſeſsio iuris vera,vel ſaltem præſumpta:quæ nũquam eſt vbi ius cõmune repugnat: vt cum laici de facto poſsident decimas & ſpiritualia. ¶Tertium.Vbi autem præſcriptio inducitur ſolùm ad extinguendum ius alterius,& ad defenſionem cõtra ius alteri cõgruẽs, tũc tali defendenti nõ eſt neceſſaria vera poſſeſsio vel quaſi: aliàs pręſcribi nõ poſſent actiones perſonales,cõtra l. ſecundam.C.de conſti.pecu. & contra l.ſicut.C.de præſcript.xxx. anno.quia nemo verè eas poſsidet,niſi cui verè cõpetunt:vt no.Inn.in c.in literis.de reſti.ſpol.Et hæc eſt diſtinctio Cald. in c.cũ non liceat.eo.ti.¶Quartum.Poſſeſsio longiſsimi tẽporis,de cuius initio memoria non extat,habet vim tituli,ſecundum Ioan.And.in c.ij.de præben.lib.vj.quando capacitas datur in exercente:aliàs non: Vnde laicus quantuncunq; exercuerit actum ſpiritualem vel alicuius ordinis,nunquam tamen poteſt illum pręſcribere..¶Quintũ. Qui pręſcriptionẽ probat,ſecundum Gloſ.communiter probatam in c. volumus.xvj.q.iiij.nõ tenetur probare ſe cõtinuè poſſediſſe,cùm ſit impoſsibile,ſed ſufficit probare quòd à principio poſsidet, & in fine,& quãdoq; in medio.Sed ſecũdum Bar.in l.Celſus. ff.de vſucap.ſufficit probare initium poſſeſsionis,& allegare nunc poſſeſsionem de preſenti.Vide Panorm . in c.accedẽtibus.de priuil . ¶Tertiò quęritur,†quid iura velint de bona fide pręſcribentis?Et dico multa. ¶Primum . Bona fides in 3
pręſcriptione requiſita ſecundum leges non requiritur in pręſcriptione triginta annorum vel ſuprà.xvj.q.iij.§ . poteſt. & cap.vigilanti.eod.ti.& C.de pręſcrip.xxx. annorum.l.cum notiſsimi.& l.ſi quis emptionis.ſed neq; in pręſcriptione viginti annorum & infrà,ſecundum Veruec.requirebatur quo ad totum tempus pręſcriptionis:vt in d.§.poteſt.& d . l.cum notiſsimi.ſed ſolùm quo ad principium eius.C.de pręſcript. longi temp.authen.malę fidei.ſed dictę leges ſunt correctę. extra eo.c.fin.ſecundum Rayn.Hoſt.Innocen.& Bernard.& requiritur in qualibet pręſcriptione,& in qualibet parte temporis quo pręſcribitur:vt in d.c.fi.& d.c.vigilanti.& in regula,poſſeſſor.de reg.iur.lib.vj.Et ſi videãtur dicere aliqui doctores quòd ſpatio quadraginta annorum pręſcribatur debitum,etiam ab eo qui ſciebat ſe debitorẽ,poteſt intelligi verum quando ex tali ſciẽtia non conſtituitur malę ſidei poſſeſſor:puta qa ex rationabili cauſa putabat ſibi remeſſum: quod tamẽ in dubio non pręſumitur,niſi ex amicitia vel parentela,aut alia cõiectura hoc oſtẽdatur.arg.l.cum quidam. §.diuus.ff.de vſucap.l.Procula.ff.de probati.l.ſi ſeruus.ff.de donat.inter virum & vxo.in gloſ.quia nemo ęſtimatur rem ſuã iactare.ff.de proba.l.cum de indebito.¶Secũdum. Non eſt quis in dicta bona fide ex ignorãtia iuris,ſicut eſt ex ignorantia facti:vt ſi quis credat pupillum,vel eũ,qui habet curatorem,rem ſuam poſſe alienare ſine authoritate tutoris aut curatoris.ff.de vſucapio.l.nunquam.ſecundum Ray.& gloſ. eius & Vlde.Vnde errans in iure non præſcribit.l.j.§.ſi à pupillo.ff.pro empto.& l.nunquam.la ſecunda.ff. de vſucapio. ſecus ſi erret in facto.argumen.l.quod vulgo.ff.pro empto. Quod verum limita primò de mente Innocen.quando ignorantia non eſt probalis propter iuris obſcuritatem vel dubietatem:aliàs ſecus:quia dicit in cap.ſi diligenti.eodem tit. quòd poſsidens contra ius non præſumitur bonæ fidei poſſeſſor,niſi ſit poſſeſsio longi temporis,vel probabilibus rationibus fuerit acquiſita.facit cap.cùm eccleſia Sutrina . de

cauta poſſeſsio.& propriet.Ex quo patet quòd ſi ius , in quo
erratur,eſt dubium,excuſat error in præſcribendo.& facit
text.in c.cum dilectus.de conſuetu.& ibi Panorm.& ſecũdò
de mente Bart.quando ignorantia eſt circa ius quod prohi-
bet actum:aliàs ſecus : quia dicit in l.ſi fur.ff.de vſucapio. &
in l.ſed & ſi.§.ſcire.ff.de petitione hæredita. Et refert Pano.
in cap.grauis.de reſtitutio.ſpoliato.quòd faciens contra iura
prohibentia aliquem actum,etiam ex errore,non præſumi-
tur in bona fide.& ſic intelligit gloſſa in dicta l.ſi fur. quòd
error iuris impedit vſucapionem.intellige, niſi ius ſit obſcu-
rum vel dubium : errans autem contra iura actum quidem
non prohibentia,ſed tamen actui non aſsiſtentia:puta teſta-
mentum non ſolenne, non approbatur à iure vt valeat, non
eſt in mala fide. dicto §.ſcire. Et tertiò de mente Hoſtienſ.
quando error iuris eſt merus , non miſtus cum errore facti:
aliàs ſecus:quia dicit in cap.cura.de iure patrona.quòd error
miſtus ſcilicet iuris & facti non tollit bonam fidem. Et dat
exemplum in donatione rei alienæ facta vxori, qua vir non
eſt effectus pauperior : vt quia ex ipſa re non tenetur com-
modanti vel deponenti : vel quia dominus conſenſit : quam
vxor credit valere:quia vſucapiet.l.ſi vir vxori.ff.de donatio.
Sed hæc limitatio eſt vera, quatenus cõcurrit aliqua præmiſ
ſarum.¶Tertium. Non eſt etiam in dicta bona fide, ſecun-
dum aliquos, qui habet conſcientiam læſam, id eſt, dubiam
dubitatiõe firma ex iuſta cauſa dubitãdi,an res ſit ſua nécne.
Pro quo ſcito quòd talis, ſecundum Direct.adhuc eſt bonæ
fidei,& præſcribit, licet debeat diligenter inquirere: & ſi rẽ
alienam eſſe inuenerit,reſtituere.& idem Gloſſa in cap.fina.
eodem tit.cuius opinionem tenet panor.ibi, dicens eam eſſe
communem. Sed dominus Anto.in dicto cap.fin.dicit quòd
talis non eſt in bona fide,nec præſcribit:quia iura requirunt
nedum quòd nõ ſit in mala fide, ſed etiam quòd ſit in bona,
in qua talis non eſt.quod limitandum videtur,quando dubi-
tatio eſt firma & probabilis:ſecus quando momentanea ſeu
vacillans & ſcrupuloſa:quo caſu,ſi ei non conſentiatur,bonæ
fidei non obſiſtit.de ſentent.excommuni.c.inquiſitioni.& de
hære.cap.j.Summa autem Roſel.& Supple.indiſtinctè hanc
ſecundam opinionem ſequuntur,ſed malè:quia eã in aliquo
ſenſu euertit d.cap.ſi virgo. vbi expreſſe dicitur quòd in iure
prædiorum tãdiu quiſq; bonæ fidei poſſeſſor rectiſsimè di
citur,quandiu ſe poſsidere ignorat alienum:cum verò ſciue-
rit,nec ab aliena poſſeſsiõe receſſerit,tunc malę fidei perhi-
betur.Hęc ibi.Et pręterea ipſa Sũma Roſel.in verbo Reſti-
tutio. vij.§.xix. expreſſe tenet oppoſitum in ſimili. Summa
verò Angel. diſtinguens dicit primam opinionem eſſe verã
in foro contentioſo,ſecundam verò in pœnitentiali.Et bene
diceret , ſi talis eſſet in bona fide ſolùm pręſumptione iuris,
quę in conſciẽtia non habet locum contra veritatem: ſed qa
rectè id eſt, verè eſt in bona fide, per capitul.ſi virgo xxiiij.
q.ij.ideo etiam in conſciẽtia illa opinio eſt vera. Et ideo di
ſtingue cum Bartol.qui in l.naturaliter.ff. de vſucapio. dicit
quòd talis à principio non pręſcribit:quia non habet bonam
fidem,licet nõ habeat malam:ſed talis defectus,id eſt,dubi-
tatio, ſuperueniens ſcilicet poſt bonam fidem priorem, non
extinguit vſucapionẽ:ſed requiritur vt firmiter credat quòd
ſcilicet eſt certum ſe eſſe malę fidei poſſeſſorem . allegans
Innocent. in dicto c.fin. Quod etiam clarè probat dictũ c.ſi
virgo.quod loquitur de virgine,quę à principio nupſit igno-
ranter alieno viro . quę ſi hoc ſemper neſciat , nunquam eſt
adultera,ſed ſolùm ex eo tempore quo hoc ſcit : & ſumitur
ibi ſcientia pro certitudine,de qua ſuprà Matrimonium.viij.
§.xiij.& deinde dicitur eſſe ſimile de pręſcriptione. Et ſi ibi
ſumatur ſcientia aliter,multo fortius hoc erit verum.Quod
etiam probat ratio : quia cùm dubitatio ęqualiter mediet
inter contradictorias opiniones, ſi vni ſuperuenit , eam non
tollit plus quàm aliam: & cęteris paribus fauendum erit illi,
quę prius inerat,& potior erit conditio poſsidentis. ¶Quar-
tum. Non eſt etiam in bona fide quantum ad hoc vt poſsit
præſcribere ſemp is,qui accipit ab eo , qui eſt in mala fide:
quia,vt dicit Direct.lib.ij licet mala fides tradentis non no
ceat accipienti in pręſcriptione xxx. aut xl. annorum . dicto
§.poteſt. & dicta l. ſi quis emptionis. ſecus in pręſcriptione
annorum decem aut viginti: vt in dicta authent. malę fidei.
Item quando res fuit furto aut vi poſſeſſa, niſi redierit poſt-
ea in liberam poteſtatẽ domini. Aliàs autẽ mala fides prin-
cipalis authoris non nocet pręſcribenti.Inſtit.de vſucapio.§.
furti.cum ſequen.¶Quintum. Qui aliquo tempore pręſcri-
ptionis habuit conſcientiam læſam per malam fide,& poſt-
ea incipit eam reformare & habere non læſam,ſecundũ Di
re.nõ interrũpit præſcriptionem:quia erronea fuit illa con-
ſcientia,& cõſequẽter deponenda.de ſimo.c.per tuas.& not.
gl.in d.c.fin.& idem Innoc.& Vin.& Phi.& Bart.in d.l.natu-
raliter.dicens quòd ad hoc quòd mala fides ſuperueniẽs præ
ſcriptionem interrumpat,oportet eam ſuperuenire irreuo-
cabiliter:alioquin non impeditur vſucapio,ſecundum quod
iura ciuilia volunt.Sed Pan.in d.c.fi.poſt Hoſt.tenet contra-
rium,quòd ſuperueniẽtia malę fidei cõquaſſauit pręſcriptio
nem.& probat per d.c.finale,quod vult vt pręſcribẽs in nullo
tempore intermedio habuerit cõſcientiam rei alienę.& facit
d.c.ſi virgo.Vnde ſecũdum Canones talis aut nũquã pręſcri-
beret,aut incipiet præſcribere à tempore,quo per legitima
indicia ſuperuenit bona fides.Et hoc eſt indubitanter verũ,
ſi fuit læſa per opinionem probabilem:quia dicta conſcien-
tia læſa non fuit erronea & deponenda , cùm fuerit vera &
probabilis:ſed potius erronea fuit reformata,licet non fue-
rit deponenda,ſi indicia erant probabilia:ſecus ſi fuiſſet læ
ſa per dubitationem tantum,vt particula priore dictum eſt.
¶Sextum.Vtrum in conſcientia tenere poſsit rem præſcri-
ptam,qui eam iuſtè præſcripſit, licet poſtea cognoſcat rem
fuiſſe alienam.dic quòd ſic,vt infrà,§.xiij.¶Quartò quæri-
tur,†quid iura velint de iuſto titulo ad præſcribendum re- 4
quiſito? Et dico multa.¶Primum.Titulũ præſumptũ ad præ
ſcribendum aliquando neceſſarium dat fama,vt not.in cap.
inquiſitioni.de ſententia excommuni.& de præſcript.c.cum
contingat.& per Bart.in l.ij.C.ſi ſer.vel liber.& in l.Celſus.
ff.de vſuca.Vnde ſi fama erat quòd res fuit legata.vel quòd
tale quid fiebat per priuilegium papæ tempore belli deper-
ditum:& huiuſmodi currit pręſcriptio:vt not.in l. quod vul-
go.ff.pro emp.quia ſic fit titulus iuſtus,ſicut in eo,cuius pro
curator dixit ſe emiſſe.Et generaliter ſecundum Veruec.vt
dictum eſt,quando nihil probabilitatis innoteſcit de contra-
riò.intellige primò ſi quis ſit in poſſeſsione ciuili:& ſecũdò
de titulo generali : puta pro ſuo:non de ſpeciali , puta do-
natione vel emptione,niſi diſiunctiuè.¶Secundum. Titulus
pro ſuo,quia ſcilicet inter multa ſua aliquis habet aliquod
alienum quod ſuum credit,ſecũdum Hoſt.nunquam dat cau
ſam præſcribendi,niſi prętẽdatur aliquis alius ex dictis C.de
vſur.l.Celſus.ſed melius dicit Archiepiſcopus poſt Sum.Cõf.
quòd ſufficit titulus pręſumptus,qui ſecundũ Veruec.hoc eſt
ſi nihil habeatur in cõtrarium.& hoc tene:quia titulus , etiã
præſumptus,ſpecialiter nõ requiritur,niſi in vſufructu & ſer
uiture perſonali:& quando ius vel præſumptio repugnat,vt
dictum eſt.¶Tertiũ.In re mobili oportet iuſtum titulũ in-
teruenire à principio:aliter nunquam præſcribitur:quia ſine
titulo contra voluntatem domini cõtrectans,furtum cõmit
tit,& conſequenter eſt furtiua.& conſequenter à nullo præ-
ſcribi



ſcribi vel vſucapi poteſt.Inſti.de vſuc.§.quod autem.ſecus in
re immobili:quia quamuis mala fides fuerit in primo poſſeſ
ſore,poteſt tamen bona fide aliorum præſcribi.¶Quartum.
Licet vſusfructus ſit ius corporale.l.j.in fi.ff.ad l.fal.& ſerui-
tus quædam in rebus alienis.l.j.ff.de vſufruc.accreſ.in eo ta-
men præſcribendo titulus requiritur:aliàs non præſcribere-
tur ſpatio decem aut viginti annorum:vt probatur in l.ſi.C.
de præſcri.lon.tem.Vnde dicit glo.in l.corruptionem. C.de
vſufruc.quòd ſi etiam vſusfructus conſiſtit in re mobili : ta-
men actio perſonalis ad ipſam non tollitur triennio . Et
idem videtur dicendum in acquiſitione ipſius:& etiam in ac-
quiſitione cuiuſcunque rei immobilis non procedit præſcri-
ptio ſine titulo,niſi ſit longiſsimi temporis.C.de præſcript.
xxx.an.l.ſi quis emptionis.Dico tamen quòd fructus, qui ex
agro alieno bona fide capiuntur,vſucapiuntur triennio.tex.
eſt in l.ſequitur.§.fructus.ff.de vſuc.& ibi per Bart . quia ibi
non agitur de præſcribendo iure.Et ideo cùm dicitur quòd
tenetur reſtituere fructus extantes,in c.grauis.de reſti.ſpol.
intellige niſi poſſeſſor triennio bona fide poſſederit. Vide
Pan.in c.de quarta.eo.tit . ¶Quintò quæritur,†quot & quæ
requiruntur ad præſcribendum iura ſeu ſeruitutes quæ ha-
bent cauſam continuam vel quaſi? Et dicò quòd quinque.
¶Primò bona fides , id eſt , quòd quis vſus fuerit eo animo
quòd vſus fuerit iure ſuo,& quòd potuerit etiam aduerſario
contradicente.Secus ſi cauſa amicitiæ : quia nunquam præ
ſcribet.l.ſi.ff.quemadmod.ſer.amitt.& l.qui in iure familia-
ritatis.ff.de acqui.poſſeſ.¶Secundò tempus debitum, vt ĩ §.
vij.¶Tertiò quòd vſus fuerit ſciente aduerſario.l.ij.C.de ſer.
vbi glo.& Doc.& patiente.l.quoties.la ij.ff.de ſerui.quia ſci-
entia & patientia aduerſarij in iuribus incorporalibus con-
ſtituit quaſi poſſeſsionem:ideoq; ſine ipſa præſcribi non po-
teſt,niſi ſit tempus longiſsimum,id eſt,triginta vel quadra-
ginta annorum,ſecundum Pau.de caſt.in l.ij.C.de ſer.Item
ſi habuiſſet præſcribens titulum ab aliquo tertio,qui eam
vt dominus illius fundi conceſsit:quia ſic ignorante domino
præſcribi poteſt,vt no.Cy.tenere Pet.in l.ij. prædicta.quod
notandum eſt pro illo dicto,quòd in incorporalibus non eſt
dare quaſi poſſeſsionem ſine licentia & patientia aduerſarij,
vt in paſcuis,aquæ ductu,iuriſdictione piſcandi,& huiuſmo-
di.¶Quartò in negatiuis,puta altius non tollendi , requiri-
tur prohibitio.no.gl.in l.quæ luminibus.ff.de ſer.vrb.præ.&
prohibitio debet eſſe ex parte prætendentis ſeruitutem.
¶Quintò quòd ſit dominus fundi,cuius ſeruitus eſt acquiren
da.¶Sextò quæritur,†quo tempore incipit currere præſcri
ptio?Et dicit Rayner.quòd in actione reali, in qua quis rem
ſuam proſequatur apud detentorem:vel perſonali,qua ſcili-
cet contra perſonam agitur ex aliquo contractu vel quaſi,
aut ex maleficio vel quaſi non incipit currere,niſi ex tempo
re quo quis poteſt agere iure non impediente.Et ſic filiofa-
milias non currit præſcriptio in aduentitijs,niſi ex quo libe-
ratus eſt à patria poteſtate . Nec mulieri in dote niſi ſoluto
matrimonio,vel marito ad inopiam vergente : quia cum ex
tunc dotem repetere poſsit,ſi non repetit,currit contra eam
præſcriptio.Nec creditori,niſi extante debiti conditione:ſi-
cut ſi promiſi tibi centum ſi nauis mea venerit ex Aphrica,
non currit præſcriptio tibi,niſi cùm venerit nauis,& dies ſo-
lutionis.C.de præſcri.xxx.anno.l.cùm notiſsimi. ¶Septimò
quæritur,†quanto tempore oportet currere præſcriptio-
nem?Et dico quòd in præſcriptione longi temporis requiri-
tur tempus x.aut xx.annorum,ſecundum Ray.Goſ.& Hoſt.
vt dictum eſt:in ea verò quæ eſt temporis longiſsimi,requi-
ritur ſpatium xxx.vel xl.annorum.xvj.q.iij.§ poteſt.quod in-
telligo contra laicos & priuatas perſonas:quia contra eccle-
ſiam nec laicus,nec alia eccleſia præſcribit niſi ſpatio xl.an-
norum:imò contra eccleſiam Romanam niſi ſpatio centum
annorum.xvj.q.iij.quas actiones.&.c.nemo.¶Sed pro intelli
gentia horum dico multa.¶Primum.Contra eccleſiam Ro
manam non currit,vt dictum eſt,præſcriptio minor cente-
naria.quod intellige in ſpectantibus principaliter,& non ſe-
cundariò ad illam.ſecundum glo.in c.ad audientiam.eo.tit.
Vnde hoc priuilegio gaudent generaliter omnia immedia-
tè pertinentia ad diſpoſitionem papæ,vt eccleſia Lateranen
ſis,& res eius,& exemptio,vt tenet Io.And.in reg.ſcienti.lib.
vj.in mercu.& no.Pau.in cle.frequens.de excel.præla.& Pan.
in d.c.ad audientiam.Fallit hoc c.ij.§.j.eod.tit.lib.vj.vbi ca-
tholici præſcribunt contra eccleſiam Romanam bona hæ-
reticorum,qui in vita ignorabantur eſſe hæretici,ſi ea xl.an
nis bona fide poſſederunt:nec poteſt Romana eccleſia pete
re reſtitutionem,vt ibi patet:vbi prohibetur omnis moleſtia
poſt præſcriptionem.¶Secundum . Contra eccleſiam verò
inferiorem Romana ſi præſcribatur à priuato vel ab alia ec
cleſia quo ad immobilia corporalia & incorporalia iura ha-
bentibus continuam cauſam vel non habentibus requirun-
tur xl.anni.extra eo.de quarta.&.c.j.eo.tit.lib.vj.non tamen
requiritur titulus , ſed ſufficit bona fides , niſi ſit contra ius
commune:quia ſic requiritur titulus verus aut putatiuus,ex
tra eo.ſi diligenti.aut tempus,de cuius initio memoria non
eſt.d.c.j.Fallit quod dictum eſt eo caſu quo ius ciuile exigit
in præſcriptione contra priuatum tempus,de cuius initio me
moria non extat : quia tunc multò fortius requiritur illud
tempus in præſcriptione contra eccleſiam,nec ſufficiunt xl.
anni.¶Tertium.Quo ad mobilia , ſecundum Pan.in c.cùm
dilecta.de confir.vti.vel inuti.contra eccleſiam Romanam
non habet locum vſucapio triennalis:quæ tamen habet locũ
contra alias,niſi in rebus,quæ alienari non poſſunt ſine debi
ta ſolennitate,de qua ſ.Alienatio.¶Quartum.Currunt etiã
cõtra eam præſcriptiones iudiciales,ſecundum Pan.in c.ſi.de
in integ.reſti.vt quòd poſt decennium non appelletur,& hu
iuſmodi:ſed reſtituitur,ſicut & minor,iure ſpeciali,vt in d.c.
ſi.& l.j.C.ſi ſæpius in integ.reſti.ſue.po.& ibi Bart.ſequitur.
¶Quintum.Si etiam laicus habet rem communem cum ec-
cleſia & indiuiſibilem,ſecundum Pan.in d.c.de quarta.requi
ritur quadragenaria præſcriptio propter eccleſiam,ar.l.ſi cõ
munem.ff.quemad.ſer.amit.ſin tamen ius eccleſiæ remane-
re poteſt illæſum,ſecundum Io.And.in c.vnico.de iu.pa.præ
ſcriptio communis contra laicum ſufficeret.facit quod no.in
c.ad audientiam.eo.ti.& xvj.q.iiij.nolumus.¶Sextum. Si au-
tem res cùm eſſet laici,incœpit præſcribi ab aliquo,& dein-
de venit ad eccleſiam,non requiritur quadragenaria præſcri
ptio ſecundũ cõmuniorem & veriorem opinionem , vt dicit
Pan.in d.c.de quarta.ſed pro præterito vtetur priuilegio pri-
uati,& pro futuro tempore priuilegio ſuo,ar.in l. ſi fiſcus.la j.
ff.de iu.fiſ.Et ideo ſi cõtra priuatũ præſentem cucurrerunt
quinq; anni antequam veniret ad eccleſiã,poſtquã venerit ad
eccleſiã,ſufficient xx.Et idem in ſimilibus priuilegiatis facit
auth.ſi quis C.de præſcri.lon.tem.¶Septimum . Res autem
patrimoniales clericorum quadragenario iſto priuilegio nõ
gaudent:ſed communi ſpatio præſcribuntur,ſicut & abę lai
corum,ſecundum gl.in c.poſſeſsiones.xvj.q.iiij.& in c.quan-
quam.de cenſi.lib.vj.& Spe.in ti.de reſti.in integ.tenet quòd
reſtitutionem petere non poſſunt, ſi fuerunt læſi in talibus,
ſicut faciunt in læſione in rebus eccleſiæ.Et iura quæ dicunt
bona clericorum gaudere eodem priuilegio , quo bona ec-
cleſiæ:debent intelligi quo ad defenſionem. allegat caput,
eccleſiarum ſeruos.xij.q.ij.& facit quod dicit Pet.& Abb.in
capite,cùm ſit . de foro compe . ſcilicet quòd raptores præ-
fatorum

ſatorum bonorum non conueniuntur coram iudice eccleſia
ſtico:quia priuilegium non debet extendi niſi in caſibus iure
expreſsis:& idem do.Ant.niſi ſit eadem omnino ratio cum
expreſsis à iure.¶ Octauum.In legatis autem ad pias cauſas
habet locum ſolùm præſcriptio xl.annorum,ſecundum glo.
in auth.de eccle.§.pro temporalibus.&.xvj.q.iij.c.pen.¶ No-
num. Contra hoſpitalia autem & alia pia loca requiritur
præſcriptio xl.annorum,ſicut contra eccleſiam, vt eſt tex.in
l.omnia priuilegia.C.de epiſ.&cle.& no.Io.And.in cap.ij.de
reſtit.in integ.lib. vj.¶ Decimum.Contra principem diſtin-
guit Panor.in c.cum nobis eod.titu.ſic:Aut ſunt bona reſer-
uata principi in ſignum ſubiectionis,vt in tributo vel cenſu:
& ſic nullo tempore currit.l.cõpetit.C. de prȩſcri.xxx.anno.
vel in ſignum ſingularis priuilegij aut dominij,vt legitima-
re ſpurios,creare notarios,exigere vectigalia & pedagia, &
huiuſmodi:& ſic requiritur ſcientia Principis,& tantum tem
pus,de cuius initio memoria non exiſtat,vt eſt tex.in c.ſuper
quibuſdam.de verb.ſigni.& per Bar.in l.cunctos populos.C.
de ſum.Trini.& l.ſi publicanus.ff.de publi.& in l.j.ff.de aqua
plu.arcen.Aut ſunt bona pariter poſſedibilia:& ſi ſunt Prin-
cipi incorporata,requiritur ſpatium xl. anno. vt in d.l.com-
petit.& ſic procedit glo.in §.fiſci.Inſtit.de vſuca.Si verò non
ſunt incorporata,ſed duntaxat delata tanquam vacantia,ſeu
quia cauſa publicata,tunc in delatis propter vectigal non ſo
lutum ſufficit tempus quinq; annorum, vt l.ij. C.de apoſta.
in alijs verò ſi præceſsit denuntiatio,ſufficit tempus xl.anno
rum:vt l.intra quatuor.ff.de diuer.& tempo.prȩſcri. Si verò
denuntiatio non interuenit, ſic ſi habuit bonam fidem tan-
tum,requiritur tempus viginti anno.l.in omnibus . ff.de di-
uer.& tempo.prȩſcri.Si autem vltra bonam fidem habuit ti
tulum:ſic ſufficit tempus x.annorum.& ſic loquitur.l. quan-
uis.ff.de vſuca.& not.Bar.in d.l.in omnibus. ¶ Vndecimum.
Contra quoſcunq; autem alios à prȩdictis diſtinguo.¶ Nam
aut ſumus in actionibus perſonalibus:& ſic requiritur ſpati-
um triginta annorum.quod Pan.in c.cauſa.de cauſ.propriè.
& poſ.limitat verum,quando concurrit ſola patientia:ſecus
ſi cùm patentia interueniſſet illud:vt eſt tex.in l.Procula.ff.
de proba.vbi ex taciturnitate longi temporis prȩſumitur di-
miſſum fideicommiſſum debitum, ſi ſæpius de alijs debita
ratione non ſit habita mentio de fideicommiſſo . ¶ Aut ſu-
mus in rebus corporalibus immobilibus : & ſi ſic poſsidet
cum titulo,requiritur ſpatium x.annorum inter præſentes
continuè,& viginti inter abſentes.l.ſi.C.de præſcri.lon.tem.
Si verò partim fuit præſens partim abſens,duplicabitur tem
pus abſentiæ ſolum.authen.quod ſi quis in quibuſdam.C.de
præſcri.lon.temp.ſine titulo verò cum bona fide & reliquis
præſcribitur xxx.annis:vt in c.ſanctorum.eo.tit.xvj.q.iij.pla
cuit.& l.ſi quis emptionis.C.de præſcri.xxx.an.¶ Aut ſumus
in corporalibus,vt ſunt iura & ſeruitutes: & ſic non requiri-
tur titulus,ſed ſolùm vſus,ſic diſtinguendo : quia aut ſumus
in ſeruitutibus:& tunc ſi habent cauſam continuam vel qua-
ſi,regulariter præſcribitur longo tempore,id eſt,decem an-
norum inter præſentes,& viginti inter abſentes.text.eſt in l.
ſi.C.de præſcri.lon.tem.& in l.ij.C.de ſerui.vbi glo.& Doct.
hoc no.Si verò ſeruitus habet cauſam diſcontinuam,vt ſerui
tus viæ,& ſeruitiorum extraordinariorum præſtatio:tunc re
gulariter non præſcribitur:vt eſt tex.in l.ſeruitutes.la iiij.ff.
de ſerui.& ibi per Doc.Fallit primò quando quis vſus eſt tan
to tempore,cuius contrarij memoria non exiſtit.l.hoc iure.
§.ductus aquæ.ff.de aqua quoti.& æſti.& no.gl.& Doc.in d.
l.ſeruitutes.tempus autem centum annorum eſt tempus,de
cuius initio extat memoria:vt tenet do.Ant. in c.veniens.de
teſti.& Car.in c.ſi diligenti.de præſcri.Fallit ſecundò quan-
do habuit titulum conceſsionis à dño :quia præſcribitur de-
cem annis inter præſentes:& viginti inter abſentes:vt no gl.
in d.l.ſeruitutes.Et tertiò ſi præſcribitur quando habuit ve-
rum titulum à tertiò,id eſt,per x . annos inter præſentes, &
xx.inter abſentes.l.ſi.C.de prȩſcri.lon.tem. ſecundum Paul.
de Caſt.in d.l.ſeruitutes.Eſt tamen differentia in prȩſcriben
do vrbanam & ruſticanam ſeruitutem:quia ruſticana perdi-
tur per non vſum:vrbana autem non,niſi ſimul alius vſuca-
piat libertatem:puta,habeo feneſtras,quas licet obſtruam,
non perdo ius:ſed ſi alius per idem tempus altius eleuat mu
rum ſuum,ſic amitto.Probantur hȩc in l.hȩc autem iura.ff.
de ſerui.vrba.prȩdi.Quid autem ſit ſeruitus vrbana & ruſti-
cana:vide ĩ.Seruitus.§.j.Dicitur autem ſeruitus habere cau-
ſam continuam vel perpetuam,quando eſt in vſu actualiter
& potentialiter:vt ſeruitus aquȩductus, & altius non tollen-
di,& huiuſmodi.Ratio , quia licet à principio requiratur fa-
ctum hominis,non tamen ſemper : quia poſtquam aqua eſt
deriuata in canale, facto naturȩ continuatur,& per ſeipſam
ſemper fluit:vt in ſeruitute tigni iniuncti,vel oneris ferendi,
quod poſtquam ſemel eſt immiſſum,continuatur.Aliquan-
do verò dicitur habere cauſam quaſi continuam vel quaſi
perpetuam : quando ſcilicet eſt in vſu continuo ſeu perpe-
tuo potentialiter,ſed non actualiter:vt ſeruitus ſtillicidij,vel
ductus aquȩ ex cœlo cadentis.Ratio,quia licet non ſemper
exerceatur actu , tamen eſt apta nata ſemper exerceri ſine
facto hominis:quia cùm pluit,ſtillicidium eſt ſemper aptum
recipere aquam ſine facto hominis, poſtquam ſtillicidium
eſt:& idem in iure eligendi,& percipiendi decimas ex agro.
Aliquando verò dicitur ſeruitus habere cauſam diſcontinu-
am,quando ſcilicet nec actu nec potentia eſt ſemper in vſu,
ſed neceſſario requiritur factum hominis , quod non poteſt
eſſe continuum:vt eſt ſeruitus itineris,viȩ,& ſimilium.Hoc
notatur per gl.& Doc.in l.ſeruitutes.la ij.ff.de ſerui . & in l.
foramen.ff.de ſerui.vrba.prȩdi. Aduertendum eſt aũt quòd
ſeruitus amiſsibilis per non vſum , ſi habet ſolùm interualla
dierum vel noctium tantùm,vt ſpatij breuioris,prȩſcribitur
x.annis inter prȩſentes,& xx.inter abſentes:ſed ſi habeat in-
teruallla annorum vel menſium,requiritur tempus duplica-
tum quo ad prȩſentes,id eſt,xx.annorum:quo ad abſentes ve
rò,licet ſint opiniones,verius tamen eſt quòd etiam duplica
tur,ſecundum Io.Gl.in l.ſi.C.de ſerui.quem ſequuntur com-
muniter Gl.Accur.Bar.& Bal.& Doc.ibi.& Inn.in c.de quar
ta.eo.tit.quia hoc pro vltima opinione ponit,quȩ eſt ſua,iux-
ta gl.nota in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Trebel.vbi dicitur
quòd vltima opinio in dubio tenenda eſt. Nota etiam quòd
dicta duplicatio non habet locum in præſcriptione xxx.vel
xl.annorum,nec in præſtatione annua:vt vult Gl.in d.l.cùm
notiſsimi.§.ſi.C.de præſcri.xxx.ann.Et dicitur habere inter-
ualla dierum vel noctium,quando alternis diebus vel die ſeu
nocte mihi licet , & tibi altero die &c . annorum autem vel
menſium,quando de quinquennio in quinquennium: vel de
anno quolibet vna die vel pluribus licet ducere aquam.¶ Aut
ſumus in ſeruitute,quæ debetur à re perſonæ:vt vſusfructus,
vſus,iuriſdictio, & huiuſmodi : quæ licet requirant factum
hominis,tamen non dicuntur habere cauſam diſcontinuam:
quia animo poſsideri poſſunt,qui eſt continuus , licet actus
hominis ſit diſcontinuus:non ſic autem in ſeruitute,quæ rei
debetur à re,cùm res animum non habeat.Iſtæ ergo ſeruitu-
tes,quæ debentur perſonæ à re,longo tempore prȩſcribun-
tur,cum titulo tamen vero: quia habent ſimilitudinem cũ
dominio,quod ſine titulo lõgo tempore nõ præſcribitur: vt
eſt caſus in l.vlt.in ſi.C.de præſcri.lon.tem.Et intellige de ti
tulo habito à nõ domino:quia ſi à domino,præſcribere non
oportet.



oportet.¶ Aut ſumus in ſeruitute perſonali , quæ debetur
perſonæ à perſona:& ſic præſcribitur aliquando quinquen-
nio,quando ſcilicet pater tempore mortis geſsit ſe ꝑ libero
non in fuga,nec latitans, ſed bona fide:quia poſt quinquen-
nium elapſum,in quo filius nõ eſt ſtatus controuerſiam paſ-
ſus,efficitur liber.no.Panor.in c.licet.de coniug.ſer.in perſo
na verò propria requiritur tempus decem annorũ , cũ bona
fide,nec requirit̃ titulus fauore libertatis:vt in l.ij.C.de prȩ-
ſcrip.longi temp.aliàs ſeruitus omnis perſonalis cùm ſit con
tinua propter animum,qui non poteſt eſſe in ſeruitute reali
ſine titulo,requiritur tempus longiſsimum:id eſt xxx. anno.
vt notat Cy.in l.ij.C.de ſer.& aqua.cum titulo verò per de-
cem inter præſentes,& viginti inter abſentes.¶ Aut ſumus in
debitis,legatis,aut ſtipulationibus:& ſic ſecundum Bar.in l.
cùm notiſsimi.C.de prȩſcrip.xxx.ann.ſi obligatio ſit de præ
ſenti,licet exactio ſit delata in diem.ſi cum teſtator legat cẽ
tum alicui,ita quòd tradantur ſibi decem omni anno ſolũ:
ſic vnica præſcriptiõe tolletur,& per ſpatium illud quo aliȩ
res:arg.l.ſenatus.§.ſi.ff.de donat.cau.mor.& cap.de quarta.
eodem titu.vbi vnica præſcriptione quadragenaria tollitur
quarta debita epiſcopo,quæ communiter ſoluitur omni an-
no:quia obligatio orta eſt de præſenti,licet exactio ſit dila-
ta:ſi verò obligatio ſit in diẽ,vt in legato facto ſimpliciter,
quòd annuatim detur aliquid:quia tot ſunt legata,quot an-
nuæ præſtatiões.d.l.ſenatus.in fine.ſic nõ currit prȩſcriptio
niſi à die extãtis obligationis:& cõſequenter oportet quòd
tot ſint præſcriptiones,quot legata.Sed aduerte quòd ſi hæ
res teſtatoris ſcit ſe teneri,vt cõmuniter præſumitur,vt no.
in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de verb.obli.nullo tempore
præſcribit ſecundũ Pet.de Pu.tract.de ca.por.qa eſt in mala
fide:& idẽ dic de quocũq; debitore,vt not.Angel.in l.qui ſe-
quitur.§.ſi viam.ff.de vſucapio.dicens hic communiter tene
ri contra Bartol.etiam ſi ſtatuto caueatur vt præſcriberet.
quod etiam ſequitur Ioan.And.in c.ij.de excep.li.vj. Hoſ.in
c.per tuas.de do.& card.in c.vigilanti.eod.tit.& eſt gl.not.in
authent.vt eccleſia Romana cen.an.ha præſcrip. quæ dicit
quòd tale ſtatutum eſſet iniquum præſidiũ.& ſequitur Bal.
in c.ſi quis per xxx.ſi de feu.fue.cõtro.vbi dicit quòd prȩſcri-
bens ſcienter debitũ,ſemper poterit denuntiari:ſi verò igno
rauit probabiliter,ſic præſcribet,etiam quo ad conſciẽtiam
vt voluit Innocen.in c.curam.de iure patro.& in c.quia ple-
rique.de immuni.eccle.Panorm.tamen in c.ſi.de præſcriptio.
diſtinguit.Nam ſi debitor ſciẽs debitum nõ tenebatur offer
re,ita quòd ceſſando à ſolutiõe nõ fuit in culpa,præſcribet:
quia nõ eſt in mala fide:quia cogitare potuit quòd donare
vel relaxare voluerit.quãdo autẽ videatur offerre,vide tex.
cum gl.in l.itẽ illa.ff.de conſtit.pecu.& plenius per Bart.&
ſupra obligatio.§ ix.nihilo minus denuntiari poterit iudici
eccleſiaſtico.Si verò tenebatur offerre:ſic nõ prȩſcribet , qa
eſt in mala fide.Et ita tenet Sum.Ange.ſed malè:quia aliud
eſt eſſe in bona fide,aliud eſt nõ eſſe in culpa:vñ iſte nõ eſt
in bona fide,vt patet ꝑ dicta ſuprà.§.j.¶ Aut ſumus in actio-
nibus & exceptionibus:& ſic cũ variæ ſint,vario modo præ-
ſcribuntur, puta exceptio de non numerata pecunia poſt
biennium non poteſt opponi.l.in contractibus.C.de non nu
me.pecun.repetitio debitorum in alia non præſcribitur,niſi
per quinquaginta annos,vt in l.alearũ ludos.ff. de aleato.&
huiuſmodi,quæ multæ ſunt:& ſecundum Panorm.in c.cum
cauſa de emptio.& venditio.currunt etiam cõtra eccleſiam
ſecundum ſpatium decretum à iure ciuili,à quo ſunt inuen-
tæ:nec expectatur ſpatium decem annorum.¶ Notandũ eſt
tamen quòd omnis obligatio vel exceptio ſpatio decem aut
viginti annorum præſcribitur.l.obligationũ ferè. § . placet.
ff.de act.& obli.¶ Notandum eſt etiam ſecundum Bar.in l.
ſi ab hoſtibus.C.quib.non obijci.longi temp.præſcrip. quòd
actiones prætoriæ rei perſecutoriæ ſunt perpetuæ,niſi dent̃
contra ius ciuile , puta redhibitoria : quia datur contra con-
tractum validum de iure ciuili,ideo finitur anno:ſecus ſi cõ-
tra contractũ inualidum de iure ciuili,quia ſic eſt perpetua.
Item diſtingue:quia ſi actio data eſt in pœnã ſolùm,ſic præ-
ſcribitur etiam ſciente debitore in conſcientia: qa in pœna-
libus non tenetur in conſcientia. xij.q ij.fraternitas. in gl. Si
verò data non eſt in pœnã,ſed in ſatiſdationem læſi,vt actio
quanto minoris,& huiuſmodi:ſic data ſcientia debitoris nõ
præſcribitur in conſcientia,quin teneatur ſatisfacere læſo.
xiiij.q.vj.ſi res.¶ Aut ſumus in rebus mobilibus:& ſic currit
vſucapio:quæ tamen non currit contra minores,vt not.in l.
fin.C.in quibus cau.reſtitut.in integ.non eſt neceſſaria.vide
infrà.Vſucapio.¶ Octauò quæritur,† vtrum ſucceſſor ſingu- 8
laris,aut vniuerſalis inuaſoris præſcribat per decem annos
inter præſentes & viginti inter abſentes?Et de ſingulari dicit
Panor.in cap.nihil.eo.titu.quòd non,quantumcunq; habeat
bonam fidem,propter vitium reale,quod ſequitur quẽlibet
poſſeſſorem.l.vitia . C.de acquirẽda poſſ.ſed oportet quòd
currat ſpatiũ triginta vel quadraginta annorum:& ſic benè
præſcribit etiam in rebus inuaſis,vt not.Inſtitu.de vſucap.§.
furtiuæ.dummodo ſit bone fidei,& à ſe incipiat præſcriptio-
nem:vt no.glo.in dicto.§.furtiuæ.Succeſſor autem vniuerſa
lis non præſcribit de iure ciuili,ſi defunctus habuit malam
fidem,etiam ſine violentia:quia cenſetur eadem perſona cũ
defuncto.in authen.de iureiur.à mo.præſti.Sed Dy.in regu
la,poſſeſſor.& gl.in reg.qui in ius.lib.vj.& glo.in c.de quar-
ta.eodem ti.& alia glo.in cap.cura.de iure patro.tenet quòd
præſcribet de æquitate canonica,ſi eſt bonȩ fidei:& in perſo
na ſua inchoat præſcriptionem.Panor.autem poſt do.Ant.
in cap.ſi diligenti.eo.ti.tenet primum,ſcilicet quòd nõ præ-
ſcribet & melius:quia cùm non habemus ius canonicum cõ
tra ius ciuile expreſſum,in hoc ab eo recedere nõ debemus.
& iura,quæ alij allegant,loquuntur de ſingulari ſucceſſore,
non de vniuerſali.Aduertendum eſt tamen quòd licet mala
fides defuncti noceat hæredi,nõ tamen nocet ementi ab hæ
rede,ſecundum Bart.in l.poſt pluribus.in fine.ff.de vſucap.&
domi.Franc.de Aret.in d.cap.ſi diligenti. ¶ Nonò quæritur,
† quæ ſunt tempora vel caſus,in quibus præſcriptio non cur 9
rit,licet non interrumpatur,ſed dormit?Et dicit Panorm.in
cap.ex tranſmiſſa.eodem titulo.quòd ſunt nouem. ¶ Primò
tempore hoſtilitatis,& vbi ius non redditur.quod Innocen.
in d.ca.limitat quãdo propter guerram & huiuſmodi actor
agere voluit,ſed nequiuit:quia nõ erat qui ius redderet.l.ſed
ſi per prætorem.§.ſi feriæ.ff.ex quibus cau.ma.propter quod
dicit Bart.in l.de ætate.ff.ad Trebel.quòd citatus tempore
peſtis habet iuſtam cauſam non comparendi.allegat cap.ad
ſupplicationem.de renuntia.facit glo.in cap.ſi verò.de iure-
iuran.Vnde dicit idem Bart.in l.naturaliter.ff.de vſuca.quòd
tempore peſtis præſcriptio non currit,vbi quis fugit ex tali
timore:aut certè erit iuſta cauſa petendi reſtitutionẽ in inte
grum ex clauſula generali.Et idem generaliter dic de omni
alia cauſa impediente,ne quis rem ſuam petat.l.quod quidẽ.
ex quib.cau.ma.& de appel.l.ex ratione.¶ Secundò,quando
eſt defectus prælati,id eſt quando eccleſia nullũ habet præ-
latum,vel habet inutilem ad agendum:puta quia eſt excom
municatus,ſuſpenſus,& eſt negligens in petenda abſolutio-
ne,vel captiuus.de conceſ.præbend.quia diuerſitatem . xvj.
q.iij.c.j.de elect.quia diligentia.aut eſt dilapidator vel malè
alienãs.xvj.q.iij.ſi ſacerdotes.& quod no.in cap.j.de in integ.
reſt.l.vj.quia toto tẽpore prælati malè alienantis nõ currit.
Tertiò

¶ Tertio,quando quis de iure impeditur agere,ſicut filiusfa-
milias.l.j.in fin.C.de anna.excep.& vxor viuente marito nec
vergēte ad inopiam reſpectu rerum dotalium.l.in rebus.C.
de iure dot.& pupillus durante ætate pupillari.l. ſicut.vltra
medium.C.de præſcrip.xxx.anno.& generaliter non currit
præſcriptio contra maiorem,niſi xxx.vel xl.annorum. C. in
quibus cau.reſti.in integ.non eſt ne.l.ſi.contra pupillum au-
tem nulla currit.d.l.ſicut.¶ Quartò,quādo eſt ſchiſma quo
ad eccleſiam Romanam,vt in ca.cum nobis.eodem ti.quod
Direc.intelligit de tempore prælati ſchiſmatici.de elec.quia
negligentia.¶ Quintò,tempore conditionis:quia res ſub cō
ditione non præſcribitur.l.cum ñotiſsimi.§.ſed illud. C. de
præſcriptio. xxx.anno.quia nulla currit mora.¶ Sextò tem-
pore feriarum repentinarum:quia præcaueri nō poſſunt,vt
dicitur in dicto §.ſi feriæ.Septimū,quando quis abeſt reipu-
blicæ cauſa:ſed ſecundum Innocentium,in iſto caſu & pro
priè præſcriptio quidem currit,ſed reſtitutio datur quando
præſcriptio dictis temporibus eſt completa,vel parum poſt:
ſecus ſi poſt magnū tempus:quia non datur.facit l.ab hoſti-
bus.§.ſed quod ſimpliciter.ff.ex quib.cau.ma.& ſatis placet,
licet alij teneāt quòd indiſtinctè nō currit.¶ Octauò,tēpore
furiæ vel prodigalitatis,ſecundū Ioan.Andr. in addition.ad
Specul.eod.tit.¶ Nonò,tempore iacentis hæreditatis,ſi non
ſtat per hæredem quin eam capiat,ſed impeditur aliquo mo
do,ſecundum Panorm.in ca.de quarta. eo.ti.ſed do.Ant. ibi
tenet quòd currit,ſed reſtituet' ex clauſula generali. ¶ De-
10 cimò quæritur,† vtrū in præfatis caſibus ita dormiat pręſcri
ptio quòd nō ſit neceſſe petere reſtitutionem? Et dico diuer
ſam fuiſſe opinionem Legiſtarū in l.ſenatus.ff.de offi.pręſi.
& Canoniſtarum in ca.ex tranſmiſſa.eod.tit.ſed mihi placet
opinio Innoc.quòd impeditur ipſo iure,nec ſit neceſſe reſti-
tutionem petere:niſi ſolùm in tempore abſentiæ & feriarū,
aut ex ſimilitudine rationis tempus prodigalitatis.Ratio au
tem ſua quare non currit,eſt,quia tanquam odioſa,arg.cap.
vigilanti.eodem ti.non eſt laxanda. ¶ Vndecimò quæritur,
11 † vtrum currat contra eum,qui diu aliquid ſoluit ſine cauſa?
Et dico quòd non,quantuncunq; tempus defluxerit:ſed deſi
ſtere poteſt de cætero à ſolutiōe ſi cognoſcat ſe indebitè ſol
uiſſe.l.litibus C.de agri.& cenſi.& de cenſib.peruenit.xvj.q.
iij.clerici.& gl.x.q.iij.quia. ¶ Duodecimò quæritur,† quomo
12 do interrumpatur præſcriptio? Et dico quod duobus modis
ſecundum Rayn. ¶ Primò naturaliter:& hoc multis modis,
ſcilicet ſi aqua vel fluuius occupauit fundum, aut inde vio-
lenter eiectus eſt poſſeſſor, aut res eſt ei furto ſublata. ff.de
vſucap.l.naturaliter.aut ſi quocūq; modo poſſeſsionem ami
ſit,aut habuit animum deferendi.ff.de ſeruit.vrba.prædi l.ſi
ædes.§.j.& concord.Vide.adde generaliter quando deficit
vnum de ſubſtantialibus præſcriptionis. ¶ Et ſecundò inter-
rumpitur ciuiliter:& hoc multis modis ſecundum Direct.
¶ Primò per libellum principi oblatū,quod valet ſolùm in
actione annali,quæ poſt annū moueri nō poteſt,vt eſt actio
iniuriarū,& quædam aliæ.Inſtit.de perpe.& temp.act.& per
hoc perpetuatur. ¶ Secundò per litis conteſtationem, quod
locum habet in perpetuis actionibus,& coram ſuo iudice.C.
ne de ſta.defun.l.penul.imò ſecundum Rayn.valet in omni
bus actionibus:per l.fin.C.de præſcrip.xxx.vel xl.an.& idem
dic in quaſi litis cōteſtationem:extra vt lit.non conteſt.quo-
niam.vltra medium.Et hi duo modi videntur habere locum
in iudicio:quibus ſecundum Ray.additur tertius per quere-
lam iudici factam,& ſecutam rei cōuentionem:& hoc valet
in omnibus actionibus.C.vbi ſtatim.l.ſicut in rem. ¶ Tertiò
vbi litem conteſtari quis non poteſt:vel,vt alij dicunt,aliqua
cauſa impeditus rem ſuā petere non poteſt per libellū obla-
tum iudici contra abſentem,vel eum qui aliqua de cauſa cō
ueniri non poteſt,deducendo ius ſuum in querimoniam co-
ram iudice ordinario,vel etiam coram publicis perſonis.de
offic.ordi.c.paſtoralis.& de appel.ſi iuſtus.vbi etiam dicitur
quòd dicta proteſtatio,ſi iudex haberi nō poteſt,fieri poteſt
coram bonis viris:nec diſtinguitur vtrum ſint perſonæ pu-
blicæ vel nō:& hoc eſt æquius:vel etiā eo caſu proponat ad
domiciliū rei,& eſt interrupta præſcriptio.xvj.q.iij.§.poteſt.
¶ Quartò per ſacrū oraculum oblatū principi:ſi per execu-
torem poſtea conuentio ſequatur.d.l.ſicut in rem. ¶ Quintò
per ſolutionem vſurarum,ne ſcilicet currant contra credito
rem debitum non repetentem.C.de pręſcri.xxx.anno.l.cum
notiſsimi. ¶ Sextò per ſecundam cautionem factam à debi-
tore.d.l.cum notiſsimi. ¶ Septimò per denuntiationem factā
colono,vt lite non conteſt.quoniam.& ſecundum gl.Rayn.
iſta denūtiatio fit per citationem factam de parendo iuri co
ram iudice ſuper re,quā poſsidet nomine alieno. ¶ Octauò
per ſynodalem proclamationem:puta ſi ſacerdos ꝓclamet
in generali vel ꝓuinciali ſynodo quod alius ſacerdos tenet
rem eccleſiæ.extra c.ſanctorum. ¶ Quantum autem ad con
ſcientiam interrumpitur quoties quis in veritate eſt in mala
fide,licet ignoretur:aut deficit aliquid de ſubſtātialibus prę-
ſcriptionis. ¶ Tertiodecimò quæritur,† vtrum tutus præſcri 13
ptione teneatur in foro animæ reſtituere rem præſcriptā,ſi
completa præſcriptione incipit habere malam fidem,cogno
ſcendo eam fuiſſe alienam? Et dicit Sum.Roſ.& quidam alij
quòd ſecundū Theologos reſtituere tenetur.quod nūquam
legi:imò Scot.in iiij.diſt.xv.tenet contrarium Sanct.Thom.
quolib.xij.art.xxv.dicēs,ſi quis præſcribat bona fide poſsidē
do,non tenetur ad reſtitutionem,etiam ſi ſciat alienū fuiſſe
poſt præſcriptionem:quia lex poteſt aliquem ꝓ peccato &
negligentia punire in re ſua,& illā alteri dare,& concedere.
Hæc ibi.Et idem diceret omnis bonus Theologus:quia ſe-
cundū San.Tho.tenetur quis ſoluere pęnam iudicialē,id eſt,
ad quam condēnatur à iudice:vt ij.ij.q.lxij.& cōſequēter ille
cui applicatur,eā in cōſcientia poteſt retinere:& cōſequēter
licitum eſt tenere eā quam infligit legiſlator,cuiuſmodi eſt
præſcriptio,quæ inducta eſt principaliter in pœnā negligen
tium & quietē ciuitatis.Inter canoniſtas aute Ray.dicit ſim
pliciter tali cōſulendū quòd reſtituat:aliter dubitat de ſtatu
eius:ſimiliter do.Ant.in d.c.vigilanti.eo.ti.dicit ſe diſputaſſe
quòd licet nō teneatur in foro cauſarū,tamē in foro animæ
tenetur:quia ratio præſcribēdi nō eſt ſufficiēs quo ad æqui-
tatem cōtra eū qui de negligētia imputari non poteſt:aliter
etiā diſtinguit,vt refert Arch.in ij.parte ti.c.xv.ad fi.Sed cō-
trariū clamant penè omnes alij.vt glo.in d.c.vigilanti.Ioan.
Vin.Tanc.Goſ.Hoſt.Ber.Io.And.Inno.Hug. Monal. Vide.
Veruec.Gera.Io.de rip.& Lan.& Pan.in d.c.vigilanti.dicen
tes indiſtinctè quòd nō tenet' reſtituere in cōſciētia,ſi cōcur
runt omnia de iure requiſita ad præſcriptionem.Et ita indu
bitāter tenendū eſt,niſi quādo reſtitutio petitur in integrū,
& admittitur:qa iſta ſtatuerūt leges & canones tū in pœnā,
tum etiā ꝓpter bonū cōmune,cui hoc expedit ad lites diri-
mendas:propter quod bonū ſi alicui poſſunt auferre vitam,
multo magis ſubſtantiā:vnde iura faciūt hoc meū,hoc tuū.
viij diſ.quo iure.& cōditor legis aut canonis pōt mihi dare
rē alienā,& tuum ero.ff.de euic.l.Lucius.C.de quadriē.præ-
ſcrip.l.bene à Zenone:qđ intellige ex cauſa,puta in pœnam,
vel quia expedit bono cōmuni.qui verò deponere nō poteſt
conſcientiā ligantē ad cōtrariū,reſtituere tenetur ꝑ accidēs.
¶ Ad motiuum domini Ant.dico primò quidē quòd quide
negligentia imputari non pōt,habet remediū petendo reſti
tutionē ex clauſula generali:quā ſi petat ac obtineat in con-
ſcien



ſcientia reſtituendum erit:ſi verò non petit, non erit neceſ-
ſarium reſtituere,per not.ab Inno.in c.quia plerique de im-
mu.eccl. ¶ Et ſecundò dico quòd præſcriptio non inducitur
de iure canonico ſolùm in odium negligentis:ſed etiam pro
pter bonum & æquum.xvj.q.iij.§.poteſt.vnde ſecundum Bal.
in c.ſi quis per xxx.ſi de feu.con.feu. laicorum ſtatutum ne-
gans audientiam in foro ſeculari propter ęquum ſeu bonum
publicum,valet in conſcientia.nec habet locum denuntiatio
in iudicio eccleſiaſtico:puta ſi cauetur quòd non ſoluens ga
bellam iuſtam non audiatur: vel inſtrumentum non regi-
ſtratum in libro communis,præſumatur falſum.Et ſimiliter
Bar.in extraua.ad reprimendam.in verbo,denuntiationem.
de Velleiano & Macedoniano dicit quòd non valet denun-
tiatio in foro eccleſiaſtico: quia datur eis maxima æquitate
naturali. Sic à fortiori non habebit locum in præſcriptione,
quæ tam ciuili quàm canonico iure propter bonum publi-
cum inuenta eſt,& cum maxima æquitate. Ex his patet ex
parte ad quæſtionem,de qua tit.ſeq.§. vlt. ¶ Quartodecimò
quæritur,† quod remedium ei, contra quem ſine ſui negli-
gentia præſcriptio completa eſt? Et dico ſi legitimo impedi
mento detentus fuit,communiter dicunt Doc.eum poſſe pe
tere reſtitutionem in integrum vſque ad quatuor annos ſe-
quentes, qui incipiunt à die ſcientiæ poſt ceſſationem dicti
impedimenti: quia iſtud quadriennium nō currit ignoranti:
vt in c.j.de reſti.in integ.lib.vj.in verſi.ſi quis negligenter o-
miſerit.quia ignorans non negligit: vt probatur in c.ij.iun-
cto c.quia diuerſitatem.de conceſ.præb.Et hanc opinionem
tenet Io.de Lig.poſt Zenze. in cle.vna.de reſti.in integ. Et
placet mihi vt ſapiat naturam eius,in cuius loco ſubrogatur,
in c.eccleſia.vt lit.pen.quia iſtud quadriennium ſuccedit lo-
co anni vtilis,qui olim competebat:vt in l.ſi.C.de tempo.in
integ reſti.ideoq; à principio erit vtile:licet poſtea ſit conti-
nuum. ¶ Nec tamen propter prædicta præſcriptio erit inuti
lis præſcribenti:quia ſecundum Innoc.in capite, quia pleri-
que.de immuni.eccle.valet in foro conſcientiæ ad hoc quòd
non tenetur reſtituere rem præſcriptam, niſi petatur: & ſi
non petitur intra tempus debitum,iam amplius non tenebi
tur,etiam ſi petatur:niſi fuerit impeditus ex facto iudicis vel
aduerſarij:vt vult gloſſ.in cle.vnica.de reſtitu.in integ.
¶ Quintodecimò quæritur,† vtrum eccleſia præſcriptione
completa petat reſtitutionem in integrum? Et dico commu
niter teneri quòd ſic,in capite,j.eod.titul. vſque ad quatuor
annos,vt ſuprà.§.priore.& idem gloſſ.in capite,j.de reſtit.in
integrum.Ad caput autem,ſanctorum.eod.titu.dico verum
eſſe quòd ei non datur quando eccleſia contra eccleſiam
præſcribit:vt ibi. Similiter etiam in caſibus, in quibus præ-
ſcriptio dicta eſt dormire. qui tenere vellet ſecundum ali-
quorum opinionem,quòd currat,dicat quòd dabitur reſtitu
tio in integrum vſque ad quardiennium. ¶ Sextodecimò quę
ritur,† vtrum negligens agere poſsit contra eum, qui rem
ſuam alienauit, poſtquam ille, cui fuit alienata, vſucepit
rem? Et dico quòd ſic:quia alienator tenetur ſibi ex delicto:
& ſua negligentia ceſſare non fecit delictum illius: de quo
vide quod not.Barto.in l.iij.de alienat.iudi.mu.cau.facta.

### Ruſſus de Præſcriptione ij. quò ad præ-
### ſcriptibilia & præſcriptores.

1 *Præſcribi quæ res poßint.*
2 *Crimina an præſcribantur.*
3 *Præſcribi an poßit contra obedientiam.*
4 *Præſcribi à laicis non poteſt eccleſia, aut aliud ſpirituale.*
5 *Præſcribi non poteſt ius patronatus.*
6 *Præſcribi an poßit limes epiſcopatuum.*
7 *Limes cuius ſit,quando eſt diuiſibilis.*
8 *Præſcribi non poteſt liber homo.*
9 *Publicæ res ꝓſcribi nō poſsūt,ſicut nec publicæ pēſiōes.nu.10.*
11 *Principi reſeruata præſcribi non poſſunt.*
12 *Vitioſæ res præſcribi non poſſunt.*
13 *Præſcribi non poſſunt quæ lex prohibet alienari. Idem ſi te-*
*ſtator.nu.14.aut pactum. nu.15.*
16 *Precariò detenta non præſcribuntur.*
17 *Præſcribi nō poteſt res empta à ꝓdigo,luxurioſo, vel luſore.*
18 *Ignorantis res non præſcribitur.*
19 *Excommunicati res non præſcribitur.*
20 *Præſcribere an omnes poßint.*

PRAESCRIPTIO rurſus ſecundò conſideranda
eſt quantum ad eam rem quę pręſcribi,& quantum
ad eam perſonam,quæ pręſcribere poteſt. ¶ Primò
ergo quærit',† quæ res præſcribi poſsit? Et dico quòd regula 1
riter omnis res,omne ius,& omnis actio præſcribi poteſt.ex
tra eod.ad aures.C.de præſcri.xxx.vel xl.annorum.l.ſicut in
rem.Hoc tamen fallit in his,de quibus j.§.ij.& ſeq. ad deci- 2
mumnonum. ¶ Secundò quęritur,† quid de peccatis? Et dico
quòd nullo tempore pręſcribi non poſſunt de iure Canonico,
& in foro animæ: imo ea diuturnitas auget. de eo qui dux.
quam pol.cùm haberet.de ſimo.cùm in eccleſiæ.de iure au-
tem ciuili ſi peccatum eſt momentaneum, lapſus temporis
pęnam alleuiat.l.ſi diuturno tempore.ff.de pœ.& quandoq;
tollit ex toto:& idem eſt de iure Canonico quantum ad pę-
nam fori contentioſi:vnde dicunt communiter Doc.& ſequi
tur Pan.in c.cùm haberet.quòd aduerſus quodlibet crimē re
gulariter procedit præſcriptio x. annorum: vt poſt lapſum
quis nequeat accuſari.& in l.adulter.C.de adul.dicitur quòd
adulterium poſt quinquennium quis accuſare non poteſt,ni
ſi in duobus caſibus.vide gl.ibi.Et idem eſt de voto contra id
quod non præſcribitur,quin teneatur quis ad finem ſeruare.
de reg.ſicut.& ſic contra votum religionis conſuetudo non
prodeſt.de elec.cùm cauſam.de præben.cùm iam dudum.&
conſequenter præſcribi non poteſt contra ieiunia & vigilias
& tentationem pecuniarum quin obſeruandæ ſint conſtitu-
tiones,ſi à prælatis mandentur: quia hoc pertinet ad votum
profeſsionis. ¶ Tertiò quæritur,† vtrum præſcribi poſsit con 3
tra obedientiam,viſitationem,& procurationem,quæ debe
tur ratione viſitationis? Et dico quòd non.eo.tit.cùm non li
ceat.&.c.cùm ex officij.& de cenſi.cùm inſtantia. Et intelli-
ge de ſubdito,qui talia debet prælato:alius autem poteſt hu
iuſmodi præſcribere: puta abbas, vel alius prælatus contra
epiſcopum circa ſubditos eius.Et hoc caſu, ſicut dicit Inno-
centius licet ſubditus aliqualiter præſcribat,non tamen ſuo
nomine:ſed potius alterius,cui de ſubiectione reſpondet d.
cap.cùm ex officij.Et de neruo eccleſiaſticæ diſciplinæ con-
tra quem non præſcribitur: vt quòd quis poſsit celebrare
tempore interdicti pulſatis campanis alta voce.de conſue.c.
cùm inter.& de ſent.excom.alma.lib.vj.vel præſentibus ex-
communicatis aut interdictis publicè.de priuil.cap.epiſcopo
rum.libro ſexto. ¶ Quartò † non præſcribuntur etiam à lai- 4
cis eccleſia,loca religioſa,ius decimarum,primitiarum,ob-
lationum,aut alia ſpiritualia iura:quia ea poſsidere non poſ
ſunt.extra eodem.cauſam.etiam ſi mille anni tranſierint,ſe-
cundum Ioann.Andr.in capite ij.de præben. libro ſexto.Ab
eis autem, à quibus poſsideri poſſunt, bene præſcribuntur:
extra eo.ad aures. ¶ Quintò.† Nec ſimiliter à laicis præſcri-
bi poſſunt annexa ſpiritualibus:vt ius patronatus. Quod li- 5
mita quo ad laicos ſeculares: quia laici conuerſi licet non
debeant, tamen poſſunt ſpiritualia, tractare cum clericis,
& præſ

& præſcribere.Vide tex.iuncta glo.in c.ex eo. de elec.libro
vj.dicit etiam Pan.in d.c.ad aures. quòd poſſet papa conce-
dere priuilegium laicis, vt poſsiderent aliqua ſpiritualia:
quia poteſt eis dare poteſtatem excommunicandi:& ſic præ
6 ſcribere poſſent quæ poſsidere poſſent. ¶Sextò.†Non po-
teſt etiam præſcribi limes ſeu finis, vel quod adhæret limiti
epiſcopatuum,prouinciarum,vel parochiarum.extra de pa-
roc.ſuper eo.iuncta gloſſa.& xvj.q.iij.capite,licet. & capite,
inter.& ibi Panormitanus limitando dicit quòd fines, de
quibus conſtat, vel cohærentia finibus præſcribi non poſ-
ſunt:intellige quacunque præſcriptione, etiam cum titulo:
cùm text.generaliter loquatur:vbi tamen de finibus legiti-
mè non conſtat,præſcriptio valet:ſed cùm in iſtis antiquis
de facili non poſsit haberi probatio neceſſariò concludens,
admittitur præſumptiua.facit l.ſi arbiter.ff.de proba.ſecun-
dum glo.etiam in d.c.ſuper eo.non omnia cohærentia limi-
tibus ſunt impræſcriptibilia:ſed tantum cohærentia princi-
paliter: ſicut ſi prope limitem ſit ampliſsimum prædium,
non eſt totum impræſcriptibile,ſed tantum pars principali-
ter cohærens:de quo ſecundum Io.And.regula dare non po
teſt,ſed boni iudicis arbitrio erit procedendum.¶Ratio au-
tem quòd dicti limites præſcribi non poſsint,eſt ne termini
prædictorum confundantur: vt ex dictis iuribus colligitur.
Et ſimiliter ſecundum Hoſ.præſcribi non poſſunt limites di
gnitatum ſecularium,puta ducatuum,comitatuū,& huiuſ-
modi,licet quotidie principes aliena territoria vſurpent. Li
mites autem prædiorum bene præſcribi poſſunt.xvj.q.iiij.
volumus.extra eo.qa indicāte.Et ſimiliter prȩſcribi poſſunt
quæ diſtrahant à limite,puta fluuio:licet nunc propinquent
ex variatione aluei:vt de eccleſia dicit Dire.quia propter hoc
non variatur epiſcopatus.&idem Pan.vbi ſ. concludens quòd
ea quæ ſunt infra limites limitibus nō cohærentia, præſcri-
bi poſſunt.quod ſatis probat d.c.per locū à ſpeciali:quia pro
hibito vno,reliquū videtur eſſe cōceſſum.de præſum.nōne.
& ſecundum eum vnus epiſcopus præſcribere poteſt epiſco
palia vel parochialia iura in eccleſijs diœceſis alterius cum
titulo,vel per tantū tempus,de cuius initio nō eſt memoria.
Vnde epiſcopus Feſulanus in ciuitate Florentia habet eccle
ſiam vnam ſibi ſubiectam cum toto populo eius. Et facit c.
cùm olim.&.c.auditis.eo.ti.vbi abbas præcripſit contra epi-
ſcopū omnia iura epiſcopalia in certis eccleſijs.Et per hoc
dico quòd remanentibus ſimilibus poteſt præſcribi etiam
certa pars diœceſis.¶Septimò quęritur,†cuius ſit limes ſi ſit
7 diuiſibilis,aut quæ in eo ſunt?Et dico quòd cùm limes diui-
dat fines,neceſſariò in ſe eſt indiuiſibilis: quia philoſophicè
ſemper diuiſibile per indiuiſibile diuiditur: vt patet in corpo
re,ſuperficie,linea,&puncto.vnde ridiculum eſt dicere quòd
ager Petri non incipiat vbi finit ager Martini conuicinus &
confinis.ſecundum nos tamen aliquando limes eſt quid diui
ſibile,puta fluuius. Et ideo dicitur à Canoniſtis ſub diſiun-
ctione quòd limes eſt longitudo ſeu latitudo ſpatium à ſpa-
tio diſtinguens:in quo aliquando nihil poteſt conſiſtere:vt
quando eſt valde ſtrictus:vt qn̄ lapis pro limite ponitur:ſed
in epiſcopatibus& prouincijs nō fit ita ſtrictè:ſed aſsignatur
quandoq; pro limite flumen aut mons:&tunc eſt dubium cu
ius ſit limes,vel quod in eo extruitur. Et dicit Pan.ſecundū
opinionem,quæ ſibi verior apparet,quòd per longitudinem
&latitudinem epiſcopatuum limes cenſetur ipſo facto diui-
ſus:intellige quia ſecundum ſe terminantur fines ad lineam
diuidentem talem limitem per medium:licet, inquit, actu
per hominem non ſit diuiſus.Pro quo tex.bonus in §.inſula.
Inſtitu.de re.diuiſ.vbi inſula nata in flumine diſtinguente a-
gros pertinet ad proprietatem vtriuſq; domini, prout acce-
dit ad dictos agros:& ſi magis accedit ad alterum, eſt illius
domini tantum:vt ſ.Inuenta.§.v.Si autem res eſt indiuiſibi-
lis,vt eccleſia ibi extructa, vterq; epiſcoporum habebit ibi
iuriſdictionem pro indiuiſo: & pariter habebunt ibi commo
da.Et hoc tene:licet alij aliter ſentiant.facit l.arbor.ff.com-
muni diui.vbi arbor nata in confinibus eſt vtriuſq; domini.
¶Octauò†etiam dico quòd præſcribi non poteſt liber ho- 8
mo.xvj.q.iiij.§.poteſt. ¶Nonò.†Nec res publicæ quæ ſunt 9
in vſu:intellige, id eſt,ſemel deputatæ ad vſum populi Ro-
mani vel aliarum ciuitatum:vt viæ,plateæ,pontes, & huiuſ-
modi.& intellige nec in toto,nec in parte.ff.de vſuc.l.vſuca-
pionem.C.de ope.pub.l.præſcriptio.& C.de aquædu. l.dili-
genter.etiam ſi is populus non vtatur.ff. de via pub.l.viam.
¶Decimò.†Nec publicæ functiones:id eſt,penſiones agro- 10
rum,ſiue ciuilis canon,qui ſcilicet ſolui debet reipublicę pro
agris.d.§.poteſt.ſimiliter nec poſſeſsiones agrorum à colo-
no.C.de præſcri.xxx.vel xl.ann.l.malè agitur. ¶Vndecimò.
†Nec reſeruata principi in ſignum ſubiectionis:vt tributum 11
& ſimilia.l.competit ſerenitas noſtra.C.de prȩſcri.xxx.an.&
facit quod nota.in c.cùm non liceat.extra eo.¶Duodecimò.
†Nec res vitioſæ,aut quæ naſcuntur ex eis,præſcribi poſſunt 12
longo tempore:Inſti.de vſuc.§.quod autem.& §.furtiuæ.Et
intellige quòd nec præſcribuntur nec vſucapiuntur,nec à pri
mo iniuſtè poſsidente,nec à quocunq; alio,quamuis à primo
bona fide emerit,vel aliter acceperit. Dicitur autem res vi-
tioſa,ſi ſit furtiuè aut vi poſſeſſa. Vbi dicit glo.in verbo,lon-
go tempore,ſcilicet triennij vel decennij,aut xx.an.ſed xxx.
vel xl.annorum poſſent.C.de præſcri.xxx.an.l.&omnis.C.de
an.excep.l.j.ad hoc.Et in verbo,vi poſſeſſa,dicit,id eſt,vi ex-
pulſiua,non compulſiua.& idem Bart.in l.ſi vi vel metu. C.
de his quæ vi met.vide ibi.Et ſic patet quòd breuiarium em
ptum à fure &poſſeſſum.xxix.annis,tenetur emptor reſtitue
re,ſi ſuperueniat mala fides:quia res furtiua non niſi xxx.an.
præſcribi poteſt.¶Tertiodecimò.†Nec,res quam lex aut ca 13
non prohibet alienare:in quo tamen,ſecundum Pan.in cap.
cùm non liceat.eo.ti.ſic diſtingue.¶Aut enim lex prohibet
alienationem,quia eius rei non eſt commercium nec poſſeſ
ſio,vt in rebus ſacris,ſpiritualibus,& religioſis reſpectu lai-
corum:& ſic præſcriptio non valet.¶Aut prohibet alienatio
nem ſimpliciter fauore ipſius rei, vt in fundo dotali: & ſic
præſcriptio non poteſt inchoari.l.ſi fundum.ff.de fun.do.&
glo.ac Bart.in l.ij.C.de vſuc.pro emp.ſi erat inchoata ante-
quam eſſet dotalis fundus,vel huiuſmodi,non impeditur vſu
capio.tex.eſt in d.l.ſi fundum.Et idem dicendum quando res
peruenit ad perſonam priuilegiatam,contra quam prȩſcribi
non poteſt:vt no.Io.And.in c.vnico.de iure patro. lib.ſexto.
quod intellige ſi ignorat prohibitionem iuris probabiliter,
aliter non. ¶Aduertendum eſt tamen quòd ſecus erit de pu
pillo alteri ſuccedente,contra quem durante pupillari ætate
præſcriptio non currit,licet ante fuiſſet incœpta: ſed diffe-
retur vſque poſt pupillarem ætatem.l.ſicut.C.de præſcript.
xxx.annorum.¶Aut lex prohibet alienationem non ſimpli-
citer,ſed ſub certa ſolennitate,vt in rebus minorum & eccle
ſiæ:&tunc data bona fide& excluſo errore iuris præſcriptio
currit ſi habet alia comitantia:puta emi à minore,quem cre
debā maiorem,vel rem à prælato, ſed putabam capitulum
conſenſiſſe,& huiuſmodi. Secus ſi errabam in iure credens
quòd prælatus ſine capitulo poſſet, vel minor ſine decreto.
Et ſic intellige glo in cap.ij.de his quæ fi.à præla. & textus
iuncta gl.in cap.j.de re.ecc.non alie.lib.vj.¶Quartodecimò
†Nec res quam prohibuit alienari defunctus:quia idem eſt 14
ſicut de prohibita alienari per legem, ſcilicet quòd vſucapi
non poteſt text.eſt in dict.l.ij.& ibi gloſſ.& Bartol.quod in-
tellige



telligé quando prohibitio fit ex cauſa per teſtatorem: quia
ſine cauſa non valet,vt legitur& no.in l.filius.§.diu.ff.de leg.
j.& ibi plenè per Bart.¶Quintodecimò.†Nec res prohibita
alienari per pactum:puta cùm res obligatur:& obligans ap
ponit pactum quòd interim non alienetur: & impeditur
tranſlatio dominij:vt in l.ſi creditor.§.vl.ff.de diſtr.pig.quia
non currit præſcriptio:vt no.Bar.in l.vbi lex.ff.de vſuc.Pan.
tamen in d.c.cùm non liceat.tenet quòd currat:& credo ve-
rius ſi alius à prædictis contrahentibus præſcribat.¶Sexto-
decimò.†Nec res,quę tenetur precario nomine:quia non ip
ſe tenens,ſed dominus poſsidet.l.certè.§.is qui rogauit.ff.de
preca.Et idem eadem ratione de colono, vt dictū eſt.C.de
præſcri.xxx.an.l.male agitur.Et idem de poſsidente nomine
alieno eadem ratione.de reſt.ſpol.cùm veniſſent.Et idem de
eo,cui traditum eſt pignus &de vſufru.quia cenſentur in ma
la fide.dicit tamen Pan.in d.c.cùm non liceat.quòd emens à
colono bona fide præſcribit:ſed dominus,ſi ignorauit,petit
reſtitutionem in integrum ex cauſa generali.l.j.ff. ex quib.
cauſ.maio.ſcilicet ſecundum Spec.eo.tit.& glo.in l.cùm ne
mo.C.de acqui.poſ.& placet,per ea quæ dicam: licet Bar.in
l.cùm ſolus.ff.de vſucapio.aliter ſentiat.¶Decimoſeptimò.
†Nec res empta à prodigo aut luxurioſo vel luſore alienan
te,diſtinguendo cum Pan.in c.ſi diligenti.eo.tit.¶Aut enim
talibus eſt interdicta adminiſtratio:& non valet contractus:
nec infertur vſucapiendi conditio.l.qui fundum.§.qui ſciens.
ff.pro emptore.¶Aut non eſt interdicta:& tunc aut ignora-
bat quòd in malum vſum volebat pretium conſumere: &
poteſt vſucapere, quia eſt bonæ fidei: vt l. ſi quis cùm ſci-
ret.ff.pro emp.Aut hoc ſciebat: & ſic non poteſt vſucapere:
vt in d.l.ſi quis cùm ſciret.& eſt tex.in l.ſi verò non remune-
randi cauſa.§.ſi adoleſcens.ff.manda.Nec obſt.l.affectionis.
de do.quia intelligo ante factum non valere in iſta lege,ſed
poſt factum fornicationis valeret ſoluendo.Hanc deciſionē
poſuit Bar.in l.ſi quis cùm ſciret.&ſecundum hāc limitarem
l.ſi.ff.de alea.vbi valet contractus alienationis factus alteri
à colluſore:ſcilicet quando nō putabat pretium in ludo vel-
le conſumere: aliàs talis emptor præſcribere non poterit.
Et multo minus valet contractus factus in ludo cum collu-
ſore: vnde nec tenet venditio,nec locum habet euictio,cum
ſimul delinquat,l.ſi.§.j.ff.qua re.ac.non da.& conſequenter
cùm adſit mala fides,& contractus ſit prohibitus à iure,non
poterit præſcribere.¶Decimooctauò.†Nec res ignorantis,
vt tenet do.Pet.de Peru.trac.de cano.por.alleg.l.cùm ſex.ff.
de ædil.edic.& concor.gl.ibi. Vnde concludit quòd quando
quis ignorat actu & habitu ius ſibi competere: puta quia
ignorabat legatum ſibi factum, ex quo reſultat ſibi ius a-
gendi,non currit præſcriptio, nec ſimiliter currit quando
ignorat actu,ſed non habitu:puta collator ſcit ſe habere ius
conferendi beneficium:ſed ignorat factum, ex quo reſultat
ſibi ius agendi,ſcilicet actum vacationis.de conceſ.prȩb.quia
diuerſitatem.de ſup.neg.præla.literas.Pan.tamen in d.c.vi-
gilanti.dicit quòd contra ignorantem & abſentem currit
præſcriptio,niſi poſsideat ciuiliter:quo caſu non currit:vt in
l.male agitur.C.de præſcri.xxx.an.Ex quo infert quòd ſi me
abſente aut ignorante ingreditur quis poſſeſsionem meam,
non incipit tunc præſcriptio,licet fuerit ingreſſus bona fide:
quia per hunc ingreſſum non perdit poſſeſsionem. l. ſi id
quod.ff.de acquir.poſ.ſed antequam incipiat præſcribere,o-
portet prius perdam poſſeſsionem: puta, quia ſciens alium
ingreſſum ſuſpicer me poſſe repelli:vel tradidi obliuioni,&
eam neglexi per decennium:vt in d.l.ſi id quod.&ab eo tem
pore incipit currere præſcriptio,& non prius,vt no.Dy.in re
gula,ſine poſſeſsione.& ſentit glo.& apertius Bar.in l.j.C.de
ſerui.Adde tamen quòd licet contra ignorantem præſcri-
ptio currat:tamen ſi ignorantia fuit ex iuſta cauſa vel pro-
babili,tunc ſubuenitur.ar.c.cùm illorum.de ſen.exc.quę ſub
uentio erit,quia reſtituetur in integrum,voluit Bar.in l.j.§.
ſi quis autem.ff.de iti.act.priua.& facit gl.in l.j. C. de pa.po.
&tex.in l.ante pe.ff.de acqui.hære.Sed mihi placet magis o-
pinio Petr.vbi ignorantia non fuerit craſſa vel ſupina: quia
præſcriptio principaliter inducta eſt in pœnam negligentię:
Incorparalia tamen non poſſent quaſi poſsideri niſi eo ſci-
ente qui prius poſsidebat:tamen data eius ignorantia præ-
ſcribi nequeunt.l.ij.C.de ſeruit.&aqua.& no.Inno.in c.bonę.
el ij.de poſtu.præl.¶Decimonò.†Nec res excommunicati, 19
vt dicit Pan.in c.j.eo.ti.cùm ſit impeditus à lege.l.ſi.in ſi.C.
de anna exce.quod limita verum in eo, qui non eſt in mora
petendæ abſolutionis,aliàs ſecus: quia impedimentum ori-
tur ex culpa ſua.¶Viceſimò quęritur,†vtrum poſsint omnes
præſcribere?Et dicit Dire.quòd ſic, omnes qui ſuo nomine
poſſunt poſsidere:non autem qui alieno,extra eo. ſi diligen 20
ti:vnde prȩſcribere nō poteſt poſsidens precario.x.q iij.quia
cognouimus..& hoc quocunq; tempore.xvj.q.iij.clerici.nec
colonus.d.c.clerici.nec vſufructuarius. Inſtit.per quas perſ.
nob.acquir.§.fructuarius.nec creditor reſpectu pignoris.C.
de pig.act.l.nec creditores.quia iſti non poſsident:ſed hi quo
rum nomine poſsident.de reſti.ſpol.cùm veniſſet. Igitur ſi
poſt centum annos probare poſſes initium poſſeſsionis, id
eſt,quòd tuo nomine poſſeſſum ſit:nulla præſcriptio obſta-
bit,d.c.clerici.nec poſsidens alieno nomine alij poſtea tradi
derit poſſeſsionem.ff.de acquiren.poſſ. l.poſsideri.§.quod ſi
ſeruus.quia is cui tradidit,præſcribere poſſet.Hæc no.Ioan.
And.dicto capite,clerici.& Bern. extra eod.cùm non liceat.

**PRAESVMPTIO** dupliciter dicitur. Primò ſecun-
dum quòd homo exiſtimat magna de ſe.de qua ſ̃. Su-
perbia.Secundò ſecundum quod iudicat circa alia à ſe:
& hæc eſt triplex.¶Prima eſt iuris tantum: vt quando ius ſu
per dubio & veriſimili præſumit aliquid.¶Secunda eſt iuris
& de iure:vt quando ius ſuper aliquo præſumit:&vlterius di
ſponit ita eſſe:nec poſſe contrarium probari.Et de his habes
in glo.in c.is qui.de ſpon.& ibi Pan. Quomodo autem à fi-
ctione differat hæc ſecunda præſumptio,ſ.Fictio & in glo.l.
vnica.in §.accidit.C.de rei vxor.act.Et ſic contra fictionem
iuris probari non poteſt:quia lex omnino intendit contra ve
ritatem fingere:puta mulierem eſſe ſtipulatam dotem ſibi
reddi,cùm non ſit.glo.eſt in d.l.vnica.& in l.à diuo Pio.§.pi-
gnora.ff.de re iudi.Sed præſumptio iuris & non de iure ali-
quando admittit probationem:vt no.in cap. is qui fidem.de
ſpon.& in auth.ſed iam neceſſe.C.de do.an.nup.& hoc indi-
rectè:vt eſt glo.in cle.vna.de proba. ¶Tertia eſt præſum-
ptio hominis.Et hæc eſt triplex.¶Prima,violentia,de qua ſ.
Iudicium.§ iij.dictum eſt quòd ex ea procedi poteſt ad con-
demnationem,nedum ad credulitatem.quod Sum.Ang.hic
limitat,niſi in delicto,maximè graui.quod per eam non pro
batur:quia in crimine debent ſecundum iura eſſe probatio-
nes lumine clariores.Sed dico quòd hoc verum eſt quantum
ad teſtes:non autem quaſi ipſum factum aliter conſtet iudi-
ci:vnde quando præſumptio eſt vrgentiſsima & indubitata,
poteſt quis puniri criminaliter.l.ſciant cuncti. C. de proba.
quod videtur ſentire Pan.in c.excommunicamus.§. creden-
tes.de hære.Io.And.in addi.Spe.in titu.de proba.§. fin.verſi.
iij.Bal.in d.l.ſciant.in c.j.§.furtum.de pace iur.fir.& in c.pri-
mo.qui ſuc.tene.vbi dicit valere ſtatutum quòd ex contu-
macia non aliter probato delicto quis condemnetur ad
mortem.alle.Io.Andr.in cap.veritatis.de dolo & contuma-
cia.Spe.in tit.de fideiuſ.§.j.verſi.ſed pone. & Rom.in l.lege

Cornelia.ff.ad Sill. Quod autem aliquando Doctores dicunt non eſſe procedendùm in grauibus criminibus per coniecturas, intelligitur probabiles tantum. ¶ Secunda eſt probabilis faciens ſemiplenam probationem: de qua dictum eſt ibi, quòd ſi quis ſit infamatus, inducit purgationem Canonicam.de purgatio.can.ſi quis de gradu.& aliquando cum vno teſte, vel iuramento facit plenam probationem.de præſum. illud. Et ex hoc dicit Sum.Ang. licitum eſſe procedere ad credendum malum quod videtur: ſed ex ea iudicare malum quod non videtur eſt mortale: quod non bene dicitur: tum quia quod videtur, non iudicatur ex præſumptione, ſed ex ſcientia: tum quia ex probabilibus ſapientes iudicant: & ſic non eſt mortale. Vnde Archiep. ſecunda parte, tit.iij.c.viij.dicit quòd cùm quis habet ſigna ſatis vrgentia ſeu probabilia malitiæ alterius: vt quia eſt malæ famæ, deprehenſus pluries in tali vitio, loquitur ſuſpectus cum ſuſpecta in loco & tempore ſuſpecto, non eſſet mortale iudicare. Hęc ille. ¶ Tertia eſt leuis & temeraria. de qua vide ſuprà, Iudicium.§. tertio.

PRAEVENTIO eſt præoccupatio actus iudicialis: ſicut ſi idem poteſt iudicari à duobus, & vnus alium præuenit. vnde habet locum vbi eſt paritas iuriſdictionum & iudicum.l.ſi pluribus.ff.de legat.j.& de offic.præſid.l.j.

¶ PRIMAS, vide ſuprà Patriarcha.

¶ PRIMITIAE, vide ſuprà, Decimæ.in princip.§.j.

PRINCEPS in ſpiritualibus dicitur papa, interdum etiam epiſcopus.de maio.& obed.ſi quis vel alius iudex eccleſiaſticus.xvij.q.iiij.diffinit.in fin. in temporalibus autem Imperator. Qui etiam regit ciuitatem, habetur loco principis, vt not.glo.& Cy.in fin.C.de præſcri.longi tempo. & Bart.in l.hoſtes.ff.de cap. Vnde ſicut ſcientia principis ſupplet defectum cuiuſlibet ſolennitatis: vt dicit Bald. in l.nullius.C.ad l.Iuliam maie. & quod no.Inno.in c.cùm oporteat.de accuſa.ſic ſi fiat aliquid de licentia aut conſcientia regentis ciuitatem: quod in temporalibus eſt verum. Non poteſt autem princeps alicui ſuam rem auferre & dare alteri ſine cauſa: vt communiter tenetur. de quo vide ix.q.iij.per principalem.& C.ſi contr.ius vel publi.vti. Vtrum autem obligetur ex ſuo contractu, ſunt opiniones in l.digna vox.C.de legib. tamen Bal.de vſi.feu.in rubr.de natura feu.tenet quòd ſic: vnde ſi inueſtiuit aliquem de baronia vel caſtro, non poteſt eum priuare ſine culpa vel cauſa, nec ſucceſſores in imperio, vel regno: vt de iudi.nouit. Nec obſtat quòd habet plenitudinem poteſtatis: quia Deus ſubiecit quidem ei leges, ſed non contractus, ex quibus obligatus eſt.

## De Priuilegijs

1 *Priuilegium quid, & quot ſint ſpecies.*
2 *Priuilegium quis poſſit concedere.*
3 *Priuilegium à quo & quomodo interpretandum.*
4 *Priuilegium ſolum continens ius commune quid operetur.*
5 *Priuilegium conceſſum patri an tranſeat in filios.*
6 *Priuilegiati ſocius an gaudeat eodem priuilegio.*
7 *Familiarium priuilegio an gaudeant qui impetrant à cardinalibus literas familiaritatis.*
8 *Priuilegiatus non vtens, an gaudeat priuilegio.*
9 *Priuilegium eius qui factus eſt ciuis eo pacto quòd collectas & munera non ſoluat, an ſit ſeruandum.*
10 *Priuilegium quibus modis inualidetur.*
11 *Priuilegium an amittatur per vnum actum contrarium.*
12 *Priuilegium rei conceſſum an pereat deſtructa re.*
13 *Priuilegium qualiter ſit exhibendum.*
14 *Priuilegium apoſtolicum an neceſſariò requirat ſcriptum & bullam.*
15 *Priuilegium apoſtolicum quomodo dicatur falſum.*
16 *Priuilegium apoſtolicum quando incipiat.*

PRIVILEGIVM, † dictum quaſi priuata lex, diſtin. iij. priuilegia. eſt priuatum ius indultum à principe contra ius commune.de verbo.ſignifi.c.abbate, extra eo.in his. vbi verò aliquid conceditur, quod ſit præter ius cōmune ſine præiudicio alicuius, non eſt propriè priuilegium, ſed beneficium: vt not. Panormita.in cap.olim.de verborum ſignificatione. ¶ Et priuilegiorum alia ſunt à Deo conceſſa: vt Gregorio orare pro Traiano, & Martino pro eo qui ſe ſuſpenderat: & Oſee accedere ad vxorem fornicariam: & generaliter omnis inſpiratio Spiritus ſancti contra ius commune, quam qui habet, non eſt quo ad hoc ſub lege, ſcilicet communi.xix.quæſt.ij.duæ ſunt leges. quæ tamen lex communis nullo modo eſt dimittenda: niſi quis ſit omnino certus de prædicta priuata, vt erant ſancti.xxiiij.q.iij.transferunt. quia ſcilicet ipſe ſatanas transfigurat ſe in angelum lucis. Quædam verò conceſſa ſunt ab hominibus. & de his intendimus. 1

¶ Primò verò quæritur, quot ſunt ſpecies priuilegiorum? Et dico quòd ſunt quatuor in genere: tres ſimplices, & vna miſta. Quoddam enim dicitur reale: vt quod eſt eccleſiæ, dignitati, ciuitati, vel loco, aut perſonis ratione loci, vel alicui rei conceditur. extra eodem. cùm olim. & capite, ſequen. Reale.

¶ Quoddam eſt corporale purè, quod ſcilicet conceditur corpori, id eſt, vniuerſitati vel collegio, quo ſolùm cōmunitas, & non ſingulares perſonæ poſſunt ſe iuuare. ſicut dicitur xij.quæſtio.j.qui manumittitur. quod ideo corporale dicitur quia cum corpore, id eſt, collegio perit. Quoddam verò eſt perſonale, conceſſum perſonæ: & eſt duplex. vnum ſcilicet perſonale merè, id eſt, ſingulariter: vt quod alicui vel aliquibus perſonis conceditur certis & proprijs nominibus expreſſis.de offi.lega.volentes.& tale non egreditur perſonam cui conceditur, niſi hoc exprimatur.de conceſ.præben.conſtitutus.& ſi conceditur obtentu dignitatis, non vtitur quis eo, ſi aliam dignitatem adipiſcatur.de poſtu.præla.bonæ.§.fin.& extinguitur cum perſona: imò aliquando antè: vt cùm eo abutitur: & ſequitur perſonā, ſi ſit cōceſſum cū determinatione loci vel temporis: quia extra illa eam non ſequitur: vt priuilegium vſus pallij.de autho.& vſu pal.capit.ex tuarum. Aliud verò eſt perſonale communiter, quod conceditur perſonis non expreſsis proprijs nominibus: vt priuilegium minorum annis.xx.ff.de minorib.l.prima.per totum. ¶ Quoddam verò eſt ſingulariter perſonale, & communiter corporale: vt quod vniuerſitati aut collegio alicui conceditur, ſic quòd quilibet ſingulariter de illa vniuerſitate ſe poſſit eo iuuare, & etiam ipſa vniuerſitas.de ſententia excommunicat. capite, contingit. cuiuſmodi ſunt priuilegia conceſſa Prædicatoribus & Minoribus. Corporale.

¶ Secundò quæritur, † quis poſſit priuilegium concedere? Et dico quòd quicunque poteſt, & in quibus poteſt legem facere, poteſt etiam priuilegium indulgere, ſecundum Hoſti.& omnes, vt papa quandoque in temporalibus: vt notatur in c. per venerabilem. qui fil.ſint legi. pura in terris ſuæ temporalis iuriſdictionis, vel quando iuriſdictio ad eum deuoluetur. Imò dico quòd ſemper, niſi præiudicaret iniuſtè dominis temporalibus, iuxta dicta ſuprà Lex.§.iiij & ſuprà Papa.§.xj. in ſpiritualibus autem ſemper poteſt. licet ſecundum Bern. nunquam conſueuerit aliquem priuilegiare contra ſe. argu. de præſcri.cùm ex off cij. quod eſt contra fingentes ſe habere priuilegia iudicandi de reſcriptis papæ, & quod ſecundum illa non ſit ſine eorum approbatione procedendum, & huiuſmodi. Concedere etiam poteſt priuilegium Imperator in temporalibus, ſed nunquam in ſpiritualibus: quia de eis nihil poteſt ſtatuere. xcvj.di.bene quidem. Et ſimiliter concedere poteſt epiſcopus.de reli.domi.cōſtitutus.de cenſ. cum venerabilis. dumtamen facit de voluntate ſui capituli. de iure patron.paſtoralis.de exceſ.prælat.ſicut vnire. Et multo fortius patriarcha: de cleri.nō reſi.cum ad hoc. quis autem concedere poſsit priuilegium immunitatis talliarum, & onerum, infrà §.nono. 2

¶ Tertiò quæritur, † à quo & quomodo priuilegium ſit interpretandum? Et dico quòd ſecūdum Hoſtien. ſi verba ſunt obſcura vel ambigua, eius eſt interpretari cuius & condere, & interim negotium ſuſpendetur.de ſentē. excōmuni.inter alia.& de iudi.cum veniſſent. Si verò nō ſunt obſcura vel ambigua, debet tenor cōſiderari diligēter. extra eo.porro.&.c.recepimus.& potius intētioni quàm verbis intendendum eſt.j.quæſt.j.Marcion.xxxviij.diſt. ſedulo.de verborum ſigni.intelligentia.&.c.in his.& quātum fieri poteſt, largiſsimè interpretandum eſt.de donati.cum dilectus.ff.de conſti.princ.l.beneficia. niſi præiudicet iuri alieno: quia tunc reducitur ad ius commune.de conſue.cum dilectus.§.penul. & fin. dumtamen aliquid operetur. Concor. Innocen. Bern.& Goſf. ¶ Sed quia illud, quod de latiſsima interpretatione dictum eſt, videtur euerti per ca.cum dilectus.de conſuet.iuncta glo. vbi ea quæ repugnāt iuri cōmuni ad illud, quantum eſt poſsibile, reducendum eſt: ideo limitādo illud dictum, ſic diſtinguo. ¶ Nam ſi ſit priuilegium propriè, id eſt, cōtra ius, debemus interpretari ſtrictè vt minus derogetur iuri cōmuni quàm ſit poſsibile.d.c.cū dilectus. Vnde diſpenſatio cum illegitimo ad ordines, intelligitur de minoribus tantùm: vt [illegible] Ordo.§.ij. Imò ſi nō exprimitur cauſa cōceſsionis, aut ſi dicit ex certa ſcientia vel motu, non præſumitur de voluntate principis.l.j.C.de peti.bo.quinimò per importunitatem extortum.l.j.C.de fun.limi.& vult Bal.in cap. licet cauſam. de proba. quòd ponatur ſimul ex certa ſcientia & motu proprio. Et idem dic in reſcripto quod tollit ius tertij: & in priuilegio ad beneficia.de pręben.quanuis.lib.vj. ¶ Et hæc limitatio nimò, niſi cōſuetudo aliter interpretetur: vt not.in ca.quod [illegible] dilectio.de conſang.& affi.& ſecundò, niſi verba aliud exprimant: quia ab eorum propria ſignificatione non recedimus, niſi de mente aliter conſtet: vt no.in cap.olim.& in c.in his. de verb.ſigni. Aduertendum eſt tamē hic ſecundū Pan.in c. [illegible] ad hęc.de cle.nō reſi. quòd ſi priuilegiū enormiter lędit eccleſiā vel alium, nōn valet, niſi fiat mentio de hac enormi læſione: quia in dubio non præſumitur princeps condere aliquid cū alterius graui diſpendio.l.quoties.C.de preci. Impe. [illegible] & de deci.ſuggeſtum.& in l.ij.§ ſi quis à principe. ff.ne [illegible] in lo.pu.& conſequēter taciturnitas inducit ſurreptionem. de reſcri.poſtulaſti. Vnde priuilegium immunitatis ab oneribus perſonalibus alicui à principe conceſſum non liberat eum ab alijs oneribus: quæ poteſt breuiter & leuiter expedire: vt eſt caſus in l.decurio fortunā.C.de decuri. ¶ Si verò accipiamus priuilegiū largè, pro omni ſcilicet conceſsione, quæ eſt pręter ius: ſic priuilegiū principis eſt latiſsimè interpretandū in præiudiciū ipſius cōdentis: ſed ſtrictè in præiudicium aliorum.de priui.quia circa.in vltima gloſ.& per Inn. in c.olim.de verbo.ſigni. ſi etiam ſit cōceſſum cauſa pietatis [illegible] Panor.in c.cum dicat.de eccl.ædi. In dubio tamen debet potius interpretari vt aliquid valeat.de verborum ſignif. [illegible] & l.quoties.ff.de verb.oblig. niſi præiudicet iuri diuino vel libertati ſpiritus: vt not. Panormita.in cap.licet.de re [illegible] Cum autem priuilegiū vel gratia cōceſſa perſonæ ſimpliciter loquitur, debet intelligi ſecundum cōditionem perſonæ. l.ſi quis filio.§.irritum.ff.de iniuſt.teſt.xvj. quæſt.j.pla[illegible] ſic viue.& l.plenū.§.ij.ff.de vſu & habit. Vnde dicit Bal.in l.ex militari.ff.de teſt.milit. quòd priuilegium conceſſum epiſcopo de celebrando tempore interdicti videtur cōceſſum vt celebrare poſsit in pontificalibus ſecūdum qualitatem ſuā. De his dominus Bap.de Fliſco in quodam opuſculo ſuo ſic dicit: Quantū ad interpretationem priuilegiorū. 3

¶ Prima concluſio. Interpretatio priuilegij regulariter fit ſtrictiſsimè.c.priuilegia.iij.di.Io.Andr.& Butr. in c.olim.de verb.ſig. ¶ Secūda concluſio. Vbi priuilegiū non priuat legē communem, ſed priuatam, puta cōſuetudinē vel ſtatutum, & reducit legē priuatā ad ius commune: tunc debet latè interpretari. tex.eſt in c.olim.de verb.ſigni.& ibi per Io.Andr. ¶ Tertia concluſio. Non debet priuilegium adeo ſtrictè interpretari, vt nihil operetur. Fel.in c.j.de reſcrip.& in c.cauſam.eodem titu.colum.ix. ¶ Quarta concluſio. Priuilegium quod ſapit beneficiū, latiſsimè interpretatur. Io.And.& But. in c.olim.de verborum ſignifi.per l.beneficium.ff.de conſti. prin. limita hæc tamen, niſi eſſet beneficiū ambitioſum: puta diſpēſatio ſuper pluralitate beneficij: qa tūc ſtrictè interpretatur: imò & domi.in capi.licet de tranſla.epiſco. Abb.in ca.Rodulphus.de reſcrip. ¶ Quinta concluſio. Verba priuilegij papæ ſunt interpretanda ſecundum canones, non ſecundum leges. Bald.in l.ſi quando.la j.C.de bo.va.lib.x. ¶ Sexta concluſio. Priuilegium generaliter indultū non includit caſum cōtra Rempublicam: & ſi includeret, non valeret. Bald. in l.iubemus.C.de ſacroſanct.eccle.per illum tex. ¶ Septima concluſio. Priuilegia ſunt interpretanda ſecundum qualitatem perſonæ. Bar.in l.ex militari.per illum tex.ff.de milita. teſta.

¶ Quartò quæritur, † vtrum priuilegium continens ius cōmune aliquid proſit vel operetur? Et ſecūdū Hoſt. dico quod tale priuilegiū aliquādo datur.de procu.quia in cauſis.& nō fruſtra, ſed multis ex cauſis. Primò, quia magis ſolet timeri quod ſpecialiter cauetur quàm quod generaliter.xxiij.diſt. c.quāquā. Secundò, quia multi ſciunt talia priuilegia ignorantes iura cōmunia. Tertiò, quia cùm plerūq; malè iura ſeruentur, per priuilegia innouātur.de treug.& pa.c.ij. 4

¶ Quintò quæritur, † vtrum priuilegium conceſſum patri trāſeat in filios? Et dicit Panormit.in cap.licet.de cenſib. poſt Cy.in l. ſecunda.C.de epiſc.& cle. quòd priuilegium quandoq; cōceditur ratione dignitatis innatæ: quādoq; reſpectu officij ſiue profeſsiōis: quādoq; reſpectu neceſsitatis. ¶ Primo caſu tranſit in filios: vt in l.fœminæ.ff.de ſena. nā ſi pater nobilitatur ratiōe dignitatis, hoc priuilegiū trāſit in filios: de quo dic vt no.in l.j.C.de digni.lib.xij.& in d.l.fœminæ.& ibi gloſſ. dat exemplum de vxore, quæ coruſcat radijs mariti, donec ad ſecunda vota trāſierit: vt ſi efficiatur vxor ſenatoris, efficitur nobilis, licet prius eſſet ignobilis: & multò fortius filij nobilitātur ex nobilitate patris. ¶ Secundo autem caſu tranſit in filios legitimos patre viuente. ¶ Sed in tertio, non tranſit in filios, etiam patre viuente, ſecundum glo.in dicto ca.licet & exemplū eſt in tex.de cæco, qui nō tenetur ad collectas ſeu munera pſonalia nec extraordinaria, ſecus ordinaria. Vide ibi etiā Lud.de Ro.in ſuis ſingula. qui dicit quòd ciuitas cōceſſa vni, nō trāſit ad hæredes, ſi ſit variabilis: tranſit verò ſi ſit inuariabilis.l libertus.§.patris.ad munici. Immunitas etiā conceſſa tibi & filijs tuis, intelligitur vt etiam filij habeāt illam viuente patre, vt no.Bart.in l.Gallus.§.quidam rectè.de lib. & poſth. Si etiam cōcedo tibi ius hauriendi aquam, aut portandi ad fundum, vel vbi vis, ſecundum Ludo.de Roma. hæc ſeruitus non tranſit ad hæredes, quia eſt quid perſonale, & non reale, de quo vide tex.vnicum in l.penulti.ff.de ſeruitu. prædio. cuius contrarium Baldus dicit ſe reſpondiſſe, antequam illum videret. 5

¶ Sextò quæritur, † vtrū priuilegiati ſocius gaudeat eodem priuilegio? Et dicit Panor.in cap.quàm 6

ſit.de iudi.quòd ſic.quando priuilegium eſſet inutile priuile
giato,ſi ſocij nõ gauderent.facit cap.licet.de priuileg.lib.vj.
7 ¶Septimò,†vtrum impetrantes literas familiaritatis à car
dinalibus,gaudeant priuilegio familiarium?Et dicit Panor-
mita.in cap.cum dilectus.de cleri.non reſi.quòd non debent
in aliquo gaudere.& facit cap. ſi.de verborum ſignificatiõ.
8 lib.vj.¶Octauò quæritur,†vtrum priuilegiatus ex aliquo,&
non vtens eo,gaudeat priuilegio?Et dico vt ſuprà Argumen
9 tatio.§.ij.¶Nonò quæritur,†vtrum priuilegium eius qui fa
ctus eſt ciuis eo pacto,vt collectas & munera non ſubiret,ſit
illi obſeruandum?Et dico quòd Panormita.in cap.peruenit.
de immunita.eccle.dicit multa:quę ibi vide diffuſe,& hic ſub
iſto compendio.¶Primum.Tale priuilegium ſecundum Io.
And.ibidem poſt Goſ.eſt obſeruandum.l.j.C.de his qui ſpõ.
mu.ſube.lib.x.imò ſecundum Panormitan.eſt irreuocabile,
cùm tranſierit in contractum vel quaſi:de quo nota Bartol.
in l.quod ſemel.ff.de decre.ab ordi.facien.¶Secundum.Non
ſolùm Imperator,ſed etiã domini inferiores,poſſunt ſubdi-
tis ſuis talliarum & exactionum immunitatẽ concedere:ſed
illi quidem ſine præiudicio ciuitatis ſiue vniuerſitatis in præ
iudicium ſuum:vt ſi conſueuerunt accipere centum, & exi-
munt aliquem per decem,iam nõ accipiant niſi xc.ille verò,
ſcilicet Imperator,etiã cũ prẹiudicio vniuerſitatis,ita quòd
ſeruandum eſt priuilegium vt ſonat:modò cõceſſerit motu
proprio,nõ ambitione vel importunitate petentium. Si au-
tem vniuerſitas lædatur,ipſius principis remediũ eſt implo-
randum:tamẽ læſio modica eſt ẹquo animo ferẽda.Per hoc
tamẽ nõ derogatur principi,maximè poteſtati papæ.¶Ter-
tium.Ex his infert primò quòd priuilegium inferioris non
præiudicat vniuerſitati,ſed cõcedẽti:ſecus in priuilegio prin
cipis.Secundò quòd priuilegium concedens immunitatem,
non valet,niſi motu proprio concedatur quod limita niſi in
reſcripto ſit appoſita clauſula,tali lege nõ obſtãte:quia cum
ſit cõtra legem,non valet,niſi de ea ſit mentio facta:vt not.
Bar.in l.vacuatis.C.de decurio.lib.x.Tertiò ꝙ inferior à prin
cipe immunitatem prædictã poteſt cõcedere in ſuum,& nõ
vniuerſitatis,& à fortiori Imperatoris præiudiciũ,niſi ob ni-
miam paupertatem:quia tũc officiales ſuper exactiõe depu
tati poſſent facere remiſsionem,ſecundum Bart.poſt gloſſ.
in l.omnis.C.de anno.lib.xj.¶Quartum.Decuriones ciuita-
tis non habentis iura principis,ſecundum Bart.ff.de iur.im-
mu.l.ij.& d.l.vacuatis.poſſunt dictã immunitatem concede
re doctoribus & medicis,nõ autem alijs.l.j.C.de decr.decu.
lib.x.ciuitas verò ipſa cõcedere nõ poteſt in præiudiciũ ſupe
rioris,vt not.gloſſ.in d.l.vacuatis.nec etiam in ſui præiudi-
cium iam ſubditis:vt d.l.ij.& niſi fieret cõceſsio ex cauſa ali-
quibus,puta doctoribus vel medicis.d.l.j.nõ ſubditis autem
venientibus nouiter ad habitandũ,poteſt:vt in d.l.ij. & l.pe.
ff.de decre.ab or.fac.Ita diſtinguit Bar.vbi ſ.Sed intellige in
ciuitate nõ habẽte iura principis,quæ ſicut & prouincia im-
ponere nõ poteſt collectas ꝓ vtilitate publica:vt l.vnica.C.
de ſuperindi.lib.x.ſed pro ſua neceſsitate ſic.vt not.Barto.in
d.l.vnica.alia autẽ ciuitas poteſt cõcedere,ſicut & Impator,
vt no.in c.ſuper quibuſdã.de verbo.ſign.¶Quintum.Immu-
nitas à muneribus ſimpliciter ſub generalitate cõceſſa nul-
la facta ſpecificatiõe:neminẽ excuſat ab onerib9 patrimonia
libus ſupportãdis nec ab ordinarijs,ſed ab extraordinarijs ſe
cundũ Bar.in d.l.ij.& nõ porrigitur ad honores.l.cui mune-
10 ris.ff.de mu.& honori.¶Decimò quæritur,†qualiter priuile
gium euacuetur,& ſit inualidũ?Et dico multis modis.¶Pri-
mò ſi fuerit ſubreptitiè cõceſſum:quia fauore carent quan-
tum ad impetrantem.de reſcri literis ſ.quod eſt quando im
petrans ſuggerit falſam cauſam,ex qua vt vera datur priuile
gium.xxv.q.ij.& ſi legibus.¶Secundò,ſi ſit contra conſtitu-
tionẽ,& de ea non facit mentionẽ.de his quæ ſi.à maio.par.
cap.c.cũ nos.& idem eſt ſi ſit contra conſuetudinẽ, & de ea
non faciat mentionẽ.de conſti.c.j.lib.vj.& idem ſi ſit datum
contra ſententiã:quia per illud nõ tollitur,niſi de illa faciat
mentionẽ.de fide inſtru.inter dilectos.& no.gloſſ.xxv.q.ij.in
prin.¶Tertiò,ſi priuilegiatus faciat cõtra illud quod in pri-
uilegio exprimitur cõceſſum:quia ipſo facto ceſſat.de priui.
porro.& cap.accipimus.¶Quartò,ceſſante cauſa priuilegij:
quia ceſſat,ſiue ceſſare debet & illud.de app.cũ ceſſante.qđ
Bern.ibi videtur limitare,cũ aliàs eſt damnoſum.xj.quæſt.j.
generaliter.¶Quintò,cũ incipit alicui eſſe iniquum,præci-
puè ei,in cuius fauorẽ eſt conceſſum:quia vt dicitur in regu
la,quod ob gratiã alicui conceditur,non eſt in eius diſpen-
dium retorquendũ.de reg.lib.vj.de verb.ſignifi.quid per no-
uale.iuncta glo.¶Sextò,priuilegium ſecundum faciẽs plenã
ſiue expreſſam mentionẽ de priori.de reſcri.veniens.ſecun-
dum Goſr.Si verò non faciat mentionẽ,non tollit illud:etiã
ſi primũ ſit generale & ſecundũ ſpeciale,ſecũdũ aliquos:ſed
Hoſtien.tenet contrariũ,& melius:de quo vide in c.veniens.
de præſcrip.ſimiliter nec ius cõmune illud tollit,niſi faciat
de eo mentionẽ.de reſcript.cum ordinẽ.Si autem ſit conceſ
ſum priuilegiũ cum clauſula quòd non reuocetur, niſi fiat
mentio de eo de verbo ad verbum:videtur tamẽ reuocatũ,
ſi in ſecundo contineantur pleniſsima verba:vt,non obſtanti
bus quibuſcunq; priuilegijs,etiam ſi de verbo ad verbũ de-
beat de illis mentio fieri &c.ſecundũ Panormitan.in cap.cũ
inſtantia.de cẽſib.vide ſuprà Exemptio.§.xj.¶Septimò, per
concedentis reuocationẽ.arg.ff.de iudi.l.iudicium.quod ſi-
ne cauſa facere non decet:ex cauſa tamẽ reuocari poteſt &
debet:puta,ꝗa alijs ſit læſio enormis:vel quia is,qui accepit.
nõ ſeruat priuilegia ſui ſuperioris conceſſa ſubditis ſuis.eo-
dem tit.dilecti.& huiuſmodi.vbi not.ſecundum Hoſti.quòd
ſi ſuperior ex certa ſcientia confirmauit priuilegium conceſ
ſum ab inferiori,non poterit poſtea reuocari per inferiorẽ,
xxv.quæſtio.ij.priuilegia.primo & ſecundo.qui addit ex hoc
quòd priuilegia eccleſię cõceſſa à rege vel Imperatore,& ꝑ
papam ex certa ſcientia cõfirmata,non poteſt Imperator re
uocare.¶Octauò,per propriam & expreſſam renuntiatio-
nem.de deci.nuper.quod intellige quantum ad ius tangens
renuntiantem tantùm:ſecus ſi tãgit papã,vel aliũ.Vnde dicit
Pan.in cap.ſi de certa.eo.titu.liberum eſſe cuiq; renuntiare
priuilegio ſuo,modò nõ tãgat ius ſuperioris aut tertij:vnde
priuilegio exemptionis renuntiare non poteſt priuilegiatus
ſine licẽtia papæ.de arbi.cum tempore.nec clericus cuilibet
priuilegio ſuo,de foro compe.ſi diligẽti.ſimiliter nec abbas
ſiue conuẽtus,ſecundum Bart.in c.cum dilectus.de reli.do.
¶Nonò,per legitimam præſcriptionẽ:vt patet ex dictis ſu-
prà Præſcriptio.ij.& de prẹſcrip.veniẽs.in ſi.¶Decimò per
abuſum.xj.q.quẹſt.iij.priuilegiũ.quod exponi poteſt per non
vſum,vel vſum cõtrarium,ſecundum Archid.puta ſi priuile
giatus vt decimas nõ ſoluat,ſoluit ſicut alij:& exemptus cõ-
uentus coram ordinario reſpõdet,non allegans priuilegiũ,
vel ſi allegat,non oſtendens.de quo §.ſequen.Si quis tamen
allegat priuilegium,& non ſeruatur,ei.ſecundum Hoſtien.
non debet imputari.nõ obſt.ff.commodati.l.ad eos.quòd nõ
ſit eo vſus:vel ſit factum contrarium:niſi fortè ſententia fe-
ratur contra eum,& non appellet.de re iudi.cap.ſuborta.
¶Vndecimò quæritur,†vtrũ priuilegiũ amittatur per vnũ 11
actũ cõtrariũ?Et dicit Pan.in d.c.cũ acceſsiſſent.de cõſtit.in
hac materia tot eſſe opiniones.quot capita:ſed ſibi placere
diſtinctionẽ Ioã.Andr.aliquibus additis.¶Aut enim priuile-
gium habet tempus annexũ,ſcilicet quo duret:& ſtandũ eſt
temp
tempore determinato.C.de preci.Impe.offe.l.quoties.quod
intellige niſi conueniatur ante tempus.quo caſu dic vt infrà.
Quandoque etiam habet in ſe cauſam tacitam vel expreſ-
ſam:qua ceſſante,ceſſet:vt ſi ex poſt facto incipit enormiter
nocere:vt in cap.ſuggeſtum.de deci.¶Aut ſumus extra iſtos
caſus:& tunc diſtingue. Aut enim conceſſum eſt circa iudi-
cia,aut circa negotia.¶Si primum:aut ergo ad agendum: &
durat tanto tempore,quanto durat actio.l.ſi eum.ff.ſi quis
caut.§.qui iniuriarum.aut ad accipiendum: & ſic eſt perpe-
tuum, niſi quis deprehendatur in dolo in non excipiendo
tempore,quo agitur contra eum.¶Si verò ſecundum,ſcili-
cet circa negotia: tunc aut datur ad aliquid operandum:&
perditur ſpatio decem annorum,ſi priuilegiatus eo non vti-
tur.ff.de nundi.l.j.vbi ciuitas perdit priuilegium nundina-
rum,ſi decennio non vtitur.per quod dicit ibi Bar.quòd eo-
dem modo ſtudiũ generale perdit priuilegium doctorandi:
quod tamen non procedit ſi eccleſiæ confertur, vt dicetur.
¶Aut datur ad non faciendum:& tunc diſtingue.¶Nam ſi
aliquid reſeruauit ſibi Princeps, non poteſt priuilegiatus re
nuntiare priuilegio,niſi quatenus ſingulariter eum tangit:
de arbi.cùm tempore.¶Si autem nihil reſeruauit ſibi:etiam
diſtingue.Aut enim fuit conceſſum priuatæ perſonæ:&per-
ditur per vnicam contrauentionem,ſcilicet ſi directè obuia-
tur illi,vt eſt caſus d.c.cùm acceſsiſſent.ſecus ſi non directè:
vnde priuilegiatus ne ſubeat aliqua munera publica vel ho-
nores,& ſpontè acceptans vnum,non præiudicat ſibi in alijs,
nec etiam in illo ſi denuò eligatur ad illos.C.de excuſa.tuto.
l.voluntariè.niſi acceptauerit decurionatum.quia ex illo of
ficio aſſumitur ad alia officia:ideoq; acceptando illud,vide
tur ſibi præiudicare.Aut fuit conceſſum communi vel eccle
ſiæ:& tunc non perditur,niſi legitimo tempore præſcriba-
tur:vt eſt caſus c.ſi de terra.&.c.accedentibus.de priui.Et eſt
ratio,quia ſingulares perſonæ non poſſunt per contrauentio
nem renuntiare priuilegio eccleſiæ:quia per contrauentio-
nem perditur priuilegium ex tacita renuntiatione:quam ta-
citam renuntiationem validam in priuato quælibet directa
contrauentio inducitur,arg.c.cùm renuntiat.xxxiij.q.j.quia
complectitur contrarium:ſed in eccleſia ſicut Canonici non
poſſent expreſſe renuntiare priuilegio eccleſiæ conceſſo,ita
nec tacitè:vt no.in c.accedentibus.Vñ idem dicendũ in alio,
qui ex contrauentione non poſſet renuntiare priuilegio.Vbi
etiam no.quòd ſi priuilegium eſt concernens vtilitatem ec-
cleſiæ & Canonicorum,per vnicam contrauentionem præ-
iudicant Canonici reſpectu ſuæ vtilitatis duntaxat:ſed reſpe
ctu vtilitatis eccleſiæ poſſet allegari non eſſe ſublatum. Et
idem dic vbi datur priuilegium reſpectu plurium perſona-
rum vel rerum:quia licet quis veniat contra vnum,non vide
tur renuntiare contra reliquum.¶Duodecimò quẹritur,†v-
trum re deſtructa perdatur priuilegium illi rei conceſſum?
Et dico vt ſ.Ciuitas.§.ij.¶†Decimotertiò,quæritur qualiter
priuilegium ſit exhibendum?Et dico quòd priuilegiatus à lo
corum ordinarijs requiſitus in loco congruo & ſecuro co-
ram aliquibus viris prudentibus & omni ſuſpicione carenti-
bus ad hoc per ordinarios deputatis tenetur priuilegium ex-
hibere integraliter, & clauſulam, de qua eſt controuerſia,
tranſcriptam.c.cùm perſonæ.eo.tit.lib.vj.¶Decimoquartò
quæritur,†vtrum ſcriptura vel bullatio ſit de eſſentia apo-
ſtolici priuilegij?Et dico ſecundum Inno.in c.conſtitutus.de
reſcri.& Arch.& Io.And.in procemio vj.quod neutrum illo
rum,id eſt,ſcriptura vel bullatio eſt de eſſentia eius: tamen
ſine bullis ſæpe apud peritiſsimos probari non poteſt, pro
pter multa abſurda quæ ſequerentur permittendo probatio
nem per teſtes:apud quos impoſsibile eſſet ſcire omnem
continentiam gratiæ,& omnem formalitatem: non tamen
omnino eſt impoſsibile:aliàs in nullo priuilegio permittere-
tur probatio tenoris per teſtes,quod tamen permittitur.ex-
tra eo.c.cùm olim.el j.vbi contenta in inſtrumento perdito
probari poſſunt per teſtes qui illud perlegerunt,ſi deponant
de tenore,& quòd erat ſine vitio:nec eſt neceſſe probare de
veritate inſtrumenti.Vide etiam Pan.in c.noſtra.de reſcrip.
vbi tenet opinionem prædictorum: & dicit quòd licet ſcri-
ptura requiratur ad probationem gratiæ, non eſt tamen de
ſubſtantia gratiæ:vnde mortuo papa,qui fecit gratiam,lite-
ris nondum extractis,non expirat gratia:ſed ſucceſſor debet
literas dare facta mentione de prædeceſſore.Ex hoc autem
dicit Bal.& Cal.quòd ſi papa verbo aliquem pronuntiat epi
ſcopum vel abbatem,quòd ſtatim eſt epiſcopus vel abbas,
licet recipi non debeant pro prælatis, niſi gratiam probent
per literas apoſtolicas:aliàs tam recipiẽtes quàm ſe ingeren
tes incurrunt graues pœnas:vt patet per extraua.Boniſa.quę
incipit iniunctæ.¶Decimoquintò quæritur,†quomodo pri- 15
uilegium apoſtolicum vel alia ſcriptura dicatur falſa?Et di-
co vt j.Tabellio.§.x.¶Decimoſextò quæritur,†quando in-
cipiat priuilegium apoſtolicum: puta quòd aliquis non ex- 16
communicetur?Et dicit Ge.in c.j.de conce.præb.lib.vj.quoſ
dam tenere quòd ſtatim bullato priuilegio. quod quidã in-
telligunt,quando quis per ſe vel per procuratorem ad hoc
datum priuilegium impetrauit:quia ex quo concurrit volun
tas concedentis & impetrantis, ſtatim habet efficaciam,e-
tiam ſi tale ius habentes in priuilegio hoc ignorent:quia poſ
ſent eſſe plures.Et papa in priuilegio diceret præſenti per ſe
vel per nuntium:prohibemus omnibus ne quis eum excom-
municet:idem eſſet,& ſtatim effectum habet, quia concur-
runt vuluntates prædictæ.Si verò nec per ſe nec per nunti-
um impetrat,ſed papa proprio motu vel ad inſtantiam alte-
rius:dicunt quòd niſi appareat de voluntate contraria conce
dentis,priuilegiatus non gaudebit beneficio, niſi poſtquam
ad eum peruenerit.Et idem videtur tenere Inno.& Hoſt.Vi
de j.Renũtiatio.§.iiij.Qñ aũt pendet lis ſuper validitate pri
uilegij,vtrũ debeat quis priuari poſſeſsione,ſ.Exẽptio.§.vj.

PROBABILE dupliciter dicitur primò vt eſt quid diui
ſum contra occultum:& eſt illud quod per teſtes proba
ri poteſt.de quo ſ.Notorium.Secundò vt eſt quid pertinens
ad opinionem.Et hoc dupliciter.Primò vt eſt obiectum opi
nionis creditum:& ſic Ariſt.in j.Top.dicit quòd probabile di
citur,quod videtur omnibus,aut pluribus,aut ſapientibus:&
ex his aut omnibus,aut pluribus,aut maximè notis & proba
bilibus & præcipuis.& ſecundò vt eſt opinionis cauſa mouens
ad credendum:& ſic eſt coniectura vel ſignum probabile,id
eſt,quod videtur omnibus eſſe verum,aut pluribus,aut ſapi
entibus,&c.¶Et ſic probabile aliquid redditur apud non ha
bentem demonſtrationem de aliquo multipliciter. Primò
authoritate omnium hominum:vt quòd mater diligit fili-
um:& ſecundò authoritate maioris partis hominum:vt quòd
furtum ſit peccatum.& tertiò ſapientum:vt quod ſpiritus an
gelici non ſint in loco.Quartò maioris partis ſapientum:vt
quòd anima ſit immortalis. Aut quintò præcipuorum:vt
quòd felicitas noſtra conſiſtat in intellectu.quod Ariſt.tra-
dit.Et idem dic in materia iuris quo ad doct.Iuriſtas. Et ſe-
cundum Cancellarium quod ſic eſt probabile, dicitur cer-
tum moraliter:quia certitudo moralis non contingit, ex eui
dentia demonſtrationis, ſed ex coniecturis probabilibus
groſsis & figuralibus.Vnde,vt dicitur in j.lib.Ethico.indiſci-
plinati eſt in vnaquaque re certitudines quærere iuxta exi-
gentiam materiæ. Aeque enim vitioſum eſt perſuadentem
quærere mathematicum & moralem demonſtrantem.

## De Probatione.

1 *Probatio quid, & quotuplex ſit.*
2 *Scriptura librorum antiquorum an fidem faciat.*
3 *Probationem plenam an faciant adminicula.*
4 *Priuata ſcriptura an fidem faciat.*
5 *Epiſtola miſſiua an fidem faciat.*
6 *Aequiuoca an inducant probationem.*
7 *Præſũptiões veriſimiles an ſufficiãt vt ꝓcedatur in criminib⁹.*

PROBATIO ſecundum Azo.eſt rei dubiæ per argu-
menta oſtenſio.quæ diffintio licet ſecundum Gof. ha-
beat locum ſolùm in his,quę probantur per diſputatio
nis inſtantiam:tamen ſi per argumenta intelligamus media
quibus probatur:eſt bona,etiam in materia iuris.Et regula-
riter probatio incũbit aſſerenti.vj.q.v.c.ſi.&in l.ij.ff.de ꝓba.
1 ¶Primò verò quæritur,†quotuplex eſt probatio? Et dico
quòd in genere eſt triplex. Prima ſcilicet euidentiſsima , id
eſt,per priuilegia vel inſtrumenta indubitata:ſicut in ſimili
dicit tex.in c.pia.de excep.li.vj.Secunda euidens & clara,quę
fit per teſtes vel facti euidentiam.de coha.cler.tua. & ij.q.j.
ſcelus.& in c.j.& ibi gl.Tertia minus euidens,quæ fit per cõ
iecturas.de præſum.afferte.In ſpecie aũt ſunt multò plures.
Primò eñ fit per aſpectũ,vt in notorio, quod probatur per
facti euidentiam.de accuſ.euidentiã.de proba.propoſuiſti.ff.
de ventre inſpi.l.j.In atroci etiam iniuria fit per aſpectum.ff.
de iniu.l.ij.Secundò fit per teſtes plures,vel etiam per vnum
cum alijs præſumptionibus vehementibus.Tertiò per inſtru
menta.Quartò per cõfeſsionem.De his quatuor in d.c.cùm
ad ſedem.de reſti.ſpo.Quintò per ſcripturã antiquorũ libro
rum.c.cùm cauſam.eo.tit.de quo j.§.ſeq.Sexto per violentã
præſumptionem.xxxij.q.j.dixit dominus.Septimò per famã
cum alijs præſumptionibus.c.tertio loco.eo.ti.& vicini fama
probationem facit.de fri.& male.cap.vlt.& per famam cum
vno teſte.de proba.ſicut.quod tamen non ſufficit ad conde-
mnandum de crimine,ſecundũ Bar.de teſti.veniens . quia in
criminibus debent eſſe probationes apertiſsimæ & meridia
na luce clariores.ſecus in cauſa ciuili.C.de prob.l.vl.Octauò
2 per iuramentum.de ſen.exc.ſi verò.¶Secundò quæritur,†v-
trum ſcriptura librorum antiquorum fidem faciat ? Et dicit
Pan.in c.cùm cauſam.de proba.quòd ſic,ſecundũ Io.And.&
Hoſt.in libris reſeruatis in cuſtodia publica &fideli.pro quo
facit c.ad audientiã.de reſcri.& ibi.Doc.quòd ſatis faciunt fi-
dem ſi reperiuntur in camera cardinalis vel epiſcopi . quod
Pan.non admittit indiſtinctè:quia ſi epiſcopus prætendens
aliquod caſtrum eſſe eccleſiæ , hoc ſcripſerit in libro deten-
to deinde multo tempore in eius camera , non propter hoc
probabitur dominiũ caſtri cũ grauiſsimo præiudicio poſſeſ
ſoris,cõtra c.inter dilectos.de fi.inſtr.vbi nõ credit̃ antiquiſsi
mis eccleſiæ priuilegijs ſi ſigilla cõſumpta ſunt, aut aliàs e-
normen fracturã patiuntur.Vnde vbi agitur de nullius præ-
iudicio fidem faciũt dictę ſcripturę,aut etiã lapides:quia tũc
ſufficiunt probationes nõ plenæ:ſicut ſi dubitatur vtrũ eccle
ſia ſit conſecrata,vel infans baptizatus. Et idem vbi factum
eſt antiquiſsimum,& agitur de modico præiudicio:vt quòd
iſte epiſcopatus habeat velle,ar.optimũ ex d.c.cùm cauſam.
& poteſt dici ibi expreſſum,cùm nõ dicatur ibi de liberis re
pertis ſub cuſtodia publica& fideli:ſed indiſtinctè per libros
antiquos.Quando autem agitur de magno præiudicio:tunc
aut eſt talis liber vel ſcriptura , cui à noſtris antiquis cõiter
creditũ eſt:vel reperitur in loco,vbi ſolùm authenticæ ſcri-
pturæ ſeruantur:& plenam fidem facit.&eſt tex.in d.c.ad au
dientiam.aliàs autem facit adminiculum ſeu præſumptionẽ,
ſed non plenam probationem.quod probatur à contrario in
d.c.ad audientiam.& fuit de mente Inno.ſuper rub.de conſe.
ecc.dicit etiam gl.in d.c.cùm cauſam.quòd creditur inſtru.
mento producto ex archiuo publico,id eſt,loco,in quo repo
nuntur publicæ ſcripturæ : & quòd creditur ſcripturæ ſcul.
ptæ in colũna vel lapide.quod Pan.intelligit in nõ tendenti-
bus in alicuius pręiudiciũ.nam aliqñ faciunt plenã fidem ali
quando adminiculantur ſcd̃m qualitatem loci, vbi reperiũ-
tur,& quantitatem præiudicij.de quo vide.in l.monumento
rum.C.de reli.& ſump.fune.vbi monumentorũ ſcripturæ ꝓ
prietatem nõ probant.¶Tertiò quæritur,†vtrũ adminicula 3
nõ probantia plenè, coadunata faciant plenã probationem?
Et dicit gl.vbi s̃.quòd ſic.Sed cõtra hoc arguit ibi Pan . quia
ſingulares teſtes nihil probant.de proba.licet & multa im-
perfecta nõ faciunt vnũ perfectũ.diſ.xxiij.quorundã.cũ glo.
Soluit autem ſic:Nã ſi probationes diuerſæ tendunt ad vnũ,
ſunt cõmiſtibiles : & ſi ſunt ſufficientes ad iudicis animum
inducendum ad plenam credulitatem,inducunt etiam ple-
nam probationem:& hoc ſiue ſint eiuſdem generis,ſiue di-
uerſi,& vnus teſtis cum fama:iuxta no.in c.j. de app.& idem
in alijs præſumptionibus de adminiculis cum vno teſte devi-
ſu,vel pluribus & credulitate.Si verò tendunt ad diuerſa, nõ
ſunt commiſtibiles : exemplum in ſingularibus teſtibus:&
idem ſi aliqui teſtes deponant de mutuo,ſed nõ perfectè ali-
qui de confeſsione mutui,& non perfectè:vt non coniungã-
tur ad faciendam plenam probationem:quia mutuum & cõ
feſsio ſunt diuerſa,nec tendunt ad vnum totum faciendum:
cùm ſæpe ſit vnum ſine reliquo.vide ibi: & ſuprà Inquiſitio.
j.§.x.& xj.¶Quartò quæritur,†vtrum faciat fidem priuata 4
ſcriptura,quæ ſcribitur inter præſentes,&vocatur apodiſſa?
Et concludit Pan.in c.ij.de fi.inſtr.quòd ſic, ſi habet ſubſcri-
ptionem partium aut teſtium : ſecus ergo ſi tantum habeat
ſubſcriptionem partium aut teſtium,aut nullum iſtorum,&
non debet continere diem,locum,annos domini,& huiuſmo
di,ſecundum Barto.in l.cùm tabernam.§.idem quæſijt.ff.de
pig.quod limitat Pan.quando agitur ex ſolo præiudicio ſcri
bentis.¶Quintò quæritur,†vtrum litera miſsiua, id eſt,epi- 5
ſtola ad abſentem,aut libri rationum mercatoris faciant fi-
dem?Et dico vt pan.in d.c.ij.vide ibi. ¶Sextò quæritur,†v- 6
trum æquiuoca inducant probationem ? Et dico quòd non:
quia hoc non probat eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe . de
tranſl.præla.c.ij.& in l.neque natales.C.de proba.facit quod
no.Pan.in c.illud quoque.de præſum.vbi datio annulli quan
doq; ſignat inueſtituram:vt c.ex ore.de his quę fiunt à maio
ri parte.ca.quãdoq; dationem libertatis.C.de iu.au.annul.l.
ij.quandoq; contractum matrimonij.xxx.q.v.fœminę.quan-
doque eſt ſignum dignitatis:vt in c.clerici officia.devi.& ho.
cleri.Et ideo arguere ad vnum ſolum,non valet.¶Septimò
quæritur,†vtrum in criminibus poſsit procedi per veriſimi- 7
les præſumptiones?Et dico quòd non ad condemnationem,
ſed ſolùm per violentas,vt dictum eſt ſuprà.in prin.quod ta
men fallit in crimine ſimoniæ.de ſimo.ſicut.&.c. cùm con-
tumacia.de hære.li.vj.& in l.j.C.de hære.Quomodo autem
per præſumptiones veriſimiles,id eſt,probabiles procedatur
ad inquiſitionem,& torturam,ſuprà Iudicium.per totum.

¶PROCVRATIONES.vide infrà Viſitatio.

PROCVRATOR largè & ſecundum canones dicitur
omnis adminiſtrator.j.q.iij.ſaluator,ſed per ea quę tra
duntur in eius conſtitutione reſtringatur ad aliquid:
ſed ſcd̃m leges & Canones propriè procurator eſt,qui alie-
na negotia mãdato ſibi à dño facto gerenda gratuitè ſuſci-
pit plura vel vnũ.de negotijs geſt.l.iij.§.negotia.Et dicitur
mãdato à dño,&c.ad excludendũ tutorẽ,vel curatorẽ, colle
gia,& prælatos eccleſiæ,qui procuratorem non poſſunt in-
ſtituere,ſed actorẽ,vel ſyndicum,qui inſtituitur ab vniuerſi
tate,vel à nõ vero dño.Et gratuitè:quia ſi interuenit mer-
ces,eſt locator operum.Sed intellige quòd non pteſt paciſci
de quota:poteſt tamen accipere ſalarium.Differt autem ab
aduocato:quia ille cauſam præſentis,iſte verò abſentis ꝑtra
ctat:vterq; tamẽ dicitur poſtulare.Vide etiã ſupra Oecono-
mus.¶Sed nota quòd ꝓcurator paſſus damnum eundo pro
domino,puta quia ſpoliatus eſt à latronibus,non ſubleuatur
à domino de neceſsitate,ſecundum Pan.in cap.cum pro cau
ſa.de procu.& videtur text.in l.inter cauſas.§.non omnia.ff.
mandati.quia hæc ſunt extrinſeca mandato,& caſui fortuito
imputanda.Secus in ſocijs:quia vnus imputat alteri dãna cõ
tingentia occaſione ſocietatis.l.cum duobus.§.quidam ſaga
riam.ff.pro ſocio.Secus etiam in expenſis,quas fecit eũdo,re
deundo,& ſtando pro cauſa,etiã ſi à principio de eis nihil di-
ctum ſit:& etiam quantuncunq; voluntariè aſſumpſerit mã
datum.Si autem principaliter iret aut ſtaret ꝓ ſuis negotijs
petere non poteſt,niſi quod expedit pro cauſa.De hoc ſuprà,
mandatum.§.vj.Eſt autem duplex procurator,ſcilicet ad iu
dicia & ad negotia.Primus non poteſt alium cõſtituere,niſi
poſt litis conteſtationem:alius hoc poteſt liberè:de procu.c.
j.lib.vj.Item primus nõ datur,niſi maior xxv.annorum,alius
verò poſt decimumſeptimum.de procurat.qui generaliter.
lib.vj.Item habetur tertia horum differentia in cap.ex parte
decani.de reſcrip.Non poteſt autẽ eſſe procurator,ſecundũ
Archi.poſt Ala.minor dicta ætate,nec furioſus,nec infamis,
ſurdus,mutus,accuſatus de crimine ſeruus ,excõmunicatus,
vel conſtitutus ab excõmunicato:ſi tamẽ eſſet occultum,te
neret,de procur.auditis.nec regularis,niſi in caſu ſui mona-
ſterij iubẽte prælato.de procu.cum religioſus.in cle.nec cle
ricus in quolibet gradu cõſtitutus quo ad ciuiles cauſas,niſi
pro miſerabilibus perſonis,ſecundum Hoſtien.ſecus in ſpiri
tualibus.¶Quãuis autem regulariter à ſolo domino procu-
rator inſtituatur:adminiſtrator tamẽ eccleſię,licet nõ ſit do
minus,poteſt procuratorem inſtituere,ſecũdum Sum.Ang.
de ꝓcu.petitio.Sed intellige de procuratore largè,puta ſyn
dico vel actore,vt ibi.& limita vt Pan.in c.edoceri.de reſcri.
¶Sunt autem quidam actus,qui per procuratorem explicari
nequeunt:vt pœnitẽtia.de pœn.diſtin.j.quem pœnitet.& re
ſponſio in baptiſmo quantum ad adultum.de conſe.diſt.iiij.
cum pro paruulis.vt ſuſceptio cuiuſlibet ſacramẽti,& gene
raliter omnis actus expreſſe exceptus à iure:om̃is autẽ alius
per ꝓcuratorem poteſt explicari.l.j.§.vſus.ff.de procu.& in
regula,poteſt quis.de reg.iur.in vj.Excipiũtur autem aliqui
ſ[illegible]co.& ſimiliter in vj.in c.qui ad agendum.iuncta gl. De ſa-
lario procuratorum,infrà Tabellio.§.vj.

PRODITIO,auaritiæ filia,eſt deceptio cõtra fidem
datã vel debitã,in damnũ alicuius.¶Primò autẽ quę-
ritur,vtrũ ſubditus dñi iniuſtè poſsidẽtis ciuitatẽ,aut
caſtrũ,vel alius,peccet,ſi occultè operetur:vt tale quid iniu-
ſtè poſſeſſum reuertatur ad dñm verũ?Et dicit Archi.quòd
ſic,& mortaliter,ſi hoc facit cupiditate vel odio.ar.j.q.j. fer-
tur.nõ tamen tenetur reſtituere : quia proprio domino rem
ſuam reſtituit.Si verò facit zelo iuſtitiæ totaliter vel ſaltem
principaliter,nõ peccat:quia quilibet debet ꝓximum iuuare
ſicut in pſona,ita & in rebus:& hoc ſi creditur veriſimiliter
quòd alter verus dominus nõ habebit per ſuperiorẽ vel aliũ
nec creditur veriſimiliter ſequi mors aut ſcandalũ,quod ra-
rò accidit:ideoq; nec conſulendum,nec prædicandũ eſt.¶Se
cundò quæritur,vtrũ hoſtem capitalem alicuius domini vel
ciuitatis iniuſtè bellantẽ liceat proditoriè occidere,puta ve-
neno,vel huiuſmodi?Et dicit Archi.quòd hoc non licet pri-
uato facere,nec ad hoc priuatũ inducere:licet poſsit quis vti
malo,id eſt,peccato priuati ad hoc parati.Vide Archiepiſ.ij.
parte,ti.j.c.xxij.vide etiam infrà Secretum . & infrà Seditio.
§.iiij.& infrà Tyrannus.

PROFESSIO generaliter& largè eſt omnis cõfeſsio:
à ꝓfitẽdo:ſicut ꝓfitetur ius canonicũ,qui fatetur ſe ca-
noniſtã.Propriè autẽ eſt qua quis fit religioſus : vt qua
quis ꝓmittit obedientiã ſuperiori.Proprijſsimè autẽ eſt,qua
quis fit religioſus ꝓpriè:vt puta quis promittit expreſſe vel
tacitè obediẽtiam,paupertatem,& caſtitatem in aliqua reli-
gione approbata.Vide infrà,Religio ſextò,per totum.

¶PROMISSIO,vide ſuprà Pactum,in prin.& §.iij.ac
iiij.& ſuprà Pollicitatio.

PROPRIETAS propriè eſt dominiũ.Vide infrà Reli
gio,ſextò.§.ſexto.& Panor.in c.j.de cau.poſ.

PROXENETA eſt perſona media inter cõtrahentes
ſeu cõtrahere volẽtes,cõcilians:& in ſpõſalibus dicitur
paranymphus.Vtrũ autẽ talis teneatur reſtituere,ſi cõ
duxit vſurariũ contractũ:vide Inn.& Io.Andr.in c.Michael.
de vſur.gl.& Archid.xlv.diſtinct.ſicut non ſuo.& dic vt infrà
Reſtitutio.iij.§.xj.Vſura.vij.§.iij.Vtrũ autem talis compel-
li poſsit ad teſtimonium in contractu,in quo mediauit? Dic
quòd ſic vtraq; parte cõſentiente.authen.de reſtit.§.quoniã
verò.vtraq; autem parte contradicente non admittitur.Cõ-
tradicẽte verò vna,& alia volente,cõpelli non poteſt : volẽs
tamẽ teſtificatur.pro quo vide gloſ.in verbo, ciuiliter.c.j.de
teſti.lib.vj.& in c.delictorum.de teſti.cogen.

¶PROTESTATIO,infrà Recuſatio.

¶PROVINCIA dicitur ꝓpriè,quæ habet decẽ vel vn-
decim ciuitates & vnum regem.vj.q.iij.ſcitote.

¶PVBES,à pudentia corporis dictus.xx.quæſtio.ij.& de
ſpon.pubes.hodie eſt maſculus xiiij.annorum,& fœmina
xij.vt ſuprà Impubes.

¶PVBLICVM differt à communi,quod cõpetit & bru
tis:quia publicũ dicitur quod eſt in vſu hominũ tantùm:
vnde dicitur quaſi publicum.& dupliciter dicitur.Vide ſu
prà Notorium.& ſuprà Occultum.

¶PVNITIO nunquã eſt ſine cauſa:licet aliquando ſit
ſine culpa.de reg.iu.ſine culpa.lib.vj.Vide ſuprà Pœna.&
ſuprà Correctio,& infrà Scandalum.

¶PVPILLVS infrà Tutela,per totum.

## De Purgatione.

1 *Purgatio quid, & quotuplex ſit.*
2 *Purgatio canonica quando indicenda.*
3 *Purgatio an ſit ſemper recipienda,ſi eam offerat infamis.*
4 *Purgatio coram quibus fieri debeat,& cum quibus.nu.5.*
6 *Iuramenti forma in purgatione.*
7 *Purgationis quis ſit effectus.*

PVRGATIO ſonat eductionẽ viliũ ſordiũ de aliquo.
& quantũ ad peccata dupliciter fit,ſcilicet quantũ ad
Deũ per ſacramẽta quo ad culpã & pœnã,& per tribu
latiões& ignẽ purgatorij quo ad pęnã:vel etiã culpã venialẽ
quę in purgatorio remittit̃:& quãtũ ad homines.Et iſto mõ
de ea intẽdim⁹.& ſcd̃m Ray.eſt de obiecto crimine innocẽ
tię oſtẽſio,ſcilicet per iuramẽtũ vel alio debito modo:ſcd̃m
Gof.¶Primò ergo quæritur,†quotuplex ſit purgatio?Et di- 1
co,omiſſa Moſaica,de qua Nume.v.quæ erat ceremonialis,
in nouo teſtamento eſt duplex. ¶Prima ſcilicet vulgaris,id
eſt,à vulgo diabolico inſtinctu adinuẽta:vt quæ eſt ferri can
dẽtis,aquę bulliẽtis,duelli,& huiuſmodi:quę ꝓhibet̃ ſub pœ
na peccati mortalis.ij.q.v.Mennam.&.c.cõſuluiſti.&.c. mo-
nomachiã.& de pur.vul.per totũ.quia eſt contra illud Deu.
vj.Nõ tentabis dominum Deum tuum : vt in d.c.monoma-

chiam.& xxij.quæſti.ij.quæritur.Vide infrà, Tentatio.Et ſimiliter prohibetur ea,qua datur corpus Chriſti ad probationem,vt c.ſæpe.ij.q.iiij.& ſecũdum Sanc.Thom.in iiij.diſtin.ix.art.vlti.& iij.quæſt.lxxx.¶Secunda dicitur canonica,à iure ſcilicet canonico adinuenta.ij.quæſt.v.ferè per totum:quę fit aliquãdo per ſolum iuramẽtũ ipſius imfamati corã ſuo iudice:aliquãdo etiam per iuramentum teſtium compurgan-
2 tium.extra eo.per totum.¶Secundò quæritur, † quando ſit indicẽda purgatio canonica.¶Et dico quòd indici debet primò quãdo quis laborat infamia publica:& non poteſt conuinci:vel etiã non accuſatur.extra eo.inter alia.Sed limita ſi infamia ſit apud bonos & graues viros,& nõ ſit orta à detractoribus aut malis.xj.quęſt.iij.in cũctis.nec ab inimicis.extra eo.ca.pen.Vnde ſicut dicit Archidiaco.ſola illa infamia inducit purgationẽ,quæ ex probabili præſumptiõe orta eſt,propter quam iudex ad purgationem compellet etiã nullo denuntiante,vt not.x.quæſtio.v.presbyter.¶Secundò quando fit inquiſitio de crimine:ſi teſtes,per quos inquiſitio procedit,probant ſemiplenè,extra eo.in te.quod limita quãdo per eorum dicta ſit ſuſpicio contra reum:aliter non.d.c.presbyter.in gl.¶Tertiò quando quis eſt accuſatus,& non eſt plenè probatum,& remanet ſuſpicio ex ipſo ꝓceſſu ſuo epiſcopo aut ſacerdotibus aut viris honeſtis.ij.quæſtio.v.omnibus. etiam ſi remaneret ſuſpectus ſoli iudici,ſecũdum Sum.Cõſ. poſt Ray.Sed intellige ſuſpectus vehementer. ar.c.inter ſolicitudines.extra eo.& idẽ eſt ſi in iudicio ſpõte ſe de aliquo prodiderit,& deinde laborat ſuſpicione veriſimili. extra eo. ſi quis de gradu.Inquiſitio.j.§.viij. ¶Quartò ad dictũ vnius. etiã mulieris,ſi ex hoc apud graues infamia reſultat.de adul. ſignificaſti.Si verò nõ ſit infamis,nec inquiſitione ſemiconuictus,nec accuſatus,non poteſt iudex ex ſua ſuſpiciõe indicere purgationem etiam veriſimili,ſecũdum Ray.Sum.Cõfeſ.& Piſa.& Supple.quia ſcilicet hoc nullo iure cauetur:& ſi hoc dicatur poſſe,aperitur via ad omnem vindictam prælatis:quia poterunt pro libito dicere ſe habere ſuſpicionẽ vehementem.vnde malè Sum.Ange.& Roſel.concedũt quòd veriſimilis ſuſpicio etiam ſine infamia ſufficiat:quia oportet quòd adſit infamia publica,vel ſaltem quæ eſt in publico iudicio vel in inquiſitiõe:&.c.ſi quis de gradu.quod allegant, eſt in contrarium,vt patuit.¶Tertiò quæritur,†vtrum pur-
3 gatio ſit ſemper recipienda,ſi illam offerat infamis? Et dicit Archidiaco.poſt Rayne.quòd non,duplici caſu.Primo cùm crimen eſt notorium.Secundò quando adeſt accuſator offerens probationem.extra eodem.c.ſecundo.& cap.cum dilectis.¶Quartò quæritur,† coram quibus purgatio fieri de-
4 bet?Et dico ꝙ debet eſſe in publico ſi qs infamatus eſt apud populum:vel coram clero,ſi apud clerum : & vtroque caſu coram iudice.xxiij.diſtinctio.illud.xxij.quæſtio.v. de crimine.ij.quæſtio.iiij.omnibus.Si autem non fuerit coram iudice,vel ſi fuerit vulgaris,etiam ſi reus fuerit abſolutus,tenebitur nihilo minus iterũ canonicè ſe purgare.extra eo.ex tuarum.&.c.cum dilectis.ſecundum Rayn.¶Quintò quæritur, †cum quot & qualibus debeat quis ſe purgare?Et dicit Ray. quòd hodie compurgatorum numerus taxabitur boni iudicis arbitrio,ſecundũ quòd infamia vel crimẽ ſunt magis aut minus grauia.ij.q.iiij.presbyter.&.c.omnibus.in fi.ſicut Inn. in decano indixit xiiij.ſui ordinis.extra eod.inrer ſolicitudines.& cuidam epiſcopo duos tãtùm abbates.extra eo.cum in iuuenture.& facit de accu.cum P.Debent autem compurgatores eſſe eiuſdẽ ordinis ſiue dignitatis,ſi haberi poſſunt.d.c.inter ſolicitudines.aliàs,puta quia illi ſunt inimici,ſint ordinis inferioris vel etiã laici.ij.quæſt.v.ſi legitimi.& d.c. omnibus.in fin.imò etiam cum mulieribus religioſis & honeſtis poteſt quis ſe purgare.xxviij.quæſtio.ij.in decima.& debent eſſe viri catholici vita probati,& gnari conuerſationis eius, etiam tranſacto tempore,non ſolùm in præſenti.dicto cap. inter ſolicitudines.¶Sextò quæritur,† quæ ſit forma iura- 5
menti in purgatione?Et dico quòd ſe purgans iurabit ſe tale quid non feciſſe,nec mandaſſe,nec conſuluiſſe, nec fauiſſe ei,aut dediſſe authoritatem.diſtinctio. 50.ſi quis viduam. Poteſt addi,nec ſuo nomine factum ratum habuiſſe.de reſtitutione ſpolia.cùm ad ſedem.Compurgatores verò iurabũt ſe credere quòd verum iurauerit:extra,eodem.quoties. Forma autem Gof.ſcilicet quòd infamatus iuret ſe immunem à tali crimine,reprobatur extra,eodem.capit.fina . ¶Septimò quæritur,†quis ſit huius purgatiõis effectus?Et dico quòd ſi 7
quis ſuam purgationem rite perfecerit,iudex ſine mora relaxabit ſuſpenſionem,ſi præceſsit,& ab infamia criminis abſoluere,& eum enũtiare debet boni teſtimonij.extra,eodẽ. ex tuarum.Si verò in purgatione defecerit:ſi fuerat accuſatus,punietur tanquam conuictus,de ſimo.de hoc.& capit.inſinuatum.& de accuſ.cum P.Si verò præceſſerat inquiſitio, aut denuntiatio,pœna erit arbitraria,ſecundum Gof.& Hoſtien.& Panormitan.in cap.accedens.de accuſat. Similiter ſi nullus dictorum modorum agendi pręceſsit,ſed ſolùm propter infamiam purgatio fuit indicta,punitur extraordinariè. & eſt caſus cap.ſignificaſti.de adult.& ſic illud intellige. Et aduerte ſecundum Innocent. quòd cum iudex hoc caſu ꝓcedat ex præſumptione,debet multùm temperare ſententiam vt not.in cap. afferte.de præſumptio.

PVRGATORIVM eſt locus expiãdæ pœnæ debitæ peccato , vel expiandi ipſũ peccatũ veniale poſt hanc vitã,vbicũq; ſit,ſiue ſub terra,vt regulariter ſiue in hoc noſtro hemiſphærio,vt patet per ea quęGreg.refert in Dia. geſta ad thermas angulanas. Purgatorium autem eſſe patet per illud ij.Machab.xij.Sancta & ſalubris eſt cogitatio, &c. quod nec de beatis,nec de damnatis poteſt intelligi. Et ſecũdum Sanctũ Thomã & alios Theologos ibi purgantur peccata venialia quo ad culpam & pœnam : mortalia autẽ quo ad pœnã tantùm,quãdo in hac vita non fuit ſufficienter expleta,licet fuerit culpa delata. Vtrum autem poſsit per papã euacuari , vide ſuprà,Indulgentia.§.vj.& Papa.§.vj.

PVRIFICATIO mulierũ poſt partũ nõ eſt neceſſaria: vnde nõ peccant,ſi ex deuotione voluerint eccleſiam intrare gratias reddituræ:licet earũ deuotio nõ ſit improbanda,ſi ex veneratiõe aliquãdiu voluerint abſtinere,extra eodem .cap.vno. Vtrum autẽ ſit mortale viro vxorem ante dictam purificationẽ cognoſcere: dic quòd non,licet ex conſilio debeat abſtinere,ſecundũ Ray.& Veruec.diſtin.v. ad eius.xxxiij.q.iiij.ſi cauſa.

PVSILLANIMITAS magnanimitati ꝑ defectũ opponit,dũ qs recuſat tendere in illud,ꝙ eſt ſuæ potentiæ cõmenſuratũ:& ſic eſt peccatũ, & tale , qualis eſt obligatio ad illud,in quod quis tẽdere recuſat:puta mortale,ſi ſit præceptum vel prohibitio: vel veniale, ſi ſit conſilium ſolùm.vide ij.ij.quæſt.ciij.

QVASI ſentẽtia eſt,ſi qs in iudicio cõfiteat ſe furẽ:ſecus ſi extra:licet per hoc poſsit expõi torturę:vt no.Bart. & gl.in l. capite quinto.ff.de adulte. & refert Panor. in c.ſi quis de gradu. de pur.cano.

¶QVARTA funeralis,ſuprà Canonica portio.de Falcidia verò & Trebellianica , ſ.Legitima.

## De Quæſtuarijs.

QVAESTVARII à quæſtu dicti,largè ſunt omnes actu mendicantes:propriè autem & iuridicè loquẽdo ſunt qui pro eleemoſynis diſcurrũt,ſcilicet non habendo certam diœceſim,vt ſancti Antonij vel Bernardi,& huiuſmodi:quos nũc vocãt Ceretanos.& de his intẽdimus. Hi ꝓhibentur acceptari,niſi literas veras apoſtolicas,aut diœceſani oſtẽdant. de pœn.& remiſ.c.cum ex eo.vbi etiã ponitur forma literarum:& ſi habent literas apoſtolicas,nõ debent admitti , niſi pri9 per epiſcopũ examinati.cle.abuſiõibus.de pœn.& remi. & generaliter quoties literæ ſunt ſuſpectæ , nõ tenẽtur eos ſacerdotes admittere,ſed poſſunt epiſcopũ cõſulere, ſecũdũ Pan.in d.c.cum ex eo.imò etiã tenentur: quia adhuc nõ habent literas veras in cõſcientia ſuſpicantiũ.Et ideo ſolẽt epiſcopi ſtatuere ne vlla litera apoſtolica ſine ſuo ſcitu admittatur:quod tñ ſi facerẽt in fraudẽ,puniuntur.de priuil. dilecti.&.c.quãto.Et procedũt hæc etiã ſi ſint exempti.de priui. tuarũ.& poterũt ab ordinarijs puniri ſi publicè delinquãt:vt ibi in cle.ij.de pœn.& rem.Sed intellige quãdo volũt petere nomine hoſpitaliũ aut monaſteriorũ:ſecus pro ſeipſis , quia ſine literis poſſunt admitti. Admiſsi verò nõ ſunt permittendi prædicare:nec petẽdo eleemoſynas poſſunt aliquid ꝓponere,niſi quod in literis cõtinetur.d.c.cum ex eo.& de hęret. vt officiũ.lib.vj.& d.cle.abuſionibus.Et ſi in eorũ literis cõtinetur ꝙ recipiãtur charitatiuè in locis religioſis, vt fideles ad eorũ exhortationẽ vocentur: tamẽ clerici nõ tenẽtur ad hæc inuiti:quia quantũ ad hæc literæ ſunt reuocatæ per extrauag.Cle.quarti.Debẽt etiã eſſe modeſti & diſcreti,& nõ hoſpitari in locis incõgruis,nec inutiles expẽſas facere , nec portare falſæ religionis habitũ,aut indulgẽtias vel alia mendacioſa proponere:vt in d.cle.abuſionibus.& d.c.cum ex eo. alioquin epiſcopus põt eos punire tanquã excedẽtes in eius territorio,etiã ſi ſint excepti,vt dictũ eſt.Et ſi ꝓpter eos impediretur inquiſitionis officiũ,poſſent per inquiſitores à prędicatione cõpeſci.de hæreti.vt officiũ.lib. vj. ¶Ex prædictis etiam patet quomodo debet aduerti ad literas eorum qui ſe dicunt Iudęos baptizatos,aut Chriſtianos expulſos à Turcis, vel huiuſmodi:quia plerũq; ſunt infideles & viri nequiſsimi: & ſunt occaſio quòd fideles nõ ita miſereantur veraciter indigentibus.Quæſtus dicitur omne,quod ex opera cuiuſcunque deſcendit.ff.pro ſoc.l.quæſtus.vbi gloſ.id eſt,lucrum.

## De Ratiocinio.

1 *Ratiocinio reipub. obligatus an poſsit ordinari & quid de priuato.num.2.*
3 *Ordinari an poſsit curam vel tutelam adminiſtrans.*
4 *Pignoris cauſa obligatus an poſsit promoueri.*
5 *Vſurarij filius an poſsit promoueri.*

RATIOCINIVM eſt redditio rationis ex adminiſtratione rei publicæ vel priuatæ. Sunt enim quædam ratiocinia publica, quibus obligantur officiales curiæ ex adminiſtratione rerum ad rempubli.pertinentium.C.de epiſco.& cler.l.officiales.& quædam priuata,quibus homines obligãtur ex adminiſtratione rerum priuatarum,vt tutores,curatores,actores,procuratores,executores.de oblig.ad ratiocin.c.
1 vno.¶Primò ergo quęritur,†vtrum obligatus ad ratiocinia reipublicæ poſt adminiſtrationem poſsit ordinari ? Et dico quòd nõ ante redditã rationẽ,ſi obligatus eſt ex adminiſtratione quã geſsit.diſt.lj.pręterea.ſi verò aliàs eſt debitor reipublicè:puta ex mutuo vel alia cauſa,ſecus quia nõ prohibetur ꝓmoueri.C.de epiſ.& cler.l.quiſquis emerſis.ff.de mun.
2 & hono.l.reſcripto. ¶Secundò quæritur,†vtrũ obligatus ad ratiocinia perſonę priuatę poſsit promoueri ? Et dico quòd quidam indiſtinctè dicunt,vt Sum.Ang.quòd non,ſi tenetur de dolo & fraude,& conſtat:ſi verò conſtare non poteſt, vel tenetur ex alia culpa, poteſt promoueri,nihil allegans: ſed melius Sum. Roſ.poſt Rayn.& Arch.diſtinguit quòd finita adminiſtratione,ſi adhuc ſit obligatus ad ratiocinia, & mouetur ei quæſtio de dolo,promoueri non poteſt ante deciſam litem.diſt.lxxxj.tantis.debet tamen taxari tempus intra quod quæſtio decidatur.Similiter nec ſi nõ moueatur quæſtio,ſed tamẽ manifeſtũ ſit eũ teneri de dolo : ſed epiſcopus ex officio ſuo repellet eum,ſicut quẽlibet criminoſum ſeu infamem.vj.q.j.c.infames.aliàs ordinari nõ prohibetur:vt ſi quæſtio mouetur de alia culpa:& nõ ſit manifeſtum eum teneri de dolo.Sed vlterius Archi.dicit prędicta procedere in obligatione perſonæ priuatę non miſerabili:vt in tutore,curatore,& procuratore:ſed obligatus ex adminiſtratione pro perſona miſerabili ſeculari,vel pro perſona eccleſiaſtica:talis nõ impeditur à ꝓmotione,ſi aliud nõ impedit: vt ſi eſſet manifeſtus dolus in adminiſtratione, vel aliud quia ad tales adiuuandum omnes tenẽtur.diſt.lxxxvj. peruenit.& xvj. q.j. monachi.ſ.Religio.ij. §.iiij.v.& vj.¶Tertiò quæritur,† vtrũ 3
promoueri poſsit qui actu eſt in officio adminiſtrationis?Et dicunt aliqui quòd nõ,ſi eſt in adminiſtratione perſonæ priuatę nõ miſerabilis.xxj.q.iij.c.j.ſed ibi patet quòd verior eſt opinio Innoc.in c.vnico,de oblig.ad ra.ſcilicet quòd gerens tutelam vel curam legitimã vel neceſſariam à legibus ſibi impoſitam,vel etiam ſuſcipiẽs,aut miſerabilium perſonarũ, aut eccleſię procurationes, ſeu adminiſtrationes,& maximè cum licentia epiſcopi , non impediatur ordinari,cùm poſsit talia ſuſcipere etiam ordinatus:aliàs autem prohibetur,diſt. lj.per totũ.& d.l.officiales.¶Quartò quæritur,†vtrum pro- 4
moueri poſsit obligatus cauſa pignoris?Et dicit Hoſt. quòd non,ante redditam rationem.arg.c.ſignificante.&.c.cum cõtra.de pig.¶Quintò quæritur,†vtrũ promoueri poſsit filius 5
vſurarij.?Et dicit Hoſt.quòd non,ſi ſuccedat,niſi clamorem patris emendet,vel hereditatem repudiet.de vſur.c.tua nos.

## De Rapina, Raptore, & Raptu.

1 *Rapina quid,& quæ ſit raptoris pœna.*
2 *Rapinam ibi factam an luat dominus territorij.*
3 *Iuramẽto ſpoliati an ſtabitur ſuper quãtitate rerũ amiſſarum.*

RAPINA ſumit multipliciter:primò largiſsimè & improprijſsimè pro vſurpatione indebita cuiuſcunque rei temporalis vel ſpiritualis,ſecundũ illud Phil.ij.Non rapinã arbitratus eſt:ſcilicet Chriſtus ſe eſſe æqualẽ Deo. Secundò largè quidẽ,ſed minus , pro illicita vſurpatione vel occupatione rei temporalis ſiue manifeſtè ſiue occultè: ſecundũ illud Ambr.qui vſuram accipit,rapinam facit.xiiij.q.iiij. & illud Aug.ead.q.ſi quid inueniſti,& nõ reddidiſti,rapuiſti.Tertiò propriè & ſtrictè vt diuiditur cõtra furtũ,vſuram,& huiuſmodi:& ſic loquimur:& ſic rapina,vt elicitur ij.ij.q.lxvj. art.viij.eſt ablatio alienæ rei iniuſta & violẽta.Nõ ergo eſt rapina,ſi qs rẽ ſuã tollat violẽter ob eo qui aufert : vel etiã qui iam abſtulit,& ad aliũ locũ reportauit , ſecũdum Archi. licet aliàs male faceret,cũ poſſet repetere in iudicio. Similiter nec ſi alienã iuſtè:vt in bello iuſto auferẽdo arma.Similiter nec ſi alienam iniuſtè,ſed nõ per vim,ſed per fraudem latenter,vt in furto:aut de voluntate domini,vt in vſura. Non ergo bene dicit.Sum.Ang.rapinam fieri cũ quis violenter & publice rapit:quia nõ eſt de eius ratiõe quòd ſit publica altori quàm domino,cui violenter aufertur,qđ volunt iura,quæ allegat,maximè c.pœnale.xiiij.q.v.vnde in l.j.C.vi bon.rap. Rapina dicitur violẽta receptio rerum:& raptor,qui à rapina dicitur,qui bona aliena rapit vi & apertè.ff. ne quis eum qui in ius.l.ſed eximẽdi.vbi notãter non dicitur publicè,ſed apertè,id eſt,domino ſciente & vidente.ſeu,vt dicitur in dicto cap.pœnale.viſibiliter.Raptus autem eſt rapinæ ſpecies

facta ſcilicet circa mulieres.Vñ raptus eſt violẽta receptio
mulierum propriè ſecundum Gofr.arg.l.j.§.ſciendum.& §.
ſeq.ff.de ſep.& l.filiusfamiliàs.ff.ad Mace.& C.de iure dom.
impe.l.iij.& ff.de eo quod certo loco.l.j.largè autẽ dicitur,
aliarum rerum,ſecundum aliquos.ff.de incẽd.rui. naufr.per
totum.Vide ſuprà Luxuria.§.vj.Quandoq; tamen raptor di
uiditur contra prædonem:& differunt ſecũdum Ioã.And.&
ſequitur Pan.in c.j.de rap.vt iſte immobilia,ille mobilia &
ſe mouẽtia rapiat.ſed quãtum ad pœnam iuris non differũt.
Igitur exemplariter loquẽdo,rapina fit primò in vſurpatiõe
dominiorũ vel ſtatuũ:ſecũdò in extorſiõibus iniuſtis domi-
niorũ & cõmunitatũ:tertiò in extorſionibus iniuſtis officia-
lium:quartò in bellis iniuſtis:quintò in vſurpatiõibus factis
per priuatas perſonas,vt in naufragijs & ſtratis,& huiuſmo-
1 di infinitis.¶Primò autẽ quęritur,†quotuplex,& quæ ſit pœ
na raptoris?Et dico quòd eſt duplex,vna ſcilicet tẽporalis,&
alia ſpiritualis.Tẽporalis eſt hæc.Secũdum leges enĩ ſi aga
tur ciuiliter intra annũ,punit̃ in quadruplũ,cõputata ſcilicet
ipſa re:poſt annũ verò in ſimplũ.ff.vi bo.ra.l.j.& ij.ad quam
pœnã ſecũdum San. Th.ij.ij.q.lxij.tenetur ſolùm poſtquam
fuerit cõdemnatus etiã in cõſcientia.Siverò agatur crimina-
liter propter vim ſine armis,punitur in tertia parte bonorũ,
& eſt infamis.ff.de vi & vi ar.l.j.cum armis autẽ punitur de-
portatione:quia ſcilicet deportatur in inſulam,& perdit o-
mnia bona ſua.ff.de publ.iudi.l.iij.§.itẽ lex iulia . Spiritualis
autem eſt multiplex.Secundum canones enim excõmunica
tur ab eo epiſcopo,in cuius epiſcopatu rapinã fecit.de rapt.
& incẽ.c.j.& vj.q.iij.placuit.& vt patet in c.ſuper eo.de rap.
debet ei denegari pęnitẽtia,niſi reſtituat ablata:vel de reſti
tuẽdo plenam fecerit ſecuritatem,ſi habet vnde poſsit:quod
ſi habet vnde poſsit,& diſtulerit pœnitentiã vſq; ad mortem
contumaciter:ſi quidem tunc humiliter petens pœnitẽtiam,
emẽdationem,vel ſecuritatẽ de emendando præſtiterit.pœ
nitẽtia & eccleſiaſtica ſepultura,adde &viaticum,cõceditur.
Si verò in morte eo caſu ſecuritatẽ præſtare nõ poterit,con
trito viaticum nõ denegabitur,adde nec pœnitentia:ſed nul
lus clericus intererit ſepulturę eius,nec recipiet eius eleemo
ſynã:adde licet ſepeliatur in cœmeterio,ſecundum Glo. &
Panor.adde etiam ſecũdum Arch.niſi parẽtes vel amici eius
vellent reſtituere pro eo,quia nõ priuabit̃ ſepultura. intelli-
ge:id eſt,officio ſepulturæ.quod dictũ tene:quia hoc eſt da-
re cautionem de reſtituendo,& ſi quis clericus contra aliq̃d
prædictorum fecerit,patiatur damnum ſui ordinis,& careat
eccleſiaſtico beneficio.Hęc ibi.Si verò decedat impœnitẽs,
& viaticũ & ſepultura negabitur ſecũdum oẽs.¶Sed not.pri
mò,hæc intelligi de raptore publico,ſecũdum Innoc.id eſt,
qui poteſt iudicialiter conuinci.in occultis autem non debet
vt dicit,iſte rigor ſeruari,argu.extra eodem.in literis. Vnde
ſecũdum Abb.in d.c.ſuper eo.ſi non ſunt manifeſti , poterũt
recipi ad cõfeſsionem,ſicut& alij peccatores.& intellige idẽ
de viatico & ſepultura.imò ſecũdũ Hoſ.in d.c.ſuper eo.licet
eſſent manifeſti,ſi tamẽ moniti nunquã fuerunt, modo ſint
diſpoſiti reſtituere,vt tenẽtur,poſſunt ad pœnitentiã recipi;
& hoc tene propter verbum, contumacia,quod ibi ponitur.
¶Nota ſecũdò quòd ſi talis cõſtitutus in mortis articulo ſa-
tisfacere ꝓmittit,ſed cõualeſcit,ita quòd ſatisfacere poſſet,
& ante ſatisfactionẽ decedit,nõ negabit̃ ſepultura:ſed hære
des ad ſatisfactionẽ compellẽtur.extra eo.in literis . ¶Nota
tertiò quòd iſtud cap.locum habet quãtum ad ſatisfactionẽ
rerum raptarũ etiã emendationẽ damni violenter in rebus
illati:tũ quia etiã hic eſt rapina . & tantò grauior quãto ſine
alicuius vtilitate:tum quia in tex.fit mentio de emendatiõe,
quæ propriè eſt in damnis,& de violatiõe quæ poteſt eſſe in

damno ſolo.¶Secũdò quæritur,†vtrum dominus territorij 2
teneatur de rapina in eo facta?Et dicit Pan.in c.licet.de reſt.
ſpo.quòd ſic ſi ſciuit,& potuit prohibere,& non prohibuit.
l.j.C.de fal.mo.ſecus ſi non potuit prohibere.l.j.§.is autẽ.ff.
ſi fa.fur.fe.di.& idẽ dic de villa & caſtro:& eſt opinio cõmu-
nis,ſecũdum Bart.in l.ne quid.ff.de incẽ.rui.& nau.Ciuiliter
tamẽ tenetur,nõ criminaliter,ſecũdum prædictos.¶Tertiò
quæritur,†vtrũ ſtabitur iuramento ſuper quantitate rerum 3
amiſſarũ?Et dico cõmuniter tenere Legiſtas in l.ſi quando.
C.vnde vi.& Panor.in c.ſuper eo.de his quæ vi.quòd vbi q̃s
cõuenitur ex dolo alterius,nõ admittitur probatio per iura-
mentum in litẽ,vide ſuprà Iuramentũ.j.§.ij ſed quãdo cõue
nitur de dolo ſuo,crederetur iuramẽto allegantis damnum.
Propterea dicit Inno.in d.c.ſuper eo.vbi ſcilicet probata in-
telligentia per teſtes,res omiſſæ & earũ valor ꝓbatur iura-
mento,quòd d.c.habebit locum in qualibet vi compulſiua,
ablatiua,expulſiua,turbatiua,& inquietatiua.Ex quo infert̃
quòd ſi ꝓbo furtum vel rapinam contra raptorem,ſtabitur
iuramẽto meo de quantitate rapta.Et nota quòd furtum &
rapina probantur per ſocios,familiares,& huiuſmodi.

¶Ratihabitio quomodo retro trahatur,& fir-
met actum præcedẽtem,vide ſuprà Cõſenſus.§.vltimo.

¶Receptator,ſuprà Hæreſis.j.§.vij.

¶Reconciliatio eccleſiæ,habetur ſuprà Cõ-
ſecratio.

¶Recompensatio, declarat̃ ſuprà Cõpẽſatio.

Recvsari põt iudex delegatus ſecundũ Pan.in c.
accedẽs.vt lit.nõ cõte. primò quia cõſanguineus ad-
uerſarij:ſecũdò quia eius cõmẽſalis:tertiò q̃a oriũdus
de eius terra:idẽ de diſtrictu.quartò q̃ñ haberi nõ põt acceſ-
ſus ad eũ,niſi per terras inimicorũ:quintò quando loquitur
in aure & familiariter cũ aduerſario:ſextò q̃ñ in alia cauſa
litigabat cũ eo.hoc no.idẽ in c.j.de iudi.ſeptimò quando eſt
imperitus,& habet aſſeſſorẽ ſuſpectũ,ſecũdum eundem ibi.

Recte,notat iuſtitiã,ſicut ritè,ſolẽnitatẽ.ff.de inoff.
teſta.l.ij.in gl.& ſic ſtat aliquid eſſe actũ ritè,id eſt,ſe
cundũ ordinẽ vel ſolẽnitatẽ iuris,q̃d tamẽ non eſt a-
ctum rectè,id eſt,ſecũdum iuſtitiam & ęquitatẽ:vt not.Ioã.
And.in cle.ſi.de app.& not.in c.quoiam contra.de proba.

Rector eccleſiæ parochialis habet in ea tantum ius,
quãtũ prelatus in collegiata,vt in c.vl.de loca.& cõdu.
in gl.q̃ eſt ſingularis.Rector etiã vniuerſitatis in Italia
eſt cõpetẽs iudex in declarãdo capitaneũ ciuitatis pervirum,
ſecũdum Lud.de Ro.in ſing quia lex punit per virum : ergo
iudex ſecularis poteſt declarare per virum.l.j.ff.ad Turpil.

Regvlaris dicitur,qui ad viuendũ regulariter eſt
adſtrictus,ſiue ſit monachus,ſiue canonicus regularis,
de ſtatu monac.quod Dei timorẽ.ſiue ſit clericus.ſiue
laicus,licet laicus recipi nõ poſsit in canonicum.de inſti.c.ij.
ſed in conuerſum.de elect.c.cum ex eo.lib.vj.

## De religione & Religioſo primò in ſe tam in genere quàm in ſpecie.

1 *Religio quid,& qui dicantur religioſi.*
2 *Charitatis perfectio in quo conſiſtat.*
3 *Religio an ſit ſtatus perfectionis.*
4 *Religio quæ ſit alia dignior.*
5 *Religiõis perfectionẽ an diminuat habere aliquid in cõmuni.*
6 *Religionem nouam inuenire an ſit illicitum.*
7 *Religioſorum regulæ approbatæ quot ſint.*
8 *Religionum regulæ qualiter obligent ſuos profeſſores.*
9 *Baſilij regula.*
10 *Benedicti regula qualiter intelligenda.*



11 *Auguſtini regula.*
12 *Prædicatorum regula.*
13 *Franciſci regula.*

Religio,à qua religioſus appellatur,vt dicit S. Th.
ij.ij.q.lxxxj.ar.j.dicta eſt ſecundũ Cice. vt refert.Iſid.
à religendo,id eſt,iteratò vel frequenter eligendo ea,
quæ ſunt diuini cultus,quæ in corde frequenter reuoluenda
ſunt:vel à religendo Deũ,quem negligenter amiſeramus,ſe
cundũ Aug.x.de Ci.Dei.vel à religando nos Deo, ſcd̃m eun
dem Aug.de vera reli.Sumitur autem religio dupliciter.Pri
mò ſcilicet vt eſt virtus,quę alio nomine appellatur latria,cu
ius proprium eſt Deo cultum exhibere debitum.Secũdò,pro
vniuerſitate vel collegio hominũ colentiũ Deũ:& iſto mo-
do hic loquimur.¶Sumitur autem iſta quadrupliciter,ſecun
dum Io.And.ſuper rub.de reli.primò pro cultu veri Dei quo
ad fidem,id eſt,pro vniuerſitate colente verũ Deum per fi-
dem:& ſic cõprehendit totam Chriſtianitatem:& dicitur re
ligio Chriſtiana,de qua.diſt.xcvij.c.j.de diuor.gaudemus.de
ſum.Tri.circa principiũ.ſecundò pro cultu Dei per fidem &
bona opera,ſecundũ illud actu.ij.viri religioſi. & ſic cõpre-
hendit vniuerſitatem bonorũ Chriſtianorũ, de qua religio-
ne xvj.q.j.iuxta.xxxiij.q.v.quod Deo.de cõſti.eccleſia.tertiò
pro ſtatu clericali Deo magis dedito,de qua j.q.iij.ſaluator.
xij.q.j.c.j.& in auth.de ſan.epiſ.§.damus.quartò ſumitur ſtri
ctiſsimè pro illo ſtatu qui profeſsione triũ ſcilicet votorum,
ſe prælati imperio ſubijcit,totũ ſe dedicans Deo .de vot.ex
multa.Et de hoc agimus.Et intellige quòd religioſus ſumi-
tur etiã quatuor modis:primò pro Chriſtiano. ſecundò pro
Chriſtiano bono.tertiò pro clerico.quartò pro eo qui eſt ꝓ
feſſus alicui religioni per apoſtolicã ſedem approbatæ , qui
propriè eſt religioſus.de vo.quod votum.§.præſenti.libr.vj.
¶Religiones autem approbatæ,vt refert &tenet Sum.Ang.
ſunt quatuor,vt no.Lan.in cle.quia regulares . de ſup.negli.
præla.prima Baſilij:ſecũda Benedicti:tertia Auguſtini:quar
ta beati Franciſci.Sed hoc non bene dicitur , licet ſint qua-
tuor regulæ prædictorũ approbatæ:quia non eſſet approba
ta religio Carthuſienſium,nec qui hodie eligeret nouũ habi
tum ſub aliqua prædictarũ regularũ,ſed eſſent excõmunica
ti vt ſ̃.dictum eſt:& ideo dico quòd quæ religio ſit approba
ta,&quæ non,per literas apoſtolicas ſpeciales eſt iudicandũ:
licet de aliquibus habeatur in iure. ¶Primò ergo quæritur,
1 †quę cõprehendantur ſub nomine religionis vel religioſorũ
in diſpoſitiõe odioſa aut fauorabili?Et dico multa.¶Primũ.
Religionis nomine venit propriè vniuerſitas approbata , in
qua tria vota ſubſtantialia promittuntur,ar.d.c.ex multa.de
vot.large autem omnis vniuerſitas approbata , in qua pro-
mittitur obedientia ſuperiori,vel regulariter viuitur in com
muni:quia omnia ſuppoſita vniuerſitatis huiuſmodi ſunt re-
ligioſi largè,vt ſtatim dicetur.Religioſus autẽ propriè eſt,
qui tria ſubſtantialia vota promiſit in religione probata,ſe-
cundum Io.And.in cle.j.de deci.Largè autem religioſus di-
citur,qui profitetur,ita quòd nõ licet retrocedere, licet non
profiteatur omnia vota:vel qui regulariter viuit in cõmuni,
vt Ieſuati,ſi approbetur talis ſtatus.Primũ patet per recitata
ab Archie.iij.parte,tit.xxiiij.&Piſa.tit.Relatio.j.§.j.ſecundò
verò ex conſuetudine & vſu loquentiũ,vt de Ieſuatis, & ali-
quibus alijs religioſis,qui nõ profitentur.Ex his patet quòd
fœmina profitens religionem maſculorũ in manibus ipſorũ
efficitur religioſa,ſcilicet propriè licet nõ ingrediatur ipſo-
rũ monaſteriũ,vt tenet Pan.in c.inſinuãte.qui cle.vel vo.etiã
ſi nõ ſuſcepit habitũ,modò ſit expreſſe profeſſa,vt in c.por-
rectũ.de reg.& idem poteſt eſſe de maſculo ex cauſa paci-
ficendo quòd ſtet extra monaſterium,ſecundum Inno.in d.c.

inſinuante.& Bar.in auth.ingreſsi.C.de ſacroſan.ec.& ſequi-
tur Pan.in c.ex publico.de conuer.coniu.Sed hæc profeſsio,
ſecundum Pet.de Pal.nõ debet fieri in mendicantibus.Et ad
c.monachum.xxiiij.q.iiij.dicitur quòd verum eſt ſine cauſa
fieri nõ poſſe.Ex quo etiã patet quod habitus nõ eſt de ſub-
ſtãtialibus regulæ,ſed de accidentalibus,vt no.idẽ Pan.in d.
c.porrectũ.¶Scd̃m.Fratres & ſorores de tertio ordine beati
Dñici &beati Franciſci ꝓpriè nõ ſunt religioſi,ſcd̃m Pan.in
ru.de reg.vnde eorũ regula potius eſt quidã modus bñ viuẽ
di licet ſit per papã cõprobatus.ſunt tamen eccleſiaſticę per
ſonæ &religioſi largè,quia contrahere nõ poſſunt matrimo
nium,& promittũt obedientiã.¶Tertiũ.Hoſpitalarij Hiero
ſolymitani,qui matrimoniũ cõtrahere nõ poſſunt , & ſupe-
riori obedientiã promittũt,& ab illo ſtatu retrocedere ne-
queunt,ſunt religioſi largè:alij aũt hoſpitalarij,qui obedien
tiam nõ promittunt,licet portent aliquod ſignũ , nec ꝓpriè
nec largè ſunt religioſi:ſed ſunt perſonæ eccleſiaſticæ , vt ſ̃.
dictũ eſt Immunitas.j.§.j.¶Quartũ.Mulieres,quæ dicuntur
canonicæ, quæ nõ ꝓfitentur,ſed & ꝓpriũ habent,& poſſunt
contrahere matrimoniũ,ſcd̃m Inno.& Ber . nõ poſſunt dici
religioſæ:imò earũ ſtatus ſatis reprobat̃.xviij.q.ij.pernicio
ſum.vel ſaltem nõ eſt appprobatus:vt in cle. attendentes.ad
fi.de ſta.mo. & debet eas ordinarius viſitare authoritate ꝓ-
pria,ſi nõ ſunt exemptæ,vel apoſtolica ſi ſunt exmptæ:vt in
d.cle.Et intellige quòd nõ ſunt religioſæ etiã largè,licet vi-
uãt regulariter:quia illa vniuerſitas nõ eſt ꝓbata.¶Quintũ.
Diſpoſitio odioſa cõcepta erga regulares ſeu religioſos, ſe-
cundũ Pan.vbi ſ̃.nõ cõprehendit eos,qui ſunt de tertio ordi-
ne beati Dñici vel Franciſci:quia nõ ſunt religioſi propriè,
niſi addatur aliud,puta quicunq; religioſi:quia tũc etiã dicti
Hoſpitalarij Hieroſolymitani cõprehenderentur:in fauora
bilibus aũt cõprehenduntur dicti fratres,quia largè ſunt reli
gioſi ratione profeſsionis factæ ſuperiori. Et idem dic de o-
mnibus religioſis largè per regulã,odia in vj.¶Secũdò quæ
ritur,†in quo cõſiſtat perfectio charitatis, quæ eſt finis,pro- 2
pter quem omnes religiones inſtituũtur.ij.ij.q.clxxxvj.& c-
lxxxvij.quolib.iiij.q.xij.& dico ſummatim & cõcluſiuè ex S.
Tho.ij.ij.q.clxxxiiij.ar.ij.& Arc.iij.parte,tit.xvj.quòd perfe-
ctio importat totalitatem,cùm perfectũ ſit, cui nihil deeſt.
iij.Phy.& v.Metaphy. Vñ triplex eſt perfectio vel totalitas
charitatis.Prima ex parte Dei diligibilis, vt ſcilicet tm̃ dili-
gat̃,quãtũ eſt diligibilis:quod ſibi ſoli eſt poſsibile. Scd̃a ex
ꝑte diligentis,vt ſcilicet toto poſſe ſemper actu diligat , q̃d
ſoli beati poſſunt:& tertia quæ eſt potentiæ in via quãtũ ad
repugnãtia dilectiõi vt excludant̃.Quod dupliciter cõtingit
vno modo vt ab effectu excludant̃ omnia cõtraria charitati,
id eſt,mortalia:& hæc eſt neceſſaria ad habẽdũ charitatẽ.a-
lio modo vt hõ ſtudiũ ſuũ deputet ad vacãdũ Deo &diuinis,
prætermiſsis alijs,niſi quãtũ requirit vitæ neceſsitas. Et hæc
ꝑfectio eſt finis religionũ,vt dicit Arc.Sed intellige religio-
nis cõtemplatiuæ:actiuæ aũt finis eſt perfectio charitatis ꝓ
ximi:quæ ſcd̃m S.Th.ibi cõſiſtit in tribus. Vide ibi.¶Tertiò
quæritur,†vtrũ religio ſit ſtatus perfectionis:& ꝓbat S.Th. 3
ij.ij.q.clxxxiiij.quòd ſic . & eſt quidã ſtatus & quoddã exer-
citiũ ꝑueniendi ad perfectionẽ, ad quã diuerſis vijs venitur.
ij.ij.q.clxxxvj.ar.ij.Nec tamẽ religioſi hũc ſtatũ aſſumentes
aut ꝓfitentes tenentur eſſe perfecti:quia nõ ꝓfitentur ſe eſ-
ſe perfectos,ſed habere ſtudium ad perfectionem cõſequen
dam.ij.ij.q.clxxxvj.ar.ij.ad primum.ſicut qui ſcholas ingre-
ditur non profitetur ſe ſcientem, ſed ſtudentem ad ſcientiã:
ideoq; ſuã profeſsionem nõ tranſgrediuntur ſi nõ ſint perfe
cti:ſed ſolùm ſi contemnant ad perfectionem tendere.Simi
liter nec mentiuntur aut fingunt hunc ſtatum perfectionis
profit

profitendo ex hoc quòd non ſunt perfecti, ſed ex hoc quòd
ab intentione perfectionis animum reuocant. ij.ij.q.clxxx-
iiij.ar.iij.ad ſecundum.quia hoc non faciunt quaſi profitean
tur ſe eſſe perfectos,ſed ſe ad perfectionem tendere.Hęc ex
illo.Ex quibus patet quòd religioſus nõ tenet̃ eſſe perfectus
nec actu tendere ad perfectionem : alioquin quando deſi-
nit actu tendere cõmittendo veniale peccaret mortaliter:&
ſic religio eſſet laqueus:ſed tenetur habere intentionem ꝓ-
ficiendi.Pro quo aduerte ex eo.d.arti.ij.quod tripliciter ali-
quid pertinet ad perfectionem,quæ eſt finis religionis. Pri-
mò eſſentialiter:vt perfecta obſeruãtia præceptorũ chari-
tatis.Secũdò cõſequenter,vt quæ ex charitatis perfectione
ſequuntur:puta benedicere maledicenti, quæ & ſi in præce-
pto ſint ſecundũ præparationem animi,id eſt,ſi neceſsitas re
quirat:ex ſuperabundantia tamen charitatis procedit quod
extra neceſsitatem impleatur.Tertiò inſtrumentaliter &di-
ſpoſitiuè,vt paupertas,continentia,abſtinentia,& huiuſmo-
di.Igitur qui aſſumit ſtatũ iſtũ,qui eſt diſciplina,& exercitiũ
ad perfectionem,non tenetur habere perfectã charitatem,
ſed tendere & operã dare ad hoc:quia operãti ad finem non
conuenit ex neceſsitate quòd iam aſſequutus ſit finem, ſed
quòd per aliquã viã tendat ad illũ. Eadem ratione nõ tene
tur implere ea,quæ perfectionem charitatis cõſequũtur,ſed
ad hoc intendere:cõtra quod facit cõtemnens. vnde nõ pec-
cat ſi ea prætermittat:ſed ſi ea contemnat.Similiter nõ tene
tur ad omnia,quibus ad perfectionem venitur:ſed ad taxata
ſecundum regulã quam profitetur.Hæc ex illo.Vbi aduerte
primò quòd religioſus ad perfectionem tenetur tendere,&
operã dare intentione vel habitu:vt patet ex dictis. & ſecun
dò quòd aliud eſt cõtemnere,aliud peccare ex contemptu:
quia ad ſecundũ requiritur quòd quis agat contra legem ex
hoc quòd ei ſubijci nõ vult.ad primũ verò ſufficit nõ æſtima
re vel appretiare,vnde perfectionem cõtemnit, qui ad eam
tendere nõ intendit:licet talis nõ peccet ex cõtemptu:ſed ex
negligentia vel cupiditate,& huiuſmodi:quod tũc eſt quãdo
religioſus omnia media ad illum finem ſibi vult abdicare
quantũ in ſe eſt,&ſolum cauere à mortalibus:vt quia nollet
abſtinentias,nec vigilias,nec paupertatem,& huiuſmodi:quã
diu tamen placet ſibi vnum mediũ quò tendat, nõ eſt extra
ſtatum ſalutis:quia & ſi teneatur ad intentionem tendendi,
non tamen currendi ad perfectionem. ¶Quartò quæritur,
4 †quæ religio ſit alia dignior?Et dico ex S.Tho.ij.ij.q.clxxx-
viij.ſummatim quòd ſummum gradum tenent illæ quæ or
dinantur ad docendum ſiue prædicandũ:quia licet iſte actus
ſit vitæ actiuæ,procedit tamen ex plenitudine cõtemplatio-
nis.vnde ſimpliciter contemplationi præfertur : ſicut maius
eſt illuminare,quàm lucere ſolùm.Quod Sup.limitat cæte-
ris paribus,& non aliter:& inſtantia eſt de ſtatu clericali,qui
ordinatur ad docendũ.de celeb.mi.ſanè.§.ſacerdos. Sed iſta
limitatio ſuperfluit:quia ſermo eſt de religionibus. Secun-
dum tenent illæ,quæ ordinantur ad contemplandum. Ter-
tium verò illæ,quæ occupantur circa exteriores actiones.In
ſingulis autem horum graduũ poteſt attendi præeminentia
primò.Secundò quia vna religio ordinatur principalius ad
vtiliorem actum in eodem genere:ſicut in operibus vitæ a-
ctiuæ potius eſt redimere captiuos,quàm hoſpites ſuſcipere:
& in operibus cõtemplatiuæ potior eſt oratio quàm lectio.
Secundò ſi vna ad plura horum ordinetur quàm alia:vel ter
tiò ſi vna habeat ſtatuta conuenientiora quàm alia ad aſſe-
quendum finem ſtatutum.Vnde etiam s̃.Eremita.¶Quintò
5 quęritur,†vtrum habere aliquid in communi minuat de per
fectione religionis?Et dico quòd non.xij.q.j.illi autem.& ſi-
cut patet per Arch.vbi s̃.& S.Tho.ij.ij.q.clxxxviij.in religio
nibus ordinatis ad prædicandum,conuenientiſsima pauper-
tas eſt,qua mobilia reſeruantur in communi aliquo tempo-
re,& non ſolùm dietim.¶Sextò quæritur, †vtrum illicitum
ſit nouam religionem inuenire.¶Et dico quòd non,nec ha- 6
bitum nouę religionis aſſumere.de reli.do.c.vnico.lib.vj.de
quo vide ſuprà,Excommunicatio.ix.§.xx.Et adde quòd tales
non ſunt religioſi propriè, cùm non profiteantur religio-
nem probatam:ſed irreligioſi,& ipſo facto excommunicati
per extraua.Io.xxij.quæ incipit,ſancta Romana. & recitat
Pan.in c.fi.de reli.do.¶Septimò quærit̃†,quot ſunt regulæ
ab eccleſia comprobatæ, ſub quarum aliqua militant om- 7
nes religioſi,præter Carthuſienſes habentes ſtatuta pro re-
gula.& dicit Arch.iij.parte.tit.xvj.quòd ſunt quatuor. ¶Pri-
ma fuit beati Baſilij,ſub qua militant omnes monachi ori-
entalis eccleſiæ ſeu Græci : ſub qua etiam in occidente ali-
quando fuerunt Carmelitæ,quibus anno domini M.ccxlvij.
Inno.iiij.per Hug.cardinalem addidit quædam declarantia
& mitigantia illam:ſub qua etiam fratres Hermeni ſeu Her
menij aliquando fuerunt:licet nunc dicantur eſſe ſub regu-
la Auguſtini.¶Secunda fuit beati Auguſtini, ſub qua mili-
tant omnes Canonici regulares,fratres prædicatores,Eremi
tani,Seruitæ,Sanctæ Brigidæ:ordo Sancti Hieronymi ſub
Eugenio iiij.nouiter inſtituti,ſcopetini,inſtituti ſub Greg.or
do Sancti Ioannis Hieroſolymitani & hoſpitalariorum San
cti Antonij & cruciferorum:differunt autem conſtitutioni-
bus & habitibus.¶Tertia beati Benedicti, ſub qua militant
monachi nigri,de quibus in cle.ne in agro.de ſtat.mo. inter
quos reformati ſunt quidam in congregatione, quæ dicitur
Sanctæ Iuſtinæ,habentes ſpeciales conſtitutiones & exem-
ptione confirmatas per Euge.iiij.Ciſtercienſes,Camadulen-
ſes,Celeſtini,ordo montis oliuarum, ordo montis ſani, ſeu
Syluestrini,qui inter iſtos ſoli non ſunt exempti. ¶Quarta
beati Franciſci,ſub qua militant ſoli minores. Hæc omnia
ex Arch.Ex quibus patet quę religiones ſuo tempore eſſent
approbatæ.¶Octauò quæritur,†quomodo intelligantur re
gulæ prædictæ obligare ſuos profeſſores? Et dico multa. 8
¶Primum.Quando aliquis in ſua profeſsione profitetur ſeu
vouet ſe regulam ſeruaturum quantum ad verba:&,vt appa
ret exterius,tenentur ex præcepto ſingula quæ continentur
in regula ſeruare,vt patet per S.Tho.quoli.j.q.ix.art.iiij.vbi
dicit quòd talis videtur ex voto ſe obligare ad ſingula con-
tenta in regula:ſed tamen in rei veritate ex intentione inſti-
tuentis regulam aut profeſsionem ad prædicta omnia non
tenetur,ſi intendat profiteri vt conſuetum erat in tali ordi-
ne,& ſecundum intentionem legis,non aliter in ſua mente
explicando:quicquid dixerit Henri.de Gan. quod patet pri-
mò quia ibi ſtatim ſanctus Doctor ſubinfert, quòd ex hoc
ſequeretur religionis ſtatum eſſe in laqueum peccati mor-
talis, quod vix aut nunquam poſſet declinari. quaſi dicat
quòd hoc nullus author regulæ probare intendit.Quod au-
tem ſubiungit,Sancti ergo ordinum inſtitutores hoc facere
nolentes,ordinauerunt talem profeſsionis formam, in qua
periculum eſſe non poſsit:non intelligitur de omnibus, ſed
de quibuſdam,vt patet per eundem ij.ij.vbi ſtatim dicam.Se
cundò quia ipſe expreſsè ij.ij.q.clxxxvj.art.ix.ad primum,di-
cit quòd is qui profitetur regulam,non vouet ſeruare omnia
quæ ſunt in regula, ſcilicet verè ex intentione inſtitutoris:
ſed vouet regularem vitam, quæ eſſentialiter conſiſtit in
tribus votis.vnde & in quibuſdam religionibus cautius ali-
qui profitentur, non quidem regulam, ſed viuere ſecun-
dum regulam, id eſt, tendere ad formationem ſuorum
morum ſecundum regulam, ſicut ſecundum quoddam ex-
emplar : quod tollitur per contemptum, in quibuſdam au-
tem



tem adhuc cautius promittẽdo obediẽtiã ſecũdum regulã,
ita ꝙ profeſsioni non cõtrariatur,niſi quod eſt cõtra præce
ptum regulæ.Hæc ille.Tertiò hoc patet expreſſe per deter
minationẽ eccleſię.in cle.exiui.de ver.ſig.vbi de fratrib⁹ mi
noribus,qui ꝓfitentur regulam ſeruare,quòd ex profeſsione
ſuæ regulæ nõ tenentur ſub præcepto ad omnia quę ſunt in
regula,ſed ad ea,quæ in ea ſunt de præcepto. quod ꝓbatur
ibi ex intentiõe authoris,id eſt,beati Franciſci. qui diſcernit
quòd quo ad quędã ex vi verbi trãſgreſsio eſt mortalis, &
quo ad q̃dã alia nõ.vñ in omni regula in quo fit iſta diſcre-
tio,erit hoc verũ:imò etiã ſi nõ fiat,vt patet ex dictis.¶Secũ
dũ.Ex prędictis patet quòd prędictę regulę ex vi ſua etiã ſi
greas ꝓfiteatur,nõ obligãt ſub mortali,niſi ad qnq;:primò
ad obediẽtiã pręcipiẽtis pręlati:& ſecũdò ad nõ habendum
ꝓpriũ.tertiò ad non contrahendum matrimoniũ: in quibus
tribus vita regularis,quã quis profitetur,conſiſtit:quartò ad
ſeruanda præcepta regulæ:quintò ad nõ agendũ ex contem
ptũ:qui tamen ex cõſuetudine ſola trãſgrediendi nõ induci-
tur,ſecũdum San.Th.ij.ij.q.clxxxvj.art.ix.ad tertiũ.& Arch.
poſt Io.de tur.cre ſextò ad nõ contemnendã perfectionem,
quæ eſt ſuæ ꝓfeſsiõis finis & neceſſariò requiſita ad finem:
vt habitus virtutũ,& aliquãdo actus:quę omnia deduci poſ-
ſunt ſecũdum prædicta ex quolibet modo ꝓfitendi:& cõſe-
quẽter præter tria vota ſubſtãtialia ex vi ſua obligãt ſolùm
ad alia tria:ex vi tñ aliena obligãt ad multa alia,ſcilicet ad
præcepta legis Dei vel legis naturalis vel humanę inquantũ
recapitulãt dictas leges.¶Tertiũ.Quomodo autẽ in dictis
regulis vel cõſtitutionibus prędictorũ ordinũ aliquid ſit pręce
ptũ vel nõ ſit,in genere iudicandũ eſt ſecundũ dicta ſuprà
Præceptũ.§.ij.ſpecialiter tamẽ de quibuſdam patet per §.ſe
9 quentes.¶Nonò†ſpecialiter quæritur de intellectu regulæ
beati Baſilij?Et dico prętter dicta in genere & cõia omnibus
regulis,me nihil de ea habere quod ſit præceptũ ex vi regu
10 læ quia eã non vidi.¶Decimò ſpecialiter quæritur † de in-
tellectu regulę beati Benedicti?Et dico tria.¶Primũ.Secun
dũ Sum.Ange.hanc regulam profitẽtur monachi,qui ſub ea
ſunt,qui dicit in c.de diſci.frat.quòd ſi nouitius habita delibe
ratiõe promiſerit ſe omnia in regula cuſtodire cõtenta,reci-
piatur.ſed tñ hoc nõ eſt verũ:quia San.Tho.taliũ monacho
rũ familiaris & amator,vtpote nutritus ab eis in monte caſ-
ſino,dicit in primo quoli.q.ix.artic.iiij.quòd beatus Benedi-
ctus ſtatuit monachũ profiteri nõ quidẽ regulã ſeruare, ſed
cõuerſionẽ morũ ſecundum regulã:ſeu,quod idẽ eſt,viuere
ſecũdum regulã,id eſt,vt dirigat mores ſuos ſecũdum regu-
lã:ſicut ſecũdum quoddã exẽplar,cõtra quod facit nõ ſeruã
do præcepta regulæ,vel eã cõtemnẽdo.Hæc ex illo.qui idẽ
tacitè dicit ij.ij.q.clxxxvj.art.ix.ad primũ.San.etiã Gre.in iij.
Dia.dicit hanc regulã eſſe diſcretione præcipuã & ſermone
luculentã.Ad motiuũ in contrariũ dico quòd illa promiſsio
nouitij nõ eſt ꝓfeſsio,quæ eſt receptio,ſed receptionẽ præ-
cedit,vt ibi patet:ſed eſt expreſsio intẽtiõis,qua dicit ſe velle
omnia ſeruare:vt etiã ſentit bear.Io.do.¶Secũdum.Licet in
hac regula cõtenta non cadant omnia ſub præcepto:nec ad
omnia ſeruãda neceſſario obligẽtur eius profeſſores,vt pa-
tet per San.Th.quoli.& ij.ij.vbi ſuprà,& Arch.poſt Ioan.de
tur.cre.iij.parte,ti.xvj.vbi de hoc vide ad plenũ:tamẽ quædã
ſunt ibi pręcepta.primò ea quę ſe hñt vt finis regulę:ſecũdò
neceſſaria ad illũ finẽ vt habitus,& aliqñ actus interiores vir
tutũ,de quibus ibi agitur,& ſubſtãtialia religionis:adde &
delatio habitus in publicũ.de quibus omnibus diffuſe d.Ioã.
prædictus in ſuo cõmẽto:& de quibus dic breuiter quòd ibi
nullũ eſt præceptũ,niſi eo modo quo ſuprà Præceptũ.§.ij.
&iiij.¶Tertiũ.Sum.Ang.dicit quòd hęc regula indiget de-
claratione papali,quibuſdã ponẽtibus in ea plura præcepta,
quibuſdã pauciora.quod verũ nõ eſt,quia nõ indiget declara
tiõe mitigatiua,cum ſit præcipuæ diſcretionis:nec illuſtrati
ua,cùm in luce ſuæ claritatis dicatur luculẽta. Omnia autẽ
præcepta eius ſufficiẽter per prædicta cognoſcũtur ꝓbabi-
liter:alioquin omnia humana iura indigerẽt papali declara
tiõe,& ipſa declaratio in infinitũ,cum ſemper variẽtur opi-
niones.¶Vndecimò quæritur,† quid de intellectu regulæ 11
beati Aug.& dico multa.¶Primũ.Sum.Ang.dicit dictã regu
lam indigere declaratiõe papali:quia omnia cõtẽta in dicta
regula.Henri.de Gan.dicit cadere ſub pręcepto ꝓpter illud
verbũ in eius principio, Hæc igitur ſunt,quæ vt obſeruetis
pręcipimus.Sed dico ꝓpter hoc nõ eſſe opus tali declaratio
ne:quia Aug.non loquit̃ de dicẽdis in regula:ſed de duobus
præceptis charitatis,quę pręmiſerat:quod patet, quia vtitur
dictiõe illatiua,ſcilicet ly igitur.& dato quòd de dicẽdis lo-
quatur,etiã declaratio papalis nõ eſt neceſſaria:quia opinio
illa Henri.eſt ſtolida imponẽs tãto doctori,ſcilicet Auguſti
no,quòd voluerit ponere ſub præcepto tot & tã minima,&
quæ vix poſsint obſeruari,etiã à viris perfectiſsimis,vt illud,
In inceſſu,ſtatu,habitu,& in omnibus motibus veſtris nihil
fiat quod cuiuſquam offendat aſpectũ,& huiuſmodi. vñ ibi
ſumitur pręceptũ largè ꝓ monitione,ſicut frequẽter in ſcri
ptura monitiones paternæ dicuntur præcepta patris:vbi eſt
præceptũ ex forma,& nõ ex materia vel intentiõe. quod hic
factũ eſt vt magis imprimerẽtur mãdata mẽtibus fratrũ. Et
hæc eſt ſentẽtia magi.Hũber.Io.do.& Arch.& aliorũ qui eã
declararũt.¶Secundũ.Secũdum Archi.poſt Io.do.in hac re-
gula quędã ponũtur vt ſubſtãtialia,vt pręcepta Dei & eccle
ſiæ,& tria vota principalia:& iſta obligãt ad mortale:quędã
verò vt media & declaratoria determinantia principaliter
qualiter p̃dicta debẽt ſeruari:vt de nõ hñdis aut celerrimè
finiẽdis rixis ꝓ pręcepto charitatis ſeruãdo,quòd prępoſito,
id eſt,priori vel presbytero,id eſt,epiſcopo obediatur. quod
declarat modũ obediẽtię.quòd qs nõ velit fœminas appete-
re vel ab eis appeti:quod exornat votũ caſtitatis. qđ habea-
tur victus ſub vno cellario,& veſtitus ſub vno veſtiario:libri
ſub vno librario.& quòd nullus accipiat occultè literas aut
munus quo ad ꝓprietatẽ,quæ videtur cadere ſub pręcepto:
quod cũ hic de præcipiẽtis intẽtione non cõſtet nec appona-
tur determinata pęna,limita ſi materia ſit pręceptiua,id eſt,
de ſe ꝓhibita iure naturali,iuxta dicta ſuprà Præceptũ.§. ij.
¶Duodecimò quæritur† de intellectu cõſtitutionũ ordinis 12
prædicatorũ?Et dico multa.¶Primũ.Sum.Ange.dicit quòd
prędicatores tenẽtur ſeruare omnia quę ſunt in regula,in cõ
ſtitutionibus.prout ſunt in eis,id eſt,pręcepta vt pręcepta,&
cõſilia vt cõſilia.qđ verũ eſt de mẽte San.Th.ij.ij.q.clxxxvj.
ar.ix.ad primũ.& addit etiã ſi pręlatus nõ mãdet eis ſeruare.
quod etiã dicit Arch.poſt Ioã.de Neap.& eſt verum quo ad
omnia:niſi quo ad pœnas requirẽtes in ſuã executione factũ
hominis:vt patet ex dictis ſuprà pęna.§.xxv.& hoc eſt neceſ
ſe dicere ſecũdũ mẽtẽ eiuſdẽ Summę,& Roſ.vt patuit ſuprà
Hæreticus.j.§.viij.part.iij.Vnde qui lapſus eſt in peccatũ qđ
meretur carceres,ipſo facto nõ tenet̃ ſe incarcerare.& ſic de
alijs.Vñ San.Tho.ij.ij.q.clxxxvj.arti.ix.ad primũ,dicit quòd
prædicatores obligantur ſolùm ad pœnã taxatã ſuſtinendã:
nõ autẽ dicit per ſe exequendã.¶Secundũ.Multũ etiã labo-
rat in declarãdo vtrũ cõſtitutiones prędicatorũ obligent ad
culpã.quod tamen vno verbo explicari põt dicẽdo quòd nõ
ex vi ſua:niſi ꝓpter pręceptũ vel cõtemptũ:quia ita expreſſe
ipſæ dicũt,licet faciẽs cõtra eas non cõtemnẽdo nec rebellã
do præcepto peccare poſsit multipliciter ratiõe negligẽtiæ
vel libidinis aut malæ intentionis,ſed nõ ex vi cõſtitutionũ,
imò

i mò etiā ſi nō eſſent tūc cōſtitutiones. Tandem præfert ſuas
cōſtitutiones:quia per eas fratres nec ad culpā nec ad pœnā
obligātur,niſi imponatur à prælatis:ſed idē eſt de vtriſque vt
patuit. ¶ Tertiū. Quo ad poſſeſsiones autem habēdas, licet
multa ſcrupuloſa recitet Archid.ex bea.Io.do.tñ hodie non
eſt ſcrupulus:vt patet per ea quæ declarat magiſter Vincen.
Bandellus generalis ordinis & pręceptor meus in ſuo cōmē
to ſuper cōſtitutiōibus:& maximè vbi fratres regulariter vi
uētes experiūtur ſe viuere nō poſſe,ſcilicet cōmode ſine re-
ditibus:quia hoc etiā ipſe Arch.poſt bea.Io.do.dicit. ¶ Quar
tum. Contēptus autem in prædictis cōſtitutionibus ſumitur
primò ſecundū San.Th.ij.ij.q.clxxxvj.art.ix.ad tertium.pro
trāſgreſsiōe facta ex cōtemptu,id eſt,nō ex ira,neq; cōcupi
ſcētia,nec alia particulari cauſa:ſed ſolùm ex hoc quòd trāſ-
greſſor nō vult ſubijci cōſtitutionibus. Secūdò ſumitur pro-
contēptu interpretato,qui ſumitur ſecūdum Arch.poſt bea.
Io.do.ꝓ volūtaria ſine cauſa cōtinuata aliquādiu trāſgreſsio
ne ſtatutorū principaliū,id eſt,pro intētione deliberata non
ſeruādi ſtatuta principalia,ſed cōtinuādi eorū tranſgreſsio-
nē:quod eſt mortale,& apoſtatare quo ad Deū.quod verū li
mita quādo eſt volūtas trāſgrediēdi omnia principalia ſta-
tuta,quibus venitur ad perfectionē:quæ videtur eſſe ea quæ
ꝑtinēt ad humilitatē,vt vilitas habitus:& auſteritatē,vt aſpe
ritas veſtiū lanearū,vigiliæ nocturnæ,ieiunia & abſtinentia,
puta à carnibus:quia iſte eſt contēptus perfectionis.ſecus ſi
quis ex infirmitate nō ſeruaret multa:& tamē per vnū,puta
humilitatē habitus niteretur ad perfectionē,quia nō videtur
in ſtatu dānationis. Tertiò ſumitur ſecundū Arch.vt innuit
in ij.parte.tit.ix.c.iij.ꝓ conſuetudine delinquendi in aliquo,
puta in ſilētio:ſed iſte nō eſt propriè cōtēptus ſecundū San.
Th.& bea.Io.do.qđ limita niſi adeſſet intētio continuandi
cōſuetudinē omni hora,& quo ad omnia ſtatuta principalia.
13 ¶ Decimotertiò quęritur † de intellectu regulę bea.Fraciſci?
Et dico multa. ¶ Primū. Sicut ex cle.exiui.de verb.ſig.patet,
hęc regula fuit multū obſcura.vnde per multos ſummos pō
tifices fuit declarata.fuit etiā multū rigida:q̃a multipliciter
ibi eſt mitigata.erat etiā periculoſa,niſi apoſtolica ſedes ꝓ-
uidiſſet:tñ quia profeſſores eius profitētur ea ſe ſeruaturos:
& cōſequenter videbantur teneri ad omnia contenta in ea:
tū etiā quia in ea ſunt multa præcepta & in rebus,quæ diffi-
cile eſt obſeruare,ſuppoſita t̃pis noſtri malignitate,vt ibidē
patet. Et omnia hæc ꝓceſſerunt ex magno feruore bea.Frā
ciſci,cui leuia etiā grauia videbātur. ¶ Secūdū. Profeſsio fra-
trū minorū eſt:ꝓmitto ſeruare regulā fratrū minorū,viuen
do in obediētia:ſine proprio,& in caſtitate:imò etiā promit
tūt ſeruare Euāgeliū Chriſti:tñ papa declarauit primò quòd
nō tenētur ad omnia cōſilia quę ſunt in Euāgelio,ſed ſolùm
ad ea,quæ ſunt in regula:quia hæc fuit intētio bea. Frāciſci,
cū quædā cōſilia euāgelica inſeruerit regulæ,et quædā nō.
Et ſcđò quòd cū dicit,ꝓmitto ſeruare hāc regulā:nō eſt ſen
ſus,vt exponit Sum.Ang.id eſt,ꝓmitto cōuerſationē ſecūdū
illā regulā,ſed quòd teneatur nō ſolū ad tria vota,ſed ad o-
mnia pertinētia ad illa tria,licet nō æqualiter,ſed ad quædā
ex præcepto,ad quædam ex cōſilio. Et tertiò quòd licet non
teneantur ex præcepto ad omnia quæ ponūtur in regula ſub
verbis imperatiui modi.tñ ad quædam tenentur:& enume-
rātur ibi valde multa præcepta regulæ,& nōnulla mitigan-
tur:quæ ibi videāt,& qui volūt,& quibus eſt neceſſarium.

## Ruſus de Religione ſecūdò, quantum ad ingreſſum primum.

1 *Religionis ingreſſus an requirat deliberationem magnam.*
2 *Ad religionem an liceat alium inducere.*
3 *Religionem an intrare poſſit ſeruus.*
4 *Religionē an intret obligatus ad aliquid ſoluendū. & nu.ſeq.*
8 *Religionē an intrare poſsint qui ſunt in dignitate vel cura.*
9 *Religionem an intrare poſsit,qui iurauit aliquam ducere.*
10 *Religioni an offerri poſsint pueri à parentibus.*
11 *Religionem an ingrediatur impubes propria authoritate,& quid de anno ipſo pubertatis.nu.12.*
13 *Mater an poſsit filium religioni offerre & reuocare.*
14 *Voto an quis poſsit ſe obligare ad religionis ingreſſum.*
15 *Pueri an poſſint ſe voto obligare ad religionis ingreſſum.*
16 *Vouēs intrare certā religionē,ſi ibi nō recipiatur,quid.n.17.*
18 *Religionem intrare vouens an poſsit ad aliam induci.*
19 *Religionem intrare vouens an teneatur ibi eſſe perpetuò.*
20 *Vouens religionem ſi eligatur in epiſcopū,an teneatur prius intrare.*
21 *Vouens non intrare an ſit obligatus ad non intrandum.*

RELIGIO ſecundò cōſiderari pōt quantū ad ingreſ-
ſum primū,qui eſt per habitus ſuſceptionē. ¶ Primò
autē quęritur,† vtrū de ingreſſu religiōis habenda ſit
deliberatio magna,quę in dubijs magnis requiritur.iij.Ethi. 1
& dicit S.Th.ij.ij.q.vlt.quòd cū hæc tria cōſiderari poſsint,
ipſe ſcilicet ingreſſus ſecundū ſe:& ſecūdò ipſemet per cōpa
rationem ad vires ingredientis: & tertiò modus intrandi,&
quam religionē debeat quis intrare:in primo nō requiritur:
quia certum eſt quòd eſt melius bonū,de quo Chriſtus cōſi-
lium dedit.nec in ſecūdò:quia ingrediens nō confidit in ſua
virtute,ſed de diuina,ſecundū illud Iſa.xl. Qui ſperāt in dño,
&c.ſi tamen ſit ſpeciale impedimentū infirmitatis aut debi-
torū,vel huiuſmodi,requiritur deliberatio & conſiliū cū his
qui proſint,& ſimiliter in tertio. ¶ Secūdò quęritur,† vtrū li- 2
ceat aliū ad religionē inducere? Et dicit Sanct.Th.vbi ſuprà
quòd ſic,ſecundū illud Iac.vlt.qui cōuerti fecerit, &c.ſed tñ
circa hoc contingere poteſt tripliciter inordinatio.primò ſi
inducat violēter.quod prohibetur xx.q.iij.præſens.ſecūdò ſi
ſimoniacè muneribus datis.j q.ij.quàm pio.ad quod tñ non
pertinet ſi q̃s pauperē in ſeculo nutriat ad religionē,vel ſine
pacto munuſcula tribuat ad captandā familiaritatē.tertiò ſi
mēdacijs:quia tali imminet periculū retrocedēdi,cū ſe dece
ptū inuenerit. ¶ Tertiò quęrit,† vtrū religionē intrare poſsit 3
ſeruus? Et dico q̄ ſeruus,ſecūdū Ray.religionē intrare non
pōt:nec debet recipi,niſi de licētia domini,ſiue ſciatur q̄ ſit
ſeruus,ſiue ignoret an ſit ſeruus aut liber. Et ſi ingreditur,
redditur dño,ſi repetit,cū omnibus,quæ attulit,fide tamen
accepta de eius impunitate:poſt triēniū verò repeti non pōt,
niſi eſſet tā longè q̄ nō poſſet inueniri.xvij.q.ij.ſi quis inco-
gnitus.& ſi interim ꝓfiteatur,nō obſtante profeſsione reſti-
tuetur domino,ſi in receptione vſus eſt fraude:vt ſe ꝓbando
liberū per falſos teſtes.de ſeruis non ord.oportet.ſecundum
Ray.& Hoſt.& domino reſtitutus erit religioſus & religiōi
obnoxius,quantū in ipſo eſt,ſecūdum Hug.& Vernec.argu.
xxvij.q.j.de viduis.& manumiſſus cōtrahere nō poſſet. Si aūt
monaſteriū fuit in culpa:puta quia ſciebat eū ſeruū eſſe,vel
neglexit inquirere,cum eſſet incognitus,remanebit in reli-
gione,ſed monaſteriū ſatisfaciet domino.arg.diſt.liiij.ſi ſer-
uus.ſecūdum Ray. Nec obſt.c.quidam.de cōuer.cōiug. quia
habēs vxorē ea inuita caſtitatē ſeruare nō poteſt:& cōſequē
ter nec eſſe religioſus:ſecus de ſeruo. Currere autem incipit
illud triēnium,ſecūdum Hug.à tēpore ingreſſus : ſed verius
à tempore ſciētiæ domini,ſecūdum Lau.Io.& alios. Et hæc
ſunt vera in omni genere ſeruorū,etiā ſi ſint coloni origina-
rij ſiue adſcripticij. ¶ Quartò quęrit † vtrū intrare poſsit obli 4
gatus ad aliquid ſoluēdū? Et dicit Ray.quòd ſic,nō obſtante
promiſsione vel iuramēto:modò hoc faciat feruore charita
tis:nec facit iniuriā creditori,quia excuſatur authoritate Spi
ritus



ritus ſancti.de reg.licet.xix.q.ij.duæ. adde quia ſecundum S.
Tho.ſufficit cedere bonis : cum perſona liberi hominis non
obligetur propter pecuniā,ſecundū iura ciuilia,ſed ſolū res,
vt dicit S.Tho.ij.ij.q.vl.ar.vj.monaſteriū tamen,inquit,Ray.
ſatisfacere tenetur de his quæ cōtulit monaſterio. xix.q.iij.ſi
qua mulier.& de his quæ monaſterium poſt eius ingreſſum
eius occaſione acquireret ſucceſsione,donatione , vel teſta-
mento,quantū talia ſe extendunt, & nō plus.ar.d.c.ſi qua.&
concor.Hoſt.& Inno.& S.Tho.ij.ij.q.vl.& ſimiliter ſecundū
Rayn.ipſe in monaſterio exiſtens poterit ſcribere vel aliter
honeſtè operari ad ſe liberandū,modò nō negligat officiū
diuinum.xij.q.j.clericus.nec impediatur in aliquo ab obſer-
uantia regulari,id eſt,ab obſequijs regulæ,cui ſemp eſt ad-
ſtrictus:nec deducentur expenſæ de lucro, ſcđm Inno.& ve-
riorem opinionem:quia altari deſeruiens de altari viuere de
bet.xij.q.j.ex his. Pet.tamen de Palu.& Vld.& Sum.Conf.&
Arch. dicunt ſimpliciter quòd in religione nō tenetur ope-
rari vt debita ſoluat.& hoc tene niſi ratione ſcādali:quia ꝓſi
tendo cedit bonis,& habet velle . Et prædicta intellige etiā
ſi ad debitū iuramento erat adſtrictus,ar.d.c.licet.& ſi iura-
uerat operari manibus ad ſatisfaciendū , nihilo minus ſcđm
Pet.de Pal.poteſt intrare:ſed ſi bona ſua ſufficiūt,tenetur ei
ad intereſſe. Et idem dic de eo qui accepit vxorem , quæ ex
hoc patitur aliquod intereſſe,ſcđm eundem Petr. ¶ Quintò
5 quæritur,† vtrū poſsit intrare qui eſt obligatus ad aliquid fa
ciendum? Et dicit Hoſt.quòd ſic:ſed perficiet quod promiſit
ſaltem per aliū,niſi manus eius eſſet ſpecialiter electa:quia
tunc nō liceret per aliū facere ſine licentia.C.de cadu.tol.l.j.
§.ne autem.de off.dele.c.ſi. poteſt etiā ſatisfacere ei de bo-
nis quæ attulit monaſterio,vel operādo:vt §.priore, licet o-
perari nō teneatur:ſi tamen hoc nullo modo poteſt , nihilo
minus intret,etiā ſi iuraſſet facere : ſicut ſi rector iurauerit
regere ciuitatem per annū,vel magiſter legere : quia ſcđm
Ray.nō violat iuramentū qui illud in melius cōmutat.de iu
reiu.peruenit.& idem Inno.Gof.& Hoſt.qui addit ſe cōſule-
ret tanquā tutius,vt impleat quod ꝓmiſit.de iureiu . debito-
res.ſed hoc cōſiliū nō eſt bonū , niſi vbi poſſet quis implere
incōtinenti,vel ſcandalū timeret, quia periculo ſe exponit,
vel ſaltem retardat ingreſſum. Nec obſtat c.debitorem.quia
nō inducit aliquid retardās:ſed ſolū dicit quòd qui iurauerūt
ſoluere vſuras,ſoluāt.ſimiliter nec c.cōmiſſum. de ſponſ.vbi
ei qui iurauit matrimoniū cōtrahere,cōſulitur vt cōtrahat,
& exinde ingrediatur:quia per illud nō retardat religiōis in-
greſſus,ſcđm gl. Ray.& Sum.Con.& præterea illud cōſiliū
datur,ne notet talis de periurio à vulgo,ſcđm Pan.ibi qui e-
6 tiam dicit quòd talis ſtatim pōt intrare. ¶ Sextò quærit,† v-
trum intrare poſsit qui eſt obligatus ad ratiocinia ? Et dico
quòd nō,nec recipi debet.ſi ſunt Reipublicæ.di . liij .c.legē.
niſi prius ſe expediat:ſi verò ſunt ratiocinia priuatorū,hone
ſtum eſt vt prius ſe expediat:ſed nō eſt neceſſariū , ſcđm gl.
Ray.vtrū etiā poſsit talis ordinari,vide ſ̃ ratiociniū. ¶ Septi-
7 mò quæritur,† vtrum intrare poſsit qui eſt obligatus ſeruire
parentibus ꝓpter eorū neceſsitatem? Et dicit S.Tho.in quo-
liiij.ar.xvj.quòd ſi is qui nondū intrauit, patrem ſuū in ma-
gna neceſsitate viderit,cui per aliū ſubueniri nō poteſt,intra
re nō debet,ſed parentibus miniſtrare,maximè ſi abſq; peri-
culo peccati poſſet in ſeculo remanere:ſecus ſi poſſet ſubue
niri per aliū:item ſecus,ſcđm Rich.ſi ſeruire nō poteſt eis ſi
ne ſalutis ſuæ diſpendio,id eſt,periculo ꝓbabili peccati mor
talis.qui verò iam eſt in religione profeſſus, inquit , S.Tho.
mortuus eſt mundo & ſpirituali morte deobligatur à cura
impendenda parentibus:ſicut etiam deobligaretur per mor
tem corporalem:vnde non peccat in clauſtro manens ſub
præcepto prælati,parentum adminiſtratione prætermiſſa:
quia factus eſt ad illam impotens ſine culpa.ſ̃. Religio.vj.§.
ix. Debet tamen,quantum poteſt ſalua ordinis obedientia,
curare vt per ſe vel per aliū eis ſubueniat. Hæc ex illo. Et in-
tellige neceſsitatem magnā quæ eſt decentiæ ſtatus : puta
quia oporteret eos mendicare,vel ſeruire alijs cū notabili ſi
ue magna indecentia:quia nō debet intrare : & à fortiori ſi
ſunt in maxima,id eſt,extrema:quæ ambæ ſi nunquā ceſſent
ingreſſus eſt ex toto dimittendus,ſcđm Io.de Nea.quia quę
ſunt præcepti,nō debent omitti propter illa quæ ſunt cōſi-
lij,etiam,inquit,ſi vouiſſet ingreſſum: quia ſi vouit ante in-
digentiam,eſt illicita redditio:tū quia obligatū vni ſi ꝓmit-
tatur alteri,ei tradi nō debet,cùm promiſsiōe nō transferat
dominiū:tū quia mutata eſt cōditio vouentis, cùm ei ſuper-
uenerit noua obligatio:ſi autē vouit t̃pe indigentiæ, ſit illi-
citū votū,vt patet. ¶ Octauò quærit , † vtrū poſsint intrare 8
qui ſunt in dignitate vel cura? Et dico ſcđm Pan. in c . quod
Dei timorem.de ſta.mo.quòd cuilibet prælato citra epiſco-
pum permittit dimiſſa prælatura religionem intrare. Et ſe
cundū S.Tho.etiā inuito epiſcopo hoc poſſunt archidiaconi
& presbyteri curati,vt patet ij.ij.q.vl.& adde idem eſſe de
prępoſitis,decanis,archipresbyteris,& omnibus inferioribus
epiſcopo.xix.q.ij.duæ.debent tamen petere licentiā, quāuis
nō obtineāt.de reg.licet. Epiſcopi verò per ſuperiores ſine li
centia papæ intrare nō poſſunt.d.c.licet. Beneficia tamē prę
dictorū,quibus licet intrare,nulli debent cōferri,niſi poſt ꝓ
feſsionem ſaltem tacitā:vel niſi euidenter apparuerit quod
voluerint vitā mutare,quod ſcilicet eſt quoddā votū religio
nis vel deſideriū ꝓfitēdi.de reg. beneficiū.in vj. Fructuū aūt
ante ꝓfeſsionem aſsignari debet debita portio alicui qui ſer
uiat pro ingreſſo:vt d.c.bñficiū.reliquū verò erit eius,ne ſit
oneroſus monaſterio.xvj.q.vj.de lapſis.nec ꝓpriè eſt religio
ſus.de ſen.exc.religioſo.li.vj.& cōſequēter ſuo iure fraudari
nō debet.xvij.q.ij. Gōſaldus.vt no.Tāc.& Bar.Brix.& Arc.&
interim remanet canonicus,curatus, vel decanus,ſicut prius
nec beneficiū vacat. Et hoc ſequit Sum.Ang.in verbo,religio
ſo.quæ tamen in verbo,nouitius ſcripſit oppoſitū,dicēs quòd
reliqui fructus cōſeruabunt,vel in vtilitatem eccleſiæ,expen
dentur.de elec.quia ſæpe.libr.vj.quanuis Bar. Brix. tenuerit
quòd ſui erūt.ſed primū eſt verius de iure.& d.c.quia ſæpe.lo
quitur in beneficio vacante.ſtandū tamen puto cōſuetudini
inter iſtas opinio. Hæc aūt executio fiet per epiſcopū de ele.
cùm ex eo.li.vj. ¶ Nonò quæritur,† vtrū intrare poſsit qui du 9
xit aut iurauit ducere aliquā in vxorem? Et dico quòd ſi du-
xit per verba de præſenti, & cōſummauit,nō pōt intrare,ni-
ſi vt ſ̃.Matrimoniū.viij.§.xij.ſed intellige,ſi copula ſequuta
eſt cōtractū matrimonij vel ſpōſaliū,nō ſi præceſsit,quia ſic
nō impediret,nec diceret matrimoniū cōſummatū,ar.c.ve-
niens.de ſpō.& de hoc ſ̃. Qui verò iurauit ducere,intrare pōt
authoritate c.peruenit.el ij.de iureiu.&.c.cōmiſſum.de ſpō.
de quo ſ̃.§.v. ¶ Decimò quærit, † vtrū pueri impuberes poſ- 10
ſint religioni à parentibus vel tutoribus offerri , vt intrent
per habitus ſuſceptionem? Et dico quòd ſic:& ſcđm Innoc.ſi
impubes vnum tantum habeat parentem,ille ſolus pōt eum
offerre:& ſi habeat tutores alios quā parentes:tamen paren
tes eū inuitis tutoribus poſſunt offerre,& idem credūt aliqui
de patre inuito auo,qui habet eū in poteſtate,& nō ecōuerſo:
quia in his ſpiritualibus ius naturæ præfertur poſitiuo vel ci-
uili:vt in Sum.Con.tit.viij.q.xxx. Sed huiuſmodi impuberes
oblati religioni,cùm venerint ad annos pubertatis,ſunt in li
bertate remanendi & exeundi:vnde ſuper hoc debent inter-
rogari,cū ſint in anno xv.qui eſt ꝓbationis.x.q j.c.j. Et dicit
Dir.quòd ſi puer conſentit,licet cōſenſus,qui fit ante annos
diſcr

diſcretionis, non teneat, ipſe tamen exire non poteſt antequam veniat ad legitimam ætatem, ad inſtar carnalis matrimonij. de deſpon. impube. de illis. xx. q. j. illud. ſed quam primùm ad perfectam venerit ætatem, id eſt, xiiij. annum, poteſt egredi. xx. q. iij. præſens. de reg. cùm ſimus. ſi autem non conſentit, egredi poteſt quando voluerit. xx. q. j. puellæ. Quãuis autem liceat tales recipere, quod etiam fecit beatus Benedictus, & beatus Tho. docet iij. quoli. q. v. & ij ij. q. clxxxix. niſi ſcilicet conſtitutione alicuius religionis prohibeatur: tamen experientia docet non expedire, ſecundum Arch. vnde hoc ſeruant omnes regulares. quod autem in conſtitutionibus prædicatorum cauetur nullum recipi ante xviij. annum, de conuerſis declaratum eſt intelligi per acta capituli gene

11 ralis. ¶ Vndecimò quęritur, † vtrum pueri impuberes poſsint ingredi religionem propria authoritate? Et dico quòd non, de regul. ad noſtram. quod ſi fecerint ſiue oblatione parentum, ſecundum Pan. in c. ſignificatum. de regu. exire poſſunt quando volunt ante profeſsionem: & ſecundum Dir. extrahi poſſunt à patre vel tutore vſque ad annum vel diem. xx. q. j. puellæ. ſcilicet à die ſcientię, ſecundum gl. Ray. ſed ſi annum vel diem diſsimulando conſenſerit, neq; parentes, neq; tutor neq; ipſe mutare poterit, ſcilicet quouſq; venerit ad legitimam ætatem. Si autem ex conſenſu eorum intrauit expreſſè vel tacitè, vlterius reuocare non poterunt. xx. q. j. addidiſtis. & c. quicunq;. Aduertendum tamen eſt hic ſecundum Arch. poſt Pet. de Pal. quòd nec pater, nec tutor, nec magiſter, nec quicunq; alius cuſtos pôt impuberem de religione extrahere propria authoritate, ſiue ex voto, ſiue ſine voto intrauerit: ſed authoritate habentis poteſtatem in monaſterio: quia licet poſsint eum inuitum diſciplinare pater vel tutor, etiam clericum, non tamen poſſunt corrigere alijs iniuriam inferendo. quod poſſet, ſi habitum dirumperent, aut vi educerent de monaſterio, quod iam erat in eius poſſeſsione. ¶ Duodeci

12 mò quæritur, † vtrum intrare poſsint pueri vel puellæ in anno pubertatis? Et dico quòd ſic etiam parentibus prohibentibus. xx. q. ij. puella. ſed oportet quòd talem annum cõpleuerint, puer ſcilicet xiiij. & puella xij. de reg. ad noſtram. in tex. & in gl. nec in hoc malitia ſupplet ætatem, vt expreſſe no. xx. q. j. in ſum. & idem Io. And. in cle. eos. de reg. Quod autem dixit Ray. ſufficere ſi malitia ſuppleret ætatem. de reg poſtulaſti. verum fuit ſuo tempore quando Summam fecit & currebat prior compilatio Decretalium: ſed hodie verba illa de ipſa decretali, poſtulaſti. ſubtracta ſunt. & idem gl. ibi. ¶ De-

13 cimotertiò quæritur, † vtrum mater vel alter tutorum offerre poſsit filium & reuocare? Et dicit Dir. Inno. tenere de matre quòd ſic, allegans d. c. addidiſtis. ſed Lau. Io. & Arc. tenere contrarium: quia non habet ipſum in poteſtate. Inſt. de adop. §. fœminæ. & conſequenter ſi pater eum obtulit, mater reuocare non poteſt, niſi dicatur quòd æque ſit in poteſtate matris ſicut & patris, quantum ad hunc caſum. Opinio tamen Inno. videtur verior ſecundum iura alia tamen tenetur, niſi mater eſſet tutetrix. hæc Dir. Arc. autem poſt Pet. de pal. dicit quòd ſi impubes habet matrem, poteſt eum reuocare: nõ autem mater patre nolente: patre autem mortuo, tunc mater & auia poſſunt, ſi habent tutelam eius: vt quia non tranſierunt ad ſecunda vota: quo caſu non poteſt, cùm perdat tutelam: tutor autem hoc poteſt. Vide etiam ĩ. Votum. v. §. vl. De tutoribus autem vbi ſunt plures, videtur quòd vnus ſolus poſſit offerre: quia quo ad hoc eandem habent poteſtatem ſicut parentes. xx. q. ij. puella. Sed dic quòd conditio prohibentis erit melior, ſecundum Innoc. & Dir. ¶ Decimoquartò quæri-

14 tur, † vtrum liceat alicui ſe voto obligare ad religionis ingreſſum? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. vlti. quòd ſic: quia idem opus eſt laudabilius ex voto quàm ſine voto: vt ĩ. Votũ. j. §. vj. Mendicantes tamen omnino abſtinere debent ab inductione ad talia vota, per quæ renuntietur ſeculo ante annos probationis: vt in c. non ſolùm. & c. ſeq. de reg. li. vj. ¶ Decimoquintò quæritur, † vtrum pueri poſsint ſe voto obligare ad religio-

nis ingreſſum? Et dicit ac probat S. Thom. ij. ij. q. clxxxix. hoc 15
eſſe laudabile. Sed tamen aduerte ex eodem ibi, quòd votum ſimplex eſt inefficax aliquando propter duo: primò ſcilicet propter defectum deliberationis: vt de furioſis patet in c. ſicut tenor. de reg. & idem de pueris nondum habentibus vſum rationis, per quem ſunt doli capaces, qui in aliquibus præuenit annos pubertatis, & in aliquibus ſubſequitur, ſecundum diuerſam diſpoſitionem naturæ: ſecundò ex hoc quòd vouetur aliquid quod non eſt propriæ poteſtatis: vt ſi ſeruus habens vſum rationis voueat ignorante domino religionis ingreſſum. diſt. liiij. ſi ſeruus. Et idem eſt de votis puerorum ante annos pubertatis: quia tunc ſunt in poteſtate patris quantum ad diſpoſitionem vitæ ſuæ: vnde poteſt eam acceptare vel irritare: vt de muliere expreſſe dicitur Nu. xxx. Igitur ſi puer ante pubertatem & vſum rationis votum ſimplex emittat, non obligatur: ſi autem habebat vſum rationis obligatur quantum in ſe eſt ex ſuo voto: ſed reuocari poterit authoritate patris: quia ordinatio legis, qua vnus homo ſubditur alteri, reſpicit illud quod in pluribus accidit. Si verò annos pubertatis excedit, reuocari non poteſt authoritate parentum: & ſi nondum haberet plenè vſum rationis, non obligaretur quo ad Deum. Hæc ex illo. De voto autem ſolenni dic vt ĩ. Religio. iij. §. ij. Et quòd votum pueri ante annos pubertatis obliget, tenet & probat Pan. in c. ij. de voto iuncta gl. vbi tamen innuit vnum quod ſequi videtur Sum. Roſ. ſcilicet quòd dicatur puer doli capax poſt vij. annum. quod quidem eſt verum quo ad peccare poſſe: ſed non credo quantum ad vouere: ſed hoc eſt ſolùm prope pubertatem, de quo ſuprà Baptiſmus. iiij. §. viij. Igitur ſi impubes voueat, habens tamen vſum rationis: ſi pater vel tutor non irritat, ſed ratificat, tenetur intrare. Si verò irritat, nec tenetur intrare, nec debet ante pubertatem: & ſi intrauerit, poteſt reuocari: vt ſ. §. xj. Si verò voueat adultus ſiue pubes, tenetur intrare, etiam patre contradicente & præcipiente contrarium. xj. q. iij. ſi dominus. Et ſi vouit ſimpliciter & abſolutè intendens ſe obligare, ſecundum Arch. poſt S. Tho. tenetur intrare quàm citius poteſt ſcilicet commodè. Si autem vouit ſub certo tempore vel conditione, tenetur adueniente tempore vel conditione: aliàs non. ¶ Adde prædictis de mente Ray. & glo. eius idem eſſe de alijs votis impuberis & de iuramento: quia omnia poſſunt irritari, ſi reuocentur ſtatim cum pater audiuerit, id eſt, ipſa die, & non alia. arg. Numeri xxx. ibi, & in alterum diem diſtulerit ſententiam. Et ſecundum Veruec. ſi pater aut tutor contradixit, & poſtea conſenſit, non reuiuiſcit votum: nec tenebitur filius cùm venerit ad legitimam ætatem. Vide autem etiam ĩ. Votum. iij. §. v. ¶ Sed ſi impubes doli capax voueat continentiam vel ingreſſum religionis in tempus, puta cùm erit adultus aut ſolutus à patria poteſtate dubium eſt an pater poſsit irritare? Et dicit gl. Ray. quòd ſic contradicendo ſtatim, ſecundum communem opinionem. & idem Rodo. quod etiam Aſten. dicit eſſe humanius. contrarium ſenſit Hug. & videtur conſentire Inno. dicens quòd impubes doli capax ſoluta patria poteſtate debet implere vota quæ fecerat: & idem Hoſt. Sed primum eſt verius: quia pater habet authoritatem irrritandi nõ ſolùm ratione ſui præiudicij, quia hoc eſt omnibus commune: ſed etiam ratione ſubiectionis qua ſuberat puer quando vouit: dictum autem Inn. & Hoſ. eſt verum, quando illa vota non fuerunt irritata. ¶ Decimoſe-



cimoſextò quæritur, † quid ſi quis vouit intrare certam religionẽ, & illi nolunt eũ recipere? Et dicit S. Tho. ij. ij. q. clxxxviij. quòd ſi intentio ſua ſit ſe obligare ad religionem principaliter, & ex conſequenti eligit hunc vel hunc locum quaſi ſibi magis congruentem, tenetur intrare aliam. Et idem intellige ſi prior perijt, vel reprobata eſt, vel quodocũq; impedimentum obſiſtit: quia obligatio non fuit certæ ſpeciei, ſed generis: ſicut promittens dare equum, licet non intenderet emere alienũ, ſed dare ſuũ: ſi omnes ſui pereant, tenetur dare alienũ. Non tamen credo quòd teneatur diſcurrere per mundum vt inueniat ſe recipientem: quia non eſt verimile quòd ſe voluiſſet ad hoc obligare: & ſimiliter ſi tantum vnã aut duas vel plures inueniat quæ eũ velint, de quibus credit probabiliter quòd ſi cogitaſſet, nõ ſe obligaſſet: credo quòd nõ tenetur intrare. Si verò principaliter intendebat ſe obligare ad iſtã religionem vel locũ propter ſpecialem cõplacentiam eius, ſecundũ Pe. de Pa. obligatur ad aliam, ſi iſtã intrare nõ poteſt: quia videtur ex cõſequenti vouiſſe dimiſsionem ſeculi, cùm nõ ſtet vita ſeculi cũ ſuo voto. Sed S. Tho. & Ric. & Arch. tenent quòd ad aliam nõ obligatur. & hoc eſt verũ: quia ſicut effectus non excedit cauſam, ita votum nõ extenditur vltra intentionem vouentis, cũ ab ea virtutem ſumat: nec talis abſolutè vouit dimittere ſeculũ, ſed præcisè vt cõſequitur ingreſſum huius religiõis aut loci. Si aũt dubitat quã intentionem habuerit, debet viam eligere tutiorem ſecundũ S. Tho. & Pet. Si autem incidit in impoſsibilitatem implendi votũ ex ſua culpa tenetur facere quod poteſt, & pœnitere de culpa. ¶ Decimoſeptimò quęritur, † quid de eo qui vouit religionem intrare indeterminatè, & nullã inuenit ſe recipientem? Et dicit Inno. quòd remanebit ſub obedientia epiſcopi: & erit monachus eius. quod de cõgruitate ſolùm debet intelligi, cùm poſsit eſſe in ſeculo, & nubere: quia ſicut ſe habet pars ad partem, ita totũ ad totũ. Vnde ſicut ille qui vouit intrare ſolũ hãc religionem, quæ eſt pars religiõis in genere, poteſt nubere ſi nolit eũ illa pars recipere: vt §. priore. ita & qui vouit intrare religionem in genere quæ eſt totũ, poterit nubere ſi vniuerſalitas religionũ, quæ eſt totũ reſpectu huius particularis, nolit eũ recipere: vnde & ſcd̃m Arch. in c. fecimus. xij. q. j. in voto religionis ſubintelligũtur iſtæ cõditiones, ſi poſſum, vel ſi volunt me recipere: quibus nõ extantibus non erit votũ, ſecundum Hug. Car. Et hæc maximè ſunt vera, ſi ille nõ intendebat aliter ſe obligare: quia ſecundum Arc. ibi, tantum ſe extendit obligatio voti, quantũ & intentio vouentis. Et ſi q̃ vouit de hoc non cogitabat, diſtingue: quia aut ſibi nunc videtur probabiliter quòd excepiſſet ſi cogitaſſet: & nõ tenetur: aut quòd non excepiſſet: & tũc tenetur eo modo quo fuiſſet eius intentio: & ſi neſcit diſcernere, teneat tutius. ¶ Decimooctauò quęritur, † vtrum is qui vouit religionem vnam determinatam intrare, induci poſsit ad aliam? Et dicit S. Thom. ij. ij. q. vlt. quòd ſic: ſi illa alia ſit maior: quia in maiori intelligitur minus. & hoc niſi aliquid impediat ſpeciale, puta infirmitas, vel ſpes maioris profectus in minori, non autem ſi illa alia ſit minor, niſi ex cauſa euidenti & diſpenſatione ſuperioris: ſi tamen ingreditur & profiteatur, profeſsio tenet. de reg. qui poſt votum. lib. vj. puto tamen quòd fuerit tranſgreſſor ſui voti ſimplicis: licet nunc maiori teneatur. ¶ Decimononò quæritur, † vtrũ is qui vouit vel iurauit religionem intrare teneatur ibi eſſe perpetuò? Et dicit S. Tho. ibi ſ. quòd ſic, ſi ad hoc intendebat ſe obligare: nõ aũt intendebat ſe obligare ad ingreſſum cauſa experiendi cũ libertate manendi vel nõ manendi. Si autem in vouendo de hoc nihil cogitauit, videtur obligari ad ingreſſum ſcd̃m formam iuris communis, quæ eſt, vt ingredientibus detur annus probationis. Vnde non tenetur ibi manere perpetuò: ſi tamen intraret intentione ſtatim exeundi, nõ ſatisfaceret voto: quia in vouendo hoc nõ intendebat. vnde tenetur ſaltem velle experiri vtrũ hoc ſibi expediat. Et idem Sum. Conf. ¶ Addit Richa. quòd ſi intrauit animo exeũdi, cũ volũtate tamen dandi operã, vt Deus immutet propoſitũ ſuum, ſatisfacit voto: ali-

ter nõ. ¶ Viceſimò quæritur, † vtrũ habens votũ religionis ſi 20
eligatur in epiſcopũ, teneatur prius intrare? Et dico quòd ſic. de voto. per tuas. vide ibi no. ¶ Viceſimoprimò quęritur, † v- 21
trum is, qui vouit non intrare religionem, ſit obligatus ad nõ intrandum? Et dicit Ric. in iij. quoli. q. xiiij. quòd non: quia ſicut illicitum eſt iurare quòd quis non faciet bonum, ita & vouere. Hoſt. tamen diſtinguit: quia non poteſt intrare monaſterium quod eum allicit cauſa lucri, & circunuenit: ſed aliud, vt xx. q. iij. conſtituit, de conuer. coniu. dudum. inſpiratus autem à domino poteſt intrare. de diuor. gaudemus, & placet. & probatur in c. beatus. xxij. q. ij. & in c. ij. de iureiur. nec tenendus eſt Gratianus. xxij. q. iiij. §. vltim. in fine.

## Rurſus de Religione tertiò quantum ad ingreſſum ſecundum, qui eſt Profeſsio.

1 *Profeſsio religionis expreſſa qualiter fiat*
2 *Profiteri qua ætate quis poſsit.*
3 *Profeſsio poſt quantum tempus fieri debeat.*
4 *Profeſsio facta ante tempus debitum an teneat. & numero. 5.*
6 *Profeſsio an teneat, vbi eſt quid illicitum.*
7 *Profeſsio ſub conditione an teneat. & numer. 8.*
9 *Profeſsio fœminæ in monaſterio maſculorum, vel econuerſo, an teneat,*
10 *Profeſsio facta in religione prohibita an teneat.*
11 *Profeſſus religionem dolo vel blanditijs an teneatur.*
12 *Reformatio an arctet eos, qui profeſsi ſunt regulam laxiorẽ.*
13 *Abbas ſolus ſine cõſenſu capituli an poſsit profeſsionẽ ſuſcipe.*
14 *Epiſcopus an poſsit quem acceptare ad profeſsionem.*
15 *Profeſsio an fieri poſsit per procuratorem.*
16 *Profeſsio accepta à fratre ſine mandato ſuperioris, an poſsit ratificari.*
17 *Profeſsionem recipientis ante tempus debitum, quæ ſit pœna.*
18 *Profeſsio expreſſa quid requirat.*
19 *Profeſsio tacita quomodo fiat, & quomodo obliget. nu. 20.*
21 *Profeſsio impuberum quomodo validetur. & quid de profeſſione ſeruorum. num. 22.*
23 *Profeſsione religionis an quis aſſequatur plenariã remiſsionẽ.*
24 *Bona ingredientis religionem cui cedant.*

RELIGIO tertiò cõſiderari pôt quãtũ ad ingreſſum ſcd̃m, id eſt, pfeſsionem, quæ proprijſsimè ſumendo iuxta dicta ſ. Profeſsio, ſcd̃m S. Th. ij. ij. q. clxxxviij. ar. vij. eſt ſolenne votũ, quo quis efficit̃ monachus vel religioſus: intellige pprie. & eſt duplex, expreſſa ſcilicet, & interpretatiua. Expreſſa eſt, quæ fit in manu accipientis eã legitimè. de reg. ad apoſtolicã, tacita verò eſt, quæ fit modis. de quibus ĩ. §. viij. ¶ † Primò ergo quærit̃ de expreſſa, quõ, ſiue ſub qua 1
forma fiat, ſiue quõ obliget? Et dico ꝙ fit voce aut ſcriptura: ſed quãtũ elicit̃. ij. ij. q. clxxxvj. ar. ix. & j. quoli. q. ix. ad primũ. in eccleſia Dei fit primò pmittendo ſeruare regulã: qđ eſt promittere regularẽ vitã quæ eſſentialiter in tribus votis cõſiſtit, vt in ordine minorũ, vel quod eſt cautius pmittẽdo viuere ſcd̃m regulã, quod tollit̃ per cõtẽptũ: intellige etiã interpretatũ, de quo ſ. Religio. ij. §. xj. in ordine beati Benedicti: vel tertiò adhuc cautius pmittẽdo obedire ſcd̃m regulã: ita ꝙ pfeſsioni nõ cõtrariat̃ niſi id, qđ eſt cõtra præceptũ regulæ. Adde ex primò quoli. q. ix. vel ecõtrario ea quæ prælatus præcipit ſcd̃m tenorẽ regulæ: trãſgreſsio verò vel

omiſsio aliorum obligat ſolum ad veniale: quia huiuſmodi ſunt diſpoſitiones ad principalia vota:pctm̃ autē veniale eſt diſpoſitio ad mortale,in aliqua etiã religione,ſcilicet prædicatorũ,talis trãſgreſsio vel omiſsio ex ſuo genere nõ obligat ad culpã,neq; ad mortalem,neq; venialem : ſed ſolũ ad pœnã taxatã ſuſtinendã:quia per hũc modũ ad talia obſeruãda obligant̃,qui tñ poſſent venialiter aut mortaliter peccare ex negligentia vel libidine ſeu cõtēptu.Hęc ex S. Tho. ¶Sed aduerte primò ſcdm Pan.in c.porrectũ.de reg.ꝙ valet ꝓfeſsio per quæcũq;verba fiat nõ ſeruata forma regulari,id eſt,tradita in aliqua regula:quia cũ obligatio dirigatur in Deũ,defectus formæ actũ vitiare nõ debet:ſicut dicimus in excõicatione:nec requirit̃ etiã aliqua ſcriptura neceſſariò ſed intellige modò ꝓmittant̃ quæ in profeſsiõe debent ꝓmitti,ſcilicet tria vota,explicitè vel implicitè ea ꝓmittendo in regula:quia ſcdm Dire.& Gul.in Spe.ſi ſit monaſterio cõſuetudo ꝙ nõ fiat aliqua ꝓfeſsio,niſi quòd in ingreſſu promittit quis ſuo prælato obedientiã inter manus:talis nõ eſt expreſſe ꝓfeſſus.de ſta.mo.cũ ad monaſteriũ.licet Inno. dicat contrariũ in c.cõſuluit.qui cle.vel vo.quod verũ eſt ſi fieret mentio de regula:nõ aũt aliter,licet in foro animæ teneretur ad tria vota,ſi intendebat ea vouere. ¶Aduerte ſcdò ꝙ profeſsioni minorũ cõtrariat̃ trãſgreſsio triũ votorũ,& contemptus expreſſus ſeu poſitiuus regulæ,& negatiuus cuiuſlibet ſtatuti notabilis regulæ,& quãtũ ex forma ꝓfitendi trãſgreſsio omniũ facientiũ ad tria vota,imò omniũ cõtētorũ in regula:licet ex intentione beati Franciſci aliter fuerit,vt patuit.ꝓfeſsioni verò monachorũ cõtrariant̃ ſolũ tria prima, nõ aũt quartũ,id eſt,trãſgreſsio omniũ faciētiũ ad tria vota, vel cõtentorũ in regula.ꝓfeſsioni verò prædicatorũ cõtrariantur ſolũ duo prima,nõ aũt tertiũ,id eſt, cõtēptus negatiuus alicuius ſtatuti notabilis ſeu principalis:ſed ſolũ cõtēptus omniũ,qđ eſt cõe omni ꝓfeſsioni:cũ ſit cõtemnere perfectionē,quã omnis religioſus tenet̃ intendere , & ſic patet quõ vna ꝓfeſsio eſt cautior alia. ¶Aduerte tertiò ꝙ Prædicatores ꝓmittũt obedientiã ſcdm regulã & cõſtitutiões:ſed tñ licet trãſgrediendo cõſtitutiões ex vi cõſtitutionũ nõ peccent,niſi ratiõe præcepti vel cõtēpus:ſecus trãſgrediendo regulã:quia patres voluerũt cõſtitutiones nõ obligare ad culpã:ſed hoc de regula nõ ſtatuerũt:quia nec potuerũt:cũ ſup eã nõ habeãt authoritatē dicente Io.And.in nouel.ꝙ regulę approbatæ mutari nõ poſſunt niſi per papã : conſtitutiones autem religioſorũ mutari nõ poſſunt per prælatos religionum tantæ authoritatis quãtæ fuerũt eas inſtituentes: vt de re.iu.omnis.Et ideo omnis tranſgreſsio eorũ, quæ ſunt in regula citra præcepta,eſt eis venialis, de mente S.Tho.vbi ſ.

2 ¶†Secũdò quærit̃,qua ætate poſsit quis ꝓfiteri?Et dico regulariter quòd maſculus cõpleto nõ aũt incœpto anno xiiij. & mulier cõpleto xij.vt in c.j.de re.lib.vj.& in glo.xx.q.j.c.j. & in cle.eos.de reg.de quo dicit S.Tho.ij.ij.q.vl.quòd profeſſio,cùm ſit votũ ſolenne,ſubijcitur ordinationi eccleſiæ ratione ſolennitatis annexæ : quia eccleſia reſpicit illud quod in pluribus eſt:ꝓfeſsio ante tempus pubertatis facta quãtũcũq; aliquis habeat vſum ratiõis plenũ vel ſit doli capax, nõ habet ſuũ effectũ,vt faciat ꝓfitentē eſſe religioſum:& intēdit ꝙ retinet rationē voti ſimplicis irritabilis per parētes vt patet ex dictis ſ.Religio.ij.§.xv.& ꝙ ibi malitia ſupplere nõ põt ætatē,ſicut nec in ingreſſu:vt ſ.Religio.ij.§.xij.cuius cõtrariũ eſt in matrimonio:quia hic agit̃ de maiori pręiudicio ſcdm Pan.in c.ſignificatũ.de re.Qui etiã dicit ibi p text.illũ vnũ falſum,qđ ſequit̃ Sum.Ro.ſcilicet ꝙ votũ religiõis emiſſum ante pubertatem non obligat vouentem conſtitutione eccleſiæ,quæ impedit vires voti,& limitat ætates: quia licet non tollat ius diuinum,poteſt tamen illud interpretari & diſtinguere.Sed contrarium huius tenet S.Tho.vt patuit ſ.Religio.ij.§.xv.& hic.§.e.quia diſtinguit inter votum ſimplex & ſolenne:de ſimplici dicens vt ibi:de ſolenni verò vt hic.& de ſolenni loquit̃ d.c.ſignificatũ.Et cõtra Ro.tenet Sup. qui etiam dubitat an tale votũ ſit irritabile per patrē,qñ venit ex plēdũ ſoluta patria ptãte.de quo ſ.Religio.ij.§.xv.Vide etiã j.Votũ.iij.§.v. ¶Fallit qđ dictũ eſt dupliciter.primò in oĩbus mēdicãtibus,qui ad ꝓfeſsionē recipere nõ poſſunt ante annũ ꝓbationis cõpletũ.de reg.nõ ſolũ.&.c.cõſtitutionē.in vj. qui annus eſt xv.cũ ante xiiij.cõpletũ nõ poſsit quis intrare: ſ.Religio.ij.§.xv.& ſcdò in monachis hñtibus monaſteria in inſulis multũ rigidis:qbus ꝓhibet̃ ne ante xviij.annũ aliquẽ recipiãt ad ꝓfeſsionē:vt in c.quia in inſulis.de reg.Circa qđ ſciendũ eſt quòd Io.And.vt etiã recitat Pãn.in d.c.quia in inſulis.inquantũ potuit inueſtigare,nunquã illud c. ſeruatũ eſt in aliqua inſula:vnde pleriq; Docto.arguendo ex ratione literæ dicũt quòd ſi in inſula nõ eſt cõgregatio durior quàm alibi,nõ habet ibi locũ illud c.& ſi extra inſulas ſit cõgregatio durior,ibi habet locũ:& cõſequenter Pan.poſt Io. Andr. iſtã ꝓhibitionem extendit ad fratres prædicatores & minores,apud quos eſt cõgregatio dura:quia quælibet diſpoſitio ampliari debet & reſtringi ad limites ratiõis expreſſæ , etiã ſi verba nõ patiantur:vt in l.adigere.§.quãuis. ff. de iu.pat.& in l.cũ pater.§.dulciſsimus.ff.de leg.ij.& hoc ſequitur Sum. Ang.& Ro.Sed iſta opinio nõ eſt vera,tũ quia illud c.abrogatũ eſt cõſuetudine,cũ nullibi ſeruet̃ à tpe Io.And.& multo ante,vt patuit:imò ſcdm Arch.poſt Pet.de Pal.eſt reuocatũ per ꝓœmiũ ſexti:tum quia cõſuetudo in ordine prædicatorũ interpretatur oppoſitũ:imò & capitulũ generale qđ declarauit cõſtitutionē ꝓhibentē receptionē ante xviij. annũ,intellige de cõuerſis,vt refert Arch.tũ quia non eſt eadē ratio de monachis,qui vacant ſibi ſolis : & prædicatoribus, quos oportet vacare ſtudio theologiæ:& cõſequenter artiũ, maximè dialeticæ,ad quã iuniores ſunt aptiores,vt experientia docet:& dato ꝙ eſſet eadē,nõ tñ eſt eadē in inſulis & extra:quia in inſulis ſicut corpus ita & animus iuuenũ videtur plerunq; cõcludi & carcerari.itē quia iuuētus indiget relaxatione & recreatione,quæ penè nulla põt eſſe in inſulis,de quibus loquit̃ tex.ſcilicet ſolitarijs & arctis : cũ ſtultũ ſit dicere ꝙ intelligat̃ de Anglia & Sicilia,& hmõi,quæ ſunt regiones amœniſsimæ.vnde monachi eiuſdem ꝓfeſsionis , qui ſcdm iſtũ tex.nõ potuiſſent recipere ad ꝓfeſsionē ante illud tempus in inſulis,hodie extra inſulas potuiſſent . Vñ tota ratio illius ꝓhibitionis,vel ſaltē ꝓ maxima parte,fuit ratiõe loci. qđ etiã inde patet,qa nulla religio etiã ſummæ auſteritatis hoc ſeruare cogit̃ à iure extra inſulas.Ex dictis aũt in princ. huius.§.& in principio ſequentis, ſequit̃ ꝙ annus ꝓbationis poſsit eſſe xij.in puella,& xiiij.in puero.& verũ eſt qñ intrãt de volũtate parentũ.ar.xx.q.j.c.j.& patet quo ad maſculum in c.nõ ſolũ.de re.lib.vj.aliàs aũt eſt xiij.& xv.

3 ¶†Tertiò quæritur,quo tpe poſt primum religionis ingreſſum poſsit fieri ꝓfeſsio à maſculo,vel etiã à fœmina?Et dico multa. ¶Primũ.Regulariter profeſsio fieri non debet niſi cõpleto anno ꝓbatiõis,qui eſt xv.in maſculo,vel xiij.ĩ fœmina.xvij.q.j.Gũſaldus.tñ quia tempus datur in fauorem nouitij, vt experiat̃ regulæ auſteritatem & mores monaſterij.de re.ad apoſtolicã.ideo cõueniente prælato cũ ſuo cõuētu quo ad nõ mēdicãtes,& interueniēte volũtate nouitij põt ante annũ ꝓfiteri, & tenet profeſsio:licet malè faciãt plati,niſi ſubſit rationabilis cauſa:vt in d.c.ad apoſtolicã.imò poteſt fieri expreſſa profeſsio in ipſa receptione habitus,imò & ſine eaut ſ.Religio.j.§.j.& de re.conſtitutionem.lib.vj.vbi hoc habetur ex preſſe. ¶Scdm.Fallit autē quod dictũ eſt dupliciter. Primò habet locũ c.quia in inſulis.de quo ſ.§.ij. dictũ eſt. Scdò mēdicãtibus,vbi profeſsio non põt recipi nec fieri valide, cõpleto tpe probationis,id eſt,anni integri,qui incipere põt ante completũ xiiij.annum ætatis in maſculo:cui tñ integro diē vnam addere nõ oportet:quia nuſquã legi Et ſumma eſt ratio,quæ pro religione facit.Et ita tenet de Pal.in iiij.& firmat Io.And.in cle.eos.de regul. Sed aduerte ꝙ Pe.de Pa.hoc intelligit ſolùm de Prędicatoribus Minoribus,quibus hoc prohibuit Alexãder quartus in d. ſolũ.ſed poſtea Bonifacius octauus in ſequēti c.ſcilicet, ſtitutionē.hoc extēdit ad omnes mendicãtes. ¶Tertium. autē hoc locum habeat in monialibus ordinũ mēdicã- ſcilicet quòd infra annũ probatiõis profiteri nõ poſsint? dicit Gemi.cũ Recu.& Lap.quòd ſic:& particulariter in monialibus ſanctæ Claræ & ordinis prędicatorũ,nõ obſtãte quòd habeãt poſſeſsiones,& nõ mendicēt,quia propter hoc tollitur quin ſint de ordine mēdicantiũ:ſicut nunc multi religioſi nõ ſunt mēdicantes,nec prohibētur habere poſſeſſiones:quas tñ non habent,& de facto mendicãt:vt no. Paul. de.vt profeſſores.de reg.nõ ob.etiã quòd habeãt propriũ priuilegio:licet in alijs retineãt priuilegiũ mēdicantium: tollēs vnum non tollit aliud.ff.de ſer.vrb.prædi.l.ſi. do de vſu pal.ex tuarũ.Vnde per hoc à iuribus loquētibus mendicãtibus nõ eximũtur.Hoc autē eſt verũ quantũ ad moniales S.Claræ.quæ ſcilicet nõ dicũtur minoriſſę:& quã omnes quæ ex ſua profeſsiõe nõ poſſunt habere proprietates in cõi.Sed ſecundũ.Arch.poſt Petr.de Pal.non eſt de monialibus ordinis Prędicatorũ & minorũ,quæ nõ mēdicãtes.Et licet habeãt omnia priuilegia fratrum,tamen nõ obligãtur ad hoc:tum quia nõ eſt priuilegium:tum cõuenit fratribus vt ſunt mēdicãtes,in quo ab eis diſtinguuntur quia habēt reditus & poſſeſsiones:vnde intra annum probatiõis poſſunt expreſſe profiteri.Hæc illi. Et hoc tene: vtraq; poſſunt habere ꝓpriũ non ſolùm ex priuilegio, etiã ex regula vel inſtitutiõibus.Vnde mirũ eſt ꝙ Gemi. quòd moniales ordi.Prædica.ſunt mēdicantes:licet ex apoſtolico priuilegio poſsint habere propriũ. Et dato quòd eſſet verũ,tñ adhuc poſſet dici & attentari in eis nõ habere locũ d.c.non ſolũ.& d.c.conſtitutionē. quæ loquuntur maſculino genere,vt patet: quia maſculinũ appellatiuũ, fratres,nõ cõcipit fœmininũ in materia odioſa:vt ſuprà maſculinũ.

4 ¶Quartò quęritur,†vtrũ teneat profeſsio facta tacitè añ debitã ætatē vel tēpus à iure ſtatutũ?Et dico ꝙ profeſsio fiat añ annos pubertatis,nulla eſt ipſo iure.de re. ad noſtrã.& c.ſignificatũ.& hoc in qualibet religione . Si fit ante annũ probatiõis completum, tenet,vt dictum profitēs expreſſe obligatur illi religiõi in ſpecie,ſi non mēdicantiũ:vel religioni in genere,ſi profiteatur implicitè tacitè.de quo infrà §.proximo . ſed in mendicantibus annum probatiõis facta nõ obligat illi religioni in qua tantùm religiõi in genere d.c.nõ ſolũ.& c.conſtitutio Si verò ſit contra prohibitionē d.c.quia in inſulis.de re. ſecundum Hoſtien.non tenet.propter text.ibi, cum quo communiter doct.tranſeunt recitando.& facit l.non dubiũ. legi.& regu.quæ contra ius.de reg.iur.lib.vj.Sed Pan. tenet contrariũ:quia papa non annullat profeſsionem, ſimpliciter prohibet:vnde non impeditur virtus eius.qđ habetur quaſi expreſſe in d.c.ad apoſtolicam.vbi tenet pro facta papa & regula prohibente:ſic etiam ex ſimplici prohibitione non impeditur vinculum matrimonij,licet cõtrahentes veniant puniendi. Et ex hoc dico,licet dubitet Pa quòd obligatur illi religioni in ſpecie:quia profeſsio tenet.& prohibitio erat in fauorem profitentis , cui poteſt renuntiare.Ad l.autem,non dubium.& reg.quæ contra. dico profeſsionem non eſſe nullam:quia aliquo iure ſuſtentatur, ſcilicet d.c.ad apoſtolicã.

5 ¶Quintò quæritur , † an profeſsio expreſſa facta ante annum probatiõis in ordine mendicantium ſic obliget religioni in genere,vt non teneat matrimonium,ſi poſtea contrahatur?Et glo.in d.c.conſtitutionem. videtur tenere quòd ſic,dicens votum ſolennizatum eſſe in genere:quod Lap.vt ibi refert Gem.limitat,ſi profitēs intendebat ſe obligare in genere:ſecus ſi in ſpecie certo loco,& ordini:quia tũc poſſet matrimoniũ cõtrahere:vel ſaltem ſi cõtraheret,nõ dirimeretur:& de hoc crederetur ſibi , ſecũdum Ioan.And.de reg.conſulti.& Veruec.& Archid.quod intellige,ſi aliud non expreſsit:vel ſi expreſsit,nõ probatur.& in foro animę:non autem in contentioſo:niſi delato iuramento. Hæc ex Gem.Et ſic conclude quòd ſi intēdebat obligare ſe ſolùm religioni mendicanti,quam expreſſe profitebatur,poteſt contrahere de facto:quia ſcilicet tenebit,& de iure,quia non peccauit:ſi verò intēdebat ſe obligare ſaltem vni in genere,nõ eſt religioſus:quia nullum habet monaſterium ſibi obligatum.Et cõmuniter dicitur quòd cõtrahere nõ poteſt de iure nec de facto,vt refert & ſequitur Sum.Roſ.tãquã tutius:tñ ego dico quòd poteſt contrahere de facto,& ſic etiã tenet Sum.Ang.& probo:quia cũ nõ habeat monaſteriũ ſibi obligatũ,nõ eſt profeſſus expreſſe vel tacitè : quia profeſsio nõ fit niſi vtraq; parte cõſentiente,cũ requiratur recipiens, vt j.dicã:& ſic remanet obligatus religiõi in genere ſolùm ex voto ſimplici,quod fecit quãdo quantũ in ſe erat,profitebatur expreſſe,limitãdo tñ vt ſ.Religio.ij.§.xv.non autē poteſt cõtrahere de iure,id eſt,ſine peccato,quia obligatur religioni.Non eſt autem idem de profeſsione tacita intra annũ probationis in ordine mēdicantiũ:quia illa nõ eſt prohibita, vt in d.c.nõ ſolum.Vnde eã patientes ſunt obligati profitenti,licet ille iuris beneficio nõ ſit pręciſe obligat⁹ illis:& ideo iſte cõtrahere nõ poteſt,etiã de facto:quia eſt profeſſus:& ſi aliam religionem non inuenit,maneat in iſta.

6 ¶Sextò quęritur,†vtrũ teneat ꝓfeſsio expreſſe facta intentione mala,aut cum expreſsiõe illiciti?Et dicit Arch.poſt Pet.de Pal.in iiij. di.xxvj.q.iij.ꝙ ſi quis intēdat eſſe religioſus,licet cũ hoc intēdat aliquod malũ,vt furari,vel rebellare , tenet profeſsio: quia intēdit ſe obligare ad vota,etiã ſi intēdat nõ ſoluere:ſola autem obligatio ad vota,nõ impletio eſt de eſſentia religiõis.Et adde ex Panor in c.vt clerici.de reg.ꝙ tenetur,licet nõ cõſequatur ſuã intētionē:ſi tamē nõ ſolùm non intendat caſtè viuere,ſed nec ſe obligare ad hoc,nõ eſt ꝓfeſſus : quia hęc intētio repugnat eſſentię religiõis.Si autē profitēdo exprimatur aliquid nõ cõtrariũ eſſentię religionis , puta ꝙ de licentia prælati cuſtodiat pecuniam,vel huiuſmodi,valet ꝓfeſsio.Si verò exprimatur aliquid cõtrariũ eſſentię: vt quòd nõ intēdit ſe obligare ad caſtitatē nõ valet:& idē de alijs votis.Et idē eſt ſi diceret,non intēdo ſeruare caſtitatem promiſſam quantũcunq; ꝓmittã.Hęc enim expreſſa nocent,nõ expreſſa nõ nocēt,ad ſimilitudinē matrimonij carnalis. ¶Addit etiã Veruec.quòd ſi exprimat̃ cõtra particularē auſteritatē,vt ꝙ liceat comedere carnes,ſi hoc ſcit in regula vel cõſtitutiõibus,quas ꝓfitetur,contineri,tenetur:ſecus ſi neſcit.

7 ¶Septimò quæritur,†quomodo teneat profeſsio facta ſub cõditione?Et dico quòd Panor.in c.fin.de condi.appo. ponit duas opiniones principales:vnã ſcilicet Innoc.Hoſt.& Ioan. And.& glo.xxxij.q.ij.ſolet.quòd ſi conditio fuit contra ſubſtãtiã religiõis,puta ꝙ liceat habere ꝓpriũ,nihilo minus tenet ꝓfeſsio:licet ſecus ſit in matrimonio,ſecũdũ Io.And.vbi agit̃ de fauore cõtrahētiũ:& cõſequēter ex quo alter acce-

ptat cõditionem,potuit ſibi præiudicare:ſed hæc obligatio
acquiritur Deo per miniſteriũ prælati?& cõſequẽter factũ
miniſtri acceptãtis illã cõditionẽ nõ debet obeſſe Deo,q vi-
detur velle ꝓfeſsionẽ recipere.Sed glo.in d.c.fi.& do.Card.
tenẽt ꝙ profeſsio ſit nulla:quia profitẽs aliter noluit ſe obli
gare.& plus placet Pan.quia remota parte ſubſtãtiali actus,
remouetur actus.de ſpõ.tua.Nec obſtat motiuũ in cõtrariũ:
quia & ſeruus nocet dño,& prælatus eccleſiæ in quęrẽdis, li
cet nõ in quæſitis:hic autẽ ſumus in obligatiõe quærẽda,nõ
in quęſita.Itẽ Deus nõ recipit obligationẽ niſi à volũtario.
xv.q.j.non eſt.iſte autẽ noluit aliter obligari Et hoc tene ex
8 dictis in §.ſupiore.¶Octauò quærit,†quid ſi quis profiteat
cũ iſta conditione,quæ eſt poſſe retinere ſua?Et dicit Pan.in
c.inſinu ãte.qui cle.vel vo.quòd ſi ſimpliciter ſub tali condi-
tiõe voluit,in dubio videtur ſibi reſeruaſſe illa bona,vt obe-
diẽtiarius monaſterij:quia verba appoſita in cõtractu intelli
gẽda ſunt ſecundũ naturã eius.ff.locati.l.ſi vno.etiã impro-
priatis verbis,vt ibidẽ in prin.& in d.c.inſinuãte.ſecũdũ vnũ
intellectũ,vt res potius valeat quàm pereat.l. quoties.ff.de
ver.ob.&.c.abbate.de verb.ſig.& ſic erit religioſus,& præfa
ta bona habebit ad vſum pro ſua neceſsitate.Et idẽ dic ſi ꝓ-
fitetur vt in domo ſua cum omnibus bonis ſuis moretur, vt
no.Ber.Inn.& Hoſt.in d.c.inſinuãte.quia nõ eſt cõtra ſubſtã
tiã monachatus,vt quis in certo loco moretur,aut de certis
reditibus viuat,cum hoc poſsit cõcedere ſuperior.de elec.cũ
inter.Et ſi ſuperior poſteavoluerit eũ amouere,poterit,licet
nõ debeat,niſi ex iuſta cauſa.Si verò ea voluerit ſibi reſerua
re vt ꝓpriũ,ita ꝙ nõ ſit loc⁹ interpretatiõi:tũc ſi fiat reſerua
tio per viã cõditiõis reſolutiuæ vel ſuſpẽſiuæ,vitiatur actus,
& nõ cõditio,vt in c.fi.de cõdi.appo.& ſic nõ erit religioſus:
ſimiliter ſi fiat per pactũ,puta quia dicit,aliter nõ intẽdo ꝓ-
fiteri,nec alio modo:quia hæc verba habẽt vim cõditiõis,ſe
cundũ Bart.in auth.ingreſsi.C.de ſacroſan.ecc.Si verò ſim-
pliciter per viã pacti vel modi reſeruat ſibi ꝓprietatẽ vel fa
cultatẽ cõtrahẽdi matrimoniũ,ſic facit tranſire profeſsionẽ
in aliã ſpeciẽ:quia vbi eſt pactũ cõtra naturã cõtract⁹,& im
propriatis aliquatenus verbis trãſire põt in aliũ cõtractum,
fit interpretatio alterius cõtractus:vt eſt text⁹ in l.vbi ita do
natur.ff.de do.cau.mor.& in l.cũ manu ſata.ff.de cont. emp.
& ſic iſte nõ erit religioſus propriè,ſed oblatus monaſterio,
licet nõ in totũ:& ſic obligabitur ad oĩa,pręterquã ad re-
ſeruata.quod ſi verba nõ patiantur vt fiat tranſitus ad alium
cõtractũ:tunc pactũ contractũ inficit in totũ.ff.de vſu & ha
bi.l.per ſeruũ.iuncta gl.in d.l.cum manu ſata.¶Nonò quæ-
9 ritur,†vtrũ teneat ꝓfeſsio fœminæ in monaſterio maſculo
rum,vel ecõtrario,mẽtito ſexu?Et dicit Mat.quòd nõ,per c.
diffinimus.xviij.q.j.Sed Zab.dicit ꝙ tenet:quia licet ibi eſſe
nõ poſsit,quod & nõ aliud dicit c.diffinimus.tamen cũ profi
teatur ſubſtãtialia,obligabitur ex tali profeſsiõe.arg.c.quod
interrogaſti.xxj.di.vbi Archid.poſt Bart.Brix.dicit hoc caſu
maſculũ cõpellẽdũ eſſe ad monaſteriũ monachorũ.Et intel
lige hęc in foro cõtentioſo vel etiã animæ,ſi intẽtio erat ꝓ-
fitẽdi,licet nõ ſeruãdi ꝓfeſsionẽ:vt ſ.§.vj.& quo ad eandem
10 religionẽ in ſpecie,ſed nõ in ſexu:vel ſaltẽ in genere.¶Deci
mò quæritur,†vtrũ teneat ꝓfeſsio facta expreſſe in religio-
ne ꝓhibita?Et dicit Archi.ꝙ obligatur talis religioni in ge-
11 nere.¶Vndecimò,†quid ſi quis dolo vel metu mortis vel
blãditijs inductus intrauit religionẽ:intellige ꝓfitẽdo?Et di
cit Ray.quãtũ ad dolũ ꝙ deceptionẽ allegare nõ poteſt,cu
ius cõditio melior facta eſt.quod me.cau.c.cũ dilectus.& de
cõuer.con.ex parte.&.c.veniẽs.& cõcor.Hoſt.addẽs idẽ eſſe
de intrãte ex falſa cauſa:vt ſi putauit ſpõſam ſuã leproſam,
& nõ erat.de cõuer.con.ex parte.el ij.Et intendũt iſti ꝙ ꝓfeſ

ſio tenet.vide tamẽ Inn.in c.cum dilectus.quod me.cauſa.di
centẽ ꝙ dolus,qui peritiſsimos falleret,vitiat religionis in-
greſſum:nõ autẽ qui caderet in cõſtantẽ virũ. Quantũ autẽ
ad metũ diſtinguo:quia ſi inferatur ab homine metus mor-
tis vel ꝓfiteatur,nõ eſt religioſus,nec obligatus per tale vo
tũ.qđ met.cau.perlatũ.niſi poſtea ratificet.de reg.porrectũ.
&.c.ſicut nobis.Si verò inferat à caſu vel natura:vt qa eſt in-
firmus vel in mari vel in periculo inimicorũ,& huiuſmodi,&
vouit deliberatè,obligat:vt in d c.porrectũ.& d.c. ſicut no-
bis.& hoc ſequit Ber.Hoſ.& Pan. in d.c.ſicut.Et hoc tene.li
cet aliqui dicãt ꝙ nõ obligat,ſi ſtatim poſt periculũ cõtradi
cat.alleg.c.ex trãſmiſſa.&.c.vlt.de renũ.¶Quãtum verò ad
blãditias,dico ꝙ obligatur,licet bona ſua nõ monaſterio al
liciẽti,ſed parẽtibus vel hęredibus debeãtur.xx.q.iij. conſti-
12 tuit.¶Duodecimò quæritur, † quomodo obligetur ex ſua
profeſsiõe qui intrauit monaſterium relaxatum,ſi monaſte-
rium non reformetur:& quomodo ſi reformetur.¶Quantũ
ad primũ autẽ qui profitetur ſecundũ cõſuetudinẽ,quã inue
nit,licet ſciat regulã aliter præcipere,ſecundũ Alex.nõ excu
ſatur ſi regulã nõ obſeruet:quia qui ꝓfitetur,regulã profite
tur,nõ cõſuetudinẽ.xx.q.iij.cõſtituit.quod me.cau.cum dile-
ctus.&.c.fi.Et ſi dicatur,neminẽ obligari, niſi ſecundũ quod
intẽdit:reſpõdetur verum eſſe explicitè, non implicitè:quia
volẽs principale,puta eſſe frater minor:vult & acceſſorium,
ſcilicet obligationẽ ad præcepta regulæ Minorũ.Et de hoc
eſt caſus in ca.ex parte.de regula.& ita tenet Sum.Ang.hãc
opinionẽ attribuens etiam Innocent.& Hoſtien. licet dicat
aliter ſentire Panorm.in ca.ſuper eo.de regula.cum quo eſt
Sum.Roſ.Sed iſta ſunt vera de his quæ ꝓfeſsio neceſſariò &
eſſentialiter cõcernit,vt ſunt tria vota,& ordinata ad illa ne
ceſſariò,& omnia præcepta:de alijs autẽ dic cum Panorm.
vt ſtatim dicetur.Quantum ad ſecundum,ſcilicet ſi poſtea
reformetur,vtrum ſcilicet poſsit compelli ad obſeruantiam
regulæ reformatæ:dicit Panormita.in cap.ſuper eo.de reg.
quoſdam diſtinguere inter diſcretum,ſcilicet quando ingre
ditur,& indiſcretum.Alij verò,quos ſequi videtur Innoc.di-
cũt indiſtinctè quòd obſeruare compellitur:quia ſi intrauit
intuitu Dei,non debet poſſe allegare contra.Si verò animo
nõ bono,ſed vt viueret ſecundum regulam ibi vigentem,au
diri nõ debet,tanquam allegans turpitudinem ſuam.Panor.
autem dicit prædicta procedere quo ad eccleſiã:ſed in foro
animæ aduertẽda eſt intentio iſtius,cum votum debeat eſſe
volũtarium.de reg.licet.Vnde ſi iſte non habuit animum ſe
obligãdi niſi reſpectu regulæ quæ ibi ſeruabãtur,nõ obliga
tur quo ad Deum:maximè quia tria ſunt ſubſtantialia reli-
gionis.vnde ſi per tempus,de cuius initio momoria non ha-
betur,aliqua accidentalia ibi non ſeruabatur,cum potuerit
cogitare ex cauſa illud proueniſſe,cum iſta poſsint adeſſe &
abeſſe,non tenetur,ſaltem antequam regula reformetur.Et
ita cõſuluit Card.do.ſuus.& ita tene.addendo ex Dir.quòd
ſi quis ingreditur monaſterium,vbi antiqua regula non ſer
uatur etiam quantum ad habitum,nec obligat ſe ad illã,ſed
ad aliã quæ ibi de facto ſeruatur.etiam ſi pluribus annis ibi
ſit,nõ cẽſetur religioſus:ſed reformato monaſterio cogitur
exire,aut regulã ꝓfiteri.d.cap.ſuper eo.¶Quod autem dicit
Ray.ꝙ ingreſſus monaſteriũ relaxatũ intelligit ſe obligaſ-
ſe ad id nõ qđ fit,ſed qđ fieri debet.primò ſi ſciebat quę erãt
ſeruãda.ſecũdò ſi erat quidẽ ſimplex,ſed expoſitæ ſunt ei au
ſteritates & cõditiones ordinis.tertiò ſi erat ſimplex,& non
ſunt ei prædicta expoſita,tamen in profeſsione vel antè non
expreſsit ſe nolle auſterius viuere,etiam ſi fuiſſet dolo indu-
ctus.Si verò hoc expreſsit,nõ teneri niſi ad id qđ fit.licet ad
ſeculũ redire nõ poſsit:eſt verũ in foro contentioſo ſolùm.
Deci



¶†Decimotertiò quæritur,an ſolus abbas ſine conſenſu ca-
pituli poſsit aliquem ad ꝓfeſsionem recipere? Et dicit Pan.
in c.ad apoſtolicã.de reg.inſpiciendã eſſe primò cõſuetudi-
nem.de reg.c.fi.lib.vj.Adde & priuilegiũ:& ſi illa ceſſat,de-
bet hoc facere cũ cõſilio capituli:quia in regula monachorũ
dicitur quòd præcipua debet explere cũ cõſilio capituli: cu-
iuſmodi eſt creatio monachorũ . Ex quo infertur quòd ſine
illo conſilio creatio monachi de cõi iure nõ valet : quia vbi
requiritur à iure cõſiliũ,niſi adhibeat,actus eſt nullus.de his
quæ fi.à præl.nouit.iũcta gl.nõ tñ tenet abbas ſequi illud cõ
ſiliũ:ſed ſatis eſt requirere,& expectare reſponſum.Et idem
Io.And.ibi etiã dicit in c.fi.de re.in vj.quòd de iure commu-
ni creatio monachorũ pertinet ad abbatem & conuentũ.&
alleg.c.ea noſcitur.de his quę fi.pręla.Vnde vacante mona-
ſterio nõ poterit cõuentus recipere : vt in ſimili dicimus de
collatione ſpectãte ad epiſcopũ:vt in c.vnico,ne ſe.va.lib.vj.
iuncto d.c.fi.ſed viuente prælato,nec cõuentus ſine prælato,
nec ecõtrario prælatus ſine cõuentu recipere poterit, vt no.
in d.c.fi.¶†Decimoquartò quærit,vtrũ epiſcopus poſsit ali-
quem acceptare ad profeſsionem?Et dicit Inno. quòd ſic:&
talis erit verus religioſus,licet nõ intret monaſteriũ,nec ꝓ-
fiteatur certã religionem,ſed ſtat in domo ſua ſub obedien
tia epiſcopi,cui præfigetur ab epiſcopo certus modus viuẽ-
di.alleg.c.ſi vir.xxvij.q.ij.& dicit ſecus in alijs prælatis infe-
rioribus,licet profeſsio in manu alterius ſit votũ ſimplex.Et
cum his dictis cõiter tranſeunt Doc.in c.porrectũ.de reg. &
do.Pan.ibi.Sed do.Ant.ibidem,tenet quòd per talem profeſ
ſionem factã epiſcopo votũ nõ ſolennizatur vt matrimoniũ
dirimat,per c.vnicũ.de vot.lib.vj.quod placet Pan.dicenti ſe
non videre quõ iſte ſit verus religioſus:& putat omne votũ
eſſe ſimplex reſpectu dirimendi matrimonij, niſi fiat profeſ
ſio in religione approbata,vt in d.c.vnico.quæ fieri nõ põt,
niſi ab abbate & fratribus recipiatur : quia ſolus epiſcopus
nõ põt aliquem incorporare religioni inuitis fratribus : quia
regula approbata per eccleſiã cõtradicit.Vñ in materia ſtri
cta appellatione religioſorum tales nõ venirent.Hæc ex il-
lo.Qui bene dicit in exemptis,aut vbi certa regula approba
ta nõ promitteretur:aut vbi recipit ſuo nomine vel alterius
nõ potentis incorporare:ſed ſecus primò ſi reciperet epiſco-
pus profeſsionem certæ regulæ approbatæ monaſterij ſibi
ſubiecti:quia tũc valeret,etiã ſi talis remaneret in ſeculo,iux
ta dicta ſ.Religio.j.§.j.quia recipere ad profeſsionem depen
det à poteſtate ſuperioris:vt no.Ge.in d.c . cõſtitutionem.&
ſecundò vbi reciperet nomine alicuius valentis incorporare
approbatæ religioni:quia valeret poſt ratificationem , licet
nõ ante:& ſic nõ teneret matrimonium. ¶†Decimoquintò
quæritur,vtrũ profeſsio fieri poſsit per procuratorem?Et di
co quòd ſic:quia actus quilibet per procuratorem explicari
põt,niſi expreſſe ſit à iure prohibitus:vt l.j.§.vſus.ff.de proc.
& in regula,põt quis.lib.vj.Iſte autem nunquã expreſſe exci
pitur:vt patet diſcurrendo tex.& gl.iuris vtriuſq;:& l.Põpo-
nius.ff.de proc.&.c.qui ad agendũ.de proc.li.vj.iuncta gl.vbi
multi caſus excipiũtur.¶†Decimoſextò quærit, vtrũ poſsit
haberi rata acceptio profeſsionis : puta ſi frater ſuſcepit ali-
quem ad profeſsionem ſine mãdato ſuperioris ? Et cõcludit
Io.And.in c.inſinuãte.qui cle.vel vo.ſcđm do.Card.quòd ſic:
& idem Aſten.li.j.ti.xx.referens Inno.tenere extra de re.por
rectũ.quòd de mãdato abbatis ſecularis clericus vel laicus
reciperet:& idẽ eſſet ſi ſine mãdato,nomine tñ eius fecit,&
ille ratũ habuit:ſed antequã ratificet,votũ nõ erit ſolẽne:
& matrimoniũ poſtea cõtractũ dirimet. ¶†Decimoſepti-
mò quærit,quę ſit pœna recipiẽtis aliquẽ ad ꝓfeſsionẽ ante de
bitum tempus?Et dico quòd ſi recipiatur ante annos puber

tatis,profeſsio eſt nulla,& accipiens peccat mortaliter vſur-
pando iniuſtè patriam poteſtatem: & punitur arbitrio iudi-
cis.ar.c.ad apoſtolicam.de re.in gl.vlt.Si verò recipiat ante
cõpletum annũ probationis:extra mendicantes quidem eſt
male factũ,ſi paſsim & indiſcretè fiat.d.c.ad apoſtolicã.& pę
na eſt in arbitrio iudicis:vt ibi in gl .In mẽdicãtibus verò re
cipientes primò quidẽ peccãt mortaliter, agẽtes cõtra præ-
ceptũ factũ ſub pœna excõicationis. ſcđò ſunt ſuſpenſi à re-
ceptione cuiuſcũq; ad ꝓfeſsionẽ.tertiò ſunt puniendi pœna
grauioris culpæ:vt in d.c.nõ ſolũ.de re.in vj.¶Nõ tñ efficiũ
tur irregulares,ſcđm Ge.ibi,ſi durãte tali ſuſpenſiõe aliquẽ
ad profeſsionẽ recipiãt.quia oportet ꝙ actus,qui fit poſt ſu-
ſpenſionẽ,ſit attributus certo ordini eccleſiaſtico. qđ nõ eſt
hic:cũ abbatiſſa hoc faciat:& etiã diſpenſatiuè põt eſſe Ab-
bas,qui nõ ſit in ſacris.de æta.&qual.tuã.& tñ ad eũ iure cõi
cũ ſuo cõuentu ſpectat iſta receptio. Solus aũt papa,ſecũdũ
Ge.ibi,ab iſta ſuſpenſiõe põt abſoluere:quia c.nuper.de ſen.
excõ.nõ habet locũ in inferioribus epiſcopo:& cõſequenter
cũ ab epiſcopo nõ poſsint abſolui,quia ſcilicet ſunt exempti,
neceſſe habent adire papã.& idem Io.And.& Arch.& hoc ſe
quitur Sum.Ro.ſed quia d.c.habet locũ etiã in curatis: vt pa
tet ibi apertè,vt etiã ſ.probatũ eſt:ideo melius dicit Summ.
Ang.quòd à ſuis prælatis poſſunt abſolui. Vñ diſtinguendo
cõcordãdæ ſunt opiniones,quas ibi recitat Ge.quòd ſi ſuſpẽ-
ſio eſt ad tempus,ſolus papa abſoluit:nec locũ habet d.c.nu-
per.Si verò nõ eſt ad tempus,ſic habet locũ:vt tenet gl. ibi-
dem.de quo ſ.Abſolutio.j.§.iij.¶†Decimooctauò quęritur,
quot requirũtur neceſſariò ad expreſſam profeſsionem ? Et 18
dico vt colligitur ex prędictis quòd ſex.¶Primò quòd profi
tens cõpleuerit xiiij.annũ,ſi ſit maſculus,vel xij . ſi fœmina:
vt in c.j.de re.lib.vj.imò in mendicantibus requiritur quòd
maſculus.xv.& fœmina xiij.cõpleuerit:& multo plures re-
quirũtur vbi habet locũ c.quia in inſulis.de quo ſ.§.ij . dictũ
eſt.¶Scđò requiritur quòd fiat ei qui põt religioni appro-
batæ incorporare,vel de licentia eius,ſcđm Inno. & Pan.in
c.porrectũ.de reg.vel ſaltem nomine eius ſequente ratiha-
bitiõe,poſt quã vtiq; valeret,ſed nõ ante : vnde profeſsio fa-
cta per ſe ſolũ aut in manu epiſcopi,nõ ſolennizat votũ,ſecũ
dũ do.Ant.in d.c.porrectũ.vnde qđ dicit Ge.cũ Lap.in d.c.cõ
ſtitutionem,quòd profeſsio facta in manibus habentis admi
niſtrationem religioſam,obligat religionem ſaltem in gñe,
nõ in ſpecie,niſi recipiat ab eo qui põt incorporare illi,ſcđm
Sum.Ang.verũ eſt ſi ille adminiſtrator põt religionem , in
qua adminiſtrat,obligare illi quem recipit . Sed ego dico ꝙ
eſt ſimpliciter falſum,niſi poſsit obligare eã quãtũ ad hoc,&
cõſequenter poſsit incorporare:quia nihil agit vltra ſuã ptã-
tem de iure vel de facto.& fundamentũ eius eſt chimæricũ,
ſcilicet quòd religio obligetur in gñe,nõ in ſpecie:&.c.cõſti
tutionem.qđ allegat,hoc nõ ꝓbat de eo qui in nõ mendicã-
tibus tacitè ꝓfitetur intra annũ probationis:tũ quia falſum
eſt ꝙ talis religio tali nõ teneat in ſpecie,licet ipſe nõ tenea
tur ei:tũ quia hoc dato ſtat quòd ipſe obligetur religioni in
gñe:nõ aũt ecõuerſo:ſicut in eo qui vouit religionis ingreſ-
ſum indeterminatè.¶Tertiò ꝙ fiat alicui religioni appro-
batæ:de vo.c.vnico.li.vj.Et ſi fieret in domo ꝓpria in manu
prælati,tenet.d.c.porrectũ.Vñ profeſsio , qua quis remanet
obligatus ſolũ religioni in genere,vt ſi fiat vni de mendican
tibus expreſſe intra annũ probationis, nõ valet : & ſi ſequa-
tur matrimonium,tenebit,ſcđm do.Ant.in c.rurſus.qui cle.
vel vo.quia non eſt facta vni religioni,vt requiritur in c.vni
co.de vo.lib.vj.& idem Lap.& Cald.vt refert Gemin.in cap.
non ſolum.peccabit tamen talis mortaliter,ſecũdum Lap.
& Cald.niſi quando intendebat iſtam ſolùm : quia tunc non

profitetur iſtam puta Minorum: quia profeſsio non valet, nec aliam, quia non intendit:& conſequenter votũ eſt nullũ. ¶Quartò quòd prælatus requirat cõſiliũ ſui capituli: aliter nõ valet, ſcd̃m Io.And.in quadã apoſtilla in c.ad apoſtolicã. de re.& ibi Pan.non tamen tenetur conſiliũ ſequi, ſcd̃m Io. And.& cõmuniter Doc.quod limita, niſi hoc mãdet regula vel ſtatutũ. ¶Quintò quòd fiat ſimpliciter de tribus votis, ſcilicet obediẽtia, paupertate,& caſtitate: vñ ſi nollet ꝓfiteri niſi obedientiã ſolũ,& ad alia nollet teneri, nõ eſſet profeſſus propriè, ſi hoc expreſſe deduxit in pactũ: quia remota parte ſubſtantiali actus, remouet᷑ totũ. de ſpon.tua. Illa autẽ tria ſunt ſubſtãtialia ꝓfeſsioni religiõis. de ſta.mo.cũ ad monaſteriũ. Si verò nõ deducit in pactũ expreſſe, valet profeſsio de vno voto obedientiæ ſolũmodo ſi, addat᷑, ſcd̃m regulã talem.& ſic intellige Inno.d.c.cũ ad monaſteriũ. In reliquis verò licet nõ ſeruetur forma tradita in regula, tenet tamen ꝓfeſsio per quæcũq; verba fiat: quia defectus formæ nõ ſubſtantialis nõ vitiat actũ: ſicut dicimus in excõicatione. de ſen. exc.ſacro. Ita no.Pan.in d.c.porrectũ. Requiritur etiã in mẽdicantibus cõtinuitas anni probationis, ſed vide ĩ.Religio.v.
19 §.iiij. ¶†Decimononò quęritur, qũo fiat profeſsio tacita? Et dico vt ſonat ipſum nomen, quòd fit ſine voce & ſcriptura multis modis: id eſt, tribus ſcd̃m Io.And.& do.Ant.& Pan.in c.vidua.de re. quos tñ omnes limita cõiter & generaliter ſi ſciant & cõſentiant illi quorũ eſt incorporare religioni: quia ſicut expreſſa nõ inducitur quocũque voto vel cauſa, niſi fiat in manibus potentis recipere & incorporare, ſcd̃m Ge. in d. c.cõſtitutionẽ.&.c.vnico, de vo.lib.vj.& Lap.Inno.& Io.Mo. & Io.And.in d.c.porrectũ. vel in manib. alterius habentis mãdatũ, vel recipientis nomine eius, ſequente ratihabitione: ita nec tacita fieri põt ſine eius ſcientia & aſſenſu: vt tenet Inn. Hoſt.& Pan. vt videtur in c.porrectũ.de re.& eſt cõmunis opinio & vera: licet Ge.in d.c.cõſtitutionẽ chimærizet, vt dictũ eſt. ¶Primò ergo inducitur, qñ quis ſe ingerit actibus, qui ſolùm profeſsis de iure aut cõſuetudine cõueniũt. quod Pan. ibi limitat primò ſi ſit nouitius. ſcd̃ò ſi ſciat hoc cõuenire profeſsis tñ: quia data ignorãtia præſumptio ceſſat. tertiò ſi ſponte ſe ingerit, nõ ex metu. quartò ſi triduo perſeuerauerit in illo propoſito: aut loco perſeuerãtiæ tridui hoc fecit cum habitu profeſſorũ diſtincto in colore, ſciſſura vel forma: de quo tamen triduo eſt quæſtio: quia Io.And.in c.ad noſtrã.de re. dicit hoc requiri per ſimile de habitu profeſſorum, vt ĩ.dicetur: ſed do.Ant. dicit illud non requiri, cũ de eo in d.c.vidua, mentio nõ fiat. ſed procedit tex. qñ duo concurrunt, exercitiũ ſcilicet,& habitus profeſſorum: quia nõ requiritur triduũ.& hoc placet Pan.& eſt verũ: quia illa vidua ſe ingerẽs actui profeſſarũ habuit profeſſarũ velũ. De prima tamẽ limitatione diſſentiũt Sũ.Roſ. quæ illã tenet: & Sum. Ang. quæ illã nõ habet. Sed dico quòd eſt vera: & procedit qñ quis ſe ingerit actibus profeſſorũ, puta electiõi, ſiue profeſſorũ habitu. vnde clericus ſecularis per illũ actũ nõ ꝓfiteretur, vt patet per Pa. ibi: ſed cũ habitu ꝓfeſſorũ, ſecus: qa nõ requiritur quòd præceſſerit notitia: cũ de illa vidua nõ legatur quòd fuerit nouitia. ¶Secũdò inducitur tacita profeſsio ex delatione habitus profeſſorum. quod limita primò ſi habitus ſit diſtinctus, vt ſ. ſecundò ſi quis deferat ſcienter, id eſt, ſciendo quòd cõpetat ſolũ profeſsis, ſcd̃m Sum.Roſ. Vel melius, ſi hoc ſciat.& vlterius quòd per hoc de iure vel conſuetudine inducatur profeſsio, ſecundũ Sum Ang. cõſentiente Inn.& do.Ant.& bene: quia ignorantia præſumptionem tollit. tertiò ſi ſponte. quartò ſi accipiatur ab eo qui poteſt incorporare religioni, vel eo conſentiente, ſecundum Pan.in d.c.vidua.& facit c. porrectum. de reg. quam limitationem malè omittit Sum.Roſ. addẽs loco eius aliam, ſcilicet quòd ætas ſit debita quod ſuperfluit ad doc. quia loquuntur in eo qui poteſt profiteri explicitè: licet nõ quantũ ad textũ iuris. quintò, ſi in monaſterio,& nõ extra, deferatur, de re. vt clerici.& no.Pa.in c.ex reſcripto.de iureiur. quia ceſſat pręſumptio, eò ꝙ ſi ꝓfiteri vellet, intraret monaſteriũ. Sed intellige in monaſterio, id eſt, ſub obedientia abbatis: quia, vt dicit Abbas in c.cũ illo.de ſen.exc. vbicũq; fuerit monach⁹, modò ſit ſub obediẽtia abbatis, ſemꝑ fingit᷑ eſſe in clauſtro. ſextò ſi in delatiõe triduo perſeueret, ſcilicet ne dubitet᷑ quo animo deferat ſcd̃m Pan.& ſic intellige c.conſtitutionẽ .in fin. de re.li.vj. Fallit hoc aliqñ ſcd̃m aliquos: nec requirit᷑ illud triduũ. primò ſi ſuſcipitur in infirmitate. ſcd̃ò ſi ſuſcipit᷑ poſt votũ de ingreſſu religionis. ſed de vtroq; dubitat Pan.in d.c. cõſtitutionem. vbi ponitur ius nouũ de hoc,& non excipitur Et ita tene quòd requiritur,& magis in infirmitate quàm in ſanitate, cũ infirmus turbet᷑ ꝓpter moleſtiã morbi, ar.in l.cũ antiquitatis.C.de teſta. ¶Tertiò inducitur per delationẽ habitus nouitiorũ indiſtincti diſtinctiõe patenti, id eſt, colore, ſciſſura, vel forma per annũ, licet eſſe diſtinctus diſtinctiõe occulta puta per benedictionem: vt cle.eos.de re. Nec oportet addere anno diẽ, ſcd̃m Pet.de Pal. niſi in anno biſſextili: de, cuius tñ integritate eſt vna dies de pluribus: imò nõ oportet dicere vltra annũ, ſicut dicit Sum.Ang. ſed ſufficit dicere per annũ, ſicut dicit Sum.Roſ. & tex. Vñ in vltimo inſtãti anni ꝓbationis talis erit ꝓfeſſus, niſi aliud obſtet. Hoc aũt limita primo in monaſterio eo modo quo penè ſtatim dictũ eſt: ſecus extra. ſcd̃ò vbi habitus nouitiorũ ab habitu ꝓfeſſorũ eſt indiſtinctus patenter, licet fortè diſtinctus occultè, vt dictũ eſt. Vel etiã licet fortè ſit diſtinctus patẽter ab habitu, ſe cũ degentiũ ſeculariũ, ſecũdũ Pe.de Pa. ſicut ſi canonicis regulari. eſſent clerici ſeculares in choro & refectorio ſuperpelliceis vtẽtes. Si tñ habitus nouitiorũ eſſet indiſtinctus ab habitu ꝓfeſſorũ,& cũ hoc ab habitu ſimul cũ eis degentiũ ſeculariũ, ſicut ſcd̃m Arc.in mulieribus, quæ ſe canonicas regulares appellãt: vel ſcd̃m Pan.in c.ex parte.de re. in fratribus Sancti Antonij, vel alijs. qui ſolũ ferũt crucẽ in pectore, delatio hmõi, habitus per annũ nõ inducit ꝓfeſsionem tacitã ſcd̃m Pe.de Pa. qđ limitat Pan. qñ aſſumit᷑ à minore xiiij.anno. ſecus ſi fuit aſſumptus à maiore xiiij.anno. ſecus vbi eſt patẽter diſtinctus ab habitu ꝓfeſſorũ: quia quantũcunq; deferat᷑, etiã per.xx.annos, nõ inducit᷑ ꝓfeſsio, vt in d.cle.eos. no.gl.& Pan.in c.ex parte.de reg. tertiò vbi alia proteſtatio nõ præmittitur intra annũ: ſecus vbi pręmittitur. ſcd̃m Arc. Et hoc tene quia licet dicat Hoſ. quòd nõ iuuat, ſi proteſtetur ſe nolle propter hoc ꝓfiteri, quia hic inducitur præſumptio iuris & de iure, quę nõ admittit ꝓbationẽ in cõtrariũ.& idẽ Arc. & Mo. quia talis ꝓteſtatio eſt cõtraria facto: tñ verius ſenſit cõtrariũ Io.And. vt refert Ge.c.j.de re.in vj.& Io. de Lig. qñ fit ex iuſta cauſa: quia oppoſita opinio procedit vbi proteſtatio eſt facta cõtraria, hic autem eſt declaratoria vt in c.cũ.M.de cõſti.& hoc placet: quia vbi factũ eſt multipliciter intelligibile,& agens proteſtatur quod nõ agit actũ ad finem hunc, puta vt profiteatur: ſed ad illum, puta vt adhuc probet, iuuat.& cõſentit Pan.in c.ex parte. de reg. Vbi autẽ habitus eſſet diſtinctus patenter: iſta proteſtatio non eſt neceſſaria, ſecundum eum in c.poſtulaſti.eo.tit. quia ſcilicet ipſum ſignum diſtinguens eſt proteſtatio. ¶Quartò inducitur ſecundum aliquos quando quis ſuſcipit habitum nouitiorum cum propoſito vitam mutandi abſolutè per c.conſulti.&.c.ſtatuimus.de re.& per c.non ſolum.eo.ti.lib.vj. Sed iſta opinio eſt falſa: quia tex.in d.c.non ſolum. eũ qui propoſuit abſolutè vitam mutare, diuidit cõtra eum, quia expreſſe vel



vel tacitè eſt profeſſus patet etiã per c.ex trãſmiſſa.de renũ. Vñ & do.Car.in cõſilio facti, & ſequitur Pan.in c.cõſulti.de reg. dicẽs quòd is qui fecit votũ de præſeruãdo, nõ efficitur profeſſus per delationẽ habitus nouitiorũ diſtincti: ſed ſi cõtraheret matrimoniũ, teneret. Et ad c.nõ ſolũ.& alia quæ videntur cõtraria. Reſpõ. quòd intelligũtur ꝙ talis ad ſeculũ redire nõ poteſt ſine mortali: nõ aute quòd ſit profeſſus. eſt etiam irrationabilis: quia profeſsio etiã tacita ſine duobus cõtrahẽtibus nõ perficitur, ſcilicet profitẽte & acceptante. vñ nullũ propoſitũ, aut votũ, niſi alius conſentiẽs adſit, perficit ꝓfeſsionẽ. Quid autẽ per illud propoſitũ intelligatur, variè loquũtur Canoniſtę: ſed opinio vera eſt quòd ſit votũ expreſſum perſeuerãdi in religione, vel etiã votũ interpretatũ: vt cũ quis ſe offert profeſsiõi: nec tamẽ fit profeſsio: quia alius nõ ſubitò acceptat. Viceſimò quæritur, † quomodo obliget profeſsio tacita? Et dico quòd extra mendicãtes ſicut expreſſa, etiã ſeculari habitu nõ mutato, obligat illi religioni præciſe, quã quis profitetur: vt in d.c.conſtitutionẽ. ita tacita per ſuſceptionẽ habitus ꝓfeſſorũ intra annũ ꝓbationis obligat religioni in genere, ſi is qui ꝓfitetur, ſit ætatis debitę, ſciẽs, voluntarius,& triduo perſeuerãs, vt patet ibi: huic tamẽ obligatur in ſpecie illa religio, in qua eſt ꝓfeſſus: alioquin cum à fortiori nulla alia teneatur, poſſet contrahere matrimoniũ, contra.c.vnicũ de voto.lib.vj.& idẽ pręciſe eſt de eo, qui intra annum tacitè profitetur in mẽdicantibus: & vlterius etiã idẽ eſt ſi intra annũ profiteatur expreſſe, vt in d.c.non ſolum. Et in hoc eſt differẽtia inter mendicantes,& nõ mẽdicantes: ſed tacita quę eſt ex delatione habitus vltra annũ obligat in ſpecie ei, in qua fit: vt in cle.eos.de reg. Dicit aũt S.Th.in iiij.di. xxviij. ꝙ profeſſus tacitè omni caſu tenetur ad tria vota religionis principalia: ſed ad alias obſeruãtias, quarũ trãſgreſſio ex diſsimulatione prælatorũ inducitur, qui dum vidẽtes nõ corrigũt, indulgere videntur, nõ obligatur, præcipuè ſi ſit ſimplex qui talia diſcernere ſufficiẽter neſciat. & idẽ Alber. & intellige in his, in quibus prælatus poteſt diſpẽſare. ¶Viceſimoprimò quæritur, † quid de ꝓfeſsione impuberũ? Et dico cum Archie. poſt Pet.de Pa. quòd ſi inuito vel ignorãte parẽte vel tutore intrauit, ſi nõ reuocet᷑ intra annũ & diẽ, eſt ꝓfeſſus tacitè quo ad eos: quo ad ſe verò ante cõpletũ annũ pubertatis nec expreſſe nec tacitè ꝓfiteri põt: & ſi de facto fecerit & ꝓfeſſus ſit factus pubes ratificet, vel portet habitũ profeſſorũ triduo, vel nouiter ꝓfiteatur, vel ſi toto xv. anno remaneat: vbi habitus nouitiorũ & ꝓfeſſorũ nõ diſtinguũtur. ¶Viceſimoſecundò quæritur, † quid de profeſsione ſeruorũ? Et dico vt ſ. Religio.ij.§.iij. ¶Viceſimotertiò quæritur, † vtrũ ꝑ ingreſſum religionis, quæ fit per ꝓfeſsionẽ, quis aſſequatur plenariã remiſsionẽ per aſſumptionẽ crucis? Et dico ꝙ ſic. vt probat S.Th.ij.ij.q.vlt.ar.iij. ad tertiũ. qui loquitur de dicto ingreſſu.& Pet.de Pa.& idẽ Ber.de præcep.& diſpẽ. Vtrũ autem teneat᷑ reſtituere, qui aliquẽ auertit ab ingreſſu religiõis. ĩ.Reſtitutio.iij.§.j. ¶†Viceſimoquartò quęrit᷑, qđ de bonis ingrediẽtis religionẽ per profeſsionẽ? Et dicũt iura ꝙ ingreſſi religionẽ ſe & ſua dedicãt Deo, ita quòd omnia eorũ bona monaſterio intelligãtur eſſe collata. C.de ſacr.ſan.eccl. auth. ingreſsi. xix.q.iij. quia ingrediẽtibus. qđ ſecũdũ Pet. de Pal. intelligitur de ingreſſu profeſsiõis, de quo intelligũtur iura loquẽtia de ingreſſu: & hoc niſi ipſi aliter diſpoſuerint ante profeſsionẽ: qđ poſſunt, licet nõ poſt expreſſam aut tacitã, vt not. gloſ.in d.c.quia. Et ſi à patre vel matre filius aut [illegible] poterat exhæredari propter vitiũ ingratitudinis, iam nõ poterũt: quia hoc vitiũ tollitur per religionis ingreſſum. xix. [illegible] c.ſi iuncta glo.& in c.ſi.qua mulier. cum glo. vbi de his multa. Alicubi tamẽ eſt cõſuetudo quòd propinqui occupãt bona immobilia ingreſsi: niſi ſi qua dedit monaſterio: & alicubi etiã mobilia. quę ſcd̃m Ray. valet ſi eſt obtẽta.xl.annis, quo tẽpore præſcribit᷑ cõtra eccleſiã. Sed puto ꝙ nõ valeat ratiõe pręſcriptiõis: tũ qa in rebus inuaſis aut furtiuis nõ currit, vt dictũ eſt ſ. Præſcriptio.§.xij. tũ qa eccleſia, quę hic ſpoliatur, nõ eſt digna pœna: cum nõ ſit in mora negligẽtię, ſed
violẽtiæ: nec quocũq; modo qa eſt cõtra legem naturalẽ pri 4
uans hominem facultate diſponendi de ſuis bonis. Sed de his diffuſe infrà Religio.vj.

## Rurſus de Religione quartò, quantum ad tranſitum ab ea.


1 *Trãſitus de vna religiõe ad aliã quãdo & qũo liceat.& nu.2.*
3 *Licentia tranſeundi de vna religione ad aliam à quo petatur.*
4 *Apoſtata an ſit qui ad aliam religionem indebitè tranſit.*
5 *Trãſitus ad aliã religionẽ, ſi pœniteat, an in priore recipiat᷑.*
6 *Tranſitus à qua religione & ad quam fieri debeat.*
7 *Tranſitus mendicantis ad non mendicantes quid importet.*
8 *Trãſitus monachi ad canonicum vel econtra quid contineat. & quid de tranſitu ad eccleſias ſeculares.nu.9.*
10 *Bona tranſeuntis ad aliam religionem, cui cedant.*


RELIGIO rurſus conſiderari poteſt quartò quãtum ad tranſitũ ab ea ad aliam religionẽ, vel ad alium ſta
tum. ¶Primò ergo quęritur, † vtrũ poſsit eſſe trãſitus 1
de vna religione ad aliam? Et dicit San.Tho.ij.ij.q.vlt. hoc nõ eſſe laudabile, niſi propter magnam vtilitatẽ vel neceſsitatẽ: tum quia ex hoc plerunq; ſcandalizantur qui relinquũtur: tum quia facilius quis proficit in religione quam cõſueuit cęteris paribus: ſicut patet in collationibus patrum per abbatẽ Neſtoriũ. Eſt verò laudabile triplici ex cauſa. primò ex zelo perfectioris religionis, in quo nõ attẽditur excellentia ſolùm ſecundũ arctitudinẽ vitæ: ſed principaliter ſecundum illud, ad quod religio ordinatur: & cõſequenter ſecundum diſcretionem obſeruantiarũ fini proportionatarũ. ſecũdò propter declinationem religionis à debita profeſsione, ſecundum quam fuerat inſtituta. tertio propter infirmitatẽ vel debilitatem. In primo caſu propter humilitatem debet licẽtia peti: quæ tamẽ negari nõ poteſt, ſi cõſtet illã eſſe arctiorem. Si probabiliter dubitetur, requirendũ eſt iudiciũ ſuperioris. de reg.licet. in ſecũdo verò requiritur diſpẽſatio. Hæc
ex S.Tho. Pro quibus aduerte primò quòd ſi dubitetur an ſit *1. aduerte.*
ſtrictior religio ad quã tranſitur, ſecundũ Pan. nõ ſtatur verbo volentis tranſire, aut prælati negãtis licentiã: ſed requirendũ eſt iudiciũ ſuperioris: qui ſecundũ Inn. eo caſu eſt ille, ad quẽ appellaretur, ſi grauaretur iſte religioſus: quia prelatus nõ debet eſſe iudex in cauſa ſua. quod dictum nota: quia ex eo infert Sum.Ro. poſt Pan. ꝙ habet locũ generaliter vbi oritur cõtẽtio inter religioſum & ſuperiorẽ ſuũ: qa debet adiri ſuperior immediatus: quòd tñ bene dicitur in ſpectãtibus ad declinãdã correctionẽ: quia in talibus nõ habet locũ appellatio, vt ſ. dictũ eſt. ¶Aduerte ſecũdò ꝙ ſi prælatus nõ reſpõdeat, vel neget, vel alleget cauſam negationis iniuſtã: dicit Pan. poſt Inn. ꝙ in his caſib⁹ & ſimilibus põt ſubditus incõtinẽti trãſire. Si verò allegaret cauſam iuſtã aut veriſimilem negationis, nõ debet trãſire, ſed inſtare apud ſuperiorẽ vt decernat. Si verò dicat ſe velle habere conſiliũ, tenet᷑ expectare debito tẽpore: quia ille nõ tenetur incõſultè reſpõdere. ¶Aduerte tertiò ꝙ ſecundũ Io.And.in c.ſanè de regul. iura nõ permittũt trãſitũ reſpectu melioris religiõis ſeu maioris, vel reſpectu finis, vt qa fructuoſior, aut alio modo: ſed ſolùm reſpectu arctioris vitæ,& quia ibi viuitur ſtrictius, vt in d.c.licet.& ſequitur Sum.Ang. cõtra Roſ. quãquã ipſa ſibi in §.j.& viij. contradicat: & contra Sup. ſentiẽtes cum beato

Tho.de cuius mēte eſt quòd attēdatur vita arctior quādo fi
nes & fructus parificātur,quomodo intelligit̃ d.c. licet.imò
ibi videtur probari opinio S.Tho.dū dicitur maioris religio
nis.frugis melioris,& ſanctioris vitæ.Si verò nō parificatur
nobilior finis cū vita æquè ſtricta vel etiā minus,modò ſit
regularis,præpōderat:quia media ſunt propter finē,nō ecō-
trario.Vide j̃.§.viij.vbi ꝓbatur opi.S.Tho. ¶Aduerte quar-
tò ꝙ ſi quis licētia nō petita trāſiuit quādo petere teneba-
tur,quidā dicūt quòd poteſt reuocari:quidā verò ꝙ non.Sed
gl.d.c.licet.ſoluit quòd poteſt reuocari,ſi trāſiuit cauſa leui-
tatis:aliàs nō.Vel dic ſub alijsverbis ꝙ nō pōt repeti ſi trāſi-
uit in caſu licito,licet modo nō ſeruato:ſecus ſi in caſu illici
to ar.c.fi.de reg.& hoc tenet Veruec.& Arch.& ſequit̃ Sup-
ple.&hoc tene: licet Sum.Roſ.cū multis alijs canoniſtis te-
neat indiſtinctè ꝙ poſsit reuocari:quia nō præiudicauit ali-
cui,licet gratia humilitatis mandatū ſit quòd licētia petat̃.
¶Aduerte quintò ſecūdū Arch.poſt Inn.quòd ſi ex trāſitu ad
eam,quā certū eſt eſſe arctiorē,prior incurrat grauē iacturā
vel infamiā,nō licet trāſire,arg.ij.q.iiij.ſi quisverò.& de reg.
licet.quia nec debet eſſe cauſa ſcandali,nec priuatā vtilitatē
debet præferre cōmuni,puta vnius monaſterij.Et ſi trāſitur,
ſecundū doct.vt dicit Pan.debet fieri reſtitutio.arg.d.c. licet
in ver.iacturā.de quo licet Pan.dubitet,& cum eo Sum.Ro.
quia ꝓpter læſionē monaſterij nō debet impediri propoſitū
diuinitus inſpiratū:tamē nō eſt dubitādū quādo illa infamia
vel iactura nō venit ex culpa monaſterij, ſed ex rerū quali-
tate:quia nō eſt à Deo propoſitū illicitū. ¶Secūdò quęritur,
2 †quando & quomodo liceat trāſitus à religione ad religio-
nem?Et dico colligendo mentē doct.ꝙ aut trāſitur ad latio
rem,aut ad æqualē,aut ad arctiorē.¶Et quidē ſi ad latiorē,
dico quòd licet,ſi in priori religione regula nō ſeruatur, ſe-
cundū Inn.& Pan.in c.ſane.de reg.quia nō cōſideratur regu
la antiquitus inſtituta,ſed modus viuēdi de pręſenti.quod be
ne Io.An.limitat,quādo nō eſt in ꝓuincia aliud monaſteriū
eiuſdē religionis,ad quod poſsit trāſire,nec ſpes reformatio
nis ſui monaſterij.Si verò in priori monaſterio regula ſerua
tur:aut ſubeſt cauſa,& ſic ſecundū Inn.& ſequitur Pan.in c.
nō eſt dubiū.de reg.quòd epiſcopus poteſt diſpenſare,arg.c.
nō mediocriter.de cōſec.diſ.v.quod do.Ant.in d.c.nō dubiū.
limitat ſi cauſa eſt vrgēs indigens celeritate:aliàs recurren-
dum eſt ad papā.quod intellige de cōſilio,vel vbi commode
poteſt.ar.c.nō cogātur.diſt.xlj.Limita etiā quo ad nō exem-
ptos.in exemptis autē diſpēſabit prælatus,qui loco epiſcopi
præeſt.ar.ſecundū gl.in d.c.nō eſt dubiū.aut papa,ſi talē non
habet.Aut cauſa nō ſubeſt:& ſic licet de licētia papæ,ſecun-
dū gl.in c.cū ſingula.de pręb.lib.vj.quod verū eſt quo ad ec
cleſiā & cōcernētia forū cōtentioſum:quo ad Deū tamē eſt
peccatū,ar.eorū quæ not.in c.nō eſt voti.de vot.Et cauſa le-
gitima eſt debilitas,delicata cōplexio,&huiuſmodi.¶Si ve-
rò tranſitus ſit ad æqualē ſine cauſa : licet ſolùm de licētia
Papæ etiā quo ad Deū,ſecūdū gl.Io.ix.q.j.in ſum. & Pan.in
c.nō eſt.de reg.Ex cauſa verò licet de licētia epiſcopi vel ꝓ-
prij prælati cōſentiēte capitulo,ſecundū gl.in d.c.nō eſt du-
bium.& facit c.ſtatuimus.xix.q.vlt.& xij.q.ij.ſine exceptiōe.
Si verò tranſitus eſt ad ſtrictiorē, requirūtur multa. Primò
quòd nō fiat leuitate,temeritate,aut odio prioris pręlati,ſed
zelo vitę melioris:& ſi eſt cōtrarietas inter pręlatum & ſub
ditum circa hoc,ad ſuperiorē poteſt appellari,etiā ſi in tali
religione interdicatur appellatio : quia intelligitur interdi-
cta in ſpectātibus ad correctionē ſolùm.Secundò ꝙ religio
ad quā tranſitur,nō ſolùm ſit ſtrictior de iure,id eſt,ſecundū
ſe,ſed etiā de facto,quia ſcilicet actu ſeruatur.ar . c.ſane.de
reg.quia hic ceſſat ratio permittēdi tranſitum: quæ eſt vt vi
uatur arctius,cum hic præſumatur operari Spiritus ſanctus:
vt in c.licet de reg.tertiò quòd licētia petatur:vt in d.c.licet.
Quibus cōcurrētibus licet trāſitus,etiā ſi primū monaſteriū
eſſet priuilegiatū ne quis inde trāſire poſſet ad arctius: quia
pręſumitur hoc cōceſſum ne trāſitus fieret ex temeritatevel
leuitate in iacturā proprij ordinis ſub prætextu maioris re-
ligionis:vt in d.c.licet.Sed tamē aduerte quòd nomine reli-
gionis arctioris venit religio ſanctior,& religio fructuoſior
ar.dictorū ſ̃.j.§.¶Tertiò quæritur,†à quo debeat peti iſta li-
cētia?Et dico quātū ad clericos ſeculares ꝙ in epiſcopo re- 3
quiritur licētia obtēta à papa.de reg. licet.quo ad prælatos
verò inferiores,ſi nō ſunt immediatè ſub papa,ſufficit ſi pe-
tatur ab epiſcopo,licet nō obtineatur,ſecundū Ioan.And.in
mercu.Si verò ſunt immediatè ſub papa,ab eo eſt petēda:&
eo negāte,trāſire nō licet.ſecus eo nō reſpōdēte.quo ad cle-
ricos verò ſecundū Inn.petēda eſt licētia ab epiſcopo,ſi ec-
cleſia grauiter læditur:aliàs etiā ſine licētia pñt. ¶Quantū
ad exēptos verò dico quòd pręlati,qui ſubſunt papæ imme-
diatè,vt generalis magiſter,& miniſter,&huiuſmodi, tenēt
locū epiſcopi,qui immediate ſubeſt papæ:& ab eis eſt peten
da,vbi in nō exēptis petitur ab epiſcopo,nō autē vbi à papa.
prælati verò habētes ſuperiores,ſi ſunt ordinarij,tenēt locū
abbatis nō exēpti,q̃ ſuperiorē habet citra papā : ideo ab eis
petēda eſt,vbi in nō exēptis petitur ab abbate:nō aūt vbi ab
epiſcopo,qui tamē ſine cōſenſu capituli eā dare nō poteſt,ſe
cundū gl.in d.c.cum ſingula.Et ideo in aliquo caſu pōt,eam
dare prælatus ordinarius immediatè conuētus, ſicut poteſt
ad religionē recipere:tū quia doctores & iura nō diſtinguūt
de prælato:tū quia talis in materia nō odioſa venit nomine
abbatis,qui hoc aliquādo pōt,ſicut frater aut religioſus no-
mine monachi:vt ſ̃.Abbas. §.vlt.tum quia c.ſi religioſus . de
elec.lib.vj.videtur velle quòd eā poſsit dare in trāſitu ad epi
ſcopatū,ſi iam ſit facta electio,etiā irrequiſito capitulo : dū
non diſtinguit:itē arg.in verbo,ſuis cōuētibus, referēdo ſin-
gula ſingulis:quaſi dicatur pręlatus irrequiſito ſuo cōuentu:
cū ſolus prior conuētualis ꝓpriè habeat conuētū ſuū,ſicut
prouincialis prouinciā ſuā.Sed intellige niſi obſtet cōſtitu-
tio,ar. verbi,qui dare valeat.tum quia hoc eſt de mēte Pan.
in c.licet de reg.& doct.dū quęrūt vtrū ipſi prælati,à quibus
ſcilicet licētia petitur,trāſire poſsint ea nō obtēta.Et cōclu
dit Io.And.in mercu.in reg.cum nō ſtat.li.vj.ꝙ ſic,ſi habent
ſuperiorē citra papā. Quod ergo dicit Sum.Ang. in ordine
Prædicatorū petēdā eſſe à prouinciali: & in ordine Minorū
à cuſtode vel miniſtro:nō eſt verū:ſed peti poteſt etiā à prio
re cōuentuali aliquādo,vel à guardiano.Et quidē in ordine
prædicatorū expreſſe hoc patet per mare magnū :quia ſecū
dū illud frater poteſt trāſire de licētia magiſtri vel ſui prio-
ris.¶Quartò quæritur,†vtrū tranſiēs aliter quàm dictū eſt 4
licere,ſit apoſtata?Et dicit Pan.in d.c.ſanè de reg.quòd non
apoſtaſia maiori, de qua in c.fi.de apoſta.ſed bene apoſtaſia
minori:quia retrocedit.Ex hoc infert Summ.Ang.ad c.ij.ne
cle.vel mo.lib.vj.vbi dimittēs habitū incurrit excommuni-
cationem:cum ſit propriè apoſtata: quòd eam non incurrit
aſſumēs habitum alterius religionis,etiā laxioris.quod etiā
ſentit Io.And.ibi in nouel.quia text.ibi ſentit in eo qui facit
cauſa euagationis,quæ ceſſat in eo qui aliā religionē ingre-
ditur.& idem Pan.in d.c.ſanè.Sed ego dico quòd aſſumens
alterius religionis habitū ratione trāſitus liciti verè vel opi-
natiuè,non incidit : quia ibi ceſſat ratio legis. ſecus ſi ſumat
cauſa euagandi:& multo magis ſi cauſa licentius aut cau-
tius delinquendi : quia in tali habet locum litera & inten-
tio ſeu ratio legis.¶Quintò quæritur,† quid ſi regularis im
petrauit licentiā trāſeundi ad arctiorē religionem,& poſtea
pœnituit,vtrū primi teneātur eum recipere?Et dicit Veruec.
quòd ſic,ſi nō inuenit arctionem ſe recipiētē,vel nō potuit
ſufferre eius auſteritatē,& ante profeſsionē vult reuerti:q̃a
licētia & renuntiatio facta fuit ex cauſa non ſubſequuta. Si
autem abbas & conuentus aliquē licentiauit ſimpliciter , &
ille renuntiauit ſimpliciter,nō ex aliqua cauſa , niſi fortè ex
odio ſecundū Veruec.licētia non valet:quia hoc eſt dare li-
centiā vagādi:quod prohibetur.xviij.q.ij.abbates.ſecundum
Ang.tamē expelli poteſt,quādo nō vult ferre pœnā pro cul-
6 pa commiſſa.Sextò quæritur,†à qua religione,& ad quā li-
ceat trāſitus?Et dico quòd probat in iij.parte,tit.xvj.c.iiij.in
fine.Archie.poſt Pet.de Pal.in quarto,religionē mendican-
tiū perfectiorē eſſe omni nō mēdicāte:& inter mendicantes
eam,quæ eſſentialiter & principaliter & nominaliter eſt in-
ſtituta ad prædicādum:quia hæc eſt religio Chriſti,etiā ſi lo
culos habeat,quos nō habeat alia quæ prædicationē eſſen-
tialiter nō habeat annexā,ſed accidētaliter poſt inſtitutionē
ex cōmiſſione:& quod ex omni alia ad eam licet tranſire.Et
idem tenuit bea. Io.do.dicēs quòd cùm vnicuiq; ob frugē me
lioris vitæ ad altiorē ſtatū liceat trāſire.xix.q.ij.duę.ſunt . &
de reg.licet nō ſolū Carthuſiēſes,ſed cuiuſlibet ordinis fra-
tres ad ordinē prædicatorum poſſunt trāſire regulariter ad
vnguem viuētem:& probat eo modo quo Pet.Monal.quoq;
magnus Theologus & Canoniſta dicit,vt refert bea.Io. do.
ſe vidiſſe determinationē vniuerſitatis Pariſinę,quòd frater
Carthuſienſis de iure cōmuni poſſet tranſire ad ordinē prę-
dicatorum regulariter viuentē.Et idē cōſuluit Zab. & qui-
dam alij de monacho ſancti benedicti obſeruantiæ laxioris.
Et idē dicit bea.Io.do.de ordine minorū in trac.de poſ.Ecō-
uerſo autē dicit idē bea.Io.do.ꝙ fratres prædicatores tran-
ſire nō poſſunt ad aliorū ordinū obſeruantiā,niſi in ſuo ordi
nē foret remiſſa religio:quia tunc liceret animo arctè & nō
laxè viuendi:quia ſecundū Ioā. And.Inn.& Pan.in c.ſane.de
reg.nō eſt inſpiciendum principium fundationis regule,ſed
quod nunc de facto ſeruatur:vnde ſatis eſt quòd nūc ſit ſtri-
ctioris vitæ ea ad quam trāſitur,licet fortè tempore funda-
tionis fuerit laxioris:contra prædicatores apoſtatas , inquit
Io.An.qui profitētes in monaſterio ſancti Benedicti,vbi for
tè non ſeruatur religio,putant ſe euadere apoſtaſiam:cōtra
quos eſt litera in d.c.ſane Conſtitutiones enim prædicatorū
vltra regulā ita arctant eos quòd vita eorū eſt aſperior vita
monachorū.Vnde cogendi ſunt redire ad primum ordinē.
Hæc Io.And.¶Non eſt autē cōtra prædicta quòd ex cōſti-
tutiōe Martini quinti licitè tranſeunt ad Carthuſiēſes : quia
licitè ex cauſa tranſitur ad æqualē & laxiorē. ¶Non obſtat
etiam ſi alicubi in vita regulari habentur licitè poſſeſsiones
moderatæ:quia hoc non impedit,ſed iuuat regularem vitā
hodie,quando creuerunt mēdicantes nomine & effectu, &
plus inueniunt ſeductores quàm veraces. ¶Septimò quæri-
7 tur,†quid velint iura de tranſitu mendicantis ad nō mendi-
cantes?Et dico quòd ibi aſſumi nō poteſt ad dignitates in il
lo ordine,etiā ſi tranſeat authoritate apoſtolica,nec ad prio
ratū vel aliquā adminiſtrationē, aut quæcūq; officia , etiam
tanquā vicarius ſeu miniſter,ſeu tanquā locū aliorū tenens:
nec poteſt exercere curam animarū pro ſe aut pro alijs:nec
habet vocē aut locū in capitulo:etiā ſi ab alijs concedatur
8 cle.vt profeſſores.de regu.¶Octauò quęritur, † quid velint
iura de tranſitu mutuo monachorū & canonicorū regula-
riū?Et dicit Archi.poſt San.Tho.ij.ij.q.clxxxix.quòd vtraq;
illa religio ordinatur ad opera vitę cōtemplatiuę,inter quę
pręcipua ſunt quę aguntur in diuinis miniſterijs, ad quę or-
dinatur directè ordo canonicorū regulariū,quibus per ſe cō
petit quòd ſint clerici,non autē monachis.xvj.q.j.illud.licet
ordo monachorū ſit arctior.Igitur ſi monachus eſt laicus,
licitè trāſit ad canonicos:nō ecōtrario:vt patet xix.q.iij.mā-
damus.Siverò monachus ſit clericus ſacris myſterijs ſeruiēs,
vt cōmuniter eſt hodie,licitè canonicus trāſit ad monachos
petita licētia ſuperioris:non econtrario. xix.q.iij.ſtatuimus.
quia tūc monachi habēt quod eſt canonicorū cum maiori
arctitudine.Ex his patet quòd vera eſt opinio San.Tho.con
tra Canoniſtas,de quo ſuprà,§.j.ad fin.ſcilicet quod in tran-
ſitu iuridico nō attēditur ſolùm maior arctitudo vitę:q̃a,vt
dicit ipſe,& ꝓbatur per c.quod Dei timorē.de ſtatu mo.ar-
ctior eſt profeſsio monachorū quàm canonicorū regulariū:
& tamē ratione clericatus canonicus nō poteſt trāſire ad ar
ctiorē vitā monachalē:quia in d.c.mandamus.hoc eſt inter-
dictum.¶Nonò quęritur,†quid velint iura de tranſitu mo- 9
nachorū & generaliter religioſorū ad regēdum eccleſias ſe
culares?Et dico vt infrà Religio.vij.per totū.¶Decimo quę
ritur,†quid iuris de bonis trāſeuntiū ad aliam religionē? Et 10
dicit Hoſt.quòd ſi quis tranſit ante profeſsionē , cum omni-
bus rebus ſuis exit.de regula.ſtatuimus.ſiverò trāſit poſt ꝓ-
feſsionē,& ſine licētia,res ſuæ remanēt priori monaſterio:
& qui illum recipit,imputet ſibi.Si verò cum licētia, vel in-
uitus ex aliqua cauſa vadit ad aliud monaſteriū: vſusfructus
rerū,quas cōtulit priori monaſterio,debetur ſecūdo quādiu
vixerit,ne ſit illi oneroſus.& ſic intellige xvj.q.vj. cognoui-
mus.& xxvij.q.j.ſi quis rapuerit.Si aūt ſit perſona ſecularis,
quę relinquit cōſortiū ſpirituale ſeu religionē vel eccleſiā,
indiſtinctè bona ſua recuperātur,vt innuitur apertè de cler.
cōiug.quod à te.in fine.Vel ad ſaluādas opiniones dic quòd
bona ipſum tacitè ſequūtur:ſed ſi expreſſè cōtulit ſe & ſua,
& nō habet vnde viuat,de benignitate canonica ſine cōtra-
dictiōe cuiuſq; bona recuperat.arg.lxxxvj.diſt.nō ſatis.xvij.
q.iiij.quicūq;.Si verò poteſt ſuſtētari,nō recuperat:ſicut nec
ſi dediſſet ſine ſe.xvij.q.iiij.ſunt qui opes.niſi de gratia fiat,
aut appoſita fuiſſet aliqua conditio.de condi.appo.verū.Sed
Pan.latius ꝓſequitur.Nā in c.quod à te.de cler.coniug.dicit
quòd ſi recedit ante ꝓfeſsionē:tunc aut donauit priori mo
naſterio omnia bona ſua expreſſe:& in dubio videtur donaſ
ſe ratione perſonę:quia nō eſt veriſimile quod ſpoliaſſet ſe
omnibus bonis inde tranſeundo : ideoq; recedēdo reuocat:
videtur enim donaſſe cauſa mortis mundanę:vnde tali mor
te nō ſequuta per profeſsionē reuocari poteſt,ſicut & dona
tio cauſa mortis.Si verò donauit ſolùm aliqua:tunc nō vide
tur donaſſe cauſa ingreſſus, nec recuperabit,arg. eorū quæ
not.Inn.in c.beneficiū.de reg.lib.vj.Tacitè verò bona hmōi
non tranſeunt in monaſteriū,ſed remanēt penes eum , ex
quo non eſt profeſſus.arg.d.c.beneficiū.Idē tamē Panor. in
c.cauſam.de proba. dicit quòd ſi dedit in puncto ingreſſus,
videtur donaſſe ratione ingreſſus:ſecus ſi ex interuallo: vel
ſi alijs coniecturis præſumi poteſt quòd nō cauſa ingreſſus
donauerit:quia tunc perfecta donatio nō reuocatur.Sed iſta
intellige in foro cauſarū:q̃a in cōſcientia vbi ſciri poteſt pro
babiliter quòd donauit ſolùm cauſa ingreſſus, & nō aliter,
ſemper recuperabit:quia videtur donaſſe cauſa mortis.Si ve
rò fecit ꝓfeſsionē:aut ipſa tenuit,aut nō.Si nō tenuit, bona
quæ tacitè trāſierant,redeūt ad perſonā ſuā:quia acceſſoriū
ſequitur principale:& ſi expreſſe cōtulit credēs profeſsionē
tenere,reuocat iſta bona:quia videtur donaſſe cauſa mortis
mūdanæ.vt dictū eſt.facit l.ſi pater.C.de hær.inſti.vbi ſi in-
ſtitui aliquē credēs eū filiū meū, auferūtur demū illi bona,
ſi cōſtat eum nō eſſe filiū.ſi verò ſciebat profeſsionē non te
nere nō reuocat:q̃a videtur in omnē caſum donaſſe. Si autē
profeſsio tenuit:tunc aut egreditur ꝓpter peccatū ſuum , vt
quia collocatur in alio monaſterio ad agendā pœnitentiam

& dantur bona ſecundo monaſterio quo ad vſum,xvj.q.vj.
de lapſis.ſed poſt mortẽ naturalẽ vſusfructus redibit ad pri-
mum monaſteriũ:& cõſolidabitur cum proprietate , vt ibi.
Aut egreditur capiẽdo fugã:& bona nõ recuperat:imò quo-
cũq; acceſſerit,poteſt eum abbas vendicare cũ omnibus bo-
nis acquiſitis.xviij.q.ij.abbates.Ex quo not.quòd quicquid ac
quirit monachus,etiã fugitiuus,acquirit monaſterio,quãtun
cunq; ſit in partibus remotis,vt ibi.Aut idẽ egreditur licitè,
puta trãſeundo licitè ad monaſteriũ vel prælaturã : & tunc
eſt dubiũ de bonis quæ tranſierant in primũ monaſteriũ : &
ſunt opiniones.Nam aliqui Moderni voluerũt quòd rema-
neant penes primũ:& quicquid acquirit,cedit ſecundo mona
ſterio vel dignitati.Et hoc tenuit Pet.de Peruſio.Et pro hoc
videtur.text.in c.vnico.xviij.q.j.Alij verò dicunt indiſtinctè
quòd debẽt bona cum perſona tranſire:& quòd illud c. vni-
cum procedit in acquiſitis bonis ex induſtria monachi,nõ in
patrimonialibus bonis:quia illa bona ſemper videntur acce-
dere ad perſonã monachi,licet expreſſe fuerint collata tem
pore ingreſſus,ratione prædicta.Et hoc tenuit dom.Card.&
quæſtio fuit aliàs ardua in facto.Panor.autem placet opinio
ſecunda,vt bona patrimonialia perſonã ſequãtur:ſubtiliter
ad hoc arguens ex d.c.vnico,vbi monachus ſi fiat epiſcopus,
adire poteſt hæreditatem paternam ſibi delatam,quam ac-
quiret epiſcopatui,non priori monaſterio: & ſic ſpes ſucce-
dendi patri,quæ trãſierat in primum monaſteriũ,iuxta not.
per Inno.in c.in pręſentia.de probat.ſequitur perſonam mo
nachi.Et cum iſto tranſit Sum.Roſ.ſentiens quòd religioſus
factus epiſcopus recuperat iam alteri quæſita , niſi ſit frater
minor.Ego autem dico quòd prima opinio eſt vera,& ex in-
tentione determinata in d.c.vnico vbi canon dicit indiſtin-
ctè omnia prius quæſita pertinere ad primum monaſteriũ:
& nõ diſtinguit inter acquiſita ex induſtria & ſucceſsione,vt
credit ſecũda opinio,ſed inter monachum ante epiſcopatũ
& poſt,vt ibi dicit Archi.quia ſcilicet ante nõ poterat adire
hæreditatẽ,quod poteſt poſtea factus ſui iuris:licet nõ acqui
rat ſibi,ſed ſuæ eccleſiæ.ſecundũ Gloſ.Non eſt autem ſimi-
liter de ſpe & de acquiſitione:quia ſpes nullũ ius aut domi-
nium dedit primo monaſterio,ſicut dat acquiſitio. Et cõfir-
matur iſta deciſio:quia ſecundũ Bart.in trac. Minoricarum,
lib.iiij.frater minor authoritate papæ tranſiens ad epiſcopa-
tum vel aliam religionem,quæ habere poteſt in cõmuni nõ
recuperat bona ſua iam alteri quæſita. ſiue dicas quòd hæc
ſit reſtitutio in primum ſtatũ,ſiue quòd ſit indulgentia, ſiue
permiſsio tranſeundi ad alium ſtatũ ſeparatum:vt.C.de ſen.
paſ.l.ij.& l.tutor.Si verò nõ ſunt alteri quæſita,puta quia nõ
ſunt mortui parentes,quibus debet ſuccedere:ſic ſuccedet,ſi
illi,ad quos tranſit,ſunt in ſtatu ſuccedendi: quia per talem
tranſlationem reſtituitur ad omnia.C.de ſent.paſ.l.j.& ff.ad
Tertul.l.j.§.qui mortis.& idem puta ſi alias legitimè ab Ar
chiepiſcopo vel alio prælato promoueretur ad aliquam di-
gnitatem:ſecus ſi transferatur aut abſoluatur ab ordine per
alium modum : puta propter demerita ſua:vt in d.l.j.§.qui
mortis.& idem Fran.de Aſsiſ.addens quod licentiatus ab or-
dine propter demerita,& licitè trãſiens ad aliam religionẽ,
non recuperat ius ſuccedẽdi,per iura prædicta:quia iſta ab-
ſolutio eſt magis ad pœnam quàm ad præmiũ. Et ita ſentit
etiã ipſa Sum.Roſ.cum Ang.Non eſt autẽ maior ratio qua-
re iſte frater minor nõ recuperet alteri iam quæſita , quàm
alij religioſi,ſed fortè minor:quia ſua religio minus poterat
eius bona acquirere quàm multæ aliæ.Vide de his Pan.in c.
in præſentia.de ꝓbat.ad fin.diffuſe tractãtẽ:&,vt videt̃,aliter
ſentientẽ quàm ſuprà.¶ Et prædicta faciũt ad hoc quòd reſti
tuere nõ teneatur,qui titulo oneroſo vel lucratiuo habet de
bonis alicuius damnati propter crimẽ & poſtea per princi-
pem reſtitui ad bona ſua:quia ius eſt iam ſibi quæſitũ . Vide
ſuprà Gratia.§.vlt.Vide etiã ad prædicta Bart. in l. quæcũq;
C.de fide inſtru.lib.x.an emẽtes ſolenniter à cõmuni Peru-
ſij bona exbãnitorũ cõgant̃ eis reddere ex forma ſtatutorũ
pacis hoc dicentium:vbi concludit quòd ſic:quia d.l.quæcun
que.vbi in hoc nõ valet reſcriptũ principis, loquitur quãdo
Imperator reſcribit propter vtilitatẽ priuati tantum : ſecus
ſi propter publicam:quia tunc poteſt res priuatorũ auferre: 9
& eodẽ modo ciuitas:vt l.certa forma.C.de iure fiſci.& l.itẽ
ſi verberatũ.ff.de rei vendi.& l.venditor.§.ſi conſtat.ff.cõ-
mu.pręd.Alex.etiã de Imo.in l.ſi quis officialiũ.C.de decur.
& ff.eod.lib.xij.per illum tex.limitat gloſ.in authen.cõſtitu
tio quæ de digni.col.vj.quæ voluit quòd licet quis liberetur
à patria poteſtate per dignitatẽ,puta quia epiſcopus,ſi per-
dit dignitatem,remanet nihilominus liberatus: quia verum
eſt,inquit,niſi deponatur à dignitate ſua culpa vel delicto:
quia tunc non debet gaudere priuilegio dignitatis.De bonis
autem fugitiuorum,vide ſuprà Apoſtaſia.§.ix.

## Rurſus de Religione quintò quantum ad nouitios.

1 *Nouitius religionis quis eſſe poſsit.*
2 *Furioſus an poſsit eſſe nouitius.*
3 *Nouitius quanto tempore quis eſſe debeat.*
4 *Probationis annus an debeat eſſe cotinuus.*
5 *Nouitius an deferre debeat habitum.*
6 *Nouitij an obligentur ad præcepta regulæ.*
7 *Nouitius delinquens an poſsit puniri ad perpetuum carcerem.*
8 *Nouitius an intra annum probationis poſsit ad ſeculũ redire.*
9 *Nouitius an poſsit eligi an ordinari . nume.*10.
11 *Nouitius ſi ſit canonicus an debent vocari ad electionem epiſcopi.*
12 *Nouitij beneficium & bona qualiter gubernentur.*

RELIGIO quintò conſiderari poteſt quantum ad no
uitios,id eſt,eos qui habitu religionis accepto nondũ
aliqua profeſsione adſtricti experiuntur religionis
auſteritatem.Et dicitur habitu religionis,& non probationis
accepto:quia ſi nouitio daretur habitus profeſſorum,adhuc
non eſſet ipſo facto ex hoc profeſſus : debet tamen ei dari
habitus nouitiorum,quando nõ vult ſtatim aut intra triduũ
eſſe profeſſus:& ſic dãdus eſt habitus diſtinctus.vbi ſunt pa-
tenter diſtincti:vbi autẽ nõ ſunt ſic diſtincti,vt vbi benedi-
citur habitus profeſſorũ,ſecundũ Archi.dandus eſt nouitio
habitus nõ benedictus:ſed ſufficit quòd nõ detur ei cum be-
nedictione tunc actu facta.vt cõſuetudo interpretatur: pro-
feſsi etiã,vt dicit,quando ſibi nouiter faciunt habitũ,puta ſca
pulare in ordine prædicatorũ,debẽt ea facere benedici à prę
latis: quia ſcapulare benedictũ eſt habitus profeſſorũ.¶ Pri- 1
mò ergo quęritur,† quis poſsit eſſe nouitius propriè?Et dico
quòd quilibet pubes rationis capax.xx.q.j.per totũ.&de reg.
cum ſimus.quod intellige ſi poteſt religionẽ intrare , iuxta
dicta ſ̃.Religio.ij.Vnde licet ante annos pubertatis oblatus
à parentibus vel aliàs quis poſsit habitũ religionis accipere:
tamẽ ꝓpriè nõ eſt nouitius:quia nõ poteſt experiri quid ſit
caſtitas:nec malitia ſupplet ætatẽ:vt ſuprà Religio.ij.§. xij.
Et ſic patet quo tẽpore poſsit quis eſſe nouitius : quia in xv.
anno inchoãte maſculus & ſuprà,& fœmina in xiij.qa nõ põt
aliquis ingredi,niſi cõpleta pubertate.& ita tenet Io.And.de
reg.beneficiũ.lib.vj.¶ Secũdò quæritur,† vtrũ furioſus poſ- 2
ſit eſſe nouitius?Et dico quòd nõ:quia propriè quaſi cõſtitu
tus in anno probationis.de reg.ſicut tenor. Vnde nunquam
poterit profiteri,etiã ſi ſtetiſſet in religione centũ annis: &
ſi pro-



ſi profitetur,profeſsio nulla eſt:ſicut nec matrimonium po-
teſt contrahere.ff.de ſpon.l.furor.nec ratificatur per ratiha-
bitionem poſt quã fuerit ſanæ mentis: ſicut nec profeſsio fa
cta ante annos pubertatis:niſi poſtquam eſt ſanæ mentis &
pubes ſe obligauerit profeſsione tacita vel expreſſa:vt patet
per c.j.de vot.lib.vj.& facit d.c.ſicut tenor.non obſtat quod
hoſt.& ſequaces teneant quòd ratificetur ſi perſeuerauerit
non contradicens , poſtquam fuerit pubes & ſanæ mentis:
quia Pan.in c.ſicut tenor.de reg.tenet hanc opinionem fal-
ſam,per c.j.de reg.lib.vj.vbi profeſsio in minori ætate non
ratificatur,niſi portetur habitus indiſtinctus per annum.& à
fortiori in furioſo.& ita tenet Sum.Ang.& Roſ.Sed illud c.
non probat:quia licet dicant eam ratificari per illud:non ta
men dicit quòd ſolùm per illud,ſed potius dicit oppoſitum,
ſcilicet quòd poteſt ratificari expreſſe.vnde opi.Pan.eſt vera
ſolùm in mendicantibus,vbi non licet profiteri ante annũ,&
in his non ſemper,ſed quando furia abſtulit probationem,ſi
cut eam aufert impubertas:ſecus vbi ſufficienti tempore pro
batus efficitur deinde furioſus,& profitetur:quia tunc eſt ve-
ra opi.Hoſt.quòd abeunte furia ſufficit ratificatio ex parte
vtriuſq; partis,vel etiam nouitij tantùm , ſi conuentus furiã
ignorauit.ar.dicendorũ.ĩ.§.iiij.ad finem.¶ Tertiò quæritur,
3 † quanto tempore debeat quis eſſet nouitius ? Et dico quòd
anno toto regulariter.xvij.q.j.Gonſaldus. & de reg.ad apo-
ſtolicam.& incipit iſte annus ab hora impoſitionis habitus,
modò adſit pubertas:aliàs à puncto pubertatis , niſi vbi ha-
bet locum c.quia in inſulis.de re.quia incipit ibi à puncto an
ni xviij.incipientis.de re.ad noſtram.&.c.ſignificatum .&.c.
quia in inſulis.Quia tamen hoc datur in fauorem nouitij &
religionis,vt ſe mutuo experiãtur:ſi nouitij & prælati cum
ſuo conuentu accedat conſenſus:ante annũ profiteri poteſt,
& profeſsio tenet.d.c.ad apoſtolicam.imò profiteri poteſt in
ipſo ingreſſu,etiam habitu non ſuſcepto,vt ſ̃.Religio. iij.§.
iij.Fallit hoc in mendicantibus,vt ibi.§.iij.& ſecũdũ Summ.
Ang.fallit vbi habet locũ c.quia in inſulis. ſed hoc nullo iu-
4 re probatur.¶ Quartò quæritur,† vtrum annus probationis
poſsit eſſe interpolatus, ſtando, verbi gratia , vno menſe in
monaſterio,& alio extra,vel neceſſariò ſit cõtinuus?Et dico
quòd Pan.vt patet in c.ad apoſtolicã.de re.diſputatiuè tenuit
ſufficere,ſi ſit interpolatus.& ſequitur gl.in reg.eum qui.de
re.iu.lib.vj.quia videtur ſatisfactũ iuri,ex quo quis ſtetit per
annũ,licet nõ cõtinuũ.Et hanc opinionem Sum.Ang.& Ro.
adſcribunt Spe.in ti.de ſta.reg.Sed Io.de Lig.& Bonicõtrus
filius Io.Andr.in quadã qõne diſputata tenent quòd oportet
annũ eſſe cõtinuũ.intellige eo modo quo ſolent auſteritates
in religione continuari.ſcilicet modicè,& ad diem interpo-
lando.& hoc Pan.verius putat:imò dico indubitatè ſic tenẽ
dum:tũ quia iſte annus eſt ſtatutus ad experiendũ auſterita-
tes,vt d.c.ad apoſtolicã.quæ maximè in cõtinuatiõe cõſiſtũt
ſicut patet quòd is qui difficultatur ieiunare xl.dies,facile ie
iunaret eos,ſi inter diem & diem interponeret aliã diẽ refe-
ctiõis vel plures:tũ quia tex.dicendo indefinitè auſteritates,
omnes vniuerſaliter cõprehendit,vt no.per Dy.de re.iu.in ru.
& facit de deci.ad audientiã.in caſu autem poſsibiliter quis
nõ experiretur omnes,puta quadrageſimales ſi egrederetur
tempore quadrageſimæ.& idem de aduentu,vel hyeme,vel
æſtate:tũ quia cũ iura loquũtur de annali ſpatio vel alio tem
pore,de cõtinuo intelligenda ſunt:vt no.gl.ſup rub.ff. de va.
& tem.præſcri.quia regulariter omne tempus debet eſſe cõ
tinuũ:& per Io.And.de elec.c.j.lib.vj.Et hãc opinionẽ tenet
Bart.in l.interdũ.§.quoties.ff.de pub.per illũ text.vbi ſeruus
dicitur veteranus,qui anno cõtinuo ſeruiuit:nouitius autem,
qui non ſeruiuit anno continuo.Facit quod not.in l.vbi fide-
iuſſor.ff.de ſolutio.vbi bannitus ,qui ex ſtatuto offendi po-
teſt impunè,à centũ libris,& ſ̃.offendi nõ poteſt pro 50.re-
ſpectu vnius debiti & 50.reſpectu alterius:quia ex quo ſunt
debita diuerſa,coniungi non debent ad faciendum vnum to
tum:& ſic eſt ibi caſus,in quo 50.& 50.nõ faciunt centũ. Et
idem etiã per prædicta videtur dicendũ ſi nouitius in illo in-
teruallo tenuiſſet habitũ,& ieiunaſſet , & peregiſſet omnes
corporales auſteritates : ſed non fuit ſub iugo obedientiæ:
quia hoc eſt potiſsimum inter auſteritates.Nec oppoſita o-
pinio fuit Spe.nec loquitur in caſu iſto:Sed vbi completo an
no probationis in monaſterio quis ante profeſsionem exiuit
& redijt:quo caſu non eſt annus probationis denuò conce-
dendus.quod errore ſcriptoris accidit . quòd patet primò,
quia dicit iſtã q.eſſe Barth.Brix.in venerealibus, & eius ver-
ba in reſpondendo ſcribit.vbi tamen Barth.nihil dicit de no
ſtro caſu,ſed de nunc dicto.ſecundò quia ipſe Spe.probat ſo-
lutionem illam,per caput,fraternitatis.xxxiiij.diſt.quod ca-
put de noſtro caſu nihil dicit.¶ Quintò quæritur,† vtrum ſit 5
neceſſarium quòd nouitius deferat habitũ religionis , quam
vult profiteri?Et dicit Pan.in c.ſuper eo.de re.quòd non,ſed
ſufficit probare regulam in habitu proprio:quod eſt irratio
nabile.cùm magna auſteritas ſit in habitu. Vnde dico quòd
ſic:& non ſufficit ſi deferat etiam habitum religiõis alterius
ſecundum gl.in d.c.ſuper eo.& Tanc.& ita habet conſuetu-
do legũ interpres.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.cui ſecun
dum do.Ant.in d.c.ſuper eo.in hoc ſtãdũ eſt:& quòd deferat
in monaſterio:quia delatio extra nũquam induceret profeſ
ſionem tacitam:vt in cle.eos.de reg. licet poſsit talis cõpel-
li vel ad dimittendum habitum talem, vel ad monaſterium
intrandũ,vt no.Pan.in c.vt clerici.de reg.quod tamen limi-
ta:vt ſ̃.Religio.iij.§.xviij.caſu.ij.limitatione v. Intellige ta-
men quòd ex cauſa poteſt fieri profeſsio:& conſequenter ꝓ-
batio ſemiplena ſine habitu:vt ſ̃.Religio.j.§.j.ſed talis profi
tens nunquam fuit nouitius,nec propriè poſitus in probatio
ne.¶ Sextò quæritur,† vtrum nouitij obligentur ad præce- 6
pta regulæ ? Et dico quòd non,niſi ſicut alij Chriſtiani:de-
bent tamen induci vt ſeruent ad probandum & conſueſcen-
dum:ſed aliquid indulgendum eſt ne retrocedant.xxxv.q.iij.
quod ſcripſi. ¶ Septimò quæritur,† vtrũ nouitius delinquens 7
poſsit puniri ad perpetuum carcerem,ſi delictum hoc mere
batur in profeſſo?Et dicit Gem.in c.non ſolum. de re.lib.vj.
quòd non,per rationem allegatã in text . qui prohibet iſtos
nullo modo poſſe impediri quin redeant ad ſeculum.poſſet
tamen ad tempus damnari nouitius,& hoc ſi velit,aliter nõ.
¶ Octauò quæritur,† vtrum nouitius intra annum probatio 8
nis poſsit ad ſeculum redire? Et dico quòd Pan.in c.ſtatui-
mus.de re.facit regulam per illum tex.quòd ſic liberè,vt ibi
& ſine licentia petita ab aliquo:quia ita ſonat illud verbum
liberè:vt no.in c.de multa.de præb.nec tenet̃ ſoluere expen
ſas factas ſibi à monaſterio:vt probatur c.non ſolum.de re.
lib.vj.ibi,aliquatenus impedire . Egrediendo autem ſine li-
centia non incurrit aliquã inhabilitationem ad ordines vel
beneficia eccleſiaſtica vel ſecularia c.ex hoc.de re.poſtulaſti.
¶ Facit etiam quatuor fallentias.Prima,ſi intra annum pro-
feſſus eſt non furioſus nec impubes:quo caſu tenetur religio
ni in ſpecie,vel in genere,vt ſ̃.Religio.iij.§.iij.& iiij.Secun-
da,ſi intra annum ſuſcepit habitum profeſſorum eo modo
quo ſ̃.Religio.iij.§.xviij.dictum eſt. Tertia,ſi habitum indi
ſtinctum detulit per annum,vt ibidem dictum eſt. Quarta,
ſi apparet euidenter eum voluiſſe abſolutè vitam mutare.
Sed iſtam quartam fallentiam,quæ vtiq; vera eſt,vtpote quã
multa capitula ponunt:quidã, imò penè omnes Canoniſtæ
malè intelligunt ex hoc quòd putant promiſsionem non
eſſe

eſſe de ratione voti:ſed ſufficere ſolùm propoſitum coram
Deo. Vnde volunt quòd is qui religionem intrauit animo
perſeuerandi,teneatur religioni in genere , etiam alio voto
non facto . quorum quidam dicunt quòd eſt verè religio-
ſus,ita quòd ſi contrahatur matrimonium,nullum eſt: quia
illud propoſitum dicunt eſſe votum ſolennizatum per habi-
tus ſuſceptionem.& ſic ſenſit Inno.in c.conſulti.de re.&Ho.
& Vin.& Io.And.dicentes hoc poſſe probari,per ca.benefi-
cium.de reg.vbi beneficiū iſtius poteſt alteri conferri.& do.
Ant.& ferè oēs Scribentes,vt recitat ibi Pan. alij verò,vt d.
Card.tenent quòd quanquàm ad ſeculum redire non poſsit,
non tamen eſt verè religioſus,ſed teneret matrimonium ab
eo contractum:per c.vnicum.de voto.libr.vj . & placet ſatis
hæc opinio Pan.Sed opinio Inno.ſtare non poteſt: quia vo-
tum non ſolennizatur quo ad dirimendū matrimonium,niſi
per ſuſceptionem ordinis ſacri,vel profeſsionem expreſſam
aut tacitā:vt patet in c.vnico.de vo.lib.vj.Sed iſte non ſuſce-
pit ordinem ſacrum,vt ſuppono: nec eſt profeſſus explicitè
vel tacitè:quia patet primò per c.ex tranſmiſſa.de renun.vbi
clarè patet quòd votum intrandi religionem & propoſitum
perſeuerandi ſimul nō faciunt religioſum per habitus ſuſce-
ptionem,nec aliquā inducunt profeſsionem. & ſecundò per
c.ad apoſtolicā.de reg.vbi patet quòd profeſsio non fit ſine
conſenſu monaſterij,quòd dando habitum nouitiorum non
intendit iſtum ad profeſsionem recipere,ſed mores eius ex-
periri.Et tertiò patet ratione : quia cùm profeſsio ſit quaſi
quidā cōtractus,& hincinde oriatur obligatio reciproca, nō
poteſt conſiſtere ex parte vnius tantum.l.in omnibus. ff.de
act.& obli.Sed nec opinio alia ſtare poteſt,ſcilicet quòd iſte
non poſsit redire ad ſeculum,quaſi obligatus religioni in ge
nere:quia non obligatur proprio voto:quia, ſecundum San.
Tho.& alios Theologos , quibus in hac parte ſtandum eſt,
propoſitum non eſt votum,niſi ſequatur promiſsio. quod e-
tiam vbiq; innuit ſcriptura,ſecundum illud Deute.xxiij.Si vo
tum &c.& ſequitur,Facies ſicut promiſiſti Domino.&Eccle
ſia.v.Si quid vouiſti Domino,non tardabis reddere.& ſequi-
tur,Diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſsio . Et idem
iura ciuilia, ſecundū quæ votū ex pollicitatione cauſatur.ff.
de polli.l.ij.Non obligatur etiā ſuperioris præcepto,vt con
cludunt Canoniſtæ:& conſequenter nullo modo obligatur
religioni.Dicit autem Pet.de Pal.quòd obligatur præcepto
eccleſiæ:quod ſtare non poteſt:tum quia iſtud præceptum
nullibi reperitur,cum ſemper iura ſe referant ad voluntatē
& intentionem intrantis:tum propter multa quæ deduxi in
quadam q.de hoc in aur.ro. Et ideo bene dicit Pan.in c.lite-
rarum.de vo.quòd ſi de ratione voti eſt promiſsio,vt dicit S.
Tho.& Arc.doctrina Canoniſtarum circa iſtam quæſtionē
euertitur.Dico ergo quòd hoc propoſitum mutandi vitam
abſolutè eſt votum ſimplex religionis,vel eſt oblatio profeſ
ſionis,qua in ipſo religionis ingreſſu multi petebant profite
ri,licet non admitterentur ſubitò:ſicut olim poterant in o-
mnibus religionibus:&nunc poſſunt in non mendicantibus:
vnde iſti remanebant obligati religioni in genere: & non e-
rant profeſsi.Et ſic hoc propoſitum contra profeſsionem ex
preſſam & tacitam diuiditur,in c.non ſolùm.de re.Et hac ra
tione beneficia taliū vacabant . Qui ergo ſolùm propoſuit
perſeuerare non vouendo nec ſe offerendo profeſsioni, po-
teſt intra annum ad ſeculum redire de iure,&contrahere ma
trimonium,etiam ſine peccato,quo ad eccleſiam , & etiam
quo ad Deum ſi redeat ex iuſta cauſa: puta infirmitate vel
debilitate.Si autem ex cauſa iniuſta,puta tædio ſanctæ vitæ
vel huiuſmodi,eſt peccatum ingratitudinis. vide de his om-
9 nibus diffuſe in dicta quæſtione. ¶Nonò quæritur,†vtrum
nouitius poſsit eligi?Et dico quòd ſic ad epiſcopatum : non
autem ad abbatiam vel prælaturam religionis. de elec.nul-
lus.lib.vj.¶Decimò quæritur,†vtrum nouitius poſsit ordi-
nari?Et dico quòd non,etiam ad primam tonſuram.xix.q. 10
iij.monaſterijs.ſecundum Ray.& Goſ.quod autem in d.c.di
citur quòd expectandum eſt biennium,dicit Veruec.quod eo
ipſo quòd habentur pro profeſsis,poſſunt ordines recipere.
& concor.Hoſt.& Sum.Conf.& ita habet conſuetudo , quæ
probatur xvij.q.ij.Gonſaldus.¶Vndecimò quęritur,†vtrum
debeat vocari ad electionem epiſcopi nouitius ſi ſit Canoni 11
cus?Et dicit Io.And.in c.beneficium.de re.lib.vj.quòd non:
ſed ſecus eſſet de patrono,vel eo,ad quem non iure collegij,
ſed iure ſingulari electio pertinet:quia debet vocari.¶Duo-
decimò quæritur,†quid de beneficio & bonis alijs nouitij? 12
Et dico quòd de beneficio dictum eſt ſ̄. Religio.ij.§.viij.de
alijs autem bonis dico quòd quando profitetur , tenendum
eſt quod dictum eſt ſ̄.Religio.iij.§.vl.quando verò moritur
ante profeſsionem expreſſam & tacitam.Cy.& multi alij in
auth.ingreſsi.C.de ſacroſanct.ecc.dicunt quòd omnia bona
eius ſpectare debent ad monaſterium:quia ibi moriendo vi-
detur mori vt monachus.Et idem do.Ant. in c.in præſentia.
de proba.Sed Bar.in auth.ſi qua mulier.C.eo.pro hac opinio
ne allegat c.fi.de ſuc.ab inte. nō firmans tamen opinionem,
ſed relinquens prouinciam Canoniſtis.Panor. verò tandem
in d.cap.in præſentia.bene diſtinguens dicit quòd ſi intran-
do expreſſe bona ſua contulit monaſterio , & expreſſe non
reuocauit,ſunt monaſterij: ſi verò expreſſe non contulit,ſed
ſimpliciter intrauit cauſa probationis, ſuccedent proximio-
res,& non monaſterium:quia cùm non fuerit iſte religioſus
cum effectu,de ſent.excom.cùm religioſo.libr.vj.bona eius
nec expreſsè nec tacitè tranſierunt in monaſterium,præſer-
tim cum adhuc teſtandi haberet facultatem.Quando etiam
aliquid donat in ipſo ingreſſu, Pan.in c.quod à te.de cle.con
iuga.bene diſtinguendo dicit,quòd ſi omnia donauit, in du-
bio videtur donaſſe cauſa mortis : vt ſ̄.Religio.iiij.§. x.vnde
ea non ſequuta per profeſsionem tacitam vel expreſſam o-
mnia reuocat &recuperat inde recedendo.ar.l.Seia.in fi.pri.
re.ff.de dona.cau.mor.& l.non omnis.ff.ſi cert.peta. & facit
quod no.Bar.in d.auth.ingreſsi. etiam idem dicit Barto.ibi-
dem,de eo,cuius profeſsio non tenuit, quanuis profitens cre
deret tenere,per l.ſi pater.& l.nec apud.C.de hæred. inſti.Si
verò non donauit omnia,ſed quædam ſolùm,non videtur do
naſſe cauſa ingreſſus:& non recuperabit.arg.c. beneficium.
& cap.conſtitutionem.de re.Et ſic intelligendo limita Hoſ.
& Pan.in c.ſtatuimus.eo.tit.qui videtur contrarij. Similiter
non recuperabit ſi dedit non cauſa ingreſſus , ſed ex inter-
uallo.de do.c.fi.& l.perfecta donatio.C.de donatio quæ ſub
mo.Et idem dicit Bar.vbi ſuprà,de eo qui ſciebat profeſsio-
nem non tenere:quia non recuperabit donata.l.cuius per er
rorem.ff.de regu.iur.& l.Campanus.ff.de oper.liber.In con
ſcientia tamen dic vt ſuprà eodem.§.decimo,dixi.

## De Religione rurſus vj. quantum ad religioſos, id eſt, profeſſos in genere.

1 *Bona religioſi cui cedant.*
2 *Monaſterium qualiter aget pro bonis religioſi.*
3 *Teſtamentum an condere poſsit, qui ingreſſus eſt religionem, vel iam conditum reuocare. nume. 4.*
5 *Religioſus ad quæ obligatur ſub peccato mortali.*
6 *Obedire an debeat prælato religioſus in omnibus.*
7 *Paupertatis votum quæ contineat.*
8 *Caſtitatis votum qualiter intelligatur.*
9 *Religioſus an teneatur magis obedire patri , quàm prælato.*

Religioſus



10 *Religioſus factus eps an liberetur ab obſeruātijs regularibus.*
11 *Religioſus an poſsit eſſe iudex.*
12 *Religioſi eiecti vel fugitiui, qui nequeunt reconciliari , quid agere debeant.*
13 *Religionem an egredi debeat ad petitionem vxoris, qui ita cō demnatus eſt ne egrederetur.*
14 *Religioſus eodē genere peccati an grauius peccet quā ſecularis*
15 *Religioſorum omnium quæ ſint communia ſtatuta.*
16 *Excommunicationes quas incurrant religioſi.*
17 *Religioſus delinquens an debeat expelli, ſi paratus eſt corrigi, & pœnam ſuſtinere.*

RELIGIO ſextò cōſiderari pōt quantū ad religioſos,
qui ſunt iam ꝓfeſsi in genere,qui propriè veniūt no-
mine religioſorū:vt ſuprà Religio.j.§.j.¶Primò verò
1 quæritur,†quid iuris de bonis religioſi tā in ipſa profeſsione
quàm poſt?Et dico multa.¶Primū.Patre ingreſſo monaſte
riū,ſcilicet per profeſsionē filius legitimā petere non poteſt
de ſubtilitate iuris,ſecundū Bart.in authen. ſi qua mulier.C.
de ſacroſan.eccle.poſita xix.q.vlt.quia legitima nō debetur,
niſi poſt mortē naturalē patris.l.j.§.ſi impuberi.ff.de col.bo.
ſed de æquitate canonica dico cum Bald.in d.authent.ſi qua
mulier.quòd petere poterit,ne habeat petere alimēta à mo-
naſterio.& placet:quia æquè ceſſat pater adminiſtrare & a-
lere:ſicut ſi naturaliter moreret̃.Quantū verò ad peculium
aduētitiū,cuius vſusfructus erat patris eo ingreſſo monaſte
riū,ſecūdū Bart.in auth.idē eſt.C.de bo.quæ li.ex quo patria
poteſtas ſoluitur ex facto patris,remanebit ſolùm medietas
dicti vſusfructus apud patrē,& cōſequēter apud monaſteriū.
l.cum oportet.§.cum autē.C.de bo.quę li.ſed gl.in d. authē.
idem.tenet quòd nō finitur.Mar.verò tenet quòd ex toto fi-
nitur,dicēs ita fuiſſe deciſum Bononiæ.gloſ.autē eſt vera de
vſufructu,quē pater habet in alijs bonis:ſed opinio Bart.eſt
æquior.Sed no.ſecundū Pet.de Pal.quòd iura loquentia de
ingreſſu,intelligūtur per profeſsionē.¶Secūdum.Bona in-
greſsi religionē ipſo iure ſunt monaſterij,vt ſuprà Religio.
iij.§.xxiiij.Et trāſeunt etiā feuda.de quo dic vt ſuprà Feudū.
§.ix.Reſeruabitur tamē legitima deſcēdētibus.xix.q.iij.c.fi.
&idē videtur in aſcendētibus:quia æquè ſuccedunt iſtis non
extātibus.Trāſit etiam vſusfructus,nec amittitur ex ingreſ-
ſu,ſecundū Inn.in c.in præſentia.de probat.ſed durat quādiu
viuit.&ſequitur Alb.in d.authen.ingreſsi.quod quidam limi
tant,quādo monaſterium poteſt habere proprium in cōmu
ni:aliter nō,ſecundum Gloſ.Et ſimiliter tranſit ad monaſte-
rium emphyteuſis,ſecūdum Alber.in dicta authen.ingreſsi.
arg.l.peto.§.j.ff.de leg.ij.quod Odoſ.ibi limitat verum,niſi
emphyteuſim haberet ab alia eccleſia:qa tūc eſſet in optio
ne eccleſiæ an vellet rem vel canonem.Aduerte tamē quòd
dicta authen.ingreſsi.ſecundum Alber.ibi non habet locum
in monaſterijs habētibus in proprio:vt ordo militiæ ſanctæ
Mariæ,& tertij ordinis ſancti Frāciſci,& eccleſiæ ſeculares:
&idem in monaſterijs tertij ordinis ſancti Dominici:intelli
ge,ſed habet locum in nō habentibus niſi in cōmuni.¶Ter-
tium.Si quis ingreditur cōdito teſtamento,in quo nihil reli-
quit monaſterio,ſed hæredem extraneum inſtituit,Secūdum
do.Ant.in c.in præſentia.de probat.diſtinguēdum eſt . Nam
ſi tempore ingreſſus nulla facta mentione de teſtameto ex-
preſſe cōtulit monaſterio bona ſua incōtinēti poſt teſtamē-
tum,nō reuocat illud.nec illa bona erūt monaſterij:ſed p̄ſu
mitur illa collatio facta ad tēpus vitæ ſuæ:quia non videtur
quis incōtinenti animū mutare.arg.l.nō ad ea.ff.de condi.&
demō.Si verò hoc fecit ex interuallo poſt conditū teſtamē-
tum,præſumitur mutaſſe animū fauore religionis:& ſic rū-
pitur teſtamentū,& illa bona erūt monaſterij.Si verò nō cō
tulit expreſſe,remanebit teſtm̄:& monaſteriū ſolùm petet
ſuā portionē aliter quàm rumpēdo teſtamentū.Sed Pan.ibi
dicit quòd ſuā portionem non petet. quod videtur verius de
ſubtilitate iuris,per ea quę no.Albe.in authen.ſi qua mulier.
C.de ſa.ſan.ecc.quia ſecundum iura liberè poteſt diſponere
de ſuis vt vult,& monaſteriū cōputatur inter liberos, quādo
antè nō diſpoſuit,vt d.auth.ſi qua mulier.¶Quartum. Pro-
digus & diſsipator,cui interdicta ſunt bona,ſecūdum Alb.in
d.authent.ingreſsi.religionē poteſt intrare,ſi ſit rationis ca-
pax,etiam quo ad bona,ſicut & minor. ¶Quintū.Filiusfami
liàs intrās monaſteriū diſponere pōt de bonis peculij caſtrē-
ſis vel quaſi.ſecundū Pan.in c.in præſentia.de proba.ſine du
bio.l.pen.C.qui teſt.fa.poſ.de profectitio verò etiā ſine du-
bio nō pōt:quia illa ſunt in diſpoſitione patris.de aduentitijs
autem,de quibus diſponere non pōt in vita patris, etiā cum
patris cōſenſu,iuxta no.in d.l.pen.eſt dubiū.ſed Pā.tenet ibi
quòd poteſt:quia ſtatim per ingreſſum gaudet illo priuile-
gio.authen.presbyteros.C.de epiſ.& cler.ex quo quod laicis
eſt aduentitiū,clericis eſt quaſi caſtrēſe:ideoq; priuabit̃ pa-
ter in vita ſua vſufructu illorū bonorum:& pariformiter in
aduētitijs aduenientibus poſt ingreſſum.Sed do.Ant.in d.c.
in præſentia,tenet contrariū,ſcilicet quòd nō poteſt diſpone
re taliter quòd pater priuetur vſufructu in vita quo ad aduē
titia antè acquiſita,ſed ſolùm de directo & vtili dominio,ſic
quòd patre mortuo tranſibunt ad illum cui reliquit:vt in au
thentic.de monachis.§.illud.ſecus de acquiſitis poſt ingreſ-
ſum,quia ſunt monaſterij.¶Sextū.Libri dati à patre filiofa.
cum eo tranſibunt ad religionē ſecūdum diſpoſitionē ingre
diētis,ſecūdum Iac.de Rauen.& recitat Panor.in d.c.in prę-
ſentia.quia cēſentur quaſi caſtrenſe peculiū: quod Petr.dicit
verum in libris collatis doctoribus vel magiſtris,nō in datis
ſcholaribus.& ſequitur Bart.in l.filiæ.C.famil. erc.& eſt ve-
rius.¶Septimum.Religioſi ſuccedunt in bonis parentum,&
huiuſmodi,nec exhæredari poſſunt ꝓpter admiſſum crimē
ingratitudinis in ſeculo.C.de epiſc.& cle.l.Deo nobis.xix.q.
iij.c.fi.quod tamen fallit in fratribus minoribus.cle.exiui. de
verb.ſig.¶Secūdò quæritur,†quomodo aget monaſterium 2
in præfatis,in quibus ſuccedit,vel ei acquirūtur?Et dicit Pā.
in ca.in præſentia.quòd his actionibus,in quibus ille egiſſet
ante ingreſſum,& pro geſtis ab per ipſum tenebitur mona-
ſterium inquantū ad ipſum peruenit de bonis ingreſsi,ſecun
dum Inno.arg.l.ij.C.de impub.& alijs ſubſti.vel fortè verius
in totū:licet poſsit petere reſtitutionē,tenendo quòd mona
ſteriū iure ſucceſsiōis venit:vt infrà Religio.viij.§.ij. ¶Ter-
tiò quæritur,†vtrū ingreſſus religionē poſsit condere teſta- 3
mētum?Et pro fundamēto reſpōſionis adduco d.authent.ſi
qua mulier.quæ talis eſt:Si qua mulier aut vir monaſticā vi
tā elegerit,& interuenit monaſteriū,liberis nō extātibus,mo
naſterio qd̄ ingredietur res eius cōpetere iubemus : ſed ſi ꝑ-
ſona liberos habēs antequā de rebus ſuis inter eos diſponat
monaſteriū intret,liceat ei poſtea inter eos diuidere legiti-
mā portionē nulli diminuta triēte vel ſemiſſe:& qd̄ eis non
dederit,monaſterio cōpetet:ſed ſi omnē ſubſtantiam inter
filios diuidere voluerit,ſua perſona filijs ſuis connumerata
partē ſibi retineat,q̄ monaſterio cōpetere debeat:ſed ſi poſt
ingreſſum moriatur antequā inter eos diuidat,filij legitimā
portionē percipiāt:reliqua monaſterio cōpetēte ſubſtantia.
xix.q.vlt.ſi qua.Ad quæſtionē igit̃ dicit Pan.in d.c.in pręſen
tia.quod poteſt inter liberos & monaſteriū quādo prius non
diſpoſuit d.auth.ſi qua.Aliter autē diſponēdo inter alios nō
poteſt in forma teſtamenti,ſecundū Cy.ibi:ſed ad hoc vt va
leat donatio,poterit cōſentiente abbate & capitulo de mo-
bilibus

bilibus tantum:quia immobilia ſine debita ſolennitate alie
nari non poſſunt.Et addit Panorm.quòd ipſe tãquam nihil
poteſt,cum res illæ trãſierint in ius monaſterij,& in eis nul-
lam habeat facultatẽ diſponẽdi,vt apertè dicitur in authen.
de mona.§.illud.ſed nomine monaſterij poterit illa cõcede-
4 re quæ & monaſteriũ.¶Quartò quæritur,†vtrum ingreſſus
monaſteriũ poſsit reuocare teſtm̃ quod antea fecit?Et Petr.
& Cy.in.d.auten.ſi qua.dicũt ſimpliciter quòd ſic.Barto.di-
ſtinguẽdo dicit quòd non in ordine Minorũ:quia iſti fratres
poſt profeſsionẽ nihil poſſunt diſponere de rebus mũdanis,
per cle.exiui.de ver.ſig.vnde credit in eis non habere locum
d.authen.ſi qua.in alio verò ordine poteſt reuocare dum vi-
uit:& videtur,ſecũdum eum,tex.in ſimili in l.res vxoris.C.de
dona.inter virũ & vxo.& cum eo tranſit d.authenti.in d.c.in
præſentia.Pan.verò dicit quò non põt,per d.§.illud.niſi in
caſu d.authen.ſi qua.qui fuit gratioſe cõceſſus.Et facit ratio,
ne in eo proprietas notetur diſponẽdo ad licitũ de tempora
libus,cum ſit mortuus mũdo.xvj.q.j.placuit.&iam non ha-
beat velle aut nolle.de elec.ſi religioſus.li.vj.& hoc etiã con
ſentiẽte abbate:quia teſtamentũ nõ poteſt dependere à vo-
luntate tertij.l.pen.cum ibi not.C.qui teſta.fac.poſ.& ff.de
hær.inſti.l.illa inſtitutio.& l.captatorias.Hæc Pan.Et ita in-
dubitatè tenendũ eſt:quia profeſſus nullius rei habet ꝓprie
tatem:vt etiã patet per dictam authẽ.ſi qua.vbi patet quòd
omnia aut ſunt filiorũ aut monaſterij:& idẽ per d.§.illud.&
per authẽ.ingreſsi.C.de ſacroſan.eccleſi.vbi per ingreſſum
omnia ſunt collata monaſterio:& ſi habet,nõ eſt religioſus:
ſicut nec pauper.Nec in hoc eſt differẽtia quantũ ad fratres
particulares inter minores & alios:quia in particulari omẽs
ſe æqualiter ſpoliãt omnibus:imò videtur potior ratio,ſecũ
dum illam opinionẽ,vt mutare poſsint minores quàm alij:
quia quãto monaſteriũ magis diſtat à proprietate bonorũ,
tãtò plus poteſt frater de eis diſponere:quia cum monaſte-
rium cedat loco fratris,quantò minus in monaſteriũ trãſit,
tantò plus remanet penes fratrẽ ſi qd remanet,vt iſti dicũt.
¶Quintò quæritur,†ad quæ obligatur religioſus ex ſua ꝓ-
5 feſsione ſub peccato mortali?Et dico quòd obligatur primò
ad obſeruantiam regulæ,ſecundũ quam eſt profeſſus.quod
intellige niſi in caſu c.nõ ſolum.de reg.lib.vj.quãdo ſcilicet
quis intra annũ ꝓbationis profitetur in religione mẽdican-
tium:vel quãdo eſt profeſſus tacitè ſolùm:quia obligatur ſo
lùm religiõi in genere:& cõſequenter regulæ quam profite
bitur,vel illi in qua eſt profeſſus,ſi aliã nõ inuenerit,quia illa
tenetur eũ recipere,ex quo paſſa eſt eum tacitè profiteri:&
ſi noluerit,poterit in domo propria manere,& eſſe religio-
ſus ꝓfeſſus.Sed intellige ſcd̃m San.Tho.ij.ij.q.clxxxvj.quòd
obligatur ſub peccato mortali ad tria vota religiõis, ſeu ad
regularẽ vitam,quæ in iſtis eſſentialiter cõſiſtit:& ad ea quę
ſunt in regula ſub pręcepto:ad alia autẽ ſub peccato veniali:
vt ſuprà Religio.j.§.viij.Ad intentionem tendẽdi ad perfe-
ctionem:vt ſuprà Religio.j.§.viij.ad nõ cõtemnendum prin
cipalia ſtatuta regulæ omnia vel nulla:vt ſuprà Religio.j.§.
viij.Quartò ad nõ agendum ex cõtemptu quicquam contra
regulã vel mandatũ prælati.Quintò ad omnia pręcepta ore
tenus facta à prælato ſecundum regulam. Colliguntur hæc
6 omnia ex mẽte San.Tho.vide ſuprà Religio.j.§.iij.¶Sextò
quæritur†ꝓ intellectu voti obediẽtię vtrũ religioſus tenea
tur pręlato obedire in omnibus?Et dicit San.Th.in quoli.x.
art.x.quòd ſecũdum omnes nõ tenetur in his quæ ſunt cõtra
Deũ vel regulã,vel in quibus non eſt ei cõmiſſa diſpenſatio:
nec in his quæ ſunt arctiora regula:ſed circa indifferẽtia,vel
ea quæ ſunt infra arctitudinẽ regulæ,& ei æqualia,ſunt opi
niones quibuſdam dicẽtibus quòd in his obedire neceſsitatis
ſit,& quibuſdam quòd ſit ſolùm perfectiõis: ſed quãtum ad
rẽ parũ aut nihil differũt: quia ad regulã pertinẽt nõ ſolùm
quæ in ea exprimũtur,ſed etiã quæ ad eã quocũq; modo re-
ducũtur:vt pertinẽtia ad obſequia ſociẽtatis fraternæ & cul-
parũ punitionẽ:ad quę duo ferè omnia huiuſmodi indifferẽ
tia reducũtur.In his tñ,quæ ad regulã nullo modo reducũ-
tur,verius eſt quòd obedire ſit perfectionis:vt expreſſe dicit
Bar.in li.de pręcę.& diſpẽ.quia obediẽtia nõ ſe extẽdit vltra
ius prælatiõis,quod ſecũdũ regulã limitatur.Hæc ex illo.Ex
quibus ſic põt diſtingui quòd pręlatus aut præcipit ſecũdum
regulã:& idẽ ſcd̃m cõſtitutiões:aut præter regulã,aut infra,
aut cõtra,aut ſuprà.Si præcipit ſcd̃m regulã,id eſt,ſecũdum
cõtẽta in regula explicitè vel etiã implicitè,vt ſunt oĩa,ſine
quib⁹ ordo regularis & plenior obſeruatio cõſeruari nõ poſ
ſet,ſiue regula intẽdit,obedire tenetur ſecũdum oẽs.Si verò
quæ præcipit,ſunt præter regulam,vt quæ nec in ea cõtinẽ-
tur,nec ad cõtenta in illa expediũt:vt leuare feſtucã,vel aſpi
cere aues volãtes:cõmunior eſt opinio quòd nõ tenetur,etiã
ſi ſint leuiora.ꝓ quo facit quod no.Pan.in c.literas.de reſti.
ſpo.& in c.ex literis.de ſpõ.& Inno.in c.veniens.de iureiu.Si
verò ſunt infra regulam,vt reficere corpus quando regula
permittit,obedire tenetur indiſtinctè ſecũdũ Sum.Ang.Sed
melius diſtingue,niſi ſit certus quòd refectio vel huiuſmodi
nocebũt corpori vel animæ:aliàs autẽ ſi certus eſt quòd ꝓde
rũt,vel eſt in dubio,obedire tenetur,ar.eorũ quæ dicta ſunt
ſuprà Obediẽtia.§.ij.& dicẽtur ſtatim.Si verò ſunt cõtra re-
gulã,diſtingue.Nã ſi cõcurrũt duo,ſcilicet quòd ſit certum
prælatũ præcipere cõtra regulã,& eũ nõ poſſe diſpẽſare in
eo cõtra quod præcipit,obedire nõ tenetur.Imò ſi cõcurrat
primũ ſine ſecũdo,ſed cum alia certitudine,ſcilicet quòd nõ
moueatur ex cauſa rationabili,nõ tenetur:qa ſi non tenetur
in his quę nihil faciũt ad obſeruãtiã regulę,vt dictũ eſt:mul-
to minus in his quę faciũt cõtra eã vel finẽ eius.de quo ſuprà
Diſpẽſatio.Si verò ſit dubiũ an ſit cõtra regulã,vel an poſsit
diſpẽſare,vel an rationabili cauſa moueatur,teneť obedire.
xxiij.q.j.quid culpatur.Et gñaliter vbi eſt dubius an debeat
obedire necnè,tenetur obedire,vt ſuprà Obedientia.§.ij.Si
verò ſunt ſupra regulã,etiã diſtingue.Nam ſi ſunt ad pœnã
culpæ admiſſæ,tenetur.de ſimo.dilectus.el ij.&.c.quoniã.Si
verò ſunt ad cautelã culpæ futuræ præcauẽdę:vt cùm libidi
noſo mãdatur ieiuniũ,nõ tenetur niſi qñ veriſimiliter videt
aliter ſe nõ poſſe vitare peccatum:ſimiliter nec ſi ſunt in au
gmẽtum meriti,vt ſuſcipere martyriũ,ſe affligere inedia,&
huiuſmodi:quo caſu loquitur c.geſta.lxxiiij.di.vbi diciť,non
poſſe aliquibus indici vitã ſtrictiorẽ.quod indubitatũ eſt,ſi
indicatur à ſolo pręlato,vel ab eo cũ minore parte collegij:
imò ſi ipſe cũ maiori parte velit aliã religionem imponere,
quia maior pars hoc non põt ſine cõſenſu omniũ & ſuperio-
ris,ſecũdũ Hoſ.in c.cũ dilecti.quod met.cau.Si verò in eadẽ
religiõe maior pars faceret ſtatutũ arctans ad vitã ſtrictiorẽ,
ſunt opiniões an alij obligẽtur.Nã quidã dicũt ꝙ licet ſupe
rior ſine volũtate omniũ nõ poſsit mutare ſtrictiorẽ ordinẽ,
quod me.cau.c.cũ dilectus.põt tamen facere cõſtitutiões au
ſteriores:vt no.Vin.& Hoſ.de reg.ſup eo.vbi Pan.quęrit an
maior pars cõuẽtus poſsit reformare regulã antiquitus inſti
tutã in vita minori.All.Inn.tenentẽ quòd ſic,q etiã plus ſen
tit,ſcilicet quòd põt per ſtatutũ arctare ſingulos ad regulã
arctiorẽ antiquitus inſtitutã,ſtãte eadẽ religiõe. Et ſequitur
Præpo.in c.ante triẽniũ.in verſ.tñ ſi per ſtatutũ.diſt.xxxj.&
idẽ Pan.vbi ſuprà:& gl.in regula,qđ oẽs.lib.vj.& Io.And.de
reg.Ioãnes.Et fundamẽtũ iſtorũ eſt:primò c.vnicum.de ſta.
reg.li.vj.vbi monialibus indiciť clauſura,quæ nõ erat de re-
gula.Secũdò,quia in voto obediẽtiæ intelligũtur ſtatuta &
ordi



ordinationes,quas poſſunt facere prælati:& tertiò quia reli
gioſus trãſtulit ſuã volũtatẽ in ſuperiorẽ.Sed Pe.dubitat de
hoc,& declinat ad cõtrariũ:& gl.in c.geſta.di.lxxiij.Ego verò
dico ꝙ prima opinio eſt vera quãtũ ad ſtatutũ reformans re
gulam antiquã,vel cõferens ad pleniorẽ eius obſeruantiã:
quo caſu procedũt oĩa quæ pro eis adducunť:nõ aũt eſt ve-
ra quantũ ad ſtatutũ arctãs ad aliquid ſupra eã: tum quia nõ
plus põt prælatus cũ maiori parte capituli in præcipiendo ꝑ
petuò & omnibus per ſtatutũ,quàm in præcipiendo ad horã
& huic vel illi ore tenus:cui etiã cũ toto cõuentu nihil põt
præcipere ſupra regulã:ſcd̃m S.Tho.& omnes qui ſuo tem
pore vel antè fuerũt,vt patuit:tũ quia obligatio religioſi ad
obediendũ eſt tota ex ſuo voto:vnde vltra volũtatem & in-
tentionem vouentis nõ põt extendi:quæ limitatur ſecundũ
regulã expreſſe vel implicitè intellectã,ſicut & de poteſta
te ſeu iure prælationis,vbi ſ.dicit S.Tho.tũ quia auſteritas
nouiter indicta cõcernit ſingulos de religiõe vt ſingulos,nõ
vt vniuerſos:& cõſequẽter nõ põt indici per cõſenſum colle
gij,qui in maiori ꝑte cõſiſtit:ſed requiriť cõſenſus ſingulo-
rũ,per d.reg.quod oẽs.Quod aũt dicit Pan.vltra alios ꝙ e-
tiam ſolus abbas hoc põt:quia in licitis implebilibus quãtũ-
cunq; duris nõ põt monachus reſiſtere,ſcd̃m regulã eſt fal-
ſus:quia intelligitur in licitis nõ ſolũ ſcd̃m ſe, ſed etiã reſpe
ctu præcipientis licitè:alioquin abbas malè affectus cogere
poſſet monachũ male viſum deſperare.¶Ad primũ aũt in cõ
trariũ dico ꝙ illud c.vnicũ,procedit in his quæ expediũt ad
obſeruantiã profeſsionis antiquæ regulæ religionis vel Chri
ſtianitatis,ſicut clauſura ad obſeruantiã caſtitatis in monia-
libus.Vñ dicit ibi Io.Mo.& Arch.ꝙ modus cõuerſandi taxa
tur ibi ſcd̃m naturã rei:cũ nõ deceat mulieres euagari.de iu
di.mulieres.lib.vj.¶Ad ſecundũ dico verũ eſſe de ordinatio-
nibus & ſtatutis expedientibus antiquæ regulæ.¶Ad tertiũ
aũt dico religioſum trãſtuliſſe ſuũ votũ in ſuperiorem, non
ſimpliciter,ſed ſcd̃m limites regulæ tm̃:alioquin in ius præ
lationis vltra eos ſe extenderet,cõtra S.Tho.Vñ dico ꝙ nec
papa põt me adſtringere ad macerationes corporis maiores
quam ſint cõmunes in Chriſtianitate vel in ordine meo,niſi
in pœnã culpæ cõmiſſæ:vel quatenus expediret mihi ad ob-
ſeruantiã regulæ meæ,vel Chriſtianitatis quã ſum in baptiſ
mo profeſſus.De clericis aũt ſecularibus arctandis,dic vt in
c.pe.quod me.cau.& per Præpo.in d.c.ante trienniũ.De obe
dientia aũt clericorũ & religioſorũ nõ exemptorũ,vide ſ.O-
7 bedientia.§.vij.& viij.¶Septimò quæritur,† pro intellectu
voti paupertatis,quõ religioſo ſit mortale aliquid circa hoc?
Et dico multa.¶Primũ.Monachis prohibitũ eſt ſub terribi
li præcepto habere propriũ.de ſta.mo.cùm ad monaſteriũ.
& vniuerſis religioſis.eo.ti.monachi.Quod quidem propriũ
ſumitur tripliciter:primò ſcd̃m Hoſt.vt importat dominiũ
rei iuſtis modis acquiſitũ.ſcđò pro dominio vſurpato: & ſic
quantũ ad religioſos propriũ,ſcd̃m Arch.poſt Io.And.in no
uel.in d.c.cũ ad monaſteriũ.diciť quicquid celať abbati ſeu
alij prælato ſuo,vel cõtra eius volũtatem teneť.Si aũt præ-
latus cõcedat vſum alicuius rei ad libitũ,nõ videtur propriũ
qñ in quãtitate vel qualitate nihil celatur prælato, nec ſine
eius licentia aliquid recipitur vel expenditur: & paratus eſt
ad iuſſum abbatis totũ reddere.Tertiò ſumitur pro effectu
iuſti dominij qui eſt vti re nõ ſolũ ad propriũ vſum vel neceſ
ſitatem,ſed ad libitũ:& ſic dicit Arch ꝙ prælatus nõ põt cũ
ſubdito diſpenſare vt habeat propriũ,id eſt,aliquid ſimplici
ter in ſui dominio:vt propria authoritate ſine volũtate ſupe
rioris poſsit facere qcquid velit,etiã in dãnũ monaſterij:imò
ſcd̃m Inno.in d.c.cùm ad monaſterium.nec ſummus ponti-
fex in hoc valet indulgere: quod indubitatè verum eſt,ſi ſit
monachus ſeu religioſus,ſecundum S.Tho.& Petr.de Palu.
quicquid ſit de illa opinione, quæ dicit quòd poteſt mona-
chum facere laicum & vxorare, ac in proprio diſpenſare.
quæ videtur Hoſt.& Io.And.Vñ ſcd̃m Arch.talis diſpenſa-
tio in prelato eſt mortale,cũ exponat oñẽ.¶Scd̃m.Si quid à
prælato ad vſum cõcediť,habet ſubditus in illa re vſum, id
eſt,ius vtẽdi re aliena ſalua ſubſtãtia:nõ aũt fruẽdi.Vñ põt
pręciſe accipere neceſsitatẽ ſuã,nõ aũt alicui dare:nõ aũt ha
bet in ea vſumfructũ,id eſt,ius vtẽdi & fruẽdi ſaluo,&c.vt ſci
licet vltra ſuã neceſsitatẽ poſsit de reſiduo donare etiã elee
moſynaliter,etiã ſi ẽſſet de bonis paternis:qa oĩa ſunt mo-
naſterij.xij.q.j.nõ dicatis.niſi habeat licẽtiã dãdi:& tũc bene
vtatur:aliàs peccet,& teneť reſtituere monaſterio recipiens
ex turpi cã:& ſimiliter qui ex dono:& ſi dãs nõ habebat licẽ
tiã,vel ipſe indigentiã,ſcd̃m Arch.¶Tertiũ.Si aliquis vſuſ-
fructus monacho relinquať,abbas põt illũ auferre,per no.in
auth.ingreſsi.C.de ſac.ſan.ec.& in c.ij.de ſta.mo.Et ſi adda-
tur quòd ſi moleſtet monachũ,cadat à legato.de hoc glo.in
l.Lucius.§.tres hæredes.ff.ad Treb.& ibi Bar.& Cy.in l.quo-
ties.in fi.C.de do.quæ ſub mo.& Bar.& Bal.& Io.de Imo.in
l.ſi alienum.ff.de hære.inſti.Et cõclude ꝙ ſi legãs diſponat
per viã pœnæ,nõ valet:quia impoſitio pœnæ ſuper facto im
poſsibili de iure vel de facto nõ valet.l.cerdonẽ.ff.de oper.
lib.ij.& C.de his q̃ pœnæ no.l.j.Si aũt vult ꝙ nõ poſsint mo
leſtari,dicat,lego vel relinquo vſumfructũ tali monacho,do
nec,& quouſq; abbas faciat ei qõnem:& ex tũc nõ relinquo:
vt dicit Bal.in d.l.j.& Pau.in d.§.tres.ſed in eo qđ habuit,mo
nachus ante controuerſiã poterit abbas cõtrouerſiam face-
re,& illi auferre ſcd̃m prædictos.¶Quartum.Secundũ Arc.
religioſus de licentia prælati habens multa ſuperflua nõ eſt
ꝓprietarius,ſi paratus eſt omnia reſignare in manibus eius,
licet vterque peccet:& ſi prælatus non facit quantum poteſt
ſine magno ſcandalo,vt viuatur in communi,non eſt in ſta-
tu tuto.arg.diſt.lxxxiij.error.Subditi verò dictæ communi-
tati reſiſtentes, non quia non poſſent ſufficienter viuere,
ſed quia volunt abundare,& de ſuis ſuo modo facere, viden-
tur in malo ſtatu:cùm ſeculariter viuant, & velint perſeue-
rare:quod prohibetur in c.relatum.de reg.Hæc ex illo.¶O-
ctauò quæritur,†quid de intellectu voti caſtitatis? Et dico 8
quòd religioſus tenetur ad vitanda ea quæ cuilibet Chriſtia
no ſunt peccata mortalia:iuxta dicta ſ.Luxuria, per totum.
quia licet euitatio peccatorum non cadat ſub voto propriè,
cadit tamen large:vnde omnia talia ſunt ei ſacrilegia,etiam
ſi ſint ſolæ cogitationes,vt patebit ĩ.Sacrilegium. Et vlteri-
us tenetur non contrahere matrimonium,d.c.cùm ad mo-
naſterium.de regularibus.¶Nonò quæritur,†vtrum religio 9
ſus magis teneatur obedire patri aut matri carnali neceſsita
tem patienti & requirenti,quàm ſuo prælato imperanti cõ-
trarium?Et dicit Rich.quòd patri in ſpectantibus ad neceſsi
tatem illius præcepti,Honora patrem tuum:quia ad hoc te
netur iure naturali & diuino,à quo nulla profeſsio abſoluit,
cùm obſeruentur conſilia vt præcepta melius impleantur:
in alijs verò magis tenetur prælato.Sed S.Tho.iij.quoli.art.
xvj.tenet contrarium,ſi religioſus ſit profeſſus,de quo loqui
mur,vt ſ.Religio.ij.§.vij.recitatum eſt.& idem Alex.in iij.
parte,dicens quòd religioſus ſolùm tenetur patri in his quę
poteſt exhibere ſine detrimento ordinis regularis,vt orare,
conſulere,& honorare.¶Quantum autem ex Sanct.Thom.
vbi ſuprà,& Nico.de Lira Matth.xv.colligitur, diſtinguen-
dum eſt ſic.Nam ſi pater erat in tali neceſsitate antequam
filius ingrederetur, peccauit intrãdo,quia tenebatur ei ſub-
uenire:& conſequenter poſt ingreſſum magis tenetur patri
quàm prælato: quia actio competens contra aliquem ex
contractu.

contractu vel quaſi, non extinguitur per religionis ingreſ-
ſum: aut ſi, vt quidam volunt, extinguitur, quia talis pro mor
tuo habetur. C. de epiſ. & cle. l. Deo nobis. §. hoc etiam cogni
tum. tamen, ſecundum eos, ex edicto de capitis diminutione
reſtituitur. l. tutelas. §. iniuriarum. ff. de capit. dimi. Vnde ſe-
cundum Doc. poſt ingreſſum poterit exactione vel obliga-
tione, qua prius tenebatur, conueniri, ſed per abbatem vel
ſyndicum reſpondebit. C. de epiſ. & cleri. auth. cauſa quæ fit
cum mona. & no. in auth. de mona. in princ. & in auth. de ſan.
epi. §. prouidere. Ergo multo fortius ex obligatione diuini
præcepti, imò etiã iuris poſitiui, quò tm̃ parti tenetur quòd
eum vẽdere poteſt pro neceſſitate famis. l. ij. C. de pa. qui fil.
di. & ei tenetur ad alimenta. l. filia. C. de pa. po. etiã ſi pater ſit
relegatus propter inceſtuoſas nuptias, vt in auth. de ince. &
nefa. nup. & conſequenter ſine cauſa iure ſuo priuari nõ de-
bet, vt no. in c. ſatis peruerſum. di. lvj. & in c. vl. xix. q. vl. & facit
tex. xxx. di. ſi qui filij. Imò videtur quòd ſi ex ingreſſu ſit in-
habilis ſubuenire patri, monaſterium teneatur: quia eſt loco
hæredis & filij eius qui ingreditur, vt in auth. de ſan. epi. §. ſed
hoc præſenti. de prob. in præſentia. in fi. hęredes autem, licet
extranei, præſtare tenentur alimenta. ar. l. ſi quis à liberis. §.
item reſcriptum. ff. de libe. agno. Si autem pater non erat in
tali neceſſitate quòd filius teneretur ei ſubuenire, ſed in eam
poſt eius ingreſſum deuenit, non poterit ei filius ſubuenire
contradicente prælato: quia iam eſt obligatus ei, & conſe-
quenter Deo per votũ: & conſequenter maiori vinculo: quia
præceptum obſeruandi votum eſt de prima tabula: honoran
di verò parentes eſt de ſecunda: & præterea ſemel Deo dica
ta iuſtè contra eius voluntatem vſurpari non poſſunt. Facit
regula, ſemel de reg. iu. & præterea iam ſuum velle iuſtè fa-
ctum eſt alterius. xix. q. vl. ſtatuimus. xij. q. ij. non dicatis. ff. de
reg. iu. l. velle non creditur. & conſequenter non adſtringitur
niſi vt vult ille, qui habet velle eius: cùm inanis ſit actio,
quam excludit inopia debitoris. in l. in his. ff. de dolo. Nec ob
ſtat: quòd præceptũ diuinum erat ante ingreſſum: quia tunc
non obligat: & cõſequenter poſtea non tenet, per regulam,
factum legitimè. de reg. iu. lib. vj. ſicut ſi patre non indigen-
te diſpenſaſſet bona ſua pauperibus, ſuperueniente patris ne
10 ceſſitate repetere non poſſet. ¶ Decimò quęritur, † vtrum re
ligioſus aſſumptus ad epiſcopalem dignitatem abſoluatur à
votis aut obſeruantijs regularibus? Et dico quòd tenetur ad
tria vota & habitũ deferendum. de vi. & ho. cler. officia. in fi.
Vnde dicit S. Tho. ij. ij. q. clxxxviij. quòd non abſoluitur à vo
to paupertatis, ſicut nec à voto continentiæ: quia nihil debet
habere tanquam proprium, ſed ſicut diſpenſator eccleſiæ: ſi-
militer nec à voto obedientiæ, ſed per accidens obedire non
tenetur, ſi nõ habet ſuperiorem, ſicut nec abbas monaſterij.
Tenetur etiam ad omnes obſeruantias regulares non impe
dientes officium pontificale, ſed magis valentes ad cuſtodiã
perfectionis: & conſequenter ad portandum habitum ſuę re
ligionis, qui eſt huius obligationis ſignum: non autem tene-
tur ad impedientes illud, ſicut eſt ſolitudo, ſilentium, aliquę
abſtinentiæ & vigiliæ graues, ex quibus impotens corpore
redderetur ad exequendũ officiũ illud. Poteſt aũt ſecũ diſpẽ
ſare per modũ quo & religionum prælati ſecundũ neceſſita
tem perſonæ & officij & conuiuentiũ conditionem. Cõcor.
Hoſt. in xvj. q. j. nemo. Si verò tranſeat ad inferionem digni-
tatem vel curam, vide j̃. Religio. vij. §. xj. ¶ Vndecimò quæ-
11 ritur, † vtrum ſimplex religioſus poſsit eſſe iudex? Et dico ꝙ
non, vt not. ff. de iudi. l. cùm prætor. in gloſſ. quæ etiam dicit
idem de conuerſis: ſed nec poteſt per compromiſſum eſſe
arbiter, vt dictum eſt s̃. Arbiter. §. x. & xvj. q. j. monachi. & C.
de epi. & cle. l. repetita. Poteſt autem eſſe arbitrator ſeu ami
cabilis compoſitor. in auth. vt diſ. iudi. §. ſi verò contigerit.
xj. q. iij. iniuſtum. quod intellige de imperio ſui prælati: vt in
d. c. monachi. & de poſtu. c. ij. Concor. Veruec. Hoſt. & Albe.
priores autem in ordine Prædicatorum & guardiani in or-
dine Minorũ bene poſſunt eſſe iudices delegati, iuxta no. per
Doc. in c. ſtatutum. de reſcri. lib. vj. ¶ Duodecimò quæritur,
† quid conſulendum ſit eiectis & fugitiuis qui reconciliatio- 12
nem impetrare non poſſunt ſecundum formam. c. ſi. de reg.
Et dico quòd tales, vt ibi dicitur, debent requiri & compelli
reintrare, ſalua tamen ordinis diſciplina, id eſt, ſecundum cõ-
uenientiam regulæ: & ſi non inueniunt religionem, in qua
recipiantur, ſecundum gl. Ray. tenentur viuere regulariter
& honeſtè. Vide etiam s̃. Apoſtaſia. §. v. & vj. ¶ Decimoter-
tiò quæritur, † quid de condemnato ad mortem, & liberato 13
ſub conditione quòd intret religionem, & non egrediatur,
alioquin punietur vt prius? Et dico quòd ſi egreditur ad peti
tionem vxoris, vt tenetur, puniri non poteſt illa pœna, ſecun
dum Barth. Brix. in ſuis quæſtionibus. q. j. & ſequitur Albe. in
auth. ingreſſi. C. de ſac. ſan. ec. ¶ † Decimoquartò quæritur, 14
vtrũ religioſus eodem genere peccati grauius peccet quàm
ſecularis? Et dico ex S. Tho. ij. ij. q. cxxxvj. quòd licet peccet
grauius, primò ſi agat contra votum, puta ſi fornicetur. ſe-
cundò ſi peccet ex contemptu: quia eſt ingratior Deo. tertiò
ratione ſcandali: quia ad vitã eius plures reſpiciũt: tamen ceſ
ſantibus his peccat leuius: quia ſi pctm̃ eius eſt leue, abſorbe
tur multis bonis: ſi mortale facilius ab eo reſurgit, primò ꝓ-
pter intentionem erectam ad Deum, quæ & ſi ad horam in-
tercipiatur, tamen de facili reparatur ad priſtinum: ſecundò
quia ſcit corrigere peccatum: tertiò quia iuuatur à ſocijs.
¶ Decimoquintò quæritur, † quæ ſunt ſtatuta omnibus reli- 15
gioſis in genere & vniuerſaliter? Et dico quòd multa. ¶ Pri-
mò ne prælatis in ſermonibus detrahant. vide s̃. Prædicator.
§. vj. ¶ Secundò ne retrahant aliquos ab eccleſiarum ſuarum
frequentia, ſcilicet detrahendo, & huiuſmodi illicitis. ¶ Ter-
tiò ne pronuntiẽt indulgentias indiſcretè, ſcilicet falſas, vt s̃.
Indulgentia. §. vl. ¶ Quartò ne retrahant teſtatores, cum in-
terſunt cõfectioni teſtamentorũ, à reſtitutiõibus debitis aut
legatis matricibus eccleſijs faciendis. Circa quod dicit Petr.
de Pal. quòd poſſunt procurare magis ſibi legari quàm alij,
modò non faciant verbis illicitis, vel animo maligno contra
eccleſias matrices: quia nullũ erat ius quæſitũ. Sed frater Al-
uarus dicit quòd eſt mortale in hoc caſu. & verius eſt poſt-
quàm viderint in teſtatore propoſitũ legandi dictis eccleſijs
non autem ante: quia aliud eſt retrahere. aliud eſt diuertere
vel præuenire. ¶ Quintò ne legata vel dubia, aut male abla-
ta incerta ſibi vel ſui ordinis fratribus vel cõuentibus in alte
rius præiudiciũ fieri vel erogari procurent. ¶ Sextò ne abſol
uant à caſibus papæ vel epiſcopis reſeruatis. & hæc omnia
præcipiũtur in virtutæ ſanctæ obedientiæ & ſub intermina
tione æternæ maledictionis: in cle. religioſi. de priui. vbi etiã
ſunt tria quæ ſequũtur. ¶ Septimò ſub eadem prohibitione
prohibetur eis ne perſonas eccleſiaſticas, præſertim corã iu
dicibus delegatis à ſede apoſtolica ſuam contra eos iuſtitiã
proſequentes vexare indebitè, aut ad loca plura, & præſer-
tim multùm remota conueniri præſumant. ¶ Octauò præci
pitur prælatis religioſis, ad quos aliquid peruenit occaſione
præmiſſorum, quòd niſi intra menſem plenè ſatisfecerint ec
cleſijs damnificatis de eo quod ad eos peruenit poſtquàm
fuerint requiſiti, ipſo iure ſint ſuſpenſi, quouſque debitam ſe
cerint ſatisfactionem. ¶ Nonò ne miniſtrent extremam vn-
ctionem, euchariſtię ſacramentũ: nec ſolennizent matrimo
nium, nec abſoluant excommunicatos in caſibus non con-
ceſsis, nec à pœna & culpa. de quo dic vt ſuprà Excommuni-
catio.



catio. vij. §. xiiij. ¶ Decimò, nullus religioſus poteſt vigore li
terarum apoſtolicarum vel legatorum alibi conuenire ali-
quem ſibi ſubditum ratione aliquorum locorum, niſi coram
eo, coram quo de iure conuenit. cle. j. de reſcri. ¶ Vndecimò
nullus religioſus eligi poteſt in prælatũ alterius religionis
vel habitus, niſi ſolùm in epiſcopum. cle. j. de elec. ¶ Duode-
cimò prohibetur prælatis alienatio rei eccleſiæ: cle. j. de re-
bus ecc. nõ alie. vt j̃. Suſpenſio. §. vj. ¶ Decimotertiò præci-
pitur ne ad iurandũ ad vouendum vel promittendum indu-
cant aliquos quòd nõ mutabunt ſepulturã apud eos. de quo
s̃. Excõicatio. vij. §. xvj. ¶ Decimoquartò ne decimas eccleſijs
debitas vſurpent. cle. j. de deci. de quo s̃. Excõicatio. ix. §. xxx-
vj. ¶ Decimoquintò præcipitur mendicantibus ne aliquem
ad profeſsionem recipiant ante cõpletum annũ probatiõis.
c. non ſolum. & c. conſtitutionem. de re. lib. vj. ¶ Decimoſex-
tò ne ſtatũ Beghinarum foueant. cle. j. de reli. do. & s̃. Excõi-
catio. ix. §. xxxix. ¶ Decimoſeptimò quòd horis debitis in ec-
cleſijs officiũ perſoluant. cle. j. de cele. miſ. ¶ Decimooctauò
quòd nõ dimittant habitũ ſuæ religionis, nec vadãt ad ſtu-
dia, vt phyſicã vel leges audiãt. c. vt periculoſa. ne cler. vel
mo. l. vj. de quo s̃. Excõicatio. ix. §. xxiiij. ¶ Decimononò quòd
nõ dicãt aliqua vt retrahant audientes à ſolutiõe decimarũ:
& quòd requiſiti prædicent de eis populo, & quòd cõfeſſo-
res nõ omittant facere cõſcientiã cõfitentibus. cle. cupien-
tes. de pœ. vide s̃. Excõicatio. ix. §. xliiij. ¶ Viceſimò quòd mẽ
dicantes nõ capiãt loca de nouo. c. cùm ex eo. de exceſ. præ-
la. lib. vj. & d. cle. cupientes. vt s̃. Loca. per totũ. & s̃. Excõica-
tio. ix. §. xliij. ¶ Viceſimoprimò quòd nõ celebrent in caſtris,
aut villis, niſi quatenus à iure permittitur. c. epiſcoporum.
de priui. li. vj. ¶ Viceſimoſecundò quòd ſeruent interdictũ o-
mne, quod viderint ſeruare matricẽ eccleſiã. cle. j. de ſen. ex-
com. & s̃. Interdictũ. vj. §. iij. & Excõicatio. ix. §. xlvj. Et idem
de ceſſationibus à diuinis, vt ibi. Quæ autem præcipiantur
monachis, vide j̃. Religio. vij. §. xv. ¶ Decimoſextò quæritur,
† quas excõmunicationes religioſi incurrant? Et dico quòd
eã incurrũt in caſu ix. & xiij. & xiiij. & xv. & xvj. & xviij. & xix.
& xx. & xxj. dictis in §. priore. Item ſepeliendo corpora tem-
pore interdicti: vt s̃. Excõicatio. ix. §. xxxv. Item eũdo ad cu-
riam principum ſine adminiſtratione: vt s̃. Excõicatio. ix. §.
xxviij. Item portãdi arma intra ſepta monaſterij: vt s̃. Excõ
municatio. ix. §. xxxviij. Item cõtrahendo matrimoniũ de fa-
cto: vt s̃. Excõicatio. ix. §. xl. Item ingrediendo monaſteria
monialiũ ordinis Prædicatorũ & Minorũ: vt s̃. Excõicatio.
vij. §. lj. Itẽ mendicãtes trãſeundo ad aliam monachalẽ reli-
gionem præter Carthuſiẽſem: vt s̃. Excõmunicatio. vij. §. xlv.
Item minores recipiendo eos de tertio habitu ad diuina
tempore interdicti: vt s̃. Excõicatio. vij. §. xviij. Item inquiſi-
tores, qui odio, &c. vt s̃. Excõmunicatio. vij. §. xiij. ¶ Decimo-
ſeptimò quæritur, † vtrum religioſus de religione poſsit ex-
pelli propter peccatum, ſi ſit paratus corrigi, & pœnam ſu-
ſtinere? Et dicit S. Tho. in xij. quoli. ar. xxxvij. ſi tamen eſt S.
Tho. quod ſecundum Apoſtolum malum eſt auferendum:
quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit: ſed
per pœnam corporalem aufertur etiam pœnitens, ſicut ſu-
ſpenditur homicida etiã pœnitens. Per ſpiritualem verò hoc
eccleſia nõ facit, niſi quis ſit cõtumax: quia per pœnã corpo
ralem aufertur bonũ temporale recompenſabile per bonũ
ſpirituale, per ſpiritualem verò bonũ ſpirituale irrecõpenſabile. Et
ideo talem pœnã ſcilicet expulſionis religio nõ debet infli-
gere volenti corrigi: quia eſt ſicut excõicatio in eccleſia. Vn
de nullus niſi propter cõtumaciã expellendus eſt, ſed ſeque-
ſtrandus in carcere vel alio modo. Vtrum autem poſsit eſſe
executor teſtamentorum? Et dico vt j̃. Teſtamentum. ij. §. ij.
Vtrum autem poſsit exequi officium tabellionatus. j̃. Tabel
lio. §. iij. Vtrum autem poſsit eſſe teſtis, infrà Teſtis. §. j.

## Ruſus de Religione. vij. ſpecialiter quantũ ad monachos profeſſos & monachas.

1 *Monachus & monacha quid.*
2 *Monachus an poſsit habere locum in duobus monaſterijs.*
3 *Monachus an præficiatur eccleſiæ ſeculari non collegiatæ, & quid de collegiata curata. nu. 4. 6. 7. 8.*
5 *Monachus an promoueatur ad beneficiũ ſimplex vel canonicatũ.*
9 *Monachus an promoueatur ſine licentia ſui abbatis.*
10 *Monachus eccleſiæ alicui præfectus an eſſe poſsit ſine ſocio monacho, & an teneatur ad ſtatuta ordinis ſui. nume. 11.*
12 *Monachum quis diſpenſet.*
13 *Monachus an confiteri poſsit epiſcopo vel pœnitentiario.*
14 *Monachus an & qualiter carnes manducet.*
15 *Monachis quæ ſint iure præcepta aut prohibita.*
16 *Monialium quæ ſint iura.*

RELIGIO rurſus vij. conſiderari poteſt ſpecialiter quã
tum ad monachos profeſſos & monachas. ¶ Primò er-
go quęritur, † quid veniat his nominibus? Et dico quòd mo-
nachus à ſolitudine nomen accepit: quia monachus Græ- 1
cè Latinè ſingularis, id eſt, ſeparatus a cõuerſatione ſecula-
riũ. xvj. q. j. c. j. iũcta gl. & ſecundũ Pan. in c. ex parte. de poſtu.
cõſtitutio emanãs reſpectu religionis, licet loquatur de mo
nachis, tamen extenditur ad omnes religioſos: niſi poſsit di-
uerſitatis ratio aſsignari. Et ſic habemus quòd nomine mo-
nachi venit omnis religioſus eo modo quo monachus, id eſt,
propriè & ſtrictè: & hoc in omni materia, niſi appareat ra-
tio ſpecialis differentiæ: & eodem modo nomine abbatis in-
telligo quòd venit p̃latus ordinarius immediatus religioſi
collegij: & nomine monachæ ſiue monialis omnis fœmina
religioſa ꝓpriè. & nomine monaſterij omnis cõuentus ſiue
locus religioſi collegij: niſi appareat ratio ſpecialis differen
tiæ. Quomodo aũt differat monachus, cõuerſus, & oblatus:
vide s̃. Oblatus. ¶ Scd̃ò quærit̃, † vtrũ monachus poſsit habe
re locũ in duobus monaſterijs? Et dico quòd nõ vllo modo. 2
de reli. do. c. ſi. ¶ Tertiò quærit̃, † vtrũ pręfici poſsit in aliqua
eccleſia ſeculari nõ collegiata curata? Et dicit Io. in gl. ſum.
xvj. q. j. quòd ſcd̃m antiqua iura nõ poterat præeſſe eccleſiæ 3
parochiali, niſi ex neceſſitate. di. lv. priſcis. hodie verò etiã ꝓ
pter vtilitatem: quia magis ꝓbati ſunt monachi eſſe vtiles
quã ſeculares. Et ſcd̃m Hoſ. ſi eccleſia ad monachos nõ per-
tinet pleno iure, requirit̃ aſſenſus abbatis, & authoritas epi-
ſcopi. & ſic intellige xvj. q. j. à §. ecce in hoc. vſq; ad §. his om-
nibus. etiã ſi epiſcopus verbis diſpenſatiõis nõ vtatur ſcd̃m
Io. And. in c. quod Dei timorem. de ſta. mo. Nõ aũt põt ab-
bas ſolus curã cõmittere, nec monachũ præſentare inuito e-
piſcopo: multo minus hoc põt in eccleſijs nullo modo perti-
nentibus ad monachos. & ſic intellige xvj. q. j. à prin. vſq; ad
§. ecce in hoc. Sed ſi abbas diſſentit, & epiſcopus aſſentit, obe
diendũ eſt abbati. xvj. q. j. Sed ſi eccleſiæ vtilitas exigat: vt ſe-
cũdũ Hoſ. quia nõ inueniunt̃ idonei clerici, & monachus eſt
prædicator & honeſtus, cogi debet abbas per ſuperiorem. d.
c. pro vtilitate. iũcta gl ſcd̃m Io. And. vbi s̃. cogi põt per epi-
ſcopũ ſi nõ ſit exemptus: nõ aũt ſi ſit exemptus: & facta inſti
tutiõe exemptus eſt ab abbate. & ſolus ep̃s eſt ſibi abbas, &
ſcd̃m eũdem tenebit̃ ad officiũ parochiale, & quãtum bono
modo poterit cõformabit ſe p̃sbyteris & clericis in licitis. di.
xlj. quiſquis. quia abſolutus eſt ab omnibus obſeruãtijs regu-
lę quas cõmodè obſeruare nõ põt, ſaluis ſubſtãtialibus. xviij.
q. j. c. j. In eccleſijs aũt quæ ad monachos pertinent pleno iu
re præfici poteſt ſola authoritate abbatis & conuentus,

ſecundum Io.And.xvj.q.j.viſis.vel etiam ſolius abbatis,ſi ad
eum pertinet eccleſiæ prouiſio. Eſt autem idem,vt dicit in
canonico regulari:vt in d.c.quod Dei timorem. Quomodo
autem poſsit cogi Abbas non exemptus hoc caſu per epiſco
pum,non video:cum authoritate iuris poſsit ei reſiſtere: &
præualere:ideo dico quòd cogetur per metropolitanũ pon
tificem.¶Quartò quæritur,†vtrũ præfici poſsit in eccleſia
4 collegiata curata?Et dico ſecundum Car. & Doc.in cle.j.de
elec.quòd eccleſia nõ curata nõ põt ei cõmitti.de curata aũt
diſtinguitur.Nã ſi cura ſumatur propriè,ſcilicet parochialis,
ſcd̃m omnes,ad eã põt eligi: ſi vero ſumatur impropriè,vt
eſt ea,quã prælatus eccleſiæ collegiatæ habet in illos de col
legio:gl.ibi dubitat dicens hoc indigere declaratione. Pan.
verò dicit quòd etiam ad hanc põt aſſumi:quia nõ poteſt ta
lis prælatus nõ habere curam ſui collegij.quòd etiam ſequi
tur Car.dicens hoc cõmuniter teneri quòd indiſtinctè per di
ſpenſationem epiſcopi poſsit præfici eccleſiæ curatæ, etiam
non habenti aliam curã niſi collegiũ.& cõſentit Io. Cald.&
Fed.¶Adde quod no.Pan.in d.c.quod Dei timorem.quòd re
gulares poſſent ꝓmoueri ad eccleſias ſeculares curatas prin
cipaliter propter officiũ prædicandi: & ſic propter bonum
curæ.Ex quo infert quòd ſi religioſus ad iſta aptus nõ eſt,nõ
poteſt licitè promoueri.Hæc ex illo.qui videtur id, quod de
monacho dictum eſt,extendere ad omnem religioſum ſiue
regularem.& verum puto:ſed hoc loco nomine abbatis non
veniet ſemper prior,ſed prælatus potens licentiã dare cõmo
5 randi extra ordinem.¶Quintò quæritur,†vtrum poſsit pro
moueri ad beneficiũ ſimplex vel ad canonicatũ.¶Et quantũ
ad beneficium ſimplex,dico ſecundũ Archi.quòd religioſus
non poteſt habere beneficiũ ſimplex vel capellam non cura
tam ſine diſpenſatione papæ.& concor. Pan.in d.c.ſuper eo.
de reg.Vnde non poteſt habere canonicatumvel aliud bene
ficium ſimplex in eccleſia collegiata,ſecundũ Pan.in c.quod
Dei timorem.de ſta.mo.etiã diſpenſante epiſcopo, ſecundũ
Cal.licet ſcd̃m gl.in c.quorundã.di.lxxiiij.poſsit ibi eſſe epi-
ſcopus:vt in c.vno.xviij.q.j.& hoc quia in beneficijs ſimplici
bus ceſſat priuilegiũ curæ,gratia cuius promotio ad eccle-
ſiã ſecularem permiſſa eſt:vt no.in d.c.quod Dei timorem.
nec ſcd̃m Io.And.in nouel.ſuper d.c.quodDei timorem.poſt
Hoſt.poteſt in eccleſia collegiata Canonicorũ ſecularium
habere præbendã aut perſonatũ,vt præpoſiturã &decanatũ
niſi ob neceſsitatem curæ id fiat,& diſpenſatiuè diſpenſatio
ne facta de cõſilio & aſſenſu capituli,cùm ſit de maioribus.
de quo tamen dic vt §.ſeq.Si tamen talis eccleſia collegiata
eſſet regularis,ſcd̃m Pan.in d.c.quod Dei timorem. mona-
chus vnius monaſterij promoueri poſſet,vt eſſet in ea cano-
6 nicus largè.¶Sextò quæritur,†vtrũ prædicta, ſcilicet quòd
tam monachus quã canonicus regularis ſuadente neceſsita-
te vel vtilitate poſsit promoueri ad eccleſiã ſecularem cura
tam,ſit verũ de iure cõmuni vel ex diſpenſatione?Et diſtin-
guit Pan.vbi ſ.¶Nam quantum ad dignitatem epiſcopalem
ſecundum omnes,hoc eſt de iure.tex.eſt in c.vnico.xviij.q.j.
& in cle.j.de elec.& in c.ſi religioſus.& in c. quorundam.de
elec.li.vj.quia ibi per Canonicos in epiſcopos eliguntur,ſi-
cut & abbas,in d.c.ſi abbatem.de elec.lib.vj.quòd non fieret
ſi eſſet de iure inhabilis:ſed poſtularentur:vt in c.ſi.de poſtu.
præla.¶Quantum verò ad eccleſiam inferiorem,ſi quidem
ſit collegiata,non promouentur ad canonicatum,vel ad be-
neficium ſimplex:vt in c.ſuper eo.de reg.etiam epiſcopo di-
penſante,ſecundum Cald.vt dictum eſt:ad ipſam autem di-
gnitatem talis eccleſiæ,puta vt ſit præpoſitus, Hoſti.tenet.
quòd non poſsit fieri ſine diſpenſatione: alij verò dicunt
quòd ſicut in epiſcopum in ſeculari, ita & in præpoſitum in

collegiata eccleſia promoueri poſſunt eadem ratione.&pla
cet Pan.cùm non reperiatur hoc iure prohibitum,& eadem
ſit ratio:cum epiſcopus faciat vnum corpus cum ſuis canoni
cis,& militet ratio curæ & prædicationis hoc caſu:vt in d.c.
quod Dei timorem.Si verò eccleſia non ſit collegiata: tunc
aut non eſt curata,& nõ põt eã religioſus obtinere:quia ceſ-
ſat ratio curæ.Aut eſt curata:& cõiter tenetur quòd iure cõ
muni promoueri poſsit,licet contrarium teneant domini de
Rota.¶Septimò quæritur,†vtrũ poſsit habere curam ani- 7
marũ in eccleſia vbi monachi collegialiter habitant?Et di-
cit Pan.in c.j.de capel.mo.quòd non:ſed debet ab epiſcopo
capellanus inſtitui,qui populum regat de conſilio monacho
rum:ſecus in alijs,vt dictum eſt.¶Octauò quæritur,†vtrum 8
præfici poſsit eccleſiæ quorũcunq; regulariũ? Et dico quòd
non:vnde ſi eligitur quis alterius religionis in prælatũ, non
valet electio.cle.cũ rationi.de elec.¶Nonò quærit,†vtrum 9
promoueri poſsit in caſibus pręmiſsis ſine licentia ſui abba-
tis?Et dicit Pan.in d.c.quodDei timorem.quòd nõ: vt in c.ſi
religioſus.de elec.li.vj.imò nec in papã:vt no.gl.in c.quã ſit.
xviij.q.ij.Sed ſi abbas nolit cõſentire,& neceſsitas vel vtilitas
ſuggerit,cõpelli poteſt ad conſentiendũ,vt dictũ eſt.Et hoc
nota pro puella nõ potẽte nubere ex ſtatuto infra xxv.annũ
ſine cõſenſu duorum agnatorũ,qui ea eligente ſponſum di-
gnum nolunt conſentire ſine cauſa legitima.Poteſt enim ſu
perior cogere eos ad conſentiendum,vel dabit licentiã nu-
bendi:vt tenet Bar.in l.ſi cùm dotem.ff.ſolu.ma.¶Decimò 10
quæritur,†vtrũ monachus eccleſiæ præfectus poſsit eſſe ſi-
ne ſocio monacho?Et dicit Hoſ.quòd ſic: Inno. verò quòd
non:& vterq; habet motiuum in d.c.quod Dei timorem.ſed
Pan.in c.monachi.extra eo.diſtinguens dicit quòd nõ debet
inſtitui ſine ſocio ſui ordinis,quãdo eccleſia eſt ſubiecta mo
naſterio:ita quòd iſte nõ deſinit eſſe obedientiarius mona-
ſterij.Et hoc ſecundum Ant.de Bu.limitandũ eſt ſi cõmodè
illũ habere põt:vt de canonico regulari dicit in eo.c. Secus,
inquit Pan.ſi religioſus promoueretur tãquã quilibet cleri
cus ſecularis ad eccleſiã parochialem:quia cùm deſinat eſſe
monachus monaſterij,nullã habebit amplius cõnexionem
cum eo.¶Vndecimò quæritur,†vtrum dictus monachus fa- 11
ctus rector eccleſiæ ſecularis teneatur ad regulã & ſtatuta
ordinis ſui?Et dico indiſtinctè quòd ſic quantũ ad tria vota
ſubſtãtialia & delationem habitus, etiam ſi eſſet epiſcopus.
de vi.& ho.cle.clerici officia.in ſi.& ſi temere habitũ dimit-
tit,efficitur excõmunicatus:vt ſ.Excõicatio.ix.§.xxiiij. ſed ta
men quantũ ad obedientiã opus eſt diſtinctione.Nam ſi trã-
ſeat ad epiſcopatũ,penitus abſoluitur à iuriſdictione abba-
tis.xviij.q.j.c.vnico.& ſimiliter ſi trãsfertur ad eccleſiã ab-
bati nõ ſubiectã,nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus.
xvj.q.j.parochia.ſed ſubijcitur imperio epiſcopi,qui de cæte
ro erit abbas ſuus,ſecundum Hoſt.Si verò ſit ſubiecta abba
ti in temporalibus ſolùm,eximitur ab eius obedientia quo
ad ſpiritualia.xvj.q.ij.viſis.& cap.ſanè.Si verò ſit ei ſubiecta
quo ad ſpiritualia ſolùm,eximitur quo ad temporalia:ſi au-
tem ſit ei ſubiecta in omnibus,ex toto illi obediet. Quantũ
verò ad alia à tribus votis,ſi ſit epiſcopus,dic vt ſ. Religio.
vj.§.Si verò nõ ſit epiſcopus:ſi eccleſia pleno iure ſit abbati
ſubiecta,ſeruabit omnia ſicut prius,ſcd̃m Hoſt. præter tria
quæ in eccleſia ſeculari cõmodè ſeruari nõ poſſunt, ſcilicet
ieiuniũ,ſilentiũ,& vigiliæ,ar.xliij.di.ſit rector.xvj.q.j.nemo.
poteſt.ſi verò eccleſia nõ pertinet ad monachos,ſed ad epi-
ſcopum,abſoluitur à tribus prædictis, ſcilicet ieiunio,ſilen-
tio & vigilijs.d.c.nemo.ſed tenetur abſtinere à carnibus:vt
in d.c.quod Dei timorem,niſi in aliquibus caſibus.Primò ſi
ſit infirmus.de conſe.diſtinct.v.carnem.Secundò imperante
epiſco



piſcopo,qui abbas ſuus eſt.Tertiò ſi non habet ſocium, &
ſine ſcandalo cõuiuentiũ abſtinere nõ poteſt, ſecundũ Gof.
alleg.c.quiſquis.diſt.xlj. & de ſtat.mona.recolens.§.j. Quar
tò ſi ſit factus epiſcopus,ſecundũ Hoſt.&videt ſequi gl.in d.
carnẽ.Sed ſiue ſit epiſcopus ſiue nõ,cõſiderato diligẽter d.
c.nemo.dico ꝙ ratio omniũ prædictorũ eſt,quia abſoluitur
ab his,quæ officiũ ſuũ impediũt,& ab alijs nõ abſoluitur. &
et mens S. Tho.vbi ſ. Religio.vj.§.x.¶Duodecimò quæri-
tur,†quis diſpẽſabit cũ tali monacho ſi indigebit? Et dico ꝙ
abbas,ſi eccleſia ſit ei ſubiecta penitus,vel ſaltẽ in ſpiritua-
libus:vel epiſcopus,ſi ſubeſt epiſcopo, qui eſt loco abbatis.
xvj.q.j.ſi.qs monachus.Si verò ſit exẽpta,ſecũdũ Sum. Ang.
recurret ad papã.Sed melius dic ſicut de epiſcopo dictũ eſt
ſuprà Religio.vj.§.x.quòd ipſe ſecũ diſpẽſabit, ſicut prælati
religionũ:quia nõ ibit ab Anglia Romã,ſi indiget vti carni
bus vna die.¶Decimotertiò quæritur,†vtrũ monachus con
fiteri poſsit epiſcopo vel pœnitentiario? Et dicit Rod.ꝙ ſic
niſi ſit exemptus vel priuilegiatus à papa.¶Decimoquartò
quæritur,†quid iuris de carnibus mãducãdis à monacho vel
Carthuſienſi?Et dicit S.Tho.in ix.quol.ar.iiij.quòd mona-
chus carnes mãducans ſine cauſa rationabili,ſcilicet infirmi
tatis,& ſine licẽtia prælati, non peccat mortaliter, ſicut nec
frangẽdo ſilentiũ:quia iſta ceremonialia cõiter non ſunt in
præcepto:poſſet tamẽ eſſe mortale ratione contẽptus vel
præcepti,cum fieret à prælato: quo caſu intelligitur impo-
ſita pœna carceris,de cõſe.di.v.carnẽ.quæ ſcilicet nõ impo
nitur niſi pro mortali.¶De Carthuſiẽſi autẽ dico vt ſ.Iuramẽ
tum.iiij.§.x.¶Decimoquintò quæritur,†quæ ſunt ea, quę in iu
re monachis ſpecialiter præcipiũtur aut prohibẽtur?Et dico
ꝙ ſunt decẽ,quæ no.in cle.ne in agro.de ſta.mo.¶Primò ꝙ
habitum deferant ſecundũ formã ibi poſitam.& hoc tangit
nigros ſolùm.¶Secũdò ꝙ omni menſe cõfiteantur &cõmu
nicẽt.¶Tertiò quòd is qui præeſt,exponat per ſe vel aliũ vul
gariter regulã in capitulo.& hæc etiã adſtringũt nigros ſolũ
ſecundũ Sum.Ang.ſed Arch. poſt Io.And.dicit ſatis eſſe ho-
neſtum vt extendatur ad omnes.¶Quartò quòd nõ vtantur
camiſijs.de ſta.mo.cũ ad monaſteriũ.¶Quintò quòd ſeruẽt
ſilentiũ continuum in dormitorio,refectorio,& oratorio:in
clauſtro verò certis horis,vt ibi.¶Sextò quòd faciant capitu-
la de triẽnio in trienniũ.eo.titu.in ſingulis.¶Septimò ne au-
cupent aut venẽtur.d.cle.ne in agro.¶Octauò vt ad curias
principũ nõ vadant,vt ſuis monaſterijs damnũ inferant: ali-
ter ſunt excõmunicati illi qui adminiſtrationẽ non habent.
¶Nonò ne teneãt arma intra ſepta monaſterij.¶Decimò
ſecundum Sum.Ang.ne carnes comedãt niſi in neceſsitate,
id eſt,infirmitate:vt in d.c.cũ ad monaſteriũ.de quo dic vt in
§.priore.Quædã tamẽ horũ non ſunt in præcepto, ſecundũ
Arch.vt abſtinẽtia à carnibus & camiſijs,& de ſilẽtio,& hu-
iuſmodi:licet Sum.Ang.videatur velle omnia eſſe pręcepta.
¶Decimoſextò quæritur,†quid velint iura de monialibus?
Et dico multa.¶Primũ.In monaſterijs monialiũ nõ mẽdicã
tium recipi nõ debẽt,niſi qui poſſunt de prouẽtibus mona-
ſterij abſq; penuria ſuſtẽtari:aliter receptio eſt nulla.de ſta.
regu.periculoſo. lib.vj.Et ratio fuit vt poſsint ſeruare clau-
ſurã:& ſic ſi aliqua ſit ingreſſa,id eſt,ꝓfeſſa,nubat, tenebit
matrimoniũ:quia profeſsio eſt nulla.¶Secundũ.Oẽs monia
les regulariter debẽt eſſe ſub perpetua clauſura.d.c. pericu-
loſo,nõ obſtãte ꝙ religioſis nõ poſsit indici ſtrictior vita:qa
hoc nõ eſt verũ in ſpectãtibus ad conſeruationẽ profeſsiõis,
vt ſ.Religio.vj.§.vj.Fallit illa regula primò vbi eſſet talis
& tantus morbus quòd monialis non poſſet eſſe cum alijs
abſq; graui periculo ſine ſcandalo.d.c.periculoſo.quo tamẽ
caſu licentia à ſuperiori petenda eſt:quia prohibitũ eſt mo-

nacho,etiã in caſu licito, ſine licentia ſuperioris exire.xx. q.
iiij.monachũ.quod Gemi.dicit verũ vbi in breui poteſt ha-
beri:aliter poteſt ſine excõmunicatione exire,ſcilicet ſi peri
culum eſt in mora,& infirmitas manifeſta.ſecũdò quãdo in-
cumbit abbatiſſæ exire pro homagio vel fidelitate faciẽda
cũ ſocietate honeſta:ita tamẽ quòd ad alia nõ diuertat, nec
in fraudẽ reſidẽtię aliquid fiat:vt ibi.&hoc caſu ſimiliter cre
do licentiã eſſe petendã,licet ſi negetur ſine cauſa rationa-
bili exire poſsit iuris authoritate.Tertiò ratione liciti tran-
ſitus ad ſtrictiorẽ regulam,ſecundũ gl. Quartò ſi qua aſſu-
matur ad regimẽ alterius monaſterij, ſecundũ eandẽ gloſ.
de elec.nullus.li.vj.cum ſuis cõcor. ¶Tertiũ.Nõ debet mo-
nialis habere ſingularẽ habitationẽ: ſed cõmuniter tam in
eccleſia quàm in dormitorio & refectorio eſſe debet.xviij.
q.ij.pernicioſam.vt ſint ſibi teſtes caſtitatis.in auth.de mo.
§.cogitãdũ.nec debet loqui cũ monacho:niſi ſociata,& bre-
uiter.xviij.q.ij.diffinimus.&.c.in decima.nec ad eã debet pa
tere acceſſus vel ingreſſus etiã honeſtis perſonis,niſi ex cau
ſa rationaibli & manifeſta,& de illius,ad quẽ pertinet, licẽ-
tia ſpeciali,vt in d.c.periculoſo. Quartũ. Domini tẽporales
debẽt permittere moniales in ſuis curijs per procuratorẽ li-
tigare,ne pro cõſtituendis procuratoribus:qui in aliquibus
partibus authorati dicũtur,ſeu alijs huiuſmodi eas oporteat
euagari,vt ibi:vbi gl.dicit quòd fortè volebãt vt cõſtituerẽt
procuratorẽ in præſentia iudicis.vide ibi. Epiſcopis verò &
alijs prælatis iniungitur quòd cauſas earũ & negotia faciant
coram ipſis per procuratorem expediri, ſiue ſint homagia
ſiue fidelitatis iuramẽta,vel aliud,vt ibidem.¶Quintũ.Præ
latis pręcipitur vt omnibus monaſterijs monialium tam nõ
exemptis propria,quàm exemptis apoſtolica authoritate ꝓ-
uideant de clauſura ad expẽſas monaſterij vel eleemoſynis
fidelium,& idem præcipitur abbatibus & alijs inferioribus
prælatis,quo ad monaſteria ſibi ſubiecta, vt ibi.¶Sextum.
Debent etiã per ſingulos annos per ordinarios viſitari, etiã
ſi ſint exẽptæ,vt in cle.attẽdentes de ſta.mon.¶Septimum.
Monaſteria ordinis prædicatorum & ſanctæ Claræ ordinis
Minorũ intrare eſt prohibitũ ſub pœna excõmunicationis,
vt ſ.Excommunicatio.viij.§.ij.quo ad alia verò monaſteria
generaliter prohibetur ingreſſus & acceſſus ſine ſpeciali li-
centia illius ad quẽ pertinet:licet nõ ſub pœna excõmunica
tionis,vt in c.periculoſo.de ſtatu regul. lib.vj. conſueuit ta-
men circa hoc eſſe aliqua excommunicatio ſynodalis.

## Rurſus de Religione.viij.quantum ad monaſterium ſeu conuentum.

1 *Monaſteria quomodo debeant ſituari.*
2 *Monaſterium ingredientis bona ad quem pertineant.*
3 *Monaſterium an obligetur ex facto monachi.*
4 *Monaſterio an acquiratur obligatio per monachum.*
5 *Monacho an poſsit quid relinqui ſub conditione ne acquiratur monaſterio.*
6 *Monaſterium an aget pro rebus obligatis monacho.*
7 *Monaſterium an grauari poſsit noua conſuetudine vel onere.*
8 *Monaſteria per quos regi debeant.*

RELIGIO rùrſus octauò conſiderari poteſt quantũ
ad monaſteriũ,cuius nomine venit etiã omnis conuẽ
tus ſiue locus religioſi collegij ¶†Primò ergo quę- 1
ritur,quõ debẽt ſituari monaſteria? Et dico ꝙ monaſteria
dupla religioſorũ & religioſarũ nõ ſunt licita.xviij.q.ij.c.dif
finimus.& c.in decima.imo monaſteria puellarũ ſunt collo
canda longe à monaſterijs monachorum,aut propter inſi-
dias diaboli,aut propter obloquutiões hominũ,dicto cap.in
decima.¶†Secũdò quęritur,vtrũ bona ingrediẽtis monaſte 2

riũ pertineant ad illud,& quo iure? Et dico quòd pertinent,
vt ſuprà Religio vj.§.j. Quo verò iure pertineant , eſt ma-
gna cõtrouerſia inter doc.& gl.iuris ciuilis:de quo vide Al
beri.in authẽ.ingreſsi.C.de ſac.ſan.eccl.ſed dic verius eſſe
quòd iure ſucceſsionis: tamen ſi lęſum fuerit,poterit reſti-
tui ad ſimilitudinẽ minoris,vt C.ſi vt ab hęre.ſe abſt.per to
3 tum. ¶ † Tertiò quæritur,vtrũ monaſteriũ obilgetur ex fa
cto monachi? Et dico quòd nõ,neq; ex delicto,neq; ex con
tractu,niſi ex duobus caſibus. Primò ſi hoc peruenit ad mo
naſteriũ,vel ſit verſum in eius vtilitatẽ:quia in tantũ tene-
tur,& nõ plus:ar.x.q.ij.hoc ius. Secũdò ſi à cõuẽtu ſit cõmiſ
ſa adminiſtratio: quia inquantũ ſe extẽdit adminiſtratio,
in tantũ obligatur,& nõ plus,ſecundũ Inn.in c.olim de pri
uil. Et hoc intelligitur tã de monacho quàm abbate,ſecun-
dũ Inn.& Hoſ.quo ad delictũ: quia delictũ perſonæ in da-
mnũ eccleſiæ redundare nõ debet.de reg.iur.c. delictũ.lib.
vj.& idẽ dico de cõtractu. Vnde obligatur monachus ſolus
ſed non tenetur ſoluere,quia nõ habet vnde.de ſolut. Odo-
ardus.nec poteſt cõueniri ſecundũ Io.ratione cõtractus,ſi-
cut nec ille qui ceſsit bonis,vt not.xj.q.j.de perſona in glo.
Facit in ar.quòd nõ obligetur. Inſtitu.de autho.tut.vide gl.
xj.q.j.de perſona. ¶ Quartò quęritur,† vtrũ per monachum
4 poſsit acquiri obligatio monaſterio? Et dico quòd ſic,& ſi-
militer poſſeſsio,etiã per fugitiuum: vt ff.de acqui.poſ.l.j.
xviij.q.ij.abbates.ipſe tamẽ ſecũdũ Io.in gl.xij.q.j.non dica
tis.agere non poteſt ratione cõtractus, nec etiã de iniuria
ſibi illata:ſed eius prę latus agere poterit,niſi prę latus abſit
vel reliquerit procuratorẽ,ad inſtar filijfa. ff. de iniur.l. ſed
ſi vnius.vbi not.ſecundũ Arch.poſt Inn.& Hoſt.quòd ex cõ
tractibus initis cũ monacho vel abbate obligatur quis mo
naſterio:quia poteſt monachus actionem acquirere,ſed nõ
poteſt obligare monaſterium. Vnde quamuis abbas ſeu mo
naſteriũ poſsit agere:non tamen tenetur reſpõdere,niſi de
eo quod ad eum peruenit. Et licet omnis cõtractus ſit pro-
hibitus monacho,niſi imperante abbate.xij.q.j.nõ dicatis.
tamen hoc intelligitur inquantũ monaſterium obligetur.
5 ¶ Quintò quęritur,† vtrũ valeat relictum monacho cum
tali conditione quòd nihil acquiratur monaſterio? Et dicit
Bart.in auth.excipitur.C.de bon.quę libe. quòd hoc conti-
net impoſsibile:cum monachus nihil habeat,ſed totum ſit
monaſterij:vt in auth.ingreſsi.C.dę ſacroſan.ecc. qa quòd
aliquid ſit monachi,& non quęratur monaſterio, eſt cõtra-
dictio quę vitiat contractum & legatũ:vt l.vbi repugnãtia.
ff.de rę.iu. Putat tamẽ illa verba ſic debere intelligi: Relin
quo monacho ſub hac cõditione ne quęratur monaſterio:
hoc eſt,quòd monaſterium patiatur eũ habere adminiſtra-
tionẽ relicti eo modo quo poteſt,ſcilicet cõniuentibus ocu
lis abbatis.ſicut & ſeruus dicitur habere ꝓpriũ.l.is qui ſuis
ff.ad Trebellia.vt ſic nihil acquiratur monaſterio reſpectu
vtilitatis non autẽ reſpectu iuris.quod dictũ Bart. Panor.in
c.monachi.de ſtatu mona.limitat quãdo talis adminiſtratio
refertur ad caſum licitũ,vt ſcilicet diſpenſet in pios vſus qđ
religioſis licet dę teſta.c.ij.lib.vj.vel vt conuertat ad vſum
veſtimẽtorum aut librorum,& huiuſmodi:nõ autem vt ad
libitum adminiſtret tãquam propria etiam de licentia pa-
pę.c.cum ad monaſterium. Et expreſſe dicatur quòd nihil
iuris quęratur monaſterio:dicit Bart.in dicta authen.exci-
pitur.quòd debet intelligi eo modo,ſcilicet afferente vtili-
tatem,& vt patitur monachum illud ius exequi. & ſi abbas
non vult cõſentire vt habeat adminiſtrationẽ.dicit Panor.
in d.c.monachi.quòd relictum non valebit ex defectu con
ditionis,& ſic remanebit penes grauatum:vt l.vnica.C. de
cadu.tollen.& glo.in dicto.§.tres hęredes. ¶ Sextò quęritur,
† quid de rebus ablatis à monacho? Et dicit Innoc.& Hoſt. 6
quod aget monaſterium,ſi erant ſuę vel etiam alterius , &
ipſum monaſteriũ tenebatur ad reſtitutionem. Si verò nec
ſic nec ſic:tunc aget ille,qui dominus eſt earum : ita tamen
quòd ſi res erant depoſitę apud monachum,& abbas videt
eas ſubtrahi,& facilè poſſet liberare:ſatis credit Inn.quòd
abbas teneatur in ſolidum propter dolum. Si autem nõ vi-
dit,vel prohibere nõ potuit,ſecus:quia nõ tenetur de male-
ficio eius,vt dictum eſt. ¶ Septimò quęritur,† vtrum mona-
ſterium grauari poſsit noua conſuetudine,ſeruitio,vel one 7
re? Et dico quòd non,niſi à principio de conſenſu epiſcopi à
patrono ſit illi impoſita,vt in c.ſcientes.de cenſib. Non ta-
men intelligas quod in dote neceſſaria poſsit etiam à prin
cipio imponi aliquod onus:ſed intellige in alijs à dote prę-
dicta. ¶ Octauò quęritur,† per quos regi debent monaſte- 8
ria & alia religioſa loca ? Et dico quòd per religioſos eius
vel alterius eiuſdem religionis:& ſi non viuunt regulariter
debent expelli,& poni alij vitę diſtrictioris:aut ſaltem cle-
rici ſeculares, ſi aliàs poſſunt remanere ordinata:quod po-
teſt epiſcopus ſine papa,ſecundum glo.& Io.And.& Panor.
in cap.inter quatuor.de reli.do. Hoc tamẽ fallit in hoſpita-
li,vt ſuprà Hoſpitale §.v.etiam quod dictum eſt de epiſco-
po,intellige ſaluis religionum priuilegijs.

¶ RELIGIOSA loca quę ſint,vide ſ.Loca.

## De reliquijs & veneratione ſanctorum.

1 *Reliquiæ qualiter ſint venerandæ & transferẽdæ,& nu.ſeq.*

RELIQVIAE in propoſito dicuntur ea quę nobis
de ſanctorũ humanitate rem anſerũt,vt totũ corpus,
& propriè particulæ eius . ¶ † Primò verò quęritur 1
qualiter reliquię ſint obſeruãdę reuerẽter? Et dico quòd nõ
poſſunt exponi venales.l. nemo la ij.C.de ſac.ſan.ecc.quod
ſecũdũ Pan.fit dupliciter:primò verè vẽdẽdo ſecũdò expo
nẽdo paſsim cauſa quęſtus:qđ eſt quędã larga vẽditio. imò
ſecũdũ Ray.& Goſ.eas vẽdere eſt ſimonia.j.q.j. qui ſtudet.
Et ſi ſunt antiquę,extra capſam oſtẽdi nõ debet.& ratio ꝓ-
hibitionis ſecũdũ Pan.extra eod.c.j.eſt quia cum oſtẽdun
tur oſſa nuda,deuotio multorũ tepeſcit,& datur detractori
bus cauſa obloquẽdi. Si verò ſunt nouiter inuentę, nõ licet
eas in publico venerari,niſi prius authoritate Romani pon
tificis approbẽtur:extra eo.ex eo.& de cõſe,diſt.j.placuit. Si
militer nec aliquem licet venerari pro ſancto,etiam ſi in vi
ta miracula feciſſet,ſine prędicta authoritate,ſcilicet publi
cè:ſecus in occulto,vt ſ.Oratio.§.iij. ¶ Secũdò quęritur.† v- 2
trum liceat reliquias furtiuè ſubtrahere & trãsferre vt ho-
norabilius collocẽtur? Et dico quòd nõ,ſecundũ Veruec. &
Vlde.& Rod.ſed eſt ſacrilegium.xvij.q.iiij.quiſquis.etiam ſi
ex deuotione fiat,ſecundũ Roden.& Hug. ¶ † Tertiò quęri 3
tur,cuius authoritate poſsint corpora ſanctorum & eorum
reliquię transferri? Et dico quòd ſolùm authoritate princi-
pis,id eſt,papę vel epiſcopi vel ſanctę ſynodi.de conſ. diſt.j.
corpora.vbi Ioan.dicit hoc verum eſſe quãdo corpus eſt tra
ditum perpetuæ ſepulturæ.C.de religio.& ſump. funerum.
l.vltima.niſi neceſsitas immineat:quia tunc ſufficit authori
tas præſidis prouinciæ.l.j.C.eodem. Quando autẽ non ſunt
traditæ perpetuæ ſepulturæ,bene trãsferri poſſunt ſine ali-
cuius authoritate ad alium locum religioſum.C.eodem.l.ſi
necdum. ¶ Quartò quæritur,† vtrum reliquiæ ſanctorũ de- 4
beant portari ad collum? Et dicit Sum.Ang.quòd non.arg.
dictæ.l.ſi necdum.& dictæ l.vlt.& d.c.corpora.licet poſſint
poni ſuper aliquo pro aliquo tẽpore ex magna cauſa.arg.d.
l.j. Et hoc inquit,tene quamuis Tho.teneat contrariũ.ſed nõ
bene probat:quia illę leges & illud capitulum loquũtur de
corpo



corporibus,quorum propriè eſt ſepultura,& non de particu
lis:opinio autem S.Tho.eſt etiam Albe.& Aſten.& Arch.&
Sum.Roſ.& Sup.& practicatur à deuotis & ſanctis . & pro-
bat eam S.Tho.quia ſufficienter probat quòd licet diuina
verba portare ad collum:& deinde dicit eandem eſſe ratio-
nem de reliquijs:quia ſi portentur ex fiducia Dei & ſancto-
rum,quorum ſunt reliquiæ,non eſt illicitum:ſed ſi circa hoc
attenderetur aliquod vanum,puta quòd vas eſſet triangu-
lare,vel huiuſmodi,quod non pertinet ad reuerentiam Dei
& ſanctorũ,eſſet ſuperſtitioſum & illicitũ.vide.ij.ij.q.lxxxvj.

## De Renuntiatione.

1 *Renuntiatio quando ſit illegitima*
2 *Renuntiare quis & per quem poßit, & quando pœniteat.*
3 *Renuntiatio in cuius manibus fiat.*
4 *Renuntiari quid poßit.*
5 *Renuntiationis quis ſit effectus.*
6 *Renuntiatio qualiter fieri debeat.*

RENVNTIATIO in propoſito ſumitur pro refuta-
tione quadã rei propriæ vel iuris . & ſi ſumatur cõiter.
ſic ſcdm Hoſ.eſt iuris proprij ſpõtanea refutatio.quod
ideo dicit,quia iuri alieno renũtiari nõ põt: & ſi proprio re-
nuntietur coactè,nõ obeſt repetere volenti.extra eo . ſuper
hoc. Sed ſi ſumatur vt eſt valida,eſt refutatio rei vel iuris pro-
prij:intellige ꝑ ſe vel per aliũ ſpõtanea & legitima.ar.vij.q.j.
quàm periculoſum.& de hoc §.ſeq. ¶ Primò ergo quæritur,
1 † qñ renũtiatio ſit illegitima? Et dico quòd hoc eſt primò ra
tione perſonæ renũtiantis:puta quia eſt minor.de iudi.ſi an-
num.li.vj.vel alius nõ potens renũtiare. Scdò ratiõe perſonę
in cuius manibus fit renũtiatio,ſi nõ fiat ei cui debet. eo.tit.
cũ dilecti.&.c.admonet.&.c.quod in dubijs . Tertiò ratione
rei quæ renũtiari nõ põt,ſicut iuri naturali & agnationis &
ſanguinis nemo põt renũtiare,vt l.ius ſanguinis.ff.de re iu.&
l.ius agnatiõis.ff.de pac.ſed pro prædictis vide §.tres ſequen
tes. ¶ Secũdò quæritur,† quis & per quẽ poſsit renũtiare, vel
2 de renũtiatione pœnitere? Et dico multa. ¶ Primũ. Secundũ
Hoſt.renuntiare põt is,ad quem pertinet illud quod renũtia
tur:de reg.ad apoſtolicã.&.c.ſtatuimus. & põt renuntiare ꝑ
ſe vel per ꝓcuratorem:ſi tñ habet ſpeciale mandatũ de offi.
dele.cũ olim.& idem videt ſi habet gñalem adminiſtratio-
nem.ff.de proc.l.cui libera. Secus ſi tm̃ eſſet gñalis procura
tor.de præb.dilecto.& l.mandato.ff.de proc. ¶ Scdm. Papa li
berè põt reſignare,maximè ſi ſe inſufficientem agnoſcit.eo.
quoniã.lib.vj.de quo ſ.Papa.§.iij. ¶ Tertiũ . Cum renũtiatio
authoritate eorũ,quorũ intereſt,facienda ſit de of. archi.ad
hoc.§.ſi.clericus ſuo foro ſine epiſcopi authoritate renũtiare
nõ poteſt:quia pręiudicaretur epiſcopo.de fo.com.ſignifica
ſti.& eadem ratione nec priuilegio c.ſi quis ſuadente. xvij.q.
iiij.& ſi actionem iniuriarũ remittere poſsit quantũ ad pro-
priã perſonã.xxiiij.q.iiij.ſi is.iniuriã tñ eccleſiæ vel collegij
ſui in ſua perſona illatã remittere nõ põt.de ſen.exc.cùm de
ſideres.§.ſi.iuncto c.cõtingit.el j.eo.ti. Et ſi renũtiãs foro re-
ſpondeat corã iudice ſeculari in ciuilibus,cadit à cauſa vel à
loco ſuo:de fo.com.ſi diligenti.in criminalibus verò locũ ſi-
ue dignitatem perdit:& ſi nõ habet,extraordinariè punitur.
Si verò trahatur ad illud iudiciũ,vide ſ.Iudex.§.ij. ¶ Quartũ.
Renũtians per nuntiũ pœnitere poteſt quandiu res integra
eſt.eo.tit.lectæ.ſecus ſi non eſt integra.de elec.in cauſis.§.ſi.
quod videtur ſi ſuperior expoſita renuntiatione cœperat ſub
acceptatione cogitare:ar.d.§.ſi.ſed & ſi talem procuratorem
ignorantem reuocauerit,tenebit ceſsio facta ante notitiam
reuocationis,niſi malitioſè factum fuerit quin peruenerit
ad eum:vt in cle.cùm illuſio.eo.tit. Qui verò impetrauit li-
centiam cedendi,cogendus eſt cedere.eo.tit.quidam. ¶ Ter-
tiò quæritur,† in cuius manibus renuntiatio facienda ſit? Et 3
dico multa. ¶ Primum. Renuntiatio facienda eſt in manibus
eius,à quo habetur inſtitutio quo ad beneficia eccleſiaſtica.
eo.tit.admonet.quod limitat in beneficio acquiſito per c.ve
niens.eo.tit.epiſcopatus autem renuntiari non poteſt,niſi in
manibus papæ.de renun.niſi etiam ſi epiſcopus non ſit conſe
cratus,modò ſit electus & confirmatus.de tranſl.c.inter cor
poralia. Similiter etiam ſecundum Rayn.abbas immediatè
pertinens ad eccleſiã Romanã renuntiare nõ poteſt ſine ſpe
ciali licentia ſedis apoſtolicæ. Adde ſecundũ Ant.de Bu.in c.
de regularibus.de ſimo.vel in manibus legati. Et ſi renũtiat,
tenet renuntiatio in præiudicium eius,ſed nõ eccleſiæ,vel il
lius,in cuius manibus debuit renuntiare. Similiter etiã,ſecũ-
dum eundem,in ſimplici bñficio põt quis renuntiare vt vult.
quod gl.eius dicit verum,ſaltem de conſuetudine:ſed verius
eſt ſecũdum Io.And.in Sum.Con.vt fiat habenti inſtituere.
¶ Secundũ. Aliorũ autem iurium renuntiatio facienda eſt ad
uerſario vel notario publico,vel iudici nomine aduerſarij re
cipienti.l.ij.ff.rem pup.ſal.fo. ¶ Tertiũ. Epiſcopus qui nõ be-
ne intrauit,ſed per ſimoniã vel intruſionem , & hmõi,ſcdm
Hoſt. in morte renũtiabit mente,ſcilicet ſi aliter nequit, &
in manu Archiepiſcopi ſi põt:aliàs ſimplicis ſacerdotis , ſub
hac cõditione ſi papæ placuerit:& ſi cõualuerit,eũ quàm ci-
tiſsimè adeat pariturus ei:ar.c.non dubium.de ſen.exc.& ca.
ea noſcitur.§.ſi.& interim fructus cuſtodiat, vel in vtilitatẽ
eccleſiæ expendat.ar.de off.or.cùm vos.& eo.tit.c.præſenti.
lib.vj. Accipere tamen ſibi põt vitę neceſſaria ſtrictè.di.lxxx-
vj.nõ ſatis.&.c.paſce.talis etiam ſi titulum nõ habeat,tamen
poſſeſsionem,quam de facto,dimittere nõ debet ſine licen-
tia papæ:ſed à fructibus debet abſtinere.e.ti.poſt tranſlatio-
nem.§.iij. Concordat Inno.addens idem dici poſſe in omni-
bus ſuſpenſis ab homine vel à iure. Vide Ber.Inno. & Hoſti.
eo.tit.c.niſi cum pridem.& Arch.vij q.j.eũ qui. Ex quibus au
tem cauſis epiſcopus debeat renuntiare epiſcopatui,vide ex-
tra eo.c.niſi cùm pridem. ¶ Quartò quæritur, † quid renun- 4
tiari poſsit quantũ ad iura præſentia & futura:aut etiã intel
ligatur eſſe renuntiatũ? Et dico multa. ¶ Primũ. Iuri natura-
li,agnationis aut ſanguinis renuntiari nõ poteſt:vt ſ.§.j.ſimi
liter nec iuri poſitiuo concernenti formam certã aut ſolen-
nitatem:puta quòd teſtamentũ fiat cũ tot teſtibus,aut quòd
ſtipulationes fiant certo modo.l.nemo poteſt.ff. de leg.j.&
facit c.quia propter.de elec.&.c.cùm eſſes.& quod ibi no.de
teſta. Similiter nec ſi concernit publicam vtilitatem, etiam
ſi certam formam vel ſolennitatem nõ concernat.l.ius. pu-
blicum.ff.de pact.& in c.ſi diligenti.de fo.com. Si autem cõ
cernit publicam & priuatam,& ſunt ſeparabiles : renuntiari
poteſt quantum ad priuatam.l.ius gentium. §. ſed & ſi paci-
ſcetur.ff.de pact.puta ius dat actionem pro animali morbo
ſo:tamen partes paciſci poſſunt vt non poſsit agere:argu.c.
cùm veniſſent.cum ibi no.de inſti.ſi verò non poſſunt ſepa-
rari,renuntiari non poteſt.d.c.cùm veniſſent. Si autem ſit ſo
lùm in fauorem priuatum: tunc poteſt illi renuntiare is in
cuius fauorem eſt:modò renuntiatio non ſit contra bonos
mores,vel inducat ad peccatum:quia tunc non valeret:vt in
c.alia.§.eleganter.ff.ſolu.ma.& l.conuenire.ff.de pact. dot.
Si verò ſit ſolùm in odium alterius:tunc ſi ceſſat ratio illius
odij,poteſt renuntiari:vt in l.ſi.C.ad Macedo.aliàs non:vt in
l.nam & ſi.ff.ad Macedo. Vide Panorm.in d.c.ſi diligenti. Si
autem introductum ſit in fauorem amboru , alter ſine al-
tero renuntiare non poteſt,ſecundum gl.in c.ad apoſtolicã.
de regu.facit l.quod fauore.ff.de legib . Vnde dicitur quòd
in communi iure potior eſt conditio prohibentis:argum.ff.

de ſerui.vrb.a.prædi.l.per fundum.ff.communi diui.d.l.Sabinus.ff.de lib.cauſa.l.ij.iij. & iiij.Si tamen aliquid conceditur pluribus ſiue vniuerſitati,ſed tamen principaliter in fauorem particularium,quilibet poſſet iuri ſuo renuntiare.&ſic loquitur.d.c.ad apoſtolicam.&.c.dilecti.de fo.com.Fallit in priuilegio:quia licet concernat fauorem tertij,poteſt tamen impetrans renuntiare antequã præſentetur:niſi appareat quòd concedens ſtatim voluit cócedere ius illi tertio : quia coiter non acquiritur,niſi in præſentatione ſeu notitia.de conceſ. præb.c.j.lib.vj.vbi vide Ge.& ſimiliter dico quòd non poteſt renuntiare qñ per procuratorem impetrauit:quia ſtatim acquiritur ius illi tertio, vt ibi.ſimiliter ſi fuit conceſſum motu proprio,ſecundum Sum.Ang.ſed melius Sum.Ro.in verbo,indulgentia.§.viij.tenet virtualiter oppoſitum,dum dicit quòd vires nõ habet niſi à præſentatione. Vide ſ̃.Priuilegiũ.§.vlt.¶Secundum.Si debitor renuntiet iuri probandi per teſtes,licet ſecũdũ aliquos renuntiatio valeat, tamen ſecũdũ Hoſt.non videtur verũ:quia illud ius propter cõmunem vtilitatem introductũ eſt:vnde vſus teſtiũ frequens & neceſſarius eſt.ff.de teſti.l.j.ideoq; renuntiari nõ poteſt.arg.l.quos prætor.ff.de proba.¶Tertium.Ius futurũ renuntiari poteſt, ſi apparet,ſiue,vt dicit Hoſt.ſi lex iã eſt ex qua ius oritur:nõ autem ſi adhuc nõ apparet:quia pacta nõ referuntur ad ea, quæ apparere nõ poſſunt:vt l.in lege.& alijs concor.ibi poſitis in gl.ff.de contrahen.em.vel ſi lex nõ eſt:quia quod nõ eſt,renuntiari non poteſt.l.tres fratres.ff.de pac.Vide Bar.in l.conditionis.C.de pac. De filia autem renuntiante hæreditati paternæ,vide ſ̃.Pactum.§.xv.De habente etiam vocẽ in electione,vtrũ poſsit renũtiare,vide ſ̃.electio.j.§.iiij.part.vj. De exempto etiam vtrũ poſsit renuntiare exemptioni,ſ̃.Exemptus.§.x.¶Quartũ.Generaliter ſecundum Hoſt.in Sũm. renuntiari poſſunt omnia iura,etiam non ſcripta,puta competentia circa ſeruitutes,etiã ſi ſint annalia. de ſepul.in præſentia.de deci.ex multiplici.& iura cõpetentia circa beneficia,ſicut & ipſa beneficia,vt dictum eſt:& omnia iura cõpetentia per aliqua inſtrumenta,ſicut &ipſa inſtrumenta.C.de fi.inſtr.l.iij.de pac.cũ pridem.¶Quintũ.Clericus qui beneficium impetrauit,ſi ſe Canonicorũ miſericordię ſubijciat nõ intelligitur renuntiaſſe,extra eo.veniens.quin etiã ſi reddat eis literas ſuas,& illi ſint immiſericordes, debet iudicis officio reſtitui.eo.tit.ſanè.Si tamen renũtiet literis pro certa pẽſione,priuatur literis & penſione.de reſcri.ad audientiã.Cõcor.Alb.¶Sextũ.Si quis renũtiauerit omni iuri ſuo præſenti & futuro aut literis impetratis &impetrandis,ſecundũ Hoſ. quo ad futurum, ſi generalis ſit renuntiatio,nõ valet:vt §.ij.part.iij.de conſti.cùm acceſsiſſent.Siverò ſit ſpecialis in quibuſdam iuribus,& ſequatur generalis,valet.C. quando mu.of.tu.fun.po.l.ſi.circa medium.& in auth.vt lic.mat.& auię.ibi poſita.Qui etiam renuntiauit literis beneficialibus, non ideo reſtitutioni iam factæ renuntiare videtur.eo.titu.ſanè.

5 ¶Quintò quæritur,†quis ſit effectus renuntiationis? Et dico eſſe hoc,vt qui renuntiauit, ad id, quod renuntiauit, non habeat regreſſum,niſi ex iure nouo conceſſo,vel antiquo reſtituto.eo.ti.c.cùm inter.&.c.cùm ex tranſmiſſa.&.c.cùm in præſentia.&.c.cùm ſanè.Et ſi quis renuntiauerit epiſcopatui propter conſcientiam criminis,iam eligi non poteſt,aut poſtulari:ſecus ſi propter malitiam plebis,perſecutionem,infirmitatem,defectum ſcientię,ſimoniam ſibi ignotam,&huiuſmodi.eo.tit.poſt tranſlationem renuntianti tamen eſt competens prouiſio facienda.eo.tit.ad ſupplicationem.in qua dignitatis& conſcientiæ ratio habenda eſt:de præb. de multa.ad fi.&ſimiliter quantitatis redituum beneficij cui reſignat.de vi.& ho.cle.quoniam.& de præb.niſi eſſent.xij.q.ij.bonæ rei.de do.apoſtolicæ.§.vlt.& pen.¶Sextò quæritur, †qualiter debeat renũtiatio fieri,vt ſit licita & valeat?Et dico multa. 6
¶Primũ.Renuntiatio debet fieri primò ſcienter : quia ei quod ignoratur renuntiari non poteſt.l.mater. ff.de inoffic.teſta.Vnde cùm quis ignorat ius aliquod,debet ei notificari: vt in aut.quomodo opor.epiſ.§.igitur ordinamus.Vnde notarij ponentes clauſulas renuntiationis ignotas contrahentibus,tenẽtur eis de damno,quod aliter nõ incurriſſent.ſecũdò ſpontè & propria voluntate.vij.q.j.quamuis ſine coactione.quod met.cau.ad audientiam.tertiò quo ad beneficia eccleſiaſtica debet fieri in ſcriptis.ij.q.j.§.ecce.&.c.qualiter.qđ tamen nõ eſt neceſſariũ,niſi in epiſcopatu . de quo illa iura loquuntur.quartò purè & abſolutè.de offic.dele.ex parte.el j.de ſimo.ex inſinuatione.Vnde dans, remittens , vel renuntians aliquod ſpirituale ſpirituali interueniente pacto vel ꝓmiſsione aut datiõe,ſcilicet nõ gratuita alicuius temporalis ſimoniacus eſt.j.q.ij.quã pio.in fin.viij.q.iij. talia.quòd ſi nõ præcedat donatio vel ꝓmiſsio,ſed ſola intentio , ita ſcilicet quòd aliàs nõ renũtiaret,eſt ſimonia.de ſimo.tua.ſed eſt ſolùm mentalis,quæ per ſolã pœnitentiã aboletur.extra eod. mãdato.quod limita vt ĩ.Simonia.§.iij.reg.iij. ¶Secundũ.Si quis renũtiat beneficio ea intentione,vt detur nepoti vel alteri ſine pacto & cõuentione,nõ eſt ſimonia.de præb ĩ. dilectio.quia renũtiare beneficio vt detur alteri,eſt ſimoniacũ, quia prohibitum:eſt autem prohibitũ non ſimpliciter, ſed hoc modo ſcilicet cum pacto.j.q.ij.quàm pio . ſed Veruec. Vide.Gof.& Innoc.ſed voluntas paciſcendi ſola ſine effectu eſt ſimonia mentalis:quæ ab eccleſia non punitur . Vel dic ſecundũ aliquos quòd nõ eſt ſimõnia:quia habere ſpem de hoc nõ eſt ſimonia.de pact.cùm pridem.j.q.j.ordinationes. ¶Tertiũ.Renũtians literis apoſtolicis ſuper prouiſione ſibi de beneficio facienda pro pecunia vel penſione ex pacto,ſimoniacus eſt,ſecundum Pan.in c.ad audientiam.de reſcrip. quod licet glo. ibi limitet ſi iam aſſequutus eſt beneficium, tamen eſt verum ſimpliciter ſecundum Innoc.& Hoſt.quia ex illis literis habet ius ad petendum ſpirituale : & literis ac penſione priuatur,ſi eam habuit,vt dictum eſt: ſi tamen ex officio iudicis aut bonis viris mendicantibus pure renuntiet & ex parte alia ſibi aliquod temporale detur , non eſt ſimonia,ſecundum Arch.vt colligitur in c.ſanè . eod.tit.ſimiliter nec ſi renuntiet eis,aſsignato ſibi aliquo ſpirituali,id eſt,beneficio,etiam ſi ex pacto renuntiet: quia eſt quaſi permutatio ſpiritualis ad ſpirituale,ſecundum Hoſt.& Inno. qui hoc no.de reſcri.ad audientiam.in glo . ¶Quartum.Non poteſt quis renuntiare liti ſuper beneficio eccleſiaſtico vel alio ſpirituali,aliquo temporali ſibi dato, ſecundum Pan.in c.cùm pridem.de pac.etiam ſi recipiat illud nomine expenſarum: quia ſi habet ius,renuntiat ſpirituali, temporali dato, quod eſt ſimonia.de offi.dele.ex parte.el j.& quod ibi no. Dicit tamen Inno.& Hoſt.in c.non ſine.de arb.quòd valet compoſitio authoritate ſuperioris,vt pro pacis bono detur aliquod temporale,& de quo non eſt certum de iure ſibi competenti:vt cedat liti vel renuntiet,ſi quod ius habet.de præb.c.niſi. Secus ſi fiat authoritate partium :quia ſic eſſet ſimonia,niſi quando habet ortum à iudice:puta quia in eo compromiſſum eſt,vel ipſe ſic diffinit.Et licet glo.in c. cùm pridem.dicat non ſufficere,niſi interueniat confirmatio papæ: tamen communiter ibi doc.tenent cum do.Ant.quòd non requiritur.Et hoc ſequitur Pan.¶Quintum.Poteſt autem quis ſine ſimonia dare pecuniam alteri, vt deſiſtat à lite, quæ eſt de re ſpirituali,ſecundum Pan.in d.c.cùm pridem . ſi ipſe dans ſit certus habere ſe ius:ſi autem daretur habenti ius pro redimenda iuſta lite ab eo,ſecundum Archidiac. poſt domin.





Anto.eſſet ſimonia.Siverò non ſit certus,inquit Pan.ſed dubitat,dare nõ poteſt,etiã authoritate papæ in beneficio habente annexam clauiũ poteſtatẽ: quia videtur data pecunia pro illa poteſtate ſpirituali.facit d.c.ex parte.in ſimili.& qđ no.j.q.iij.ſaluator.&.c.ex multis.quæ authoritas bene in alijs beneficijs excuſaret:quia talis ſimonia eſt de iure poſitiuo, ſecundũ gl.in c.cum pridẽ.Dicit tamẽ Pan.in c.ſuper eo. de tranſact.ꝙ iudex ꝓ bono pacis ex officio ſuo poteſt cõponere partes vt habẽs ius in beneficio det aliquid nõ habẽti ius ſecundũ formã c.niſi.de prębẽ.quod etiã Arch.poſt do. Ant. videtur intelligere etiã de iudice arbitro. ¶Septimò quæri-
7 tur,†quis quãdo aliquis expectat primã prębendã proximè vacaturã in aliqua eccleſia,& alius habẽs præbendã tenuem fraudulẽter renũtiat vt expectãti via pręcludat ad pinguiorem quæ ſperatur vacare?Et dico quòd per hoc nõ impedit primũ expectantẽ,ſi hoc probari poteſt,ſaltem per probabiles cõiecturas:& ſi reſignãti pinguior cõferatur, eo ipſo detegitur fraus:& carebit habita,quã reſignauit,& ambita: de renun.ſi te.li.vj.Vide etiã infrà Simonia.§.xiij.part.viij.& ix.

## De Repræſalijs,

1 *Repræſaliæ quando ſint licitæ.& nu.3.& 4.*
2 *Repræſaliæ cuius authoritate debeant concedi.*
3 *Repræſaliæ contra quos extendantur,& contra quos non. & an propria authoritate quis exequatur.& nu.ſeq.*

REPRAESALIAE dictæ ſunt à re & præhẽdo, quaſi iteratæ apprehẽſiones:ſicut cum quis appræhẽdit res alienas illius qui apprehẽderat ſuas.Et ſumũtur dupliciter primò pro ipſa actuali reprehẽſione & authoritate conceſſa reapprehẽdendi.& ſic loquimur.Igitur repræſaliæ ſunt poteſtas capiendi & detinẽdi aliena collata à principe vel ciuitate in recõpenſationẽ damni vel iniuriarũ , vt colligitur c.ſi pignorationes.de iniur.& damno.lib.vj.xxiij. q.ij. dominus.Et aliquãdo pro delicto vnius cõceduntur contra oñes
1 de terra eius. ¶†Primò ergo quæritur,vtrum ſint licitæ ſi concedantur contra conciuem aut cõterraneum debitoris? Et dico quòd in conſcientia ſecundum Barto.in tract.de repræſalijs:vt licitæ ſint,requiruntur iſta.Primò authoritas ſuperioris.Secundò cauſa iuſta concedendi.Tertiò intentio recta eius cui conceduntur.quibus concurrentibus ſunt licitæ vt in d.c.dominus.Et addit ſibi videri non eſſe inductum ius eas concedendi iure canonico vel ciuili,ſed iure Dei: vt in d. cap.dominus.vel gentium,quod permittit bella iuſta , vt eſt hoc.Et cum his tribus tranſit Sum.Roſ. Sed adde vt elicitur ex Archid.in c.vnico. de iniur.lib.vj.quòd requiritur quartò vt damnum non excedãt & intereſſe datum. & quintò quòd non extendantur ad clericos vel eccleſiaſticas perſonas:quia eſſent excõmunicati:vt ſuprà Excommunicatio ix.§.xxxij.& ſextò ſecundũ Dir.quòd non fiant in perſonis:quia iniquum eſt alium pro alio in perſona grauari:& ſecundũ ipſum nulla conſuetudo valeret.de quo dic vt infra.§. v. Et adde quòd in repræſalijs iuſtis nõ grauatur vnus pro alio ,ſed punitur ciuitas aut dominus in ſuis ſubditis.& concor.S. Tho.ij.ij.q. xl.Qui autẽ repræſalijs vtitur,iſtis non cõcurrentibus,maximè primo & ſecũdo, dãnatur in quadruplũ,& cadit ab actione ꝓ qua hoc facit:vt in auth.ne pig.ſi.§.ſed omnino.& ſi cõdẽnetur,tenebit in cõſciẽtia ad totũ , aliàs ſolùm ad ſimplũ: vt ĩ.Pœna.§.xxv.¶†Secũdò quæritur,quis ſit iſte ſuperior, cuius authoritate debẽt cõcedi? Et dico ꝙ eſt primò is,cui per iuſta ſtatuta hoc eſt cõceſſum.& ſecũdò de iure cõmuni ſuperior nõ habẽs ſuperiorẽ:quia repræſaliæ ſunt quodbellũ,aliquãdo particulare,aliquãdo generale. Bellũ autem indicere nõ poteſt niſi ſuperior nõ habẽs ſuperiorẽ, ff.de capti.l.hoſtes & ita tenet Inno.in c. olim.de re.ſpo.Igitur ſequitur primò ꝙ poteſtas ciuitatis nõ habẽtis ſuperiorem,ſaltẽ de facto,eas cõcedere nequit,niſi habeat ex ſtatuto:ſed ipſa ciuitas vel cõſiliũ.& ſcđò ꝙ nec ciuitas regi aut principi ſubiecta:nec aliquis principis officialis põt eas cõcedere,ſed ſolus princeps.Notãdũ eſt tñ ꝙ in omnibus caſibus in ꝗbus dicetur.§.ſeq.quòd debitor nõ habẽs ſuperiorẽ quẽ oporteat adire in illis cõcedẽs nõ habet etiã ſuperiorẽ,& ſic ciuitas aut comes ſub rege his caſibus poterũt eas cõcedere; ſecundũ Bart.vbi ſ̃.De hoc tamẽ vide etiã ĩ.§.ſeq.¶†Tertiò 3
quæritur,quæ ſit iuſta cauſa cõcedẽdi repræſalias?Et dico ſecundũ Inn.& alios doc.quòd talis cauſa eſt quæ exprimitur in d.c.dominus.ſcilicet ſi ciuitas aut gẽs, adde vel dominus, vindicare negligit qđ à ſuis improbè geſtũ eſt. Pro quo aduerte ꝙ iuſtitia huius cauſæ multa requirit. Primò ꝙ illud damnũ ꝓpter quod cõceduntur,ſit notabile. Vnde ſecundũ Bar.vbi ſ̃.nõ debet eſſe aliquid modicũ:quia remediũ repræſaliarũ,cũ ſit odioſum.c.& ſi pignorationes.de iniur.lib.vj.& ſubſidiariũ cõtra ius cõmune,nõ debet dari ꝓ modico.l.Seio.ff.de in integ.reſti.& ſecũdũ eundẽ per dictã iuſtitiã oportet quòd pereat ius partis totaliter:ſecus ſi aliqualiter lædatur.Secũdò ꝙ talis dominus aut ciuitas vel gẽs requiratur vt emẽdet & nolit vel negligat.Tertiò quòd de hoc defectu iuſtitiæ cõſtet.Sed pro his duobus aduerte primò ꝙ ſi iſti dent iniquã ſententiã,ſecũdũ Bart.debet creditor appellare,& iudicẽ appellatiõis adire aliter repræſaliæ nõ erũt licitæ.Si autem ꝓhibetur appellare, vel nõ habet iudicẽ appellationis: tũc ad ſuũ iudicẽ recurrere poteſt. ¶Aduerte ſecũdò ſecundum Bart.vbi ſ̃.ꝙ is qui alteri debet,ſuperiorẽ habet aliquãdo de iure ſed nõ de facto: vt quia nõ obeditur ei ſicut Imperatori:& tũc nõ eſt neceſſe adire ſuperiorẽ: aliquãdo habet de facto,ſed nõ de iure,puta quia eſt tyrãnus:& tũc ſi nõ fuit electus,ſed per vim intrauit, & habetur cõmuniter pro tyrãno nõ valẽt quæ facit:& ſimiliter nõ eſt neceſſe adire.Siverò fuit electus ex timore aut vi,& nõ eſt notoriũ,ſed habetur cõmuniter pro domino:valẽt quę fecit,ſecundũ Inn.in c.nihil. de ele.& ſic debet adiri:& ſimiliter ſi habet de iure & facto. niſi creditori eum adire nõ expediret : puta quia expẽderet plus quàm ſit principale,vel eſt pauper: quia ſecundũ Barto. ꝓcedere põt ſicut ſi ſuus debitor ſuperiorẽ nõ haberet, arg. l.ſi ſeruos.ff.de pig.act.& l.mediterraneę.C.de anno.& trib. ¶Aduertẽdũ eſt tamẽ ſecũdũ Archi.poſt Guido.quòd in hoc iuſtitiæ defectus iudex eccleſiaſticus poteſt adiri:& ſic rarò accidit quin ciuitas illa habeat ſuperiorẽ. Quartò requiritur ꝙ iudex proprius creditoris det ſententiã ſup negligẽtia & defectu iuſtitiæ:quod ſecundũ Gul.epiſcopũ Cõcordieẽſem, & Io.de Fan.&Fran.Vercel.limita quãdo nõ inuenit̃ ſupior, qui de domino vel ciuitate negligẽte iuſtitiã faciat:qui ſi inueniretur nõ valeret authoritas iudicis proprij quo ad illos, qui nõ ſunt ſuæ iuriſdictiõis.& ita intelligitur d.c.ꝙ ciuitas plectẽda eſt,ſcilicet per ſuũ iudicẽ . Si autẽ ex cauſa iniuſta cõcedantur,ſunt ipſo iure nullæ.l.cum verò.§.ſubuectũ.ff.de fideicõmiſ.& ita tenet Inno.in cap.olim. de reſtitut. ſpoliat.
¶Quartò quæritur,†quis habeat requirere dominum vel ciuitatem aut gẽtem,vt iuſtitiam faciat?Et dico quòd pars læſa:quia authoritas cõcedentis repræſalias ſuccedit in locum ſuperioris deficientis : vnde ſicut ſi ille ſuperior eſſet , non poſſet quis eum adire, & de iniuſtitia conqueri , niſi primò ipſum iudicem requiſiuiſſet:ita & nunc:imò plus dico quòd ſi pars læſa adiret ſuum iudicem, rogans vt ſcriberet iudici debitoris vt iuſtitiam faciat, alias ſibi concedantur repræſaliæ,non debet audiri:quia iudex non impertitur officiũ ſuũ non petenti ad vtilitatẽ priuatã.l.iiij.§.hoc autẽ iudiciũ. ff. 4

de dam.infe.Abbas in cap.venerabilis.in iiij.addi.de iudi.Si
ergo prius non requiratur à parte,non eſt contra eum iuſta
5 cauſa querelæ.¶Quintò quæritur,†vtrum repræſaliæ con-
ceſſæ in ciuitate Luca contra Florentinos,intelligãtur extẽ
ſæ ad eos ſi habeãt domicilium in dicta ciuitate Lucenſi?Et
dico quòd Bart.in l.prouinciales.ff.de verborum ſign. refert
Lamb.de Ramp.in diſputatione tenuiſſe quòd non:quia Flo
rẽtinus ſiue de Florẽtia dicitur,qui ibi verſatur & moratur:
vt l.j.§.beſtias.ff.de poſtulando.quia magis inſpicimus acci-
dens quàm originem.Bart.autem ibi refert ſe ad not.per eũ
vbi ſuprà,vbi dicit quòd Florẽtinus ſiue de Florẽtia dicitur
qui ibi eſt municeps:intellige ꝓpriè,id eſt,qui munera ſubit.
Igitur ſi alibi moratur & Florẽtiæ munera nõ ſubit ꝑ ſe vel
patrẽ aut fratres,nõ dicitur Florẽtinus:& ideo moleſtari nõ
poterit.Secus ſi Florẽtiæ ſubiret onera.Item vt dicit in d.l.
prouinciales.cõcedantur.propter delictum populi:vnde cõ-
cedi non poſſunt,niſi contra illos de populo qui deliquit.Et
facit quia non ſentiens commodum patriæ,etiam ſentire nõ
debet incommodum.Et eadem ratione non extenduntur ad
Florẽtinos habẽtes domicilium Senis:vt etiam tenet Panor
mita.in cap.quoniam.de offi.ordi.quia ſunt odioſæ.¶Sextò
6 quæritur,†vtrũ poſsit fieri ſtatutũ quòd quilibet capi poſsit
pro alterius delicto?Et dicit Bart.vbi ſuprà quòd contra ter-
ras aut villas ſibi non ſubditas non poteſt, ſed bene contra
ſubditas.C.de omni agro deſer.l.j.&valet ſtatutũ quòd vxor
poſsit capi pro viro fallẽte:vt l.ſatis.C.in quib.cauſis pigno.
vel hyp.taci.cõtra.& ſimiliter filius pro patre.l.fin.C.de pri-
uil.etiam ſi nõ ſit hæres.¶Aduerte autem quòd terræ cum
certis pactis ſubmiſſæ protectioni dominorum,non dicũtur
ſibi ſubditæ,ſed fœderatæ:ideoq; nõ valet tale ſtatutum cõ
7 tra eas.¶Septimò quæritur,†vtrum tale ſtatutum exerceri
poſsit extra territorium ſtatuentis?Et dicit Bartol.vbi ſuprà
quòd ſic,& poteſt quis agere cõtra tales conditione ex ſta-
tuto:quia actio vbique ſequitur eos quibus competit:vt l.fi-
na.C.de præſcriptione lõgi temporis.Quod limita niſi filius
ſortiretur domicilium alibi antequam pater rumperet.arg.
l.ciues.C.de incolis.Similiter ſi filius eſſet natus poſt quàm
rupit pater eius:quia iura intelliguntur de filio exiſtente tẽ-
pore quo rupit.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxalibus.&
l.Titius.ff.de teſtamẽto mili.Et idem dic quãdo ſtatutum di
cit quòd de hominibus vnius terræ vnus teneatur pro alio:
quia is,qui nouiter eſt effectus illius terræ,non tenetur pro
debitis antiquis.l.prouidendum.C.de decurion.& quod not.
Dy.in l.incolam.ff.ad municip.Similiter tale ſtatutum intel
ligitur de debitis contractis intra territorium,niſi aliud ad-
datur:vt l.cum vnus.§ is qui.ff.de bon.authorit. iudi. poſsid.
8 ¶†Octauò quæritur,cõtra quos repręſalię cõcedi non poſ-
ſunt?Et dico eas non poſſe concedi vel exerceri cõtra perſo
nas & res eccleſiaſticas.de iniur.cap.j.lib.vj.Nec cõtra ſcho-
lares ſtudẽtes iuribus in loco priuilegiato priuilegio ſtudij:
& idem de ſcriptoribus,bidellis & accedentibus cauſa ſcho-
larium:& de patribus,agnatis,qui irent ad videndum filium
vel agnatum in ſtudio.ff.de iudi.l.iij.Nec contra ambaſiato
res.ff.de legibus.l.fina.Et idem intellige de deferentibus ne
ceſſaria pro ambaſiata vel ſtudio:& idem de rebus aliorum,
quæ prædicti deferrent ſibi neceſſarijs:vt ſunt equi & libri,
& huiuſmodi.Nec cõtra euntes ad nundinas vel ſanctum Ia
cobum vel alium locum cauſa indulgentiæ.Nec contra na-
uigantes vi ventorum delatos ad ciuitatem indicentium.de
cleri.peregri.per totum.C.de naufra.l.j.Nec contra eos qui
in ius vocari nõ poſſunt:vt electus in Poteſtatem, aut vadẽs
propter funus conſanguinei.Nec contra officiales , poteſta-
tes,vel rectores,qui expreſſe cõtradixerũt tali iniuſtitiæ,vel
qui nõ cõſenſerũt nec cõtradixerunt,quia erant abſentes vel
ignorãtes:vel ſi erãt tales quòd nõ vocãtur ad cõſilia:vt no-
tarij & bernarij:ſecus ſi ſunt aſſumpti ad cõſulendũ:& mul-
tò magis ſi iuuerũt rectorẽ ad iuſtitiã.Nec cõtra mulieres.
nã in ꝑſona capi nõ poſſunt.C.de off.iudi.in auth.ibi poſita.
Et intellige ꝓ debito ciuili,& niſi ſit meretrix.vide Alexã in
l.pleriq;.ff.de in ius vo.per Can.in c.mulierem.de iud.lib.vj.
De quibus omnibus vide Archie.iij.parte.tit.iiij.loquentem
prædicta & alia ex Io.de Lig.¶Nonò quęritur,†vtrum con- 9
ceſsis licitis repręſalijs is,cui cõcedũtur,poſsit eas authorita
te propria exercere?Et dicit Archid.poſt Io.de Lig.quòd nõ,
ſi poſsit habere copiã iudicis vel miniſtrorũ eius:aliàs ꝓpria
authoritate licebit rapere res & ꝑſonas,ſi hoc iudex cõceſſe
rit: & capta remanebũt penes capiẽtẽ,aut iudici pręſentabũ
tur ſcd̃m formã cõceſsionis repręſaliarũ.& res captæ vendẽ
tur vel accipiẽtur in ſolutũ,& ęſtimabũť iudicis authoritate.

## De Reſcripto.

1 *Reſcriptum quid & quotuplex.*
2 *Reſcriptum quis poſsit impetrare,*
3 *Reſcriptis quæ ſint ſemper ſubintelligenda.*
4 *Reſcripti quæ ſint vires.*
5 *Reſcripti authoritas quantum duret.*
6 *Reſcriptum vt valeat quæ requirantur,& quid ei obijciatur.*
7 *Reſcriptum quomodo tollatur & elidatur.*
8 *Reſcripta quomodo debemus interpretari.*

RESCRIPTVM dictũ quaſi denuò vel iteratò ſcri-
ptũ,ſignificat aliquid ſcriptũ ſecundò, id eſt poſt ius
cõe.& quantũ ex doct.capitur , ſumitur dupliciter,vt
omittamus eã ſignificationẽ qua impropriè omne iũs poteſt
dicit reſcriptũ.¶Primò cõmuniter vt concernit tit.de reſcri.
& ſic ſecundum mentem Gofre.eſt mandatum principis fa-
ciens ius non generale,ſed ſpeciale in negotijs,& inter per-
ſonas,in quibus,& inter quas promulgatum eſt:vt C.de leg.
& conſtitu.l.j.ſiue tribuat ius,ſiue exercitium iuris alicui cõ-
petentis:& ſic comprehendit tria,de quibus ſtatim . Secun-
dò ſumitur ſpecialiter:& hoc tripliciter. Primò ſcilicet pro-
priè:& ſic ſecũdum Panormi.eod.titu.in rubr.eſt illud quod
princeps ſcribit ad iuris conſeruantiam:vt quãdo committit
cauſam decidendam inter aliquos:& ſecundò impropriè pro
priuilegio quod non eſt ad iuris conſeruantiam , ſed contra
ius,quaſi priuata lex.diſtinct.iij.priuilegia.Tertiò etiam im
propriè pro beneficio ſtrictè ſumptũ eſt gratia cõceſſa præ-
ter ius à principe:& hæc eſt quę latiſsimè interpretanda eſt:
vt in cap.olim.& ibi no.de verborum ſignificat.latiſsimè ta-
men,inquit Panorm.reſcriptum accipitur pro omnibus iſtis.
¶Primò autem quæritur,†quæ ſit diuerſitas literarũ vel re 1
ſcriptorum apoſtolicorum?Et dicit Archiepiſ.iij.parte. titu.
iiij.poſt Gofre.quòd reſcriptorum quædam ſunt generalia:
illa ſcilicet,in quibus generales ſeu indefinitæ clauſulæ cõti
nentur:vt dicendo,talis & talis,& quidam alij.vel ſuper deci
mis,poſſeſsionibus & rebus alijs:quo caſu ad perſonas aut
negotia maiora expreſsis non extenduntur.eo.tit.cap. ſedes
apoſtolica.Et ſimiliter ſi ponatur illa clauſula,cõditores,vel
illa,amoto inde.vel illa,vocatis.vel etiam ſi literæ dirigãtur
ad omnes.de pœniten.& re.cum ex eo.¶Quoddam verò eſt
ſpeciale:vt quod inter certos dirigitur , & ſuper certis & ex-
preſsis rebus ſeu negotijs ſine clauſula generali.eod.titu.ca.
j.&.c.paſtoralis.& tale non extenditur ad alias res aut perſo
nas.de off.deleg.c.P.&.G.&.c.olim.Opponitur vbi ſ.& ſol-
uitur:vbi vide ¶Quoddã etiã reſcriptum,ſiue quędã literæ
cõferũt iuriſdictionẽ,illæ ſcilicet,quibus cauſæ cognitio de
mãdatur:quod ex literarũ forma colligitur:vt cũ in eis con-
tinetur,ſi ita eſt,ſi præmiſsis veritas ſuffragatur,cognita ve-
ritate,iuſtitia mediante,ſicut de iure fuerit,qđ canonicũ,qđ
iuſtũ,vt ꝓmiſit,vt tenetur,prout in inſtrumẽto inde cõfecto
vel literis continetur.Et talis iudex, cui negotiũ à principe
cõmittitur,ſub aliqua de his formis, poſſet in figura iudicij
ꝓcedere,& alijs totã cauſam vel partẽ,cõmittere.de of.dele.
cũ te.&.c.ſuper quæſtionum.& ex cauſa poteſt recuſari,niſi
fuerit petitus.de of.dele.cum olim magiſter.ſed & tunc po-
terit recuſari ex noua cauſa.de of.deleg.inſinuãte. ¶Quædã
etiam literæ ſunt executoriæ:illæ ſcilicet:quibus ſine iudi-
ciali cognitiõe factum ſiue miniſteriũ delegatur.de of.dele.
c.vlt.Et talis nõ eſt iudex,ſed executor vel auditor: qui licet
poſsit recuſari niſi detur de volũtate partium,vel recipiatur
aſſenſu:tñ ab eo non poteſt appellari,niſi mãdati fines exce
dat.de off.deleg.ſuper quæſtionum.nec poteſt delegare:nec
exequẽdo partes iudicis aſſumere.vide vbi ſuprà.¶Quædã
etiã cõtinent ius cõmune:vt quibus mãdatur quod conſonat
iuri & æquitati,maximè cum in ſe cõtinent iuris determina
tiões,puta partibus vocatis,vel vocatis vocãdis , quod iuſtũ,
vel quod canonicũ eſt,& cõſimilia.¶Quędã verò continent
gratiã:vt quę cõtinent diſpenſationẽ.pœnæ debitæ remiſsio
nem,& in quibus ob fauorẽ,vtilitatẽ ſeu neceſsitatẽ recediť
à iure cõmuni,à quo tria faciũt diſcedere,vtilitas,neceſsitas,
& euidẽs meritorũ prærogatiua.j.q.vij.tali.de ele.innotuit.
Vide vbi ſuprà,& adde quòd reſcripta nõ extendunť ad per-
ſonas vel res in eis non comprehenſas, quoniam perſonalia
ſunt,& ſtrictè intelligẽda.eodem tit.ſignificauit. ¶Secundò
2 quæritur,†quis poſsit impetrare reſcriptum?Et dicit Direc.
lib.iiij.quòd tam actor quàm reus,etiam ſeruus.C.de preci.
Imper.of.l.vniuerſitas.& cõtra dominum in caſu.ff.de his q
ſunt ſui vel alie.iur.lib.vj.& quicunq; non prohibetur impe-
trare.¶Prohibetur autẽ hæreticus.C.de ſum.tri.l.ij.& excõ-
municatus.extra eo.dilectus.& de procur.c.fin.niſi de excõ-
municatione ſua & cauſa excõmunicationis mentionẽ faciat
in reſcripto.extra eod.ab excõmunicato.nec ipſo iure valet
illud,aut proceſſus per illud habitus,ſi ab excõmunicato ſu
per alio quàm excommunicationis vel appellatiõis articulo
fuerit impetratũ.eo.ti.ipſo iure.lib.vj.Et ſi procurator excõ
municatus impetrauit literas pro aliquo,reſcriptũ,ſecũdum
Ioã.Mo.& Ioan.And.nõ valebit.extra de proba.poſt ceſsio-
nem quia ſi nõ licet principali excõmunicato ꝓ ſe impetra-
re.nec ꝓ alio.Et hoc ſecũdum Dir.quo ad forũ conſcientiæ
etiã ſi ſit omnino ſecretũ.Vide etiã infrà,§.vij.ad fin. ¶Ter-
3 tiò quæritur,†quæ ſint intelligẽda in reſcripto impetrato &
qualiter?Et dico quòd in eo ſemper debet intelligi ſi preces
veritate nitãtur,eo.ti.ſuper literis.Et clauſula ſolita apponi
de ſtylo curię,ſubintelligitur ſi caſu nõ ſit expreſſa,ſecundũ
Pan.in c.cũ oportet.de cõſti.Et illa clauſula,ſi ita eſt , debet
ad omnia præcedẽtia referri,ſecũdũ Ber.in c.olim.eo.ti.vbi
tñ ponũtur opiniones in gl.Vide Pan.in c.ſecundò requiris.
de app.Et dic etiã quòd falſa expreſsio in reſcripto vel gra-
tia,ſi nõ fuit cauſa inductiua principis,qa pariter ea ſuppreſ-
ſa literas dediſſet,nec fuit appoſita cauſa reſtringẽdi gratiã,
nõ nocet,ſcd̃m dominos de Rot.deciſ.ccclxviij.& Pan.in c.
ſignificauit.& in c.ſuper literis.eo.ti.Et illa clauſula.& quidã
alij talis diœceſis,nõ extẽditur ad eos de ciuitate,niſi dicať,
& quidã alij de ciuitate & diœceſi:ſecus ſi diceretur,talis epi
ſcopatus,vt in c.Rodulphus.eo.ti.in gl.Et in iſta clauſula , ſi
ꝑ alio nõ ſcripſerimus,ſemper ſubintelligitur quando papa
ſcribit quòd alicui ꝓuideatur de beneficio in aliqua eccleſia,
etiã ſi nõ apponatur.eo.ti.mãdamus.in gl.Et per hãc clauſu
lã generalẽ,quidã alij,nõ poſſunt plures quatuor citari.eod.
tit. cũ in multis.lib.vj.vide ſi vis.Et in eo debet ſeruari ordo
ſcripturæ.eo.ti.cum dilecta.in gl.Et ſi princeps mãdet reuo
cari quicquid factũ eſt,vel immutatũ in tali cauſa,tale reſcri
ptũ debet intelligi in facto minꝰ legitimè.argu.c.audita . de
reſti.ſpo.quia & ſi nõ liceat de poteſtate cõcedẽtis reſcriptũ
diſputare.xvij.q.iiij.§.qui autẽ ſecus de ſciẽtia & voluntate
eius:& in hoc poteſt haberi interpretatio iuſtificatiua. Vide
ad hoc gl.in c.præterea.diſt. xxiij.¶Quartò quæritur,†quæ 4
ſint vires reſcripti?Et dicit Arc.vbi ſuprà poſt Gof.quòd aut
eſt ſecũdum,aut præter,aut cõtra ius.Si quidem ſit ſecundũ
ius habet vim cõſtitutiõis:& eſt decretalis epiſtola authori
tatem habẽs in cauſis diffiniendis.xix.diſt.per totũ.¶Simili-
ter ſi ſit præter ius,habet vim conſtitutionis,& arctat eos ad
quos dirigitur.diſt.xix.in memoriã.aut aſsignent rationabi-
lem cauſam quare adimplere nõ poſsint,eo.ti.ſi quãdo . ¶Si
verò ſit cõtra ius,ſi quidẽ cõtra diuinũ,repellitur,niſi ſit ius
modificatũ.de quo vide ibi:ſi autẽ cõtra poſitiuũ, abijciẽdũ
eſt.xxv.q.ij.reſcripta.C.de preci.Impera.offe.l.reſcripta.nec
ratiõe reſcripti à iure cõmuni recedendũ eſt.de æta.& quali.
eam te.niſi expreſſe in eo cõtineatur,nõ obſtãte cõſtitutiõe
vel iure tali.ff.de le.iij.l.ſi quis.de off.dele.ſuper quæſtionũ.
¶Si verò ſit cõtra cõſuetudinẽ,pręualet cõſuetudo:qa præ-
ualet iuri,ſi ſit rationabilis & præſcripta.vt dictum eſt . ¶Si
autẽ ſit cõtra fiſcum vel publicam vtilitatẽ,reſpuitur prima
iuſsio,& expectatur ſecunda.C.de preci. Impera.offer.l.nec
damnoſa.in authent.vt nulli.§.& hoc quoque iubemus.¶Si
verò ſit cõtra ius priuati,diſtinguitur. Nam ſi ſit in modicã
læſionẽ,vt quòd nõ admiſsis dilatorijs exceptionibus proce-
datur in principali,vel quòd actio,ſeu petitio alicuius differa
tur:vt cum indulgetur cruce ſignatis nõ poſſe cõueniri tem
pore crucis,valet:vt C.de perci.Imper.offe.l.quoties.& l.re-
ſcripta.quia modica damna tolerantur.arg.xij.q.ij.terrulas.
Si autem enormem læſionẽ inducat,& in totũ ius eius abſor
beat,nõ valet:vt in d.l.quoties.& de decimis.ſuggeſtũ. Vide 5
vbi ſuprà.¶Quintò quæritur,†quantum duret reſcripti au-
thoritas?Et dico quòd perditur per negligentiã impetrantis
anno elapſo,ſi vti potuit & neglexit,ſi ſecũdum impetretur
cõtra primum,non facta mentione de eo.eod.ti.ſi autem.&
c.plerunq;.Si verò non impetratur ſecũdum,de iure canoni
co durat durante mandatore,ſecundum Gloſ.in d.c.ſi autẽ.
quãuis de iure ciuili duret per decenniũ,ſi impetrans habue-
rit copiã iudicũ,& neglexerit vti.C.de diuer.reſcrip.l. falſo.
cõcord.Gof.addẽs quòd ille annus incipit currere ab impe-
tratione ſecundi:quia nec annus ſolus nec reſcriptum ſecun-
dum ſolum poſſet tollere primum.ſed vtrunque requiritur. 6
¶Sextò quęritur,†quomodo reſcriptũ valeat,& quid oppo-
ni poſsit cõtra illud?Et dicit Dir.quò ad hoc vt teneat,nihil
debet ſupprimi ex his quę mouere poſſunt animũ principis
ad dandum illud vel denegandũ:& primò quidem exprimẽ-
da eſt ſeries facti:de cohabita.cler.c.ſuper eo.item proceſſus
cauſæ.de re iudi.inter monaſterium.Et ſi per ſuggeſtionem
falſi vel ſuppreſsionem veri reſcriptum fuit impetratũ, tolli
tur.extra eo.ſuper literis.vbi notantur aliquæ regulæ. ¶Pri
ma.Qui per fraudẽ aut malitiã literas impetrauit expreſſa
falſitate vel ſuppreſſa veritate,nullum cõmodũ ex eis conſe
quitur:vt in d.c.ſuper literis.&.c.ad aures.de præben.non po
reſt.li.vj.¶Secunda.Qui verò per ſimplicitatẽ aut ignoran-
tiam impetrat, expreſſa tali falſitate vel ſuppreſſa veritate,
quæ ſi eſſet ſuppreſſa vel expreſſa,papa nihilominus in for-
ma cõmuni literas cõceſsiſſet:poterit peterẽ vt iudex dele-
gatus ſecũdum ordinẽ iuris in cauſa procedat:licet nõ ſecun
dum formã in literis conceſſam.d.c.ſuper literis.&.c.ex inſi
nuatione.Si verò papa nullatenus erat cõceſſurus , reſcriptũ
nõ valet:quia dicitur in d.c.ſuper literis.quòd delegatus ꝓ-

cedere nõ debet:imò ſecũdum Sum.Ang.& Roſ.etiã ſi non
ita de faci.i erat cõceſſurus.quod Pan.ibi videtur ꝓbare per
c.poſtulaſti.eo.ti.& profectò cõcludi poteſt,ſecũdum eum.
quòd omne quo expreſſo vel ſuppreſſo papa aut nõ cõceſſiſ
ſet,aut nõ ita de facili,vitiat gratiã vel priuilegium:non au-
tem literas ad lites:vt idem dicit in c.quia circa.de cõſan.qa
ex ſubreptiõe non ſunt ipſo iure nullæ, ſed annullandæ per
exceptionem:vt in c.cæterum.& in c.plerũq;.& in c. ſi autẽ.
extra eo.Sed videtur quod illud verbum,de facili,nõ debeat
addi:per tex.& no.in d.c.ſuper literis. vbi vide.&videtur hoc
etiam de mente Arch.poſt Gofre.vt §.ſequenti.Adde etiam
quod no.Gof.in c.ſi motu proprio.de præbend.lib. vj. quod
licet motus proprius excludat ſubreptionem:non tamen vi-
tia tollit,nec ad beneficia perſonã illegitimã habilitat.Vnde
nõ tollit defectum natalium,vel ætatis,& ſimilia:quæ licet
per viam ſubreptionis non poſsint opinio, tamen per viam
iuris cõmunis bene poſſunt:cum proprius motus talium di-
ſpenſationem non faciat.Dicit etiam quòd certa ſcientia, ſi
nõ exprimatur in literis,poteſt probari per teſtes:nõ autem
motus proprius:licet non audiatur aduerſarius ſi velit pro-
bare quòd papa fecerit ad inſtantiã alterius:quia eſſe argue
re papam de mendacio.Adde etiam ſecundum Panor.in d.c.
ſuper literis,quòd iudex etiam delegatus in dubio poteſt co-
gnoſcere de validitate reſcripti.Vtrum autẽ dicta diſtinctio
locum habeat in literis beneficialibus.Vide Pan. in d.c.ſup
7 literis.¶Septimò quæritur,†quomodo reſcriptum tollatur
& elidatur?Et dicit Arch.j.vbi ſuprà poſt Gofr.quòd multis
modis.¶Primò ſi fuit impetratum ſciẽter expreſſa falſitate
aut veritate ſuppreſſa:vel etiam ignorãter:ſed ſi tali,qua nõ
interueniente literæ non fuiſſent obtentæ.d.c. ſuper literis.
etiam ſi ſit cõſentaneũ iuri.xxv.q.ij.& ſi legibus.etiam ſi per
mendaciũ iuris obtineatur.ead.q.præſcriptũ.& C. ſi contra
ius vel vti.pub.l.præſcriptione.vt ſi principi ſuggeratur eſſe
de iure quod nõ eſt,licet nõ ſit veriſimile principem in hoc
falli.C.de teſta.l.omniũ.¶Secũdò per reſcriptum ſecundum
faciẽs de ipſo mentionem,& hoc ipſo iure.de offi.deleg. ex
literis.&.c.paſtoralis. §.præterea.in fine.Si verò de eo nõ fa-
ciat mentionẽ,ecõtrario ſecũdum tollitur per primum,non
ipſo iure,ſed ope exceptionis.& ſic intelligitur extra eo.cæ-
terum.& cap.ex parte.niſi impetrãs primum fuiſſet in mora
præſentãdi per annũ.eod.tit.c.ſi autem.& ſi dubitetur quod
ſit prius & quod poſterius,quia eadem eſt data vtriuſq;:tunc
ſi impetrata ſunt à diuerſis ſuper diuerſis,ſed ad eoſdẽ iudi-
ces,ſuperior cõſulatur.de offic.deleg.ſanè. Si verò à diuerſis
ad diuerſos iudices,ſed ſuper eodẽ negotio, ſeruetur doctri-
na.c.paſtoralis.&.c.cum contingat.eod.tit.¶Tertiò eliditur
primum generale per ſecundum ſpeciale,etiã ſi de generali
nõ faciat mentionẽ,in eo tamen quod in ſpeciali ſpecialiter
cõtinetur.d.c.paſtoralis.vbi autẽ vtrũq; eſt ſpeciale,ſed vnũ
ſuper certo,aliud ſuper incerto:requiritur in ſecũdo mẽtio
de priori:de offic.deleg.c.ex parte.¶Quartò tollunt reſcri
pta,ſi ab eodẽ duo paria fuerint impetrata, quorũ poſterius
de priori non faciat mentionem,ſi obtenta ſunt ad diuerſos
iudices cauſa vexandi reum coram diuerſis: ſecus ſi fiat ad
cautelã ne alterum amittatur,vel iudices vnius interim mo
riãtur,vno tamen impetrato,vti intendit,eod.tit.ex tenore.
& C.de aſſer.tol.l.j.§.vlt.ſecus etiam ſi duo eiuſdem tenoris
impetrentur ad eoſdem iudices,quia vnũ vidẽtur.ff.de teſta.
l.vnum.Sed de iſtis diuerſitatibus vide plura contentioſa per
eoſdem,vbi ſuprà.¶Quintò eliditur ſi ab appellato fuerit
impetratum intra tempus appellationis præfixum:de appel.
c.ſæpe.&.c.oblatæ.de cõfirma.vti.vel inuti. bonę memorię.
¶Sextò ſi impetratum fuit ab excõmunicato.de ęta.& qual.
cap.cum bonæ.de proba.poſt ceſsionem.de procurat.c.fina.
¶Septimò ſi obtentum ſit lite pendẽte:vt lite pend.c.j.& ij.
& vlt.quia lite pendente ſupplicare non licet,niſi in caſibus.
C.vt lit.pend.l.ij.¶Octauò ex vitio viſibili:de quo ponuntur
ſeptem exempla.extra de crimi.fal.licet.vel inuiſibili,intelli
gibili tamẽ:vt eſt expreſsio falſitatis & ſuppreſsio veritatis,
de quo dictum eſt.¶Nonò cum literæ impetrantur nõ con-
tinentes ſeriem facti.de cohab.cler.c.ſuper eo.& cauſam fa-
cti.de reſcrip.dilectus.de ſenten.excommu.c.cum pro cauſa.
¶Decimò,ſi mentio non fiat de diſpenſatiõe.de fil.presby.
cap.ex tua.de cõpoſitione,extra de deci.ex multiplici.de ſta
tuto,extra de reſcrip.c.conſtitutus.de priuilegio,eodem tit.
cum ordinem.de ſenten.& re iudic.cap.inter monaſterium.
¶Vndecimò etiam eliditur,ſi per alium ſine mandato do-
mini impetretur.eodem titu.cap.nonnulli.quæ exceptio ho-
die ſecundum obſeruatam conſuetudinem locum habet in
audientia literarum,non in iudicio negotiorum.Et ſi oppo-
nãtur ex decretali,ex parte.eodem titu.quod loquitur in ꝓ-
curatore reuocato,cuius impetrationẽ dominus ratam non
habebat:ſecus ſi is,cuius nomine impetratur,etiam ſine mã
dato,ratam habet impetrationem.Poteſt autem quis impe-
trare pro alio ſine mandato,ſi ſit,de illis perſonis, à quibus
nõ exigitur de iure mandatũ:vt in d.c.nõnulli.&.c.ex parte.
Quæ autem ſint illæ perſonæ.vide ff.de procu.l. ſed & hæ
perſonæ.Hæc ex illis.¶Quibus adde primò quòd reſcriptũ
nõ vitiatur propter defectũ literæ vel ſyllabæ:ſecus ſi eſſet
ibi falſa Latinitas.de fide inſtru.c.ex parte:in text.& in gloſ.
Et ſecundò quòd expreſsio vel ſuppreſsio eius,ſine quo non
fuiſſet conceſſum,illud vitiat,etiã ſi concedatur motu pro-
prio.quia motus proprius,licet excludat ſubreptionem,non
tamen confirmat gratiam contra intentionem concedẽtis,
ſecundum Ioan.Andr.in d.c.ſi motu proprio. Ad quod vide
gloſ.in cle.ſi Romanus.de præbẽ.quæ dicit quòd motus ꝓ-
prius nihil operatur vltra caſus expreſſos in iure. Et tertiò
quòd qualiter oporteat reſcriptũ mẽtionẽ facere de iure vel
ſtatuto.Pan.in c.nõnulli.de reſcri.diffuſe proſequitur.& ibi
vide.Et quartò quòd ſunt multa alia expreſſa in iure,ꝑpter
quæ reſcriptũ eliditur:de quibus Hoſ.in Sum.eo.ti.& omnia
includuntur ſub duabus regulis dictis in vj.§.in qua re iudex
ex probabilibus cõiecturis arbitrabitur.Quomodo autẽ re-
ſcriptum vel alia ſcriptura dicatur falſa,infrà Tabellio.§.x.
¶Octauò quæritur,† quomodo reſcripta debeamus inter- 8
pretari?Et dico quòd do.Bapt.de Fliſco in quodã opuſculo
ſic dicit.Quãtũ ad interpretationẽ reſcriptorũ.¶Prima cõ-
cluſio.Interpretatio reſcripti fit ſecundũ ius cõe. c. cauſam.
de reſcrip.& in c.licet.de præbẽ.& ideo oẽs clauſulæ reſcri-
pti recipiũt limitationes & interpretationes iuris cõmunis.
Dominicus in c.licet canon.de ele.li.vj.ita colligit ex verbis
Io.Mo.& Io.An.ibi.doc.Fel.hęc bene examinat in c.cauſam.
de reſcrip.¶Secũda.In reſcripto nõ attenditur narratio,ſed
cõcluſio.Bal.in l.pręſcriptiõe.ad fin.C.ſi cõtra ius.¶Tertia.
Reſcriptũ recipit vires ex intellectu ſcribentis.Inn.in c.cum
eccleſiaſticæ.poſt mediũ.ibi,ſed dices quare.de exce.& ideo
ſemper ad voluntatem reſcribentis eſt recurrendum:& pre-
ſumitur fuiſſe talis mentis,qualis eſſe debet.Bald.in l.ex fa-
cto.in iiij.not.ff.de vulgari & pupillari. ¶Quarta Reſcripta
etiam ad beneficia interpretantur ſtrictè.c.quãuis.lo primo.
de præben.libro vj.& ideo Rota decidit quòd reſcripta ad
beneficia non debent extendi.Limita hoc,niſi literę ad bene
ficia ſint fauorabiles,vel proprio motu conceſſæ,vel conce-
dãtur in cõmutationem damni quod habuit occaſiõe eccle
ſię,cui pro ipſo ſcribitur:vt omnia iſta declarat pulchrè Feli.
in cap.cauſam.de reſcrip.in colum.vij. ¶Quinta. Reſcripta
ad lites



ad lites ſtrictius interpretantur quantum ad beneficia eccle
ſiaſtica.Abbas in c.capitulum.col.iiij.de reſcri. Vide tamen
But.in c.olim.in fi.de ver.ſig.volentem quòd in beneficiali-
bus fiat ſtrictior interpretatio.¶Sexta.Licet reſcriptum de-
beat in dubio accommodari iuri communi:ſecus tamen vbi
apertè conſtat de contraria voluntate papæ.But.in c.ex par
te.col.ij.de offic.deleg.in no.vj.¶Septima. Licet reſcripta
debeant interpretari ſtrictè vt reducantur ad ius commune:
fallit tamen vbi ſunt expreſſe contra ius cõmune: quia tunc
latiſsimè interpretantur,quantum patitur proprietas verbo
rum & mens mandãtis.vide de hoc Feli.in c.cauſam.col.viij.

## De Reſidentia.

1 *Reſidentia quid,& an clericus reſidere teneatur.*
2 *Beneficio an ſeruiat,quis per alium,ſi poßit per ſe.*
3 *Clericus an ad tempus poßit ſe à ſuo beneficio abſentare.*
4 *Clericus an poßit peregrinari.*
5 *Clericus non reſidens an priuari poßit beneficio.*
6 *Clericus non reſidens an reſtituat fructus interim perceptos.*
7 *Clericus non reſidens quando habeatur pro reſidente.*

RESIDENTIA importat ex nomine ſuo iugem,&
penè continuã ſeſsionem,quaſi iterata ſeſsio.Et ſecũ
dum mentem Gof.in ꝓpoſito eſt perſonalis ſolutio
proprij officij in proprio beneficio. Vnde dicit quòd reſide-
re in eccleſia,eſt in ea ſeruire beneficio,& eius curã habere,
ſcilicet perſonaliter.de cle.nõ reſi. cõquerente. Vnde ſcđm
eum ex duobus dicitur clericus nõ reſidere. Primò ſi perſo-
naliter nõ reſidet.Secũdò,ſi perſonaliter quidẽ reſidet, ſed
nõ deſeruit beneficio,nec eccleſiæ curã habet. Et idẽ ſentit
Hoſt.dicens quòd debet eccleſiæ ſeruire in ſuo ordine.de fi-
lijs presby.ꝓpoſuit.quia parũ eſſet præſentiã exhibere,& ec
cleſiæ ꝓpriæ curã negligere.¶Primò ergo quæritur,†vtrũ
clericus reſidere teneatur?Et dico quòd ſic habẽs beneficiũ
curatũ.de ele.licet canon.li.vj.& ſimiliter habens quodcũq;,
ſi hoc cõpetat ex ſtatuto vel priuilegio aut cõſuetudine ap-
probata,vt no.Inno.in c.clericos.de cle.nõ reſi.addens omne
beneficiũ reſidentiam requirere,niſi cõſtet de cõtrario,imò,
ſecundũ Hoſt.quilibet clericus beneficiatus tenetur reſide-
re.c.clericos.& de cle.nõ reſi.quia nonnulli.ſiue beneficium
magnũ ſit.vij.q.j.peruenit.ſiue paruũ.extra eo. cõquerente.
& debet beneficiatus intereſſe matutinis & veſperis: aliàs ſi
ſit incorrigibilis,deponitur.di.xxxvj.c.ſi. ¶Secundò quæri-
tur,†vtrũ aliquo caſu poſsit quis in ſuo bñficio reſidere ſeu
deſeruire per aliũ,ſi ipſe poſsit ſeruire per ſe?Et dicit Pan.in
c.quia nonnulli.de cle.non reſi.quòd non de iure.tex.eſt in l.
nullus.qui nexu.C.de decu.ſiue beneficiũ ſit ſimplex ſiue cu
ratum:ſed de cõſuetudine ſic in ſimplicibus: nõ autem in cu
ratis,niſi cõſuetudo eſſet rationabilis:puta quia beneficiũ te
nue,& huiuſmodi:quo caſu valeret.facit c.licet de elec.li.vj.
Sed tu dic idem etiam de ſimplici, quòd niſi conſuetudo ſit
ex legitima & rationabili cauſa non valet:quia eſſet eccle-
ſiæ damnoſa.& idem dic de diſpenſatione:quia aliàs eſſet diſ
ſipatio,arg.no.per Inno.in c.ex tuæ.de cle.non reſi. Et ratio
eſt quia ex non reſidentia multa mala proueniunt:quia prin
cipales comedunt,ea quibus eccleſia reparanda vel paupe-
res recreandi erant:deſeruientes etiam vice principalium,
tum vix poſsint viuere,quærunt per fas & nefas quæ ſua ſunt,
non quæ Ieſu Chriſti. Vide.tamen tenet quod in cõſcientia
excuſatur à peccato non reſidens,ſi prouidet ſuis impenſis
quòd eccleſia decenter & populus bene regatur: & ibi bene
viuens bonum ſubditis præbet exemplũ:& aliqñ officiũ per
ſe exercet:& videt quomodo officiantur ſubditi. Sed hoc in-
tellige ſolùm quando pro cauſa neceſſaria vel vtili eccleſiæ
eſt abſens.l.de pollicitatiõibus.ff.eo.& l.ſi abſente.ff.de leg.
vel etiam ſecundum Lud.de Ro.qñ pro cauſa neceſſaria &
vtili ſibi:vt ſi vadat ad balnea.d.l.ſi abſente.& d.l.de pollici-
tationibus.aliàs nõ:quia eccleſiæ ſiue populi nõ ſunt ꝑpter
rectores,ſed econtrario,ſcđm S.Tho.¶Prædicta tñ intelli-
go de nõ reſidentia aut ad annũ aut ad menſes: quia tempo-
re arbitrio boniviri modico pro honeſta recreatione aut cõ
ſolatione amici aut ꝓpria vtilitate nõ videtur illicitũ reſide
re per alium:quia ſcđm Philoſophum & iura,modicitas eſt
quaſi nihilitas.Nam modicũ quaſi nihil accipitur ij. Phy.&
modica damna tolerãtur.xij.q.ij.terrulas.&.c. ſi quis de ſer-
uis.&.c.bonæ rei.& de his quæ fi.à præla.ſine cõ.cap.c.paſto
ralis.ff.de in inte.reſt.l.Seio.& ſimiliter toleratur modica de
ceptio.ff.de mi.l.in cauſis.§.idem Pomponius. magna verò
reſcinditur.C.de reſcin.ven.l.rem maioris.Vide etiã j. Vica-
rius.§.v.¶Tertiò quæritur,†vtrum clericus aliqñ ſe ad tem 3
pus poſsit à ſuo beneficio abſentare?Et dico quòd non, niſi
duo cõcurrant ſimul,cauſa ſcilicet rationabilis, & licentia
ſui prælati:vt in c.relatum.de cle.non re.ex conſuetudine ta
men ſufficeret primum ſine ſecundo,ſecundũ Innoc. in c.ex
tuæ.eo.tit.Et idem dicit Pan.in d.c.relatum.ſi occurreret ne
ceſsitas,quæ dilationem non pateretur vt poſsit adire præla
tum.l.j.ff.de exer.act.& l.tutor qui repertorium.ff.de admi.
tu.quod videtur limitandum ſecundum Io.And.in d.c.rela-
tum.qñ in breui eſt reuerſurus.¶Quartò quæritur,†vtrum 4
clericus poſsit peregrinari?Et dico quòd non ſine licentia ſu
perioris.de conſe.di.v.non oportet.nec etiã epiſcopus.de vo.
magnæ.Ex cauſa tamen proſequendę appellationis ſiue pro
euitãda oppreſsione poteſt adire papam vel aliũ ſuperiorem
inuito epiſcopo vel prælato ſuo.ij.q.vj.omnis oppreſſus.&tri
bus c.ſeq.vt no.gl.in c.vt debitis.de app. Credo tamen quòd
ſemper ad minus de honeſtate debeat licentiã petere,ar.c.li
cet.de reg.niſi ipſe ſuperior eſſet in cauſa:puta quia iniuſtè
opprimit,vel ab eo appellatur. Ex ſola autem vtilitate ſine
cauſa neceſſaria non licet ei adire papã, ſine licentia cuius
vel ſui prælati,in auth.de epiſ.& cle.§.interdicimus. nec ad-
mitti debet in aliena diœceſi ad celebrandũ,niſi habeat licẽ
tiam ſui epiſcopi:vt no.Pan.in c.fraternitati.de cle.non.reſi.
¶Quintò quæritur,†vtrũ clericus nõ reſidens priuari poſsit
beneficio?Et dico vt patet in c.tuæ.de cle.nõ re.ſi clericus ſe 5
fraudulenter abſentat,nec ad eum poteſt citatio venire:pu-
ta quia neſcitur vbi ſit,tribus publicis edictis citabitur ad ec
cleſiam:&ſi poſtea expectatus per ſex menſes nõ reſpõdeat,
priuabitur eccleſia ſua.quod ſecundum Hoſt. de epiſcopis
non intelligitur:& ſecundum Io.And.nõ ſufficeret vnum e-
dictũ,licet peremptoriũ:ſi tamen infra præſentiã copiã ſui
faciat,ſecundũ Hoſt.procedi nõ poſſet ex edicto quod non
peruenit ad eum.Vide ibi.Aliàs etiã nõ reſidens priuari põt,
ſi monitus iuſta cauſa ceſſante nõ redeat de cle.nõ re.c.vlt.
quod Io.And.ibi dicit intelligi de beneficijs curatis vel etiã
ſimplicibus,ſi reſidentiã exigãt ex priuilegio vel ſtatuto aut
cõſuetudine.Si verò beneficia reſidentiã nõ exigũt,cogi non
põt ad reſidentiã,niſi eſſet neceſsitas vel vtilitas eccleſię no
uiter ſuborta.ar.viij.q.j.quia frater.ſcđm Inno.tñ in c.ex tuę
de cle.nõ re.diſtinguit.Nã ſi erat abſens ex neceſſaria cauſa
vel etiã probabili,puta ſtudiorũ,vel cũ epiſcopo,& huiuſmo
di,priuari nõ põt,niſi citetur primò vbicunq; fuerit, niſi ha-
beret certũ tempus ad rñdendũ ex qualitate negotij, vel a-
liàs,& nõ veniret:quia ex tũc alteri licitè daret nec eſſet ci-
tatio neceſſaria,nec expectatio ſex menſiũ,de quibus in d.c.
ex tuæ.&vij.q.j.præſentiũ.Sed verius alij dicũt quòd illa duo
requiruntur:quia illi obeſſe non debet quòd habuit abſen-
tiæ ſuæ initium bonum,& fortè potuit ſuboriri cauſa iuſtæ
moræ

moræ vltra tempus limitatum: tenetur tamen talis ſemper
notificare vbi moratur, cum ex cauſa rationabili ſemper re-
uocari poſsit pro neceſsitate eccleſiæ. quod ſi non fecerit, la
titare præſumitur. Si verò eſt abſens non ex cauſa legitima,
ſi hoc eſt certum, priuari poteſt: aliàs debet citari & ſex men
ſibus expectari, & poſtea priuari poteſt: ſi tamen eccleſiã ha
beret pro derelicto: vt quia cõtraxit matrimoniũ: vel factus
eſt miles aut ioculator, cũ de hoc cõſtiterit, ſtatim põt alteri
conferre, ſecundum gl. eo. tit. c. vlt. Et no. quòd habens offici
um in eccleſia, ſemper debet apparere: nec ad eũ eſt mitten-
da citatio poſt expectationem ſex menſiũ: quia edictũ emiſ-
6 ſum eſt ſecundum Inno. ibidem. ¶ Sextò quæritur, † vtrum
clericus non reſidens teneat̃ reſtituere fructus in abſentia ex
ſuo beneficio perceptos? Et dicit Veruec. quòd illi qui non
reſident in beneficio, nec implent in eo ſua officia, ſed volu-
ptatibus vacant, nihil iuris habent in rebus eccleſiaſticis. qđ
intellige primò quaſi ex ſuo beneficio recipiendis. de cle. nõ
re. quia nonnulli. Secus ſi vt pauper ex neceſsitate. & ſecun-
do ſi non reſident, & male conſumunt: ſecus ſi nõ reſident ſo
lum, niſi cõdemnẽtur: vt ſ. Clericus. iiij. §. xxiiij. & ſi recipiũt,
reſtituere tenentur. quod intellige ſi habent bona, quæ non
ſint eccleſiæ: aliàs non: nec tenentur ſibi ſubtrahere neceſſa
ria vitæ, non recipiendo ab eccleſia vt reſtituant illi. arg. eo-
rum quæ no. in c. ſuper. de cauſa poſ. vbi no. Io. de Lig. quòd
nudus poſſeſſor eccleſiaſtici beneficij non tenetur de con-
ſumptis, ſicut alij nudi poſſeſſores. quod Pan. ibi limitat quã
do conſumpſit bono modo, ſicut debet facere alius clericus.
Si autem male quidem conſumunt, ſed tamen reſident, vel
habentur pro reſidentibus: dic vt ſ. Clericus. iiij. §. xxj. & xx-
7 iiij. ¶ Septimò quæritur, † ex quibus cauſis non reſidens in-
telligatur reſidere, vt ſcilicet beneficio priuari non poſsit, &
licitè fructus recipiat? Et dico quòd ex multis. ¶ Primò ſi eſt
abſens pro negotijs eccleſiæ: de cler. non reſi. ex parte. quia
ibi hoc licet, etiam ſi iurauit reſidere: quia iuramentum re-
cipit legitimam interpretationem, ſecundum Inno. Vel ge
neraliter ſi eſt aliàs ex iuſta cauſa abſens. puta propter inimi
citias, & huiuſmodi, iuxta dicta ſ. §. iij. vt eo. ti. inter quatuor.
& tũc debet per vicarium ſeruire. ¶ Secundò ſi eſt in ſeruitio
papæ. eo. tit. cùm dilectus. eo. tit. ad audientiam. & c. de cæte-
ro. quod ſecundum Io. Andr. de ſeruientibus & aſsiſtentibus
papæ debet intelligi: vt ſunt capellani & ſimiles, non tabel-
liones conducti, qui contenti debent eſſe lucro ſuo. Sed me-
lius hoc priuilegium ſecundum Hoſt. habent omnes qui mo
rantur in curia papæ ex præcepto eius, etiam ſi ſint ſcripto-
res: ſecus ſi propria voluntate. Et idem de ſeruientibus lega-
to quo ad prouinciam ſibi commiſſam, ſecundum Io. Andr.
& Cardinalibus ſecũdum Hoſt. & ita habet conſuetudo. Et
idem de ſeruientibus epiſcopo proprio. eo. ti. ad audientiam.
& c. de cætero. etiam ſi non ſint canonici, ſecundum Petrum
etiam ſi habeant curam. de conſe. diſtin. j. iubemus. & ij. q. vj.
cùm paſtoris. epiſcopus autem ſuffraganeus ſi moratur
cum archiepiſcopo non videtur reſidere. arg. cap. paſtoralis.
de offi. or. ¶ Tertiò cùm eſt in ſtudio Theologiæ per quin-
que annos, ſi ſtudet: aut ſemper, ſi docet. de magiſt. ſuper ſpe
cula. etiam ſine licentia prælati, cùm eam habeat à iure, niſi
ſit religioſus: in alijs autem ſcientijs requiritur licentia præ
lati. eo. ti. tuæ. quam dare poteſt epiſcopus promoto ad eccle
ſiam parochialem, etiam antequam ſit ſacerdos, per ſepten-
nium: vt de elec. cùm eo. li. vj. Prædicti tamen non recipient
quotidianas diſtributiones, quæ non ſolent dari niſi reſiden
tibus: ſed ſolum infirmi. ¶ Quartò ſi ſit infirmus. d. c. ad audi-
entiam. qui percipiet etiam diſtributiones: vt in c. vnico. eod.
titu. libr. vj. quod Io. Andr. limitat quando aliàs erat reſidens
aut ſeruiens, & infirmitate impeditur reſidere aut ſeruire: a-
liàs ſecus: ſicut dicit idem in c. vno. lib. vj. de canonico Bono-
nienſi qui continuè moratur Mutinæ, & ibi infirmatus eſt,
qui non percipiet: quia non infirmitas, ſed abſentia fuit cau-
ſa principalis quòd non interſit diuinis. Et idem inquit de eo
qui erat præſens, & conſueuerat non intereſſe, & nunc infir-
matur: quia iura intelliguntur quando infirmitas eſt proxi-
ma & immediata cauſa non intereſſendi diuinis. Res inter
alios acta non præiudicat alijs, nec prodeſt. ff. qui po. in pig.
ha. l. Claudius. in fi. & de reg. iu. quanuis. quod tamen in qui-
buſdam caſibus fallit, de quibus glo. & Doc. in cap. quanuis.

¶ De Reſtitutione j. quid ſit, & quo ordine ſit proceden-
dum, vt quiſque faciliter poſsit inuenire quod quærit.

RESTITVTIO dicitur quaſi iterata ſtatutio ſiue ſi-
tuatio: & importat quãdã reintegrationem ſeu reno-
uationem prioris ſitus quo ad locũ: ſicut eliminatus
de loco, & in eo iterũ collocatus dicit̃ reſtitutus loco vel prio
ris ſtatus quo ad alia: vnde reſtitutio eſt in priſtinũ ſtatũ re-
poſitio. l. reſtituere. ff. de verb. ſig. ¶ Eſt aũt duplex reſtitutio.
Prima eſt, qua prior ſtatus totaliter innouat̃: & ſic dicit̃ reſti
tutio in integrũ, qua redditur poſſeſsio rei aut æquiualentis
& fructus priſtinũ ius, & audientia, & omnia, & à Iuriſtis dici
tur eſſe prioris ſtatus vel iuris reintegratio, per quã ſubueni-
tur minoribus & eccleſijs: vt in l. j. C. de ſen. paſ. & c. auditis.
de in inte. reſti. in gl. fi. eſt etiã reintegratio audientiæ, ſcđm
Spe. & l. quod ſi minor. §. ſi reſtitutio. ff. de mi. & per eã ſubue
nitur minoribus & eccleſijs. C. de repu. l. j. & C. de in inte. reſt.
l. poſtulata. & quandoq; ex legitima & iuſta cauſa ſubueni-
tur etiã maioribus: vt ff. ex qui. cau. maio. per totũ. & ſic in-
telligitur. c. ex literis. extra eo. & c. cũ Bertoldus. de re iud. &
c. ſignificante. de pig. quod tamen qñ & qũo fiat, vide in eiſ-
dem c. & extra eo. per totũ. ¶ Secũda eſt, qua prior ſtatus nõ
renouatur in totũ, ſed ſolum rei poſſeſsio vel æquiualentis,
per quam ſatisfit de re ablata & damno ac intereſſe: & ſigni
ficatur aliqñ nomine redditionis. de vſur. cùm tu. aliquando
nomine ſatisfactionis. de rap. in literis. & de iſta in ti. iſto in-
tẽdimus. ¶ Vt aũt quiſq; faciliter in hac materia ſatis ampla
& cõfuſa poſsit inuenire quod quærit, ſic ꝓcedendũ videtur
vt primò agatur de ordine agendi: ſecundò videatur qũo &
quantum quis ad reſtitutionem teneatur in genere: & ter-
tiò quomodo & quantum quidam teneantur in ſpecie, ſcili-
cet damnificãtes in anima, vel in corpore, vel in fama & da
mnificantes in rebus per ſe vel ſuos ſubditos, vt domini & of
ficiales, vel per bruta: item participantes in damnificatione:
item ementes aliena, & geſtores negotiorum, & malæ fidei
poſſeſſores, & fingentes, & contrahentes, & impedientes ali-
quem ab alicuius aſſecutione, & habentes incerta. De reſtitu
tione aũt quo ad vſurarios & eis cooperantes & participan-
tes de vſura vel furto & huiuſmodi j. Vſura. vij. per totum.
vel inde accipientes, & raptor, aut fur, & complices ſeu com-
participes. Et quartò cui. quintò qñ, ſextò quibus modis de-
beat reſtitutio fieri. ſeptimò quibus modis tollatur obliga-
tio reſtituendi. octauò ſpecialiter de reſtitutiõe incertorũ.

## Rurſus de Reſtitutione ij. quomodo quis ſit obligatus reſtituere in genere.

1 *Reſtitutio quid, qualiter & quando fieri debeat, in genere.*

RESTITVTIO ſecundò conſideranda eſt quantum
ad hoc vt ſciatur in genere quomodo quis ſit obligatus
ad eam, & pro notitia huius ſic diſtinguo. ¶ Primò. † Aliquan 1
do enim ad reſtitutionem aliquis obligatur ratione illicitæ
acquiſitionis: quæ ſi ſit cum iniuria & contra proximi volun
tatem, vt in furto, rapina, fraude, & huiuſmodi, tenetur quis
indiſt



indiſtinctè damnificato. de iniu. c. fin. & hoc ſecundũ Innoc.
in c. quia pleriq;. de immuni. eccle. ſiue ſit debitum iure natu
rali & ciuili, ſiue naturali tantũ, quale eſt quod debetur ſer-
uo: ſi verò ſit debitum iure ciuili tantum, ſicut ſi legatũ inte
grum ſolui, de quo potui detrahere Falcidiam per legẽ ci-
uilem credens hæreditatem ſufficere ad omnia, ſecundum
aliquos legatarius mihi non tenetur: ſecundum alios verò
tenetur. quod verius eſt in foro iudiciali, & in pœnitentiali
cùm lata fuerit ſentẽtia: quia hoc caſu error facti cauſat re-
petitionem, licet non error iuris. C. ad leg. Falc. l. error. Siue
verò ſit debitũ ex iudiciali ſententia, vide infrà Sententia. §. x.
Secundò. Si verò ſit illicita cum proximi volũtate: diſtinguo
vtrum hoc ſit ratione cauſæ vel perſonæ. Nam ſi eſt illicita
reſpectu cauſæ, puta quia eſt turpis. ſi quidem ſit turpitudo
ex parte recipientis tantũ: vt dum recipit ne delinquat, vel vt
faciat id, ad quod tenetur, puta vt reſtituat inuentũ, accipiẽs
tenetur reſtituere danti. l. j. & ij. ff. de condict. ob turpẽ cau.
quod Sum. Ang dicit fallere vbi infidelis lucratur à Chriſtia
nis ratione officij publici: ſed nõ eſt verum, vt infrà Reſtitu-
tio. iiij. §. j. Si verò turpitudo ſit ex parte vtriuſq;, puta quia
datur ad corrumpendum iudicẽ, non tenetur reſtituere dan
ti: quia in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſsi-
dentis. ff. de condi. ob turpem cau. l. ſi ob turpem. §. porro. C.
eod. l. ij. quod tamen fallit, vt infra Reſtitutio. iiij. §. j. Vtrum
autem hoc caſu teneatur reſtituere: dico quòd ſic. ff. de offi-
cio præſi. l. illicitas. ff. de calum. l. in heredẽ. vbi lucra illicita
ab omnibus extorquẽtur, & in foro ciuili datur fiſco. C. de
mo. mul. l. mulctarum. in canonico verò & pœnitentiali ero-
gatur pauperibus. xiij. q. v. nõ ſanè. & de vſur. cum tu. niſi lex
aliter prouideat, ſicut acquiſitũ per ſimoniam datur eccle-
ſiæ, in cuius iniuriam eſt acceptum. de ſimo. §. de hoc & ac-
ceptũ vt fiat damnũ, iniuria, vel calumnia alicui, datur ei cõ-
tra quẽ datũ eſt. ff. de calum. l. generaliter. §. illud. Si tamen
reſtituat danti, videtur deobligatus à reſtitutione, niſi vbi
debetur fiſco vel priuato aut determinatę eccleſiæ: qa nullo
iure hoc prohibetur: & pœnæ ſunt reſtringendæ. de reg. iur.
odia lib. vj. ¶ Sed quod dictum eſt quòd tenetur reſtituere,
S. Th. ij. ij. q. xxxij. ar. vij. diſtinguẽdo limitat verũ, quãdo lex
prohibet dationẽ & acceptionẽ: vt in ſimonia, & in dato ad
corrumpendũ iudicẽ, & in ludo ꝓhibito, & huiuſmodi: ſecus
quãdo prohibet cauſam dãdi, ſed nõ dationẽ: vt in lucro me
retricis quod teneri põt, & in eleemoſynã dari, ſcilicet priua
tõ, licet nõ in publicã oblationẽ. Et ita tene: quia expreſſe in
l. iiij. §. j. ff. de condi. ob turp. cau. dicitur quòd licet meretrix
turpiter faciat quòd ſit meretrix: non tamẽ turpiter accipit
q̃d ei datur etiã in meretricio. Et ratio hoc ꝓbat: qa talis da
tio & acceptio iure naturali tenet: quia nõ tã æquũ eſt quan
tum quòd res ſecundũ domini voluntatẽ tranferatur. Inſtit.
de re. diui. §. per traditionẽ. & cõſequẽter ſi aliàs lex poſitiua
hoc nõ prohibeat, omnino tenet. Et ita tenet Pan. poſt Inno.
in c. quia pleriq;. de immu. eccl. & Io. And. & idem Cyn. dicẽs
quòd de tali põt meretrix diſponere, & epiſcopus nõ ſe põt
impedire: vide etiã j. Reſtitutio. in §. x. parte v. Aliæ autem
mulieres, quę nõ ſunt meretrices, id eſt, quæ cauſa libidinis,
& nõ quæſtus, male operãtur, ſecundũ Cyn. & ſequitur Pan.
ſi quid accipiũt, turpiter accipiũt: & fiſcus poteſt illud aufer-
re & in cõſcientia tenẽtur reſtituere: & ſecundũ aliquos poſ
ſunt reſtituere danti, licet nõ teneãtur, licet poſsint dare pau
peribus. tamẽ ſecundũ Veruec. vbi reſtitutio nõ eſt facienda
certæ perſonę, eſt de cõſilio ſolũ. & Arch. poſt Mo. dicit ſpe-
cificè in hoc caſu quòd nõ tenetur in foro animæ: licet fiſcus
[illegible] acquiſita poſsit auferre, per l. Lucius. ff. de iure. fiſ.
Quod limita primò ſi condẽnẽtur, & ſecũdò niſi ſua turpitu
dine facerent iniuriam alicui, puta marito, quia tenerentur
ei recõpenſare. Et idem dico de maſculo turpi. Ex gl. etiam
Ray. in tit. de rapto. §. ſed quid de ſocarijs. elicitur quod in fo
ro cõſciẽtiæ quãdo reſtitutio nõ eſt facieda certę perſonæ,
adde vel loco, de cõſilio eſt quòd illicitè acquiſita erogetur
in pios vſus: nõ autẽ de neceſsitate, niſi ſit facta iudicialis cõ-
demnatio, vel ſacerdos hoc imponat: quod tamẽ ſi nõ acce-
ptat pœnitẽs, nõ eſt iudicãdus eſſe extra ſtatũ ſalutis: quia in
conſcientia nõ tenetur quis niſi ad damnũ & condemnatio-
nem, vt not. glo. in c. fraternitas. xij. q. ij. Et hæc puto vera de
incertis, quæ nunquã fuerũt reſtituẽda certę perſonæ, vt ea
quæ dans ipſa datiõe meretur nõ rehabere: vt quæ quis per-
dit per ludũ, & huiuſmodi: ſed de his quę deberẽtur in rei ve
ritate certæ perſonæ ſi illa viueret, & ſciretur, ſecus eſt: quia
talia debẽt reddi domino meliori modo quo fieri poteſt: &
cõſequenter aut quo ad corpus, aut quo ad animã dando ea
pauperibus, ſecũdũ S. Tho. de his, ĩfra Reſtitutio. iiij. §. j. &
Reſtitutio. viij. §. ij. ¶ Sed aduerte quòd ſi res indiuiſibilis,
puta equus aut ſeruitus data eſt ſimiliter pro cauſa honeſta
& inhoneſta, diuidetur per ęſtimationẽ, & pars cedet vni cau
ſæ & pars alteri, arg. ff. fin. regun. l. j. & ſeq. Tertiò. Si verò
acquiſitio cum volũtate proximi ſit illicita ratione perſonę:
diſtinguo vtrum ſit quia accipitur ab eo qui dare nõ poteſt
vel quia datur ei qui nõ poteſt accipere. Et quidẽ ſi accipitur
ab eo qui dare nõ poteſt, vt eſt nõ verus dominus, & dñs cui
negata eſt adminiſtratio vel alienatio bonorũ: & alijs de qui
bus ſuprà, Donatio. j. §. j. ſic tenet̃ reſtituere: diſtinguẽdo ta
men vbi aliquid datur in fraudẽ creditorũ. Nã ſi accipit titu
lo lucratiuo, & creditores fraudãtur, tenetur omnino. ff. quę
in frau. cred. l. qui autẽ. §. ſimiliq; modo. quod videtur intel-
ligendum quãdo fraus interueniebat tẽpore donationis, nõ
autẽ ſi poſtea: qa factũ legitimè retractari nõ debet, licet ca
ſus poſtea eueniat, à quo nõ potuit inchoari. de reg. lib. vj. ni
ſi fortè quis accepiſſet acquiſitũ ex delicto, puta vſura: quia
tenetur, licet à principio nõ receperit in fraudẽ quãdocunq;
vſurarius efficitur nõ ſoluẽdo: cum non ſit ęquũ ex dolo ali-
cuius alterũ cõmodũ ſentire cum damno tertij. l. fi. ff. de eo
per quẽ fac. er. nec debet quis cum alterius iactura locuple-
tari, ſecũdũ reg. iu. in lib. vj. Et ita videt̃ eſſe de mẽte do. Ant.
de But. in c. cum tu. de vſur. ad fin. Elice quòd cum Iudæi cõ-
muniter viuãt ex vſuris, nec ſint potẽtes reſtituere, accipiẽs
ab eis per donationem vel alio titulo lucratiuo tenetur his à
quibus illi vſuras acceperũt, etiã ſi quid acceptũ ſit ab eis pro
pœna, vt ſ. Iudæus. §. viij. Secus tamẽ ſi quid haberent prę̃ter
vſuras: vel ſi ꝓpter vſuras certas haberẽt incertas, quæ nulli
determinatè eſſent obnoxiæ, & interueniret licentia epiſcó-
pi. ¶ Quartò. Si verò accepit ab eo qui non eſt ſoluendo titu
lo oneroſo, puta quia emit, vel erat merces operum, vel ha-
buit permutatione aut alia oneroſa cauſa, non tenetur, niſi
ſciuerit illud fieri in fraudem creditorũ. ff. quæ in fraud. cre.
l. ait prætor. §. quod ait prætor. quod quidẽ ſcire dicitur, pri-
mò ſi creditores hoc ſunt proteſtati. d. l. ait. §. ſi quis partici-
pes. Secũdò quãdo alienauit ſimul omnia bona ſua: & hoc
idẽ præſumitur. ff. eod. l. omnis. §. Lucius. Tertiò quãdo hoc
euidẽter apparet: vt quia ſcit impotentẽ reſtituere, vendere
ad luxuriã vel ludũ, vel aliter inutiliter cõſumendum, & cõſe
quenter in fraudẽ creditorũ, cum efficiatur impotentior ad
ſoluẽdum. Elice quòd cum Iudæi cõmuniter propter vſuras
nõ ſint ſoluẽdo, accipiẽs aliquid ab eis etiã titulo oneroſo, pu
ta locatione, vẽditione, vel ſimili, ex quo manifeſtè fiũt im-
potẽtiores ad ſoluẽdũ, tenetur his, à quibus acceperũt vſuras
ſicut vẽdens eis. quæ faciũt ad guloſitatẽ, aut pompã, aut ſu-
perfluitatẽ, & huiuſmodi, vel in talibus locans operas, vt ton
ſor

ſor barbæ,ſutor,& huiuſmodi.Aduertendum eſt autẽ primò
quòd hi ſoli creditores poſſunt prædicta reuocare,in quorũ
fraudem facta ſunt:nõ autẽ alij,qui poſtea facti ſunt,niſi ex
pecunia ipſorũ eſſet prioribus ſatisfactum.d.l.ait prætor.§.
ita demũ.Aduerte ſecũdò quòd aliqui ex prædictis accipien
tibus ab eis,qui alienare nõ poſſunt,tenentur ad reſtituendũ
ſtatim:vt quãdo alienatio ipſo iure nõ valuit,iuxta ea, quæ
dicta ſunt ſuprà Donatio & emptio, & in huiuſmodi cõtra-
ctibus alienationũ:& hi tenentur de re & de fructibus:vt in-
frà Reſtitutio.iij.§.ix.quia qui cõtra iura mercatur, bonam
fidem non præſumitur habere.de regu.iur.qui contra:lib.vj.
niſi fortè ſit perſona,quæ excuſetur iuris ignorãtia:vt minor
mulier,ruſticus,& miles.ff.de probat.l.cum de indebito. Ali
qui verò tenẽtur per reſtitutionẽ in integrũ, quãdo ſcilicet
cõtractus eſt ſolẽniter iuridicè celebratus:ſed ex priuilegio
eccleſiæ vel minoris res poteſt ab eis tolli per reſtitutionẽ
in integrũ,dum allegatur læſio in aliquo:qui ſecundũ Inn.in
c.quia pleriq; de immu.eccle.reſtituere non tenẽtur : niſi in
cõtrahendo vſi fuerint malitia,vel facta reſtitutione in inte-
grũ:adde vel etiã niſi interuenerit nõ parua deceptio,etiã ſi
ne malitia,vt ſ.Emptio.§.j.¶ Quintò.Si verò datur ei,qui nõ
poteſt accipere,ſuccedit obligatio reſtituẽdi:vt in donatiõe
inter cõiuges,& inter patrẽ & filiũ:vt ſuprà dictum eſt. Aut
ratione ætatis puta ſi ſoluatur debitũ pupillo ſine authorita
te tutoris,& iudicis decreto:quo caſu res nõ efficitur pupilli:
nec debitor liberatur,licet ſi rem illã habet pupillus, vel ex
ea ſit factus locupletior,& petit adhuc debitũ,per exceptio-
nẽ doli mali ſubmoueri poſsit. Inſtit.per quas perſo. no ac-
quira.§.pen. Aut ratione.qualitatis:vt in furioſo per ſimilem
rationẽ.Aut ratione officij:vt ſi detur rectoribus vel iudici-
bus:de quo ſuprà Iudex.j.§.viij.Et adde quòd dans iudici vel
aduerſario,puta aduocato vel ꝓcuratori partis aduerſæ cau
ſam perdit.C.de pœ.iudi.qui mal.iudi.l.j.quod intellige niſi
euidenter cõſtiterit antè dediſſe ne iniuſtitiã patiatur, vel vt
iuſtitiã cõſequatur:quo caſu poteſt repetere datũ,& nullam
pœnã incurrit.xiiij.q.v.non ſanè.& ibi gl.Epiſcopo etiam vel
alteri prælato viſitanti ſeu eorũ familiaribus nihil dari põt
præter procurationẽ:vt infrà Viſitatio.ſimiliter nec infideli
bus vel hæreticis in diſpẽdiũ Chriſtianorũ:vt infrà Saracenus.
¶ Obnoxio autẽ reſtitutioni ex illicita acquiſitione ſine alio
damno illato ante iudicialẽ cõdemnationẽ ſufficit ſoluere
ſimplum,id eſt,quãtũ,de alieno ſublatũ eſt.Poſt cõdemna-
tionem verò tenetur etiã in cõſcientia ſoluere pœnã,ſecun-
dum S.Tho.& alios.Et ſi in re furtiua fecit expenſas, ſecun-
dum Veruc.& Vld.ſi eas fecit ad cõſeruationẽ rei:vt paſcen
do equũ:vel ad optimã rei meliorationẽ: vt curãdo animal
morboſum,vel nutriendo porcũ,& huiuſmodi:eas deducere
poteſt,ex quo ſatisfacit integraliter dãnum paſſo.In foro au
tem cõtentioſo ſecus,ſecundũ Sum. Conf.de quo dic vt ſu-
prà Expẽſæ.§.iiij.De fructibus autẽ inde perceptis. & de in-
tereſſe,dic vt ĩ.Reſtitutio.iij. §.ix.¶ Sextò. Aliquãdo autem
aliquis obligatur ad reſtitutionẽ nõ ratione illicitæ acquiſi-
tionis,ſed ratione damnificationis factæ à propoſito.In quo
diſtinguo vtrũ hoc cõtingat cõmittendo vel omittẽdo.Nam
ſi eſt per cõmiſsionẽ,eſt triplex:quia aut eſt primò impediẽ
do,aut ſecundò accipiendo, aut tertiò deuaſtando:& de his
duobus hic.¶ Si ergo inferatur damnũ primò impediendo:
dic vt infrà Reſtitutio.ij.§.xij.Si verò inferatur ſecundò ac-
cipiendo,ſi eſt cõtra omnẽ voluntatẽ, pertinet ad furtũ aut
rapinam ſiue apertam ſiue coopertã, & huiuſmodi, de qui-
bus ſ.Aut etiã pertinet ad tuitionem ſuæ perſonæ vel rerum
de quo quantum ad perſonã dic vt ſuprà Bellum.j.§.x.Quan-
tum ad res verò dic quòd lædens res alienas vt ſaluet ſuas
quibus illæ nocent,non tenetur ſi facit hoc authoritate iu-
dicis,vel propria præcedente denuntiatione,ad minus tamẽ
damnum quod poteſt.Quod colligi poteſt à Spec. in tit.de
iniur.vbi dicit quòd præcidens arborem vicini,quæ pendens
ſuper domum eius lædebat,non tenetur ſi fecit authoritate
iudicis.l.non plures.§.j.ff.ar.fur.cæſa.vel etiam authoritate
propria:ſi tamen denuntiauit domino vt incideret:quod ta-
men propter forũ cõtentioſum fieri oportet per publicum
inſtrumentũ.Sed aduerte quòd ſi incideret ſic quòd inutilis
remaneret ad aliquid inde faciendum, cùm tamẽ aliàs vtili-
ter poſſet incidi,tenetur in conſciẽtia.¶ Septimò.Si verò nõ
eſt contra omnẽ volũtatẽ.ſed contra liberam, ſi hoc ſic per
vim compulſiuam,id eſt,per metũ,accipiẽs tenetur.ff.quod
met.cau.per totũ.etiã ſi nõ ſit cadens in conſtantẽ virũ: quia
etiã ſi detur ſine metu cõtra voluntatẽ dantis, ob timorem
reuerentiæ datur repetitio.l.j.§.quæ onerandæ.ad fin.ff.qua.
re.actio nõ da. & multo magis ſi interueniat metus qualiſ-
cũq;:iura autẽ requirẽtia metũ iuſtũ, ſicut dicitur ff. de reg.
iur.vani timoris nulla eſt excuſatio. & ff.quod met.cau.l.me
tum.vbi dicitur non debere attendi metũ vani hominis, ſed
cadens in homine conſtantiſsimo : loquuntur quantum ad
præſumptionem,quæ attẽditur in foro cauſarum: quia cum
nemo præſumatur facilè iactare ſuũ.ff.de probat.l. cum de
indebito.præſumitur quis,vbi nõ interuenit iuſtus metus po-
tius ſponte quàm coactè donaſſe:ſed in cõſcientia, vbi dicta
præſumptio non habet locũ cõtra veritatẽ,vbicũq; cõſtite-
rit de qualicunq; metu,neceſſaria eſt reſtitutio: & ſi metus
fuit iuſtus,ad eam obligatur:nõ ſolùm primò accipiens; ſed
etiam omnis alius,ad quẽ talis res peruenerit quocunq; titu
lo oneroſo:quia hæc actio in rem ſcripta eſt,& tranſit res af-
fecta d.l.metum.§.cum autẽ.¶ Octauò.Si verò ſit per vim
quaſi compulſiuã,quæ eſt quòd nullus interuenit metus,ſed
tamen aliquid extorquetur cõtra voluntatẽ dantis : puta ob
reuerentiam,ex qua dans non audet negare:vt patronus à li
berto:tenetur accipiens reſtituere,dicto,§.quæ onerãdæ vbi
etiam gl.dicit idem in marito & vxore,quæ reuocare poteſt
venditionem ob eius reuerentiam factam,& renũtiationem
iuris hypothecæ:&,vt dicit,clericus renuntiationem præben
dæ factam ob reuerentiam epiſcopi.Et idem putarem in do
mino ſeu rectore vel officialibus ſeu ſubditis,& in ſimilibus.
¶ Nonò.Si verò ſit per importunitatẽ,nõ eſt omnino ſimi-
le:quia aliud,eſt meram voluntatẽ nõ habere:aliud non ha-
bere eam ex poſt facto. Vnde diſtinguo:quia ſi donãs ex poſt
facto efficitur merè volẽs:donatio fit iuſta:quia licet primò
nollet,tamẽ vult quãdo donat.Si verò tempore dationis nõ
merè vult,ſed ideo dat vt importunitatẽ repellat:tenetur ac
cipiens:& hoc in dubio præſumitur,arg.C.de peti.bo.ſubla.
l.j.lib.x. ad idem de reſcrip.c.ſi.li.vj.Fallit in paupere impor
tunè petente ab eo qui poteſt ei ſubuenire,& debet:quia nõ
datur repetitio,ſed dans de tardatione punitur.Et ſic loqui-
tur dominus Luc.xj.de amico dãte panes neceſſarios. ¶ De-
cimò.Si verò ſit quia dans ſperat ſeruitiũ ab accipiẽte, quod
licitũ eſt,diſtinguo:quia ſi accipiẽs hoc ſcit, & põt honeſtè
ſeruire,& nõ vult,tenetur:quia deficit cauſa conceſsionis,in
quã ipſe tacitè accipiendo cõſentit,& incipit habere contra
voluntatem cõcedentis.Nec obſt.l.ſi repetenti.C. de condi.
da.ob cau.vbi conditio in corde retenta repetitionẽ nõ indu
cit:quia verũ eſt in foro cauſarũ:aliàs quilibet poſſet dicere,
cogitaui talem cauſam:& fierent lites & præterea hæc con
ditio ſic fuit expreſſa quod intelligebatur. Si verò nõ intel-
lexit cõditionẽ niſi re cõſumpta,non tenetur, niſi inquantũ
ex ipſa factus eſt locupletior.ff.de petit.hære.l.vtrũ.¶ Vnde-
cimò.Si verò ſit ex errore dantis,cum excludat eius liberam
volun-



voluntatem,accipiens regulariter tenetur:cum etiam dans
poſsit repetere,cum diſtinctione tamen.quia ſi datum om-
nino erat indebitum,omnis error inducit repetitionem. Et
ita indiſtinctè intelligitur l.cuius per errorem.ff.de reg.iu.
niſi in aliquibus caſibus,de quibus gl.in l.cùm quis.C.de iu.
& fa.igno.& ibi Bar.quos omitto:quia ad conſcientiã non
pertinent.Si verò erat omnino debitũ,nullus error eã indu-
cit.ff.de condi.inde.l.repetitio nulla.Si verò eſt debitũ iure
ciuili tñ:puta quia debebatur ꝑ ſtipulationẽ eliſam per pa
ctum de nõ petendo:quod pactũ,quãdo nudũ eſt,tollit ſo-
lum vinculũ naturale qđ erat in ſtipulatione,& nõ ciuile.ff.
de pac.l.ſi vnus.§.pactus.Et hoc caſu omnis error eodem mo
do inducit repetitionem.d.l.cuius.Aut erat debitũ iure na-
turali tñ,& nõ ciuili:puta quia in teſtamento relinquitur
legatũ quod minuitᷣ per Falcidiã,eo quòd quarta pars hæ-
reditatis nõ remaneat penes hæredem.& hoc caſu ſi ſoluẽs
erat in facto,puta quia credebat, intellige probabiliter:vt
in c.apoſtolicæ.de cle.excõ.mi.& in c.ij.de conſti.li.vj.bona
hæreditatis eſſe ampliora,repetit.l. error facti. C.ad l.fal.
Sed tñ ſcđm Inno.recipiens nõ tenetur in foro cõſcientiæ.
de quo ſ.in princ.huius tituli dictũ eſt.Si verò erat in iure:vt
quia credit ſe obligatũ ad omnia legata ſoluẽda,licet quar-
ta pars apud eũ nõ remaneat:tũc ſolũ repetere nõ põt : nec
recipiens tenetur ad reſtitutionem.C.ad l.fal.l.error.cõiter
tñ tenetur,quòd minor,mulier,miles,& hmõi, cũ excuſenᷣ
ab errore iuris, repetẽt:vt in l.cũ de indebito.§.j.ff.de ꝓba.
Aliter tñ diſtinguit do.Ant.pro quo vide Pan.in c.quia ple-
riq;.de immu.eccl.Si verò error ſit circa perſonã cui datur,
diſtingue vt ĩ.Reſtitutio.iij.§.ix.par.ij.Aduertendũ eſt tamẽ
quòd vbicũq; ſ.dictũ eſt dari repetitionem,vbi quis dedit rẽ
ſuã,præterquã in caſu iuſti metus,impeditur repetitio,ſi ſo
lutio ſit facta in cauſam piã: puta quia dotis. ff. de condi.
inde.l.cùm is.§.ſi mulier.ſoluens quod credebat ſe debere,
& nõ debebat:ſi ſoluit in caſu dotis,nõ repetit propter pie-
tatem.¶ Duodecimò.Si verò tertio infertur damnũ deua-
ſtando,qualitercũq; quis ſic dãnificauerit proximũ vel occa
ſionem dãni dederit,tenetur ad reſtitutionem niſi de contin
gentibus nihil omiſiſſet.de iniur.ſi culpa.& in foro cõtentio
ſo venit hic etiã culpa leuiſsima.ff.ad l. Aquiliã.l.in lege A-
qui.ſed in foro pœnitentiali ſcđm Innoc.in c.ſicut dignũ.§.
eos.de homi.ad ſi.magnæ gl.nõ teneatur quis, niſi ex dolo
vel lata culpa:ponens exemplũ,ſicut quis ꝓijcieret ignem
in domũ plenã ſtupa.Et idem videtur ibi tenere do.Ant.de
But.niſi fortè præceſſerit cõdemnatio. Quomodo aũt fiat
iſta reſtitutio,ſi damnũ inferatur animæ aut corpori.ĩ.Reſti
tutio.iij.§.j.& ij.¶ Decimotertiò. At verò ſi damnũ inferatᷣ
per omiſsionem,diſtinguo vtrum ad illud, quod omittitur,
obligetur qui ſolo intuitu pietatis,aut aliqua ſpe obligatio-
nis:quæ eſt triplex,ſcilicet naturalis tñ,vt quæ ex ipſa natu
ra cõmunis eſt omnibus hominibus:puta quòd quis oblige-
tur ex promiſsione:nihil enim tam cõgruit humanæ fidei,
quã conuenta ſeruare.ff.de pac.l.j.& ciuilis tñ : vt quæ nõ à
natura,ſed ab hominibus ad mortalem vitã inuenta eſt:pu-
ta quòd qs obligetᷣ poſt bienniũ à chirographo à ſe facto,li-
cet nihil accepiẽt:& natulis ac ciuilis ſimul:qñ ſcilicet in vno
actu vtraque cõcurrunt,vt in ſtuplatione, vbi eſt naturalis,
quæ cõſiſtit in cõſenſu & conuentione partiũ : & ciuilis re-
ſpectu ſolennitatis à ciuili iure introductæ.De quibus ſpecie
bus habetᷣ Inſti.de obl.Si ergo obligabatur quis ſolo intui-
tu pietatis,licet peccet omittens tñ ad reſtitutionẽ aliquã
nõ tenetᷣ:quia ille,cui debet fieri,nihil põt directè petere:vt
ſi quis eleemoſynã nõ tribuat indigenti: vnde licet quis te-
neatur quantum poteſt iſto modo proximũ defendere.xxiij.
q.iij.non inferenda.tamen pro iſta defenſione poteſt pretiũ
accipere.ff.quod met.cau.l.metum.§.ſed licet.quod non eſ-
ſet ſi apud homines ad hoc faciendũ obligaretur:quia turpi
ter acciperet.ff.de cõdi.ob tur.cau.l.fi.¶ Decimoquartò.Si
verò obligatur obligatione naturali tñ,tenetur ex promiſ
ſione,& debet illud facere:vt quod debetur ſeruo: quia quo
ad ius ciuile ſeruus ꝓ nihilo reputatᷣ.ff.de re.iu.l. quod atti
net.Vñ ex dictis Inno.in c.quia pleriq;.de imm.ecc. colligitᷣ
quòd in foro animæ potius attendimus naturalem æquita
tem quã iuris humani ſeu ciuilis ſubtilitatem.Vñ nõ obliga
tur iure ciuili ꝓmittens nudis verbis.ff.de pac.l.iuris gentiũ.
§.ſed nulla.& C.eo.l.legem.Secus in foro cõſciẽtiæ:quia in-
ter ſimplicem loquelã & iuramentũ nõ facit Deus differen-
tiã.xxij.q.v.iuramenti.vt ſ.Pactũ.§.iiij.Et hoc Sup.dicit ve-
rũ,vbi ius ciuile nõ eſt cõtrariũ naturali:vt exemplũ de ſer-
uo:vbi licet ius ciuile nõ ponat vinculũ ſuũ inter obligatio-
nem ſerui & dñi,tñ nõ obſtat naturali: & ſimiliter vbi ob-
ſtat naturali ſine cauſa.Inſti.de iu.na.gen.& ciui.§.ſi natura
lia.puta ſi ſtatueretᷣ ꝙ aliena tolli poſſet.Vbi verò ciuile ob
ſtat naturali ex cauſa,præualet ciuile poſſunt eñ principes
ex cauſa cõtra ius naturale ſtatuere:vt no.Inno.in d.c.quia
pleriq;.Et ponit expẽlũ in præſcriptiõibus:& hoc,inquit,niſi
ius ciuile cõtrarietᷣ ſimul iuri naturali & diuino. Sed ego di-
co ꝙ cõtra legẽ naturalẽ,cũ illa ſit Dei,nihil põt hõ ſtatue
re quantũ ad eius præcepta vel cõluſiões:alioqn etiã per cõ
ſuetudinẽ poſſet aboleri:nec ꝑſcriptio eſt cõtra legẽ natura
lẽ illo modo,ſed ſcđm eã inquãtũ eſt ꝑticularis determina
tio pœnæ negligentiũ iura ſua & cõſeruatiõis pacis.& idẽ
eſt de ſimilib⁹.de quo vide ſ.Lex.§.iij.par.v.¶ Decimoqntò.
Si verò obligatᷣ obligatiõe ciuili tñ,puta ꝑ ſcripturã authẽ
ticã,qua cõfitetᷣ ſe recipiſſe qđ nõ recepit.nulla æquitate na
turali tenetᷣ,& in foro cõſcientiæ nõ obligatᷣ, ſcđm Inno.in
d.c.quia pleriq;.Et idẽ,inquit,qñ qs obligatᷣ ex iniuſta ſen-
tentia:quia nulla ratiõe naturali tenetᷣ. Nec his caſibus ius
ciuile obſtat naturali:ſed tñ ꝓpter ignorãtia facti hoc ſta-
tuit:quia ſi appareat pecuniã nõ eſſe numeratã vel ſentẽtiã
eſſe iniuſtã:puta per cõfeſsionẽ aduerſarij etiã in foro ciuili
nõ cogeretᷣ,vt idẽ ibidẽ notat.verũ tñ dubietate facti inſtã-
te,ſi cogeretᷣ per iudicẽ,parere debet:vt idẽ dicit.¶ Decimo
ſextò.Si verò obligatᷣ naturali iure & ciuili ſimul,tenetur o-
mnino facere:& ſi omittit,tenetᷣ ad intereſſe parti,ſiue ob-
ligetᷣ ex cõuentiõe ſolẽni.ff.de re.di.l.ſi quis ab alio.§.ſi.ſiue
ex cõtractu reali:puta emptiõe,vẽditiõe,locatiõe,mãdato,
ſocietate,cõmodato.ff.de act.em.l.j.Vñ ex omiſsiõe tenetᷣ
omnis detinens alienã rẽ.ff.de rei ven.l.qui reſtituere.& oĩs
moroſus in reddenda re aliena,ſi perijt qualitercũq;, ſcđm
Acc.in l.quod te.ff.de reb.cre.& probatur per l.cùm res.ff.
de leg.j.quod limita,niſi eodem modo erat peritura quo ad
cõſcientiã:& qui curã aſſumpſit adminiſtratiõis, vel cui cõ-
miſſa eſt.C.mãdati.l.in re mãdata,vbi omne cõmiſſum &
neglectũ in re,quã quis accepit in curã ſuã, nõ eſt culpa va-
cuum.& C.de neg.geſ.l.tutori.Vñ dñi & rectores tenenᷣ de
damnis ſubditorum,non ſolùm ſi conſenſerunt,ſed etiam ſi
ex eo pro negligentia veniunt.ĩ.Reſtitutio.iij.§.v. Et idem
de omni gubernatore familiæ,puta marito reſpectu vxoris,
patre reſpectu filij,& domino reſpectu ſerui:quia ex officio
tenetur ad eorum curam.& facit C.de iud.l.ſancimus.vbi iu
dex tenetur parti reficere expenſas ſi omiſit quod erat ſui of
ficij,ſcilicet condemnationem expenſarum.& Inſti.de obli.
quæ ex qua.delic.§.j.vbi dominus domus ſeu habitator te-
netur de his quæ cohabitantes deiecerunt, ſi inde aliquem
damnificarunt.& idem dicitur.ff.de his qui deie.vel effu.l.j.
Et idem de brutis ſi dominus,fuit in culpa:aliàs ſufficit illa
dare,

dare.ff.ſi qua.pau.fe.dica.l.j.de iniur.c.ſi.de quo j̃.Reſtitutio.iij.§.iiij.Similiter ſi dominus non fuit in culpa, tenetur dare ſeruum pro noxa,aut reficere damnum: pro filio autem pater in nullo tenetur:ſed filius caſtigabitur.Inſti.de noxa.act.§.ſi.Erat tamen inter prædicta differentia:quia in brutis pręſumitur dominus culpoſus,ſi ita conſueuerunt facere:&non probatur adhibuiſſe debitam diligentiam.d.c.ſi.Sed in ſeruo & filio non præſumitur culpa domini vel patris,niſi probetur:puta quia ſciuerunt,& non prohibuere, cùm poſſent.ff.ad l. Aquil.l.in lege Aquilia.etiã leuiſsima.& l.ſeq.& hoc niſi iſti delinquant in loco,vbi cum eis,ſcilicet domino & patre habitant.auth.vt iud.ſine quo.ſuf.§.eos.Et idem de rectore & officialibus & confeſſoribus,ex quorum culpa non fit reſtitutio.¶ Ex his patet quòd non prohibentes vſuras vel nõ compellentes eas reſtituere cùm poſsint,& ex officio debeant,tenentur,vt etiam dicetur j̃.& ſimiliter qui abſcondunt publicas ſcripturas vel libros cõmunes rationum,maximè ſi ex officio ad hoc tenebantur,vt notarij,& iudices. C. de eden.l.xvj.apud quem & ſimiliter argentarij,id eſt,campſores,& facientes cõmunes rationes.quæ omnia probantur.ff.de edẽ.l.argentarij.in prin.& §.cùm autem.&j̃. Tabellio.§.viij.¶ Decimoſeptimò. Aliquando autem quis eſt obnoxius reſtitutioni ratione damnificationis in perſona,vel in bonis, non à propoſito,ſed ex culpa ſua per ſe vel ſuos aut ſua:&dico circa hoc eſſe triplicem actionem.¶ Prima eſt legis Aquiliæ,qua directæ tenetur liber homo damnificatis ſua culpa: vt aperiendo ciſternã in via publica,vel huiuſmodi:indirectè verò qñ ſua culpa aut negligentia nocuit ſeruus ſuus aut animal:vt ſi equum inſtigauit calcitrare,vel animal ferũ:vt eſt lupus,leo,canis,mordax,& huiuſmodi,quæ cõmuniter nocere tentant,tenebat in publico, nõ taliter ligat quin nocere poſſent,vel tenebat in domo,& aliquis ab eo miſſus fuit læſus.Et talis tenetur ad omne damnũ ex culpa ſua ꝓueniens, ſi eſt recõpenſabile:alioquin ad arbitriũ boni viri. ¶ Secũda dicitur actio de pauperie, qua tenetur is, cuius animal ſine culpa læſit:puta ſi equus præter conſuetudinem recalcitrauerit,aut bos nõ cornupeta impegit:& talis tenetur dare animal,aut ſatisfacere læſo.¶ Tertia dicitur noxalis, qua tenetur is,cuius ſeruus ſine culpa nocuit:& iſte tenetur vt pręcedens ſtatim.Et de his gl.& Doc.in l.j.ff.ſi qua.pau.fe.di.& Inſti.eo.Sed in foro conſcientiæ nõ tenetur quis in huiuſmodi, niſi de dolo& lata culpa:vt tenẽt Inno.Dire.Ant.de Bu.Ber.& Nic.de Auſ.vt ſi proijciens læſiuum perſonæ aut veſtis de domo,non aſpexit,&læſit:quo caſu intelligo Spe.in ti.de iniu.§.ſequitur.Aut ſi operator non poſuit ſigna,vel non fecit proclamari,& proijciens tegulam,vel huiuſmodi,læſit:in foro verò contentioſo actione legis Aquiliæ tenetur damnificans de culpa leuiſsima.Vide s̃.Aduocatus.§.vlt.item Culpa.§.iiij.De turpiter lucrante vide j̃.Turpe lucrum, per totum.

## Rurſus de Reſtitutione tertiò ſpecialiter,& quis ad eam tenetur.

1 *Reſtituere qualiter teneatur qui damnum dedit quo ad animam vel mores.*
2 *Reſtituere qualiter debeat qui damnum intulit in bonis corporis,& quid in fama vel honore.nume.3.*
4 *Damnum illatum per animalia qualiter reſarciatur.*
5 *Reſtituere qualiter debeant clerici,prælati, & alij in officijs male verſantes.*
6 *Reſtituere qualiter teneantur participantes in furto,damno, rapina,vel alienatione.& numer.7.*
8 *Reſtituere qualiter debeant alienorum negotiorum geſtores.*
9 *Reſtituere qualiter debeat malæ fidei poſſeſſor.*
10 *Reſtituere an teneatur qui per fictiones & mendacia læſit.*
11 *Reſtitutio ex contractu quando fiat.*
12 *Reſtituere qualiter teneatur qui impediuit à lucro.*

RESTITVTIO tertiò cõſiderari poteſt qualiter quis teneatur reſtituere quantũ ad qualdã hominũ differentias ſpecialiter,de quibus s̃.in princi.mentio habita eſt.

¶ Primò autem quæritur,† quid iuris de damnificante quantum ad animã,ſiue quantũ ad mores? Et dico multa. 1 ¶ Primum.Licet nullus poſsit ſufficienter eſſe cauſa peccati alterius.xv.q.j.non eſt.quia ſcilicet voluntas,in qua pctm̃ conſiſtit,cogi non poteſt:tamen poteſt quis eſſe eius occaſio dicto vel facto aut exemplo.quod qui facit,tenetur ad reſtitutionem,ſecundum Arc.& Sum.Ang.ac Ro.& Sup. poſt Sco. reducendo eum ad bonos mores verbis,exemplis, orationibus,& bonis operibus,& omnimodo quo poteſt:multò magis quàm dãnificãs in rebus vel corpore.vj.q.j.ſunt plurimi. quia qui occaſionem damni dat,damnum dediſſe videtur,ſecundum re.iu.in vj.Sed mihi videtur quòd licet talis magis peccet quàm damnificans in rebus vel corpore,tamen prædicta dicantur impropriè:cùm reſtitutio ſit actus iuſtitiæ cõmutatiuè,ſecundum S.Thom.ij.ij.q.lxij.& quòd ad talia eſt quidem obligatio communis ex charitate fraternæ correctionis,non autem ex iure reſtitutionis,quando quis ſcienter & ſine reſpectu humano ad alium vult eſſe in peccato:quia obligatio reſtitutionis ceſſat,vbi læſus remittit liberè, vt j̃. dicetur:vt eſt in propoſito.vnde S.Tho. qui diminutus non videtur fuiſſe,de hoc nihil dicit:ſunt tamen vera prædicta vbi aliquis ſtaret in peccato ex aliquo errore vel humano reſpectu,puta timore,complacẽtia,& huiuſmodi.Vnde Rich. in iiij.diſt.xv.dicit quòd damnificans aliquem in anima vel corpore ex fraudulento conſilio,tenetur: & ſimiliter qui ex conſilio malo dato per ignorantiã diligentia non adhibita: quia negligentia craſſa prope dolum eſt.¶ Secundum.Retrahens aliquem à meliori bono,puta religione,ſecundum Archi.tenetur eum reducere ad aliud:ſed hoc verum eſt vbi hoc agitur cum præiudicio tertij:aliter nõ,ratione dicta in priori particula.Quantum autem ad id quod de religiõe dicitur ſecundum Sco.in iiij.ſi is,qui retrahitur erat religioni,profeſſione obligatus,tenetur retrahens reducere illum:vel,ſi non poteſt,intrare ipſe,ſi ſit idoneus religioni:ſi verò erat diſpoſitus intrare,ſi hoc fecit ſine fraude & mendacio, conſulens ſuæ propriæ vtilitati:adde vel volentis intrare, non tenetur: ſi verò id fecit animo nocendi religioni, tenetur religioni, non ad æquiualens,ſed ad aliqualem inductionem alterius æquiualentis: quia intereſt inter habere & propè habere.& concor.Rich.vbi s̃.dicens hoc caſu iſtum teneri religioni ad intereſſe arbitrio boni viri.& ita tenẽt Sum.Ro.& Sum.Ange.excepto quòd ſine authoritate & ratione addit quòd retrahens profeſſum nõ tenetur ipſe intrare,ſi illum reducere non poteſt:ſed ſufficit quòd pro poſſe alio modo ſatisfaciat. Sed retrahenti profeſſum quòd teneatur illum vel alium, vel ſeipſum religioni reſtituere,eſt opinio non ſolùm Rich. & Sco.& Sum.Ro.ſed etiam Arc.& Pet.de Pal.& S.Tho.vt patebit.& ratione patet:quia vbi poteſt quis reſtituere rem ſublatam vel æquiualentem, non liberatur, niſi id faciat: quia hoc iuſtitiæ æqualitas requirit:de retrahente verò eum qui propè erat vt intraret,tenet Arch.poſt Pet.de Pal.quòd eodem modo tenetur vt prior:& hoc etiam habent concedere Sum.Ang.& Ro.volentes quòd teneatur qui aliquem impediuit à conſequutione alicuius nondum habiti,non obſtante quòd non tenetur ad æquiualens:quia vbi non poteſt reddi pars ſine toto, tenetur quis ad totum fauore iuſtitiæ & religionis.ar.l.quæritur.ff.de ſta.homi.vbi in indiuiſibilibus natura potentioris ſolet ad ſe trahere minus potens. Vnde & magiſter Ray.poſtea magiſter ordinis prædicatorum hac ratione intrauit.Diſtinguo tamen cum Arch.qui ſi hoc fecit gratia ſuæ propriæ vtilitatis ſine fraude,nõ tenetur:& multo minus ſi intendebat conſulere animę illius:puta quia volebat intrare religionem vbi malè viuitur.ar.c.de occidendis.xxiij.q.v.aliàs tenetur.¶ Tertium. Si quis ſubtrahat doctori ſcholarem intrantem vel intrare volentem:eodem modo diſtinguo vt s̃.ſtatim.¶ Quartũ.Sacerdos abſoluens aliquem à peccato.vbi nõ potuit,ſecundũ Veruec.reſtituere nõ tenetur ſed tamen tenetur ei notificare quòd eũ abſoluere non potuit.Sed intellige niſi ex hoc præiudicaretur tertio,cui fortè peccator reſtituere tenebatur: & hoc ſi fecit ſcienter vel ex ignorãtia craſſa. Vide s̃.Cõfeſſor.iiij.§.v.Vtrũ autem is,qui virginem ſeduxit,ad aliquid teneatur : vide s̃. Luxuria.§.v.¶ Quintũ.Qui aliquem lædunt malo exemplo, vt prælati pompas & laſciuias,& mulieres per ornatũ ſuperfluum,&huiuſmodi,manifeſtè peccantes,ſecundũ Alex.nõ tenentur propter hoc ad publicam pœnitentiã,ſed ad bonũ exemplũ publicum.

¶ † Secundò quæritur,quid iuris de lædente in bonis corporis? Et dico multa.¶ Primum.Si quis aliquem aggreſſus occiderit aut vulnerauerit iniuſtè:licet Sum.Ang.& Ro. et Scot.multa dicãt,& multipliciter diſtinguãt:tamen quia generalis regula dari nõ poteſt,ſupp.poſt Vlde.melius dicit breuiter quòd in his,in quibus damnum reſtitui nõ poteſt in ſe vel in æquiualenti,recompenſatio fiet arbitrio boni viri. Et concor.Pet.& S.Tho.in iiij.& ij.ij.q.lxij.ar.ij.ad primum. in quo tamen arbitrio cõſiderabitur quòd in omni caſu teneatur placare læſum quantũ poteſt:& ſi fuit homicidiũ, aut læſio incurabilis,vt mutilatio,& huiuſmodi,habebitur ratio de expenſis in medicos,& de intereſſe, ſecundũ Spe.& de omni lucro ceſſante in p̃ſenti, & in poſterũ. Si verò fuit curabilis, habebitur ratio expenſarũ & præſentis lucri,ſcilicet ceſſantis tempore infirmitatis.Quod autem dicit Sum.Ange.poſt Sco.quòd homicida tenetur totã vitã ſuã cõtra infideles vel hæreticos expendere in ſatisfactionem occiſi,eſt irrationabile:quia per hoc nõ ſatisfit lęſo.Similiter eadem ratione poſt eundem dicit Sum.Ro.quòd ſatisfacit per talionem impoſitam à iudice.¶ Secundũ.Si tamen prædicta accidiſſent in defenſione propter neceſsitatem ineuitabilem,ſecundũ Doct. in c.de.ſi furioſus.de homi.nullã pœnã incurrit, niſi cauſam dederit aggreſſuræ:vt quia noctu viſitabat domicellas:quo caſu tenetur ad arbitriũ boni viri.de quo s̃.Homicidium.per totum.ſi verò neceſsitas erat euitabilis,vt quia ſine periculo fugere poterat:nõ tenetur ad tm̃,ſed ad minus arbitrio boni viri,conſiderato an ipſe percuſſor cauſam dederit aggreſſuræ.¶ Tertium.Cum in crimine lęſæ maieſtatis ex ſola ſcientia quis teneatur niſi reuelauerit.C.ad l.Iul.maie.l. quiſquis.ſi quis puniat eum,qui ideo non reuelat, quia probare non poteſt,ſecundum Io.de Plat.Inſtit.de pub.iudi. eſt homicida reſtitutioni obnoxius: quia ex ſcientia hic tenetur quis,ſi eſt probabilis,per l.qui accuſare.C.de eden. quia nemo tenetur ſubijcere ſe tormentis, quæ hoc caſu infliguntur delatoribus.l.iij.C.ad l.Iul.ma.nec carceri.C.de accuſ.l. & quia nulla eſt culpa,in diſcrimine vitæ ſe non ponere. Et idem dicit tenuiſſe Bal.in quodam ſuo conſilio:qui dicit officiales occidentes homines propter non reuelare ſecretum non probabile,ſunt homicidæ,& conſequenter dictæ reſtitutioni obnoxij:& idem ſi ſine indicijs ponunt ad torturam, & inde ex confeſsione ſua aliquem ſuſpendunt.de quo s̃.Cõſilio iudicialis.§.v.ad ſi.¶ Quartũ.Domini mutilantes propter venationem leporum vel huiuſmodi contra ſuam voluntatem factam,dicit Aſten.quòd ſi hoc faciunt amore huiuſmodi animalium, aut libidine vindictæ, aut venationis, mortaliter peccant,ſi propter vnicum actum hoc faciunt:cũ nõ debeãt procedere ita ſeuerè, niſi cõtra cõſuetos ad talia: & ſi eſſet cõſuetudo loci quòd pro vno actu talia infligant, credo quòd ſit iniqua:& obſeruãs illam mortaliter peccat.

¶ † Tertiò quæritur,quid de lædente in fama & honore? Et 3 dico vt s̃.Detractio.§.iiij.Et addo quòd ex licita negatione rei facta in iudicio:vt ſi neget crimen falſum aut verũ ſed occultũ & improbabile,vel huiuſmodi:ſi ſequat̃ indirectè infamia accuſatori,qui de mendacio pernicioſo aut calũnia inde notatur,nõ tenetur retractare,ſcd̃m Sco.is qui negauit, ſed tenetur famã reſtituere per verba ſobria:puta dicendo quòd fortè habuit intentionem bonã,& hmõi.Sed ego dico quòd in nullo tenetur:quia iniuſtè nõ læſit:ſed accuſator imputet ſuæ malitiæ ſi ſcienter,vel ſuæ ſtultitię ſi errãs imprudenter ſic proceſsit cũ periculo alterius.

¶ † Quartò quærit̃,quid de 4 dãnificantibus per bruta? Et dico multa.¶ Primũ.Ex dictis s̃.Reſtitutio.ij.§.vj.videntur poſſe decidi ferè om̃es caſus pertinentes ad iſtã qõnem per iſtã regulã,quòd ſi dñs bruti fuit in culpa tenetur de dãno:ſi nõ fuit,tenetur dãnũ reficere vel dare brutũ quod nocuit.Læſus aũt à bruto põt illud capere &tenere donec ſciat quis ſit dñs,cõtra quem agat:nõ aũt poteſt illud tenere loco pignoris donec ſit ei ſatisfactũ, ſcd̃m Spe.in ti.de iniu.¶ Scd̃m.Si bos cornupeta non cuſtoditus diligenter occiderit bouem vicini,ſcd̃m Mo.tenetur dñs de alio boue viuo æquiualenti,&habebit mortuũ.de iniur.ſi bos.& Exo.xxj.quod limita qñ dñs fuit in culpa ſciendo cornupetam eſſe.quod præſumitur intra tres dies ſcire, dicente tex.quòd ſi cornupeta erat ab heri & nudiuſtertius. qñ verò ignorauit,puta quia conſueuit eſſe domeſticus, ſecundũ Hoſt.& Gof.nõ tenetur ex edicto legis Aquiliæ, ſed legis,ſi qua.pau.fec.di.l.j.in ſua libertate erit dare ſuum bouem,vel emendare dãnũ.Limita,etiã ſcd̃m gl.in c.ſi bos.qñ bos occiſor ẽ aggreſſus occiſũ:ſed ſi ecõtrario occiſus eſt aggreſſus cornupetam occiſſorem, non tenetur. ff.ſi qua.pau.fe.di.l.j.&idẽ cũ dubiũ eſt qs bos primò aſt aggreſſus.ff.ad l.Aqui.l.ſciã.§.cum ſtramenta.¶ Tertiũ.qui tenent colũbarias, ſecundũ Pet.de Pal.tenentur de dãno quod Sum.Ang.&Roſ.limitant qñ nõ debitè paſcũt:ſed ſiue paſcant,ſiue nõ paſcãt ſi dãnũ inferãt,tenetur dominus actione l.Aquiliæ,de qua s̃.Reſtitutio.ij.ad ſi.ſi eſt in culpa,vel de pauperie ſi nõ eſt in culpa:vt quia ſufficienter paſcit,ne fame cogantur effodere ſemina:vel habet in gyro fundum,ex quo ſufficienter vt plurimũ paſcuntur.Et hoc niſi fiat recompẽſatio damnorum, puta quia conuicinus etiam ipſe ſimiliter tenet, vel etiam niſi damnum ſit quid modicum:quod ſemper præſumendũ eſt,niſi de cõtrario cõſtet:quia vermes &mala ſemina conſumũt,& ſtercorizãt terras longo tempore & exiguo nocent. Imò refert Aſten.propter prædicta quoſdã tenere quòd tantũ proſunt quãtũ nocent.Et ideò licitè in agro etiã exiguo dominus eas tenet,modò ſit paratus emendare notabilia damna ſi cõſtiterit.¶ Quartũ. Venatores tenentur ſecundum Aſten.cõculcatiõe ſegetũ & occiſione anſerũ & gallinarũ à canibus,& huiuſmodi,& eſt mortale, ſi æſtimationem dãni nõ reddãt,niſi ratione modicitatis probabiliter credãtur lę- 5 ſi nõ curare.

¶ † Quintò quæritur,de clericis maximè prælatis,dominis & officialibus, quomodo ad reſtitutionem teneãtur? Et dico multa.¶ Primũ.Prælatus & alij habentes adminiſtrationem eccleſiaſticã,ſi malè adminiſtrãt, tenentur eccleſiã ſeruare indemnem:& hoc ſiue expendant in meliorationem patrimonij,ſiue propter nimiam diligentiam propriorum negotiorum negligant procurare eccleſiaſticas

ſiue donēt turpibus pſonis.de quo dicvt ſ.Clericus.iiij.§.xxj.
Imò videtur teneri prelatus de culpa ſeu negligētia,procu-
ratoris ſeu vicarij.ar.cap.ea quæ.de offi.or.Et ſi beneficiū cō
ferat indigno,ſecundū Car.in clem.j.de ætate & quali.vltra
mortale tenetur ad reſtitutionē totius intereſſe eccleſiæ læ
ſæ ad inſtar magiſtratus,ſecundū Pet.de Anchar.qui minus
idoneo tutelam pupilli commiſit.ff.de magi. cōue.per totū.
Vide etiā ſuprà Clericus iiij.Et aduerte ex Archi.ij. parte.ti.
ij.c.v.poſt.Ray.& Veruec.& beatū Th.ij ij.q.lxij.& in quol.
vj.ar.xij.quòd clericus adminiſtrat quatuor genera bonorū,
ſcilicet quędā ſua ꝓpria,id eſt,patrimonialia & induſtrialia,
& quædā eccleſiaſtica ad mēſam ſuam ſeu vſum ſpecialiter
deputata ab alijs diſtincta : & de his duobus nunquā tenetur
reſtituere,etiā ſi exponeret in luxuriā,licet peccet:& quædā
eccleſiaſtica deputata ſpecialiter pauperibꝰ vel capitulo vel
cultui diuino,diſtincta à deputatis mēſæ ſuæ:& de iſtis ſem-
per tenetur reſtituere,etiā ſi daretur in eleemoſynā,niſi det
his quibus ſunt deputata:& idē de deputatis pauperibus prin
cipaliter:ſed miniſtris eccleſię ſecūdariò,vt bona hoſpitaliū:
& quędā eccleſiaſtica cōmunia mēſæ ſuę & alijs clericis,vel
pauperibus , & huiuſmodi : & de iſtis,tenetur ſi det turpibus
perſonis, vel cōſumat voluptuoſe eo modo quo vbi ſuprà di
ctum eſt. ¶ Secundū. Qui ex officio aſſumpto alios defende-
re tenentur,ſatisfacere tenentur de damnis euenientibus, ſi
ex notabili negligentia eos nō defendant:vt domini, qui ob
hoc habent reditus,capitanei & ſtipēdiarij ſalariati : medici
corporum,& animarū,vt confeſſores ignari vltro ſe ad illud
officiū offerētes:notarij quorū negligētia cauſæ & iura per
duntur : iudices & aſſeſſores ex ignorantia vel negligentia
ſtudēdi iniuſtè iudicātes:aduocati & procuratores:nautæ,ar
chitectores.& omnes huiuſmodi,quos notabilis negligentia
vel ignorātia ſcientiæ vel artis nō excuſat , ar.cap.ſi culpa.
de iniu.ſ. Reſtitutio.ij.§.xvj.qđ tamē in omnibus intellige
quantum ad culpam leuem de his qui ſe locant pro tali offi
cio.ſecus ſi ſe ad prædicta non locant,nec profitentur ſe pe-
ritos, ſed vocantur & operantur ex pietate : vel ſpondent ſe
facturos quod poterunt:quia non tenentur niſi de dolo & la
ta culpa:& ei,q̄ tales eligit,imputetur. Ad prędicta facit tex.
ſingularis cū gloſſ.in cap.adminiſtratores. xxiiij.queſt.v.vbi
officiales & alij adminiſtratores, qui negligunt iuſtitiam fa
cere & defendere oppreſſos,eccleſiaſticos,viduas & pupillos
ſunt ipſo iure excommunicati poſt trinam monitionem:nec
poſſunt abſolui,niſi prius de damno ſatisfaciant. Vide etiam
ſuprà Culpa.§.iiij. ¶ Tertium. Ciues deputati ad impōnēdas
collectas quomodo reſtituere teneātur , vide ſuprà Gabella
iiij.§.v.parti.iij. ¶ Quartum. Qui vendidit publica officia &
dignitates,ſecundū Sum. Roſel.tenetur reſtituere quod ac-
cepit,non danti, ſed pauperibus: cū gratis ea committere de
buerit.& ſecūdum Mo.tenetur ad intereſſe his qui per huiuſ
modi præpoſitos fuerunt expoliati:& aliter ementes debent
grauiter puniri edicto l.Iuliæ de ambitu.vel l.vnicæ.ff.ad l.
Iuliam ambi.& Inſt.de publi.iudi.§.ſunt preterea.ſcilicet in
centū aureis:& ſunt infames.Sed San.Tho.ad duciſſam Bra
bantiæ dicit quòd cum in officijs temporalibus nō commit-
tatur niſi temporalis poteſtas,vendi poſſunt,modò vendan-
tur viris qui præſumātur vtiles ad eam exercendam:& nō tā
to pretio quin illud recuperare poſsit ſine grauamine ſubdi-
torum:licet talis venditio non expediat,vt ibi probat.Et hoc
tene.quia iura in contrarium allegata intelliguntur,quando
datur aliquid occultè , vt ſuprà Dignitas.§.iiij. & ita contra
Ro.tenet Sum.Ange. ¶ Quintum. Domini temporales,qui
ſuis officialibus male vtuntur,& eos negligunt corrigere vel
officio priuare,cū male agant in officijs , tenentur de omni
damno inde ſequente prætextu talis officij.de quo ſuprà Do
minus.§.vij.& ſ. Reſtitutio.ij.§.xvj.quaſi ad finē. ¶ Sextum.
Officialis negligens punire criminiſos,ſecundū Ioa.de Pla.
in l.pręcipit.C.de canoni.lar.tit.lib.x.puniri debet eadē pœ-
na qua criminoſus:quia iudex qui repertum facinus non vin
dicat,tegere vt cōſcius criminoſa feſtinat. Nam eſt quidā ta
citus conſenſus.l.placet.C. de excu.mu.lib.x. ¶ Septimū. Cu-
ſtodes & vigiles ciuitatū non accuſantes quos inueniūt eun-
tes poſt ſonum campanæ,licet peccēt mortaliter & ſint per
iuri ſi accuſare iurauerunt, non tamē tenētur ſoluere pœnā
quā ſoluiſſent illi,ſi fuiſſent accuſati, ſecundū San.Ber.quia
illi nondū fuerant accuſati : ſi tamen ab eis aliquod munus
acceperunt,tenētur pauperibus erogare:ſi vidiſſent tales ali
cui damnum inferre,& nō reuelaſſent,tenentur reſarcire da
mnificatis:& ideo à cōmunitate ſunt ſalariati,ſicut & cuſto-
des vinearum & poſſeſsionum. ¶ Octauum. Officiales & ad
uocati qui ſequentes doctrinā Specu.in ti.de aduo .§.conſe-
quenter.§.ſequitur.&.§.vtriuſq;,vbi deſcribit cautelas, quas
debent habere aduocati tam actoris quàm rei, qui tenentur
parti de omni dāno & intereſſe quod paſſa eſt propter eorū
verſutias & cauillationes ſi cauſa eſt iniuſta:ſi verò eſt iuſta,
vide ſuprà Aduocatus.§.fi. ¶ Nonū. Si theſaurarius cōmunita
tis vel domini pecuniā collectam tēporibus opportunis mi-
niſtret quibus debet,& interim vtatur ea negotiādo & cam-
biendo aurū ad monetam vel ecōtrario,vel tradendo ad vſu
ram:ſi nec dominus lædatur,nec illi,quibus eā ſtatutis tem-
poribus debet,lucrum,quod inde conſequitur,ſuum facit, ſe
cundum Arch.ratione induſtriæ:& præcipuè cum eius amiſ
ſio ſtat ſuo periculo :nec propriè eſt ibi depoſitum:quia cōſi
ſtit in numero & pondere,& nō eſt obſignata.Si autē ſtaret
eius amiſsio periculo communitatis aut domini,lucrū eſſet
communitatis aut domini: deducta tamen mercede laboris
eius.Similiter ſi prædicti læduntur:tenetur eis . Similiter ſi
fœneratur,peccat ipſe & permittētes,ad quos ſpectat,cū ſint
participes peccati,& tenētur ad reſtitutionē partis,ſi quā ac
ceperunt. ¶ Decimū. Camerarius communitatis ſiue depoſi
tarius communitatis, qui in diuerſis officijs dando vel acci-
piendo pecunias aliquid exigit ex conſuetudine diu ſeruata.
ſecundum Archiepiſcopū reſtituere tenetur,ſi eſt ſufficien-
ter ſalariatus,& conſuetudo eſt corruptela ex immenſa ve-
niens cupiditate,aliàs excuſatur, & conſuetudo rationabilis
eſt,cum ſeruiat alijs perſonis, & nemo cogatur de ſuo præ-
ſtare beneficium. ¶ Vndecimum. Qui aliquid adipiſcuntur
ex intercesſione pro accuſatis vel incarceratis apud Poteſta
tem facta,tenentur reſtituete danti,ſecundum Sanctū Ber-
nardū,ſi erāt officiales ſalariati,& illi erāt innocētes: ſi verò
ipſi non erant officiales ſalariati,merentur:ſi etiam illi non
erant innocentes, ſed condemnandi,tenentur illud erogare
pauperibus:quia iniuſtè fuit datum & acceptum.eſt enim re
gulare quòd vbi ex vtraque parte eſt turpitudo , lucrum eſt
pauperibus erogandum,vt ſuprà Reſtitutio.ij.§.ij .
¶ Duodecimum. Dominus , qui nihil habet niſi extortum à
ſe vel à ſuis anteceſſoribus, ſecundum Mon.remediū habet
vt remittat ſuis ſubditis aliquam ſeruitutem perpetuam,vel
det aliquam immunitatem,vel faciat hoſpitale aut aliā elee
moſynam de conſenſu creditorum.& concor.Dir.Quomo-
do autem teneantur qui aſſumunt aliqua officia , cùm ſint
ignorantes,& inde proximum lædunt,vt notarij , iudices,&
ſimiles:vide ſuprà Culpa.
6 ¶ Sextò quæritur. † quid iuris de participantibus in cauſan-
do damnum per furtum vel rapinam & alios modos damni
ficandi? Et dico multa . ¶ Primum. In furto , rapina vel qua
libet iniuſta damnificatione cauſanda participat aliquis





nouem modis,ita quòd reſtituere tenetur:qui modi conti-
nentur his verſibus,quos ponit S.Tho.ij.ij.q.lxij. & Veruec.
& Alb.& cōmuniter alij. Iuſsio,conſiliū,cōſenſus, palpo,re-
curſus, Participās,nutus,nō obſtās,nō manifeſtās.id eſt,par-
tem habet in cauſa furti vel dāni qui iubet,vel conſulit , vel
cōſentit,vel laudat,vel receptat,vel cooperat,vel tacet,cum
videt damnum inferri,vel nō prohibet , vel non manifeſtat
rem ſublatam. His Sum.Ang.addit decimū per cooperatio-
nem:ſed iſte eſt qui exprimitur in verbo,cōſenſus.Intellectū
autem verſuū vide parti.ſequēti ſecundū prædictos. ¶ Secun
dum. Igitur primò qui iuſsit tenet in ſolidū & principaliter
etiā ſi nihil inde habuit.ar.c. Iulianus. xj.q.iij.Intellige ſi ex
iuſsione ſequuta eſt ablatio,vel ꝓbabiliter creditꝰ ſubſequu-
ta,ſecundū cōiter doct.& idē in ſequētibus,qui cōſequenter
innuunt quòd ibi eſt ſolū dubiū, nō eſt obligatio:quia cæte
ris paribus potior eſt cōditio poſsidētis.l.ſi ob turpem.ff. de
cond.ob tur.cau.& idem ſi cōminatus eſt: & ſimiliter ſi no-
mine ſuo factam ratam habuit,ſecundū Pet.de Pa.xj.q.iij.ſi
cōſentit.cum duobus c.ſequē.& de reſti.ſpol.cum ad ſedē.&
idem Mo.limitans hoc verū quādo ex ratihabitione impe-
ditur reſtitutio.Sed credo verū indiſtinctè, ſicut & in man-
dato,cui ratihabitio cooperatur per reg.ratihabitio.in vj.Et
ſimiliter ſecundò tenetur in ſolidū qui conſulit,ſi ex hoc ſe-
quutum eſt dānum,nō aliter.Et hoc quod hic dicitur de con
ſilio rapinæ ſecundū Arch.locū habet etiā in cōſilio de col-
lectis imponendis clericis ſine licētia papę.de ſent.exc.noue
rit.& in cōſilio vſurarū,ſecundū Pet.de Per.& in cōſilio ma
lo aduocati,etiā ex ignorātia ſecundū eundē:& ſecundū Ri-
char.in cōſilio nō reſtituēdi aliena.& ſecundū Duran.in cō-
ſilio condendi iniqua ſtatuta:& in quocūq; conſilio damni-
ficandi proximū ſciēter vel ex ignorantia craſſa,ſine quo ta
lia nō fierēt,ſecūdū Arch.poſt Richar.ar. de ſent.exc. nuper
in gl. Quidā tamē volūt quòd iſta diſtinctio ſi aliàs erat fa-
cturus vel nō,locū non habeat niſi in conſilio dato in male-
ficijs,nō in contractibus.de quo vide Pan.in c.nuper.da ſen.
exc.& ſ.Conſiliū.§.vij.Et ſimiliter tenetur in ſolidū conſen-
tiens cōſenſu cooperationis,ſine quo factum nō fuiſſet.aliàs
ſecundū Rich.cōſentiēs peccat mortaliter:ſed reſtituere nō
tenetur.Et hoc ſecundū Ray.extēditur ad exhortationē. in-
tellige etiā per turbas,ſecundū Hoſt. & Imo.& ſequelā ſciē
ter factā,ſine qua factum nō fuiſſet: & generaliter ad facien
tem inſtrumēta & dantē ſigna vel opē,ſine qua nō,pro furto
vel dāno:quia omnes tenētur furti.Inſti.de obli. quę ex qua.
de.na.§.interdum.& ff.eo.l.is qui ope.& ff.de ſica.l.nihil.Ex
quo colligitur quòd ſi plures ſimul lædunt, tamē vnus ſine
alio,vel plures ſine iſto læſiſſent,iſte tenetur ſolùm pro ra
ta,id eſt,portione ſua,ſi diſtingui nō pōt quod iſte intulit ab
eo quod reliqui intulerūt :ſecundū.Ray.& glo.eius & Vl.&
Inn.& Hoſt.habita tamen ſecundū eos hæc æſtimatione vt
magis ſtrēnuus,& magis hoſtibus timorē incutiēs in plus te
neatur,ſcilicet arbitrio boni viri.& ſi omnes ſunt pares,vi-
de infrà parti.quarta. Qui etiā addunt quòd hi qui raptores,
adde vel læſores ſequūtur ad prædam,ſi credāt eos ex hoc,
& nō aliàs facturos, tenētur in ſolidū:ſi verò credūt nō ex
hoc facturos,ſed ſolùm plus facturos,tenētur ſolùm de illo
pluri ſecundū Inno.& Hoſt.Si verò non plus fecerunt quàm
aliàs erant facturi,ſecundū prædictos tenētur tantùm de his
quæ habuerunt,& de damno à ſe vel ab his qui ſunt de fami
lia ſua illato directè vel occaſionaliter.de ſen.& re.iud.cum
æterni.& A.de æta.& qual.tuam de ſent.excom.inter alia.xj.q.iij.
quantam multos. Vnde in hoc diſtat auxilium à conſilio : vt
infrà part.iiij.Et ſi prædicti nihil habuerunt vel nocuerunt,
non tenentur in aliquo, ſecundum prædictos:ſed tamen ca-
ueant ſuæ cōſcientię.quia ſi parati erant defendere læſores,
& hi ſine eorū pręſentia nō iuiſſent,aut nō tantū rapuiſſent,
vel læſi propter eorū præſentiā nō audebant ſe defendere,
qui ſe aliàs defendiſſent,tenētur ſecundū Hoſt.& Inno.etiā
ſi iuiſſent vt eos retraherēt à rapina , tenentur in ſolidū, vel
de illo pluri:imò ſecundū eos,& Dir.etiam ſi iuiſſent animo
pacificandi:niſi hoc aduerſarijs ſignificaſſent. Et quartò te-
netur in ſolidū palpo,id eſt,adulator,laudans raptorē vel læ
ſorem,ſi inde ſequutū eſt damnū:aliàs nō niſi inquātū læſit.
Et idē per omnia dic ſcđm Pet.de Pal.de detractore:ſecun-
dum Arch.de irriſore,ſi ſunt cauſa læſionis, ſine qua non.Et
ſimiliter quintò tenetꝰ in ſolidū, qui recurſum præbet rece-
ptādo fures aut læſores vel res furatas,ſi aliàs lęſio nō fuiſſet
facta,aut poſtquā facta eſt.Et ex hoc impeditꝰ reſtitutio ſecū
dum Pet.de Pa. Sed pro hoc aduerte quòd receptās ſcienter
furē,aut rem furtiuā,tenetur furti.C.de fur.l.eos. & ibi Bal.
non tamen punitur quaſi fur,ſed quaſi operam præſtans fur
to.Et ita intellige Bart.in l.furtum.ff.de fur.ſed quo ad reſti
tutionem ſecundum Inn.& Hoſt.in c.ſicut dignum.tenetur
de omni dāno,cuius receptatio furis fuit cauſa ſine qua nō:
quo ad receptationem verò rerum tenetur,ſi ex hoc res ſub
lata nō eſt habita à verò domino.d.l.eos.ar.l.qui vas.§.ij.ff.
de fur. & hoc ſi fecit ſcienter.l.qui naufragium.ff.de incen.
rui.& nau.§.non tantum.ſecus ſi ignoranter,vel vt redderet
domino:quia non tenetur:vt in d.§.non tantum.Et ſecūdum
Mo.ſi iam receptauit,tenetur reſtituere domino:niſi inde pe
riculū emineat latroni,vel alteri perſonę . Et ſextò tenetur
participās:qui ſi participet in crimine, tenetur eo modo quo
dictum eſt.Si verò ſolùm participat in re ſublata:ſi quidem
comedendo,vide infrà §.vij.ſi emendo,vide infrà §. ſequen-
ti.ſi alio modo,tenetur reſtituere inquantum participauit:&
hoc niſi res furata,tranſiuiſſet in dominium furis : puta quia
eſt pecunia,& miſta cum alia,vel granū,aut vinum , taliter
cum alio miſtum, vt diſcerni non poſsit: quo caſu tranſit in
dominium furis.l.ſi alieni numi.de ſolution.& lege, nam &
ſi fur.ff.ſi certū petatur.& lege,ſi frumentum.ff.de rei vend.
& recipiens non tenetur reſtituere:nec peccat ſi fur eſt ſol-
uendo:aliàs ſic,niſi ignoranter & bona fide conſumpſiſſet,
nec factus eſſet locupletior:quia nō tenetur. Secus ſi extant
vel ſit factus locupletior:quia poſtquam ſcit, tenetur,vt ſu-
prà Fructus.§.primo & ſecūdo. Et ſeptimò metus,id eſt,qui
videt furtum fieri,& doloſe tacet,cum poſſet impedire:quę
tamen reſtituere non tenetur:niſi ex officio obuiare teneba
tur. Et octauò non obſtans,id eſt,qui obſiſtere poteſt,& nō
obſtat:de quo ſicut de muto dicendum eſt quòd nō tenetur
reſtituere,niſi obligetur ex officio:vt principes & rectores,
qui ex officio tenētur conſeruare iuſtitiam : cum reditus eo
rum ſint ſtipendia ad hoc inſtituta : aliàs tenentur de omni
damno.quod Sco.limitat,niſi obuiādo immineret periculū
Reipublicæ vel propriæ perſonæ:adde vel rerum:quia ſicut
ſe,ita & ſua plus licet diligere quàm aliena. Et nonò mani-
feſtās,ſcilicet rem ſublatā: qui ſimiliter non tenetur niſi ex
officio teneatur,vt ſupra,qui tenetur in iudicio & extra.& iu
ra quæ volūt priuatum teneri,non loquuntur de reſtitutiōe,
ſed de peccato,quando doloſe tacet:vt c.qui cum fure.extra
de fur.Si tamen produceretur in teſtē,& interrogaretur ſe-
cundū ordinē iuris:non manifeſtādo teneretur de reſtitutio
ne:quia tūc ex officio tenetur manifeſtare.Et ita Arc.voluit
poſt Sco.in iiij.diſt.xv.& ita eſt:quia qui in iudicio requiſitus
non vult fateri veritatem,quam ſcit,ſecundū Bal.in l.presby
teri.C.de epiſ.& cler.efficitur teſtis falſus,& tenetur ad reſti
tutionem in ſolidum.Et facit quod not.Panor.in c.qui cum
fure.de fur.& Bartol.in l.ciuile eſt.C.eod.Quod limita niſi

ſciret in cõfeſsione.de excel.præla.dilectus Limitat etiã Archi.& Sco.niſi inde immineret ſibi periculum ſtatus vel perſonę:adde aut rerũ:quia nõ teneretur de reſtitutione,& ſi de peccato.arg.xj.q.iij.c.quiſquis.& de fur.c.qui cum fure.Vtrũ aũt teneatur quis relaxare furẽ.dic quòd nõ ad inſtantiã partis,ſecundũ Inn.in d.c.qui cum fure.& Bart.& Angel.& Rapha.in dicta l.ciuile eſt.& hoc tam de iure ciuili quàm canonico:ſecus ſi quis in iudicio iuridicè requiratur. quod ſecundum Hoſt.limitat niſi furi immineat periculũ mortis quod & Sum.Angel.ſequitur.Sed non oportet ſic limitare:quia ſi teſtis ſit laicus,tenetur,per dicta ſuprà Accuſatio.& infrà dicẽda in verbo,Teſtis.Si verò ſit clericus, nullus eum poteſt iuridicè requirere cum periculo ſanguinis citra papã.❡Tertium.Pro maiori tamen notitia ſciẽdum eſt quòd Arch. facit regulam circa quinq; primos modos quòd quilibet tenetur in ſolidũ,id eſt,in totum,ſi aliàs id actum nõ fuiſſet, etiã nihil de rapina veniſſet ad eum,aut per ſe nihil damni intuliſſet.Si autem aliàs actum fuiſſet,ſed non tantùm , quilibet ad illud plus tenetur in ſolidũ:ſi autẽ actum fuiſſet, & nihil plus actum eſt per opus prædictorum,in nullo tenetur, niſi quantum ad eos de rapina peruenit:& in hoc conueniunt omnes doctores & Summiſtæ.Quantũ etiã ad tres vltimos facit regulam quòd in quolibet illorũ officialis cùm ex ſuo officio teneatur ad obuiandum,tenetur in ſolidum,etiam ſi nihil ad eum peruenit:ſi verò non ſit officialis, quanuis peccet,non tenetur ad ſatisfactionẽ:intellige etiã ſi doloſe hoc faciat.Et in hoc cõueniunt omnes doctores præter vnũ,ſcilicet Richar.& omnes Summiſtæ præter vnũ , ſcilicet Sum. Ang.qui poſt.Richa.ſingulariter cõtra Roſ.& Supp.& Sco. & omnes,tenet quòd tenetur ad reſtitutionẽ, qui doloſe nõ prohibet cum poſsit: ſecus ſi ex negligentia vel timore aliquo.Sed eſt irrationabile tenere cõtra oẽs doct.fundatos in bona ratiõe,ſcilicet quia ad reſtitutionẽ nullus tenetur, niſi qui abſtulit,vel fuit cauſa ablationis rei alienæ:quia qui non fuit cauſa inæqualitatis rerũ,nõ tenetur cauſare æqualitatẽ. Nec obſt.c.quã tę.de ſen.exc.quod fortè mouit iſtos:vbi qui nõ defendit clericũ,cum poſsit,eſt excõmunicatus: quia hoc eſt ſpeciale ibi propter fauorẽ ordinis clericalis,& voluntatẽ pontificis.quæ in obligatione reſtitutionis nihil operatur: quanquã gl.ibi hoc intelligat de his qui defendere tenentur ex officio.❡Quartum.Quando multi raptores,adde vel læſores,ſunt quaſi pares,q̃a nõ habẽt ducẽ,nec vnus magis inducit aliquẽ quàm ecõtrario, ſecundũ Mo.ſi vadũt inſimul quaſi vnus exercitus:quilibet tenetur in ſolidũ,quando vnus ſine alio nõ auderet ire,vel nõ poſſet inferre damnũ.quia in tali caſu quilibet alios iuuat,& facit fortiores,& oẽs ſunt cooperatores:ſi verò nõ iuerũt ſimul,ſed quilibet per ſe faciebat damnũ:quilibet tenetur pro eo quod fecit. Vel dato q̃ iuiſſent ſimul,recurrẽdum eſt ad regulã dictã:& ſi vnus ſine alio vel eius præſentia non læſiſſet,quilibet tenetur in ſolidum:aliàs pro rata.Sed Pan.poſt Inn.in c.ſicut dignũ.de homi.aliter diſtinguit,licet ſub eadem ſententia. Nam ſi vnus non fuit in culpa in ſubtractione facta per aliũ non tenetur reſtituere,niſi quantũ ipſe aſportauit. Si verò fuit in culpa, aut dedit cõſiliũ:& tenetur in ſolidũ in cõſcientia, ſiue principalis inueniatur,ſiue nõ:ſiue damnũ paſſus cõtra principalem velit agere,ſiue non.Aut dedit auxiliũ , puta quia aſſociauit,vel huiuſmodi:& ſic tenetur inquantum eſt plus datũ ex auxilio ſuo, & ſic in totũ:vt quia vnus rem ſine alio portare nõ poterat:vel vnus ſine alio non iuiſſet, tenetur in totum.ff.de fur.l.ſed & ſi quis ſubripit.§.ſi duo.Et ratio diuerſitatis eſt inter dantem conſilium & auxilium: quia cõſilium vagatur ſuper totum furtum:non autem auxilium:ſed ad id reſtringitur,ſuper quo præſtatur.Hoſt.autem indiſtinctè tenet omnes teneri in ſolidum,quanuis etiam vnus per ſe potuiſſet.& allegat l.ita vulneratus.§.ſi.ff.ad l.Aquil.& l.ſi plures.ff.ar.fur.cæ.& l.j.§.ſi.ſi quis teſt.lib.eſ.iuſ.fue.Sed iſtæ leges loquũtur quo ad pœnam,qua omnes tenentur in ſolidũ vt not.gl.in d.l.ſi plures.in cõſcientia autẽ vbi pœna nõ habet locum,niſi poſt condemnationẽ,dic vt ſuprà.❡Quintũ. Secundũ S.Tho.Ray.& Hoſt.ſi vnus ſatisfecerit integraliter læſo,omnes ab eo liberati ſunt: quia bona fides nõ patitur vt idẽ debitũ bis exigatur.ff.de reg.iur.l.bona fides.& ſecundũ Ray.ille cui ſic ſatisfit,poteſt & debet quãtum ad iudicium animæ cedere actionem ei qui totum ſoluit:nõ quidem vt ab vno totum exigat,niſi fortè à principali: ſed vt ꝑ partibus petat à ſingulis:quantum autem ad forum contentioſum cedere nõ poteſt:nam qua fronte poteſt petere ceſſionem,qui ex culpa ſua dãnatur.ff. de admini.tuto. l.ſi plures.la.ij.& ff.de tute.& ra.diſtra.l.j.§. nunc tractemus. Siue autem fiat ceſsio ſiue non,in conſcientia Hoſt.dicit indiſtinctè quòd alij tenentur ei : quia vtiliter geſsit eorum negotium: & conſequenter tenetur habere ratum,& ei ſatisfacere.ff.de negot.geſt.l.cum pecunia.& l.ſoluendo.quod Summa.Angel.dicit verum ſolùm quo ad eum qui fuit cauſa ſine qua non inducendi eum qui ſoluit,ad illud.Sed melius Sum. Roſ.& Suppl.cum S.Tho.diſtinguunt quòd ſi ſoluit principalis,puta princeps,omnes ſunt liberati: ſi verò ſoluit alius, tenentur ei illi qui ſunt principales,& illi,ad quos res peruenit.Et videtur velle Sanct. Tho.vt exponunt prædicti poſt Piſ.& Archi.quòd ſi iſti tales non reſtituunt ei cæteri tenentur pro partibus ſuis.Nec obſtat turpitudo ſua repetenti,vt dicit Sum.Ang.in foro animæ . Et ita cum prædictis tenet Inno.in cap.ſicut dignum.de homicid.& Hoſtien.in Sum. Ray.& Aſten.& Mon.alioquin peioris conditionis eſſet qui pœnituit & reſtituit,quàm rebelles.In foro tamen exteriori aliter diſtinguendum eſſet.ſecundum Barto.in l.fina.§.ſi plures.ff.de eo,per quem fac.er.❡Sextum.Si ſpoliatus liberaliter remiſit ,ſecundum Inn.in d.c.ſicut dignum.de homic.ſi quidem remiſit principali,vt raptori vel præcipienti: liberatus eſt conſiliator, & huiuſmodi,niſi ad eum aliquid perueniſſet:quia teneretur,niſi alius pro eo ſatisfaceret: & tunc in caſu animæ,id eſt,in foro conſcientiæ,non autẽ in iudiciali,ſecundum Sum. Confeſ. tenetur conſiliator ei qui pro ſe ſatisfecit. Si verò econtrario, abſoluitur conſiliator, non eſt liberatus principalis,id eſt,raptor,aut is,ad quem res peruenit:quia naturali & diuino iure ſublato principali tollitur acceſſorium,non econtrario.dẽ conſti.c.tranſlato.❡Septimum.Ad ſciendum autem quis ſit principalis, ſciendum quòd ſecundum S.Tho.ij.ij.q.lxij.ar.ſexto.ad primum,quòd qui rem habet , tenetur ratione ipſius rei : & conſequenter ſentit quòd qui rem habet,nunquam eſt liberà reſtitutione, etiam ſi principalis ſatisfeciſſet:vt etiam bene dicit Supple. Vnde quantum ad reſtitutionem,qui rem habet,ſemper eſt principalis:licet non quantum ad perpetrationem delicti. Igitur principalis eſt qui rem habet reſpectu omnium , qui verò iuſsit,eſt principalis ſecundo loco reſpectu omnium aliorum.deinde tertio loco qui executus eſt:excepto quòd in ſocietate quilibet eſt principalis in parte ſua: in parte verò ſocij ſecundarius. ❡Octauum.Si ſpoliatus ſuſpicatur rem ſuam eſſe in hac vel illa domo,& petit iudicẽ vt domus illa queratur apertis ſcrinijs:licet videatur q̃ hoc debeat facere iudex.per l.requirendi.C.de ſer.fugi.tamen doct.communiter concludũt ſpeciale eſſe in ſeruo & perſonis,quę poſſunt dolum committere in ſe occultando:ſecus in rebus aliis: quia periculoſum eſt vt paterfamiliàs pãdat alijs ſuum patrimonium:niſi ſuſpicio eſſet vehemens.arg.l.j. ff.de quæſtio.

❡Septimò quæritur,quid iuris de participantibus in furto vel rapina aut re aliena per emptionẽ? Et dico multa.❡Primum.Qui emit rem,quã ſciebat vel probabiliter credebat furtiuã,grauatur in quinq;,ſiue ſit primus emptor,ſiue ſcd̃s, vel alius in infinitũ:q̃m idem ius eſt ac ſi primus eſſet.ff.de mino.l.ſed vbi.ff.de pet.hær.l.ſed ſi lege.§.ſi aũt.Primò em̃ tenetur reſtituere rẽ:nec liberatur ꝑ ſtatutũ diſponens quòd ſit ementis publicè in mercato,vel huiuſmodi,ſecundũ Dir. nec vendendo aut qualitercunq; alienando nec morte rei, aut eius amiſsione qualitercunque:vt ſi auferatur violenter aut inſcienter,de vſu cadat : aut quocũq; caſu etiã fortuito quin teneatur prætiũ reſtituere ſecundũ optimũ ſtatũ rei,id eſt,ſecundũ ſummã quod valuit poſtquam ab illo fuit empta.de reſti.ſpol.grauis.l.in re furtiua.ff.de fur.& l.ſi nauis.§. ſi generaliter.ff.de reivend.Et ratio eſt,quia furtum cõmiſit rem alienam inuito domino contrectando.l.j.ff. de fur.Fur aũt ſemper eſt in mora.ff.de cõdi.fur.l.ſi pro fure.Fallit q̃n rem domino loco & tempore obtulit,& ille recipere recuſauit:quia tũc purgauit morã.d.l.in re furtiua.Vnde ſi periret,vel deterioraretur ſine culpa ſua.nõ teneretur. Secundò tenetur reſtituere omnes fructus perceptos, & qui tempore intermedio percipi potuerũt.d.c.grauis. Sed ſcd̃m Ray.intellige fructus qui ſuperſunt deductis expenſis gratia fructuum q̃rendorũ,cõgregãdorũ & cõſeruãdorũ factis,quæ deducuntur tam à malæ quã à bonæ fidei poſſeſſore .ff. de peti. hære.l.ſi à dño.Tertiò quia nõ poteſt à dño petere pretiũ quod dedit.l.inciuilem.C.de fur.etiã ſi ſtatutum eſſet quòd poſſet petere,cùm ſit cõtra bonos mores. di. viij.quę cõtra. Quartò quia de dicto pretio agere nõ põt cõtra vẽditorem in foro cõtentioſo:cũ ſibi obſtet ſua turpitudo,niſi expreſſe cauerit.x.q.ij.hoc ius.l.ſi mãcipiũ.C.de rei.ven. Secus in conſcientia:quia ſcd̃m Alex.de Ales,in iiij.põt rem eidem reſtituere,& ab eo pretiũ petere:cũ ſibi potius quã alteri poſsit cõſulere:debet tñ inducere,inquit, furem ad reſtituendum domino.Quintò,quia perdit expenſas volũtarias:vt ſi meliorauit equũ,tamen in cõſcientia,quibuſdã videtur æquũ vt rationabiles expenſas ad meliorãdũ dñs reſtituat:niſi per ciuile iudiciũ in pœnã fur eas amiſiſſet.Cõcor.Rayn.niſi ſic res meliorata peruenerit legitimè ad manus domini,vt ſ.Furtũ §.pe.❡Scd̃m.Si verò talis emptor ignorabat rem eſſe furtiuã ignorãtia craſſa aut ſupina,vt quia epiſcopus excõicabat tales raptores,vel tempore belli emit à ſtipendiarijs calicem vel miſſale:vel cõiter tenebatur quòd erat res furtiua , aut quòd ex bello iniuſto ſublata erat, ſecundũ Hoſt.nõ excuſatur:quia debuit cogitare:vnde ſimiliter tenetur qui ſcienter emit,ar.l.latæ culpæ.ff.de ver.ſig.&.c.apoſtolicæ.de cle.ex.mi.&.c quæ in humanis.xij.q.ij.&.c.ſi cupis.xvj.q.j . Et idem ſecundũ Hoſt.de eo qui dubitat,nec tamen pro poſſe quæſiuit.Et idem ſcd̃m Rayn.de eo qui de hoc ex negligentia nihil cogitabat:quia tenetur reſtituere,intellige ſicut malæ fidei poſſeſſor,ſi negligentia erat magna, vel ſimplicitas fatua:quia lata culpa æquiparat̃ dolo.de cõſti.vt animarũ.lib. vj.Et idem ſcd̃m Doc.de eo qui laborabat ignorãtia iuris:vt quia credebat rem eſſe furtiuã,ſed emptionem taliũ nõ credebat iniuſtã.Et eſt ratio:quia hæc prohibitio à iure naturali traxit originem,cuius ignorãtia nõ excuſat.❡Tertium.Si verò bona fide nõ credens rem furtiuã emit vt ſibi retineret, tenetur quidem reſtituere vbi ſciuerit veritatem : nec põt à domino pretiũ petere.C.de fur.l.inciuilem.ſed nõ tenetur ſimiliter vt prior:ſed hæc bona fides quinq; ſibi cõfert . Primò,quia ea durante nunquã tenetur eã reſtituere. l.ij. C.de fur.Secundò,quia fructus conſumptos bona fide durante nũquam tenetur reſtituere.l.bonæ fidei.ff.de acqui.re.do.&l. fructus.& l.ſi ex diuerſo.§.ſi.ff.de rei ven.ſed ſolùm reſtituere tenetur extantes,ſcilicet inquantũ factus eſt locupletior. de quo dic vt ſ.Fructus.§.ij.& iij.Tertiò,quia ſi durante bona fide res perijt,nõ tenetur:quia nõ erat in mora: & ſi rem alienauit venditiõe vel aliter ,nõ tenetur reddere pretium: quia dolo nõ deſijt poſsidere:& pretiũ ex re furtiua nõ eſt furtiuũ.ff.de fur.l.quivas.de alie.iudi.mu.cau.fa.c.j.nec aliud ſolũ,niſi lucrũ ſi extat aliquod,ex quo factus ſit locupletior. l.nam & hoc natura.ff.de condi.inde . Et idem de pretio,ex quo factus eſt locupletior,ſi dñs rem cõſequi nõ poteſt:quia pretium ſuccedit loco rei.ff.de pe.hære.l.ſi & rem.Quod intellige verũ etiã ſi poſt bonã fidem,ſed ante ſcientiã & credulitatem de furto vendidit , dubitãs tamen an ſit furtiua: quia adhuc nõ erat in mala fide,& ſic cenſebatur in bona:vt eſt tex.optimus in c.ſi virgo.xxxiiij.q.ij.de quo vide ſ.Præſcriptio.§.iij.par.iij.Quartò,quia põt expenſas factas in bona fide circa rem cõſeruandã aut meliorandã retinere, vt ſ. Expenſæ.§.iiij.Quintò,quia ſi reſtituerit eã iudice ſententiãte,agere poteſt ex pretio,etiã in foro cõtẽtioſo cõtra venditorem.xij.q.ij.Vulteranæ.& ſi per plures emptores trãſierit,vnus põt agere cõtra aliũ.ff.de mi.l.ſed vbi.nõ aũt ſi ad ſacerdotis imperiũ reſtituit.l.ſi rem.ff.de euic.ſed in cõſcientia inducendus eſt & cogendus venditor vt eũ ſeruet indemnem.ar.c.ſi.de em.& vend. Vnde conſulendũ eſt ei vt ſe faciat citari iudicialiter à domino,& denuntiet venditori vt eũ defendat & ſeruet.❡Quartum.Si verò emit bona fide vt reſtitueret domino,quia eã aliàs non erat habiturus,aut nõ tali pretio,ſecundũ Ho.& Mo.repetere poteſt pretium quod dedit,& intereſſe ſuũ:quia vtiliter geſsit negotiũ eius,& expenſas moderatas,niſi ex re vtilitatem habuiſſet:quia teneretur compenſare fructus cum expenſis & pretio, arg.l.ſed an vltra.§.ij.ff.de neg.geſt.&.c.cùm dilecti.§.ſi.de accuſa.& ſi periret,aut eã amitteret ſine ſua culpa,non teneretur.Hęc tamen intellige ſi vtiliter egit pro dño . vt quia emit pretio paruo,nõ aliter:quia ceſſaret cauſa,& cõſequenter effectus de app.cùm ceſſante.Aduertendũ eſt tamen quòd tali emptori in foro contentioſo non crederetur,niſi fuiſſet publicè proteſtatus quòd ea intentione emebat.ar.l.Neſennius.ff.de neg.geſt.& l.ij.C.de fur.& in c.vnico.vt eccle.beneſi.licet aliter eſſet in cõſcientia.❡Quintum.Qui rem emit,quam nũc ſcit furtiuã,ſecundũ Hoſt.& Mo.poſt diligentem inquiſitionem domini,ſi eum non inuenit , tenetur pauperibus de re vel pretio & fructibus ſi emit mala fide:ſi verò emit bona fide,reddet rem venditori recuperato pretio ſuo ſi poteſt: alioquin omnes fructus nõ cõſumptos in bona fide , & quicquid valet vltra id quod ipſe dedit , pauperibus erogabit,& publicè ſcd̃m conſiliũ Ray.vt vitetur omnis ſuſpicio:& liberatus erit.ar.c.quatuor.xij.q.ij.quia etiã vtiliter geſsit negotium domini.& concor. ſatis Hoſt.& Vld.& Veruec.Poſſet tamen prælatus ei pauperi eã relinquere,ſcd̃m Hoſt. & Vl. Et ſi facta donatione pauperibus appareat dominus:tamen liber erit qui dedit de conſilio boni viri , præmiſsis debitis proclamationibus & diligenti inquiſitione ĩ.Reſtitutio viij. §.iiij.ar.eorum quę in ſimili dicit Lau.de Ridol.poſt Fed.de vſurario publico,vt ĩ.❡Sextum.Emens à furioſo , prodigo, vel minore,& huiuſmodi,quibus vel per ius vel per iudicem eſt interdicta vendendi poteſtas,tenetur reſtituere rem:quia malæ fidei poſſeſſor eſt emens contra legum interdicta.l. quemadmodũ.C.de agri.& cen.Quomodo aũt teneatur qui emet rem eccleſiæ ſine ſolennitate,vide ſ.Alienatio.§.xiiij. & Clericus.iiij.§.xiij.Vtrum verò emens aliquid ſuo nomine de pecunia aliena faciat illud ſuum,vide ſ.Emptio.§.xxij.

8 ¶†Octauò quęritur, quid iuris quo ad geſtores negotiorum
alienorũ? Et dico multa. ¶Primum. Negotiorum geſtor te-
netur ei, cuius negotium gerit, de omni damno quod pro-
ceſsit dolo ſuo vel lata culpa vel leui vel etiam leuiſsima, qñ
alius diligentior erat geſturus: vt inſti. de obli. quæ ex quaſi
contra. na. in prin. vbi Ang. de Are. no. quòd regulariter ge-
ſtor nõ tenetur de leuiſsima culpa, niſi quando alius diligen
tior eſſet geſturus. & rationem huius vide per Bar. in l. quod
Nerua. ff. depo. ¶Secundũ. Vtrũ autem teneatur de caſu for
tuito, gl. in verbo, obligatum, enumerat ſex caſus, in quibus
tenetur: & econtrario ille, cuius negotia geſta ſunt, tenetur
ad expenſas quas fecit negotiorum geſtor. quod tamen fal-
lit in pluribus caſibus. Primò, qñ præceſsit proteſtatio quòd
nõ gerat: vt in l. Neſennius. ff. de neg. geſt. Secũdò, qñ geſsit
paterna affectione: vt ſi vitricus præſtitit alimenta priuigno
vel in eum erudiendum expendit. l. ſi paterno. C. de neg. geſ.
Secus ſi alimenta præſtitit vt repeteret: quod probare debet
ſecundum quoſdã, ex proteſtatione: vel ſecundũ Bar. in d. l. ſi
paterno, qñ de eo, quod expendebat, faciebat librum ratio-
num. Tertiò, qñ maritus geſsit erga vxorem maritali affe-
ctione: puta fecit expenſas curando eam. de quo vide Bal. in
l. ſi donaturus. ff. de condi. ob. tur. cau. & Alex. in l. quod in
vxorem. C. de neg. geſt. & j. Vxor. Quartò qñ propter dome
ſticam affectionem & pietatem: vt ſi mater expendebat in
faciendo dari tutorem pupillo. l. j. C. de neg. geſt. & l. is qui.
ff. eo. glo. tamen in d. l. j. dicit quòd non quicquid mater im-
pendit, donare præſumitur: ſed hoc iudicabitur ex qualitate
& quantitate impenſarũ & facultate matris ac filij. Adde qđ
no. Bart. in l. alimenta. C. de neg. geſt. quod quandoq; mater
expendit circa perſonã filij de neceſsitate præciſa: vt quia eſt
intra cunã: vel aliàs nõ habet vnde viuat, vt vel quia matrimo
nium eſt ſolutum diuortio, & onus filiorũ ſpectat ad eã: vt
C. de pat. po. l. nec filiũ. & hoc caſu nõ habet repetitionem e-
tiã ſi fuerit proteſtata quod faceret animo repetendi: vt etiã
dicit gl. in d. l. alimenta. Quãdoq; expẽdit in neceſsitate cau
ſatiua: vt impetrando tutores. & in hoc fiunt expenſæ tripli-
cis generis, vt no. idem Bar. in d. l. Neſennius. quia quædam
fiunt circa perſonam pupilli: vt ducendo eũ Romã, vel ad
aliam ciuitatem cauſa petendi tutorem: & iſtæ repetuntur.
Quædam verò fiunt in perſonam ipſius matris euntis ad pe
tendum tutorem: & iſtæ repeti nõ poſſunt: quia cum matri
hoc iniungitur, intelligitur ſuo victu: vt l. ſuo victu. ff. de op.
lib. Quędã verò fiũt in procuratoribus, aduocatis, ſcriptu-
ris, & ſimilibus: & iſtæ repetuntur à filio quicquid, inquit, di
catur per alios. hæc ille. Quandoq; mater expendit ex volun
tate: & tũc dicit Bar. in d. l. alimenta. quòd aut onus alimentã
di ſpectat ad aliũ, puta ad patrem: & tunc ab illo patre pote
rit mater repetere: vt d. l. Neſennius. nõ aũt ab ipſo filio, e-
tiam ſi fuerit proteſtata: qa alius erat facturus. quod etiã te
net glo. in d. l. Neſennius. Ex quo nota quòd iſta proteſtatio
declaratoria volũtatis nõ habet effectũ in his quæ à noſtra
volũtate nõ dependent, ſed ſunt deciſa per legem. Aut onus
alimentãdi ſpectat ad ipſum filiũ: & tũc ſi quidem mater ge
rebat alia negotia filij, in dubio videtur expendiſſe de bonis
filij: vt d. l. Neſennius. Si verò negotia filij nõ gerebat, in du-
bio videtur facere animo non repetendi. vt d. l. alimenta. niſi
fuiſſet proteſtata, d. l. Neſennius. hæc Bar. ¶Tertium. Tutor
autem & curator reſtituere tenentur omne damnum, quod
pupillo vel minori proceſsit eorum dolo, lata culpa, vel leui
negligentia, non autem leuiſsima. l. quicquid. C. arbi. tutelæ.
¶Quartum. Si tutor more ciuitatis nomine pupilli mittit
encænia magiſtro & ſuis coniunctis, ſecundum Io. de Plat.
Inſti. de act. §. actionum. pupillus tenetur tutori ratione ne-
gotiorum geſtorum. l. cum plures. ff. de admin. tut. quia talia
encænia ex quo ſunt conſueta, dicuntur quaſi debita, ſecun-
dum gloſſ. in dicta l. j. §. ſed nonnullos. ff. de tut. & ra. diſtra.
¶Quintum. Si meo creditori ſine mandato meo ſoluiſti, &
me liberaſti ſoluendo nomine meo, ſecundũ eundum cogor
habere ratum, & obligor tibi actione negotiorũ geſtorum
ad reſtitutionem pecuniæ pro me ſolutæ: ſecus ſi nõ vtiliter
ſoluiſti: vt l. cum pecunia. ff. de negot. geſtis. ¶Sextum. Si tui
contẽplatione tuo mandato tuum filium ab hoſtibus aut la
tronibus redemi, vel aliam rem tuam neceſſariã, quam redi
mere tenebaris, ſecundum eundem mihi teneris eadẽ actio-
ne: imò hoc caſu poteſt vir dotem expendere pro redimẽdis
proprijs filijs vxoris. l. ſed ſi ideo. ff. ſolut. mat. Nam ſi pater
filium captiuum vel econtrario, vel alius ſucceſſurus redime
re negligat, ſucceſsione priuatur: vt in auth. ſi captiui. C. de
epiſ. & cle. ¶Septimum. Tutores, curatores, & aliorum nego
tiorum geſtores, ac filijfamiliâs, qui nomine alieno damna
intulerunt nihilo ad eos perueniente, vtrum poſsint reſtitue
re de bonis eorum quibus acquiſiuerũt illis neſcientibus, aut
etiam inuitis. Quidam dicunt indiſtinctè quòd ſic: quia in
hoc vtiliter gerunt curam eorum, cum ad hoc illi tenerentur.
quidam verò æquius diſtinguunt ſic. Nam ſi adhuc ha-
bent adminiſtrationem, hoc poſſunt & debent, ſi nolunt ipſi
remanere obligati, cũ tali tamen cautela quòd non poſsint
poſtea repeti ab eis: tum quia vtiliter gerunt negotium eo-
rum: tum quia ſecundum regu. iur. in vj omnis res per quaſ-
cunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur. Si verò iam
non habent adminiſtrationem, ſubdiſtinguitur. Nam aut
prædicti geſtores non poſſunt reſtituere de ſuo: puta quia
pauperes: & ſufficit denunciare his, quibus acquiſiuerunt ſi
hoc ignorant: qui ſi nolunt ſatisfacere, habeant ipſi geſtores
animum ſatisfaciendi de ſuo cùm poterunt: accipere autem
à prædictis occultè vt reſtituant, nec tenentur, nec debent:
quia quo ad ſe excuſantur impotentia. xiiij. q. vj. cap. ſi res.
quo ad alios verò nihil eis proſunt ſi occultè faciant quo ad
peccatum vel obligationem reſtituendi, cùm nolint reſtitue
re, & remaneant in conſcientia ſua obligati: publicè autem
eos cogere nequeunt, niſi per iudicem. Aut poſſunt reſtitue
re: & tunc tenentur vſque ad vnum quadrantem, ſi principa
les, ad quos lucrum peruenit, nolunt reſtituere: poſſunt ta-
men deinde vſque ad quantitatem ſolutam ſubripere occul-
tè de bonis principalium, ſi per viam iudicij habere non poſ
ſunt, ſine periculo tamen & ſcandalo: & cauto modo debent
notificare ei, qui ſe credebat obligatum, quòd non obliga-
tur. Et ſecundum hanc diſtinctionem tenet Archiepiſcopus.
¶†Nonò quæritur, quid iuris de reſtitutione quantum ad
malæ fidei poſſeſſores? Et dico quòd ſecundum Pan. in cap.
grauis. de reſtit. ſpol. malæ fidei poſſeſſor eſt is, qui poſsidet
rem, & ſcit ad illum pertinere: econtrario bonæ fidei poſſeſ
ſor eſt, qui cùm ignoret ſe poſsidere alienum, poſsidet cogi
tatione domini. textus eſt in cap. ſi virgo. xxiij. quæſt. ij. Igi-
tur malæ fidei poſſeſſor tenetur reſtituere rem, ſi extat. xiiij.
q. vj. ſi res. cap. cùm tu. de vſur. Si verò perijt, vel eſt deterio-
rata. tenetur ſecundum æſtimationem iuxta diſtinctionem
datam ſuprà, §. vj. de emente ſcienter rem furtiuam. tenetur
etiam ad fructus perceptos, & ad eos, quos dominus perce-
piſſet, ſi eam poſſediſſet. d. cap. grauis. & in l. in re furtiua. ff.
de condict. fur. & in l. ſi nauis. §. vlti. ff. de rei. vendicat. Intel-
lige primò ſi res erat fructuoſa: & ſecundò de fructibus, qui
honeſtè inde percipi poterunt. lege, fructus. ff. de rei vendi-
catione: & tertiò quo ad conſcientiam, ſi eos dominus in ve-
ritate erat percepturus probabiliter: ſecus ſi omnino non
erat percepturus: puta quia rem non locaſſet, ſi habuiſſet:
& quartò quo ad poſſeſſorẽ qui rem habuit ſine titulo: quia
ſi habuit cum titulo, puta per venditionem, donationẽ & hu-
iuſmodi, tenetur quidẽ de fructibus perceptis, ſed nõ de per-
cipiendis, l. ſi fundum. C. de rei vẽd. niſi in quatuor caſibus. vt
patet in l. ſed & partus. ff. quod me. cau. iuncta gloſ. Primò ſi
talis titulus habitus fuerit per metũ: quia teneretur etiã de
percipiẽdis. Secundò quãdo titulus eſt habitus contra inter-
dictum legum. l. quẽadmodum. C. de agri. & cenſi. & colo.
Tertiò quando titulus habebat in fraudẽ creditorũ. l. j. ff. de
his quę in frau. credi. Quartò quãdo titulus habet ex emptio
ne rei fiſcalis ſine debita ſolẽnitate. Nec diſtinguo in iſtis
poſſeſſoribus malæ fidei: licet diſtinguat Supple. cõtra Ang.
vtrũ res obnoxia reſtitutioni fuerit aliena: puta quia nõ trã-
ſiuit in dominiũ eius: aut fuerit alteri debita: puta quia de iu
re ciuili trãſiuit in dominiũ eius, ſed tamẽ cum obligatione
reſtitutionis: quia ſiue ſic ſiue ſic, tenetur fructus reſtituere
ſecundũ diſtinctionẽ prædictã, vt patet in l. cum fundus. ff. ſi
cer. pet. & in l. indebiti in prin. ff. de cõdi. inde. & clarius in l.
videamus, §. in Fauiana quoq;. ff. de vſur. & de hoc vide Pan.
in d. c. grauis. & gloſ. in c. non liceat papæ. xij. q. ij. Et not. ꝙ
qui ſolum vſum rei furatus eſt, nõ liberatur reſtituta re, ſed
tenetur ad æſtimationẽ vſus, ſecundum Hoſt. & Vld. Et eodẽ
modo à fortiori tenetur quis reſtituere damna, ſi quæ domi
nus propter abſentiam ſuæ rei paſſus eſt. Pro quo aduerte
quòd in poſſeſſoribus malæ fidei, vbi rei principalis eſt æſti-
matio, intereſſe lucri ceſſantis non debet excedere duplum
rei principalis, ſed vbi res eſt incerta: verbi gratia, captura pi
ſcium, de qua in l. ſi iactum. ff. de act. emp. & ven. ſeu vbi res
non habet cõmunẽ æſtimationẽ, quia ſcilicet alia nõ eſt quę
communiter vẽdatur, fit æſtimatio ad arbitrium boni viri,
licet excedat duplum. Adde tamẽ quòd in immẽſum nõ ꝓ-
cedat. l. vna. C. de ſen. quæ pro eo quod inte. profe. ſed reſpe-
ctu dãni emergẽtis ſi venit intereſſe ratione omiſsionis tan
tùm, cõſideratur ſolùm intereſſe intrinſecũ. ff. de act. emp.
l. ſi ſterilis, §. cum per vẽditorẽ. ſicut ſi frumẽtũ non eſt da-
tum emptori in termino, cõſiderabitur illud quod plus va-
luit, quod eſt intereſſe intrinſecũ: nõ quòd animalia mortua
ſunt, quod eſt extrinſecũ. quod limita ſi venit damnũ ex ſim
plici omiſsione debitoris: ſecus ſi cum omiſsione venit com
miſsio. vt quia ꝓmiſit dare frumentũ in tali termino, & cre
ditor aliter ſibi ꝓuidiſſet niſi fuiſſet debitoris promiſsione
deceptus: qa tũc tenetur per omiſsionẽ & cõmiſsionẽ, id eſt,
falſam promiſsionẽ: & venit etiã extrinſecũ. ff. de act. emp.
l. Iulianus. præſertim in foro conſciẽtiæ: vbi tenetur quis ꝓ-
ximo de omni dãno ex dolo dato vel lata culpa. de iniur. l. ſi
culpa. §. intereſſe. Aliud exẽplum. Qui ſciẽter vẽdidit tignum
violatũ, nihil dicẽs, tenetur de ruina, & de pẽſione ſoluta, qđ
eſt intereſſe extrinſecũ. d. l. Iulianus. nõ tamẽ in infinitũ: vn-
de non veniet pẽſio longo tẽpore: ſed vt videtur prima tan
tùm: ar. l. Neratius. ff. de ſer. cor. vbi corruptor tenetur de ſer
uo, & de his quæ aſportauit fugiẽs: non autẽ de alijs quæ po
ſtea ſucceſsiuè furatus eſt. Quomodo etiam iſta diſtinctio
habeat locum in vſura vel non, infrà Vſura. §. xix. Quomodo
etiam teneatur poſſeſſor bonæ fidei. ſ. Fructus. §. j. Si autem
res non ſit lucroſa, niſi ſolùm ex induſtria, vt pecuniæ, & hu-
iuſmodi, dicit Sum. Ang. quòd ſecundum opin. communem
Theologorum, vt patet per Ric. & Sco. in iiij. diſt. xv. nõ te-
netur reſtituere lucrum, ſed ſolum principale acceptũ. quod
tenẽdum dicit in conſciẽtia, quantũ ad neceſsitatẽ: quanuis
aliqui velint quòd teneatur reſtituere lucrum, vt not. Arch.
xiiij. q. iiij. ſi quis vſuram. Sed ego dico quòd tenetur ſecun-
dum Rich. & Sco. de damno dato directè: puta ſi propter ca
rentiam talis rei creditor coactus eſt emere cariori, aut ven



dere viliori pretio: intellige de dato ſufficienter & efficaci-
ter, non de alio: tenetur etiam de lucro ceſſante, ſecundum
opinionẽ, quam recitat Arch. quod limito primò ſi ſit in mo
ra ſecundò extra vſuras, in quibus quis tenetur ſolùm de dã-
no emergẽte: & tertiò quantum ad eam partẽ lucri pobabi-
lis quam vir bonus arbitrabitur ratione periculi. Et ita tenet
Sanctus Thomas ſecunda ſecundæ, quæſtio. lxij. art. quarto,
in fine corporis: ſicut refert & ſequitur Summa Piſan. & be-
ne, quòd detinens pecuniam alienam vltra terminum, tene-
tur ad aliquam recompenſationẽ ſecundum conditionẽ per
ſonarum & negotiorũ, id eſt, arbitrio boni viri. Et ita tenet
Sum. Roſ. & Suppl. Nec obſt. quod idẽ ſanctus doctor dicit
ij. ij. q. lxxviij. ar. ij. ad primũ quòd mutuãs, deducere non põt
in pactũ damnũ, quòd conſideratur ex hoc ꝙ de pecunia nõ
lucratur: quia nõ debet vẽdere quod nõdum habet: & poteſt
impediri multipliciter: quia nos loquimur de malæ fidei poſ
ſeſſore exiſtẽte in mora, in qua non eſt qui mutuũ accipit, ni
ſi poſt terminũ: imò, vt bene dicit Suppl. illud dictum S. Th.
intelligitur vt illud nõ liceat faciẽdo pactum de lucro certo
pro incerto: aliàs bene poteſt peti intereſſe lucri ceſſantis: &
conſequẽter deduci in pactũ quo ad aliquã recõpenſationẽ
arbitrio boni viri. Et ideo eodẽ modo diſtinguo ſicut de re
lucroſa quantũ ad intereſſe. Nõ tamẽ tenetur reſtituere lu-
crũ quod ipſe fecit ex re non lucroſa. De expenſis etiam fa-
ctis in tali re, vide ſuprà Expẽſæ. §. iiij. ¶†Decimò quęritur, 10
quid iuris de acquirẽtibus vel nocẽtibus per fictiones & mẽ-
dacia ſpecialiter in fraudẽ creditorum? Et dico multa. ¶Pri-
mum. Qui ſub forma boni Chriſtiani vel boni religioſi per
hypocriſim eleemoſynam acquirit ſecundum Inn. in c. quia
pleriq;. de immun. eccl. tenetur reſtituere. & idẽ Alex. de Al.
quia qui tali dat, non dat ei per ſe loquẽdo, ſed interpretati-
uè dat viro religioſo: vnde non transfert dominium rei datæ
in vſum: ſed intelligo de fictione qua religioſus fingit ſancti-
tatem, non qua abſcondit fragilitatem, nihil bonitatis præ-
tendens vltra communem ſtatum ſuæ religionis: quia talis
propriè non eſt hypocrita. Nec obſtat quia is qui creditur
bonus & non eſt, & confertur ei præbenda, non tenetur reſti
tuere quia ſecundum Alex. nõ eſt ſimile: quia iſte nõ cõmit-
tit fraudẽ, propter quam ſibi cõferatur: cum nõ fingat ſe ca-
ſtũ hac intẽtione. Vnde licet ipſe ſit malus, ingreſſus tamẽ in
præbẽdam eſt licitus: hypocrita autem habet ingreſſum vi-
tioſum. Si autẽ præbendatus ingrederetur per fornicationẽ
puta quia ideo præbendam epiſcopus dat quia matrẽ vel ſo
rorem cognoſcit, reſignare tenetur cognita veritate. ¶Secũ
dum. Cui autem reſtituẽdum ſit habitum ab hypocrita. In-
nocen. vbi ſuprà, dicit quòd fortè non ei qui dedit, quia con-
ſecutus eſt mercedẽ ſuam. quod dictum, ſecundum Panor-
mitan. eſt notabile: & conſequenter debet dari pauperibus:
niſi eſſet datum aliqua ſpeciali cauſa expreſſa: puta in cali-
cem, vel altare, aut huiuſmodi. Sed Io. de Ripol. in ſuis con-
tractibus latius ſic diſtinguit. Nã ſi tali dans, puta Petrus er-
rat in perſona: puta quia credit dare Titio, & dat Dyno. te-
netur Dynus Petro vel Titio. Si verò errat in fortuna: puta
quia dat diuiti credẽs dare pauperi, tenetur recipiens ipſi Pe
tro vel pauperibus: niſi poſtea ipſe recipiẽs factus ſit pauper.
Si verò erat in conditione alia, puta quia credit dare ſancto
vel celebraturo & huiuſmodi: tũc ſi cõditio nõ ineſt, tenetur
recipiẽs reſtituere vel per ſe, aut per alium ſatisfacere inten
tioni dantis. quod alij dicunt verum, ſi datum eſt præciſè
tanquam ex cauſa finali propter illud: ſicut ſi daret ſic ex-
primendo, ſecus quando dat quia ſic credit: ſicut ſi darem
tibi, quia credo quòd ſis amicus meus, cum non ſis: quia
non teneris mihi. Et magis placet quia, vt dicit l. ſi repeten-

di.C.de cōdictio. ob cau.da.conditio in corde retēta repetitione nō induxit,maximè in caſu iſto quia dās iam mercedē ſuā habet:tenetur tamē per ſe mutatū,vel per aliū ſatisfacere intētioni dātis in celebrādo vel orādo, ſi hoc eſt exp̄ſſum à dāte vel ab accipiēte:quia ipſa acceptio fuit quædā tacita promiſsio. Vnde quæſtores qui promittūt ſe facturos quod no faciūt aut dicūt ſe facere quod nō faciunt, puta infirmos paſcere,& ideo petūt,tenētur danti vel pro quo dederūt:qa dātes intelligūtur dare pro tali cauſa,quæ ſatis eſt expreſſa ex quo pro ea petitur:ſecus ſi quis pro Deo petat,& detur ei quia creditur ſanctus,licet non ſit: quia cauſa pro qua accipit principaliter eſt Deus,licet ſecundaria ſit ſanctitas : quæ ſecūdaria nō attēditur,ſed principalis. ¶Tertiū.Mēdicantes validi & fortes ſi fingunt ſe infirmos,ſecundū Io.de Pla.ſi in eis fuerit integritas corporis & annorū robuſtitas , eorū inertia ſine miſeratione puniēda eſt:ſic vt ſi fuerint ſerui,ſubdantur dominio accuſatoris.ſi verò liberi , efficiātur coloni aſſcriptitij.Si verò fingūt debilitatē:tunc ſi eſt forēſis,expellitur,& ad ſuas partes remittitur:ſi verò eſt de vrbe, cōpelli debet ad opera,& artes & exercitia publicè operāda.l.vnica. C.de mēdi.val.lib.xj.¶Quartū . Si quid in fraudē creditorū ſit alienatū,puta donatione,vel aliter,ſecundū Io.de Pla.Inſtit.de act.§.rurſus talis donatio,adde & generaliter alienatio,vt ſ.eo.§.ſi.reuocatur,& cōſequēter accipiēs tenetur reſtituere.l.qui autē.§.ſimili modo.& l.ait prętor.ij.reſpōſo.ff. quæ in frau.cre.& per hęc patet reſpōſio ad quęſtionē quæ fuit in facto. Mercator eñ habēs vnde ſolueret creditoribus fugā arrepturus reliquit vxori mille aureos,dicēs vt teneret eos,& ſi fulminaretur ſentētia cōtra nō reuelantes bona ſua: extunc ei donabat.Quærebatur igitur vtrū vxor vel alius ſic habēs aliquid teneatur reuelare ſi eminet cōminatoria? Et dic quòd ſic:quia illa donatio nō eſt vera,ſed ficta in fraudē creditorum.Quintum.Meretrix licet nō teneatur de mercede ſua,ſi tamē aliquid ſuperfluè vel fraude aut dolo accipit, tenetur reſtituere danti,ſecundū San.Tho.ij.ij. q. lxij. Vide ſ.Reſtitutio.ij.§.ij.¶Sextum.Qui ſuis literis fictis dat damnum proximo, ſicut ſi ſcribat aliquas merces in tali patria multum valere, cum non ſit verū , ſi literæ dirigebantur ei cui nocuerunt, tenetur ei de damno : ſi literæ dirigebantur alij , & ipſe eas aperuit,in nullo tenetur,licet peccet:ſed ille ſibi imputet.Si verò dirigebantur quidē alteri,ſed fraudulēter vt aliquē deciperet:tenetur in ſolidum mittēs,& ſimiliter ſciēter exequēs:quia vterq; dedit occaſionē efficacē damni iniuſtè.

11 ¶† Vndecimò quæritur, quomodo ad reſtitutionē obligētur contrahētes ſpecialiter pater ex contractu filij ? Et dico multa. ¶Primum.Qui contractum illicitum facit,ſi quidē ſit nullus vel vſurarius,tenet etiā de fructibus, niſi bona fides excuſet:vt ſuprà.§.viij.Si verò tenuit de iure, licet veniat reſcindendus:puta quia minus iuſto pretio emptum eſt,vel huiuſmodi:tunc ſi nec dolus neque fraus interuenit,non tenetur de fructibus,ſed de ſupplemento iuſti pretij, vt elicitur ex l.ij.C. de reſcind.vend.& gloſ.in cap . cum dilecti.de emptio.& vēdit.& in cap. per tuas.de donat. & in cap.illo vos.de pigno.¶Secundum.Quando aliqui inuicem contrahunt,ſi contractus celebratur gratia dātis tantùm:vt in depoſito,recipiens tenetur de dolo & lata culpa. Si verò gratia recipiētis tantùm:vt in commodato,de quo ſuprà diffuſe, tenetur de dolo & omni culpa. ſi gratia vtriuſq; , vt in locatione,tenetur de dolo & lata ac leui culpa.l.ſi vt certo. §.ij.ff.commo.in mutuo tamen quia transfertur dominium tenetur de dolo & omni culpa,& de caſu fortuito: vt Inſtit. qui.mo.re.cōtra.ob.§.j.In præcario etiam quomodo teneatur:vide ſ.Commodatum.§.viij. ¶Tertium. Mediator ſiue proxeneta cōtractuum quomodo teneatur:vide j.Vſura.vij. q.iij.¶Quartū.Socius verò in cōtractu ſocietatis tenet.de dāno emergēte dolo ſuo lata culpa & leui:quæ leuius æſtimatur,ſi nō adhibet tantā diligentiā in rebus cōmunibus,quātam adhibere ſolebat in proprijs tēpore ſocietatis.Inſti. pro ſocio.§.ſi.nō autē de leuiſsima:quia ſufficit ſi tantā diligentiam adhibebat in cōmunibus ſicut in proprijs. ff.pro ſocio. l.cum duobus.Si alter ſociorū in re cōmuni fecit expēſas,ſecundū Io.de Pla.Inſtit.de ob.quę ex qua.cō.§.itē ſi inter aliquos.alter tenetur tribuere partē ſuā.l.ſi inter fratres.ff.pro ſocio.& ſi alter eorū eſt rixoſus & deuius nō curās laborare terrā cōem,aut locare cōmunē domū:reliquus , ſcd̄m eūdē pōt accipere partē ſuā quo ad vſum, & laborare , & locare, & ſibi fructus recipere,ſecūdū gl.in l.iubemus.C.de ſac.ſan. eccl.& in l.Lucius.ff.fa.er ciſ.¶Quintū.Is,cui debitū indebitè ex ignorātia ſoluitur tenetur reſtituere perinde,ac ſi mutuo accepiſſet ex quaſi cōtractu.Inſtit.de ob.quæ ex qua.cō.na.§ ſi.& idē ſi per errorē:ſecus ſi ſciēter:qa donare videtur vt in l.Cāpanus.ff.de oper.lib.¶Sextū.Pater ex cōtractu filij facto cū extraneo tenetur quantū verſum eſt in vtilitatē patris,ſecūdū Io.de Plat.Inſti.qđ cū eo. Vnde ſi eſt verſum in totū,tenet in totū:ſi in parte,ſimiliter in parte: & hoc ſi cōuertit in rē neceſſariā patri:vt quia pecuniā mutuo accipiēs ſoluit creditori paterno.l.iij.§.in rē aūt.ff. de in rē verſo.vel rē aut domū patris ruentē reparauit: ſecus ſi domū exornauit expēſis volūtarijs:quia nō dicitur verſum,niſi ex mādato dñi fecerit:ſed pater tenet permittere auferri ſine leſiōe domus.d.l.iij.§.ſed ſi mutua. De hm̄ōi ſimilibis vide Pan.in c. qúia pleriq;.de immu.eccl.¶Septimū.Si filius vel ſeruus decipit creditorē aſſerēdo ſe velle in vtilitatē patris aut domini cōuertere,& tñ nō cōuertit:ſecundū Io.de Pla. pater vel dñs nō tenet:etiā ſi accipiēs erat aſſuetus cōuertere:vt ff.de in rem verſo.l.quod ſi ſeruus.§.ſed ſi accipit.Et ſi talis accipiēs primò luſit quæ mutuo acceperat cōuertēda:deinde iterū reuicit & cōuertit:pater ſecundū Io.de Pla.nō tenetur de in rē verſo,p gl.in l.ſi minor.xxv.annis.ff.de mi.quaſi ex noua acquiſitione,nō ex mutuo dicatur facta cōuerſio.qđ Bar. in d.l.ſi minor,verū dicit,ſi in alio ludo ex interuallo vicit: ſecus ſi incōtinēti in eo ludo. ¶Octauū.Si mutuaſti frumentū patri vel marito,ex quo nutriuit filios vel vxorē, ſecūdū Io.de Pla.illi nō tenētur in ſubſidiū , quaſi in eorū vtilitatē verſum ſit.ſed ſecundū Bar.in l.his ſolis.ff.de cōdi.indeb.tenētur.vbi format quæſtionē de filijs,qui poſtea ex aduētitijs facti ſunt diuites.& idē Lud. de Ro.in ſuis ſing. ¶Nonū.Si pater cōſentit in decurionatu filij,tenet p eo in ſolidū de indēnitate Reipublicæ: & etiā ipſius patris hęredes : facta tñ prius excuſsiōe de ipſo filio principali debitore.l.j.C.de decu.lib.x.Et dicūtur decuriones cōſiliarij, q habēt deliberare cum prioribus cuiuſcūq; ciuitatis.¶Decimū.Mercatores & alij artifices,qui ſuis apothecis imponūt inſtitores . ſcd̄m Io.de Pla.Inſti.qđ cum eo.§.inſtitoris. ex eorū cōtractibus tenētur,ſi nomine domini contraxerūt,maximè quando in eius vtilitatē verſum eſt,l.quicūq;.§.j.& ij.ff.de inſti.& l.iij. eo.ti.Vnde ſi ſcribat in libro quòd apud mēſam domini ſui Titius habet centum in depoſito,tenetur dominus.¶Vndecimū.Dominus & pater tenentur ex cōtractu geſto per ſeruū & filiū eorum iuſſu ſecundū eundē:vt l.j.ff.quod iuſſu.nā pater & dominus vidētur cōtrahere,cum per alios cōtrahūt: vt in regula,qui p aliū & cōtrahētes vident ſimiliter cōtrahere cū præponēte,quādo cōtrahūt cū p̄poſito:vt l.ſi inſtitorē.ſi cert.pet.Et idē in executore nauis.l.j.ff.de exerci. Et idē quando verſum eſt in vtilitatē aliquorū iſtorū dominorum .ff.de in rē verſo.l.j.¶Duodecimū. Fideiuſſori tenetur principalis ad reſtitutionē eius quod ille ſoluit.Inſti.de fideiuſ.§.ſi quid autē.& poteſt ſponte ſoluere ſecundū Io.de Pla. non expectato quòd ſibi fiat mandatum,vt dicit gloſ.in d.§. ſi quid aute.Nam tenetur agnoſcere bonam fidem l.idemq; §.ſi fideiuſſores.Sed ſi iudex eum condēnauit per iniuriam.ſecundū eundem non poteſt agere mandati, ſi nō appellauit. l.ſi pro ea.C.mand.

12 ¶ Duodecimò quæritur,quomodo reſtituere teneantur,qui aliquem impediuerunt à conſecutione alicuius boni,ſpecialiter beneficij? Et dico multa.Primū S. Tho.ij.ij.q.lxij.art.ij.dat fundamentum reſpondendi in iſta materia vbi ſoluēdo ad hoc motiuū,qui impedit aliquem ab aliquo bono cōſequendo,videtur ei illud auferre:quia quod modicū deeſt,quaſi nihil deeſſe videtur.ij.Phyſ.ſic dicit:Impediens aliquē ne habeat prębēdā iuſtè:puta ſi intendēs honorē Dei vel eccleſiæ vtilitatē procuret quòd detur digniori,nullo modo tenetur:impediens verò iniuſte,puta ſi intendat nocumentū impediti propter odiū vel huiuſmodi:ſi impedit ne detur digno antequā firmatū ſit ꝙ ei detur , tenet ad recōpenſationē ſecundū arbitriū ſapientis,nō tamē ad æquale:quia poterat multipliciter impediri.Si verò iam firmatum ſit quòd alicui detur præbenda,& propter indebitā cauſam procuret quòd reuocetur:idem eſt ac ſi iam habitā auferret:ideo tenetur ad æqualē,tamen ſecundū ſuam facultatem.Hæc ex illo:qui nō loquitur ſolùm de prębēda:quia nō ſolueret motiuū:nec intendit quòd teneatur quis cōpenſare ſolùm ei qui iam habebat ius:ſed etiā ei qui quaſi habebat: aliter negaret implicitè authoritatē Philoſophi adductam. Et ſic S.Tho.intēdit iſtam maximā:quòd impediens aliquē à cuiuſcūq; boni conſecutiōe iuſtè id eſt,licitè,in nullo tenetur.& bene.quia nemo damnū facit,niſi qui id facit quod facere ius non habet.ff.de re iud.l.nemo. Impediēs verò iniuſtè à conſecutione de facto eum,qui iam erat aſſequutus,tenetur ad æquale.quo ad eum verò qui prope erat vt aſſequeretur,vt quia erat veriſimile quòd aſſequeretur, tenetur arbitrio boni viri.Et ita etiā eum intellexit Arch.& conſentit etiā Ric.& Sco.qui in iiij.ſic diſtinguūt de impediēte aliquē ab aliquo bono cōſequēdo.Nam ſi hoc facit animo nocēdi, tenetur arbitrio boni viri ad æquale : quia aliud eſt habere. aliud eſſe propè vt habeat:ſi verò facit animo cōſulendi ſibi vel amico per viā licitā, in nullo tenetur. Et iſta ſunt valde bene dicta,per d.l.nemo.& ar.l.ij.ff.de no.ope.nūtia.& l.ſi in meo.ff.de aqua plu.Et ponūt exēplū:quia ſi pręſcindo in fundo meo venas,per quas aqua deriuat ad puteū alterius,intētione nocēdi,teneor dāni:nō autē ſine fraude cōſulēdo mihi ar.d.l.ſi in meo.Adde verò quòd ſi cōcurrat odiū & propria vel amici vtilitas,inſpiciēdū eſt quid ſit principalius in intentione,& ſecundū illud iudicandū,nō ſecundū ſecundariū : & in dubio ſtādum eſt vtilitati:cum maior ſit amor ſui quàm odiū p̄ximi quod ex illo cauſatur.Et ex his ſequūtur multa quæ habentur in ſequētibus particulis.¶Secundū.Secūdum Pet.de Pal.differt quo ad hoc inter præbendas,quæ nō dantur liberalitate,ſed iuſtitia,& legata & alia,quæ liberalitate dantur:quia licet non teneatur cōpenſare impediēs cōſecutionē prębēdæ non ex odio,ſed vt detur digniori,vel æquè digno : ſecus vt detur minus digno:quia cum detur ex iuſtitia quæ debitum reſpicit,debetur ſemper meliori reſpectu minus boni:licet in æquè bonis ſit locus gratificationi:ſecus in alijs donis vel legatis,in quibus nihil eſt debitum donatario vel legatario, ſed tantum gratuitum:vnde ſi tibi dādum vel iam legatum,adhuc tamē reuocabile , procuro mihi vel amico,intellige etiam minus bono, non facio tibi iniuriam nec iniuſtitiam:quia non aufero tibi ius tuum:quia nihil erat adhuc tibi debitum.Hæc ex illo.Et,vt patet,hoc ſequitur ex præmiſsis hoc caſu reſpectu præbendæ impediens impediebat iniuſtè,non reſpectu legati.Sed intellige quòd non tenetur ſi reuocatio fiat liberè:ſecus ſi non libera voluntate fiat, iuxta dicta ſuprà Reſtitutio.ij.in princip.¶ Tertium.Qui legatum alicui factum vel fiendum per ſuggeſtionem, ſolicitudinem vel importunitatem impedit ne id conſequatur donatarius,ſecundum Bar.Cæpo.in ſuis cautelis,tenetur actione de dolo,vel in factum ſubſidiaria ei,cui adēptum eſt,vel cui non eſt relictum ex ſolicitudine eius.ff.de doli excepti.l. j.not.Ang.in l.fin.C.ſi quis ali.teſta.prohi.Sed hoc per prędicta patet falſum:vnde dico quòd etiam ſi hoc ſit per tutorē reſpectu pupilli nō tenetur,vt ſuprà Clericus.iiij.§.x.Si verò fiat per prælatum reſpectu eccleſiaſtici,Summ.Ang.contra Roſ.dicit ſecus eſſe.Sed tu dic vt ibi.Si verò ſit religioſus reſpectu eccleſię matricis:cum hoc ſibi ne faciat prohibeatur in clem.religioſi.de priuil.ſecūdum fratrē Aluarum peccat mortaliter,& tenetur reſtituere.Sed dico per prædicta quòd ſi hoc fecit cōſulēs ſaluti teſtatoris: nec tenetur,nec peccat. Si verò hoc fecit ſine odio,conſulēs ſibi vel monaſterio vel amico ſuo peccat quidē,ſed tamē non tenetur:quia iure naturali non tenetur,nec etiam poſitiuo:quia illud non mandat reſtitutionē.¶Quartū.Qui ruſticum impedit iniuſtè ne ſuas operas exequatur,tenetur de ſalario:& ſimiliter qui impedit piſcatorē vel aucupē à veriſimili futura captione piſcium vel auium,quæ ſunt iuris cōmunis,tenetur arbitrio boni viri,ſecundum Gerar.Old.& Arch.quia iſtis aufertur ſuus proprius vſus qui erat ſui iuris:& fructus in eorum vſu quaſi ſeminaliter contētus.quod limitet Arch.niſi quis hoc faciat ratione ripæ vel terræ quæ ſunt ſpecialiū dominorū habēs ſuper hoc authoritatē.Limita etiā,niſi quis hoc faceret modo licito,cōſulens ſuæ vtilitati vel amici,vt ipſe capiat,iuxta prædicta:ſed tamē conſiderandum eſt an & quantum cepiſſent quod intendunt alij qui contrariū tenere vidētur in l. quēadmodum.§.idem Labeo.ff.ad l.Aquil.¶Quintum.Qui alicuius agri ſemina effodit,vel qualitercunq; fructus impediuit aut damnū intulit,quia tēpore ſuo non ſoluit,ſecūdum Vl.non tenetur reſtituere totum damnū:quia dubiū erat de futuro:ſed *tantum* quantū fructus *in illo dubio* vēdi potuiſſent vel ſuum lucrū mercator vēdidiſſet.Et idē de eo qui alteri rapuit equū vel pecuniam:quia reſtituet,ſecundū Sanc. Ber.ſolum lucrum probabiliter futurum:& ſecundū Specu. damnum datum in frumēto dum erat in herba,& huiuſmodi æſtimabitur expectando tēpus meſſis , vt ſciatur quantū ex tanto & ſimili frumēto habebitur:vel cōſiderabitur quātum in anno pręterito ex tanto & ſimili habitū eſt,arg.ff.ad leg.Aquil.l.in lege Aquilia.& hoc videtur ęquū:ſed tamē in omnibus his requiritur arbitriū boni viri.¶Sextum.Qui debitorē eximit vel ſubtrahit,vel aufugere facit detētū in carcere pro debito fiſci vel priuati,ſecundū Io.de Pla.in l.quoties.de exac.tri.lib.x.tenet ſoluere illud totū:vt d.l.quoties. Si aūt detinebatur pro delicto,vide ſuprà Fugere. Septimū. Qui autē occultant aut faciunt fugere officiales tēpore ſyndicatus:dicit idē quòd tenētur ad reſtitutionē damni,ſcilicet quod illi debebāt ſi fuiſſent ſyndicati. ſecundum Bart.C. de aſſeſ.l.ſi poſt.ſecundū Bald.autē tenētur in quadruplū.quod in foro conſciētiæ eſt verum ſolū poſt condemnationem. ¶Octauum.Qui impediunt aduentum frumēti aut aliarum mercium ad aliquam terram,vt ipſi carius vendant : tenentur de illo pluri his qui carius emerunt:& de damno illis qui erant allaturi:quia iniuſtè impediuerunt vtilitatē priuatam & propriam publicæ & communi præponentes: & idem de his qui concordant in emptione omnium mercium, vt vendant ad libitū:quia tenētur ad omne damnum.l.ij.ff. ad leg.

Iul.de anno.& in gloſ.l.annona.ff.de varijs & extraor.crim. ¶Nonum. Qui aliquem impedit iniuſtè ne ſuum aſſequatur impediendo apprehenſionē per viam iuſtitiæ, aut etiam per viam illiciti facti, aut per viam reſtitutionis: multò magis tenetur quàm impediens aſſequutionem eius quod nondum erat ſuum, argu. xiiij. q.vj.ſi res. ¶De impedientibus à conſequutione lucri, infrà Vſura.j.§.xix.

## Rurſus de Reſtitutione quartò cui quis debeat vel teneatur reſtituere.

1 *Reſtitutio cui facienda ſit in genere.*
2 *Reſtitutio quando non fiat vero domino.*
3 *Prædo an ſit reſtituendus poſſeſſioni.*
4 *Reſtitutio qualiter fiat quando ignoratur cui debeat reſtitui.*

RESTITVTIO quartò rurſus conſiderari poteſt vt ſciatur cui quis teneatur reſtituere. ¶† Primò ergo quęritur in genere cui reſtitutio faciēda ſit? Et ante omnia iacio fundamentum ex Arch.poſt Sanct.Tho. ij.ij.q.xxxij.& lxij. quòd tripliciter aliquid eſt illicitè acquiſitū. Primò quia acquirens non poteſt illud retinere, & dans debet rehabere: vt in furto. Secundò quia nec ille retinere, nec iſte rehabere poteſt: quia vterq; egit contra legem & iuſtitiam: ille dando & iſte accipiendo: vt in ſimonia. Tertiò quia dans nō poteſt rehabere, & acquirens poteſt retinere: quia acquiſitio nō eſt illicita, ſed ex illicito: vt in eo quod ex meretricio quæritur. Supple. autem præter hos modos illicitæ acquiſitionis conatus eſt inuenire quartum: vbi dans ex obligatione dat, & accipiens turpiter accipit: & tenetur pauperibus, per c.cum ſit de Iude. vbi mandatur dari pauperibus quod ſolutum eſt à Chriſtianis Iudeo vel pagano, cui publicum officium cōmiſſum eſt: ſed, vt probat ibi gl.per multa iura, illud erat reſtituendum danti: ſed quia ille erat incertus, mādatur dari pauperibus. Deinde autem dico quòd breuiter materiā colligendo Ray.dicit ei reſtituendum, cui res ſubtracta eſt, ſiue ſit dominus rei, ſiue etiam non ſit, ſed tamen ſua interſit ex cauſa honeſta rem non eſſe ſubreptam: puta quia habebat in ea ius pignoris vel vſum, aut aliquid huiuſmodi.ff.de fur.l.is cuius. Si verò ipſe, cui res nunc ſublata, eſt, furatus erat eam, non ſibi, ſed domino reſtituenda eſt, vel ei, cui prior fur ſubripuerat ex cauſa honeſta, cautè tamen ne furis perſona prodatur. Itaq; regulariter reſtitutio facienda eſt ſpoliatis.iij.q.j.reintegranda.& ferè per totam q.de reſtit.ſpol.ferè per totum. quod intellige primò ſpoliatis principalibus vel eorum hæredibus ſi inueniuntur: aliàs pauperibus.de vſur.cum tu.& ſecundò ſpoliatis re ſua, aut à ſe iuſto titulo poſſeſſa. C.loca.l.ſi quis cōductionis. Quod tamen primò fallit quādo dominus rei dedit illam turpiter: nec meretur habere, vt infrà.& ſecundò quando non dominus habet eam iuſto titulo, ſed in fraudem veri domini: quia is qui ab iſto habet, tenetur cautè nuntiare domino. xxij.q.v.hoc videtur. ¶Sed ad pleniorem notitiam ſic diſtinguo. Si enim eſt quis obnoxius ratione turpis acceptionis, in qua participauit etiam dans, non tenetur danti: quia, vt dictum eſt ſuprà, in pari cauſa turpitudinis potior eſt conditio poſsidentis.ff.de condict.ob turpem cau.l.ſi ob turpem.§.porro.& C.eod.l.ij.& conſequenter tenetur pauperibus, quaſi non inueniatur principalis vel eius hæres, per d.ca.cum tu. quod fallit primò ſi interuenit dolus, fraus, metus, vel deceptio, & huiuſmodi, in quibus datur repetitio per actiones de dolo vel metus cauſa, & ſimiles, vel per officium iudicis: quia hoc caſu reſtituendum eſt danti vel hæredibus, ſi inueniantur: alioquin pauperibus, ſecundum Innoc. & Docto.in cap.quia pleriq;.de immunit.eccle. Secundò in accepto per ſimoniam, vel vt alteri fieret iniuria, de quo ſuprà Reſtitutio.ij.§.j.& generaliter vbi ius aliter diſponit: & quando ipſo iure applicatur fiſco vel priuato: quia de alieno eleemoſyna pauperibus fieri non poteſt.j.q.j.non eſt putanda. eo tamē caſu quo applicatur fiſco vel priuato, licet turpiter accipiens non cogatur reſtituere danti, tamē hoc poteſt: quia hoc nullo iure tenetur: & pœnæ ſunt reſtringendæ. & ita tenet Sum.Conf. Si verò nō interuenit dolus, aut aliquid prædictorum, ita quòd danti nulla competit repetitio per actionem vel officium iudicis, variant Doctores: quia Hoſt. in cap.cum ſit.de Iudæ.tenet indiſtinctè quòd eſt reſtituendum pauperibus.& idem aliqui imponunt Innocent. vbi ſuprà. quod quidem nullo iure probatur, quaſi hoc ſit de neceſſitate ſalutis, ſed ſolùm de cōſilio, vt tenet Card.in d. c. quia pleriq;.& gloſ.Ray.vt ſuprà Reſtitutio.ij.in princip.& idem in effectu tenet Innoc.vbi ſuprà: aliter ſibi contradicet, cum non damnet aliquem ſi quod malè quæſitum ex negotiatione vel extorſione, ex qua tamen reſtituere non tenetur, relinquat hęredibus: & dicat mathematicum in prædicto caſu non teneri ad reſtitutionem, nec lucrantem in ludo, niſi fuerit in dolo: cum tamen iſti acquirant cum peccato: vnde talia ſunt reſtituenda de conſilio, nec eſt mortale tenere pro ſe. Vnde vbi reſtitutio reſpicit incertam perſonam, ſecundum Veruec. non eſt de neceſsitate ſalutis, ſed de conſilio. Quod limita: niſi interueniat iudicialis cōdemnatio, vel niſi ipſa bona incerta talium ſint quòd aliquando fuerunt obnoxia reſtitutioni faciendæ certæ perſonæ, vt ſuprà Reſtitutio. ij.§.ij. Si verò nō eſt quis obnoxius reſtitutioni ex turpi cauſa, in qua participauerit dans: ſubdiſtingue, vtrum inueniatur principalis creditor vel hæres eius: quod idem eſt: vel non. Si enim non inuenitur: dic vt infrà Reſtitutio vlt. vbi agetur de reſtitutione incertorum. Si verò inuenitur principalis creditor: tunc aut obligatio eſt perſonalis: & dicendum eſt vt j. Reſtitutio viij.§.j. Aut eſt realis, vt quia habet quis rem alienam: & tunc ſi habet à domino, illi reſtituenda eſt.ff.de rei vendicat.per totum.& C.eodem. quia cuique dandum eſt quod ſuū eſt.ff.de iuſtitia & iur.l. iuſtitia. §. legis pręcepta. Si verò habuit ab alio titulo tranſlatiuo, puta donatione, venditione, & huiuſmodi, ſimiliter reſtituenda eſt domino gratis. C.de furtis.l.inciuilem. Si verò habuit ab alio titulo non tranſlatiuo, puta locatione, commodato, vel etiam ſine titulo, puta quia fortè ſubripuit, reſtituenda eſt ei, à quo habuit intellige ſi erat poſſeſſor bonæ fidei. C loca.l.ſi quis conductionis. vbi conductor licet dicat ſe dominum, debet locatori reddere, & deinde agere de dominio: niſi conſtaret de dominio, vel poſſit incontinenti probare.ff.depo.l.bona fides. vbi quando fur rem depoſuit apud rei dominum: non cogitur dominus reddere. Si autem non poſſet conſtare, ſtatim cogitur reddere ei à quo habuit, etiam ſi habuiſſet à fure vel prædone.d.l.bona fides. Quod limita, quando habuit cauſam ab eo, vt ibi: quia ſi ab eo non habuit cauſam, puta quia ei furto aut rapina ſuſtulit: tunc ſi quidem furtum ſuſtulit, non debet priori furi reſtitui: quia nullus poſſeſſor malæ fidei habet hoc caſu ius repetēdi: cum actio furti detur ei cuius intereſt.& l.is cuius intereſt.& nemo debet ex improbitate ſua cōſequi actionem.ff.de fur.l.itaq;. daretur tamē actio furti furi, ſi à principio habuit rem de voluntate domini, & conſequenter eius intererat ex honeſta cauſa: ſicut ei qui accepit veſtem poliendam, & furtum commiſit commodando alteri, cui à tertio furto ſublata eſt ff.de fur.l.qui vas. Si verò ſuſtulit rapina à fure vel prædone, debet ei reſtituere, per c. in literis.de reſtit.ſpol.& probatur quia nec etiam domino licet rem ſuam rapere, niſi fiat incontinenti vim vi repellendo: aliàs cadit à iure ſuo, & perdit eam, ſecundum Inno.& Hoſt.ar.l.extat.ff.quod me.cau. niſi fortè per iudicem eam conſequi non poſſet: vt no.di.j.ius gentium.& ita indiſtinctè tenet Sup. Sed tu limita in rapina & in furto, quādo de verò domino non conſtat, vel ſtatim probari non poteſt, & ille, cui ſublatum eſt, repetit. quo caſu loquitur d.c.in literis. vt ibi patet: aliàs ſi ille non repetit, poteſt & debet auiſari verus dominus cautè, vt patet per c.qui cum fure.extra de fur.cum ibi no. Si verò repetit quidem, ſed exceptio de vero dño ſtatim probari pōt: idem eſt: quia licet peccauerit, maximè raptor, etiā ſi ſit verus dñs., tamen reſtituere nō tenetur ei, à quo rapuit, quia nō fecit illi iniuriā, ſed publicę iuſtitiæ ſi eā potuiſſet habere: aliàs etiā nō peccaſſet. Vñ Archie.indiſtinctè tenet quòd qui abſtulit à vero dño, tenetur ei: & qui à nō domino, ſed tamen iuſtè, vel ex honeſta cauſa poſsidenti, tenetur ei: qui verò ab iniuſtè detinente, reſtituere debet vero domino: imò ſecundum eum & Veruec. malè faceret reſtituendo tali furi vel prædoni, & non vero domino: licet, ſecundum eos, ſit liberatus ab obligatione reſtitutionis: quia in priſtinum ſtatum repoſuit. Cùm autem dicit Sup. quòd ſi abſtulit per rapinam à fure vel prædone, tenetur ei reſtituere: qui etiā prædo eſt reſtituendus, ſcilicet poſſeſſioni.de reſti.ſpol.in literis. non eſt bona probatio: quia aliud eſt raptorem ſpoliatum reſtitui: aliud ſpoliantem reſtituere. de quo j.§.iij. Quandoq; tamen debet furi vel prædoni fieri reſtitutio: ſi cum eo dominus in repetitione concurrat, potius debet fieri domino.d.l.bona fides. imò ſi dominus ex ignorantia nō repeteret. Et quod dictū eſt de dño cōcurrente, idem eſt de quolibet pretendēte aliquod ius honeſtū: quia ſemper illi facienda eſt reſtitutio, qui fouet maius ius.d.l.bona fides. & eſt ar.in l.quæritur.ff.de ſta.ho. vnde vincens filio vel ſeruo tenetur patri vel domino.ff.de alea.l.ſi. imò filij tenentur patri reſtituere res ſpectātes ad eos iure proprietatis; ſi vſusfructus eſt patris: quod tamen fallit in caſtrenſi peculio vel quaſi caſtrenſi, & in beneficialibus, vt in c.ſi annum.de iu.lib.vj.

2 ¶Secundò quæritur, † in quibus fallit illa regula quòd ſublata à vero domino ſunt ei reſtituenda, qui haberi poteſt.iij.q.j.reintegranda.& de reſti.ſpo.quaſi per totum.& in c.ſicut dignum.de homi.§.eos.& dico quòd fallit primò ſi ſublata ſit ei iuſto bello. Secundò ſi edicto imperiali vel eccleſiaſtico ſit ei interdictū, vt dictū eſt. Tertiò ſi dñs eſt pupillus, minor aut furioſus: quia reſtituetur tutori vel curatori. Quartò qñ dominus mortuus eſt: quia reſtituetur hæredi propriè dicto ex teſtamento, vel ab inteſtato: ſi quis autē eſſet hæres in certa & determinata parte, puta centū vel in domo: nō fiet ei reſtitutio, ſed illis, quibus commiſit diſpenſationem bonorum ſuorum: & ſi dominus in morte reliquiſſet omnia ſua pauperibus diſtribuenda, debet dari pauperibus, ſecundum Inno.in c.quod ſicut.de ele. quod puto verum ſi reliquit pauperibus in genere: ſecus ſi eligendis per aliquos executores: quia executoribus eſſet reſtituendum. Quintò quando illud quod reſtituendum eſt, acceptum eſt à pręlato eccleſiaſtico. Sed de hoc ſ̃.Clericus. iiij.§.x. Adde ſextò quando iſta bona de certis fiunt incerta, iuxta dicenda j̃. Reſtitutio.viij.§.j.

3 ¶Tertiò quæritur, † vtrum prædo ſiue raptor ſit reſtituendus, ſcilicet rei ablatæ ab eo poſſeſsioni: ſiue vtrum ſit ei reſtituendum? Et dico de hoc eſſe magnam quæſtionem inter Iuriſtas: de qua ad ſaturitatem & nauſeam vide Pan.in d.c.in literis. vbi dicit quòd fur non eſt regulariter reſtituendus. de quo dic vt ſ̃.§.j. Si prædo, inquit, ſi ſit prædo ſtratarum publicarum, non eſt reſtituendus, ſed ſuſpendendus: ſed prædo, id eſt, is, qui per alium eadem re ſpoliauit, eſt reſtituendus quantuncunq; conſtet illum eſſe prædonem, ex quo dominus ſecum non currit ad petendum: vt patet in l.j.§.ſi prędo. ff.depoſiti. vbi dicit tex quòd ſi prædo depoſuit, poteſt agere depoſiti. Et reddit rationem: quia eius intereſt, cùm alteri teneatur, & habeat depoſitarios obligatos ex cōtractu. Quæ ratio habet locum quantuncunq; conſtet eum eſſe prædonem: licet in beneficialibus reſtitutio fieri nō debeat ex quo conſtat eum eſſe prædonem, ne detur vitioſus ingreſſus: quia non debet intrudi, etiam vt alij reſtituat. Et recitantur ibi differentiæ inter furem & prædonem, quare hic & non ille reſtituatur. Sed quicquid ſit de prædictis in foro contentioſo: tamen in foro conſcientiæ ſi conſtaret de verò domino, aut incontinenti probari poſſet, non eſſet reſtituendus prædo, etiam ſi repeteret, & dominus ex ignorantia vel alia cauſa non repeteret. Et ita ſentit Archi. poſt Rayne. imò ita eſt mens Inno.& do.Ant. vt recitat Pan.& multorum ſolenniū Doctorum etiam in foro contentioſo quòd pręDo non reſtituitur contra dominum ſi de eo conſtet: ſed contra alium prædonem vel furem. Quod ergo dicitur, prædonem eſſe reſtituendū, etiā ſi cōſtet eū eſſe pręDonem: fallit primò ſi ſit talis prædo, cuius vitæ nō ſit parcendū. Secūdò in beneficialibus. Tertiò ſi dominus eodem tempore petat cū eo. Quartò ſi nō petat, ſed tamen poteſt excipi de vero domino: quia conſtat, aut ſtatim probari poteſt: imò ſi probari non poteſt modò conſtet ei qui rem habet in conſcientia: poteſt & debet reſtituere immediatè vero domino, & non mediante prędone, quia eſt periculoſum. & fruſtra fit per plura, quod fieri poteſt per pauciora æquè bene, & melius, ſecundum regulam Philoſophi. Quintò ſi prædo rem ablatam depoſuit apud eum cui abſtulit.d.l.bona fides. Sextò ſi fuit inuaſor rerum ſpiritualium, quę reſtitui non debent, niſi probetur poſ- 4 ſeſsio legitimè adepta. ¶Quartò quæritur, † quid agendum qñ is, cui reſtituendum eſt, ignoratur, aut eſt mortuus, vel diſtat. ¶Et dicit S.Tho.ij.ij.q.lxij.ar.v. quòd ſi ſit omnino ignotus, debet homo reſtituere vt poteſt, ſcilicet dando in eleemoſynas pro ſalute ipſius, ſiue mortuus ſit, ſiue viuus, pręmiſſa tamen diligenti inquiſitione de perſona eius. ¶Si verò ſit mortuus, reſtituendum eſt eius hæredi, qui computatur quaſi vna perſona cum eo. ¶Si verò ſit multùm diſtans, debet ei tranſmitti quod ei debetur: & præcipuè ſi ſit res magni valoris, & poſſit ei commodè tranſmitti: alioquin debet in aliquo loco tuto deponi, vt pro eo conſeruetur, & domino ſignificari. Hæc ex illo. Sed adde ſecundū Rodo. niſi ſit quid modicum reſpectu eius cui debetur: quia poſſet pro eius anima pauperibus dari. Et ſecundum Bern. idem eſt ſi ſumptus excedunt ſummam rei, argu.c.anteriorum.ij.q.vj. Imò dico ſi æquarent, imò ſi parum deficerent, adeò quòd reſiduum eſſet modicum reſpectu eius: quia tūc locum habet dictum Rod. Adde etiam quòd ſecundum Archid.poſt Io. ſi debitor ſuo proprio motu rem mittat domino & pereat, tenetur ſatisfacere denuò. Adde etiam id, quod dictum eſt de deponendo rem, eſſe conſilium, non præceptum. Adde etiam quòd ſi neſcitur vbi habitat, non oportet quærendo vagari. argum.l. quod niſi fiat.§.j.ff.de operis libertorum. vnde pauperibus dabitur, niſi expectetur veriſimiliter rediturus, ſecundum Sum.Ang. Sed verius ſi veriſimiliter creditur non rediturus: quia quandiu eſt dubium, ſeruandum eſt ei: arg.cap.iuuenis. de ſpon. Adde quartò ſecūdum Pan.in c.cùm tu.de vſu. quòd ſi is, qui habet reſtituere, ſit poſſeſſor malæ fidei, puta fuit vſurarius, & huiuſmodi, ſi receſsit ipſe de loco vbi abſtulit, tenetur mittere domino ſumptibus ſuis. Si verò alio ſe tranſtulit dominus, ſumptibus eius ei mittere debet. Et ſic intelligēda eſt gl.ibi: & ſic diſtinguit lex in relegata.l.cū res.ff.de leg. j.quod limita primò, niſi adeſſet fidus gratis deferens.arg.c. ſigniſi.

ſignificante de pign.& ſecundò in conſcientia,niſi dominus ſine expenſis aut minoribus rem ſuam ſecum duxiſſet: quia tenetur de tali damno ſi ex delicto tenebatur : licet non ſit ex contractu etiam vſurario,vel quaſi contractu , per dicta ſuprà, Reſtitutio.iij.§.viij.

## Rurſus de Reſtitutione v.quando fieri debet.

*Reſtitutio an debeat ſtatim fieri.& nu.5.& ſeq.*

2 *Reſtituere an debeat qui eſt in extrema neceſsitate , aut circiter & nume.3.*

4 *Reſtitutionis impotentia quando excuſet.*

RESTITVTIO quintò conſiderari poteſt vt ſciatur quo tempore teneatur exequi reſtitutionem, qui eſt re
1 ſtitutioni obnoxius.¶ Primò ergo quæritur,† vtrum teneatur quis ſtatim reſtituere? Et breuiter recolligendo iſtã materiam totam,de qua diffuſe Archie.ij.par .ti.ij.in fi. vbi ,ſi expedit,videatur:dico quod ſecundum S.Tho.ij.ij.q.lxij.ar. vl.obligatus reſtituere aliquid,tenetur illud reſtituere ſtatim:quia ſicut rem alienam auferre eſt contra iuſtitiã,ita & detinere,cùm impediatur dominus ab vſu ſuæ rei: nulli aũt licet quantuncunq; modico tempore facere cõtra iuſtitiam iuxta illud Eccleſiaſtici xxj.Quaſi à facie colubri , &c. Nec obſtat quòd præceptũ de reſtituendo ſit affirmatiuũ:& cõſequenter nõ obligans ad ſemper:quia includit negatiuũ,ſcilicet,Noli detinere alienum.limitat tamen ſi homo poteſt: quia qui nõ poteſt,ſecundum eum,non tenetur ſtatim : ſed debet petere dilationem vel remiſsionem . Intellige niſi ex petitione ſequeretur reuelatio peccati vel aliud ſcandalũ.ar. c.officij.de pœ & re.de quo etiã ĩ. Reſtitutio.vij.§.j . Et ſecũdum Pet.& Ray.eam petere debet ab epiſcopo,ſi reſtituenda ſunt incerta,vel à diſcreto confeſſore.Si verò ſunt certa, id eſt,debita certæ perſonæ,quæ ſciri & inueniri poteſt petenda eſt ab ea: aliter potens &nolens reſtituere nõ põt abſolui.xiiij.q.vj.ſi res.niſi doleret quòd nõ reſtituit quàm primùm potuit:&proponeret quàm primùm poſſet reſtituere. Vide etiam ĩ.Reſtitutio.vj.§.iij . ¶ Et ſi remiſsio aut dilatio non obtineatur,ſunt opiniones.Nam vna dicit quòd tenetur ſatisfacere ſtatim,aut cedere bonis non habito reſpectu ne egeat,etiam ſi oporteret ipſum mendicare:&nihil poteſt ſibi retinere,niſi ea,ſine quibus moreretur.Et ita videtur ſenſiſſe Ric.in iiij.& Arc.in c.ſi res xiiij.q.vj.& Ber.& Hoſ.&,vt videtur,Inno.in c.cùm tu.de vſu.& Io.do.Ray.&Veruec. Alia verò eſt humanior aliquorum,quos refert ac ſequitur Archid.dicens quòd habens aliqua vltra neceſsitatem naturæ non tenetur cedere bonis,ad vitanda corporis & animæ damna.Non obſtat id quod dicunt prædicti Doct.quia loquuntur tanquam viam tutiorem conſulentes: quam tamen non tenemur ſemp arripere,ſed ſufficit eligere ſecurã . Et inter has opiniones videtur,meo iudicio,iſta diſtantia:quia ſecundum primam licitum eſt iſti retinere ſolùm ea, ſine quibus moreretur ipſe vel ſui:ſecundum aliam verò poteſt aliqualiter viuere decenter in aliquibus caſibus,licet non ſecundum omnem decentiã ſui ſtatus,puta æquè amplè veſtiẽdo,dotãdo,& veſcendo.Et iſta opinio ſecũda eſt benignior &verior, vt patebit ĩ.§.iiij.¶ Secundò quæritur,† vtrũ exiſtens in ex-
2 trema neceſsitate non habens niſi neceſſaria vitæ ſuæ & ſuorum,teneatur reſtituere? Et dicit Sco.in iiij.di.xv.quòd non: quia in extrema neceſsitate omnia ſunt cõmunia.l.j.§.cũ in eadem.ff.ad l.Rho.de iac.& in c.exijt.de ver.ſig . Vnde illa res iure poli efficitur detinẽtis in tali articulo, niſi dominus rei ſit in eodem articulo:quia tunc illi debetur , qui prius in talem neceſsitatẽ deuenit:& ſi eodem tempore deuenerũt, domino eſt reſtituenda: quia nunquam excidit à dominio pro hoc,quia duobus concurrentibus præualet quod eſt potius,ar.l.quæritur.ff.de ſta.ho.Et ſubdit Sco.quòd ſi talis detentor talem rem prẹoccupauit ante talem neceſsitatem,reſtituere tenet ſi venerit ad pinguiorem fortunã,aliàs ſecus. intellige ſi res eſt conſumpta.& idem Ric.&Pe.de Pa.tutius tamen videtur quòd reſtituat ſi venerit ad pinguiorem fortunam:ſicut & qui ceſsit bonis.C.de his qui bo.ce.po.l.j.Iſta tamen intellige de eo qui eſt in extrema neceſsitate propriè, qui ſcilicet nec per ſe nec per amicos iuuare ſe poteſt; ſecus impropriè:vt is qui occidendus eſt niſi redimat pecunia:quã poteſt tũc ab amicis mutuo petere,licet penes ſe nõ habeat de ſua:quia talis reſtituere tenetur.De quo vide S.Thom.v.
quoli.q.ix.¶ Tertiò quæritur,† vtrum reſtituere teneatur is, 3
qui vltra neceſſaria vitæ habet quidem ad aliqualem aut ad totalem decentiã ? Et dico in iſta qõne eſſe opiniones.& ſecundum Ray.& ſequaces dicendũ eſt quòd qui eſt omnino impotens reſtituere,omnino excuſatur:vt §.priore.qui verò nõ eſt impotens omnino,tenetur ſtatim ad id quod poteſt, quæ potentia ſecundũ Ray.videtur cõſideranda vſq; ad mendicitatem ſuã & ſuæ familiæ,reſeruata ſola extrema neceſſitate:ſed quia nõ ſolùm neceſsitas extrema,ſed etiã magna excuſat à reſtitutione,ar.de fur.l.ſi quis propter.&ibi expreſſe in gl.ideo cum Arch.& Io.de Neap.& Sco.humaniorem & veriorem opinionem ſequendo ſic dico.Ei qui eſt reſtitutioni obnoxius,licitum eſt rem alienam ad tempus detinere:qñ ipſe rei dominus hoc rationabiliter velle deberet,licet cupiditate vel alia irrationabili cã ductus nolit.Iſta maxima & clauis probatur primò authoritate Io . de Neap.in quoli.ix.q.xxij.dicentis quòd quando alienæ rei detentio eſt contra voluntatem domini inordinatam,iuſtè fit : vt xxij.q. ij.ne quis.& ſecundò authoritate Sco.dicentis,vt ſ.quòd domino inordinate volente ſuum rehabere , & conſequenter contra rectam rationem nolente proximum retinere, tunc tenens non eſt detentor iniuſtus . & tertiò authoritate Io. Nider,& Nico.de Auſ.& Arc.qui prædictos refert , & dicit ſuo iudicio eos rationabiliter loqui.& quartò ratione,quia ſi non eſſet vera illa maxima,ideo eſſet,quia voluntas domini etiam irrationabilis circa reſtitutionem ſuę rei ſemper extra extremã neceſsitatem implenda eſt.quod tamen eſt falſiſsimum:quia reſtitutio ordinata ad bonum domini aliqñ eſſet in malum eius:vt ſi velit reddi ſibi gladium,ſe vel aliũ iugulaturus.Et proculdubio dicta maxima eſt de mente S. Tho.qui vult aliquando depoſitum reddi non debere domino volenti:quod tamen reddi ſtrictiſsimè iura mandarunt. C.depo.l.fi.Ex hac maximè Arc.poſt Sco.& alius deducit aliquos caſus.ij.parte.tit.ij.c.vl.diffuſe:quos breuiter recitabo:in quibus is qui decenter vult,non tenetur ſtatim reſtituere.intellige in foro animæ,etiam ſi dilationem obtinere nõ poſsit,modò habeat firmũ propoſitũ reſtituendi in totum, & paulatim ſecundum poſſe reſtituat in parte temporibus ſuis.¶ Primò ſi reſtitutio ſubita redundaret in damnũ cõtra bonũ cõmune:quia illud præfertur particulari.¶ Secundò ſi redundaret in malum corporis aut animæ ipſius domini. Tertiò ſi redundaret probabiliter in alicuius infamiam,aut mortem corporis vel animæ:quia immineret periculum furti vel proſtitutionis mulierum, & huiuſmodi, donec ceſſent prædicta:quia ordine charitatis anima , corpus,& fama debent rebus temporalibus anteferri.ar.c.officij.de pœ.& re. niſi creditor eſſet in extrema neceſsitate : quia tunc corpus eius præferri debet corpori alterius & famæ : non autem animæ ſecundum mentem prædictorum.¶ Quartò ſi redundaret in magnas expenſas reſtituentis : de quo dic vt ſuprà, Reſtitutio.iiij.§.vl.& generaliter ſi redundat paruum commodum



modum domini,& in magnum damnum reſtituentis : puta quia oportet eum vendere inſtrumenta quibus viuit,aut artem relinquere:quo caſu ſi dominus æquale vel quaſi inæquale incõmodũ ex abſentia ſuæ rei ſentiret,tenetur:quia non licet alicui in re aliena incõmodare dominũ,vt ſe ipſm cõmodet. Vnde & rationabiliter hoc caſu dominus ſtatim vellet rem ſuam:quia prima charitas incipit à ſeipſo.c.non ſatis.diſt.lxxxvj.hæc æquitas & humanitas non eſt prædicta ne paretur via iniuſtis detẽtionibus rei alienæ apud indiſcretos & parũ timoratos,ſed ea per cõfeſſorum diſcretionẽ vtendum.¶ Quintò generaliter quãdo debitor eſt impotens.
4 de quo dic vt §.ſeq.¶ † Quartò quæritur,quis dicatur impotens ad reſtituendum impotentia excuſante ? Et dico quòd impotentia reſtituendi de iure nulla eſt:cum licitũ ſit cuilibet reſtituere:de facto autẽ eſt multiplex loquendo iuridicè,vt patet ex dictis ſ. Potẽtia.prima ſcilicet abſoluta, quę eſt eius qui nihil habet quæ indubitatè excuſat ſecundũ oẽs. & idem eſt ſi habet quidẽ,ſed neceſſarium:vitæ quia talis dici poteſt nihil habere præter vitã & ſecũda modificata honeſtate,quę eſt eius qui reſtituere nõ poteſt ſine infamia vel ſcandalo,quæ excuſat ad tempus dictæ infamiæ vel ſcandali,vt §.priore.& in modificata cõmoditate, qua dicitur non poſſe qui cõmodè nõ poteſt:quæ de mente primæ opinionis recitatæ ſ.§.j.nõ excuſat habẽtẽ vltra neceſſaria ad vitã:ſed de mẽte Ioã.de Nea.& Sco.& Ioã.Nider excuſat,quãdo creditor rationabiliter deberet velle debitorẽ excuſari. Et magis particularizando materiã de mẽte Archi.excuſat eũ qui ad tantã parcitatẽ ſe reſtrinxit,quòd iam ſe ſine indecẽtia magna reſtringere nõ poteſt:niſi creditor eſſet in eadẽ neceſsitate vel quaſi.Et quòd iſta ſit mẽs eius,patet:quia dicit quòd licet fortè ſit tutius bonis ſuis pro reſtitutiõe cedere,ſe omnibus ſpoliando,& in Deo cõfidere,etiã ſi oporteret mendicare,ſcđm Rayn.tamen ad hoc nõ videtur teneri de neceſsitate ſalutis:non tamen debent tales ita lautè viuere & põpoſe veſtiri,& filias magnis dotibus nuptui tradere,ſicut ſi nõ eſſent obligati ad reſtitutionẽ:ſed debent parcè viuere,& paruas dotes tradere:& ſi nõ poſſunt filias tradere nobili,vel mercatori,artifici vel plebeio tradãt,& alia ſuperflua reſecẽt. Et cũ efficaciter faciũt qđ poſſunt ad reſtituendũ,& in alijs bñ & cũ timore Dei ſe habẽt,credo quòd poſſunt abſolui & cõmunicari.qui verò de eo quod poſſunt ſemper procraſtinãt,& annuatim cõfeſſori reſtitutionẽ promittunt & nõ faciunt, nõ videntur abſoluendi , niſi prius faciãt vel efficaciter negotium diſponãt vt habeat executionẽ: & multo minus quantum ſpectat ad iudiciũ confeſſoris debet cõmunio ſumi:licet quantũ ad ſacerdotem,qui habet cõmunicare.ſi in publico ſe ingerãt,faciendũ ſit vt ſuprà Euchariſtia.iij.§.v. Hæc ex illo.¶ † Quintò quæritur.quid ſi creditor non multùm indiget,& tamẽ non vult cõcedere dilationẽ, & debitor non excuſatur impotẽtia, nec incõmoditate magna,ſed aliquali,vel magna quidẽ,ſed apparenter,& opinatiuè,nec aliquo caſuum dictorũ ſuprà,§.iij.& tamen nõ vult reſtituere? Et dico quòd ad hoc videtur reſpondere Dir.per hæc verba:Si creditores nõ ſunt in neceſsitate, & ad dilationem induci nõ poſſunt,& debitor induci nõ poteſt ad reſtituendum ſtatim,diſcretus ſacerdos poteſt conſcientiã ſuam firmare ex eo ꝙ intẽdat vtiliter gerere negotiũ creditoris eo quòd videat aliter nõ poſſe recuperare perpetuò, vel ita citò rem ſuam,& dilationẽ cõcedere ſi promittat bona fide ſatisfacere intra certũ diem,& abſoluere peccatorẽ,vel aliã recipere cautionẽ,ne recedat deſperatus:nõ tamẽ cõſulo vt accipiat iuramẽtũ. Hæc ille virtualiter:& cõcordat Hoſt.& facit l.ſoluẽdo. ff.de neg.geſ.& l.ait pretor.ff.de mi.& ſequitur Sum. Ang.& bene quo ad forum cauſarum:ſed quo ad Deum intellige quando peccator eſt taliter voluntate & cõſcientia diſpoſitus quòd nõ habet animũ perſeuerãdi in mortali, taliter quin de attrito virtute clauiũ poſsit fieri contritus:puta quia credit ſe nõ poſſe cum poſsit,aut nõ teneri ſtatim,cùm teneatur:aliàs nõ eſſet abſoluendus,nec capax
abſolutionis.¶ † Sextò quæritur , an peccet mortaliter qui 6
nõ paret cõfeſſori præcipiẽti vt ſtatim reſtitutio fiat Et dicit Frãciſcus de Mayro.ꝙ ſic:quod verũ eſt ſi ex præcepto Dei tenetur ad ſtatim: aliàs nõ quia nõ põt ſacerdos cogere me rem meã exhibere eo caſu quo de iure non teneor:imò nec ad omnẽ pœnitentiã,vt ſ.Confeſsio.j.§.xxv.& xxvj. Vnde ſecundum Arch.poſt Pet.de Pal. ſacerdos tripliciter aliquid pœnitenti imponit,ſcilicet exhortãdo ,vt quòd frequẽter oret.ſecundò imponẽdo per modũ ſpecialis ſatisfactionis pro cõmiſsis.tertiò declarãdo cõmunẽ obligationẽ,vt quòd ſingulis annis cõfiteatur,& cõmunicet,& quòd reſtituat,& huiuſmodi:& ad primũ nõ tenetur:tenetur verò ad ſecundũ.intellige ſi impoſitũ eſt pro mortalibus,& acceptauit,& ſimi-
liter ad tertiũ.¶ † Septimò quæritur,vtrũ potenti reſtituere 7
malè ablata ſtatim,ſufficiat ad ſalutẽ ſi teſtamẽto mandet hæredibus vt reſtituãt? Et dicit Archi.poſt Ioan de Neap.in ix.quoli.quòd nõ:quia eſt cõtra iuſtitiam detinere alienum. quod tamen fallit,ſecundũ eum,in duobus caſibus.primò ſi credit verè & pro certo quòd detẽtio talis nõ ſit cõtra volũtatem domini.ſecundò ſi ſit cõtra voluntatẽ domini inordinatam:vt quia ipſe poteſt ad tẽpus re ſua carere ſine dãno & incõmodo:& ille ſine his dare nõ poteſt:ſi tamẽ dñs ſine ſuo incõmodo,ſcilicet notabili ad tẽpus carere nõ poteſt , opor
tet iſtũ reſtituere etiã cum magno incõmodo ſuo.¶ † Octa- 8
uò quæritur vtrũ is,à quo res aliqua poteſt aduocari petita reſtitutione in integrũ iure ſpeciali vel generali eam reſtituere teneatur in foro animæ antequã imploretur dicta reſtitutio? Et dicit In.in c.quia pleriq;.de immu.eccl.ꝙ non, ſi cõtractus tenuit mero iure:niſi is,qui põt reſtitutione petere læſus fuerit malitia cõtrahentis. adde vel niſi impediretur petere aliquo iuſto timore:puta quia putat ſe nõ poſſe obtinere in iudicio propter fauorẽ debẽtis, & hmõi.Si vero contractus nõ tenuit,ſed eſt nullus ipſo iure :puta quia res eccleſiæ eſt vẽdita ſine debita ſolẽnitate,& huiuſmodi,ſic tenetur, licet nõ petatur,quod limitat dom.Ant.in d.c.quia pleriq;.quo ad conſcientiã verũ,niſi cõtractus teneret quo ad metas iuris naturalis:puta qa fuit legitima cauſa alienãdi rem eccleſiæ, & debitũ pretiũ eſt ſolutũ,licet ſolẽnitas defuerit:qa in foro animę nõ tenetur,cum ſolẽnitates ſint inuẽtæ propter deceptiões euitãdas.vñ vbi ceſſant,ceſſabit in foro animę ipa lex.

## Rurſus de Reſtitutione ſextò quantum ad modum & ordinem reſtituendi.

1 *Reſtitutionem facere qualiter cogat ſacerdos.*

2 *Reſtitutionem qui facere teneantur.*

3 *Creditorum aliqui ſi velint ceſsionem fieri , alij dilationem dari.quibus potius ſtetur.*

4 *Debitor an poſsit cedere bonis,vbi creditores parati ſunt dare dilationem.*

5 *Reſtitutio quo ordine ſit facienda,vbi non omnibus reſtitui poteſt.& num.ſeq.*

RESTITVTIO rurſus ſextò cõſiderari põt quantum
ad modũ & ordinẽ in reſtitutione ſeruandũ.¶ † Primò 1
ergo quæritur,quomodo ſe debeat habere ſacerdos in cogendo ad reſtitutionem? Et recolligendo ex Arch.& alijs diſtinguo vtrum debitor ſit manifeſtus vſurarius an nõ. ¶ Si enim eſt vſurarius manifeſtus:ſacerdos nec debet nec poteſt eum

eum audire in confeſsione , nec ei alia tradere ſacramenta,
niſi ſeruata forma.c.quãquam.de vſur.lib.vj.de quo infrà V-
ſura.ix §.iiij.Si creditur tamẽ quòd illa ſeruari nequeunt, &
ille eſt in mortis articulo paratus ad omnia, poteſt à quoli-
bet ſacerdote audiri,& talis ſacerdos habita licẽtia ab eo ex
ponet deinde ꝓmiſsionẽ epiſcopo,qui eũ,ſi ſuperuixerit, vel
aliàs eius hæredes coget ad reſtitutionẽ.¶Si verò nõ eſt ma
nifeſtus vſurarius,diſtinguẽdũ eſt vtrũ habeat reſtituere in-
certa tantùm,aut certa tantùm,aut vtraq;.Si autẽ habet re-
ſtituere incerta,dic vt ĩ.Reſtitutio.vlt. Si autẽ certa,tunc dic
quòd talia nõ ſufficit dare in eleemoſynam pro eius anima:
quia nemo de ſuo cogitur facere donum.x.q.ij.precarię.& ſi
dedit,adhuc tenetur ad reſtitutionẽ perſonis,quibus talia de
bebantur.arg.c.ſicut dignum. de homic.imò nec in hoc pa-
pa diſpẽſare poteſt,niſi ex cauſa qua poſſet talia bona exige
re à veris dominis,vt s̃.Papa.§. xij.& xiij. Hic tamen diſtin-
ctione trimẽbri opus eſt.Si enim nihil penitus poteſt reſti-
tuere,quia nihil habet,negari nõ debet abſolutio vel cõmu-
nio,ſi proponit reſtituere cum poterit.nec debet ꝓpter de-
bitum vrgens ex cõtractu incarcerari:ſed ſufficit ſi cedat bo
nis cum intẽtione ſatisfaciendi ſi venerit ad pinguiorẽ for-
tunam de ſolu.Odoardus.niſi exſtimaretur veriſimiliter poſ
ſe reſtituere per amicos tũc vel certo tẽpore:quæ ceſsio fie-
ri debet ſine cruciatu & pœna ac vituperio.C.qui bon.ced.
poſ.l.fin.nec contra hoc valet cõſuetudo:quia eſt fruſtrato-
ria & irrationabilis & inhumana ſęuitia.xiiij.q.j.ſi res ꝓpter
debitum autẽ cõtractũ ex maleficio, puta ſi ex delicto incur
rit pœnam centum florenorum,poteſt incarcerari,ſi nõ eſt
ſoluendo pœna pecuniaria in corporalem cõmutata.Siverò
poteſt reſtituere totũ integraliter ſine deſtructione ſuę ſub-
ſtantiæ & ſine magna incõmoditate ſua vel partem , debet
ſtatim reſtituere totum vel partẽ,ſecundũ quod poteſt:quia
tamen leges regulariter minima nõ ponderant,vt l.Seio.ff.
de in integ.reſtit.& l.ſi oleũ.ff.de dolo,ideo ſi talis differat
per quindenã,vel huiuſmodi,nõ doloſe,ſed aliquo bono fine
non videtur peccare:niſi is,cui reſtituendum eſt interim no-
tabiliter patiatur:& in hoc credetur ei in foro cõſcientiæ, &
poterit abſolui ſine exactione iuramenti vel alterius cautio
nis,niſi ſit vehemens præſumptio de contrario: puta pluries
eidem confeſſori vel alteri ſpopondit celerem reſtitutionẽ,
& non perfecit:quo tamen caſu poſſet etiam tam efficaciter
ſpondere & prętendere ſigna ſuæ volũtatis quòd ei credere-
tur.Si verò nec in totum ,nec in partẽ poteſt reſtituere ſine
detractione,aut ſaltẽ magna incõmoditate ſua petat remiſ-
ſionem aut dilationem iuxta modum dicendum infrà Reſti-
tutio.vij.§.j.& ij.quã ſi obtinere nõ poteſt,fiat vt ſuprà Re-
ſtitutio.v.§.iij.& iiij.Si verò habet reſtituere certa & incer-
ta ſimul reſtituat vtraq; ſi poteſt:alioquin præferat certa,ſe-
2 cundũ omnes Doctores.¶†Secundò quæritur,per quẽ reſti
tutio ſit facienda?Et dico quòd fieri debet principaliter per
eum qui ſuſtulit,aut in ſublatione participauit,iuxta dicta s̃.
Reſtitutio. iij. per totum.& ſi ipſe non facit,tenetur hæres
inquantum ſe extẽdit hæreditas,ſicut & ad omnia onera de-
functi.de vſur.c.Michaël.Et eadem ratione hæres hæredis in
infinitum,ſi ſciunt hæreditatẽ teneri.& ſi dubitant ex publi
ca fama vel ſcripturis vel fideli relatu tenentur diligenter
inquirere.aliàs eſſet ignorantia craſſa,ſecundũ Arch quæ nõ
excuſat.diſt.xxxvij.§.fin.quod intellige de dubitatione pro-
babili & veriſimili:non de leui & ſcrupuloſa, quæ nõ habet
probabile motiuũ dubitandi.arg. eorũ quæ dicta ſunt ſuprà
Conſcientia. §. ij. vnde dicit ipſe quòd ſi defunctus licitam
artem exercebat,vel patrimonialia tantùm habebat: nec ap
paret ex fama vel ſcripturis de illicitis cõtractibus ſeu alie-
no:præſumi debet iuſtè acquiſiuiſſe:quia nemo iudicandus
eſt immemor ſuæ ſalutis.j.q.vij.ſancimus.Et ſi reſtitutio eſt
debita ex delicto,& non expedit famæ principalis vt per ſe-
ipſum reſtituat,faciat per aliũ cautè, ar.c.ſi peccauerit. ij.q.
j.& in hoc tenet regula iuris,qui per aliũ.li.vj.Caueat tamẽ
ne mediator retineat ſibi quia nemo eſſet liberatus ab obli
gatione reſtituẽdi:quia quod periret,periret ſibi. Si verò eſt
debita ex contractu licito verè vel opinatiuè, vel ex illicito
patẽter,ita quòd ex reſtitutione nõ reſultet infamia noua,
expedit vt quis reſtituat per ſeipſum propter multa. ¶†Ter 3
tiò quęritur,quid faciẽdũ quãdo ex duobus creditoribus vnus
vult facere dilationẽ aut remiſsionẽ,alius autẽ nõ , ſed vult
fieri ceſsionẽ bonorũ?Et dicit Arch. poſt Ray. in hoc quãtũ
ad dilationẽ ſtandũ maiori parti creditorũ.& intellige maio
rem vbi eſt maius & fortius debitũ,etiã ſi vnus ſit , cui plus
quàm omnibus alijs debeatur.Si verò par ſit debitũ , ſtandũ
eſt maiori numero creditorũ.& ſi vtriuſq; eſt paritas,ſentẽtia
benignior eſt ſequẽda,ſcilicet ꝙ dilatio det̃.,C.de ceſ.bono.
l.cum ſolito.& ibi Bar.per l.illã.quę etiã dicit in hoc nõ eſſe
differentiã quãtũ ad hypothecarios & illos debitores: & ſit
mẽtio de dilatiõe quinquẽnali.Nec obſt.l.maiorẽ.ff.de pac.
vbi videtur quòd prius cõſideretur dignitas creditorũ quàm
benignitas ſentẽtiæ:quia quo ad hoc digniores ſunt qui hu-
maniores.arg.l.ſcire oportet.ff.de tut. & curat.§. cum reli-
quis.vnde præfertur ſentẽtia digniorũ ,niſi ſit valde inhuma
na,vt hoc caſu.Secus aliquãdo in remiſsione partis debiti,de
qua loquitur d.l.maiorẽ.licet poſſet eſſe tanta paupertas in
debitore,& abundãtia in creditoribus, quòd in hoc eſſet ma
gna inhumanitas,& præferretur ſentẽtia eorũ qui benignio
res,& nõ qui ditiores ſunt d.l.ſcire. maximè quia in caſu ma
gnæ neceſsitatis poſſunt pauperes cogere diuites ad ſibi ſub
ueniendũ,ſecundũ Gl.diſt.xlvij.ſicut hi. Quantũ ad remiſsio
nem verò ex d.l.maiorẽ.cum aliquibus ſequẽtibus, necnon
cum l. iuris gentiũ.§.ſi.patẽt quòd maior pars creditorũ ha-
bita cõputatione maioritatis,vt s̃.remittere poteſt partẽ de-
biti ex cauſa:videlicet quãdo debitor nõ eſt ſoluẽdo:quia ſe-
cundum Gl.ibi hoc venit in vtilitatẽ omniũ.& hoc nõ eſt du
biũ vbi creditores ſunt partes alicuius vniuerſitatis vel colle
gij,aut in foro cõtẽntioſo. Si verò nõ ſunt pars in foro con-
ſcientiæ,ſeruandũ eſt quo ad nolentes cõcedere dilationẽ vel
remiſsionem quod dictum eſt s̃.Reſtitutio. v.§.iij. & iiij.Et
ideo addit Direct.quòd vbi nolentes concedere indigerent,
& fame perirent,ſtatim teneatur reſtituere vel cedere bonis.
¶†Quartò quæritur vtrum debitor poſsit cedere bonis ſi 4
vult,nõ obſtante quòd creditores velint cõcedere dilationẽ
quinquẽnalẽ.Et videtur tenere Azo in Sum.vt recitat Bart.
in dicta l.cum ſolito.quòd optio detur debitori.¶†Quintò 5
quæritur,quo ordine ſit reſtituendũ, vbi creditor nõ poteſt
reſtituere omnibus,vel ſi poteſt.nõ tamen ſimul.Et dico ꝙ
ſemp prius reſtituẽda ſunt certa integraliter, quàm incerta,
ſecundũ omnes Doct.& ſi quis ex reſtitutione incertorũ fiat
impotẽs ad reſtituendum certa,peccat,& nõ liberatur, etiã
ſi nõ erãt certa ante:ſed certus creditor apparet poſt reſtitu
tionẽ incertorũ nõ præmiſſa inquiſitione diligẽti , ſecundũ
Doc.ar.c.ſicut dignũ.de homi.ſecus tali inquiſitiõe p̃miſſa,
quia eſt liber,ſecundũ oẽs,per regulã,bona fides.de reg.iur.
lib.vj.Quod facit contra hęredes vſurariorũ,qui cum epiſco
po cõueniũt de incertis vt ſepeliatur cadauer : cum tamẽ nõ
ſint ſoluẽdo ſuper certis.¶Igitur in rebus ſcd̃m Archi.poſt
Bald.primò veniũt habẽtes actionẽ ad rem.puta quia res re-
ſtituẽda eſt aliena extãs,quæ ſemper domino eſt reſtituẽda
ſcd̃m oẽs.& idẽ ſi eſt res quę fuit alterius,& ab eo ſine iuſta
cauſa abdicata,puta metu,vel aliter.ff.qđ.me.cau.l.metũ.§.
cum



autem.Et idem dic de rebus depoſitis,ſi extant:& gene
raliter ſi ipſæ res extant,earum domini præponendi ſunt o-
mnibus.l.veri.§.in bonis.ff.de priui.credit.& ſi extant,ſed fue
runt venditæ non habita fide de pretio, cum tranſlatæ non
ſint in dominium ementis,ipſi vendenti,cuius erant,eſt ſatiſ
faciendum de pretio prius quàm alijs.l.Iulianus.§.offerri.ff.
de act.emp.& ven.Siverò habita fide de pretio ſunt traditę:
ſecundum Sum.Ang.non præponeretur alijs.vult tamen Ar
chi.indiſtinctè allegans Bal.quòd ſi extant,indiſtinctè reddã
tur venditori pro pretio nondum habito:& ſi plus valent,il-
lud plus cedit creditori.d.l.Iulianus.Et ita tenet Sum.Ro.&
hoc eſt verius:& multo minus præponentur ſi non extarent,
ſed aliæ ſunt ſubrogatæ ex pretio illarum,niſi vt ĩ.dicam de
habentibus actiones perſonales:quia tales res ſubrogatæ nõ
ſunt obligatæ pro pretio.l.quidam.ff.de in rem verſo.Et ra-
tio eſt,quia pretium redactum ex tali re non erat obligatũ:
& conſequenter nec res ex eo empta.Et idem eſt in permu-
tatione:quia vbi ſpes in obligatiõe eſt,nõ ſuccedit altera lo
co alteri⁹:vt ff.de ver.ſi.l.Labeo.& ff.de rei.vẽ.l.mater.Fal-
lit hoc in empto ex ſpeciali pecunia alterius.de quo dic vt ĩ.
Solutio.§.iiij.Sed tamen in hoc caſu non præponetur habẽ
tibus reales actiones.¶Secundò poſt prædictos habentes a-
ctiones ad rẽ veniũt vxores cęteris paribus pro dotibus ſuis,
quæ præferuntur non ſolùm prætendentibus perſonalem
obligationem,ſed etiam habentibus tacitam hypothecam
etiam anteriorem.l.aſsiduis.C.qui pot.in pig . ha.facit l.vbi.
C.de iu.do.& l.ij.C.de ſer.pig.da.non tamen præferuntur fi-
lijs ex priori matrimonio agentibus de dote materna cõtra
nouercam.C.qui pot.in pig.ha.l.vl.& ſimile priuilegium cũ
vxoribus habet fiſcus ideoq; prior tempore præfertur: & v-
triſq; , id eſt,fiſco & vxoribus præferuntur anteriores credi-
tores habẽtes expreſſas hypothecas,ſed nõ poſteriores,vt in
gl.d.l.aſsiduis.quod tamen quantũ ad vxores non eſt verum:
vt s̃,Dos.§.xij.Sed tamen nota quòd creditores, ex quorum
pecunia domus aut nauis extructa eſt aut reparata , & ipſis
ſpecialiter obligata,in illa re præferuntur mulieribus in do-
tibus earum.§.his conſequens.& ibi Ang.in auth . de colla.
dot.eo quia ſecundum Bal.in d.l.aſsiduis.lex non tollit illud
quod per pactum ſibi creditores quæſierunt. Vnde creditor
habens ſpecialem hypothecam in aliqua re ſpeciali, præfer-
tur in illa priori creditori habenti anteriorem hypothecã
generalem & ſpecialem in re alia ab illa quæ creditori eſt
ſpecialiter obligata:vt eſt tex.in l.ij.C.de pig . ¶Tertiò ve-
niunt omnes habentes expreſſas hypothecas poſt eriores,&
deinde habentes tacitas.In iſtis autem habentibus expreſſas
qui prior eſt tempore,prior eſt iure,ſecundum reg.iu.lib.vj.
& idem in tacitis.l.ſed ſi fundus.C.qui pot.in pig.ha. Sed ta-
men antè ſoluendæ ſunt impenſæ funeris quàm ſatisfacien
dum habentibus tacitas vel expreſſas hypothecas in bonis
defuncti:vt eſt tex.in l.pe.ff.de reli.& ſum.fu.& in l.at ſi qs.§.
j.eo.tit.& omnes aliæ factæ cauſa hæreditatis,vt in teſtamẽ
to,& inuentario: & breuiter quando debita totam hæredita
tem exhauriunt,hæres debet eſſe immunis à lucro & graua
mine.C.de iu.deli.l.ſancimus.Expenſas autem ſuperfluas ad
honorem & pompam mundanam tuta conſcientia de alie-
no detrahere non poteſt,ſecundum Pet.de Pal.in iiij.ſed in-
telligetur facere de ſuo.Et in hoc credo quòd bonus vir arbi
trabitur.Non obſtat quod de expreſſa hypotheca Azo in d.
l.pe.ponat ly fortè:quia illa lex loquitur indiſtinctè dicens
impenſam funeris omne debitum præcedere. ¶Quartò ve-
niunt depoſitores ſiue deponentes,ſi depoſitum non extat.l.
ſi hominem.ff.depo.§.ſi.& idem dic de habentibus pecuniã
in illa negotiatione:vt ĩ.Solutio.§.iiij.quo tamen priuilegio
non gaudet,qui ſub nomine depoſiti mutuat ad vſuram : vt
patet in d.l.ſi hominem. ¶Quintò veniunt habentes actio-
nes ꝑſonales , inter quos primò ſimplices priuilegiati,id eſt,
habentes priuilegia perſonalia,non realia:qui tamen veniũt
poſterius prædictis:quia priuilegium hypothecæ cùm ſit ad
rem,eſt potior perſonali.l.repertum.ff.de pac.¶Poſt hos au
tem ſexto loco veniunt omnes chirographarij pro rata,non
attenta prioritate contractuum : quia licitum eſt debitori
propter cumulum creditorum facere deteriorem cauſam
priorum creditorum:non tamen dominiũ vel hypothecam
ſeu priuilegium habitum.l.j.§.contrario.ff.de ſepa.bo.Cum
prædictis omnibus concordat Bald.in l.pro debito.C.de bo.
aut.iu.po.Et iſto etiam ordine,id eſt,pro rata , & non alicui
in ſolidum reſtituendum eſt creditori vſurarum, ſecundum
Veruec.Dur.& Arch.arg.c.relatum.de teſta.in ſi.Nec obſtat
quòd Io.And.in c.quanquàm de vſur.lib.vj.velit ſatisfacien-
dum eſſe prius his, qui prius ſoluerant vſuras , hac ratione
quia in hypotheca habetur ratio temporis:bona autem vſu-
rarij videntur hypothecata:de vſu.cùm tu.quia Hoſt. Arch.
Fed.& Goſ.dicunt quòd nõ ſunt hypothecata.& ipſemet Io.
And.dicit quòd de iſta hypotheca non habemus textum ex-
preſſum. Cum prædictis omnibus concor.Arch. qui limitat
vera,niſi per ſtatutum municipale aliter caueatur , quia illi
ſtabitur:vt Genuæ in mercatoribus fallentibus . & hoc,ſe-
cundum eum,etiam in foro conſcientiæ,niſi ſit expreſſe con
tra Deum:quod non eſt de facili iudicandum,niſi euidenter
appareat contrarium:quia nemo arbitrandus eſt immemor
diuini timoris & ſuæ ſalutis.j.q.vij.ſancimus.Nec diſtinguo
an aliquid debeatur ex contractu vel quaſi:aut ex maleficio
vel quaſi,cum hoc nullo iure probetur. vnde reſtituendum
eſt ſecundum ordinem prædictum. ¶Sextò quæritur,†quo 6
ordine reſtituere teneatur hæres,& maximè ſi ſint multi?Et
dico quòd quo ad debita reſtitueret eo ordine quo & debi-
tor:& præponet ea legatis,ſi ſunt contracta per eum cuius
eſt hæres,ſiue ex contractu vel quaſi, ſiue ex maleficio vel
quaſi.de quo s̃.Hæreditas.iij.§.xj.& ix . Si verò ipſe debita
contraxit,præponet eis in reſtituendo legata facta per teſta
torem:quia bona defuncti ſunt tacitè hypothecata pro le-
gatis & fideicommiſsis.l.j.C.commu.de legatis.Si verò hæ-
redes ſunt multi,ad debita & legata tenentur ſecundum or-
dinem ſupradictum , & regulariter pro rata quod tamen
aliquando fallit in caſibus,de quibus s̃.Hæreditas.iij.§.xj.
¶Septimò quæritur, †vtrum liberetur in conſcientia qui 7
ſimpliciter ſoluit ſupradicto ordine non ſeruato? Et dicit
Rodo.quòd non,niſi crediſſet fore ſoluendo omnibus,vel
niſi ignoraſſet vnum creditorem fore potiorem alio.& con
cor.Hoſtienſ.ac Mon.quod limita niſi laboraſſet ignorantia
non excuſante.de cleric.excommu.mi.apoſtolicæ.de quo ſu
prà Hæreditas.iij.§.ix.
¶Octauò quæritur,†vtrum is,qui tenetur pluribus , & non 8
poteſt totum ſoluere,poſsit gratificari vni ſoluendo illi in
ſolidum?Et dicit Mon.quòd ſi creditor vigilauit exigendo
debitum in iudicio vel extra , poteſt , imò ſecundum Ver-
uec.debet ei debitor ſoluere antequam bona debitoris au-
thoritate iudicis incipiant poſsideri : quia poſtea iura facta
ſunt paria omnium creditorum non habentium pignora vel
hypothecas,vel qui non ſunt priuilegiatæ perſonæ:& ſi cre-
ditor vult vni gratificare,debet hoc omnibus communica-
re,& ab omnibus licentiam obtinere:& ſimiliter ſi vnus cre
ditor denuntiauerit alteri ne recipiat à debitore , in fraude
videtur ille verſari ſi accipiat.Vbi autem non vigilauit cre-
ditor exigendo debitum , non videtur quòd teneatur ei
debitor gratificare : ſed ſecundum Veruec . reſtituere
pro

pro rata.ff.quæ in frau.cre.l.pupillus. vbi patet quòd ſi debi
tor non exactus in iudicio vel extra gratificauerit alicui cre
ditorum,quod datum eſt reuocatur,& diuiditur pro rata.Et
idem Sum.Conf.In hoc tamen caſu iure poli,& ſi non fori,
excuſaretur,vt creditur,debitor ſi pietate motus gratifica-
ret plurimum indigenti.

## Rurſus de Reſtitutione ſeptimò quantum ad modos, quibus tollitur obligatio reſarciendæ rei vel iniuriæ.

1 *Veniam qualiter petere quis debeat.*
2 *Abſolutio à debito qualiter impetranda.*
3 *Solutiõe alteri⁹ an liberet à debito.& q̃d de q̃ſi ſolutiõe.n.4.*
5 *Reſtituere debens quando liberetur per rei interitum.*
6 *Ceſsio quando liberet à debito.*
7 *Præſcriptio an liberet à reſtitutione.*

RESTITVTIO ſeptimò conſiderari poteſt vt ſciatur
quibus modis tollitur & aboletur obligatio reſarciendę
rei vel iniuriæ,quibus homo liberatur ad tempus,vt eſt dila
tio,vel ſimpliciter,vt eſt abſolutio,ſolutio,quaſi ſolutio,in-
teritus,& aliquo modo,præſcriptio.¶ Primò ergo quęritur,
1 †qitid iuris de petitione veniæ & dilationis ? Et dico multa.
¶ Primum.Secundum gl.Ray.&vt in Sum.Con.lib.j.ti.v.q.
xxiiij.damnificans proximum,tenetur petere veniam per ſe-
ipſum,ſi poteſt & audet:alioquin per interpoſitam perſonã,
quæ debet ſubticere nomen & circunſtantias perſonæ inter
cedentis,ſi periculum vel ſcandalum timeatur : quia offen-
dens reconciliari debet offenſo. Matth.v.etiam poſt ſatisfa-
ctionem damni,ſecundũ prædictã gl.ſi tamen læſus hoc ne
ſcit,licet ſit tutius petere veniã modo prædicto,qñ ſatisface
re quis nõ poteſt:nõ tamen tenetur:quia hoc caſu quo ad iu
dicium diuinũ nõ eſt in mora.¶ Secundũ . Similiter tenetur
petere quis dilationem aut abſolutionem,ſi nõ vult,aut non
poteſt ſtatim reſtituere,niſi timeretur infamia vel ſcãdalũ,
vt s̃.Reſtitutio.v.§.j.quod ſecundum gl.Ray.obſeruandum
eſt non ſolùm in damno illato,ſed etiam vbi quis eſt debi-
tor ex cõtractu vel quaſi:& quo ad regulares,qui ſe recolũt
alicuius debitores ex eo quod in ſeculo fecerũt. ¶ Tertium.
Debet autem dilatio iſta peti ab eo qui põt dare & obtinere
liberè ſine fraude,& ſine vi ſeu metu,& ſine deſperatione re-
habendi ante dictum terminum,iuxta dicenda j̃.§.ſeq.de ab
ſolutione:& tunc valet vſq; in tempus:& tenetur debitor e-
tiam cum aliqua incommoditate ſeruare pacta,ſi qua inter
uenerunt:puta quòd ſingulo menſe tantum ſoluat:aliter non
valet.¶ Quartum.Hanc dilationem quo ad incerta ſecundũ
do.Anto.in c.cùm tu.de vſur.facere nõ poteſt confeſſor ſine
authoritate epiſcopi:ſed alij verius dicunt quòd ſic ex cauſa
rationabili:ſecus ad pompam & ſuperfluitatem detinentiũ:
quia eſt cum diſpendio ſalutis detinentis & cõcedentis.¶ Se-
cundò quæritur,†quid iuris de abſolutione ? Et dico multa.
2 ¶ Primum.Remiſsio petita per debitorem mediatè vel im-
mediatè à creditore & obtenta,liberat ipſum debitorem ab
obligatione reſtituendi ſimpliciter , ſi fiat ab eo qui donare
poteſt libere,id eſt,ſine fraude,& vi,ſeu metu,& ſine deſpe-
ratione rehabendi:ſecus verò ſi non fiat liberè, ita quòd in-
teruenit fraus:puta quia dicit ſe minus poſſe quàm poſsit,vel
debitum minus eſſe quàm ſit,vel metus damni aut periculi
ſi non fiat:aut coactio etiam conditionata , ex qua ſequitur
deſperatio in creditorem conſequendi creditum ex culpa de
bitoris:vt quia dicit quòd de centum dabit 50.ſi vult : aliàs
nihil dabit:quia tunc non valet,per ea quæ dicta ſunt s̃.Re-
ſtitutiõ.ij.§.vij.Dicit tamen Hoſt.in Sum.quòd ſi aliqua ho-
neſta perſona media tractet cum creditore dicens,faciam ꝙ
talis dabit tibi tantum,ſi reſiduum volueris ex corde dimit-
tere:non decipias me,quia ſum mediator : nec debitorem:
cuius ſalutem quæro : & ille ſpondet : liberatus eſt debitor.
quod limita primò quãtũ ad obligationem reſtitutiõis,non
autem quantũ ad pctm̃,ſi debitor nõ erat paratus facere qđ
debebat iuxta poſſe:& ſi iſta mediatio fiat honeſtè,puta in-
tentiõe bona & debito modo,nõ metu,fraude aut coactiõe.
Sunt tamen tres caſus,in quibus abſolutiõe ritè facta ſcđm
prædicta reus nõ eſt abſolutus ab obligatiõe reſtituẽdi.Pri
mus eſt in cle.nolẽtes.de hær.de quo s̃.Excõicatio.ix.§.xliij.
Secundus in c.felicis.de cenſi.libr.vj.de quo j̃.Viſitatio.§.v.
Tertius eſt s̃.Iudex.j.§.viij.par.ij.¶ Secundũ.Si perſona me-
dia dicat abſolutionem liberaliter eſſe factã & nõ eſt,ſic nõ
liberatur debitor à reſtitutione . Vnde ſi in aliquo vacillet,
certificetur de facto:poſſet tamen mediator eſſe tantæ ho-
neſtatis & talis quòd debitor à peccato excuſaretur ignoran
tia facti,ſecundum regulam iuris in ſexto:ſed tamen ſemper
manet obligatus:& quoties veritatem cognouerit,reus erit
peccati,niſi proponat facere debitum. Tertium.Quando ali
quis debitor ponit ſe in manibus creditoris dicẽs ſe paratum
reſtituere iuxta poſſe:ſed orans miſericordiam & remiſsio-
nem in totum vel in partem.Dico quòd ſi intendebat reſti-
tuere,eſt liberatus,iuxta dicta s̃.par.j.Siverò non eſt paratus
reſtituere,ſed ſic facit,credens ſe breui & exiguo pretio libe
randum,aliter hoc non facturus,non eſt abſolutus à peccato
vt planum eſt.Vtrum autem ſit abſolutus à debito reſtituẽ
di,ſi creditor remittat ei.Gerar.de Senis tenet quòd non ali
quo pacto,niſi reſtituat,ſiue ſit paratus reſtituere , ſiue non.
Et facit ad hoc ſeptem rationes nullius momenti.Dy.autem
in reg.peccatum.lib.vj.dicit quòd eſt liberatus,ſi pecunia e-
rat parata.Quidã verò Theologi, vt recitat Lau.de Ridol.
in trac.de vſur.dicunt hoc non ſufficere , ſed oportere quòd
offeratur.Io.And.ibi dicit quòd non eſt liberatus,ſi non in-
tendebat reſtituere:aliter ſic Laud.de Ridol.vbi s̃.dicit cau-
tum eſſe prædicare quòd non ſufficit remiſsio,licet ſe diſpo
neret ad ſatisfaciendũ.cautius quòd oportet pecuniã eſſe pa
ratam.cautiſsimum quòd offeratur,vel,quod plus eſt,pona
tur in manibus creditorum.Et ſic eum allegaui in au.ro.vbi
prædicatores inſtituuntur.Sed gl.ij.in d.regu.indiſtinctè te-
net quòd eſt liberatus:& idem Fed . adducens multas bonas
rationes,etiam ſi debitore perſeuerante in crimine proprio
motu creditor remittat, vel ad petitionem debitoris.Et idẽ
videtur firmare Goſ.in Sum.& Arch.de vſu.in c.quanquàm.
lib.vj.& Lap.& Goſ.& Veruec.& idem iſpe Lud.quo ad veri
tatem.& idem Aegi.in quoli.ſi debitori cõſtet creditorem li
beraliter remiſiſſe quicquid intenderet ipſe debitor. Et iſta
eſt veritas:quia quo ad abſolutionem à debito reſtituendi ni
hil differt vtrũ eſſet paratus nécne : quia iſta abſolutio non
dependet à volũtate ſeu diſpoſitiõe ſpoliãtis,ſed ſpoliati.vñ
in trãſlatiõe dominij rerũ ſeu circa ipſas res attenditur plus
voluntas domini quàm alterius.Inſti.de fur.§.placuit.&l.in-
ter om̃es.§.pe.ff.eo.qui etiam inimico ſicut donare,ita & re
mittere põt:cùm hoc ſit quoddã donare.Et ideo qualitercũ
que cõtentetur creditor ille eſt liberatus: quia dicitur in l.j.
ff.qui ſatiſ.cog.quòd ſatisfacit quicunq; deſideriũ implet cre
ditoris,etiã ſi non ſoluat.Igitur iſte eſt liberatus ſi potens re
mittere remiſit liberè,id eſt,ſine fraude,& ſine vi ſeu metu
& ſine deſperatione.quod intelligo qñ iſta deſperatio pro-
uenit ex culpa debitoris ſiue ex parte eius indebitè : puta
quia fingit ſe nõ poſſe quod poteſt, aut dicit ſe nolle facere
quod debet,ſiue fingat ſiue nõ.Secus quando prouenit ex ra
tionabili conſideratione creditoris:quia eſt liberatus,etiã ſi
deſperet creditor ſe non rehabiturum quod ei debetur:quia
hoc



hoc facit remiſsionem eſſe magis voluntariam ac liberam
& magis miſericordem . ¶ Quartum . Hanc abſolutionem
facere non poteſt quilibet,cui res obnoxia reſtitutioni de-
betur:ſed ſolùm qui ſuarum rerum habet liberam admini-
ſtrationem,& poteſt donare,de quo s̃.Donatio.j.§.j.¶ Quin-
tum.Cõſiliũ vniuerſale vel etiã ciuitatis & hmõi remittere
nõ poteſt debitori quod debetur creditori particulari cõtra
eius volũtatem:ſi debetur ei de iure naturali ſine cauſa : cũ
cauſa verò põt,ſcđm Inno.in c.quæ in eccleſiarũ.de cõſti.&
gl.in l.ſi.C.ſi cont.ius vel vtil.pub.& ſimiliter põt ſi debetur
ei de iure ciuili tm̃,ſecundũ eundem Inno.in c.noſtra.de in-
iu.Vñ princeps reſtituit in integrũ ex certa ſcientia cũ præ-
iudicio tertij licitè.& facit l.ſi.C.de ſen.paſ.in l.in cauſa.ff.de
mino.& qđ no.Bar .in l.Gallus.§.& quid ſi tm̃.ff.de lib.& po
ſthu.Quod ſingulariter notanddũ : quia facit ad ſciendũ qñ
papa diſpenſare poteſt ſup certis,& qñ domini vel communi
tates,quæ habuerunt bellum,poſſunt componere ſuper da-
mnis datis.de quo s̃.Bellũ.j.§.ij. ¶ Tertiò quæritur,†vtrum
liberetur quis à reſtitutione per ſolutionem ? Et dico quòd
ſic,ſi ritè fiat,etiam ſi alter ſoluerit pro debitore eo inuito:
quia ignorãtis & inuiti conditionem meliorem facere licet.
l.ſoluendo.ff.de neg.geſ.Sed ſolutio fieri debet cõgruo lo-
co & tempore.C.de ſol.l.oblatione.& rei quæ debetur:quia
alia inuito creditore ſolui nõ poteſt. Inſt.qui.mo.tol.obli.in
prin.& debet ſolui nõ deteriorata,vt s̃.Reſtitutio.iij.§.ix. &
j.Furtũ.§.pe.niſi res illata præſtari nõ poſſet : quia tunc de-
bet ſolui æſtimatio.ff.de con.furt.l.in re furtiua.& ſi pecunia
eſt quæ debetur,nõ ſufficit partem ſoluere: quia eã creditor
iuſtè refutare poteſt.l.planè.ff.fami.erc.niſi debitor putaret
ſe nõ plus debere quàm offert:quia tũc cogitur creditor ob-
latũ accipere.l.quidã æſtimauerunt.ff.ſi cer.pe.Vide etiã j̃.
Solutio.per totum.¶ Quartò quæritur , †vtrum quaſi ſolu-
tione fiat ſatisfactio?Et dico quòd ſic:vt quando creditor nõ
vult accipere quod offertur legitimè,iuxta dicta §.priore.&
quod oblatum eſt conſignatur & deponitur in æde ſacra,vel
apud alium,quem iudex aditus determinauerit:quo caſu li-
beratur ac ſi eſſet ſolutum,modo tale depoſitum non reci-
piat.C.de ſol.l.obſignatione.& de vſu.l.acceptã. ¶ †Quintò
quæritur,vtrũ liberetur quis à reſtitutione aliqñ rei interi-
tu?Et dico multa.¶ Primũ.In hac quæſtione diſtinguo, vtrũ
quis obligetur reſtitutioni in genere ſecundum Iuriſtas , id
eſt,in ſpecie,vel in ſpecie,id eſt,in numero. Si eñ obligatur
in genere,puta quia debet certam quantitatem , vt bouem,
aut equum,vel aliud animal,non hoc vel illud: tunc non li-
beratur,licet intereãt omnes res eius igne vel aliter.l.incen
dium.C.ſi cer.pe.vbi incendiũ debitorem nõ liberat ab ære
alieno.Et ratio:qa hoc caſu nõ aliqua res,ſed perſona eſt ob
ligata.Vnde apud Iuriſtas dicitur quaſi vulgariter quòd ge
nus perire nõ poteſt. Fallit ſi præcederet obſignatio debitè
facta,quæ locũ habet ſolutionis,de qua §.priore.Siverò ob-
ligatur in ſpecie,puta ad hanc rem vel illã,ſemper liberatur
eiuſdem rei interitu,niſi fuerit in mora reſtitutionis , vel in
culpa ſeu cauſa interitus.l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.
Eſt autem in mora ſemper ſi obligatur ex delicto , vel poſt
diem ſtatutam ſi eſt appoſita in cõtractu, vel poſt monitio-
nem ſeu interpellationem vel petitionem debiti , ſi non eſt
appoſita.de quo vide s̃.Mora.§.j.¶ Secundũ.Quando autem
obligatur quis ex hoc quòd penes ſe habet rem alienam,vi-
detur in foro cauſarum idem ſi eſſet obligatus ad ſpeciem,
per d.l.ſi ex legati.videlicet quòd non ſit in mora ante inter-
pellationem,quando à principio habuit bona fide: quia lex
illa loquitur in legato,in quo debetur res aliena.Siverò non
habuit bona fide,ſemper eſt in mora:quia habuit ex delicto.
in foro autem conſcientiæ iure diuino & Canonico dicitur
in mora quàm primum ſciuerit rem alienam,& reddere po
teſt,nec reddit:quia conſtituitur in mala fide . de præſcri.c.
ſi.in qua non licet per momentum morari:quia omne,quod
non eſt ex fide,peccatũ eſt:vt ibi. & quicquid eſt contra con
ſcientiam,ædificat ad gehennam.de ſimo.per tuas . Et ſi te-
netur alienam rem indicare domino ne perdat : ſed habeat
quando alius habet.de fur.qui cum fure.multo magis quan-
do habet ipſe , tenetur indicare & dare:præſertim ſi domi-
nus rei impediretur aliqua cauſa vel reſpectu interpellare:
niſi poſſeſſor habuerit aliquam iuſtam cauſam detinendi,pu
ta ratione ſumptuũ factorũ in bona fide.ff.de fur.l.is qui rẽ
commodaſſet.vel ſi iuſto errore putauit rẽ ſuã: quo caſu nõ
conſtituitur in mora,etiam per interpellationem.ff.de peti.
hære.l.illud.¶ Tertiũ.An verò liberetur moroſus rei interi-
tu,vel certè teneatur, ſi eodẽ modo res apud dominũ fuerat
peritura? Videtur quòd ſi ex contractu debeatur,nõ tenetur
ff.ad l.Rhodiã de iac.l.ſi.§.ſi.vbi ſi nauta cum ſciret dominũ
nolle,poſuit res in naui deteriori quàm conuenerat,& perie
rint,tenetur:niſi fortè & illa nauis melior,in qua fuerant po-
nendæ,perierit : quia licet nauta deliquerit faciendo contra
conuenta:ex quo dominus nõ eſt propter hoc damnificatus,
cum res eſſent omnino perituræ,nõ tenetur. Si verò debe-
bãtur ex delicto:videtur cõmuniter cõcludi p Iuriſtas quòd
tenetur,per l.inuito.ff.de vi & vi ar.vbi ſi res pereat caſu for
tuito,tenetur qui eã abſtulit,etiã ſi pereat ſine culpa ſua:qa
à principio fuit in mora.& idem probatur eodem tit.l.j.§.re
ctiſsimè.Sed hoc apertè non probatur:quia aliud eſt moro-
ſum teneri,etiam ſi nõ ſit in culpa interitus: aliud eum tene
ri,etiam ſi res apud dominum erat peritura: quia poteſt fuiſ
ſe neutrum,& tamen eum teneri: quia dominus ante interi-
tum vendidiſſet.l.cũ res §.fina.ff.de leg.primo.vbi ſi fundus
legatus pereat,tenetur debitor,quia legatarius potuit vẽde
re.& idem in l.item ſi verberatum.§.ſi.ff.de rei ven.Concor
dando autem opiniones, dico quòd ſiue ex contractu , ſiue
ex delicto moroſus teneatur,non liberatur rei interitu,ſi cõ
ſtat vel ſit dubium quòd res apud dominum exiſtens ante
interitum fuiſſet vendita,vel domino aliquo modo vtilis,per
d.l.cùm res.& d.l.item ſi verberatum. Si verò conſtet quòd
antè nec vendita nec vtilis fuiſſet domino, vt in dictis rebus
in naui repoſitis,nullo modo tenetur reſpectu intereſſe,cùm
nullum ſit:ſed delictum aliter pœnis legalibus punietur.
Nec diſtinguo quo ad hoc inter delicta & contractus,maxi
mè in foro pœnitentiali,vbi regulariter conſideratur ſolum
intereſſe,& non pœna,vt notat gloſſ.xij.quæſtio.ij.fraterni-
tas.intellige niſi imponatur iuridicè . ¶†Sextò quæritur, 6
quid iuris de ceſsione? Et dico multa . ¶ Primum. Ceſsione
facta in manibus creditorum ſiue creditoris , ſi eſt certus,
vel epiſcopi ſi incertus;tollitur obligatio: quia is,qui nõ eſt
ſoluendo,carcerari non debet,vel alijs pœnis ſubijci : ſed
bonorum ceſsione poteſt à debito pecuniario liberari. C.
qui bo.ce.po.l.j.& not.gloſſ.in cap.Odoardus.de ſolu.vbi e-
tiam non debet impotens propter debitum excommunica-
ri,etiam ſi ceſsio fiat per nuntium vel epiſtolam.ff. eo.l.fin.
Sed tamen non poteſt quis ceſsione liberari, niſi prius in iu
dicio vel extra debitum agnoſcat,id eſt,fateatur,vel ſit con
demnatus.non enim poteſt dicere, nihil debeo : ſed ſi debe-
rem,cedo bonis ff.de ceſ.bo.l.penul. Vtrum autem per ceſ-
ſionem liberari poſsit debitor ratione maleficij,puta vſuræ,
vel furti.infrà parti.vlt.¶ Secundum.Eſt autem effectus ceſ-
ſionis non vt cedens liberetur à debito:quia tenetur ſatisfa-
cere ſi venerit ad pinguiorem fortunam.C.qui bon.ced.poſ.
& per totum titulum. intellige inquantum poteſt.l.is qui.

ff.de ceſ.bon.& deducto ne egeat,vt ſtatim dicam:ſed eſt vt poſtea nec incarcerari nec conueniri poſsit niſi in quantum facere poteſt.ff.eo.l.is qui.& intelligitur facere poſſe deducto ne egeat:qa eſt regulare,vt quoties nō pōt quis cōueniri niſi in quātū facere pōt,ex legis beneficio,intelligatur deducto ne egeat.ff.de re.iu.l.in cōdemnatione.quod in foro cōtentioſo eſt indubitatum. In foro autem cōſcientiæ ſi poſt ceſsionem lucratur,ſeruari tutè poteſt quod dictū eſt s̃.Reſtitutio.v.§.iij.& iiij.quia nō obligatur plus poſt ceſsionem quā alius ſine ceſsione:& fortè vlterius haberi pōt ratio ne egeat,id eſt,ne viuat indecenter aliquatenus:quia obligatio ſemel extincta,eo modo quo eſt extincta,nō renaſcitur,vt s̃. Obligatio.§.xij. Quantum ad vſurarium tamen eſt gl.ſingularis in c.cūm tu,de vſur.quæ dicit quòd etiā ſi ceſsit bonis, tenetur ad reſtitutionem in inte.nec habebiť ratio ne egeat quod Pan.intelligit in foro pœnitentiali: ſecus in cōtentioſo.& ſpeciale videtur in vſurario,ſecundū Ala.& Hoſti.Sed ego teneo eā gl.indiſtinctè:quia iura indiſtinctè loquūtur.& ita tenet Ge.in c.quāquā.de vſu.li.vj.& hoc in odiū vſurariorum.¶Tertiū.Non debet autem cedens pati aliquā pœnam aut vituperium:vt s̃.Reſtitutio.vj.§.j.nec ſpoliari veſtimento de dorſo aut à lecto quo neceſſariò ipſe vel familia vtitur, ar.Exo.xxij.nec tenetur cauere de ſoluendo ſi venerit ad pinguiorem fortunā:quia hoc iure cautum nō inuenitur. Non obſtat quòd gl.in c.Odoardus.de ſolu.teneat contrariū, intelligens illum tex.de cedente:quia ille tex.loquitur de impotente ſoluere ne excōmunicetur:vel ſi fuerit excōmunicatus abſoluatur cum cautione de ſoluendo cùm poterit.quanuis dici poſsit quòd illa gl.non aſſerit tex.illum loqui de cedente:ſed quòd ibi interueniūt aliqua ſimilia cedēti.¶Quartum.Si debitor malit quinquennales inducias quā cedere bonis,creditores inuicem diſcordāt,ſtandū eſt maiori parti numero vel credito:vt s̃.Reſtitutio.vj.§.iij.¶Quintum. Obligatus ex maleficio,vel rapina,iure ciuili nō videtur ceſsione liberari:ſed loco pecuniæ quam ſoluere nō poteſt, ſuſtinere debet pœnam corporalem.l.ſi.ff.de in ius vo.quæ licet loquatur in liberto,qui ſine venia,id eſt, licentia iudicis patronū vocauit in ius:tamen videtur hoc poni pro regula generali in omni caſu quo aliquid debetur ex delicto.l.j.§.& generaliter.ff.de pœ.Et idem videtur ſentire gl.etiā de iure canonico in c.nō ſatis,lxxxvj.di.& in c.ſi res.xiiij.q.vj.ar.illius verbi peccati,in quo res malè ablata eſt,pœnas luat.& verū eſt vbi agitur de publico commodo:puta quia iudex ad inſtantiam accuſatoris vel ex officio procedit ad punitionem delicti: quia publicæ vtilitatis eſt vt delicta nō remaneāt impunita. de ſen.exc.vt famæ.ne facilitas veniæ incentiuū tribuat delinquendi.xxiij.q.iiij.eſt iniuſta.Secus vbi agitur de cōmodo priuato:vt cùm quis petit rem ſibi reſtitui furto vel alio modo ſublatam,vel etiā pœnā ex maleficio: & debitor conuentus nō eſt ſoluendo:quia liberatur ceſsione:ne fruſtra homo in hominem ſæuiat,vt dicitur in d.c.ſi res. ¶Septimò de præſcriptione & vſucapione,de quibus quomodo à reſtitutione liberēt,dictū eſt s̃.Præſcriptio.per totum:& dicetur ĩ.Vſucapio:quæritur ſpecialiter vtrū hæredes, quibus relictū eſt quòd ſoluāt mille libras pro incertis habitis ex vſuris, cū tamen non appareat de dictis vſuris niſi per confeſsionem teſtatoris,liberentur à reſtitutione præſcriptione xxx.annorū. Et dicit Lau.poſt Fed.quòd ſic,ſi bona fide ſemper ſic poſſederunt.quod præſumitur,niſi contrariū probetur: nec per epiſcopum amplius poterunt moleſtari: quia cum actio cōpetens ex teſtamento vel condictio competens epiſcopo per l.nulli.C.de epiſ.& cler.ſit perſonalis,& claudatur ſpatio annorum triginta.C.de præſcriptio.xxx.vel xl. annorum. per conſequens hæredes bonæ fidei nō poterunt moleſtari.Nec obſt.quòd actio cōpetēs epiſcopo duret xl. annis:quia intelligitur de cōpetente epiſcopatui vel eccleſiæ collegiatæ:hęc aūt nō cōpetit vt epō,ſed vt œconomo & adminiſtratori pauperū.Quantū verò ad eos,quibus ſunt bona alienata vel relicta,ſi ſpatio x.annorū poſſederūt, indubitāter ſunt liberati: quia actio perſonalis nō cōpetit cōtra ſucceſſorem ſingularem.l.j.§.hæres.ff.ad Trebel.Secus ſi talis hæres vniuerſalis vel ſingularis fuiſſet malæ fidei poſſeſſor:vel ſi aliter appareat de vſura per factū aliud quā per teſtamentū:quia ſic nō eſſet liberatus.Vide etiā quod dico s̃.Præſcriptio.j.§.vij.

## Rurſus de Reſtitutione.viij.ſpecialiter quantum ad incerta.

1 *Reſtitutioni obnoxta bona incerta quæ dicantur.*
2 *Reſtitutio incertorum facienda pauperibus an ſit de præcepto vel conſilio.*
3 *Reſtitutio incertorum quibus,quando, & vbi fiat, & cuius authoritate.nu.5.& ſeq.*
4 *Reſtitutione facta pauperibus,ſi appareat dominus, an ei debeat reſtitui.*

RESTITVTIO rurſus viij.conſiderari poteſt ſpecialiter quantum ad reſtitutionem bonorum incertorum. ¶†Primò verò quæritur,quæ ſint bona incerta reſtituenda? Et dico,vt ex ipſis vocabulis,patet,quòd illa ſunt, quæ retineri nō poſſunt licitè ab eo,qui de facto poſsidet, & tamen eorū verus ſeu iuridicus dn̄s ignoratur, & hoc ſecundum S. Tho.ij.ij.q.lxij.art.v.facta diligenti inquiſitione.intellige ſi eam eſſe faciendam bonus vir ex inquiſitionis vtilitate iudicauerit:quia nullus debet infructuoſe fatigari. Et ideo talia dicuntur primò omnia habita ſiue acquiſita illicitè per maleficiū aut cōtractū,quorū verus dominus nūquā fuit cognitus,ſicut miles in bello iniuſto acquiſiuit equū, cuius dominum nunquam viſu vel auditu cognouit. Et ſecundò illicitè acquiſita per maleficiū vel contractū,quorū verus dominus aliquādo fuit cognitus,ſed nō cognoſcitur modò: vel quia eſt mutatus in perſona,vt quia noto ſucceſsit ignotus: vel quia eſt mutatus loco vel qualitate,vt quia iā neſcitur vbi ſit. ¶Et tertiò omnia acquiſita turpiter ex parte dantis & accipientis:quia licet cognoſcatur is,qui fuit eorū verus dn̄s: tamen nō cognoſcitur verus dominus poſt acquiſitionem:quia cùm nō ſit dominus,nō eſt aliquis alius in ſpeciali,ſed ſolùm in generali ſunt pauperes,etiā ſi talia ſint acquiſita per ſimoniam in ſacramentis & alijs ſpiritualibus,ſed tamen fallit in fructibus beneficij accepti ſimoniacè:quia illi ſunt illius eccleſiæ,vel cameræ apoſtolicæ:& in his quæ in alicuius iniuriam ſunt data:quia illa ſunt eius:vt s̃.Reſtitutio.ij. in princ. ¶Et quartò omnia acquiſita illicitè,quorum verus dominus ſciri poteſt:ſed cum difficultate tanti vel quaſi tanti momēti,quanti eſt capitale vel maioris quantum ad ſingulos creditores,licet non fortè quantum ad omnes:ſicut ſi quis vendēs frumenta ad tempus plus iuſto mille ſolidos vſurpauit mille aut quingentis viris quos per libros ſuos inuenire poſſet: ſed cum difficultate valde magna: in quo bonus iudex aut cōfeſſor arbitrabitur. Sic enim poteſt intelligi c.cùm ſit.de Iudæ.de quo s̃.Reſtitutio.iiij.§.j.in prin.vbi bona quæ infidelis accepit à Chriſtiano prætextu officij publici,quæ procul dubio reſtituenda fuerant danti, cùm non dederit turpiter: & tamen mandantur dari pauperibus nulla alia præmiſſa inquiſitione:quod nō ideo præciſe fit,quia dans erat incognitus:vt dicit gloſſ.quia ſaltem debuiſſet fieri proclama & inquiſitio diligens:ſed ideo fit quia labor in reſtitutione certa exequenda fuiſſet magnus, & vtilitas ſpoliatorum parua: & maxi



& maximè hoc verum eſt vbi iſta incerta debentur ex contractu etiā vſurario:in quo ſicut nō teneť debitor ſuis expenſis ſatisfacere:vt s̃.Reſtitutio.iiij.in ſi. ita nec ſuo labore. Et faciūt ad hoc ea quæ dicta ſunt s̃.Reſtitutio.iiij.in ſi.per Rodo.& Ber.ſcilicet quod modica nō ſunt neceſſariò reſtituenda. ¶Secundò quęritur,†vtrum incerta,de quibus s̃.dictū eſt ex S.Tho.quòd præmiſſa diligēti inquiſitione eſſent danda pauperibus,ſint dāda de neceſsitate præcepti vel de cōſilio? Et dico quòd quidā imponunt regulā,vt Veruec.vt quoties reſtitutio nō eſt faciēda,certę perſonę ſit de cōſilio,& nō de præcepto,ſed hoc eſt verū in illis quæ fuerūt turpiter data, quæ verum dominum non habent cognitum vel incognitū: ſed neq; vnquam habuerunt poſt inſtans quo fuerunt acquiſita:in alijs autem quæ poſt tale inſtans aliquando habuerūt dominū,licet fortè nō habeāt modò,vt quia obijt,& nō habet hæredē:dicta regula non eſt vera:quia S.Tho.ij.ij.vbi s̃. dicit quòd ſi is, cui debet fieri reſtitutio,ſit omnino ignotus debet homo reſtituere ſecundum quod poteſt, ſcilicet do in eleemoſynas pro eius ſalute: & intēdit quòd debet neceſſario:aliter nō ſolueret argu.¶Tertio quęritur,†quibus,quando & vbi talia ſunt dāda? Et dico quòd pauperibus,ſiue,quod idē eſt,in pias cauſas.& hoc ſecundum S.Tho.præmiſſa diligēti inquiſitione de domino vel hęrede,ar.c.cum tu.de vſur.& c.diuinæ.lxxxij.diſt.c.epiſcopus.di.lxxxviij.&.c.j.de rap.& inter æquè pauperes,iuſtioribus:inter pauperes æquè iuſtos, pauperioribus:ſed ſufficiat ſine fraude dare pauperibus occurrētibus.Et dāda ſunt ſtatim,vel petēda dilatio:vt s̃.Reſtitutio.v.§.j.Et dāda ſunt in loco vbi ſunt acquiſita vel damnū illatū:& hoc neceſſario ſecundū Hoſt. & aliquos doc. in d.c. cum tu.qa citius poterūt venire ad dominū vel hæredes.Sed ſecundum Fede.conſil.xxiij.& do.Ant. de bono cōſilio tantùm.nō de neceſsitate:& hoc eſt verius:quia iura ſimpliciter dicūt dāda eſſe pauperibus:vt in d.c.cū tu,& in c.ſicut dignū. de hom.& poſsibiliter poſſunt occurrere alibi pauperiores & iuſtiores,qui nō eſſent poſtponēdi poſt diligentē inquiſitionē prædictā propter incertā cogitationē,quòd fortè dādo in tali loco veniēt ad verū dn̄m. Nec obſtat c.primū.de rap. quia ibi erat perſona cui reſtituendū erat, & ſciebatur & inſtabat apud epiſcopum: aliàs epiſcopus ex officio ſuo non fuiſſet motus ad excommunicandū, niſi ad petitionē partis. de elect.innotuit.in fin.& l.iiij.§.hoc autem.ff.de dam.infec. ¶†Quartò quæritur, quid ſi facta reſtitutione in pauperes appareat dominus rei vel hæres? Et dico quòd debitor amplius nō tenetur ſi debite inquiſiuit:quia bona fides nō patitur vt ſemel exactū vlterius exigatur.de reg.iu.bona fides.li.vj.Si verò nō adhibuit debitā diligētiā,iterū tenet.de homic. ſicut dignū.§.eos.s̃.Reſtitutio.iij.§.ij.par.vij.circa ſi.¶Quintò quærit,† qua authoritate ſint prædicta erogāda pauperibus? Et dicit Hoſt.in c.cum tu.de vſur.& in c.cū ſit.de Iudæ. & in Sum.de pœ.§.ſi.& Io. And.in c.ſi epiſcopus.de pœn. & re.lib.vj.& in reg.peccatū. de reg.iur.lib.vj.ꝙ iſta diſpenſatio pertinet ad epiſcopū ſolum.probātes opinionē ſuam per dicta capitula.& vlterius.Io.And.per hanc rationem:quia talia ſunt pro anima veri poſſeſſoris fideliter eroganda,& cōſequenter ſunt diuino cultui mancipata:& cōſequenter à ſolo prælato diuini cultus ſunt diſpēſanda:itē quia eſt conſuetum.& quartò quia epiſcopus eſt pater pauperū. ¶Sed alij multi tenēt quod non eſt neceſſaria authoritas epiſcopi:nec ſe poteſt conſequenter ipſe de his intromittere inuito debitore:vt arg.in c.ij.de teſta.& in c.non ſane.xiiij. q.v. & Ioan. Mo.in c.quanquam.de vſur.lib.vj.& Ioan.de Lig.Pan.Gem. Io.Cal.Zenze.& Recup.ſuper cle.j.de priuileg. gloſ. in c.ſicut dignum,de homi.§.eos.& dominus Hug.iuris vtriuſque doctor,& frater Clarus, & Arch.& Sco.in quarto.di.vj.poſt S.Tho.ad duciſſam Brabantiæ.imò dico quòd poteſt ea raptor propria authoritate diſtribuere:& alia non requiritur, ſecundum Archi.Mo.Io.de Lig.Pau.Ge.Io.Cal.& Pan.& facit d.c.cum tu.& d.c.ſicut dignum.§.eos iuncta gl.& alia iura quæ dicunt obligatū debere reſtituere,nulla facta mētione de authoritate epiſcopi,vel ſi faciūt: dicūt ſolùm ꝙ epiſcopus debet ꝓcurare vt ſic fiat nō autē ꝙ eius authoritas ſit neceſſaria:vt patet in c. religioſus.de teſta. lib.vj.vbi hoc pōt liberè executor teſtamētarius,id eſt,nullius requiſita licētia.Ergo etiā hoc pōt principalis à quo executor habet authoritatē.Patet etiā,quia quilibet obligatus & honeſtus licitè pōt ſeipſum exonerare.Inſti.quibus mo.tol obli.maximè vbi exoneratio nulla lege eſt prohibita,vt hic.In quatuor tñ caſibus ſecundū Archi.epiſcopus ſe pōt intromittere de reſtitutione incertorū.Primò quādo mortuo debitore nullus relictus eſt hæres vel executor ad reſtituendū: adde vel ſi is qui eſt relictus nō implet quod debet:ſi aūt eſſet relictus requireret authoritas epiſcopi ſolùm de cōſilio.ar.c.de laicis. xij.q.ij.& l.nulli.C.de epi.& cler.& in hoc cōcor.Vin.& Ber. in d.c.cum ſit in gl.epiſcopo autē ꝓhibēte poſſunt & debēt reſtituere:vt in c.religioſus in ſi.de teſt.li.vj.vbi hoc poſſunt liberè.Secūdò quādo debitor reſtituere nō vult,& in iudicio agitur cōtra eum.Tertiò quando reſtituēs malè diſpēſaret, puta amicis qui nō indigēt,& hmōi:quia ſe poteſt epiſcopus intromittere vt iterū diſpēſet:quia nō dicitur factū,quod aliter eſt factū quàm debuit.de reg.iu.qui ex timore.& intellige ſi male diſpēſet dolo vel lata culpa:quia ſecundū Inno. in c.ſicut dignū.de homi.alia culpa in foro pœnitētiali nō arctat ad reſtitutionē.Quartò quādo talia incerta ſunt manifeſtorū vſurariorū:quia ad epiſcopū pertinet diſpēſatio:vt in c.quanquā.de vſur.lib.vj.Ad primū autē motiuū aliorū dico quòd c.cū ſit.loquitur de Iudæo, cuius diſpēſatio meritò ſuſpecta habeť à Chriſtianis,ſiue ab eccleſia quo ad pauperes Chriſtianos.alia etiā iura nō dicūt neceſſariā eſſe authoritatem epiſcopi:ſed ꝙ ipſe ꝓcurare debet vt ſic fiat.Ad ſecundū dico ꝙ ſi valeret,nullus diues poſſet diſpēſare ſuperflua, ideo negatur prima illatio.Ad tertiū dico ꝙ talis cōſuetudo ſi ſit cū obligatione,vt ſcilicet obligatus reſtituere hoc nō poſſet,niſi cū authoritate epiſcopi eſt cōtra legē naturalē.& ſi eſſet ſolùm cōtra ius poſitiuū, hodie tñ eſſet irrationabilis:quia epiſcopi rarò curant de pauperibus.Ad quartū dico ꝙ eſt pater pauperū diſpēſando bona ſui patrimonij,& ſuæ eccleſię & Iudęorū & publicorū vſurariorū,& quādo nullus eſt à teſtatore deputatus executor teſtamēti.

6 ¶†Sextò quæritur,vtrū epiſcopus poſsit ſibi reſeruare diſpēſationē incertorū & ſacerdotes diſpēſantes talia excōicare? Et dico quòd reſeruare ſibi poteſt in genere huiuſmodi diſpēſationē,& de facto reſeruat plerunq;: ſed iſta reſeruatio intelligenda eſt quantum ad ea quæ ſubijciuntur eius diſpēſationi ſolius,de quibus §.priore.Et ſi ſpecificēt alijs à prædictis, hoc de iure facere nō poſſunt,vt patuit ibi. & ſi propter hoc fulminent ſentētiam excōmunicationis, dicit Io.de Lig. ſuper d.c.cum ſit de Iudæ.quod quicquid dicat Io.An.tamē dubiū eſt vtrū epiſcopus hoc poſsit.& Io.Cal.dicit expreſſe ꝙ nō poteſt. & idem dominus Hug.& frater Clarus:& neceſſe eſt ſic dicere omnes qui tenēt ꝙ hoc nō pōt.Sed tamē aduerte ꝙ quantū ad nō exēptos excōicatio talis ligareť qa licet eſſet iniuſta, nō tamē nulla.Et ſi dicatur ꝙ eſt nulla,qa epiſcopus nō eſt iudex ſacerdotis in hoc:dico ꝙ dupliciter intelligiť epiſcopū nō eſſe iudicē in hoc:vno modo in hoc negotio,ſcilicet incertorū:alio modo in hoc,id eſt,in hac ſētētia iniuſta.Cū aūt dicitur ſententia eſſe nulla,quę eſt à iudice nō ꝓprio:vel quan-

tum ad hoc,in quo nō eſt proprius, nō intelligitur quantum ad hoc,id eſt,hāc ſentētiā,quia ſic omnis excōmunicatio iniuſta eſſet nulla:cū nullus iudex habeat poteſtatē iniuſtè iudicādi:ſed intelligitur quātū ad hoc,id eſt,hoc negotiū,puta reſtitutionē incertorū:& quantū ad hoc epiſcopus eſt iudex
7 ſacerdotis nō exēpti.¶ Septimò quæritur,† vtrū incerta reſtituēda pauperibus,iuxta ſuperius dicta poſſint in reparationē vel fabricā eccleſię aut monaſterij epiſcopali authoritate cōuerti? Et dicit Io.An.in c.religioſus.de teſt.li.vj. ꝙ ſic. & fuiſſe diſputatū per excellētiſſimos doc.ꝙ ſi eccleſia indiget neceſſaria augmētatione:puta quia populus in ea ad officiū ſtare nō pōt,nec ſufficiūt facultates eccleſiæ : pōt epiſcopus propria authoritate,ſine pauperū graui damno.talia incerta cōuertere in eius reparationē.Secus ſi ſufficiūt facultates eccleſiæ,vel reparatio nō eſt neceſſaria,ſed volūtaria,vel imminet nimia fames:quia tenetur dare pauperibus.xcvj.diſtin. paſtoralis.Pro qua opiniōe facit:quia bona eccleſiaſtica ſic ſunt pauperibus obnoxia,ſicut illicitè acquiſita:vt in c.aurū. xij.q.ij.&.c.ſi.xvj.q.j.& tamē epiſcopus pōt ꝓ reparatiōe eccleſiæ dare cēteſimā vel quinquageſimā.xij.q.ij.bonæ.& de dona.apoſtolicę.& cōſequēter idē poterit de illicitè acquiſitis.Et ad idē facit c.ecce.&.c.ſtatuimus.xv.q.j.& ita indiſtinctè tenet Sum.Roſ.cōtra.Ang. qui hoc nō tenet in legatis. Sed Pet.de Peru.in tractatu de cano.por.epiſcopi.c.vij.dicit prædictam determinationē nō eſſe bonā:& videri cōtra caſum cle.quia cōtingit de reli.do.vbi relicta ad vſus pauperū nō poſſunt.ſine authoritate papæ ad aliū vſum cōuerti. Ego autē dico quod iſta ſecunda opinio eſt vera proculdubio in legatis factis paupibus regulariter , de qbus loquitur.d.cle. nec fallit,niſi vbi per talē cōuerſionē fieret æquale vel maius bonū pauperū:puta quia ex tali fabrica redundant eleemoſynę pauperum:vel quia inhabitātes ſunt pauperes,quos oportebat ſuum victū exponere in fabricam:cum hoc ſit dare pauperibus:in alijs autē eſt vera opinio Io.And.vide ſ.Le-
8 gatum.iiij.§.xij.& xiiij.¶ Octauò quæritur,† vtrū ſuper reſtitutione incertorū poſſit fieri cōpoſitio cum epiſcopo vel tranſactio? Et dicit Pan in cle.ij.de pœ.& re.quòd nō per illum tex.& per ca.licet.de offic.vicar.lib.vj.niſi de mandato apoſtolico:vel de quantitate vera,& nō de minori. Lau.autem dicit quòd illi tex.nō clarè probāt:& quod hoc poſſunt. quia papa ſcit cōſuetudinē cōtrariā,& diu tolerauit.quod Archi.dicit verū etiā quo ad Deū,ſi faciunt ex cauſa rationabili:puta dimittendo partē debitori vt pauperi:cum aliàs viuere nō poſſet,niſi cum indecētia ſtatus multùm notabili:non autem ſine cauſa ſuper quātitate minori: imò ſecundū eum nec papa, niſi in dubio vtrū debitor poſſit reſtituere:quia in dubio factum papę interpretandū eſt in bonum:vt diſt.xl.nō nos cum gl.Vide Arch.ij.parte.tit.ij.c.vj.in fin.¶ Nonò que-
9 ritur,† vtrum ſit tutus vſurarius, quādo pręmiſſo generali edicto quòd qui ſoluit vſuras , veniat intra tot dies pro habēda reſtitutione:quibus diebus elapſis epiſcopus fert ſententiam,quòd cum nullus appareat bona ſunt incerta:& ipſe tāquam incerta aſſignat epiſcopo:ſi poſt terminū prædictum appareat aliquis creditor.& tenet Feder.in ſuis cōſilijs quòd ſic,etiā quo ad illos,qui tunc erant extra diœceſim licet talibus cōpetat remediū.quod verū puto ſi piè & fideliter diſpenſauit,iuxta dicta ſ.§.iiij.vel diſpenſatum eſt. Et ſi diſpenſationem cōmiſit epiſcopo,puto quòd ſit tutus,ſi talis eſt,de quo præſumatur quòd ſit fidelis diſpenſator : puta quia reditus ſuos communicat pauperibus Chriſti:aliter non.

RESVSCITATVS, quaſi iterum ſuſcitatus, eſt qui ſecundò accepit ſpiritum vitalē:de quo queri ſolet vtrum reſtituatur in integrum? Et dico vt elicitur per glo.& Arch.in c.ij.xxxij.q.vij.& per Io.And. ac Pan.in c.fraternitatis.de frigi.& male.poſt Vin.& Bar.Brix.quòd quo ad ea quæ imprimūtur in anima,nō reſtituitur,cum illa nō perdat.vnde non reordinatur, nec rebaptizatur,vel huiuſmodi. quod etiā Io.And.extēdit ad profeſſionem,licet in ea character nō imprimatur:quia obligatio acquiritur Deo,qui non moritur.de cōdi.ap.c.ſi.Sed Pan. quo ad hoc tenet cōtrariū: quia talis obligatio eſt reſtricta ad tempus: ꝓpterea dicunt profitētes,toto tēpore vitę meæ promitto &c.& hoc eſt verius.opi.autē Io.An.procederet vbi quis ſimpliciter promitteret ſeruare talē regulā vel huiuſmodi. Quantum ad alia verò,in quibus character nō imprimitur,ſed adhæret corpori,dicit Io.And.ꝙ nō reſtituitur, nec illa recuperat : quia actio ſemel extincta nō reuiuiſcit.de renū.ex trāſmiſſa gloſ. verò in l.ex his.ff.de legi.& in l. ſeruus effectus.ff. de act.& oblig.tenet ꝙ recuperet indiſtinctè vnde rumpet teſtamentum quod antè fecerat,& recuperat bona . & idē Bar.in l.j. C.de ſac.ſan.eccl.niſi reſurgeret glorioſus.Archi.autem vbi ſuprà,tenet hoc fieri quaſi iure poſtliminij, & bene,quia reſtitutio principalis in integrum refertur ad omnia.l.j. C.de ſent.paſ.ij.quæſt.iij.quoties in fin.de quo ſuprà Eccleſia De his & de matrimonio vide ſuprà Diuortium.§.ij.De Samuele autem reſuſcitato vide infrà Sacrilegium. §. j. De ſacramentis autem iterandis ab eodem,vide infrà Sacramentum.

REVELATIO.cui ſit fienda,quando præcipitur ſub pœna excommunicationis vt reueletur res aliena:dicit Hoſt.quòd non læſo ſed prælato eccleſiæ.xxxv.q. vj.epiſcopus in ſynodo. De materia reuelationis vide ſuprà Confeſſio delicti:& Confeſſio per totum.& Denuntiatio,& Inquiſitio,& Familia,& Furtum.§.xv.

RIGOR,eſt iuris exceſſus,vt ſ.Ius.quandoq; tamen ſumitur pro ordine iuris ſecundum regulas ipſius ſcriptas,vt in c.ſuper literis.de reſcrip.quandoq; pro ſubtilitate:vt not.in c.vt conſtitueretur.50.di.& differt ab ęquitate,quæ eſt ordinata iuſtitia temperata dulcedine miſericordiæ:vt no.in c.ſi.de trāſac.& facit c.diſciplina.xlv.diſtin. Ius verò eſt medium inter rigorem & æquitatem:& accipitur pro communi deciſione quæ ſit ſecundum cōmunes regulas iuris.Hæc Pan.in c.literis.de reſti.ſpo.Vide ſuprà Ius.

RIXA importat quandam inuaſionem in factis,ſecundū S.Tho.ij.ij.q.xiiij.Vnde ſecundum gloſ.Gal.v.rixa eſt quando aliqui ex ira inuicē ſe percutiūt:vnde eſt quoddam priuatum bellum quod agitur inter priuatas perſonas, non publica authoritate,ſed inordinata voluntate,de qua dicam quædam.¶ Primum.Secundum San.Tho.vbi ſuprà,& alios,rixa ſemper importat peccatū:& in inuadente eſt mortale:in defendente autem ſe quandoq; non eſt peccatum:vt quia animo repellēdi iniuriam cum debita moderatione ſe defendit.Quandoq; eſt veniale:vt cum aliquis leuis motus odij vel vindictę ſe immiſcet:aut moderatio exceditur parū. Quanoque verò mortale vt cum effrænato animo contra aggredientem inſurgit ad occidēdum , aut grauiter lædendum.¶ Secundum. Illa regula cap.intelleximus.& cap.ſi. de adul.ſcilicet paria delicta mutua compenſatione tolluntur, vera eſt ſolùm quando delictum eſt circa idē cōmiſſum:puta circa idē matrimoniū,& agitur ciuiliter.de quo ſ.Diuortium.§.xj.Si verò ſe inuicem percutiunt,aut contumeliā dicunt,non tolluntur cōpenſatione iſta paria delicta, ſecundū Pan.in c.j.de iniur.& in d.c.ſi.etiā ſi agatur ciuiliter:quia nō ſunt circa idem factū,eo quòd factū tuum non eſt meum:vt probatur in l.apud Celſum.§.Marcellus.ff.de doli excep. & ideo quilibet poterit agere de iniuria ſua & damno:nec poterit repelli ab agendo propter iniuriam factā,ſecundū Inn.& mult



multo minus tolluntur ſi agatur criminaliter ad pœnam legalem:quia cuiuſlibet delictum punietur pœna condigna.l. ij.§.ij.ff.de adul.quod quantum ad prouocantem verum puto,ſi ex interuallo offendit.Vide etiā par . ſeq.¶ Tertiū.Qui prouocatus ab alio iniuſtè,percutit,vel infert contumeliam, ſecundum Panor.in c.ſi rixati.de iniur.tenetur,licet puniendus ſit mitius:quia difficillimum eſt iuſtū dolorem cōpeſcere:vt in ſimili vult textus in l.ſi adulteriū.§. Imperatores.ff. de adul.Si tamen animal fuit prouocatū,& occidit,nō tenetur dñs:de quo in l.j.§.cùm arietes.ff.ſi qua pau.fe.di. Et ita
3 tenet Sum.Ang.cōtra Ro.quia iniuriam,inquit,propriam nō licet vlciſci.C.quando lic.ſine iudi.per totū.ar.per locū à ſpecial in l.ſi ex plagis.§.tabernarius.ff.ad l.Aquil.& facit c.j.de iniu.& l.ſi.ff.de ſica.Sed quia iſta non probant niſi quòd non licet corā Deo:aut quòd ſecundū iura humana hoc punitur ſi ſiat animo quieto ex interuallo:ideo dico quòd ſi fiat incontinenti,licet ſit peccatum,tamen nō venit humano iure puniendū.Vnde ſecundum Spec.prouocans nō poteſt agere contra prouocatū,ſi offenditur dicto vel facto : quia dedit cauſam:& calor iracūdiæ vitio caret.ij.q.iiij. ſi quis iratus.& d.§.cùm arietes.vbi etiā Bar.expreſſe tenet quòd ꝓuocatus nō tenetur,ſed prouocans.Et idem Ang.de Are.in li.de maleſi.allegans tex.in l.qui cū maior.§.ſi libertus.ff.de bo.libe. vbi dicitur quod licitè prouocatus ſe poteſt vlciſci . & idem Ang.de bona franciſci in add.dicens doctrinā Spe.eſſe verā, per ea quæ habentur in l.j.C.vnde vi.per gl.& per Bal.ibi in repetitione.quæ tamen intellige qñ paribus paria referūtur & verba proverbis:fuſtes pro fuſtibus:arma pro armis.Vnde c.ſi rixati.intelligitur ſecundum iſtā opinionem,quādo vnus rixabatur verbis,& alius proceſſit ad facta:vel quo ad prouocantem,non prouocatū.¶ Quartū.Secundum Pan.poſt Hoſ. in c.ſi.de iniu.quādo teneatur quis de cōuicio, diſtinguendū eſt.Si enim quis illud dicit in iudicio in accuſatione vel denuntiatione,& probat,nō tenetur.& idem ſi dicit repellendo aliquem à teſtimonio:quia hoc facit authoritate legis,& nō animo iniuriādi:de teſti.teſtimoniū.Si verò dicit extra iudicium:tunc ſi impingit cōuiciū falſo,tenetur:vt ff.& C.de iniu.per totum.Si verò impingit verè:vt quia dicit eum ſpuriū vel latronem aut claudum,& ita eſt,ſimiliter non tenetur ſi expedit reipublicæ iſta ſciri:ſecus vbi non expedit ſciri,cùm non operetur niſi infamationem:vt eſt tex.in l.eum qui.ff. de iniu.Sicut ſi quis dicat aliquem eſſe latronem,& vult probare,non debet puniri:quia expedit reipublicæ hoc ſcire.ſecus ſi dicit eum eſſe cucurbitam: quia non expedit hoc ſciri. & idem ſi diceret eum baſtardum: niſi diceret vt repelleret eū ab ordine.Sed limita,niſi diceret iniuſtè ꝓuocatus. Quo modo autem conuicium ſit peccatum,ſ . Contumelia.§.iij.

¶ RVMOR,vide ſuprà Fama. §.vj.

SACERDOS,quaſi ſacrum dans, eſt nomen ex Græco Latinoq; compoſitum.xxj.di.cleros. cuius officia quę ſint,dictum eſt ſ.Ordo.ij.§.iij. nunc etiam de eo dico multa.¶ Primum.In materia fauorabili nomine ſacerdotis venit presbyter,diaconus & ſubdiaconus.ar.c.j.xv.q.v.ſed in odioſa venit ſolùm presbyter.ar.c.quiſquam.de coha.cle.& mu.vbi Pan.hoc no.¶ Secūdum.Sacerdos parochialis debet viſitare infirmos ſæpe . de cele,mi.c.j.& ſtare ieiunus vſq; ad horam congruam celebrādi:& ſi celebrat,non debet ſumere purificationem propter neceſſitatem,ſcilicet poſſibiliter occurſuram: niſi alium habeat,per quem poſſit ſupplere:vt no.Pan.in d.c.j. ¶ Tertiū. Poteſt autem miniſtrare ſacramenta peregrinis & hoſpitibus confluentibus ad eccleſiam ſuam,ſecundum Pan.in d.c. vnde morientes ibi ſine electione ſepulturæ ſepelientur ibidē:ſi verò alibi elegerunt,debet ei quarta portio.¶ Quartum.Et cùm vult ſuſcipere euchariſtiā , puta quia infirmus vel aliàs impeditus à celebratione,debet habere orariū ſiue ſtolā circa collū & ſuper vtrunq; humerū: ita quòd ſignum crucis præparet in ſuo pectore,ſicut etiā qñ vult celebrare. xxiij.di.eccleſiaſtica.Et ita allegat Sum.Ang.& cōſequenter multi eſſent excōicati vel excōicandi hoc nō obſeruātes , vt ibi patet:ſed ſi quis hoc aduertat quòd ſacerdos aliqñ celebrat ſumpturus quidem euchariſtiā,ſed nō oblaturus ſacrificiū pro ſe:aliqñ verò gratia vtriuſq;,videbit quòd illud c. loquitur infra miſſarū ſolennia.¶ Quintū.Dū aūt facit officiū diaconatus,non vtetur ſtola ſicut cùm celebrat:ar.c.præcipimus.& quod ibi notatur.xciij.di.ſed vtetur ſicut diaconus vti debet,ſcilicet ſolū ſup humero ſiniſtro ſub brachio dextro xxv.di.vnum orarium.in hoc tamen glo.in d.c.eccleſiaſtica. dicit ſequendam eſſe conſuetudinem,per c.ſit facta.xij. diſt. ¶ Sextum.Sacerdos non poteſt in peccato mortali exequi officium ſuum ſine peccato mortali.xv.q.vi.c.vl.&di.lxviij.c.j. ¶ Septimum.Sacerdos non debet , vbi pœnitens eſt dubius de aliquo,aſſerere illud eſſe mortale ſi non eſt certus,ne inijciat laqueum:nec tenetur de ſingulis auditis determinare vtrum ſint venialia aut mortalia,quando non ſunt clara,ſecundum Arch.vt de his,de quibus ſunt opiniones,vel pœnitens neſcit exprimere mentem ſuam circa aſſenſſum vel moram peccati:tenetur autem determinare de claris.

¶ De veſtibus ſacerdotis,ſuprà Diaconus.§.iij.

SACRAMENTALE,vt elicitur à S.Th.iij.q.lxv.arti.j. eſt omnis conſecratio vel benedictio vel ſignificatio ordinata ad aliquod ſacramentum per ſe ad illud idoneum reddendo:vel per accidens:ſicut conſecratio eccleſię,altaris aut veſtium per ſe ordinatur ad euchariſtiam:aqua verò benedicta per accidens repellendo dæmones & venialia abolendo. & idem de alijs ſacramentalibus reſpectu alicuius ſacramenti:vt ſunt ea,de quibus ſuprà Baptiſmus.v.§.iiij.& multa alia.

### De ſacramentis in genere.

SACRAMENTVM eſt in genere ſigni quaſi ſacræ rei ſignū,ſecundū magi.Sen.& S.Tho.in iiij.di.j.& iij.par.q. lx.vbi vide multiplicem diffinitionem ſacramenti. Et conſiſtūt ſacramenta in duobus ſecundū Magi.ſcilicet in verbis & in re:ita quòd tria ſunt de ſubſtātia eius,ſcilicet materia debita,puta aqua:& debita forma verborum,& intentio miniſtri copulantis formā materiæ.Et in noua lege eſt ſeptulex, ſcilicet baptiſmus,confirmatio,euchariſtia, pœnitentia,extrema vnctio,ordo,& matrimoniū . quæ cōferunt gratiā diſpoſitiuè imprimendo diſpoſitionem ad gratiā,id eſt,characterem vel ornatū:in quorū quolibet ſunt tria,ſcilicet ſacramentū tantū,ſcilicet ipſum ſignum exterius ſumptū ſub ſua forma:& res tm̄,id eſt,ipſe effectus interior vltimus.puta ipſa gratia collata ſeu aliquid gratiā circūloquens.puta ablutio animæ,vnitas eccleſiæ,vel hmōi:& res ſimul ac ſacramentū,quæ eſt interior cauſa gratiæ vt character vel ornatus impreſſus animæ,aut corpus verū Chriſti,vt in euchariſtia.¶ De ſacramento autem dico multa in genere.¶ Primū Sacramenta ſuſcipienda ſunt à ſolo epō quo ad cōfirmationem & ordinem ſacrū:vt patuit ſ. licet abbas aliqñ cōferat nō ſacrū.& quo ad pęnitentiā ſolennem:niſi aliud neceſſitas inducat.di.50.in c.xxvj.q.vj.c.ſi.vel à ſolo ſacerdote quo ad alia,præter baptiſmū in neceſſitate,& matrimoniū; eo modo quo dictū eſt:nec refert à quo cōficiatur quātū ad eſſentiā ſacramenti,ſcilicet bono vel malo,licet peccent qui indignè cōficiūt:& qui recipiūt ea ab hæreticis,degradatis,ſimoniacis,ſchiſmaticis,vel excōicatis,aut notorijs fornicatoribus,præter baptiſmū in articulo mortis quo ad precilos ab

eccleſia.di.xxx.§.verum.j.q.j.ſacramenta.&.c.ſicut ficti. vel
præter baptiſmum & communionem,& conſequenter pœ-
nitentiam,quo ad notorios & ſimoniacos & fornicatores nō
præciſos in d.arti.ſecundum Arc.& d.§.verum.iuncta gloſſ.
¶Secundū.Sacramenta nō ſunt cōferenda peccatoribus.di.
xcv.illud.quod Ray.intelligit de manifeſtis:quia propter oc
culta peccata nō ſunt negāda in publico.de quo dic vt ſ̄.Eu-
chariſtia.iij.§.iiij.& v.Ipſe autē exiſtēs in mortali etiā occul-
to recipiendo ſacramenta peccat mortaliter.di.xl.multi.di.
xxv.illud.ſicut & miniſter ea tractans in ſuo ordine. de quo
dic vt ſ̄.Ordinatus.iiij.§.ij.Sed quo ad ſuſcipientem per cōtri
tionem intelligo etiā attritionem, quæ aliqn̄ ſufficit, vt in
pœnitentia,& fortè in extrema vnctione:vt j̄.¶Tertiū.Secū
dum Iuriſtas,vt refert Pe.de Pal.in iiij.di.ix. quinq; ſunt ſa-
cramenta neceſſaria,ſcilicet baptiſmus,cōfirmatio,euchari-
ſtia,pœnitentia,& vnctio extrema:quæ ideo ſacramenta ne
ceſſitatis dicunt̄,quia ſunt in præcepto pro loco & tempore:
reliqua aūt duo,id eſt,ordo matrimoniū dicūtur volūtatis.
& idem no.gl.j.q.j.§.ſed notādū.& idem Ray.& verū eſt in
hoc ſenſu quòd ea potens recipere & nōvolens ſaltem ſemel
in vita,peccat mortaliter:vt patet ſ̄.Cōfirmatio . §.ij. ſed S.
Tho.dicit quòd tria tm̄ ſunt neceſſaria ſimpliciter , ſcilicet
baptiſmus cuilibet,& pœnitentia peccāti mortaliter poſt ba
ptiſmū:& ordo in cōmuni eccleſiæ,alia aūt ſunt neceſſaria
ad bene eſſe ceſſante tamen cōtemptu.Et idem tenent com
muniter Theologi loquentes quantū ad ius diuinū directè:
& verum eſt illa tria eſſe neceſſaria,nō ſolū quia eſt morta
le ea poſſe habere & nolle,ſed etiā quia ſine effectu duorū
primorū nō eſt ſalus:& cōſequenter ſine effectu tertij me-
diato,qui eſt effectus prædictorū:cū effectus pęnitentiæ de
pendeat à ſacerdotali poteſtate. Quidā aūt dicunt quòd ma
trimoniū eſt neceſſariū in cōmuni:ſed nō eſt verū ad ſalu-
tem,niſi eo caſu quo alius nō eſſet qui illud præceptū imple
ret,Creſcite & multiplicamini:imò non eſt neceſſarium ad
generandum electos,inquantū eſt ſacramentū,ſed inquantū
officiū naturæ.Quantū verò ad ius humanū pœnitentia eſt
neceſſitas ſemel in anno.de pœ.& re.omnis. & ſimiltier eu-
chariſtia,vt ibi:& iterum vt viaticum,ſicut & extrema vn-
ctio ratione cōſuetudinis eccleſiæ.imò euchariſtia vt viaticū
& extrema vnctio poſſunt eſſe neceſſitatis de iure diuino,ſic
quòd ſine eorum effectu nō ſit ſalus per accidens & indire-
ctè:vt trahi pōt ex verbis Pet.de Pal.dicentis quòd hæc per
accidens poſſunt eſſe neceſſaria attrito,nō cōtrito nōvalen
ti cōfiteri:quia cùm virtute horū fiat de attrito contritus,ta
lis iſta nō recipiens exponit ſe periculo.hæc ex illo.quæ ſunt
valde notanda,quia faciūt ad q̄onem ſequentem quæ fuit in
facto.¶Quartū.Quid em̄ fiet ſi quis ſit valde attritus & do
lens de peccatis & deſiderans euchariſtiā , & tamen oppreſ-
ſus multitudine ſcrupulorū deſperet ſe poſſe ſufficienter cō
fiteri,& cōſequenter etiā nolit euchariſtiā deſideratā ex cō-
ſcientia,quia nō eſt cōfeſſus.Et dico primò quòd talis niſi li
garetur cōſcientia erronea nō cōfitendo in articulo mortis
omnia peccata ſua integraliter,ſed ſolū in genere,nō pecca
ret mortaliter:quia nō tenetur ad impoſſibile:nec etiā cōſe
quēter ad maximè difficile:quod etiā de iure dicitur impoſ
ſibile,cùm dicatur poſſibile quod honeſtè & cōmodè fieri
pōt:vt ſ̄.Potentia.& ſecūdò quòd talis cōnſequenter poſſet
cōmunicare:niſi obſtaret cōſcientia erronea etiā in vita &
tertiò quòd licet nollet euchariſtiā ex errore cōſcientiæ ta-
men nō eſſet ei negāda extrema vnctio:quia in rei veritate
eſt attritus,etiā ſi peccaret mortaliter nolēdo cōmunionē.
quia de iſto mortali nō aduertit,ſed credit bene facere ſi tn̄
eſſet perplexus,& credere ſe peccaret mortaliter nō cōmu-
nicādo,& cōicando,dabitur ei extrema vnctio poſtquā iā cō-
municare nō poterit,ſi dicat vel oſtendat ſe de omnibus pec
catis ſuis dolere in gn̄e:quia eſt attritus,vt patet ex dictis ſ̄.
Cōfeſſio ſacramentalis.j.§.xxix.& ad cōicandū iā nō tenet̄.
¶Quintū.Iterari poſſunt oīa & ſola illa ſacramenta,in qui-
bus character nō imprimit̄.xxxij.q.vij.licitè.& j.q.j.q̄d qdā.
Vn̄ iterari nō poſſunt baptiſmus,cōfirmatio,& ordo: niſi in
dubio ꝓbabili,de quo ſ̄.Baptiſmus.v.§.iij . Alia aūt poſſunt
iterari.Vtrū aūt ſit mortale vti ſacramētis alio fine quā ſint
inſtituta,vide ſ̄.Matrimonium.iij.§.iiij.& ſuprà Oleum.

## De Sacrilegio.

SACRILEGIVM ſcd̄m Inno.dictū eſt quaſi ſacrilegiū:
vel ſcd̄m Lau.quaſi ſacræ legis læſio,de quo gl.xvij.q.iiij.
in c.ſacrilegiū.& eſt ſacræ rei violatio ſiue irreuerentia,ſecū
dū S.Th.ij.ij.q.xcix.nec oportet addere, vel vſurpatio:vt di-
cit Sū.Ang.& Ro.quia vſurpās aliq̄d facit illi iniuriā.De ſacri
legio aute dico multa.¶Primū.Sacrilegiū eſt ſpeciale pctm̄
oppoſitū religioni:cuius ſunt tres ſpecies ſcd̄m eūdem ibi-
dem,ſcd̄m triplicem rationem ſanctitatis, ſcilicet perſona-
rū,locorū,& aliarū rerū.& in qualibet harū ſpecierū ſunt di
uerſi gradus ſcd̄m horū diuerſitatem . Vn̄ dicūt Canoniſtæ
quòd tribus modis cōmittit̄ . Primò ſcilicet ratiōe perſonæ
læſæ.xvij.q.iiij.quiſquis.ad quod ſcd̄m S.Tho. materialiter
pertinet omne pctm̄ perſonæ ſacræ , quod materialiter,&
quaſi per accidens eſt ſacrilegiū:formaliter aūt & ꝓpriè il-
lud quod agit̄ cōtra eius ſanctitatē.q̄d intellige nō ſolū ab
alio,ſed à ſeipſo.Vn̄ ſubdit,ſicut ſi virgo Deo dedicata forni
cetur.Scd̄ò ratione loci:ſicut cùm violat̄ immunitas eccleſię
vel cœmeterij.xvij.q.iiij.ſi quis.el j.cū multis.c.ſeq. de quo
ſ̄.Immunitas.j.§.ij.Et intellige idē de omni loco gaudēte ec
cleſiaſtica īmunitate.Vn̄ ſacrilegiū eſt opprimere locū piū
ſeu hoſpitalia,& ſimilia:quia talia ſunt ſub ꝓtectiōe & iuriſ
dictiōe eccleſiæ.de reli.do.ad hæc.& gaudent diſpoſitiōe c.
cū ſit generale.de fo.cōp.vt ibi Pan. Tertiò ratiōe rei:vt cū
res ſacra ſurripit̄.in quo ſcd̄m S.Tho.ſunt gradus ſcd̄m dif-
ferentiā ſacrarū rerū:inter quas ſummū locū obtinent ſacra
menta,& inter euchariſtia.Scd̄ò loco ſunt vaſa cōſecrata ad
ſuſceptionem ſacramentorū,& imagines ac reliquiæ ſancto
rū,in quibus ſancti honorant̄ & dehonorant̄. deinde quæ ꝑ-
tinent ad ornatū eccleſiæ & miniſtrorū. deinde ordinata ad
ſuſtentationem miniſtrorū mobilia & īmobilia: quo ad iſta
vltima tn̄ nō eſt ſacrilegiū ꝓpriè,ſed largè,ſcd̄m Sum.Ang.
ſed ſcd̄m S.Th.videt̄ quòd ſit ꝓpriè,& verius,per c.ſacrile-
giū.&.c.qui rapit.&.c.quiſquis.xvij.q.iiij.& Pan.in c. cęterū.
de iu.qui & hoc extendit ad bona patrimonialia clericorū&
per gl.in d.c.ſacrilegiū.dicentē ꝙ ſacrilegiū largè dicit̄ cō-
mittere,qui diſputat de iudicio principis: vel cū dies ſolēnis
violat̄,vel cū legibus aut canonibus reuerētia nō impendit̄.
Sunt & alij modi,de quibus vide ibi in §.qui aūt.& in c.nemi
ni.& in c.cōſtituit.¶Scd̄m.Sacrilegiū etiā tertio modo habet
tres modos vel ſpecies ſcd̄m Canoniſtas,ſcilicet ſi auferatur
ſacrū de ſacro,id eſt,ſacra res de ſacro loco : vel nō ſacrū de
ſacro:vel ſacrū de nō ſacro:vt no.in d.gl.& patet per c.quiſ-
quis.ea.q.Sed ſcd̄m leges nō eſt ſacrilegiū,cū aufert̄ nō ſa-
crū de ſacro:ſed dat̄ actio furti.nec ecōtrario ſacrū de nō ſa
cro:quia ſacrilegiū duo requirit , ſcilicet ſacrū & de ſacro,
quorū quodlibet ſufficit de iure canonico.Et ideo ſi calix au
ferat̄ de domo laici,do.Catho.arguit ꝙ nō cōpetat actio ſa
crilegij:quia ſcd̄m leges non eſt ſacrilegiū : nec actio furti,
quia calix eſt res ſacra,quæ in nullius eſt bonis.Sed Rap.Ful
go.dicit cōpetere actionem furti dn̄o domus loco Dei, cu-
ius eſt res:& fortè quilibet hoc poſſet.ff.de iuſtiti.& iure l.j.
§.huius ſtudij.de iure tamē canonico intētatur crimen ſacri
legij

legij.¶Tertiū Statutū imponens pœnam pro ſacrilegio,ſe-
cundum aliquos,ſi factum eſt à ciuitate , intelligitur ſecun-
dum leges.l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.& ſecundū canō-
nes ſi ab epiſcopo.Sed do.Catho.putat quod etiā primo caſu
intelligatur ſecūdū canones:quia diſponit de rebus eccleſia-
ſticis:& conſequenter debet intelligi ſecundū materiā ſubie
ctā l.j.C de ſuc.edi. vbi eſt caſus à cōtrario quòd gradus cō-
putantur ſecundum leges exceptis cauſis matrimonialibus.
¶Quartū.Secundū S.Tho.ij.ij.vbi ſ̄.ar.ij.ſacrilegium inter-
dum inuenitur ſeparatū ab alijs peccatis,eo quòd actus non
habeat aliam deformitatē,niſi quòd res ſacra violatur:puta
ſi quis iudex capiat aliquē in loco ſacro, quē in alijs locis lici
tè,capere poſſet: nihil tamē prohibet vnā ſpecialē rationē
peccati in pluribus peccatorū generibus inueniri,ſecundum
quòd ad finē vnius peccati ordinātur:prout etiā in virtutibus
apparet,quibus imperatur ab vna virtute:& hoc modo quo-
cunq; genere peccati aliquis faciat cōtra reuerētiā debitā ſa-
cris rebus,ſacrilegiū formaliter cōmittit, licet materialiter
ſint ibi diuerſa genera peccatorū. Vn̄ etiā.q.cliiij.ar.x.dicit
ꝙ ſacrilegiū poteſt poni ſpecies luxuriæ & aliorū vitiorū.vi
de ibi.¶Quintū.Cū aūt ad ſacrilegiū pertineat om̄is irreue
rentiā rerum ſacrarū,& eccleſiæ fiant multæ iniuriæ pręter
iniuſtā ablationē rei & effuſionē ſeminis ac ſanguinis:ſi quis
quærat an per iſta tria tantum cōmittatur ſacrilegiū contra
locū ſacrū:dico quòd ſic reductiuè quantū ad vſitatā loquu-
tionē hominū:ſiue quātū ad ea quæ accidūt crebro: quia o-
mnis talis irreuerētia ſit ex inclinatiōe Iraſcibilis : vt ꝑtinē-
tia ad homicidiū.vel cōcupiſcibilis rerū:vt pertinētia ad fur-
tum.Cōcupiſcibilis perſonarū,ad Venerē: vt pertinentia ad
pollutionē.quod videtur ideo eſſe:quia Deus, vel potius ec-
cleſia,iſta prohibuit ſub præcepto. vnde licet triturare ſege
tes,& cōprimere vuas,& mercari,& facere ludos in eccleſia
ex ſe ſint mala ratione irreuerētiæ,& cōſequēter in aliā ſpe
ciē trahāt vel dent nouā ſpeciē peccati: quia tamē ſub præ-
cepto nō prohibētur,niſi ſit magnus exceſſus, nō aggrauāt
infinitè:nec cōputantur inter ſacrilegia,niſi exceſſus ſit ma-
gnus:de quo ſ̄.Immunitas.j.§.ij.Et iuxta hęc intellige quę di
xi in Aur.ro.caſu.lxiij.¶Sextū.Pœna ſacrilegiorū habetur in
l.ſi quis in hoc . C.de ipiſcopo.& cler. & xvij.q.iiij. per totū.
vbi & glo.in cap.ſacrilegium.dicit quòd aliquando eſt ſpiri-
tualis,id eſt, excommunicatio ipſo iure: vt ſi cōmittatur in
perſonam eccleſiaſticam,intellige faciendo violētiam,vt ibi
in c.ſi quis.Sed ſi committatur in rem eccleſiaſticā,poſt tri-
nam monitionem eſt excommunicādus,vt ibi in c.quiſquis.
Sed adde quòd ante monitionem eſt excōmunicatus mino-
re,donec ſatisfaciat.ar.c.ſi quis domum.ibi . & aliquādo ma
iore,vt ſi incendatur vel frangatur,iuxta dicta ſ̄.Excommu-
nicatio.vij.§.viij.Item imponitur pecuniaria:vt in d.cap.quiſ
quis.& in c.ſi quis contumax.quæ ſecūdum Vlde.eſt arbitra
ria ſecundum leges verò durior imponitur. ff.ad l.Iul.pec.l.
ſacrilegij.id eſt,capitalis ſecūdum S. Tho.ij.ij.q.xcix. id eſt,
decapitatio,ſi iniuria ſit atrox in perſonam.d.l.ſi quis in hoc
aliàs eſt arbitraria. d.l.ſacrilegij. & ibidem in l.lege. §.j.niſi
faciat contra legem confugientium ad eccleſiam:quia tunc
punitur ſacrilegus vltimo ſupplicio:vt ſuprà Immunitas.iij.
§.viij.Et applicatur pœna perſonæ, ſi iniuria ſit facta perſo-
næ,ſecundum d.gl.de ſent.excom.parochianos.vel rei ſi rei
fiat xvij.queſt.iiij.ſi quis in atrio.& de ſimo.de hoc autem.

SACRISTA,ſiue cuſtos eccleſiæ debet eſſe de ſanctio-
ribus eccleſiæ.de offic.cu.c.ij.Quid autem ex officio fa-
cere debeat,not.in cap.perlectis.xxv.diſt.& de offi.cuſto.per
totum.Pro qua verò culpa teneatur,ſuprà Cuſtos.§.j

¶SAGITTARIVS quomodo arte ſua poſſit vti,ſu-
prà,Ars.§.iij.& vj.

¶SALARIVM an debeatur famulo infirmanti, & ſi-
milibus.ſ̄.Familia.§.ij.De ſalario.j̄.Tabellio.§.vj.

¶SANCTORVM corpora,ſ̄.reliquiæ.

¶SANCTVS quis debeat haberi,ſ̄.Reliquiæ.

SARACENI dicuntur,ſecundum Ray.qui nec nouum
nec vetus teſtamētum recipiunt.à Sara vxore Abraham,
non ab Agar ancilla eorum matre dicti:inter quos ſunt qui-
dam Samaritani recipientes ſolùm quinq; libros Moyſi. hi
quantum ad prohibitiones participandi Chriſtianis,& econ-
trario,parum differunt à Iudæis.C.de paga.& Sara.l.vt pro-
phanos.& extra de Iudę.& Sara.quaſi per totū.Quod tamen
ſecundum aliquos fallit primò in comeſtione, quæ cum Sa-
racenis non prohibetur.xj.q.iij.ad menſam.& idem videtur
aliquibus de cohabitatione:quia Iudæi ſunt magis peruerſi,
& nos contemnunt in cibis.Sed Lauren.& Ioan.& multi ſe-
quaces tenent idem de Saracenis:quia hodie & ipſi in multis
iudaizant:& verū puto vbi iudaizant,aliter non.Et ſecundò
fallit in ritu:quia ſecundum Sanctum Thom.ſecunda ſecun
dæ,queſt.x.licet eccleſia ritus & feſta Iudæorum toleret:ri-
tus tamen Gentilium nō tolerat,niſi ad tempus propter ſcā-
dalum vel ſchiſma aut huiuſmodi ſint tolerādi ritus pagano
rum aut hæreticorū.Vnde Iudęis permittitur ſynagoga:ſed
Saracenorum templa pręcipiuntur claudi ſub pœna mortis
& amiſſione bonorum.C.de paga.& Sarace.l.j.& ij.& nullo
modo permittitur eis inuocationem facere Machometi,aut
peregrinationem ad aliquem ſuorum, ſicut ad ſanctum : &
mortaliter peccat omnis eorum dominus Chriſtianus hoc
permittens:quia facit contra præceptum cle.vnicæ.de Iudę.
Fallit tertiò in cōmercio tempore guerræ vel pacis quo ad
prohibita deferri Saracenis:de quo ſuprà Excommunicatio
vij.§.xj.Vtrum autem liceat furari Chriſtianos detentos à
Saracenis vel aliud, ſuprà Furtum.§. vi.& §. vij. Quomodo
etiam debeant ad fidem induci, ſuprà Iudæi.§.vj.De ſeruis
autem eorum dic vt de ſeruis Iudæorum,ſuprà Iudæi.§.iij.
quia alij infideles & hęretici prohibētur habere ſeruos Chri
ſtianos ſicut & Iudæi.C. ne Chriſtia.man. in rubro & nigro.

## De Satisfactione.

1 *Satisfactio quid & an Deo ſatisfieri poſſit pro peccato.*
2 *Satisfieri an poſſit de vno peccato ſine alio.*
3 *Satisfacere an poſſit vnus homo pro alio.& nu.4.& 5.*
6 *Satisfactio facta in mortali an valeat,& an ſit iterāda.n.*
8 *Satisfactio an fieri debeat per opera pœnalia.& per quæ.*
9 *Satisfactoria an ſint flagella Dei.*
10 *Reſtitutio an ſit pars ſatisfactionis.*

SATISFACTIO,ſecūdum Pe.de Pal.poſt Beatū Tho
mam in iiij.diſtin.xv.quæſt.j.art.j.quæſtio.iij. dupliciter
diffiniri poteſt:quia cum ſit actus iuſtitię,cuius eſt ęqualita-
tem ponere auferendo priorem inæqualitatem , & eam in
futurum cuſtodire.Vnde ſecūdum eos inquātum curat pec
cata præterita recompenſando,eſt iniuriæ illatę recōpenſa-
tio ſecundum æqualitatem iuſtitiæ.Et ſub alijs verbis ſecun
dum Anſel.in lib.cur Deus ho.ſatisfacere,eſt Deo debitum
honorē impēdere,à quo ſcilicet ablatus erat per peccatū.In-
quantū verò præſeruat à futuris cauēdo,ſic diffinitur ab Au
gu.Satisfactio eſt peccatorū cauſas exſcindere,& earū ſugge
ſtionibus aditū nō indulgere:de pœn.diſt.iij.ſatisfactio.Vbi
ſecundū Pet.de Pal.cauſe dicuntur radices intrinſecæ pecca
ti:ſuggeſtiōes verò opportunitates extrinſecæ.Igitur cōclu
de ex mente eorum quòd cōpleta diffinitio hæc eſt:Satisfa-
ctio eſt pro illata iniuria voluntaria recompēſatio ſecundū
æqualitatē iuſtitię cū propoſito nō cōmittēdi nouā iniuriā.

1 ¶Primò autem quæritur,†vtrũ poſsit quis ſatisfacere Deo
pro peccato? Et dicit S.Tho.in iiij.diſt.xv.quòd nõ, reddẽdo
æquiualẽs ſecundũ æqualitatẽ quãtitatis:ſed ſolùm reddẽdo
ſufficiẽs ſecundũ quantitatẽ proportionis. vide ibi.¶Secũdò
2 quęritur,†vtrũ poſsit ſatisfieri de vno peccato ſine alio? Et
dicit.S.Tho.vbi ſ.ꝙ nõ:ſicut nec ſatisfaceret homini qui ꝓ
alapa data ſe ꝓſterneret,& aliã ſimul daret: quia ſatisfactio
offenſam tollit.& cõſequẽter reſtituit amicitiã:& cõſequen
ter ſi q̃d ſit amicitiã impediẽs: ſicut omne peccatũ impedit
amicitiã ad Deũ, etiã apud homines ſatisfactio eſſe nõ põt.
3 ¶Tertiò quæritur,†vtrũ vnus homo poſsit ſatisfacere pro
alio? Et dico ex S.Bona.in iiij.di.xx.ꝙ nõ inquãtũ ſatisfactio
præſeruat & cauet à culpa futura:quia ieiuniũ vnius nõ mor
tificat corpus alterius,nec ei prodeſt vt caſtè viuat niſi inquã
tum bono exẽplo illũ prouocat,vel meretur ei augmentum
gratiæ,vt ſic facilius peccatũ euitet:inquantũ verò recõpen-
ſat iniuriam præteritã,vnus poteſt pro alio ſatisfacere homi
ni,vt patet:& ſimiliter Deo:modo is qui offendit,ſit contri-
tus.qđ tamẽ quãtũ ad pœnitẽtiã iniunctã limitãt,ſi interue-
niat authoritas cõfeſſoris,qui in hoc põt diſpẽſare:vel ſi eue
niat caſus quo nunquã eã in hoc mundo poſsit explere is cui
iniuncta eſt.De hoc autem Petr.de Pal. dicit ꝙ ſi ſacerdos
impoſuit aliquid pœnitẽti explẽdũ per ſe vel aliũ,explere po
teſt per ſe vel aliũ,modò illud fiat in charitate:ſi verò impo
ſuit explẽdũ per ſe explere poteſt per aliũ ſolum,ſi ipſe non
põt,vt quia eſt infirmus aut moritur:quia iſta videtur inten-
tio imponẽtis,qui noluit obligare eũ ad impoſsibile, nec ad
purgatoriũ mittere.& qui hoc explẽdũ acceperat,poteſt al-
teri volẽti imponere:& valebit,ſi fiat in charitate, & plus ſi
ſit maiori quàm ſit ea quæ eſt eius cui erat impoſitũ. Ponit
etiã idẽ Pet.duos caſus alios,in quibus põt quis iniunctã pœ
nitẽtiã imponere alteri volẽti: primò cũ vult occupari in a-
lijs Deo acceptis magis ac magis iuuãtibꝰ cõtra peccatũ:puta
in prędicãdo,vel bellãdo cõtra hoſtes fidei.ſcđò quãdo vult
ſatisfacere magis:& ob hoc eã imponit meliori.Et addit Sã.
Tho.ibi,ꝙ põt quis ſatisfacere pro alio etiã potẽte ſatisface
re:ſed nõ eſſe permittẽdũ vt quis ſatisfaciat ꝓ alio potẽte ſa
tisfacere,niſi appareat defectus corporalis, quo pœnitens ſit
impotẽs ad ſuſtinendũ: vel ſpiritualis,per quẽ nõ ſit prõptus
ad portãdũ pœnitẽtiam:& hoc nõ prodeſt ei niſi ſit paratus
exequi quod iuſtè iniunctũ eſt: quia ad hoc tenet᷑. de pœn.
& remiſ.omnis.& de pœ.diſt.j.perfecta.¶Quartò quæritur,
4 †vtrũ is,cuius ſatisfactionẽ alter in ſe ſuſcepit, moriẽdo ſta-
tim euolet? Et dicit S.Tho.vbi ſ.ꝙ nõ, quãdiu ipſe vel alius
pro eo eſt debitor:ſed ſolùm cõpleta ſatisfactione per aliũ.
5 ¶Quintò quæritur,†vtrũ ſatisfaciẽs ꝓ alio poſsit etiã ſatiſ-
facere ſimul pro ſeipſo? Et dico de hoc eſſe opiniones, inter
quas Sum.Ang.dicit ibi placere dicẽtẽ ꝙ ſic:ſed oppoſitũ te
nuit S.Th.qui voluit ꝙ ſatisfaciẽs pro alio meretur quidem:
ſed ſi tamẽ nõ ſoluit pœnã ſuã,ſicut pœnã alterius, vt pate-
6 bit j.Suffragiũ.§.iij.¶Sextò quæritur,†vtrũ ſatisfactio facta
in mortali, ſeu per opera extra charitatẽ valeat? Et dicit S.
Tho.ac Pet.ꝙ nõ:q̃a ſatisfactio eſt amotio offenſæ,& ami-
citiæ reſtitutio.qđ ſine gratia & charitate nõ fit. Vnde quia
hõ neſcit ſe habere charitatẽ, de ꝓpitiatu peccatorũ nõ de-
bet eſſe ſine metu.Eccl.v.tamẽ ſufficit certitudo probabilis
cõiecturæ:quia gloria noſtra hæc eſt,teſtimoniũ conſciẽtiæ
noſtræ.ij.Cor.j. Sed iſta nõ intelligas de ſatisfactiõe iniũcta
à ſacerdote,de qua §.ſe.j.ſed de quacũq; alia. Ad q̃d aũt valeãt
opa bona extra charitatẽ facta, vide in Aur. ro.caſu primo.
7 & ſ.Charitas.§.iij.¶Septimò quæritur, † vtrũ ſatisfactio in
mortali expleta ſit iterãda? Et dico de hoc eſſe multas opi-
niones,ſed re vera nõ diſſonãtes intentione,ſed verbis,vt pa-
tebit,ſi prius veritatem intelleximus quæ fundatur ſuper di
ſtinctione Pet.de Pal.in iiij.ſcilicet ꝙ ſatisfactio eſt duplex,
ſcilicet ſacramẽtalis:quæ fit ex iniũctiõe ſacerdotis diſpẽſan
tis ſacramẽta:& virtuoſa,quæ ſcilicet fit ex virtute pœnitẽ-
tiæ purgãtis cõtra pctm̃.Ex q̃bus ſic dico.Homo ratiõe pec
cati cõmiſsi tenet᷑ de ſatisfactiõe virtuoſa ſoluere pœnã.Ver
bi gratia,vt decẽ quæ tenetur ſoluere in charitate:vt §.prio
re:ſed eſt liber.ſoluere per hoc opus vel illud:puta orationẽ
vel ieiuniũ aut eleemoſynã:& ſimiliter eſt liber ſoluere hic
aut in purgatorio:Si verò imponat᷑ ei à ſacerdote aliq̃d:puta
ieiuniũ,obligatur etiã ſacerdoti vel eccleſię ad illud ſoluẽdũ
ſatisfactione ſacramẽtali:qđ quidẽ ſi ſoluit in charitate,ſatiſ
facit eccleſiæ,& Deo ꝓ pœna:vt decẽ quãtũ ad totũ ſi æq-
ualẽs fuit impoſitũ:aut quãtũ ad dimidiũ vel aliã partẽ ſi im
poſitũ fuit nõ eſt æqualẽs:ſi verò ſoluit extra charitatẽ,ſatiſ
facit quidẽ ſacerdoti.qui nõ ligauit eũ ad cõplendũ in cha-
ritate:ſed nõ Deo,qui nõ acceptat qđ nõ exhibetur cũ chari
tate:vñ remanet obligatus Deo vt prius: quia ſcilicet tenet᷑
denuò ſatisfacere,ſed nõ per ieiuniũ,ſed ꝑ illud vel orationẽ
vel patiẽdo pœnã tẽporalẽ vel purgatoriã: vñ qđ ſacerdos
iniũxit nõ tenetur in ſpecie reiterare, ſed ſolùm facere ęqui
ualẽs,puta eleemoſynã: vel etiã pati,puta flagella Dei hic,
vel aliã pœnã in purgatorio.Iſta eſt veritas & mẽs penè om
niũ doctorũ.¶Dicit ergo ad quæſtionẽ S.Th.ꝙ ſatisfactio-
nes relinquẽtes effectũ in ſatisfaciẽte,ſicut ex ieiunio relin-
quitur debilitas.& ex eleemoſyna diminutio ſubſtãtię nõ o-
portet iterare:quia ꝑ ſequẽtẽ pœnitẽtiã acceptæ ſunt ſecũ-
dũ illud qđ de his remanet.aliàs autẽ oportet iterari, ſicut
de oratiõe & ſimilibus.Hęc ex illo:q̃ loquitur quo ad Deũ,
& de ſatisfactione virtuoſa:& intẽdit ꝙ relinquẽtes effectũ
nõ ſunt iterãdæ,ſi redeat charitas ante deſitionẽ effectus ſe-
cũdũ Nider.Vñ ſi totus effectus perierat,cũ redijt charitas,
oportet eas in ſe vel ſuo ęquiualenti repetere totaliter,vel
partim ſi ex parte trãſierat,Rich.etiã dcit ꝙ ſacerdos ad pœ
nitẽtiã iniũctã ligat mutãdo in hãc eã quã debebat in pur-
gatorio.ſi cõdignã iniũgit.Vñ ſi hãc nõ ſoluit, cõmittit no-
uũ pctm̃.Si verò ſoluit in charitate,nõ quietat᷑ ab ea quã de-
bebat in purgatorio:q̃a hęc eſt ſatisfactoria.Si verò ſoluit in
mortali,nõ quietat᷑ a purgatorio:nec quo ad hoc iſta eſt ſa-
tisfactoria:abſoluitur tñ à ligamine ſacerdotis,q̃ illã iniũxe
rat:vnde nõ eſt inobediẽs:nec illã pœnã de neceſsitate ſalu-
tis tenet᷑ iterare.Hęc ex illo.& patet ꝙ S.Th.cõſentit.¶Ver
uec.autẽ & Pe.& Pan in c.qđ quidẽ.de pœ.& re.& Arch.de
pœ.di.iij.§.vl.volẽtes ꝙ ſit iterãda,verũ dicunt quo ad Deũ
& æquiualẽter, nõ in ꝓpria ſpecie.¶Sco. aũt dicit quędã mi
rãda,quę ſequitur Sũ.Ang.poſt Sup.cõtra Sũ. Roſ.volẽs ꝙ
talis ſatisfaciat Deo,etiã ſi nõ volũtariè ſed coactè talẽ pœ
nã in mortali exoluat.qđ S.Th.ex intẽtione ꝓbat impoſsibi
le:quia Deo nõ ſatisfit,niſi per opa illi grata & accepta:quia
ei nõ ſatisfit ſcđm ęqualitatẽ,ſed ſcđm acceptationẽ.De his
autẽ in Aur.ro.caſu ſextò.& per Capreolũ in iiij.diſt.xix.Cõ
ſuluit autẽ Sup.vt ſacerdos paruã pœnitẽtiã iniũgat ſtatim
in charitate veriſimiliter explẽdã:& quo ad reliquã declaret
an debeat iterare,ſi extra charitatẽ peregerit. Vide de iſta
quęſtiõe diffusè per Archi.iij.parte,tit.xiiij.c.vlti. ¶Octauò
quæritur,†vtrũ ſatisfactio debeat fieri per opa pęnalia,& ꝑ 8
quę.¶Et dico quantũ ad primũ ſecundũ Pe.& B.Tho.ꝙ ſic
quia per talia fit ſolutio emẽdę pro culpa præterita,quę ſci-
licet cũ delectatiõe fuit:& præſeruatio à futura.Et quãtũ ad
primũ debet eſſe maior maioris culpę:nõ autẽ quantũ ad ſe
cundũ:quia licet ſenex magis peccet,tñ iuuenis indiget ma-
iori retrahẽte.¶Quantũ ad ſecundũ dico ſecundũ Ray.& S.
Tho.ꝙ ſit oratio,quæ licet habeat ſuauitatẽ ſpiritus,tamen
hab



habet etiam afflictionem carnis,ſecundum Sanct.Tho.ieiu-
nium & eleemoſyna,ità quòd ad orationẽ reducũtur opera
miſericordiæ ſpiritualia:ad ieiunium omnia afflictiua:vt vi
giliæ,peregrinationes,& huiuſmodi:ad eleemoſynam verò
omnia opera miſericordiæ corporalia.Harũ triũ melior eſt
eleemoſyna,deinde oratio,vltimò ieiunium.de quibus vide
per Doct.in iiij.diſ.xv.¶Sed iſta intellige quo ad ſatiſfactio
nem eius qui non eſt ſacerdos:quia ipſe ſacerdos poteſt ſatiſ
facere pro ſe per ſacrificiũ altaris,ſicut & pro alijs viuis & de
functis.Vel dic melius quòd nec ſacerdos, nec alius ſatisfa-
cit per ſacrificiũ altaris:ſed Chriſti ſatisfactionem applicat,
id eſt,paſsionem.¶Adde autẽ ſecundũ Pet.de Pal.ꝙ opera
pœnalia,ad quæ quis ex præcepto tenetur,non ſunt ſatisfa
ctoria.quod ſecundum Arch.poſt bea.Tho.quem ipſe refert
& ſequitur,non intelligitur ſi cadãt ſub præcepto eccleſiæ:
quia præceptum eccleſiæ ſecundũ eum in iiij. diſt.xv. ad idẽ
ordinari poteſt, ad quod & ſatisfactio:ideoq; ieiunium, in-
quit,quod eſt ſub præcepto,poteſt eſſe ſatisfactoriũ, ſupple
licet non vice ieiunij impoſiti in pœnitẽtia,ad quod quis de
per ſe tenetur:eſt autẽ verum ſi cadãt ſub præcepto legis na
turæ.Vnde dicit Sanct.Tho.quòd cadẽs ſub præcepto natu-
ralis legis non eſt ſatisfactoriũ,ſed exigitur ad ſatisfactionẽ
vt eleemoſyna in extrema neceſsitate.Et hæc ſecundũ Ar-
chi.ſunt vera de rigore iuſtitiæ tantũ:ex largitione Dei etiã
talia ſunt ſatisfactoria ſecũdũ opinionẽ quã ſequitur Rich.&
Aegid.poſt S.Tho nõ reprobãdo refert.¶Nonò queritur,v-
trum ſatisfactoria ſint flagella Dei? Et dicit S.Tho.quòd ſic
ſi fiãt aliquo modo ipſius patiẽtis,inquantũ illa acceptat ad
purgationẽ,eis vtens patiẽter.Secus ſi per impatientiã omni
no diſſentiat:quia nõ habẽt rationẽ ſatisfactionis,ſed vindi-
cationis.Intellige verò ꝙ patiẽter tolerat, qui quantũ in ſe
eſt vellet flagello carere:tamẽ ex quo placet Deo vult ſuſti
nere ſecundũ iudiciũ rationis. ¶†Decimò quæritur, vtrum
reſtitutio ſit pars ſatisfactiõis? Et dico quòd nõ propriè:quia
dicit ſolùm ceſſationẽ ab iniuria,ſecundũ Pet.ſed ſolùm im
propriè,ſicut quoddã præambulum,& ſine quo non ſecun-
dum Sãct.Tho.& ſi ſit pars ſatisfactionis,vt quidam dicunt,
eſt ex miſericordia Dei,ſecundum Richard. non ex iuſtitia.

## De Scandalo.

1 *Scandalum quid & quotuplex ſit.*
2 *Scandalum an ſemper ſit peccatum mortale ſpeciale.*
3 *Scandali ratione an ſint dimittenda bona ſpiritualia. & quid de temporalibus.nu.4.*
5 *Scandali vitandi cauſa an ſit omne opus bonum faciendum.*

SCANDALVM ſiue ſcandalon Græcè ſecundum Hie-
rony.ſuper Matth.& recitat Sanct.Tho.ij.ij.q.xliij.Lati
nè offenſionem vel ruinam aut impactionem pedis poſſu-
mus dicere: & vt ibi à Sanct. Tho.elicitur, & patet.Primò
ſcandalum dicitur obex in via corporali,cui impingẽs ad rui
nam corporalem diſponitur: & ſecundò obex in via ſpiritua
li diſponens ad ſpiritualem ruinam,inquãtum ſcilicet alquis
ſua admonitione vel inductione aut exemplo trahit alterũ
ad peccandum:quod propriè dicitur ſcandalum, ¶Cum au-
tem nihil ſecundum propriam rationem diſponat ad ſpi-
ritualem ruinam,niſi quod habet aliquem defectum rectitu
dinis:nam perfectè rectum magis munit cõtra caſum quàm
inducat ad ruinam:ideo conuenienter dicitur quòd ſcanda-
lum eſt dictum vel factum minus rectum, id eſt, ſecundum
ſe malum vel habens ſpeciem mali præbens alteri occaſio-
nem ruinæ.Quę quidem diffinitio ſumitur ex glo.Matthęi.
xviij.& eam not. Card.in clem.j de offic.ordi.¶Scandalum
autem grauè,ſecundum Hoſt.in Sum.tit.de renun.eſt quan-
do trahit alios in conſenſum peccati mortalis: propter quod
dicit gloſ.in cap.niſi.de renun.in verbo,graui.quod nõ eſt cu
rãdum de ſcandalo,niſi ſit graue:de noui operis nuntia. c.ij.
& de vot.cap.magnæ.de reg.iur.c.qui ſcãdalizauerit.¶†Pri 1
mò verò quæritur quotuplex eſt ſcãdalum? Et dico ex San.
Tho.vbi ſuprà,artic.j.ad quartum,quòd eſt duplex, actiuum
ſcilicet & paſsiuum. ¶Actiuũ quidẽ eſt quando dictũ vel fa
ctũ alterius eſt alicui cauſa peccãdi per ſe:vt quia intẽdit per
hoc alium ad peccandum inducere:vel ſi hoc non intendat,
tamen ipſum factũ eſt tale quod de ſui ratione habet quòd
ſit inductiuum ad peccandum:puta cum quis publicè facit
peccatum vel quod habet ſimilitudinẽ peccati:& tũc propriè
dat occaſionem ruinæ: ideoq; dicitur ſcandalum actiuum.
¶Paſsiuum verò eſt quando dictum vel factum vnius eſt al-
teri cauſa peccandi per accidens:vt quando præter intentio-
nem operantis & operis conditionem aliquis malè diſpoſitus
ex huiuſmodi opere inducitur ad peccandum:puta cum quis
inuidet bonis aliorum:& tunc operans non dat occaſionem
ruinæ quantũ in ſe eſt,ſed alius eam ſumit,ideoq; dicitur ſcã
dalum paſsiuum.quod hoc caſu eſt ſine actiuo, ſicut quãdo-
que actiuum eſt ſine paſsiuo:vt cum quis inducit aliũ ad pec
candum verbo vel facto,& ille non conſentit: quandoq; ve-
rò vtrunq; ſimul vt cum ad inductionem vnius alius peccat.
Hæc ex illo.& idẽ Alex.& Rich.¶†Secundò quęritur,vtrũ 2
ſcandalum ſemper ſit peccatum mortale ſpeciale? Et dico
tria ex Sancto Tho.vbi ſuprà.¶Primum. Scandalum paſsi-
uum ſemper eſt peccatum in ſcandalizato:quia ruit ſpiritua
liter:& ſimiliter ſcandalum actiuum in ſcandalizante: quia
vel eſt peccatum,vel habet ſpeciem peccati ſiue mali:& con
ſequenter eſt dimittendum pro charitate proximi: & non di
mittens agit contra charitatem: vnde ab omni ſpecie mala
abſtinete vos j.ad Teſſaloni.vlt. Quandoq; tamen peccatum
ſcandalizantis eſt ſine peccato ſcandalizati & ecõtrario, &
quandoq; ſimul,ſecundum quod ſcãdalum actiuum eſt ſine
paſsiuo,& econtrario,& quandoq; ſimul cum eo. ¶Secun-
dum.Scandalum paſsiuum poteſt eſſe veniale,quaſi habens
impactionem tantum:puta cum quis mouetur motu pecca
ti venialis:& mortale quaſi habens cum impactione ruinam
vt cum proceditur ad mortale.ſcandalum verò actiuum ſi
ſit per accidens,poteſt eſſe veniale: puta cum quis actiuum
peccati venialis cõmittit:vel quod non eſt peccatum,ſed ha-
bẽs ſpeciẽ mali cum leui indiſcretione eſt mortale,ſiue quia
cõmittit actum peccati mortalis.intellige ſecretè, alioquin
iam eſſet per ſe.vel quia contemnit ſalutem proximi,vt pro
ea cõſeruanda facere non omittat quod ſibi libuerit.Si verò
actiuũ ſit per ſe: puta quia intendit inducere ad peccatum,
eſt mortale,ſi intendit inducere ad mortale,vel etiam ad ve
niale per mortale,eſt verò veniale ſi intendit inducere ad ve
niale & per veniale.Adde idem eſſe per omnia ſi non inten-
dat inducere,ſed tamen factum ſit inductiuum.¶Tertium.
Scandalũ paſsiuum, ſcilicet in eo qui ſcandalizatur non eſt
peccatum ſpeciliale:quia ruere poteſt ſecundũ omne genus
peccati:nec ipſa ſumptio occaſionis dat ſpecialẽ rationẽ pec
cati,cum nõ importet ſpecialem deformitatẽ ſpeciali virtu
ti oppoſitam:ſcãdalum verò actiuum,ſcilicet in ſcandalizã-
te,ſi ſit per accidens,id eſt præter intentionẽ agentis,ſimili-
ter non eſt ſpeciale peccatum:quia quod eſt per accidẽs,ſpe
ciem non conſtituit. Si verò ſit per ſe,id eſt,intentione agẽ-
tis:ſic ex intẽtione ſpecialis finis ſortitur rationem ſpecialis
peccati:quia finis dat ſpeciẽ in moralibus,& opponitur cor-
rectioni fraternæ,in qua intenditur ſpiritualis nocumẽti re
motio.Hæc ex Sanct.Tho.Alexãd. ac Richard. Sed tamen
aduerte quòd dupliciter aliquis agens intendit.primò expli-

citè, puta quia illud cogitat & vult in ſe. ſecundò implicitè, quia illud vult ſolùm in ſua cauſa: ſicut intendens ire per lutum, intendit madefacere pedes: & intendens exceſsiuum potum, intendit ebrietatem. Igitur ſecundum mentem Sancti Tho. iuxta ſenſum Summæ Piſan. prima intentio facit ſpecialitatem huius peccati, nō autem ſecunda, licet faciat ſcandalum actiuum, ſed eſt circunſtantia ſola: vt ſi quid fiat in publico. Sed mihi videtur quòd vtraque intentio det ſpecialitatem, ne Sanctus Thom. diminutè loquatur. Ex quibus patet quòd, ſicut etiam dicit Arch. ſit mortale mulieri, quæ credit ſe turpiter ab aliquo amari, ſi non curans de eius ruina, ſine cauſa offerat ſe eius aſpectibus, licet non intendat eius ruinam: ſecus ſi non credit, vel aliter bene, id eſt, commodè facere non poteſt: & idem de habentibus malam familiaritatem ſine cauſa neceſſaria, ex qua aliqui ſcandalizantur nefaria cogitando & iudicando, licet non intendat peccatum vel
3 ſcandalum. ¶ Tertiò quæritur, † vtrum bona ſpiritualia ſint propter ſcandalum dimittenda? Et dico multa. ¶ Primum. Secundum regulā iuris in libro ſexto, Vtilius ſcādalum naſci permittitur, quàm veritas dimittatur: vbi gloſ. cū ſancto Tho. in iiij. notat triplicem veritatē, ſcilicet vitæ, doctrinæ & iuſtitiæ. Et ſecūdum Hieronymū propter ſcandalum prætermitti debet omne, qđ ſalua illa triplici veritate dimitti poteſt. imò ſecundum ſanct. Tho. & Ray. & Vlde. aliquando dimittitur ſecunda, id eſt, doctrinæ, non docendo falſitatem, ſed tacendo veritatem. Et tertia, ſcilicet iuſtitiæ, non faciendo alicui iniuſtitiam: ſed non puniendo delinquentem. vnde verſus: Eſt veritas vitæ, doctrinæ iuſtitiæque: Primum ſemper habe, duo alia propter ſcandala linque. ¶ Secūdum. Secundum ſanctum Thomam vbi ſuprà, propter ſcadalum non ſunt bona ſpiritualia dimittenda, ſi ſunt de neceſsitate ſalutis: quia nullus debet peccare mortaliter, imò nec venialiter, vt peccatum alterius impediat. Si verò non ſunt de neceſsitate ſalutis, ſi ſcandalum ſit Phariſæorum. id eſt, ex malitia procedens, cùm ſcilicet aliqui volunt bona ſpiritualia impedire ſcandalum concitando, contemnendum eſt. Matthæi xv. Si verò ſit puſillorum, id eſt, ex infirmitate vel ignorantia procedens, ſpiritualia opera ſunt occultanda, vel interdum etiam differenda, vbi periculum nō imminet, niſi in caſu in quo obſeruatio cōſilij eſſet de neceſsitate ſalutis. quouſque reddita ratiōe ſcandalum ceſſet. qua reddita, ſi duret, iam videtur eſſe Phariſæorum: & ſic non ſunt propter illud ſpiritualia bona dimittenda. ¶ Tertium. Pœnarum inflictio ſeu punitio omittenda eſt vbi manifeſtum eſt plura & maiora peccata ſequi: quia tunc non continetur ſub iuſtitia, cuius rationem habet in tantum, in quantum per eam peccata cohibentur. diſtin. 50. cap. vt conſtitueretur. ¶ Quartum, Correctio etiam fraterna in tantum computanda eſt inter ſpiritualia bona, in quantum ex ea ſequitur emēdatio fratris, ad quam ordinatur: quod non eſt ſi inde ſcandalizatur. ideò ſi propter ſcādalum omittatur, non omittitur bonum ſpirituale. ¶ Quintum. Propter ſcandalum vitandum, peccatum veniale nunquam eſt faciendum: quia ſi eſſet faciendū, iam non eſſet peccatum. contingit tamen id, quod de ſe eſt peccatum, nullum eſſe peccatum, ſi fiat propter ſcandalum vitandum: ſicut verbum otioſum eſt veniale quando abſque vtilitate dicitur: ſi autem ex cauſa rationabili proferatur, non eſt otioſum, nec peccatum ſimpliciter. Hæc omnia ſanc. Tho.
4 & Thomiſtæ. ¶ Quartò quæritur, † vtrum propter ſcandalum ſint tēporalia relinquēda? Et dico multa. ¶ Primū. Secūdum ſanct. Tho vbi ſuprà, ſi bona tēporalia ſunt nobis ad cōſeruandū cōmiſſa: ſicut bona eccleſiæ cōmittunť prelatis, & bona Reipub. eius rectoribus, nō ſunt ꝓpter ſcādalū dimittenda, ſicut nec alia quę ſunt de neceſsitate ſalutis: quia taliū conſeruatio ſicut & depoſitorū imminet his, quibus cōmiſſa ſunt ex neceſsitate. Vnde & bea. Tho. Cātuarienſis repetijt res eccleſiæ cum ſcādalo regis. Si verò ſunt talia, quorū ſumus domini tribuēdo vel nō repetēdo: tunc ſi ſcandalū eſt puſillorum: vel ſunt totaliter dimittenda, vel aliter ſcandalū ſedandū, ſcilicet per aliquā monitionē. Si verò ſit ſcandalū Phariſęorum, nō ſunt omittēda: quia noceret bono cōi: quia daretur malis occaſio delinquēdi, & rapiētibus: quia detinendo aliena, in peccato remanerent. Hęc ex illo. quæ intellige vera regulariter: in caſu tamē ſpeciali aliquādo charitas poteſt aliud ſuadere, ſcilicet pro bono pacis, vbi ſcādalū ſequeretur nō ſolùm iniuſtè detinēti, ſed etiā populo vel clero. Aliquādo etiā neceſsitas: quia gl. Ray. ſi ſtatus meus aut meæ familię nō eſt in tuto me carēte re mea: puta quia timeo mihi de impatiētia cōtra Deū: aut ſecundū Alex. in tertia parte de præceptis patiētiæ, timeo mihi generaliter caſum, potius teneor vitare ſcandalū meū quàm ꝓximi. vnde ſecundū Veruec. nec dare teneor, nec à repetitione ceſſare. ¶ Secundū. Licet de iure ciuili, vt dicit Pan. in c. nihil. de pręſcri. nō ſit curādū de ſcādalo quod poteſt cōtingere circa perſonā detinētis rem meā iniuſtè: imò liceat talē occidere quādo aliter recuperari nō poteſt. vt no. Bart. in l. furē. ff. de ſica. & idē dicit de iure canonico, vbi non timetur cędes, ſed quid ſæuū & valde horribile. ar. c. de occidēdis. xxiij. q. v. & c. ij. de homic. lib. vj. tamē de iure canonico & in conſciētia nō eſt cōſulendū bono viro aliquid facere pro recuperatione tēporaliū, ex quo veriſimiliter valde ſæua & horribilia deberēt euenire. facit c. ſuſcepimus. de homic. & c. ij. de no. ope. nun. & c. ſi verò. el j. de ſent. excō. & quod ibi notat Inn. ſi tamē faceret, nō eſſet de facili iudicandū de mortali, quādo ſcādalū eſt Phariſaicū. Vide ſ̄. Bellum. ij. §. vij. ¶ Tertium. Secundum Sanct. Thom. etiam cibus non eſt totaliter dimittendus propter ſcandalū. cum eum ſumere ſit de neceſsitate ſalutis: ſecus de tali cibo, ſecundum illud. j. Corinth. viij. Non mādùcabo carnes in æternum, ne fratrem meum ſcandalizem. 5
¶ † Quintò quæritur, vtrum ratione ſcandali vitandi ſit omne bonum faciendum quod proximus expetit? Et dico colligendo ex Alexan. xxij. tractat. de ſcādalo, ꝙ ſi proximus rationabiliter petit, puta pauper veſtimentum, teneor, ſi ad illud ſum obligatus ex præcepto, vt patet: & ſimiliter ſi non ſum obligatus ex præcepto. & tamen rationabiliter non omitto illud: teneor illud facere, ne proximus ſcandalizetur. ar. c. ij. de no. ope. nū. Si verò rationabiliter illud omitto: non teneor, ſed ſufficit exponere quomodo rationabiliter omitto: vt patet Mathæi xv. vbi cum Dominus ſatisfeciſſet de nō lotione manuū, dixit. Sinite illos, quia cæci ſunt. & c. Si proximus nō petit rationabiliter, non teneor: ſed ſufficit pro poſſe facere ne ex ignorantia vel infirmitate ſcādalizetur. & ſi nō acceptat, eſt ſcandalum Phariſæorum. Arch. autem habet regulam quòd non tenetur quis ratione ſcandali dare ſua, aut ceſſare à repetitione debiti, niſi duo ſciat, id eſt, probabiliter credat, ſcilicet quòd ille mortaliter ſcandalizabitur ſi non dat, vel ſi repetit: & quod à mortali reuocabitur ſi det vel non repetat. De fama vtrum ſit defenſanda, ne alij ſcandalizentur, vide ſuprà Fama.

SCIENTIA ſumitur aliquando Philoſophicè: & ſic eſt cognitio rei ꝑ cauſam, vt patet diffusè primo poſte. & vj. Ethi. Aliquādoverò ſumiť ſecūdū vſum cōmunē hominū: & ſic eſt cognitio rei particularis per aliquē ſenſum corporeū: ſicut ſcio aliqd eſſe album, quia video: & dulce, qa guſto, & hmōi. & hęc eſt ſciētia requiſita in teſte. ff. de teſt. l. teſtiū fides, credulitasverò eſt qd mediū inter ſciētiā & neſciētiā: qa nec



nec in totali ignorantia cadit credulitas, nec in ſcientia: vt no. ff. de iu. & fac. igno. ſuper rub. & Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. & quod no. gl. in c. ij. de teſti. lib. vj. Sumitur etiam aliquando ſcientia pro certitudine firma ex cauſa & ratione probabili, vt probari poteſt per c. ſi virgo. xxxiiij. q. ij. iunctis ijs quæ dicuntur ſ̄. Matrimonium. viij. §. xiij. De ſcientia dico quædam. ¶ Primum. Perſonæ eccleſiaſticæ poſſunt & debent vacare ſcientiæ ſcripturarū ſeu Theologiæ. xxxvj. di. c. ij. §. ecce. & c. ſi quis vult. & iuris canonici & philoſophiæ naturalis ac moralis. xxxvij. di. turbat. & c. qui de menſa. & c. ſi quid veri. & c. relatum. in fi. & ſcientijs ſecularibus, vt ſciant diſcernere verū à falſo: & habere aditū ad ſcientiā pietatis. xxxvij. di. §. cū ergo. Vnde & circa artes liberales aliquid ſtatutum eſt, vt ſ̄. Doctor. §. viij. & ix. quod tamen intellige de triuio, id eſt, grammatica, dialectica, & rhetorica. & ſic intellige c. j. & c. quia nōnulli. de magi. Secus de quadriuio, id eſt, arithmetica, geometria, muſica, & aſtrologia: quia licet in ſe contineant veritatem, nō tñ ducūt ad pietatem. xxxvij. di. ſi quis. quod intellige regulariter & paſsim: quia aliquo bono & vtili fine meritoriè addiſci poſſunt, modò neceſſariora nō omittātur, puta ad impugnandū. di. xxxvij. de menſa. vel aſſumendū adminicula ſacræ eruditiōis. di. xxxvij. turbat, & c. ſi quis veri. & ſimiliter audire poſſent leges & phyſicā: niſi ſint religioſi vel ſacerdotes, vel habentes in eccleſia perſonatū vel dignitatem aut curā, vt ſ̄. Excōicatio. ix. § . vj. ¶ Secundum. Quilibet autem Chriſtianus tenetur ſcire pertinentia ad fidem eo modo quo ſ̄. Fides. iij. dictum eſt. Vnde ex dictis ibi vidētur peccare mortaliter parentes qui ex negligentia non docent filios ſignum crucis, & credo paruum, & pater noſter, & decem præcepta legis: & ſimiliter qui talia non addiſcunt cùm poſſunt, quia ſunt neceſſaria ad ſalutem. Videtur tamen ſufficere ſi quis ſciat contenta in iſtis, licet ea ordinatè neſciant: puta ſcient quòd nō eſt deierandū, neq; idololatrandū, & quòd debemus à Deo petere oīa bona corporis & animæ, & huiuſmodi, licet neſciant pater noſter. ¶ Tertiū. Quilibet etiā ſpecialiter tenetur habere ſcientiam præceptorū & prohibitionum ſpectantiū ad ſe ratione officij aut ſtatus, vel alio modo: de quo vide Pan. in c. cùm in cunctis. & in c. qualiter. de elec. ¶ Quartum. Prælatus quoq; debet habere ſcientiā rerū temporalium: quia ſubditis debet etiam carnalia ſubſidia miniſtrare. di. xxx. per totum. ſed ſi literaturam ſaltem cōpetentem non habeat, remoueri poteſt à beneficio. de ætat. & quali. quanuis. de renun. niſi de elect. cùm nobis olim. Si verò non habet notitiā temporalium, repellitur quidem ab obtinendo beneficio: nō tamen deijcitur ab obtento: ſed datur ei coadiutor. vij. q. j. quia frater. de. ele. cùm in cunctis. ¶ Quintum. Si duo eligātur ad eundem epiſcopatum, Theologus ſcilicet & Canoniſta, cæteris paribus, dicit Pan. quòd ſecundum Hoſt. in c. j. de conſan. præferendus eſt Canoniſta, ſi in loco verſatur magis cauſarū ventilatio. Si aūt ibi pullulant hæreſes, vel locus eſt vicinus hæreticis, præferendus eſt Theologus: miſtus tamen eſt præferendus vtriq;. Sed limita niſi haberet de quolibet aliquid, & de toto, id eſt, de perfecto nihil. ¶ Sextū. Dicit etiā non eſſe neceſſe epiſcopum eſſe magiſtrū canonū, ſed ſufficit ſi habeat ſcientiam cōpetentem quæ toleratur in prælato, licet eminens deſideretur. de præb. c. pen. & de elec. cùm nobis. Scientia autem competens illa eſt, quæ eſt neceſſaria ad executionem cuiuſcunq; ordinis. ¶ Septimum. Secundum S. Tho. in quoli. ſimpliciter melius eſt docere ſacram ſcripturā bono fine, quàm impendere particularem curam ſaluti huius vel illius: quia Doctor eſt quaſi architectus. in caſu tamen neceſſitatis eſt contra. Vide de hoc in Aur. ro. q. 50. ¶ Octauum. Ex ſcientia tenetur quis quando non reuelauit delictum aduerſus eum cui ſciens erat ſubiectus: vt in l. ij. & quod no. ibi gl. ff. ad l. Pompe. de parrici. ſicut ſi filius non reuelauit crimen cōmittendum aduerſus patrem, licet aliter non participauerit in delicto: vt in d. l. ij. & in l. vtrum. ff. eod. & idem de ſubdito reſpectu principis aut propriæ ciuitatis, vt in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. & idem in clerico reſpectu epiſcopi & ſacerdotis parochialis, cùm ſint parentes ſpirituales. ſecus de non ſubdito: quia ex ſola ſcientia nō teneť, niſi ſit particeps delicti, ſecundū gl. in l. culpa caret. ff. de re. iu. Sed hæc procedunt, vt dicit Pan. in c. j. de reſti. ſpo. ſi maleficium ſit ſequutum: alioquin videtur ſpeciale in crimine læſæ maieſtatis.

## De Schiſmate & Schiſmaticis.

1 *Schiſma quid, & an differat ab hæreſi, & qđ ſit grauius. n. 2.*
3 *Schiſmatici & hæretici an habeant aliquam poteſtatem ſpiritualem.*
4 *Schiſmatici quomodo puniatur.*
5 *Excommunicati an ſint ſchiſmatici, & eis participantes.*
6 *Schiſmatici redeuntes qualiter ſit recipiendi.*
7 *Papæ duo electi an ſint ambo ſchiſmatici.*

SCHISMA, ſecundum Iſido. in libr. Etymol. & xxiiij. q. j. ſchiſma, à ſciſſura animorum, quæ vnitati opponitur, dictum eſt. Vnde ſecundum Sanc. Tho. ij. ij. q. xxxix. peccatum ſchſmatis eſt quod directè & per ſe opponitur vnitati quam charitas facit: quæ vnitas, quia duplex eſt, vt ibi dicitur, ſcilicet perſonæ ad perſonam, & totius eccleſiæ, quæ eſt vnitas principalis, ad quam alia ordinatur ſicut compoſitio membrorum ad cōpoſitionem totius corporis. ideo ſchiſma propriè tripliciter ſumitur. Primò in genere. & ſic loquitur S. Tho. in prædictis verbis dicens quòd eſt peccatum directè & per ſe oppoſitum vnitati. Hoſt. & Goſ. & Rayn. dicentes quòd eſt diſſenſio eorum, inter quos vnitas eſſe debet. Et ſecundò in ſpecie vt opponitur vnitati minus principali: & ſic eſt diſſenſio horum vel illorum, puta Petri & Ioannis, inter quos debet vnitas eſſe. Et tertiò in ſpecie vt opponitur vnitati principali, id eſt, totius eccleſiæ: & ſic ſecūdū mentem S. Tho. ibi eſt pc̄tm̄ quo quis ſe propria ſponte ſeparat ab vnitate eccleſiæ: quæ quia in duobus attenditur, vt dicit, ſcilicet in cōnexione vel cōicatione membrorum adinuicem: & in ordine omnium membrorū ad vnū caput, id eſt, Chriſtū, cuius vicem ſummus pontifex gerit: ideo ſecundū mentem eius ſchiſma eſt, quo quis ſummo pōtifici ſubeſſe renuit cum quadam rebellione. intellige inquantum eſt ſummus pontifex, & membris ei ſubiectis. intellige inquantū ei ſubiecta ſunt cōicare recuſat & ſchiſmatici, inquit, ſunt qui ſubeſſe renuunt ſummo pontifici & membris eccleſiæ ei ſubiectis cōmunicare recuſant. De hoc ſchiſmate propriè intendimus. quod S. Tho. dicit ſchiſma propriè, id eſt, principaliter. ¶ Sed pro notitia diffinitionis nota quòd notanter dixit primò S. Tho. directè & per ſe: quia, inquit, ſicut in naturalibus quod eſt per accidens, ſpeciem nō conſtituit: ita nec in moralibus, in quibus quod eſt intentum, eſt per ſe: quod autem ſequitur præter intentionem, eſt quaſi per accidens: ideoq; peccatum ſchiſmatis propriè eſt, id eſt, ſpeciale peccatum ex eo quòd intendit quis ſe ab vnitate ſeparare, quam charitas facit. Vnde diuiſio hominis à Deo per peccatum non eſt ſchiſma per ſe loquendo: quia non eſt intenta. ¶ Notanter etiam dixit ſecundò cum rebellione: quia, inquit, nō obedire præceptis cū rebellione quadā cōſtituit ſchiſmatis rationem. dico autem cum rebellione: cum etiam pertinaciter præcepta contemnit, & iudicium eius ſubire recuſat. quod non quilibet peccatorum facit. Hæc ex illo. Notanter etiam dixit inquantum eſt

eſt ſummus pontifex,id eſt,non recognoſcendo eum , vt ca-
put eccleſiæ:ſecus inquãtum ſingularis perſona:ſicut ſi quis
indignetur contra eũ ex particulari facto: quia nõ eſt ſchiſ-
ma ſi homo homini,vel ciuitas ciuitati ex alia cauſa non cõ
municat:puta ratione offẽſæ:ſed ſolùm ſi hac ratione:quia
ſubeſt papæ. vnde nullum membrum recuſat alteri mem-
bro cõmunicare per ſchiſma,niſi prius recuſet ſubeſſe ſum-
mo põtifici.Et ideo Arc.in iij.par.tit.xiij.dicit quòd ſchiſma
tici ſunt omnes reſiſtentes papæ,non quocunq; modo : ſed
per ſpontaneam intentionem ac manifeſtam rebellionem&
eius iudicialis ſententiæ recuſationem, non recognoſcendo
ipſum vt caput eccleſiæ.Sed qui propter temporale cõmo-
dum cõſequendũ vel periculumvitandũ reſiſtit præceptis pa
pæ,nõ eſt ſchiſmaticus,licet grauiter peccet.Hæc ex illo.Ex
quibus omnibus collige quòd propriè ſchiſmaticus eſt , qui
recuſat obedire & ſubijci papæ inquantum papa:ſiue ex hoc
quòd nõ vult eũ recognoſcere vt caput eccleſiæ,id eſt,vica-
riũ capitis.Sed ſecundũ mentem Pan.extra eo.in ru.ſchiſma
ticus propriè,quem ipſe dicit ſtrictiſsimè,eſt duplex: quia ſi
tales conſtituũt aliã eccleſiã,omnino ſe diuidẽdo a Romana
vt Græci,ſunt hæretici.& ſic intelligitur c.inter ſchiſma.xxiij.
q.iij.quòd ſchiſma non eſt ſine hæreſi.Si verò nõ conſtituũt
aliam eccleſiam,ſed credũt Romanam eſſe apud ſe:vt cùm
plures contendunt de papatu:iſti ſunt ſchiſmatici,nõ hæreti
ci.Aliquando tamen ſchiſma dicitur largè,vt cùm eiecto e-
piſco ſedes epiſcopalis occupatur.Et largiſsimè,vt quoties,
mortaliter peccatur:vt no.Inno.eo.tit.&ſequitur Pan.in ru.
1 ¶Primò autẽ quæritur,†vtrum ſchiſma differat ab hæreſi?
Et dico quòd differunt primò ſecundum S.Tho.vbi ſ. ſecun
dum,ea,quibus per ſe & directè opponuntur:quia hæreſis fi-
dei,& ſchiſma vnitati charitatis opponitur.Et ſecundò ſicut
ſpecies & genus:quia,vt ibi dicitur,omnis hæreticus eſt ſchiſ
maticus,non econtrario:ſic omnis carens fide caret charita
te,non econtrario.¶Tertiò,quia ſchiſma eſt via ad hæreſim
ſicut amiſsio charitatis ad amiſsionem fidei,vt ibi patet:quia
ſchiſma in fine fingit hæreſim,vt rectè ab eccleſia receſsiſſe
videatur.xxiiij.q.iij.inter hæreſim.Pro his no.ſecundum Ho
ſti.quòd ſchiſmatici recognoſcentes Romanam eccleſiam
non ſunt hæretici:vt duo,qui contendunt ſe eſſe Romanos
põtifices:ſecus ſi quis eorum crederet eccleſiam poſſe duos
ſimul habere pontifices,quia crederet duas eccleſias . ¶Se-
2 cundò quæritur,†quod prædictorum ſit grauius? Et dicit S.
Tho.quòd hæreſis ſimpliciter,quia eſt contra Deum in ſe,
vt eſt prima veritas:ſchiſma autem contra eccleſiaſticam v-
nitatem,quæ eſt quid minus quàm ipſe Deus.Ex circunſtan
tia tamen aliquis ſchiſmaticus grauius poteſt peccare quàm
infidelis,propter maiorem contemptum,vel periculum,vel
3 huiuſmodi.¶Tertiò quæritur,†vtrum ſchiſmatici vel hære
tici habeant aliquam poteſtatem ſpiritualem? Et dico ex S.
Tho.vbi ſ.& alijs Doctoribus concorditer quòd cùm ſit du-
plex,ſcilicet ſacramentalis,id eſt,collata per aliquam conſe
crationem : & iuriſdictionalis,id eſt,collata ex ſimplicis ho-
minis iniunctione,primam habent quantum ad eſſentiam
quandiu viuunt.Vnde ſi redeunt,non reconſecrantur.& ſi v-
tuntur ea,habent effectum in ſacramentalibus : quia in his
homo non operatur niſi vt inſtrumentum Dei : ſed tamen
eius vſu ſunt priuati,nec licitè vtuntur . ſecundam verò quæ
non immobiliter adhæret vt prima,non habent iſti:vnde nec
abſoluere nec excommunicare poſſunt,nec indulgẽtias face
re,vel huiuſmodi:& ſi fecerint,nihil actum eſt.vij.q.j. Noua
tianus. Priuati ſunt etiam ſchiſmatici & hæretici, ſecundum
Arch.poteſtate adminiſtrationis temporalium, etiam in di-
gnitatibus conſtituti:imò etiam &poſſeſsionibus ſuis.diſtin.
viij.quo iure.xxiij.q.vij.per totum.¶†Quartò quæritur,quo 4
modo ſchiſmatici puniantur? Et dico,ſecundum Ray.quòd à
Deo leguntur puniti multipliciter:vt Num.xvj.Datham,&
Abirom.& iij.Reg.xij.& xiij.decem tribus.ab homine verò
ſiue à iudice per excommunicationemvel depoſitionem.xx-
iij.di.in nomine domini.extra eo.c.ij.& pecunialiter.ar.xxiij.
q.vij.quod autem.& ſi neceſſe eſt etiam manu militari,id eſt
armata.xvij.di.nec licuit.xj.q.j.petimus . At de his etiam S.
Tho.vbi ſ.à iure verò:vt §.ſeq. ¶Quintò quæritur,†vtrum
excommunicati ſint omnes ſchiſmatici & eis participantes 5
in aliquo? Et dico multa.¶Primum.Secundum Pan.in rub.
extra,eod.tit.ſchiſmatici cùm hæreſi ſunt excommunicati
per c.excommunicamus.de hære.ſine hæreſi verò non ſunt
excommunicati vigore c.j.eo.tit.ſed vigore c.licet. de elec.
vbi dicitur quòd gerens ſe pro papa cum omnibus ſibi adhæ
rentibus excommunicationis ſententiæ ſubiaceant:&ſic ſunt
excommunicati ipſo iure.Quod tamen limitat vbi probabi
lis error vel ignorantia non excuſat.vbi verò quæſtio eſſet
dubia,maximè ſi conſiſteret in facto intricato & longæuo:
tunc putarem omnes euitare excommunicationem & pec-
catum.l.regula.& l.ij.ff.de iu.&fac.igno. & in c.apoſtolicæ.
de cle.excom.mi & in c.vt animarum.de conſti.libr.vj.dum
tamen in voluntate habeant ſemper adhærere vero papæ,
quando per eccleſiam vel alio modo de veritate conſtaret.
Ego autem dico cum Arc.quòd etiam excommunicati ſunt
per c.nulli.di.xix.vbi ſecundum Hug.Inno.& Io.And.eſt ex-
communicatus quicunque contumaciter aſſerit Romanam
eccleſiam non eſſe caput eccleſiarum,aut non poſſe conde-
re canones,aut ei tanquam capiti non eſſe obediendum.Cũ
autem loquatur ille canon de canonum contemptoribus &
tranſgreſſoribus,habet locum in contemptore & tranſgreſ
ſore prædicto modo,qui eſt ſchiſmaticus: & canon eſt latæ
ſententiæ ſecundum prædictos.quod intelligo notari in ver
bo,iam damnatus:non autem in eo qui ea non ſeruat, licet
dicat ea eſſe ſeruanda:quia iſte non eſt ſchiſmaticus : ſed re-
ſpectu huius eſt canon ſententiæ ferendæ,ſecundum Hugo.
quod intellige ſi contumaciter operatur.¶Secundum.Quã
tum ad participantes cùm ſchiſmaticis ponitur alia excom-
municatio in c.j.de ele.tamen non eſt papalis. quam ſecun-
dum Pan.ibi,quis in tribus caſibus incurrit . Prima quando
quis emit vel aliter acquirit rẽ eccleſiaſticã à ſchiſmatico.Et
ſic nota caſum in quo emens rem eccleſiaſticam eſt ipſo fa-
cto excommunicatus:aliàs autem regulariter etiam occu-
pans rem eccleſiaſticam non eſt excommunicatus,ſed excõ
municandus:vt in c.conqueſtus.de fo.com.Secundò quando
quis eccleſiaſticum tenet beneficiũ à ſchiſmatico.Tertiò quã
quis innititur ordinationi factæ per eum . quod intellige in
ordinatione quo ad executiones,ſecundum glo .& Pan. ibi:
quia ordo bene confertur,ſi forma ſeruetur,ſed non exequu
tio,ſi à tali ſcienter ſuſcipiatur.Si verò ignoranter,ſecundum
Innoc.confertur etiam exequutio. quod Hoſti.dicit verum
quandiu eſt occultus:ſed poſtquam fuerit patefactus,requiri
tur diſpenſatio:& hoc eſt tutius. Et cum tali,ſecundum Pan.
in c.fi.eod.tit.in epiſcopatu diſpenſabit ſolus papa. de elect.
quia diligentia.& multò magis ſi dignitas ſit empta.de con
ſue.cùm venerabili.In alijs verò ordinibus diſtingue: quia ſi
recepit ſcienter vel ex ignorantia craſſa aut ſupina,ſolus pa
pa:ſi verò ex ignorantia probabili,diſpenſare poteſt epiſco-
pus:vt in ſimili dicitur c.j.& ij.de ord . ab epi. qui re.nõ tñ is
qui eũ ordinauit,quamuis poſtea redierit ad vnitatem:vt no.
gl.in d.c.fi.¶Sextò quæritur,†quomodo reuertentes à ſchiſ 6
mate ſunt recipiendi.? Et dico quòd debẽt abiurare ſchiſma
& ſatisfacere ad mandatum eccleſiæ : & recipi cum manus
impoſitione,id eſt,eccleſiæ poteſtate,per quam debent,ab-
ſolui à peccato ſchiſmatis & pœnis cõſequẽtibus vt accipiãt
Spiritum ſanctũ,qui extra eccleſiam nõ eſt nec dari põt xx-
iiij.q.j.dicimus.&.c.pudẽda.&.c.ſchiſma.Et ſi quis recõcilia
tus dicat ſecũ circa ordines diſpenſatũ probare debet:extra
eod.c.fi. ¶†Septimò quæritur,quid faciendum ſit quando ſe
duo vel plures gerunt vt ſummi Pontifices ? Et dico quòd
ſi conſtat,& communiter tenetur,ſcilicet probabiliter nul-
lum eorum canonicè electum,quilibet eorum eſt ſchiſmati
cus & excommunicatus,cum his,qui ſcienter ſequuntur eos.
de elec.licet.Si verò conſtat vnum canonicè electum,alium
verò non,qui nõ eſt canonicè electus cum ſequentibus ſcien
ter,eſt excommunicatus, vt ſuprà:ſi verò dubitatur quis ſit
canonicè electus ignorantia facti excuſat ignorantia verò
iuris ciuilis aut canonici,ad quod ſcilicet ſpectat huius ma-
teriæ diſcuſsio,vt dicit glo.j.q.iiij.§.notandum.& ſi non ex-
cuſet.cùm eſt tale ius quod quis de facili ſcire poteſt per ſe
vel per alium duntamen habeat copiam peritorum.vt ff.de
iur.& fac.igno.per totum.& diſtin.xxxviij.ſi in laicis.excuſat
tamen ſi eſt tale,quod quis nec per ſe,nec per alios ſcire po-
teſt,cùm peritiſsimos fallat & diuerſi contraria ſentiant. ar.
diſt.xxxvij.§.vltimo.cum gloſſa.Vide pulchra in Archid.ij.
parte,titulo iij.capitulo xj.



### De Scrupulis & Scrupuloſis.

1 *Scrupulus quid & vnde cauſetur ſcrupuloſitas.*
2 *Scrupulorum qui ſint effectus.*
3 *Scrupuloſis quæ ſint ſeruandæ regulæ,ne deſperent.& nu.ſeq.*

SCRVPVLVS,vt etiam dictum eſt ſuprà in verbò,Opi
nio.& ſecundum Albertũ in libro de qua. coe.eſt motio
ad vnam partium contradictionis ex leuibus & multùm de-
bilibus coniecturis,quæ etiã dicitur ſuſpicio & puſillanimi-
tas ſpiritus.Scrupuloſus autẽ vel rectius grupuloſus eſt,qui
agitatur ſcrupulis. & eſt duplex:quidã enim eſt ſcrupuloſus
in recognoſcendis peccatis præteritis,& timoratus in vitan-
dis futuris:& iſte communiter bene finit. Quidam verò eſt
ſcrupuloſus in recognoſcendis præteritis, & in cauendis fu-
turis negligens & effrænatus:& iſte videtur æternæ damna
1 tioni propinquus. ¶†Primò verò quæritur , vnde cauſetur
ſcrupuloſitas? Et dico quòd cauſatur primò ex cõplexione
ad timorẽ idonea,vt frigida &melencholica.ſecundò ex ma
gna ægritudine, quæ ſecundum Gale.& Auicen. eſt infe-
ctio anterioris cellulæ capitis cum diminutione imaginatio
nis.tertiò ex melẽcholica ægritudine , quæ ſecundũ eoſdẽ
eſt infectio mediæ cellulæ capitis cũ diminutione rationis.
quartò ex debilitate,puta propter nimias vigilias & abſtinẽ
tias. quintò ex ſocietate ſcrupuloſorum.ſextò ex diabolica
tentatione.De quibus omnibus diffusè agit Arch.prima par
2 te titulo iij. capite x. ¶†Secundò quæritur, qui ſint effectus
ſcrupuloſorũ? Et dico quòd omnes reducũtur ad tres,de qui
bus ait Ber. Puſillanimitas parat perturbationẽ,perturbatio
3 deſperationem , deſperatio verò interimit. ¶†Tertiò,quæ-
ritur quæ ſint regulæ obſeruandæ à ſcrupuloſis ne deſperẽt?
Et dico quòd vltra regulam generalẽ, quæ eſt remotio aut
mitigatio cauſæ per medecinas & moderatas recreationes,
ſunt etiam aliæ propriæ:quæ ſunt ſeptem traditæ per diui-
nam ſapientiam Prouerbiorum ij.de quibus Arch.vbi ſuprà.
¶Prima eſt;vt homo ſe præparet ad gratiam Dei, dolendo
de præterito,& volendo cauere de futuro:quia Deus facien
ti quod in ſe eſt infallibiliter dat dona Spiritus ſancti.¶Secũ
da eſt ſolicita ſacræ Scripturæ indagatio.¶Tertia eſt conti
nuatio deuotæ orationis,quæ eſt optimum remedium , ſed
to ſcrupuloſi parum vtuntur,& malè.¶Quarta eſt obedien
tia non ſolùm ad prælatos,ſed etiam ad ſapientes formando
conſcientiam ſuper dictis eorum, ſicut in ordine Prædica-
torum frater mortuus apparens ſcrupuloſo,& de ſuis ſcrupu
lis ſciſcitanti dixit:Conſule diſcretos, & acquieſce illis.ſimi
liter & diſcipulus beati Bern. non valens propter ſcrupulos
celebrare credidit ei dicenti,Vade,in fide mea celebres : &
omnino liberatus eſt.Et ſi dicat ſcrupuloſus , Da mihi Ber-
nardum in prælatũ,& credam ei:dicit Cancellarius eum fal
li:quia non eſt obediẽdum prælato vt homini,ſed vt deo cu
ius vices quilibet prælatus gerit:niſi contra Deum præcipiat
ſcilicet apertè.¶Quinta eſt facere celebrò cõtra ſcrupulos
ex aliorum iudicio,ſecundum dictum Cancellarium:vt ex
cõſuetudine homo fiat rubuſtior:imò dico quòd hoc poteſt
facere tuta conſcientia ex cõſilio proprio quando habet pro
babilem rationem quòd ſic poſsit facere:maximè ſi ſit do-
ctus:quia in moralibus non poſſumus habere demonſtratio
nem.¶Sed circa hoc remedium,quod citra orationem meo
iudicio eſt optimum.ſi diabolus ſcrupuloſos impugnat latẽ-
ter obijciendo:primò quia in dubijs via tutior eſt eligẽda.de
ſpon.iuuenis.Sed dico ſecundum Doct . hoc eſſe conſilium,
non præceptum:aliàs quibibet deberet relicto ſeculo ingre
di religionem, quòd eſt tutius : vnde ſufficit eligere tutam
maximè ſcrupuloſis,qui ſunt deſperationi propinqui.Secun-
dò obijcit,quia amans periculũ,ſcilicet incedendo per viam
laxiorem,incidit in illud.Sed dico quòd hoc intelligitur de
eo qui exiſtens in dubio.ita quòd non pendet ad vnam par-
tem magis quàm ad aliam operatur:ſecus de eo qui proba-
biliter credit ſecundum iudicium rationis ſic eſſe facien-
dum,licet ex alia parte ratione timoris habeat ſcrupulum.
& leuiter ſuſpicetur:quia talis nõ peccat,etiam ſi eſſet falſa
opinio quam ſequitur,ſecundũ Archi.niſi eſſet contra mani-
feſtam determinationem ſcripturæ vel eccleſiæ.Tertiò ob-
ijcit,quia bonarum mentium eſt ibi culpam agnoſcere , vbi
culpa non eſt,ſecundum Greg.diſt. 50. Sed dico quòd gloſ.
dicit agnoſcere,id eſt,timere,& non per aſſenſum firmũ de-
terminare:imò dico quòd hoc eſt bonarum mentium pro-
prium:ſed non inquantum ſunt bonæ moraliter : ſed inquã-
tum ſunt naturaliter malæ ex defectu rationis non potentis
iudicare verum propter complexionem melancholicam vel
alias cauſas ſcrupuloſitatis.Quartò obijcit : quia ſi eſſes,in-
quit,in articulo mortis,nõ velles ſic mori.Sed dico quòd in
illo articulo multa faceret hõ quæ nõ eſſent neceſſaria: nec
expediret facere in tota vita:quia cogerẽt infatuari aut de-
ſperare.¶Sexta regula eſt vti virtute epikeiæ , de qua ſ. Ae-
quitas.interpretando diſcretè præcepta non ſolùm humana
ſed etiã diuina,maximè affirmatiua:quæ interpretatio licet
in foro cõtẽtioſo ad eum ſpectet,ad quem & editio legis:ta
men ſecundum Arch.in foro conſcientiæ pertinet ad quem-
libet pro facto ſuo.de quo vide §.ſequen.Septimum eſt eli-
gere opinionem magis faciẽtem ad propoſitum proprium.
de quo infrà.§.v.¶† Quartò quæritur,quibus regulis vten- 4
dum ſit in epikeizando diuina & humana præcepta ? Et di-
co ſeptem cõcluſiones. ¶Prima Cæteris paribus inter ſen-
tentiam benignã & duram circa præcepta potius benigna
interpretatio facienda eſt,ſecundũ Io.de Am.Veruec.& Ar
chi.Et ratio eſt quia præcepta Dei & eccleſiæ nõ ſunt ad tol
lendum ſpiritualem dulcedinem,quam aufert interpretatio
ſcrupuloſa.¶Secunda.Nec Deus nec eccleſia intendit obli-
gare ad vix poſsibile alicui, ſecundum Io. de Amb.quia eſt
impoſsibile ad quod ſcilicet nemo poteſt obligari,ſecũdum
regulã iuris in ſexto.ſicut in humana ita & in diuina lege in-
terpretãda eſt per epikeiã: vt illud eſſe impoſsibile dicatur
quod vix eſt poſsibile:vt puta nimiã habẽs difficultatẽ:alio-
quin non eſſet verũ illud,Onus meũ leue.Math.xj.nec Deus
eſſet

eſſet homine benignior,ſed durior:quòd etiam dictu eſt ne
fas.Vide ſuprà Potētia.¶Tertia.Nec Deus.nec eccleſia in-
tendit obligare ad hoc vt quis appareat fatuus & ridiculo ſit
ſecundum domi.Ioan.id eſt,horum præcepta non obligant
loco & tempore,quibus eorum obſeruantia eſſet ridiculoſa,
ſaltem apud viros diſcretos & bonos: vt patet à ſimili de vo
tis diuino præcepto reddendis:quæ tamen ſi ſint fatua , non
ligant.& facit gloſ.Inno.in cap.nouerint.de ſentent.excom.
& idem Arch.¶Quarta.In dubijs vita bonorum ſumi debet
in exemplum & regulam,qui præſumuntur ſecundum virtu
tem epikeiæ habere rectum iudicium,ſicut habent bonū af-
fectum.¶Quinta.In his quę ideo ſunt mala quia prohibita,
vt communiter poſitiua præcepta,excuſat conſuetudo præ-
ſcripta:quia tollit legem,& eſt legum interpres,ſicut & epi-
keia,vt dictum eſt:imò hac ratione dico quòd excuſat, etiā
ſi non ſit præſcripta,modò ſit rationabilis,& ſcienter tolera
ta à legiſlatore non reclamante cùm poſsit.¶Sexta eſt Pet.
de Pa.in iiij.& do.Io.& Arch.quòd homo vbi nō peccat mor
taliter,nunquam incurrit ſententiam excōmunicationis à iu
re,quæ ſcilicet eſt iuſta : quia ſecundum ſan.Tho.in quarto,
nullus debet per excōmunicationē eijci de eccleſia , niſi pro
mortali verò vel præſumpto:quia eſt maxima pœna.Sed ta
men aduerte quòd mortale eſt trangreſsio eius quod ſub ex
communicationis pœna mādatur ab homine, licet aliàs nō
eſſet peccatū:tamē lex nō prohibet aut mandat ſub pœna ex
communicationis,niſi ad id quod homo ſub mortali tenetur
aut vitare aut facere.ſecus de homine.¶Septima eſt Io.præ-
dicti & Arch.ꝙ in quolibet caſu prætermittēs facere quod
lex imponit,excuſari poteſt à peccato,ſi hoc facit per virtutē
epikeie ſine contēptu ratione alicuius periculi conſiderati.
5 ¶†Quintò quæritur, quomodò ſe debeat habere ſcrupulo-
ſus in eligenda opinione vbi Doct.variāt?Et dico ſecundum
Arc.quòd tuta conſciētia poteſt quis eligere vnā opinionē,
& ſecundū eam operari,ſi habeat notabiles Doctores,& nō
ſit expreſſe cōtra determinationem ſcripturæ vel eccleſiæ,
nec ſit ſcandalum,nec conſcientia perplexa.præcipuè ſi quis
adhibuit diligētiā in quærēdo an liceat.Vnde etiā Vlde.dicit
in Sum.quòd conſulēs peritiores in dubio,de quo non habet
expreſſam authoritatē vtrū ita ſit,modò formet ſibi cōſcien
tiam bonā,excuſatur,etiā ſi ſequatur conſiliū falſum:quia fe
cit quod potuit.Vide de hoc Archi. vbi ſuprà, & ſuprà,Opi-
6 nio,per totū.¶†Sextò quæritur quomodo ſe debeat habere
in formando cōſciētiā?Et dico quòd Hoſt.in cap.per tuas.el
ij.de ſimonia.vbi patet quòd auditū ab alijs quis credere nō
debet. dicit quinq; pulchra.¶Primū. Ex varijs dictis in alte-
rius præiudicium non eſt conſcientia informanda. ¶Secun-
dum. Si formata ſi taliter, ad conſilium prælati deponen-
da eſt.¶Tertium.Si deponi non poteſt , omnibus modis ſe-
quenda eſt.¶Quartum.Virtus animi de ſcrupuloſa cōſciētia
poteſt facere bonam,& in melius informare,& debilitas ani
mi eſt etiam nimia ſimplicitas.¶Quintum . In indifferenti-
bus poteſt quiſque vt ſibi placet conſcientiam informare.

SCVRRILITAS quid ſit,vide ij.ij.q.cxlviij.artic. vj.&
dic quòd eſt io cularitas quędā ex defectu rationis nō va
lentis cohibere geſtus exteriores:& pertinet ad verba ratio-
ne inhoneſtatis : multiloquium verò ratione ſuperfluitatis.
Et procedit ex actu gulæ,non autem ex actu,ſed ex volunta
te luxuriæ:ideoq; ad vtrunq; pertinet. Quomodo autem ſit
peccatum,quiſque cognoſcet ex dictis de gula & luxuria.

SECRETVM quando ſit reuelandum,vide ſuprà Cōfeſ-
ſio non ſacramentalis,& Confeſsio vltimo.§.vlt.& Fami
lia.& infrà Teſtis.§.viij.& vltra prædicta dico multa.¶Pri-
mum.Cùm aliquod eſt quidem ſecretum,ſed tamen non eſt
acceptum ſub ſecreto,ſi vergeret in nocumentum alicuius
iniuſtum.non eſt peccatum illud reuelare, modo tamē de-
bito quantū fieri poteſt ſine ſcandalo,arg.xxiij.quæſt.v.oſtē
dit.& diſt lxxxiij.per totum. exemplo Cuſi.ij. Regum xvij.
¶Secundum.Si quid eſt alicui datum ſub ſigillo ſecreti ſeu
confeſsionis,extra confeſsionem tamen, vel ſub iuramento
non reuelandi:ſi illud ſine vrgenti & rationabili cauſa reue-
let,eſt peccatum mortale & contra ius naturale, ſecundum
Archi.ſed ex cauſa rationabili & vrgente,vt ſi imminet no-
tabile nocumentum corporale vel ſpirituale Reipublicę vel
particulari perſonæ: vt cùm aliquis quæritur vt occidatur:
debet manifeſtare non obſtante quacunq; promiſsione vel
iuramento:quia,vt dicit regula iuris in ſexto,nō eſt obliga-
torium contra bonos mores præſtitum iuramentum:nec te
netur in hoc ſeruare ordinem fraternæ correctionis, ſecun-
dum Sanct.Thom.ſecunda ſecundæ, quæſt. lxxxix.niſi cer-
tus eſſet de emēdatione per ſecretam monitionē. vide d.§.
vlt.¶Tertium.Si ciuis alicuius ciuitatis & fidelis iuratus a-
licuius principis,puta conſiliarius, ſcit machinationem ciui-
tatis contra talem principem,& ecōtrario,dicit Io.de Neap.
in quolibeto x.poteſt contingere multis modis.Si enim vtra
que machinatio eſt iuſta,neutram reuelabit:quia talis reue-
latio cum ſit contraria bono, eſt mala:nec ex aliquo iura-
mento obligatur quis ad aliquid illicitum. Si verò vtraque
ſit iniuſta,vtranq; reuelabit:quia quilibet debet impedire in
iuſtum malum ab eo quem debet diligere.Cui autem prius
debeat reuelare,dicēdum eſt quòd . ciuitati , ſi Princeps illi
ſoli præeſt:quia magis debet diligere ciuitatem : cùm prin-
ceps non diligatur magis quàm alia perſona : niſi quia gerit
perſonam ciuitatis:& propter quod vnumquodque , & illud
magis eſt.Si verò præeſt non ſolùm tali ciuitati, ſed toti re-
gno vel regioni,in qua eſt talis ciuitas, prius reuelabit Prin-
cipi:quia magis debet eum diligere, cum bonum eius ſit cō
munis,vtpote totius regni. Si verò altera tantùm eſt iuſta,
patet quid faciēdum. Si verò dubitatur de iuſtitia alicuius,
præſumēdum eſt quòd ſit iuſta : ſicut de exteriori bello di-
ctum eſt,quòd bonitatē vel malitiā habet ab actu interiori.

## De Seditione.

1 *Seditio quid,& an ſit peccatum mortale.*
2 *Seditio contra tyrannum an ſit peccatum.& num.4.*
3 *Seditio inter ciues an ſit crimen læſæ maieſtatis.*

SEDITIO, quaſi ſeorſum , vel ſecus ductio,ſecundum
gloſſam ſecūdæ Corinthiorū duodecimo , eſt tumultus
ad pugnam:intellige vnius partis alicuius multitudinis con-
tra aliā ſecundū ſan.Tho.ij.ij.q.xlij.vt cùm vna pars ciuitatis
excitatur contra aliā.vbi dicit quòd cōuenit cum ſchiſmate.
rixa & bello in hoc,quòd importat quandam cōtradictionē
ſicut illa.differt autem à ſchiſmate oppoſito vnitati ſpiritua
li,id eſt,multitudinis eccleſiaſticæ: quia opponitur vnitati tē
porali ſeu ſeculari.id eſt,multitudinis ciuitatis,& a bello:qa
illud propriè eſt cōtra extraneos hoſtes , quaſi multitudinis
ad multitudinē:& à rixa,quæ eſt vnius ad vnū , aut paucorū
ad paucos:tum quia eſt inter partes vnius multitudinis:puta
cùm vna pars ciuitatis excitatur in tumultū cōtra aliam:tum
quia bellum & rixa important impugnationē in actu:ſeditio
autē dici pōt,ſiue ſi huiuſmodi impugnatio ſit in actu , ſiue
etiā fiat præparatio ad impugnationē.¶†Primò autē quæ- 1
ritur,vtrū ſit peccatū mortale?Et dico quòd eſt peccatū ſpe
ciale:q͂a opponitur ſpeciali bono, id eſt , vnitati multitudi-
nis:& ex ſuo genere mortale:vt patet ij.Corin.xij.& ij.ij.vbi
ſ.& hoc in procurantibus ſeditionem,& ſequentibus eos:ad
de & in tenentibus partialitates, paratis iuuare per fas &
nefas:quia eſt contra bonum commune,& tenētur de omni
damno



damno inde ſequuto : non tamen ſunt ſeditioſi qui bonum
commune defendunt contra ſeditioſos : ſicut nec qui ſe de-
2 fendunt contra inuaſores,ſunt rixoſi. ¶†Secundò quæritur,
vtrum ſeditio facta contra regimen tyranni,cùm ſit ſeditio
ꝓpriè, vel talis perturbatio ſit peccatum?Et dicit S.Th.vbi
ſ.quòd non:quia tale regimen non ordinatur ad bonum cō
mune,ſed ad priuatum regentis : vt patet iij.Pol.vnde talis
perturbatio nō habet propriè rationem ſeditionis:niſi fortè
ſic inordinatè fiat quòd multitudo maius detrimentū cōſe-
quatur ex perturbatione quàm ex tyrāni regimine : magis
aūt tyrānus ſeditioſus eſt,qui in ſubiecto ſibi populo diſcor
dias & ſeditiōes nutrit vt tutius dominetur.Hæc ex illo.Vñ
laude dignus eſt,qui multitudinem liberat à tyrānica pote-
ſtate.Vide ĩ.Tyrannus.¶†Tertiò quæritur , an committat
3 crimen læſæ maieſtatis pars impugnans partem in ciuitate,
vbi ſunt partialitates:vt ſic publicentur bona & veniant aliæ
pœnæ.l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie.Et dicit Sali.in l.fallaciter.
C.de aboli.quòd ſic,ſi fiat vt eruatur ciuitas de ſubiectiōe pa
pæ vel imperij.Si autem fiat ad deponendum regentes , eſt
crimen ſeditionis.quod licet ſit capitale naturaliter vel ciui
liter ſecundum conditionem perſonarum:vt not.in l.j.C.de
ſedi.tamen non infligit omnes pœnas pro crimine læſæ ma-
ieſtatis impoſitas:niſi fieret in vrbe Romana:vt voluit gl.in
l.j.ff.ad l.Iul.maie.Et per hanc diſtinctionem concor.gl.quę
videntur contrariæ.¶†Quartò quæritur, vtrum faciens ſe-
4 ditionem vel proditionem contra tyrānum incurrat pœnā
læſæ maieſtatis?Et dicit Sum.Ro.quòd ſic,ſi ſuperiorē non
recognoſcit:quia de eo vt de principe eſt iudicādū.Sed con-
trarium tenuit Sum.Ang.quæ dicit talem eſſe laudādum.de
quo ſ.§.ij.imò & ipſamet Roſ.hic §.x.tenens id quod ſ.dictū
eſt ex Arch.in verbo,proditio.de procurante quòd caſtrum
reuertatur ad dominum verum: eſſet autem verum ſi non
recognoſcit ſuperiorem,& habet iuſtum dominium : vt rex
Franciæ vel Hiſpaniæ & huiuſmodi.Si verò habens iuſtum
dominium recognoſcit ſuperiorem,vt quia eſt vicarius im-
perij:tunc licet habeat locum crimen læſæ maieſtatis,vt d.l.
j.nō tamen extenditur pęna incapacitatis ad filios ſecundum
Sali.in d.l.quiſquis.¶Adde ex d.l.quiſquis. quòd tractās vel
faciens proditionem vel tractatū cōtra principem punitur
morte & publicatione bonorū, & filij efficiuntur incapaces
ſuæ hæreditatis & extraneorum & inhabiles ad honores:fi-
liæ verò de bonis paternis nihil:de maternis autem ſolā le-
gitimam de hæreditate capiunt:vxores dotes recuperāt:nu-
ptialia autem lucra ad fiſcū veniūt:reuelator aūt proditiōis
eximitur à pœna,& præmiatur.¶Incurrit etiam crimen læ
ſæ maieſtatis tractans de morte nō ſolùm Principis,ſed etiā
virorū illuſtriū,qui conſilijs & cōſiſtorio principis interſunt ,
vel etiam ſenatorū vel cuiuſlibet:poſtremò qui principi mi
litat.Et ſecundū Bar.in extraua.ad reprimendum.cōmittens
crimen contra officialem principaliter exercentem iuriſdi-
ctionem nomine principis incurrit hoc crimen,per dictā cō
ſtitutionem,quæ loquitur de rebellantibus contra officia-
les principis.Et ſecundum glo.in l.præſenti. C. de his qui ad
eccle.confug.ſi cogitatio eſt adeò nuda vt non tranſierit in
aliquod conamen,non punitur:vt ff.de pœ.l.cogitationis.Si
autem tranſiuit in conamen,ſed non venerit ad effectum:
tūc in grauioribus punitur,vt ibi.& d.l.quiſquis.in minoribus
aūt oporteret ſequi effectū.ff.quod quiſ.iur.l.j. & idem Bar.
ibi.& ſic intellige c.cogitatio.de pœn.diſt.j.Secus dicit Sum.
Roſ.quo ad eccleſiā quæ ligat crimen omnino occultū:ſed
oppoſitum oſtēſum eſt ſ.Excōicatio.vij. excōmunicatiōe.ij.

## De Sententia.

1 *Sententia quid,& quotuplex ſit.*
2 *Sententia præcepti an impediat repetitionem.*
3 *Sententia interloquutoria quid.*
4 *Sententia diffinitiua quid,& qualiter proferatur.*
5 *Sententia qualem iuris ordinem requirat.*
6 *Sententias diuerſas ſi duo iudices proferant,quæ valeat.*
7 *Religioſi an ligētur ſentētijs ſuorū prælatorū extra locū eorū.*
8 *Sententia lata inter aliquos an liget alios.*
9 *Sententia an duret poſt mortē proferētis & extra territoriū.*
10 *Sententiæ quis ſit effectus.*
11 *Sententiæ cognita iniuſtitia,an reſtituere teneatur ille cui adiudicatum eſt.*

SENTENTIA ſecundum S.Tho.in iij.di.xxiij.eſt deter
minata acceptio alterius partis contradictionis:vel, vt di
cit in iiij.di.xxxv.eſt applicatio iuris ad particulare factū:ſed
in primo loco loquitur de ſententia in genere:in ſecundò ve
rò de ſententia iuridicè.¶†Primò verò quæritur,quotuplex 1
eſt ſententia?Et dico quòd in genere eſt duplex . Quædam
enim eſt ſententia iuris,quādo ſcilicet ſuper aliquo eſt factū
ſtatutum ab eo qui poteſt.quædā verò eſt ſententia homi-
nis:vt quādo iudex iudicat inter partes,vel quādo excōmuni
cat propter contumaciā,aut in odiū alicuius mali iā cōmiſ-
ſi:vel etiā in odiū cōmittentiū peccatū:vt in furto & huiuſ-
modi,dūmodo non intendat facere per modū perpetuæ cō-
ſtitutionis:quia ſecundū gl.ſiue ſit generalis ſiue ſpecialis di
citur eſſe à iudice.& cōcor.Alb.Sententia autem hominis ſe
cundū Goſ.& Tāc.eſt iudicialis diffinitio cōtrouerſijs finem
imponens pronūtiatiōe cōpetentis iudicis, cōdemnationem
cōtinens vel abſolutionem.ff.de ſen.& re iu.l.j.extra eo.c.ij.
Ex quo patet quòd excōicatio & interdictū dicūtur ſenten-
tiæ impropriè,quia ſententia finem imponit.xj.q.iij.ſummo
pere.& no.gl.ij.q.vj.biduū.nō aūt excōicatio,ſed propriè eſt
pęna.xj.q.iij.nemo.xxiiij.q.iij.corripiātur.de ſen.exc.c.ſacro.
& idem Ge.in c.vt animarū.de cōſti.li.vj.Vnde in ſtatutis no
mine ſententiæ nō venit excōicatio.Eſt tamen aliquādo in-
terlocutoria:vt ĩ.§.iij.Vnde ſentētia hominis eſt multiplex.
Et ſic intellige gl.ſum.ij.q.j.dicentem quòd ſententia eſt tri
plex,ſcilicet præcepti,interloquutoria,& diffinitiua.de qui-
bus in ſequentibus.¶†Scđò quærit̃ , quid iuris de ſententia 2
præcepti?Et dicit gl.vbi ſ.quòd ſententia præcepti eſt cū iu-
dex ſine cauſæ cognitione præcepit alicui vt ſoluat alij de-
cem quæ petit.Et ſi ille ſoluat,& pecunia debita eſt,licet iu-
dex ꝓceperit iniuſtè,tñ nō pōt repeti pecunia . ff.quod met.
cau.l.vlt.¶†Tertiò quærit̃,quid de interloquutoria?Et dico 3
quòd interloquutoria ſententia ſcđm Ray.eſt quæ nō ſuper
principali,ſed ſuper alijs q̄ōnibus profert̃ inter principiū cau
ſæ & finem:vt de teſte aliquo recipiendo,de dilatiōe dāda.de
app.ſignificātibus.de teſtib.ſignificauit.el j.Vel ideo ſic dici
tur,quia inter partes ſine ſcripturæ ſolennitate fert̃.de ſent.
& re.iu.quod ad cōſultationem.eo.ti.&.c.fi.lib.vj.& ij.q.j.in
ſum.debet tñ redigi in ſcriptis , licet nō ſit neceſſe quòd de-
ſcriptio proferatur,ſecundū Ray.& gl.eius: & extra de pro-
ba.qm̄.Et eſt diffinitio ſemiplena & plena.ff.de arbi .l.qua-
lem.vnde qui eā tulit,reuocare pōt,etiā poſt decendiū: ſiue
ſit iudex ordinarius.ff.de ſen.& re iu.l.quod iuſsit. ſiue dele-
gatus.de app.cū ceſſante.etiā ſi fuerit appellatū,ſecundū cōi
ter Doc.in d.c.cū ceſſante.& hoc niſi appellatiōi detuliſſet:
vt in c.cū appellatiōibus.de appel.lib.vj.vel niſi pars feciſſet
expenſas ad proſequendū appellationem.ff.de cōdi.ob cau.
l.ſi pecuniā.ſi tamen vellet ſibi de eis ſatisfacere , reuocare
poſſet.de appe.interpoſita.§.illud deniq;.Similiter dic de ar
bitrio iuris,à quo pōt appellari.d.l.qualem . Dicit etiā glo.in
auth.de hæredi.& fal.§.illud,in ver.de cætero : quòd omne
præce

præceptum factum per iudicem vel nuntium eius, dicitur
ſententia interloquutoria:&ideo ſententia excommunicatio
nis eſt ſententia interlocutoria: cum omnis vox iudicis ad
cauſam faciens poſsit dici ſententia.arg.glo.in authen.de li-
tig.§.ſi omnem.& glo.ij.q.vj.§.diffinitiua.vnde per viam iu-
4 dicialem fieri non poteſt die feriata. ¶†Quartò quæritur,
quid iuris de ſententia diffinitiua?Et dico multa.¶Primum.
Diffinitiua ſententia eſt, qua principalis quæſtio diffinitur.
ff.de re iudi.l.j.& extra eo.c.ij.¶Secundũ.Debet autem eſſe
primò abſolutoria vel condemnatoria.§.diffinitiua. ij. q.vj.
C.de ſen.& interlo.om.iudi.l.iij.& ſecũdò certa. ff.de ſen.&
re iu.l.in ſumma.Et tertiò pura.ff.quando ap.ſit.l.j.§.biduũ.
ſi tunc conditio ſit intrinſeca:puta, cõdemno reum ſi actor
probauerit.tenet,vt in d.§.biduũ.& ibi gl.& Bart.in l.à diuo
Pio.§.invenditione.ff.de re iu.ſecus ſi eſſet extrinſeca:vt,cõ-
dẽno te ſi papa venerit. Pro quo vide gl.& Bal.in l.cũ iudex
C.de ſen.& intelo.om.iu.Et quartò ſup omnia debet eſſe iu
ſta.Quintò præſentibus omnibus iudicibus:quia Bar.in l.duo
ex tribus.ff.de re iu.dicit quòd vnus ex tribus vel pluribus iu
dicibus dixit opinionem ſuam in præſentia aliorũ nec potuit
eos trahere ad opinionem ſuã, ſed receſsit nolens eſſe præ-
ſens in ſententia:ſi alij poſtea ſententiã ferãt,nulla eſt.quod
Pan.in c.cauſam.de offi.dele.ſequitur tanquã verius.Sed In-
no.in c.Raynaldus.de teſta.tenet cõtrariũ:quia idem eſt ac
ſi præſens eſſet & cõtradiceret, quo caſu valeret ſententia
pluriũ.de re iu.c.fi.& in d.l.duo.& hoc teneo cõtra Ro.quia
quæ adducit Pan.nõ procedũt de eo qui tenuit eſſe præſens,
ſed de cõtempto:alioquin minor pars poſſet ad libitũ ſine
cauſa infringere authoritatem maioris.& hoc videtur deter
minari in c.ij.de arb.lib.vj.per tex.& gl.¶Tertiũ.Debet au-
tem dari primò ſedendo,nõ ſtãdo in pedibus:aliàs eſt nulla.
c.& ſi ſententia.§.fi.eo.tit.lib.vj.Et ſecũdò præſentibus par-
tibus vel cõtumacibus citatis eã in ſcriptis recitãdo: aliàs dã
do eã ſolùm in ſcriptis ſine recitatiõe eſt nulla.de ſen.ex bre
ui.rec.l.j.ſimiliter ſi recitetur nõ in ſcriptis.C.de ſent.ex bre
ui.reci.l.vlt.& d.c.ſi ſententia.quod tamen fallit in breuibus
vt in par.ſeq.Tertiò legente vel proferente ſententiam illo
qui eam dat:niſi ſit epiſcopus vel alius illuſtris.d.c.ſi ſenten-
tia.& C.de ſen.ex breui.reci.l.ij.& ij.q.vj.anteriorum.§.illa.
in fi.Quartò in loco publico & honeſto.iij.q.iij.§.ſpatium.
Et quintò de die,non in tenebris:nec die quolibet,ſed non fe
riato:non autem feriato,maximè feſtiuo & ſolenni:& ſexto
ſine venalitate.ij.q.vj.§.diffinitiua.Hæc & multa alia requi-
runtur:quorum ſi defuerit aliquod,non valebit.pro quo vide
Hoſt.in Sum.eo.tit.& Dir.& Spe.Quartum.Valet tamen in
multis caſibus ſine ſcriptis,ſecundum Io.And. Primò quan-
do cauſæ ſunt breues,& maximè vilium perſonarum. C.de
ſent.ex breui.reci.auth.niſi.& poſſunt dici breues duorum
aureorum.ff.de dolo.l.adeſt.inſpecta autem qualitate perſo
narũ relinquit arbitrio iudicis.de of.dele.de cauſis.vel inſpe-
cta conſuetudine loci aut fori.diſ.xj.conſuetudinis.Secundò
cùm epiſcopus de cauſa ciuili iudicat inter clericos ſuos.x.q.
j.ſi quis cum clerico. Tertiò cùm præſes depoſito officio
conuenitur de adminiſtratione.in auth.vt iudi. ſine quo.ſuf-
fra.§.neceſsitatem.Quartò cùm papa per ſe pronũtiat:quia
ſolutus eſt legibus.C.de legib.l.digna vox.Quintò,ſecundũ
aliquos,ſi lata ſit in cauſa matrimoniali.Adde ſextò quando
de partium conſenſu procedit,vt not.ij.q.j.in primis.per Ar-
chi.& Io.Et ſeptimò in omnibus cauſis, in quibus pceditur
de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij:vt in cle.ſæpe.de ver.
ſi.¶Quintum.Data autem ſententia diffinitiua per eũdem
iudicem nihil addi poteſt,aut minui,vel mutari, vel reuoca-
ri.d.l.qualẽ.&hoc nec à delegato:quia functus eſt officio ſuo
de off.dele.in literis.nec ab ordinario, niſi ſit contra ius con
ſtitutionis.de ſen.& re iu.cùm inter.niſi per beneficium reſti
tutionis.extra eod.cùm Bertoldus. Hoc tamen fallit in ſex
caſibus in quibus ordinarius poteſt.primò ſi nulla eſt vel an-
nullãda propter errorem facti:quia retractare põt.xxxv.q.
ix.§.j.ſecundum Io.C.quo.& quando iu.l.ſi præſes.& l.ſi vt
proponis. Secundò poteſt retractari in mulcta,quæ ꝓpter
inopiã eſt remittenda.C.de mo.mul.l.fi.in fi.ff.de off.præſſ.
l.illicitas.§.fi.Tertiò in fructibus & expẽſis & alijs acceſſo-
rijs conſimilibus,in quibus eadem die ſuppleri põt,nõ tñ mi
nui.Et ſic intelligitur lex,Paulus reſpõdit.ff.de ſen.& re iu.
Et quartò ſi quis cõdemnatus abſens veniat adhuc iudice ſe
dente pro tribunali.ff.de reſt.in inte.l.diuus.& d.c.cũ Bertol
dus.§.poſtmodũ.Quintò ratiõe publicæ vtilitatis.tex.eſt ff.
de decre.ab or.fa.l.quod ſemel.Sextò vbicunq; vertitur peri-
culum animæ,& de errore ſit fides.de ſen.& re iu.inter cæ-
teras.de cõſue.c.fi.de præſcri.c.qm̃.Princeps tamen põt ſem
per qñ voluerit,reuocare,mutare.& corrigere,de reſt.in in-
te.ex literis.¶†Quintò quærit,vtrũ in omni ſententia ſit iu 5
ris ordo ſeruandus?Et dicit gl.ij.q.j.in ſum. quòd duplex eſt
ordo iuris:vnus ſcilicet de ſubſtãtia iudiciorũ,vt ſcilicet quis
poſt citationẽ habeat inducias,fiat litis cõteſtatio,teſtes reci
piantur:aliàs nõ tenet.d.§.diffinitiua.ij.q.vj. alius nõ de ſub-
ſtantia:vt ſcilicet ſententia nõ ferat ſub cõditione:nec prius
de poſſeſſorio quã de proprietate iudicetur.quæ tñ ſi nõ ſer
uetur,tenet.ij.q.vj.§.biduũ.Diffinitiua igitur ſi feratur cõtra
ordinem ſubſtãtialem.nulla eſt ipſo iure.d.§.diffinitiua.In-
tellige ſi induciæ petant.xxviij.q.iij.vxor.Si verò cõtra aliũ,
tenet.d.§.biduum.ij.q.vj.Interloquutoria verò etiam requi-
rit ordinem iuris.ſi tamen non ſeruetur,tenet quidem: ta-
men qui tulit,grauiter peccauit,& aliquando eſt ſuſpenſus:
vt in ſententia excommunicationis,vt in c.j.de ſen.exc.li.vj.
¶†Sextò quæritur,quid ſi duo ſint iudices,& proferant ſen- 6
tentias diuerſas?Et dico ſecundum Ray.& Hoſtien.quòd ſi
proceſſerunt ex iuriſdictione ordinaria,tenet illa quæ eſt ꝓ
reo,nõ quæ pro actore,niſi in cauſa fauorabili ſi ea feratur:
puta matrimonio,dote,libertate,ſiue teſtamento.Si verò ꝓ
ceſſerunt poteſtate delegata,vtraq; pendet ex arbitrio dele
gantis:ſi autem ex compromiſſo,neutra debet habere vigo
rem.extra de ſen.& re iu.duobus.¶†Septimò quæritur,vtrũ 7
religioſi ligentur ſententijs ſuorum prælatorum extra locũ
eorum?Et dicit Imol.in cle.dudũ.de ſepul.quòd non.&vide-
tur ſequi opinionem Lau.& Hoſt.in c.cùm illorum.de ſen.
exc.Sed Card.in d.cle.dicit quòd hoc procedit quo ad iuriſ-
dictionem contentioſam:quia non poteſt quis ſedem pone-
re in alieno territorio.de of.or.cùm epiſcopus.lib.vj.non au
tem quo ad voluntariam,& ſententias, ad quas non proce-
dit in forma iudicij:ſed verius eſt,ſecundum alios, quòd li-
gantur.de of.leg.nouit.¶†Octauò quæritur, vtrũ ſententia 8
lata inter aliquos alios liget vel alijs proſit? Et dico duo.
¶Primũ.Secundũ Ray.nec ſententia nec res inter alios acta
vel iudicata præiudicat alijs regulariter.de fi.inſtr.inter dile
ctos.& extra eo.quanuis.& C.res inter ali.act.per totũ.quod
tamen fallit primò cum cauſæ ſunt cõnexæ.lxxxj.diſ.tantis.
iij.q.vj.hoc quippe.de accuſa.ad petitionem.Secũdò in cauſa
libertatis.ff.de ſta.ho.l.ingenuum.Tertiò in cauſa filiatiõis.
ff.de liber.agno.l.j.Quartò quando quis fuit præſens,&ſcie-
bat cauſam agi.ff.de re iu.l.ſæpe.Quintò in q̃rela inofficio-
ſi teſtamẽti.ff.eo.l.qđ Papinianus.Et ſextò ſi actio vel defen
ſio primo loco pertineat ad aliquem, & ipſe ſcienter patia-
tur ſequentem experiri de re illa:quia intelligitur iuri ſuo re
nuntiare:vt ſi debitor paſſus ſit experiri creditorem de pro-
prietate pignoris,& ſuccubuit:ſi debitor poſtea vellet agere,
obſtabit



obſtabit ei res iudicata:vel etiam econuerſo creditor paſſus
ſit debitorẽ agere.ff.de re iu.l.ſæpe.& extra eo.c.pe.vbi hæc
no.in gl.¶Secundum.Nec res nec ſententia inter alios acta
ſecundũ Rayn.alteri prodeſt regulariter.quod tamen fallit
primò in querela inofficioſi teſta.ff.de inof.teſta.l. Papinia-
nus.§.meminiſſe.ſecundò in re indiuiſibili. tertiò in re cõi
cũ pupillo.quartò in re cõi cũ fiſco.pro quibus vide gl.ex tra
ep.c.pe.¶†Nonò quærit,vtrũ ſententia duret poſt mortem
ſententiãtis,vel extendat extra territoriũ?Et dicit Pan.in c.à
nobis.el j.de ſent.excõ.diſtinguendo. Nam ſi habet cauſam
ſucceſsiuam,ſiue eſt ad effectum producendum:puta inter-
dicit alicui artem vel officiũ ſuũ:tunc ſi eſt lata cũ cauſæ co
gnitione,durat.l.j.C.de poſtu.&ſic intellige l.j.§.ſed vrbem.
ff.de of.præfe.vbi præfectus licet ſit temporalis,aliquem per
petuò priuat officio aduocationis.Si verò ſine cauſæ cogni-
tione lata ſit,nõ durat.&ſic loquitur l.fi.ff.de pœ.Si verò eſt
quo ad effectũ productũ,puta quia vinculũ iniecit tempore
prolatiõis:ſicut durat etiã poſt mortem. Exemplũ in excõi-
catione vel publicatione bonorũ:quia niſi abſoluatur,ſem-
per erit excõmunicatus.de ma.& obe.c.vnico.lib.vj. facit c.
paſtoralis.§.j.de of.or.Quomodo autem extendatur extra
territoriũ.ſ.Pœna.xj.¶†Decimò quæritur, quis ſit effectus
ſententiæ?Et dico quòd eſt multiplex,ſecundum Ray.¶Pri
mò vt accipiatur pro veritate quantũ ad eos inter quos lata
eſt,intellige poſtquã tranſiuit in rem iudicatã, ſcilicet quòd
appellari nõ poteſt,id eſt,poſt decem dies.ff.de re iu.l.res iu
dicata.¶Secũdò vt in actionibus ꝑſonalibus executiõi mãde-
tur poſt quatuor menſes.de offi.dele.quærẽti.extra eo.quod
ad cõſultationẽ.In realibus verò cũ res certa petita eſt,puta
liber,ager,& equus,domus,& huiuſmodi,ſtatim poſt decem
dies cõceſſos ad appellandũ,& hoc ſi res eſt in præſentia.In-
ſti.de offi.iudi.in prin.& idem in actionibus criminalibus,in
quibus executio non eſt differenda.ij.q.j.ſicut. Fallit tamen
primò cũ Princeps ex vindicta ſeuerius fert ſententiam:quia
differtur ad minus per xxx.dies.xxj.q.iij.cũ apud.in fin.C.de
pœ.ſi vindicari.ſecundò cum ſententia lata eſt in mulierem
prægnantem:quia differtur vſq; ad partũ.l.prægnãtis.ff.de
pœ.Tertiò cũ quis eſt confeſſus de crimine,& deinde negat
de quo vide C.de cuſt.reo.l.ij.Quartò qñ capitalis ſententia
eſt lata in ſeruũ:quia differtur ad redditam rationem admi-
niſtrationis.C.de bo.proſc.l.j.¶†Vndecimò quæritur, vtrũ
ille pro quo data eſt iniuſta ſententia,reſtituere teneat quic
quid habuit cognita iniuſtitia? Et dicit Pan.in c.j.de conceſ.
præb.quòd ſic,ſi eſt declaratiua:quia talis ſententia non au-
fert directũ dominiũ:vt no.in l.Iulianus.de cõdi.inde.nec al
teri accreſcit ius:vt no.Inn.in c.pleriq;.de immu.ecc.& dicit
declaratiua ſemper qñ iudex inter litigantes ſententiat ad
illum vel illũ pertinere ſiue dari debere.Si verò ſit priuatiua:
puta cùm quis priuatur beneficio eccleſiaſtico,&conceditur
alteri,non tenetur reſtituere:quia ex quo nõ appellauit,vide
tur renũtiaſſe: & ideo cũ vacaret,potuit iſti cõcedi.Vide gl.
Inſti.de offi.iud.in fi.& per Cy.in l.j.C.cõmu.vtri.iud.& per
Bar.in l.Põponius.ff.de acqui.hære.& per Io.Cal.in c.propo
ſuit.de cõceſ.præb.Quod limita primũ,niſi talis fuerit in cã
ſcientiæ:& ſecũdò niſi in alijs beneficijs eccleſiaſticis:quia in
foro animæ teneretur:vt no.Inno.in d.c.pleriq;.niſi poſt ſen
tentiam tempore debito bona fide præſcripſerit.Vnde ma-
le & contra Ang.tenuit Sum.Roſ.in verbo,Reſtitutio.iiij.§.
ix.poſt S.Bern.indiſtinctè quòd ſententia illum defendit.

### De Sepultura & iure ſepulcri.

1 *Sepultura quotupliciter ſumat & vbi eſſe debeat locus eius.*
2 *Sepultura an vendi poſsit, vel pro ea aliquid exigi.*
3 *Sepulturæ ius quibus competat.*
4 *Funeris ius habentes an intrare poſsint proceſsionaliter aliam parochiam.*
5 *Sepulturam an quis eligere poſsit voto vel iuramento.*
6 *Sepulturam quis ſibi eligere poſsit, & quis alteri. num. 7.*
8 *Sepeliri vbi debeat qui ſepulturam non elegit.*
9 *Sepultura eccleſiaſtica qui priuentur, & de quibus dubitetur. nu. 10.*
11 *Sepelientes eum qui non debebat ſepeliri qualiter puniantur.*
12 *Sepultura an impediatur ob debita.*
13 *Mortuos an liceat ſpoliare.*
14 *Sepulturæ expenſas quis debeat.*
15 *Sepulturæ expenſas an ſtatutum laicorum poſsit limitare.*
16 *Sepultos indebitè à mendicantibus an poſsit ep̃s exhumare.*
17 *Leproſus an debeat ſepeliri cum alijs.*

SEPVLTVRA colligendo mentem Gof.& aliorum do
ctorum ſumitur tripliciter.¶Primò pro iure ſepeliendi
ſiue ſepulcri.quod quidem ſcđm Ray.eſt ius cõpetens eccle
ſiæ ad ſepeliendũ aliquos in cœmeterio ſuo proueniens ex
pontificis aſsignatiõe.ar.xiij.q.j.eccleſias.¶Secũdò pro ipſo
officio quod impenditur corporibus funerãdis.¶Tertio pro
loco,in quo aliquis eſt ſepultus vel ſepeliendus,ſiue ſit terra
ſiue arca lapidea,ſiue aliud:qui locus, ſi pontificali authori-
tate eſt ſepulturæ deputatus,religioſus eſt,etiam ſi nullus ſit
ibi ſepultus.de ſepul.abolendæ.xiij.q.ij.queſta eſt. &.c.poſt-
quam.&.c.præcipiendũ.Si verò non eſt ſic deputatus,ſecun-
dum Canones non eſt religioſus,etiam ſi ſit ibi aliquis ſepul
tus:vt no.Inno.in d.c.abolendæ.& facit c.ad hæc.de reli.do.
ſecundum leges tamen eſt religioſus,ſi ſit ibi aliquis ſepul-
tus de voluntate domini.quod intellige ſecundum gl.in c.in
eccleſiaſtico.xiij.q.ij.ſi eo animo eſt ibi ſepultus, vt ibi per-
petuò remaneat:aliàs remanet prophanus.ff.de reli.l.ſi quis
eo animo.Concord.tamen Pan.leges cum Canonibus, vt ſ.
Locus.§.j.¶†Primò verò quæritur,vbi debeat eſſe locus ſe
pulturæ?Et dicit Inn.in c.abolendæ.quòd apud eccleſiã.xvij. 1
q.iiij.ſicut.poteſt tamen cœmeterium aliquantulũ eſſe re-
motum ab eccleſia propter fœtorem: nõ tamen credimus
quòd alicui loco etiã religioſo,hoſpitali,vel huiuſmodi, poſ
ſit accedere ſepultura,niſi habeat eccleſiã.Sum.autem Ang.
tenet quòd ſepultura accedere nõ poteſt niſi ad eccleſiã cõ-
ſecratam:quod nullo iure probatur,&cõſuetudo nõ ſeruat:
& patet ex dictis & ſtatim dicendis:quia ex ſola deputatiõe
epiſcopi aliqua terra ſit cœmeteriũ. ¶†Secundò quæritur, 2
vtrum ſepultura vendi poſsit,ſeu pro ea aliquid exigi?Et di-
co quòd ſepultura,id eſt,ius ſepeliendi vendi non pot,ſcđm
Inno.in d.c.abolendæ.Vnde licet in vno cœmeterio multæ
eccleſiæ poſsint habere ius ſepeliendi mortuos ſuos, ſecũdũ
Arc.poſt eũdem Inn.ibi,tamen vna nõ poſſet alteri vendere
ſuũ ius:licet in neceſsitate vendere poſsit ſuũ cœmeterium,
vt dicetur.Similiter vendi nõ poteſt ſepultura,id eſt, officiũ
ſepulturæ vel pro ea aliquid exigi ſine ſimoniã ab iſtis cleri
cis,qui ad illud tenentur ratiõe beneficij.j.q.j.dictũ.xiij.q.ij.
præcipiendum.&.c.in eccleſiaſtico.de ſimo.cùm in eccleſiæ.
licet laici teneãtur ſeruare cõſuetudinem laudabilẽ:&,vt vi-
detur,ſub peccato mortali.ar.c.ad apoſtolicam.de ſimo.niſi
ex rationabili cauſa deſiſtant:alij verò clerici ad tale officiũ
non obligati ratione beneficij poterunt vendere,nõ quidem
illud officium,ſed laborem ſuum,accipiendo aliquid,non vt
pretium,ſed vt ſuſtentamentum.ar.c.charitatem.xij.q.ij. de
præſcri.cùm ex officij.& d.c.abolendæ.Sepultura autem,id
eſt,locus ſi ſit terra pura,in qua nullus ſit ſepultus,&quæ nõ
ſit deputata ſed deputanda ſepulturæ, vendi poteſt, xij.q.ij.
aurum.& concord.Innocen.& Hoſtienſ. Si verò deputatus

ſit authoritate pontificali vendi non poteſt ſecundum omnia iura:& ſimiliter ſi non ſit deputatus,tamen aliquis ſit ibi domini voluntate ſepultus,vendi non poteſt prohibente iure ciuili.ff.de rei ven.l.quæ religioſis.& ff.de relig. & ſum.l.ij. Sed ſecundum Pan.poſt Inno.in d.c.abolendæ.quòd vas lapideum aut ligneum factum pro aliquo ſepeliendo vendi poteſt,niſi ſit factum per pontificem,vel ad hoc ſpecialiter deputatum.de reli.do.ad hęc.Eccleſia tamen ex neceſsitate poteſt alteri eccleſiæ vendere ſicut vendit alia vaſa: ſi autem non eſt deputatum authoritate pontificis,licitè vendi pōt vt locus omnino priuatus. ¶Adde etiam idem eſſe ſecundū S. Th.de cœmeterio,vt ī.Simonia.§.ij.xj.&xij.§.par.iij.¶Adde etiam ſecundum Hoſt.quòd quicquid temporale datur vel promittitur vt electio ſepulturæ fiat,ſimonia eſt.j.q.j.quàm pio.& de pac.c.fi.¶Adde etiam quòd qui habent ſepulturas, in quibus non ponitur niſi confrater vel canonicus, ſi pactū faciunt aut eſt taxa pro quanto extraneus debeat ibi ſepeliri ſimonia eſt.de ſimo.audiuimus.&.c.ſicut.quia nec pro terra nec pro officio aliquid recipi debet.¶Sed tamen ꝓ prędictis aduerte quòd Pan.in c.ad apoſtolicam. de ſimo. tres habet concluſiones.¶Prima.Non valet conſuetudo vt tempore ſacramenti aliquid conferatur ab inuito.¶Secunda. Non poteſt conſuetudo introduci vt aliquid detur pro ſacramentis vbi præceſsit exactio:quia initium fuit ſimoniacum. In his duobus caſibus annullatur conſuetudo.¶Tertia. Valet conſuetudo vt aliquid detur tempore collationis ſeu ex poſt facto,vbi ex mera liberalitate populi fuit introducta: ita tamen vt ſacra prius liberaliter conferantur. Aut ergo hoc caſu voluit quis liberè dare tempore ſacramenti,& poteſt recipi aut noluit,& tunc ne videantur ſacramenta vendi, conferenda ſunt liberè:ſed poſtea fiat cōpulſio ad obſeruandā cōſuetudinem. Et hoc videtur ſonare d.c.ad apoſtolicā. ¶Notat idem Pan.in c.abolendæ.eo.tit. poſt gl. faciendam eſſe vim in modo petendi:quia ſi dicunt clerici,petimus hoc pro ſepultura:ſuccumbunt,etiam ſi allegant conſuetudinem.de ſimo.non ſatis.ſed debent dicere, conſuetudo eſt quòd pro mortuis aliquid detur,&c.quaſi velit gl quòd non debent ſe fundare vt aliquid detur pro officio, ſed ratione laudabilis cōſuetudinis.Et idem puto quādo eſt conſuetudo vt aliquid detur pro loco ſepulturæ, vt no.in d.c.ad apoſtolicā.Et pro hoc eſt tex.in l.priuilegia.C.de ſacroſan.eccl.vbi dicit̄ quòd ea quæ ab antiquo ſunt ſolita eccleſiæ & miniſtris tribui,nō debent alioquo modo impediri.Ex quo infert Panor.quod ſi ciuitas conſueuit eccleſiæ aliquid dare non poteſt, illud per ſtatutum immutare.¶Pro his etiam ſcito quòd talis cōſuetudo nō valeret, ſi eſſet conſuetum aliquid dari eccleſiæ vel miniſtris liberaliter nulla adiecta cauſa. Nam ad illam quæſtionem,vtrum ſcilicet poſsit introduci conſuetudo ex libera donatione,vel ex his quæ ſunt meræ facultatis:puta ſi ruſticus omni anno domino ſuo par caponum ſoluit: dicit Bar.in l.cum.de in rem verſo.ff.de vſu.quòd ſi ruſticus ſoluit ſimpliciter nō adiecta aliqua cauſa, pręſumit̄ titulus donationis,& nō inducitur cōſuetudo pro tempore futuro.Siverò ſoluit reſpectu certæ cauſæ: verbi gratia. pro laborerio quod teneo à te domine dono vnum par caponum: præſumitur titulus,etiā pro tēpore futuro,ſcilicet quatenus laborerium tenebit:& ſoluere cogetur.Et idem dic de ſimilibus.

3 ¶†Tertiò quæritur,quibus conueniat ius ſepulturæ? Et dico multa.¶Primum.Ius ſepulturæ competit generaliter eccleſijs parochialibus,ſecundum Ray.& adde ſecundum Inn. vel habentibus populum,& alijs, de quibus iure vel priuilegio conceſſum eſt,& hoc de iure Canonico:de ciuili autem competit omnibus quibus ineſt ius inferendi mortuos. ff.de mor.infer.per totum.¶Secundum.Secundum Hoſt.& Gof. laici non poſſunt habere ſepulturam ſeu ius ſepeliendi reſpectu proprietatis:quia loca religioſa eſſe non poſſunt in dominio alicuius,ſed habere poſſunt quantum ad vſum, vt ipſi & ſui ibi ſepeliantur:nec eis inuitis poteſt ibi extraneus ſepeliri.ad quod l.iij.§.ſi vſusfructus.ff.de reli. & ſump.fu.& idem videtur ſentire Pet.de Peru.in trac.de cano.por. ipſis tamen cum ſua domo extinctis bene poſſent talia loca, ſecundum eundem Petr.alijs concedi: quia mortuo vſurario vſus redit ad proprietarium libere.l.pe.C.de vſufr.ſecundum Vinc.autem poterit ibi extraneus ſepeliri propter neceſsitatem:quia propter hanc cauſam calices & alia ſacra eccleſiæ à laicis donata vendi poſſent.d.c.aurum.& not.Pan.in d.c.abolendæ.vnde dicit Ludo.de Ro.in ſuis ſingular.quòd ex iuſta cauſa poteſt prælatus in ſepulcro vnius aliquem immittere eo inuito ſecundum Canones: ſecus ſecundum leges. ¶Et per hæc patet ad quæſtionem illam, vtrum illi qui habent capellas ſibi à religioſis conceſſas,in quibus habent ſepulcra,poſſent nolentes priuari aut cogi ad recipiendum aliquos in ipſis ſepulcris:quia dicit Pet.de Peru.in trac.de cano.por.quòd non:quia talis capella ad ſepulcrum reputatur tanquam hoſpitium.xiij.q.ij.Ebron.de iure autem in fundo,in quo quis habet vſumfructum,non poteſt dominus habitare inuito vſuario.ff.de vſu & habi.l.ſi hæres.§.fi.Inſti.de vſu & habita.§.ſi verò vſus.Sed hoc dictū Petri procedit de iure ciuili,vel vbi talis impediretur ſuos mortuos inferre ſepulcro de iure verò canonico,dic cum Ludo. ¶Et idem videtur dicendum ſecundum Panorm.& Hoſtien. in ſedibus ſeu banchis:quia laici tale ius in eccleſia acquirere non poſſunt:ſed tolerantur ex gratia ſola in huiuſmodi,ſicut & iure patronatus:vt in cap.iij.de iure patro.¶Ex quibus infero quòd laico ſepultura concedatur cum hac conditione quòd nullus alius ibi ſepeliatur,non tenet conditio: quia turpis eſt,& pro non adiecta habenda.¶Tertium. Pactum quod fit cum rectore parochialis eccleſiæ de non recipiendo aliquos vel certos parochianos eius ad ſepulturam, ſeruari debet etiam ab his,quibus ab apoſtolica ſede ſepultura libera eſt conceſſa: etiam licet illi apud eos elegerint ſepeliri. de pact.pactum. libr.vj.¶†Quartò quæritur, vtrum habentes ius funerandi intrare poſsint proceſsionaliter aliam parochiam, & per ſe accipere funus,& alia conſueta facere? Et dico quòd ſic,ſi ex priuilegio papæ habent ſepulturam liberam:ſicut ſunt Prædicatores & Minores:vt in cle.dudum. de ſepul.etiam contradicente epiſcopo & curato: etiam non obſtante ſtatuto quod excommunicaret intrantes alienam parochiam: vt not.Oldr.conſi.xxiij.& ſequitur Gemi.in cap.vt animarum. de conſti.lib.vj.& do.Card.& Io.de Lign.in d.cle.dudum.& patet in cap.cùm liberum.&.c.præſentia.de ſepul. Et ratio eſt,quia conceſſa libera ſepultura conceſſum eſt iter ad capiendum funus:ſicut in ſimili conceſſo hauſtu aquæ,conceſſum eſt iter ad illud.ff.de ſerui.ruſt.pdi.l.iij.§.pe.& vl.& cōceſſo fine conceſſa ſunt omnia præparatoria & neceſſaria ad finem:vt in c.prudentiam.& in c.præterea.de offi.dele.& facit quod dictum eſt ſuprà, Liberè.Facit etiam quia in contractibus videtur tacitè actum vt ſeruetur conſuetudo loci: vt in l.quod ſi nolit.§.quia aſsidua. ff.de ædi. edi. & conſequenter idem videtur in priuilegio.& idem tenet Pet.de Ancha.in d.cle.dudum.Et cum ſepultura libera,niſi aliud habeat conſuetudo,non oportet primò funus portare ad eccleſiam curatam: quia non eſſet ſepultura libera ſi impediretur etiam ad tempus,vt patet ex dictis ſ. in verbo, Libere: imò per mare magnū poſſunt Prædicatores & Minores ea leuare vbi eſt conſuetudo,vel vbi presbyteri nollent leuare requiſiti:nec tenentur etiā prætextu cōſuetudinis ad eccleſiā parochialem deferre. Si verò cōceditur quidē ſepultura,ſed non libera,do.Ant.tenet quòd etiam poſſunt.Sed Richar.de Se.tenet quòd non.quod Gem.vbi ſ. dicit procedere vbi cōceditur ſolùm quod poſsint recipere eligētes ſepeliri apud eos.Sed dicendum eſt ſimpliciter quòd nō poſſunt ſine licentia epiſcopi vel curati,niſi habeāt ſepulturam liberam: quia de duabus ſeruitutibus vna ſublata remanet altera, vt dicit gloſ.magna in c.omnis.de pœn.& re.¶†Quintò quæritur vtrum quis poſsit eligere ſepulturam voto vel iuramēto? Et dico quòd eligere poteſt quis etiā nouā antiqua dimiſſa,etiam in loco minus religioſo,extra,eo.cum quis.lib.vj.Si quis tamē eligit nullam ſe habiturū ſepulturā,ſicut Marcellinus papa fecit in deteſtationem idololatriæ cōmiſſę,nō eſt implendum,vt not.diſt.xxj.c.nunc autem in gloſ.& ſecundū Hoſt.ſi quis eam eligit voto vel iuramēto motu proprio,ſeruare tenetur, niſi poſtea factus ſit religioſus, vel locus ille quaſi eſſet diſsipatus. de relig.do.inter.Si verò eam eligit in aliqua eccleſia ex hoc quòd inductus fuit ad iurandū aut vouendum vel aliàs promittendū,iuxta ea quæ dicta ſunt ſuprà Excōmunicatio. vij.§.xvj. talis nō pōt ibi ſepeliri:ſed ibi ſepelietur,vbi aliàs erat ſepeliēdus,ſi nō elegiſſet ſepulturā.vide ibi.¶†Sextò quæritur,quis poſsit ſibi eligere ſepulturā? Et dico quòd ſibi eligere poteſt ſepulturā quilibet tam maſculus quàm fœmina habēs liberū arbitriū &debitam ętatē, ita ſcilicet quòd ſit pubes,quāuis ſit in poteſtate patris, etiā ſine patris cōſenſu.c.licet.in princ.de ſepult.lib.vj.& xij.q.ij. §.ij.etiā ſi ſit ſeruus,ſecundū Pet.de Per.in tracta.de canon. por.& Io.in c.de vxore.eo.tit.& Hoſt.qa in ſpiritualibus ceſſat dominica poteſtas.de cōiu. ſer.c.j. Secus de impubere & eo qui nō eſt cōpos ſuæ mentis.c.vlt.de ſuc.ab inte.¶Hoc tamen fallit primò in religioſo,qui eligere nō poteſt, niſi quādo ita longè à monaſterijs ſui ordinis moritur,ꝙ ad ea commodè portari nō poteſt.extra eo.religioſi.li.vj.vel niſi ſit abbas aut prælatus,ſecundū Sum.Roſ.per rationē d.c.religioſi.ſcilicet cū nō habeāt velle vel nolle, quæ locum nō habet in prelato,cum habeat ſubditos in poteſtate ſua,& ipſe in alterius nō ſit poteſtate.Et facit, quia cōſtitutio capit intellectum & reſtrictionē ad limites rationis expreſſę.l. cū pater §.dulciſsimis.ff.de leg.j.quod ego verū puto in prælato non habente ſuperiorē in religione,ſed ſolùm epiſcopum aut papam,non in alio:qa etiā talis non habet velle nec nolle,etiā per accidens:& ſecundò in decapitando,& huiuſmodi,qui nō poteſt eligere ſi ſentētia eſt data,& appellatiōe nō eſt ſuſpēſa:quia nullā vltimā volūtatē poteſt dimittere.l.eius.ff.de teſta.qui etiā pro anima aliquid relinquere non poteſt,vt not. Io.And.in addi.ad Specul.in tit.de inſtru.edi.licet poſsit omnia ſacramenta petere & recipere,vt in cle.de pœn.& remiſ. Si verò ſentētia nō eſt data,vel appellatiōe ſuſpenſa,ſic pōt eligere.¶†Septimò quæritur quis poſsit vel nō poſsit eligere ſepulturam alteri? Et dico ꝙ eligere poteſt dominus pro ſeruo impubere,ſecundū Io.in c.de vxore.eo. ti.& ſimiliter pater pro filijs impuberibus quādo hoc habet cōſuetudo,ſecundū Pe.de Per.vbi ſ.per d.c.licet.de ſepul.lib.vj.& idē ibi Gem.Sed ſi cōſuetudo obſtaret, ſepeliet̄ cū ſuis maioribus, vel in eccleſia parochiali: vbi quærit Ioan.And. an detur electio propter diſiunctiuā.Et concludit quòd ordo literæ ſeruandus eſt.xliij.diſt.ſi rector.Et idem credit Gem.ibi de matre,& conſentit Archid.licet Zenze.neget:quia tex.loquitur, de patre:ſed ſi eſt conſuetudo,etiam de matre nihil obſtat,vt dicit Gem.Sed hoc limita pro filijs legitimis naturalibus & pro adoptiuis vel arrogatis, non autem pro ſpurijs vel naturalibus tantùm:quia appellatione filiorum non veniunt naturales tantùm vel ſpurij.l.generaliter.C.de inſtit.& ſubſtit. & in cle.j.de bap.Non poteſt etiam auus eligere pro nepote impubere,ſecundum eūdem Pet. quia in materia odioſa appellatione filiorū non continentur nepotes: cum aliter filij, aliter nepotes appellentur.Secus appellatione liberorum,vt in l.quid ſi nepotes.ff.de teſta.tut.multò minus frater aut alius collateralis:nec pater pro filio pubere,ſcd̄m eundē:quia d.c.licet.cōcedit electionē ſepulturæ ſolùm pro filio impubere.Vnde ſepeliētur iſti cū ſuis maioribis vel in eccleſia parochiali,vt in d.c.licet.

8 ¶†Octauò quærit̄,vbi debet ſepeliri qui nulla electa ſepultura decedit? Et ex Pet.de Per.vbi ſ.dico multa.¶Primū.Parochiani ſepeliri debēt nō in parochia, ſed vbi ſunt maiores eorū,ſecundū gl.in c.j.eo.tit.li.vj.& facit c.j.de ſepul.& eſt caſus in c. is q.eo.tit.li.vj. vbi hoc tenet Arch.& Io.An.in c.vt animarū.eo tit.li. vj. Cōſuetudo tamē ſecundū Arch.poſt Ray.& Inn.ſeruāda eſſet.Dicuntur autē hic maiores,ſecundū eundē Pe.pater & auus.xiij.q.ij.Ebron. iūcto c.j.de ſepult.Nec obſtat quòd ſtrictè & propriè maiores dicuntur ſuperiores tārùm vltra tritauū,vt in l. Iuriſconſultus.§.parentes.ff.de gradib.& l.quæcūq; §.parētes.ff.de in ius vo.quia illud verū eſt ſimpliciter,ſed nō in hoc caſu:vt videtur velle Old.cōſi.xxv.tum quia ſicut domiciliū inter viuos,ita ius ſepulturæ eſt inter mortuos. Cōſequitur autē qs originē ſeu domiciliū patris & aui,nō ſuperiorū,vt no.in l.aſſumptio.ff.ad muni.& de paro.c.fi. tum quia vnio ſepulturæ ex charitate & mutua dilectione procedit, quæ fuerat inter viuos:quę maior fuit ad patrē & auum quàm ad ſuperiores. Hæc ille valde bene.Nec obſtat qd̄ Pan. in c.nos. de ſepul. dicat cōtra hoc eſſe gl.in c.is qui.eo.tit.li.vj.dicēs ꝙ ſi in vna eccleſia ſepultus eſt pater,in alia reliqui maiores: ſepelietur filius in ſepulcro maiorū: quia dico hoc non eſſe cōtra Old. qui non loquitur de patre ſolo, ſed de patre & auo,qui ſunt maiores in plurali,nō autē pater. Vnde ſi proauus & atauus ſepulti eſſent in vno loco,& pater ac auus in alio:ſepelietur quis cū patre & auo:& ſi pater in vno loco & auus ac alij maiores in alio ſit ſepultus,ſepelietur filius cum auo & cæteris maioribus,ſecūdum gl.& Io.And.per c.iij.in in prin.&.c.fraternitatē.de ſepul.& per c.cum quis.eo.tit.lib.vj.ꝙ licet alij contrariū teneāt per tex.cōtrarios.xiij.q.ij.videtur verius:qa in c.ij.& iij.eod.ti.lib.vj.dicit ſepulcrum maiorū ab antiquo. Si aūt in nullo ſepulcro ſint plures maiores,ſed hic eſt pater ibi auus,& ſic de alijs:ſepelietur ſecūdū aliquos in parochia: quia nullū eſt ſepulcrū maiorum.Sed Secūdū Io.And.in nouel.de conſuetudine ſepelietur cū patre.tamē de iure primū eſt verius.Vnde ſecūdum Pet.de Pal.vbi ſ.ſi nō apparet vbi ſint ſepulcra maiorum,ſepelietur in eccleſia, vbi audit diuina,& percipit eccleſiaſtica ſacramēta,vt in c.j.de ſepul.& ibi per Innoc.& eſt caſus in d.c.is qui.& in c.in noſtra.eod.titu. Si autem in vna eccleſia audit diuina,& in alia percipit ſacramenta,vel eſt parochianus duarum eccleſiarū: ſi vtraq; eccleſia habet ius funerādi, locus eſt præuētioni de reſcript. duobus lib.vj.ſed obuētiones quartæ diuidētur.c. cum quis. eo.tit. lib.vj.& ſi nō eſt præuētio,ſed cōtendūt, diœceſanus concordabit partes.Si autem eccleſia,vbi de iure debet ſepeliri,ſit interdicta: ſi quidem eſt eccleſia ſepulcri maiorum, ſepelietur in parochia. Si verò eſt parochia, ſepelietur in eccleſia chathedrali:& ſi omnes iſtæ eſſent interdictæ,ſepelietur in monaſterio proximiori,ſecundum Archidiac.& Ioan. And.vel vbi debebat ſoluere decimas,ſecundum prædictos. Et prædicta intellige etiam de filio impubere.¶Pan.autem vbi ſ.tenet contra Pet. & Old. quòd filius potius cum patre quàm cum reliquis maioribus ſit tumulandus,ſi pater serioſe & ex electione,& non pręter propoſitū aliquo caſu ſit ibi

ſepultus:quia ita diſpoſuerunt patriarchę,quorũ actio eſt no
ſtra inſtructio.Sed dico fuiſſe particulare in patriarchis:quia
Abrahã fuit quo ad fidẽ quaſi alter Adã,id eſt,principiũ ge-
neris,cũ maiores eius fuerint infideles:& rurſus eorũ ſepul-
cra diſtabãt:ideoq; meritò Iſaac debuit ſepeliri cum ſuo pa
tre,nõ cum reliquis maioribus.¶Secũdũ.Peregrini & adue
næ ſepeliũtur in parochia,in qua moriũtur,ſi ſepulcra maio
rum ignorãtur,vel ad ea cõmodè ferri nõ poſſunt , ſecundũ
Pet.de Peru.vbi ſ.& Archi.c.j.e.tit.lib.vj. quod etiã Arch.ſe
quitur,niſi eſſet cõſuetudo quòd ſepeliretur in eccleſia ca-
thedrali.Secundũ gl.verò in c.in noſtra.eo.tit.& refert Pan.
in c.j.extra.eo.ſepelientur apud eccleſiã maiorẽ ſiue cathe-
dralẽ.qđ ſequitur Inn.d.Hoſt.& Car.facit c.vbicũq;.xiij.q.ij.
&.c.officiũ.de offi.Arch.qa eccleſia cathedralis adminiſtrat
talibus ſacramẽta:licet ad hoc dicat Arch.quòd illud c.offi-
ciũ loquitur in adminiſtratione ſacramentorũ,nõ in ſepultu
ra:alij verò dicũt quòd vtraq; eccleſia habet ius:& locus eſt
pręuẽtioni.quod ſequitur Sum.Ang.cõtra Supple.& Ro.do.
autem Ant.diſtinguit & bene.Si eñ iſte eſt religioſus,debet
ſepeliri in monaſterio ſui ordinis.xvj. q.j.c.j.intellige ſi põt.
aliàs dic vt de laico.Si verò ſit laicus:ſi quidẽ morã traxit in
parochia,in qua decedit,aut venit animo trahẽdi,vt ſcolares
in ea ſepeliẽtur:quia illa dicitur eius eccleſia parochialis.qđ
placet Pan.per not.in c.omnis.de Pœn.& re.& per gl.in cle.
j.de priui.Si verò morã nõ traxit,nec venit animo cõtrahẽ-
di,ſepelietur in eccleſia cathedrali,quod limitat niſi recepiſ
ſet ſacramẽta à ſacerdote parochiali:qa tacitè videretur ibi
elegiſſe ſepulturã.Sed Pan. dicit hoc dictum nõ fuiſſe bene
ponderatũ:quia ſi potuit à presbytero parochiali recipere ſa
cramẽta,cẽſenda eſſet illa eccleſia parochialis tranſeuntiũ:
& ſic idem dicendum erit de iure funerandi:cum omnia iſta
ſint de iure parochiali.Hęc ex illo bene.licet deinde ſiſtat in
hoc quòd ſepeliẽdus ſit in eccleſia parochiali, de quo ſuprà
Confeſſor.j.§.xj.Ideo dico ſtandum cõſuetudini: quæ ſi non
apparet,ſtabitur diſtinctioni dom.Ant.quia optimè iuribus
iura concordat, & opinioni diſtinguenti regulariter ſtatur.
¶Tertium.De damnatis ad mortem quãdo ſepeliri permit-
tuntur,idem dicitur ſecũdum Pet.de Peru.quòd de peregri
nis.¶Quartum.Filij ſi ſunt naturales tantùm, ſepeliẽtur ſe-
cundũ Pet.de Peru.cum patre, niſi pater fuiſſet in dignitate
l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb.Si verò ſunt ſpurij,nõ
ſepelientur cum patre:quia nec filij nominãdi ſunt.C.de in-
ceſt.& inut.nup.auth.ex complexu.nec etiã ſi legitimẽtur à
principe,niſi ad petitionẽ patris,& eo viuẽte feciſſet.Et facit
quod no.in auth.qui.mo.na.effi.ſui.Vnde tales ſepeliẽtur in
ſepulcro matris.argu.ff.ad municip.l.j. niſi ſit illuſtris fœmi
na.Si verò ſint filij adoptiui vel arrogati:ſi viuẽte patre ado
ptante moriũtur,in eius ſepulcro ſepeliẽtur. ſecus ſi eo mor
tuo:quia ſepelientur cum patre naturali,ſecũdum quod no.
plenè in c.vnico de cogna.lega.¶Quintum. Vxor ſi eſt car-
naliter cognita vel ducta ad domum viri,ſepelietur in ſepul
cro viri:quia iam aſſequuta eſt eius domiciliũ per conductio
nem.l.cum quædam puella.ff.de iuriſdi.omniũ iudi.vel quia
eſt effecta vna caro cum eo.d.cap.Ebron.aliàs non.Si tamen
ſit propter adulterium ſeparata, ſecus eſt:quia iam non eſt
de domo viri,niſi ſit reconciliata.Si autem plures habuit vi-
ros erit cum vltimo,cuius domicilium & honorem retinet,
tumulanda.eod.tit. cap.is qui lib.vj.vbi Ioan.And.dicit nota
bile verbum,hoc ſcilicet procedere , etiam ſi poſtquam fuit
vidua,reuerſa eſt ad domum patris:quia hæc priuilegia non
conferunt loco,ſed perſonæ.& idem ſi trãsferat ſe ad alium
locum:quia retinet domicilium mariti,ſecundum Archid.&
Ioan.ibi:vt l.filij.§.vidua.ff.ad mu.& ita tenet Summa Roſ.
& bene:licet Summa.Ang.dicat locum eſſe præuentioni,&
idem Gemi.ibi,addẽs quòd honor acquiſitus vxori ex quali-
tatibus mariti,non extinguitur morte mariti : ipſa tamen in
viduitate manẽte:& ſic regina nõ perdit hoc nomẽ per mor
tem mariti.Si autem vir habebat in vna eccleſia ſepulcra ma
iorum,& in alia elegit ſepulturam,& ibi iacet.vxor ſepelie-
tur vbi iacet maritus. d.c.Ebron . quod limita primò ſi fuit
legitimè ſepultus,non excõmunicatus,nec interdictus:& ſe-
cundò ſi commodè poteſt illuc deferri,ar.c.religioſi e.ti.li.
vj.Si autẽ ipſa prædecedat marito, an debeat ſepeliri in ſe-
pulcro maiorum ſuorum vel maiorum mariti: Pan.in c.de
vxore.eo.ti.dicit deciſionem eſſe dubiam & egere declara-
tione:quia ſi diceretur quòd in ſepulcro mariti:ſi ille alibi
eligeret ſepeliri,illa iaceret inter alienos:ſed tamẽ dicit ſtã-
dum cõſuetudini,qua ceſſante poſſet dici quòd ſepelietur in
ſepulcro mariti,ſi ipſe ſibi præparauit ſepulcrũ. ad quod §.
ſoror.xiij.q.ij.quia cum deſtinatione videtur maritus ſepul-
tus ibi.& idem vbi maritus nõ habet proprium ſepulcrum,
ſed dicit velle ſepeliri in ſepulcro maiorum ſuorũ: & ſi eius
voluntas nõ poſſet declarari,videtur ſepelienda in ſepulcro
maiorũ vxoris.¶Si autẽ ipſa vxor prædecedẽs elegiſſet ſibi
ſepulturã,& deinde maritus ſubſequatur ſepultura nõ electa
dubitatur,vt prius.Et ratio dubij poteſt elici ex dicto cap.is
qui.§.mulier.& rationes ibi expreſſe ceſſant in marito.& ta
men Pan.vbi ſuprà contrarium putat:quia propter vnionẽ
eorum in vita ius diſpoſuit vt vxor debeat ſepeliri cum mari
to:& conſequẽter ecõtrario:tamẽ quia in d.§.mulier.dicitur
quòd mulier debet ſequi maritũ ſuũ,& non dicit econtrario.
& quia indecẽs eſt vt vir ſequatur diſpoſitionem mulieris:ve
rius eſt primum. Sextum. Prælati eccleſiarum regulariter
ſepeliri decẽt in eccleſia vbi habẽt prętalurã:& ſi in duabus,
locus eſt præuẽtioni:vel melius ſepeliẽtur in ea in qua mo-
riuntur,ſecũdum Arch.in d.c.cum quis.alij verò clerici ſepe
liri debent in eccleſia vbi ſunt clerici ſeu beneficiati.¶Septi
mũ Religioſi verò ſepeliri debent apud locũ ſuæ religionis
vbi moriuntur.xvj.q.j.c.j.ſi tamẽ ſint nouitij nõ obligati re-
ligioni in genere,ſecũdum Arch.in d.c.cum quis & ſequitur
Sum.Ang.debent ſepeliri in eccleſia vbi de iure cõuenit.Sed
contrarium eſt in vſu:& merito, niſi eſſent in propoſito re-
deundi ad ſeculum:quia ſi eligunt ibi mori,eligunt,& ſepe-
liri.¶Octauum. Qui habet domiciliũ in ciuitate vel caſtro,
ſed ad villam ruralem ſe trãsfert cauſa recreationis vel exer
cẽdi ruralia,& ibi moritur:nõ ſepelitur in eccleſia rurali.ſed
in ſepulcro maiorũ ſuorũ,iuxta dicta ſ.parti.j.ſi ad illud cõ-
modè portari põt.d.c.is qui.eo.tit.lib.vj.vt ibi not.Archi . &
Io.And. Quid autem agẽdum ſit ſi eccleſia,apud quam quis
de iure debeat ſepeliri,ſit interdicta,vel apud eã propter cau
ſam contingentẽ ſepeliri non poſsit:vide ſuprà,Excõmuni-
catio.vij.excõmunicatione xvj.dub. iiij. ¶†Nonò quæritur, 9
qui ſunt de quibus certum eſt quòd eccleſiaſtica priuantur
ſepultura? Et dico ꝙ multa ſunt genera perſonarũ , quæ in
eccleſia vel cœmeterio ſeu in loco ſacro ſepeliri non debẽt.
¶Primò ſcilicet omnis infidelis,paganus,Iudæus,vel hæreti
cus:etiã ſi poſt mortẽ appareat de hæreſi.de cõſe.diſt.j.eccle
ſiam.& xxiiij.q.ij.ſanè.¶Secũdò moriens in torneamẽto.ex
tra eo.c.j.quod tamẽ de aſtãte nõ intelligit,ſecũdũ Veruec.
ſed de eo qui venit cauſa ſe excedẽdi, & armigeris ei ſerui-
entibus in armis.Et Hoſt.exponit etiã ſi quis ibi vulnus leta
le acceperit,licet poſtea ſuperuixerit:qui quãuis pœniteat,&
ei Euchariſtia nõ negetur:tamẽ eccleſiaſtica ſepultura carebit
vt ibi.Sed hic aduerte,ſcdm Sũ.Ro.poſt Ric.in iiij.di.xxvij.
ꝙ qui haſtiludia faciũt,peccãt mortaliter: cum ſimili ratiõe
videantur eſſe prohibita vt torneamenta. Ex quo infertur
quòd morientes in illis non ſepelientur in ſacrato. Ego au-
tem dico ex hoc haberi quòd haſtiludium & torneamentũ
non ſunt idem:& conſequenter quòd nec ſemper iſta pœna
habet locum in haſtiludio:vt etiam tenet Sum. Ang.in ver-
bo,torneamentum:ſed ſolùm quando inde imminet proba-
biliter periculum mortis.quod etiam tenet Arc.vt ſ.Ludus.
§.ij.par.vij.dictũ eſt.Vide etiã j.Torneamentũ . ¶Tertiò,is
qui ſe occidit.xiij.q.ij.in quibus.& xxiij.q.v.placuit.Intellige
ſecundũ Veruec.ex deſperatione vel iracũdia:ſecus ex ſatui
tate vel cõtra ſuã intentionem:vt ſi quis,vt euaderet,præci-
pitauit ſe in fluuiũ & perijt,ſecundũ Bern.extra eo.ex parte.
ar.di.xiij.nerui.& xxix.q.v.de occidendis.imò,ſecũdũ aliquos
ſi occidens ſe ex malo animo aliquandiu poſt vulnus viue-
ret,& oſtenderet ſigna cõtritionis,nõ denegaretur ei eccle
ſiaſtica ſepultura. ¶Quartò,is,quem certũ eſt & manifeſtũ
non fuiſſe cõfeſſum,vel nõ cõmunicaſſe ſemel in anno. de
pœ.& re.omnis.quod ſecundum Arc.poſt Io.de Imo.intelli
ge niſi in morte oſtenderit ſigna cõtritionis & emendatiõis
ſuper huiuſmodi . ad quod probandum ſufficit vnus teſtis
xxvj.q.vj.qui receſſerunt. ſed hæredes tenentur ſatisfacere.
pro eo.extra eo.parochiano.Hæc tamen ſecundũ Pan.in d.
c.ex parte.& alios Doc.non habent locũ in eo qui tempore
ſuo fuit cõfeſſus,& deinde morte etiam caſuali præuentus
ſine cõfeſsione deceſsit,quã tamen per annũ nõ cõtempſit:
nec in eo qui nõ eſt quidem cõfeſſus intra annũ :tamẽ hoc
eſt occultũ vel dubiũ:vt §.ſeq.¶Quintò, monachus inuen-
tus proprietarius.in fi.de ſta.mo.ſuper quodã. ¶Sextò,blaſ-
phemus Dei.extra de malef.in fi.¶Septimò,generaliter qui
libet notorius peccator decedens in ipſo notorio mortali.
xiij.q.ij.quibus.&.c.nõ exiſtimemus . quod intellige niſi ſint
eccleſiæ recõciliati:vel ſaltem ſigna cõtritionis appareãt:ad
quod probandũ ſufficit vnus teſtis,ſecundũ Archi.vt d.c.qui
recedũt.&.c.ſeq.iuncta gl.ſed hæredes tenentur ſatisfacere
pro eis.d.c.parochiano.Excipitur is qui moritur in tornea-
mento,vt dictũ eſt.¶Octauò, manifeſtus vſurarius.de vſur.
quia.& eo.tit.quanquã.lib.vj.& hoc niſi pœniteãt & faciant
cautionem.¶Nonò,interdictus nominatim:& hoc ſub pęna
excõicationis:vt in cle.j.eo.tit.& tempore interdicti illi qui
ſunt de loco interdicto eo durãte:vt habes ſ.Interdictũ.vj.§.
ij.¶Decimò,excõicatus maiore,etiã iniuſtè.xxiiij.q.ij. ſanè.
vt no.gl.de reſti.ſpol.literas.& ſecundũ Veruec. idem eſt de
excõicato minore notoriè.¶Vndecimò, ille cui eſt interdi-
ctus ingreſſus eccleſię.c.is qui.de ſen.exc.li.vj.¶Duodecimò
ille qui ſacerdotem filijs ſuis tutorem inſtituit.lxxxviij.diſt.
neq; apud.gl.ibi cõtrariũ tenet . Si quis prædictorũ de facto
in loco ſacro fuerit ſepultus,ſi diſcerni poſsit , exhumandus
eſt,aliàs nõ:extra eo.ſacris.& eccleſia vel cœmeteriũ recõci
liandũ.de conſe.ecc.vel alt.conſuluiſti.& ſi ſepultus fuit infi
delis,debent etiam tigna & parietes radi.de conſe.di.j.eccle
ſiam.ſi tamen de cadauere dubitetur vtrum ſit fidelis vel in-
fidelis,in meliorem partem interpretandum erit:niſi aliqua
pbabilitas appareat de oppoſito.d.c.ſacris.¶†Decimò quę-
ritur,de quibus ſit dubiũ an ſepeliri debeãt in ſacro? Et dico
multa.¶Primũ.Puer de ventre matris extractus,ſcilicet mor
tuus ſine baptiſmo,cùm ea ſepeliri nõ debet, ſed ſecus ſi nõ
eſſet extractus,ſecũdũ Ho.quia fœtus eſt pars ventris.de cõ
ſe.di.iiij.ſi qua.quod intellige ſi certũ eſt quòd mortuus ſit.
Si verò certum eſt vel dubitatur quòd viuat,debet ſcindi ma
ter,& puer baptizari,ſi viuit:ſi verò eſt mortuus , extra cœ-
meterium ſepeliri:mater tamen viua ſine mortali peccato
ſcindi non poſſet ſciſſura qua immineret periculum mortis.
¶Secundum. Parochiano qui intra annum non eſt confeſſus
nec communionem accepit,ſecundum Arc.poſt Io.de Imo.



ſacerdos ſepulturam interdicere non poteſt , licet contra-
rium videatur per d.c.omnis.tum quia in dubio præſumi de
bet ſalutis æternæ non immemor.j.q.vij.ſancimus . potuit
enim alicui mendicanti legitimè confiteri,& de eius manda
to ab euchariſtia abſtinere.: tũ quia tale quid eſſet occultũ:
occulti autem peccatores ſunt ſepeliendi: quia propter hoc
peccatum manifeſtari non debet . Et iſta intellige quando
hoc eſt occultum vel dubium:aliàs ſi eſſet certum & mani-
feſtum,ſecus,per d.c.omnis.¶Tertium.De raptore dic.vt ſ.
Rapina.§.j.¶Quartum.Suſpenſus vel aliter propter ſcelera
iuſtitiatus ſi moriatur impœnitens,pœnitentia & ſepultura
carebit.Si verò contritus,ſicut pœnitentia & viaticum,ita &
ſepultura,ſecundum Arc.non negabitur,etiam cum ſolenni
tate miſſæ & aliorum officiorum,ſecundum Pan . in d.c.ex
parte.xiij.q.ij.c.ſi.tamen ad eum deponendum de patibulo
requiritur licentia iudicis ſecularis:qui tamen debet eam fa
ciliter dare:vt in l.j.& ij.ff.de cada.pu.¶†Vndecimò quæri- 11
tur,quid de recipientibus aliquem ad ſepulturam in caſu nõ
conceſſo? Et dico duo.¶Primum . Sepelientes prædictos in
§.priore ſcienter,peccant mortaliter,ſecundum Arc.ar.xxv.
q.j.violatores.& vlterius ſepelientes publicè excommunica
tos,vel nominatim interdictos vel manifeſtos vſurarios,ſunt
excommunicati maiore:vt ſ.Excommunicatio.ix. §.v.& ge
neraliter, recipiens aliquem ad ſepulturam in caſu non con
ceſſo,tenetur reſtituere corpus ſi petatur,non ſolùm recen-
ter ſepultum,ſed etiam poſt:ita vt ſola oſſa ſupereſſe videan
tur,ſecundum Pan.in c.liberum.extra eo.& quicquid ratiõe
illius corporis perceperit:& hoc ratione malæ fidei,ſecundũ
gl.in d.c.cùm liberum.¶Secundum. Si ſacerdos parochialis
corpus eius qui alibi elegit ſepulturam violenter rapuerit,
vel funus ſpoliauit antequam veniret ad manus eorum qui
bus debebatur,ſecundum Hoſ.in d.c.cùm liberum , amittit
ius quod habebat:& idem ſi aliquis conuentus totus vel ma-
ior pars eius hoc fecerit:ſecus ſi pars minor vel ſolus præla-
tus.Vnde ſecundum Oldra.conſi.ccxxiiij.tenetur reſtituere
quicquid accepit,& ipſum corpus,& vltra hoc perdit quartã
canonicam:ad ſimilitudinem hæredis res hæreditarias ſub-
trahentis,qui in eis quartam Trebellianicam perdit & ius
inſtitutionis debitum,quod aliàs erat detracturus.l. Paulus.
reſpondit.ff.ad l.falci.& l.reſcriptum.ff. de his quibus vt in-
di.Pet.autem de Peru.vbi ſ.quantum ad hoc,id eſt,quartam
canonicam,tenet contrarium:quia delictum presbyteri ec-
cleſiæ nocere non debet.de or.cognit.c.ij.xvj.q.vj.ſi epiſco-
pum.& quod no.in reg.delictum.lib.vj.& in l. ſi quis in tan-
tam.C.vnde vi.Sed tamen primũ eſt verius, ſi quid tale fiat
à prælato:quia prælatus ſolus præiudicare poteſt eccleſiæ
in acquirendis.xvj.q.vj.§.ſi.ſicut ſeruus domino in acquiren
dis.C.de acqui.poſ.l.ſi.ſecus in iam quæſitis.¶†Duodecimò 12
quæritur,vtrum prætextu debiti poſsit impediri ſepultura
aut moleſtari moriturus? Et dico quòd accedens ad domum
moribundi,& ipſum vel alios moleſtãs , aut rebus eius inſi-
gnia ponens,ipſo iure ab actione,& in tantundem condem-
natur hæredibus defuncti,& publicatur tertia pars ſuorum
bonorũ,& eſt infamis:& idem in eo qui circa funus peccat.
C.de ſepul.vio.auth.item qui domũ. nec debet impediri ſe-
pultura p̃textu debiti vel cuiuſcũq; obligatiõis.C. de ſepul.
vio.l.cùm ſit.nec debet fieri moleſtia intra decẽ dies ab obi
tu:aliàs pro tũc eſt inutile:vt ibi in auth.ſed nec ante . Bene
tñ impediretur ſepultura in caſibus animæ,de quibus.ſ.§.ix.
¶†Decimotertiò quæritur,vtrum liceat mortuos ſpoliare? 13
Et dico quòd non:ſed imponitur pœna grauiſsima.ff.de ſe-
pul.vio.l.iij.quod intellige quantum ad ea quæ ex intentio-
ne tumulantium remanſerunt.¶†Decimoquartò quæritur, 14

quis teneatur ad expenſas ſepulturæ?Et dico quòd hæres:&
ab eo peti poſſunt:quia videtur quaſi contractum cum de-
functo.ff.de reli.& ſum.fu.l.j.& pater reſpectu filij , ac dñs
reſpectu ſerui.l.ſi quis.ff.eo.Item ſi mulier habet dotem, de
ipſa dote fient:& ſi habet alia bona,fient de dote & de eis ꝓ
rata.ff.eo.l.Neratius.Si verò nõ habet dotem nec alia bona
tenet Sum.Angel.indiſtinctè quòd tenetur vir. d.l.j.& d.l.ſi
quis.ſed Sup.& Sum.Ro.poſt Piſ.& Hoſ.& Sum.Con.diſtin-
guit:quia pater omnem impenſam præſtare debet,aut hęre
des mulieris,ſi eſt emancipata:& ſi hæredes nõ habet,neque
pater eſt ſoluendo,maritus cõuenitur in quantũ facere põt,
ne iniuria eius videat̃ quondã vxor eius inſepulta relinqui.l.
15 quod ſi nulla.ff.de reli.& ſum.fu.& hoc eſt verũ.¶†Decimo
quintò quæritur,vtrũ valeat ſtatutum factũ à laicis,quòd in
ſepultura non poſsit niſi tantũ expendi?Et dicit Lud.de Ro.
quòd non:quia licet non ſit factũ ſuper ſpiritualibus , eſt ta-
men ſuper cõnexis eiſdem.ar.l.quod ſi nolit. in ſi. ff.de ædi.
edi.& in c.cùm laicis.de re.ec.non alie.quod limita vt ſ̃.Im-
16 munitas.ij.§.ix.¶†Decimoſextò quęritur,vtrũ ſi mendican-
tes & alij exempti ſepeliant de facto cõtra cle.eos. de ſepul.
vſurarios manifeſtos,excõicatos publicè, & interdictos no-
minatim,poſsit epiſcopus loci facere de facto corpora iſto-
rum exhumari & proijci procul?Et dico quòd Pan . in c.ſa-
cris.extra eo.credit quòd nõ: quia perinde eſt ac ſi nõ eſſent
in ſua diœceſi:poſſet tamen dari remediũ vt impediat ſepul
turam antequã corpus ducatur ad locũ exemptũ : quia cùm
delinquatur in territorio ſuo poteſt obuiare,& illos in loco
17 priuato facere ſepeliri.vide ibi. ¶†Decimoſeptimò quæri-
tur,vtrũ leproſus debeat ſepeliri cũ alijs ? Et dicit Abbas in
d.cap.ſacris.quòd nõ : quia cui non communicamus in vita,
nec in morte communicamus.& ſequitur Pan. ibi , & Sum.
Roſ.Sed quia illud dictum intelligitur de communione ſpi
rituali,quæ ſola remanet poſt vitã:quæ etiã adducit Pan.nõ
probant,niſi quòd põt alibi ſepeliri:ideo melius Pe.de Anc.
tenet contrarium:cum hoc caſu eſſet contagionis pericu-
lum.De tranſlatione corporis iam ſepulti,vide ſ̃. Corpora.

## De Seruitute & Seruo.

1 *Seruitus humana quid,& quotuplex ſit.*
2 *Seruitus quid,& quotuplex ſit.*
3 *Seruus quot modis quis efficiatur.*
4 *Partus an ſequatur ventrem in ſeruitute & libertate.*
5 *Seruus quomodo efficiatur liber.*
9 *Serui an & quomodo poſsint ordinari.*
7 *Seruus contrahens an magis teneatur domino quàm coniugi.*
8 *Chriſtianus an poſsit infideli dari in ſeruum.*

SERVITVS,cùm multiplex ſit,omiſſa ea qua quis eſt
ſeruus Dei,& qua eſt ſeruus peccati, de humana intendo
loqui,qua homo homini,vel res rei in ordine ad hominem
ſubijcitur.¶†Primò ergo quærit̃,quid & quotuplex ſit ſer-
1 uitus humana?Et dico quòd in genere ſeruitus humana eſt
inſtitutio iuris gentiũ, adde vel generaliter humani , vt j̃.§.
ij.qua aliquid alicui cõtra naturã ſubijcitur.ar. Inſti.de iur.
perſo.§.ſeruitus.di.j.iuris gentiũ.xxj.q.ij.cũ redemptor.¶Eſt
aũt triplex.prima ſcilicet perſonalis , quæ eſt inſtitutio iuris
gentiũ,qua quis dominio alieno cõtra naturã ſubijcitur , vt
patet in prædictis iuribus:& ſecũda realis vel prædialis,ſcili
cet qua res ſubijcitur cõtra naturam, ſiue quæ debetur rei à
re:puta prædio,& nõ perſonæ.l.ſi vnus ex ſocijs.ff.de ſer.ru.
præ.ſicut hic fundus eſt obligatus pativiã & acceſſum ad illũ
vel illum,quod tamen eſt gratia hominum ſiue dominorũ.
& tertia eſt largè dicta,ſcilicet aſſcriptitia, quæ debetur rei
à perſona.Realis autem eſt triplex,vrbana ſcilicet,ruſticana
ac miſta.Eſt autem ſeruitus vrbana,quæ debetur prædijs vr
banis,ſiue quæ debetur intuitu alicuius ædificij habitabilis,
ſicut altius tollendi vel non tollendi, ne officiat luminibus,
vel proſpectui domus vicini:item ſtillicidij diuertendi in te-
ctum vel aream vicini.Seruitus autem ruſtica eſt quæ debe
tur prædijs ruſticis,ſiue quæ debetur prædio non gratia ali-
cuius ædificij habitabilis,veluti iter,actus,via,aquæ ductus,
aquæ hauſtus,pecoris appulſus ad aquã,& huiuſmodi.Et ſic
patet quòd talis eſt ſeruitus,quale prædium cui debetur.Va
de ſi ſtillicidia domus meæ,quæ eſt prædium vrbanum,cõ-
uerto in aream tuam,quæ eſt prędium ruſticum,ſeruitus eſt
vrbana:& contrario ſi tignum ędificij non habitabilis,id eſt,
non ad habitandum facti:ſed,verbi gratia , colligendarum
frugum,quod eſt prędium ruſticum,appono in parietem do
mus tuæ, quæ eſt prædium vrbanum,ſeruitus eſt ruſtica.Eſt
autem ſciendum quòd prædia vrbana dicuntur omnia ædifi
cia cauſa habitandi facta & ſtabuli continui, ſiue in ciuitate
ſint,ſiue in rure,vel vbicunq;.ff.de ſer.tam vr.quàm ru.præ-
di.l.j.ruſtica verò prædia dicuntur omnia prædia ſine domo
ad habitandum,licet habeant tectum pro fructibus colligẽ
dis,vel ſtabulum pro equis & iumentis ſeparatum ab ædifi-
cio habitatiõis:vt l.hoc iure.ff.qui.mo.pig.vel hypo. tac.cõ.
de quibus habes.in c.eccleſia.de conſti.Seruitus autem miſta
eſt,quæ debetur à re perſonæ.quæ ideo ſic dicitur,quia non
eſt meræ realis nec merè perſonalis: quanuis etiam dicatur
perſonalis:vt l.j.ff.de ſeruitu.quia cũ ꝑſona ſemper finitur:
vt l.iiij.§.fi.ff.qui.mo.vſusfr.amit.Dicitur & realis,quia tan-
quã ius reale vendicatur,ſed non rei vendicatione, quia cor
porale eſt:ſed quaſi vendicatur cùm agitur iniuriarum ſi ꝓ-
hibetur ire,& huiuſmodi:vt l.vti frui.§.vtrùm autem.ff.ſi v-
ſusfr.pet.vt no.Cy.in ru.C.de vſufr . ſpecies huius ſeruitutis
ſunt tres:ſcilicet vſus,habitatio,& vſusfructus.Hic autem ſo
lùm de perſonali ſeruitute intendo . ¶†Secundò quæritur,
2 quis,& quotuplex ſit ſeruus?Et dico quòd ſeruus eſt,qui hu-
mano iure alterius dominio ſubiectus eſt,arg.iurium & do-
ctorum,de quibus in §.priore. & eſt mens S.Tho.in iiij.diſt.
xxxvj.dicentis quòd ſeruitus eſt de iure poſitiuo, ſed à natu-
rali proficiſcitur,ſicut determinatũ ab indeterminato.Cùm
autem ſeruus dicatur relatiuè ad dominum,tot modis dici-
tur,quot & dominus.Vnde duplex eſt ſeruus,ſcilicet impro-
priè dictus,vt ſubiectus ſimpliciter iuriſdictioni alicuius,ma
ximè temporali,puta Principis vel epiſcopi.qui etiam dici-
tur dominus,licet melius dicatur pater:& qui in aliquo ſerui
tio alicui obligatur.quod ſi ſit temporale dicitur mercena-
rius communiter:ſi verò ſit perpetuum dicitur aliquando
vaſallus,de quo ſ̃.Feudum.& j̃.Vaſallus . Aliquando dicitur
aſſcriptitius vel originarius,quod idem eſt: qui aſſcriptitius
ideo dicitur,quia ita aſſcriptus eſt terris colendis quòd à cul
tura ſine voluntate domini recedere nõ poteſt,nec vendi ſi-
ne gleba,nec gleba ſine eo:& originarius,qui ab origine ta
lis ſit:dicitur etiam colonus à terra colenda.Iſte non eſt pro
priè ſeruus,ſecundum gl.Ray.nec repelli debet ab actibus
legitimis:niſi quòd ad ordines non debet admitti,vt no.in c.
multorum.de Iudæ.in gl.& di.liiij.quis autem leges. de vo-
luntate tamen domini bene poteſt ordinari, vt no.gl.in d.c.
multorũ.per c.ſi quis obligatus.di.liiij.imò & quãdoq; con-
tra ipſius dñi voluntatem,ſcilicet in ipſis poſſeſsionibus: ita
tñ vt clericus factus impoſitã ſibi agriculturã adimpleat: vt
in c.ſi ſeruus.ea.di.Eſt & alius ſeruus dictus propriè qui non
eſt ſui iuris,ſed ſeruilis cõditiõis:& de iſto principaliter hic
3 intendimus.¶†Tertiò quærit̃,quibus modis quis ſeruus effi
ciatur vel cõtrahat ſeruitutem?Et dico quòd multis.¶Pri-
mò ex natiuitate:vt cùm quis naſcitur de matre ancilla,qui
& verna



& vernaculus dicitur,& ſimiliter talium filij:quia ſecundum
S.Tho in iiij.di.xxxvj.& iura ciuilia,partus ſequitur vẽtrem
id eſt,matrẽ quantũ ad cõditionẽ ſeruitutis vel libertatis.de
quo j̃.§.iiij.¶Secũdò ex iure,ſicut ſeruus eſt iure gentiũ, qui
capitur in bello iuſto ſecũdũ glo.in c.ius gentiũ diſt.j. per c.
dicat.xxiij.q.v.& fugiẽdo peccaret.quod tamẽ fallit ſi capia-
tur Chriſtianus : & iure ciuili ſimiliter efficitur ſeruus,qui
maior xx.annis patitur ſe vẽdi ad participandũ pretiũ.Inſtit.
de iure perſo.§.ſerui autem.& libertus ingratus patrono:qui
licet nõ efficiatur ſeruus ipſo facto,tamen reducitur in ſeru i
tutẽ.l.ſi manumiſſus.C.de lib.& eo.lib.fingẽs ſe inualidũ vt
mẽdicet.C . de mẽdi.vali.l.vnica.Et ſimiliter iure canonico
effcit̃ ſeruus raptor mulieris, vt ſ̃.Raptor.§.j.& ferens auxi
lium Saracenis,vt ſ̃.Excõmunicatio.vij.§.xxj.& mulier libe
ra ſciẽter cõtrahens cum exiſtẽte in ſacris. redigenda eſt in
ſeruitutẽ.di.xxxij.eos qui.& filij inde nati debent effici ſerui
eccleſiæ.xiij.q.ſi.cũ multæ.¶Tertiò emptione,vt quia eo in
uito vẽditur ab alio:de quo tamẽ vide ſ̃.Iudęus.§.iij. vel qa
patitur ſe vendi.Ad quod tamen ſecũdum Hoſt.Goſ.& Azo.
ſex requirũtur. Primò quòd ſit maior xx.annis.C.de lib.cau.
ſi miniſteriũ.Secũdò ꝙ intendat pretiũ participare.C.eod.l.
nõ ideo.Tertiò quòd in veritate participet.ff.qui.ad lib.pro.
da.l.j.Quartò ꝙ emptor credat ipſum eſſe ſeruũ. ff.de lib.
cau.l.liberis.§.ſi quis ſciẽs.Quintò quòd is qui vẽditur,ſciat
conditionẽ ſuã,id eſt,ſe eſſe liberũ.ff.qui ad libe procla.non
lil.iiij.Sextò ꝙ vẽditor ſimiliter ſciat eũ eſſe liberũ.d.l. iiij.
Quorum ſex ſi aliquid deficiat,nõ valet,ſed iure cõmuni re-
uocatur in ingenuitatẽ.Si verò nihil deficiat,etiam ſi poſtea
manumittat̃,nõ fit ingenuus,ſed libertus.ff.de ſtat.ho.l. ho-
mo liber.niſi reddat domino prætiũ.ff.ſi inge.manu.l.ij. qđ
tamẽ pretiũ dominus recipere nõ cogitur inuitus ſecũdum
quoſdã.& videtur hoc tenere gl.in d.l.ij. ¶†Quartò quæri-
4 tur,vtrũ partus ventrẽ,id eſt,matrẽ ſequatur,ſcilicet in con-
ditione ſeruili?Et dicit S.Th.in iiij.di.xxxvj. quòd partus ſe-
quitur matrẽ in libertate & ſeruitute:quia iſta pertinent ad
corpus quod eſt à matre:ſed in pertinẽtibus ad dignitatem,
quę eſt ex forma rei vt in honoribus,muneribus,municipijs,
nobilitate,& huiuſmodi,ſequitur patrẽ,ſecundũ iura diuina,
canonica & ciuilia:licet in quibuſdã terris nõ ſubiectis Im-
perio ſequatur deteriorẽ conditionẽ: vt ſi pater ſit ſeruus.&
mater libera , filij ſint ſerui. Hæc ex illo.Vnde dic.ꝙ filius
denominatur à patre de iure:vt in c.ij.de cõuer.infid. & In-
ſti.de leg.ag tu.§.j.Ex hoc qa ſequitur familiã & agnationẽ
patris.Nõ obſtat c.Raynutius.de teſta.quia ſecũdũ Io.And.
illud erat per ſuperbiã:quia mater erat nobilior, & ſequitur
priuilegium patris in tribus:primò quo ad honores:ſecundò
quo ad conditionẽ curialẽ.C.de decu.l.eos.l.exẽplo.& l.nul-
lus.tertiò quo ad originẽ.ff.ad munici.l.j. Vide gl.in c.dicat.
xxxij.q.iiij.& in l.cum legitimè.ff.de ſta.ho. Quãtũ verò ad
conditionem ſeruilẽ de iure nõ ſequitur conditionẽ patris,
ſed matris,ſecundũ gl.quam cõmuniter ſequuntur docto.in
c.j.de cõiug.ſer.quæ vult quòd partus ancillæ erit penęs do
minum ancillæ.l.& ſeruorũ.ff.de ſta. ho. Pro quo facit text.
in l.partum.C.de rei vend.& not.in cap.vnico de na.ex libe.
ven.& in cap.fin.de ſer.non ord.& Inſti.de iure perſo.§.fina.
Nec obſtat cap.liberi.xxxij.q.iiij.vbi natus ſequitur deterio-
rem partem:quia ſecundũ gloſ.exponitur, deteriorẽ, id eſt,
matrem,quę eſt fragilior. Vel ſecundum glo.ibi intelligitur
ſecundum legem Lombardorum & Theutonicorum,nõ au
tem Romanorum.Sed tamen Panor.in cap.licet de coniug.
ſer.hoc limitat verum, niſi conſuetudo vel ſtatutum habeat
aliud:ſicut hodie natus ex ancilla non eſt ſeruus, ſi pater eſt
liber,& idem Pet.de Palu.& eſt de mente Ioan.And.limitat
etiam Arch.hoc verum in natis ex matrimonio:quia nati ex
illicita copula,vndecunq; naſcãtur,ſunt ignobiles:nõ tamen
ſerui eorũ qui ſunt domini ſeruorum vel ancillarũ ex quibus
nati ſunt,vt vſus oſtendit:imò in natis ex matrimonio,ſecun
dum Pet.de Pa.nõ videtur verum ſi dominus cõtrahat cum
ſua ancilla,vel domina cum ſeruo:quòd iure diuino nõ pro-
hibetur,& ſi ciuili: quia tunc ancilla illa vel ſeruus in liber-
tatem eripitur,cum nec ancilla, nec ſeruus ſit ſocius,vt eſt
coniunx.¶†Quinto quæritur,quomodo ſeruus efficiatur li 5
ber?Et dico quòd multis modis,ſecundum Hoſt.¶Primò,ſi
eũ languidũ dominus expoſuit,aut ei alimẽta negauit : qui-
bus caſibus etiã libertus efficitur ingenuus.extra eo.c.vnico.
nec qui eos ſuſcipit,poteſt ſibi per hoc in eis ius aliquod vẽdi
care.¶Secundò,ſi quis ancillã vẽdit ne proſtituatur, & em-
ptor facit cõtra.¶Tertiò ſi pileatus incedit ante domini ſui
cadauer.¶Quartò,ſi poſtea quàm data eſt ſententia cõtra
eum qui dicebatur ſeruus dominus poſtea pretium recipiat.
¶Quintò,ſi dominus ancillam in matrimonio collocauit
ſcribẽs pro ea dotẽ.¶Sexto,ſi ſeruũ appellauit filiũ actibus
interuenientibus quaſi in figura iudicij.¶Septimò, ſi domi-
nus dedit ſeruo inſtrumẽtũ, per qđ ſeruitus eius ꝓbabatur,
& alijs.caſibus,qui habẽtur C.ex qui.cau.ſer. pro prę.li.acci.
in l.j.& per totũ.vt ſi cõuincit in iudicio reum necis domini
ſui:vel accuſat falſarium monetæ,vel raptorem virginis diſ
ſimulatione præteritũ,& huiuſmodi.Efficitur etiam per em
ptionem factam à Iudæo:vt ſ̃.Iudæus.& per manumiſsionẽ
Adde quòd ſi ancilla impetatur à domino de turpitudine,fu
gere poteſt in cõſciẽtia,& ſtare vt libera quia dominus abu
titur ſua poteſtate,& põt officiũ epiſcopi implorare vt ma-
numittatur: & poteſt ipſe ad iſtud cõpellere.l. ſi lenones.C.
de epiſcop.audi.¶†Sextò quæritur,quid iuris de ordinatio- 6
ne ſeruorũ?Et dico multa?¶Primum. Nullus ſeruus eccle-
ſiæ vel priuati debet niſi prius manumittatur.diſt.liiij.per to
tũ.& ſi ordinatus fuerit libertate nõ accepta,ſecundũ Ray.ſi
dñs ſcit,& non contradixit,efficitur ingenuus.di.liiij.ſi dño
ſciẽte.& hoc verũ quo ad quoſcũq; ordines.& idẽ Goſ.& In-
noc.Si verò dominus ignorauit aut cõtradixit:diſtinguit:qa
ſi ordinator vel præſentator ſciuit , ordinatus remanebit in
ordine:ſed alter illorũ cõdẽnabitur domino in duplũ di.liiij.
ſi ſeruus abſente dño.& hoc ſi alter tantũ ſciuit:ſi autẽ am-
bo ſciuerũt,dabit vnũ pręſentator & aliũ ordinator:& ſi neu
ter eſt ſoluendo,poterit dñs poſtulare eum ſibi reſtitui.diſt.
ea.ex antiquis.Si autẽ neuter eorũ ſciuit , ſi ordinatus eſt in
ſacerdotem , remanebit in eodẽ ordine,peculio,ſi quod ha-
bet,domino reſtituto.& ſi peculium nõ habet,nec eſt qui re
dimat ipſum,debet domino ſuo reddi ad ſeruiendum illi in
decẽtibus ordinem ſuum:puta horis canonicis miſſa,& hu-
iuſmodi.diſtin.liiij.frequens.Et ſi contumax hoc renuat,de-
bet deponi.extra eo.nullus. in fi.Si verò ordinatus eſt in dia
conum,dabit pro ſe vicarium, & ipſe remanebit in ordine:
aliàs reuocabitur in ſeruitutem,niſi quis eum redimat.Idem
de ſubdiacono intellige extra eo.miramur.In alijs autẽ or-
dinibus abſolutè in ſeruitutem reuocatur.diſtin.liiij.nulli.&
cap.ex antiquis.& concor. ſatis Goſr.& Innoc.¶Secundum.
Prædicta intellige ſi dominus repetat intra annum ab ordi
natione ſecundum Hug.aut verius à ſcientia domini ſecun-
dum Ray.Goſ.Hoſti.& Pet.¶Tertium.Talis ſeruus depoſi
tus tenetur continere, vt no.diſt.liiij.nulli.& nõ gaudet ali-
quo priuilegio clericali,niſi quòd verberari nõ poteſt:vt no.
glo.in c.ij diſt.ea.de quo extra de cle.coniu.Ioannes,&.c.ſe
quen.aliàs verberans eſt excommunicatus,ſecundum Inno.
¶Quartũ.Secũdũ Inn.idẽ eſt in originarijs & adſcriptitijs &
omnibus obligatis cõditiõe ſeruili vel ratiocinio vel tyroci-

nio,& idem in libertis ſi aliquod obſequium patronus ſibi re
tinuit.diſ.liiij.quicũq;,& idẽ in obligatis functionibus,id eſt,
publicis officijs.diſt.lj.præterea.Quintum.Ratio quare ſer-
uus reddatur domino:cum alia res conſecrata nõ reddatur:
vt iiij. q.vlt:comperimus.ſecundũ Gof.Hoſt.Vld.& Pet.eſt:
quia in alijs rebus nõ eſt dolus vt in homine: tũ quia in alijs
conſecratio eſt in ſuperficie,nõ in anima:ideoq; non debent
manu profana tractari.xxx.q.vij.licitè.Vtrũ autẽ ſeruus poſ-
ſit ordinari domino retinente ſibi aliqua iure patroni,vide ſ̃.
Manumiſsio.§.v. De coniugio autem ſeruorum, vide ſuprà,
Matrimonium.vj§.j.ad fi.& Matrimonium.viij.§.ij.¶Septi-
7 mò quæritur,†vtrũ ſeruus vel ancilla cõtrahẽs teneatur ma
gis domino quàm cõiugi, vel econtrario?Et dico ꝙ tenetur
magis reddere debitũ cõiugi quàm ſeruitiũ domino,ſi volũ-
tate eius cõtraxit:quia ex quo cõſenſit in matrimoniũ,cõſen
ſit in acceſſoria.de offic.dele.prudentiã.& l.ad legatũ. ff.de
procurat.Nec põt dominus ſine peccato mortali aliter eum
diſtrahere,quòd loco & tẽpore debito impediretur reddere
debitũ.& idẽ dic ſi ſunt diuerſorũ dominorũ,& ambo cõſen
ſerũt.Et ita limita Tanc.& alios tenẽtes quòd vẽdi nequeũt
ſcilicet ſic quòd impediatur dicta redditio.Si verò contraxit
domino ignorante vel cõtradicẽte,licet teneat matrimoniũ:
magis tamẽ tenetur domino de obſequio, quàm coniugi de
redditione debiti:vt not.do.Ant.Car.& Pan.& communiter
docto.in c.j.de cõiu.ſer.& poterit vendi ad libitum: licet ſe-
cundum Sco.in venditione de bono & æquo deberet atten-
dere dominus,ne dicta redditio impediretur:imò videtur ad
hoc teneri,ſi ſine ſuo præiudicio hoc poteſt.alioquin iniuſtè
8 lęderet proximum.¶Octauò quæritur,†vtrum liceat Chri-
ſtiano dare ſe infideli in ſeruum tẽpore perſecutionis cum
pacto non dimittendi ritus Chriſtianos ? Et dicit Innoc.in.c.
niſi cum pridem.de renun.quòd ſic.

¶S i,quando faciat conditionem,& quando non, vide ſ̃.
Conditio.& ſ̃.Legatum.j.§.j.

¶S i g i l l v m quis poſsit habere:dic ſecũdũ diſtinctio
nem datã ſ̃.de Inſignijs:& no.in c.dilecta.de exceſ.prel.

## De Simonia.

1 *Simonia quid.*
2 *Vendi quæ poßint vel non poßint ſine vitio ſimoniæ.*
3 *Simoniam eſſe néc ne quibus modis cognoſcatur.*
4 *Simonia an cadat in quemlibet,etiam in papam & contra-
hentem cum papa.*
5 *Simonia an ſola voluntate contrahatur.*
6 *Simonia quot modis committatur.*
7 *Simonia an ſit dare aliquid pro remißione peccatorum, &
pro ſacramento.nu.8.& pro alijs actibus.nu.9.*
10 *Simonia an ſit vendere ſcientiam.*
11 *Simonia an committatur accipiendo aliquid pro funere.*
12 *Simonia an ſit aliquid dare pro annexis ſpiritualibus.*
13 *Simonia an ſit aliquid dare pro beneficijs eccleſiaſticis ſeu di-
gnitatibus.*
14 *Simonia an committatur in locando fructus beneficiorum vel
aliter diſtrahendo.*
15 *Simonia qualiter committatur in religionis ingreſſu.*
16 *Simonia qualiter committatur ſine pecunia. ſed munere vel
obſequio.*
17 *Paciſci an aliquo modo liceat de temporalibus ad ſpiritualia.*
18 *Simoniacorũ quotuplex ſit pœna et q̃d de mediatoribus.n.19.*
20 *Simoniæ quæ ſit debita reſtitutio.*

S i m o n i a à Simone mago dicta eſt,q̃ poteſtatẽ dandi
Spiritũ ſanctũ cõparare voluit pecunia.vt poſtea vẽdẽdo
ſigna lucraretur:vt patet Acto.viij.& j.q.j.ſaluator,nũ aũt di
cta eſt Giezia à Giezi,qui donũ Dei vendidit ſolum.De hac
S.Tho.ptractat ij.ij.q.100.& in iiij. diſt.xxv. & in quol.ij.&
ſimiliter in viij.¶Primò autem quæritur,† quid ſit ſimonia, 1
& quomodo intelligit eius diffinitio ? Et dico multa. ¶Pri-
mũ.Simonia ſecũdũ S.Tho.ij.ij.q.100.& penè omnes Theo
logos ac Iuriſtas cõmuniter eſt ſtudioſa volũtas emendi aut
vendẽdi aliquid ſpirituale aut ſpirituali annexũ . Addit Pan.
in c.nemo.eo.ti.opere ſubſequuto.quod nõ fuit neceſſe quo
ad Deũ:quia in voluntate ſtudioſa,id eſt deliberata peccatũ
conſummatur:ſed ſolùm quo ad iudiciũ eccleſiæ.quæ nõ iu-
dicat de occultis,niſi procedãt ad extra.¶Secundũ. Nomine
autẽ emptionis & venditionis ſecundũ S.Th.ij.ij.intelligitur
omnis cõtractus nõ gratuitus:vt ſcilicet trãſactio,renũtiatio
& permutatio:licet prelatus ex officio ſuo poſsit permutare
beneficia vel prębendas:vt ſ̃.Permutatio.ij.§.iiij.huiuſmodi
etiã eſt remiſsio:quia ſecũdũ Dir.remittere idẽ eſt quod da-
re.j.q.j.ſi qui ſunt.Limitat tamẽ gl.in c.j.de teſtib. quãdo ex
remiſsione cõmodũ applicat̃ parti.limitat etiã ibi Pan.quã-
do debitũ eſt liquidũ.vide ibi.Adde ꝙ nomine emptionis ve
nit etiã redẽptio.Vnde ſcd̃m Ray.ſpiritualia ſicut nõ debẽt
vẽdi vel emi:ita nec redimi. quod Veruec. limitat ab eo qui
iuſtè poſsidebat: extra eo.querelã. ſecus à poſsidẽte iniuſtè:
ſicut redimũtur decimæ. Sed iſta limitatio nõ eſt neceſſaria
nec redemptio decimarũ eſt redẽptio ſpiritualis alicuius,ſed
tẽporalis:vt ſ̃.Decimæ.in fi.& j̃.§.iij.reg.iiij.¶Tertiũ.Spiri-
tuale autẽ ſecũdũ S.Tho ij.ij.& in iiij.vbi ſ̃.& ſecundũ Rich.
& Pan.in c.cõſulere.de ſimo.& Aſtẽ.dicit̃ tripliciter. Primò
ſcilicet eſſentialiter,vt gratia & virtutes:ꝑ quas intellige o-
mnia alia ſpiritualia vel ſupernaturalia dona:& cauſaliter,vt
ſacramẽta quę ſunt cauſa gratiæ,& cõſequẽter virtutũ:& ef
fectualiter ſeu effectiuè,vt actus ex ſpirituali gratia & ſacro
officio vel quocũq; ſpirituali dono ꝓcedẽtes:vt baptizare,
officiũ diuinũ celebrare,miracula facere,& huiuſmodi: quæ
etiã dici pñt ſpiritualia ꝑ cauſam , inquãtũ à ſpirituali cau-
ſantur,& ad ſpirituale diſponũt. ¶Quartũ ſpirituali verò an
nexũ,ſecũdũ S.Tho.in iiij.& alios dicitur dupliciter. Primò 5
ſicut ad ſpirituale ordinatũ,ſicut ius patronatus q̃d ordina-
tur ad p̃ſentãdũ clericos ad beneficia, & vaſa ſacra ordinata
ad ſacramẽtorũ vſum:adde & generaliter omne,in quo ſpi-
rituale miniſtratur,vt ſacra veſtis,eccleſia, cœmeteriũ,reli-
quię ſanctorũ,& omnis ſacra res.Licet autẽ ius ſepulturę nõ
ſit annexũ iſto modo,ſed ſequẽti,tamẽ cœmeteriũ eſt anne-
xum iſto modo.Scd̃ò ſicut ex ſpiritualibus depẽdẽs:vt habe-
re eccleſiaſtica beneficia,quod nõ cõpetit niſi habẽti officiũ
clericale:vel ius percipiẽdi decimas,primitias,oblationes,&
ius ſepulturæ,& quicquid cõpetit clericis ratione ordinis, vt
pulſare cãpanas,claudere oſtia eccleſiæ,& ſimilia,& ius etiã
primogenituræ.¶Quintũ.Nomine autẽ pecuniæ, qua em-
ptio & vẽditio cõtrahitur,intelligitur ſecũdũ.S.Th.ij.ij.omẽ
illud,cuius pretium põt pecunia ęſtimari:vt patet in iij.Ethi.
¶Sextũ.Prędicta autẽ intellige dicta de ſpirituali ſuperna-
turali,ſiue,vt alij dicũt,in ordine ad Spiritũ ſanctũ:loquẽdo
verò de ſpirituali naturali ſiue in ordine ad ſpiritũ humanũ
dico quòd hoc ſpirituale dupliciter dicitur.Primò ſcilicet ꝑ
eſſentiã,vt omnes ſciẽtiæ,& virtutes naturaliter acquiſitæ:
& ſecũdò per cauſam,vt doctrinã taliũ ſciẽtiarũ:& idẽ vide-
tur de actib⁹ taliũ virtutũ:vt iudicare eſt actus iuſtitię:annexũ
autẽ huic ſpirituali ſunt,libri ſcholæ,& hm̃oi. & de his dice-
tur j̃.eod.tit.¶†Secundò quęritur,quæ inter prædicta vendi 2
poſſunt aut nõ poſſunt ſine vitio ſimoniæ?Et dico quantum
ad ſpirituale ſupernaturale quòd vẽdi nõ poteſt de iure ſpi-
rituali per eſſentiã:imò nec ſuper eo cadere poteſt delibera
ta voluntas emptionis,ſecundũ S.Tho.in iiij. quod intellige
rectè





rectè ſentiendo.& de hoc j.q.j.c.j.& ibi glo . Nec ſpirituale
per cauſam:vt in c.nõ ſatis.& in c.cùm in eccleſiæ.eo.ti.licet
in quantum eſt corporale habeat quandã ſpeciẽ, quæ vendi
poteſt,nõ ex hoc quòd eſt ſpirituale.Vnde ſecũdum S.Tho.
ij.ij.ſimonia eſt accipere pecuniã quaſi pretiũ cõſecrationis
euchariſtiæ vel miſſæ cantatæ:nõ autẽ quaſi ſtipendiũ ſuſtẽ
tationis.Nec ſpirituale effectiuè:nec redimi pecunia aut re-
ſignari.extra eod.quærelã.& j.q.j.nullus epiſcopus.el ij. niſi
ſecundũ quod j̃. dicetur.Nec annexũ tali ſpirituali antecedẽ
ter ea ratione qua eſt annexum,ſiue qua ordinatur ad ſpiri-
tuale.circa quod mẽs S. Tho.vt patet ij.ij.q.100.art.iiij.per
totũ,eſt ꝙ ipſa corporalia ſeu tẽporalia vẽdere licet,ſed nõ
ordinẽ eorum ad ſpiritualia: vt ſi vẽdantur alteri eccleſiæ,
quod licitũ eſt in neceſsitate , vẽdi poſſunt ſub propria for-
ma.Si verò vẽdantur laicis,deſtruẽda ſunt, & eorũ materia
ſolũ vendẽda eſt.& de hoc j̃.§.xij.De iure autẽ patronatus,
quòd non eſt corporale,dictũ eſt ſ̃.Ius patronatus.§. v.quo-
modo vẽdi nõ poſsit ſecũdũ ſe,nec dari in feudũ, ſed trãſeat
cum alijs vẽditis.Nec annexũ eidẽ cõſequẽter:quia cùm nõ
competat niſi habenti officiũ clericale,ſecundũ S.Tho.ſine
ſpirituali eſſe nõ poteſt:& cõſequẽter eo vẽdito intelligitur
ſpirituale ſubijci vẽditioni.Nec ſpirituale naturale dictum
per eſſentiã:imò hoc etiã de facto vendi nõ poteſt, dicente
ſcriptura Prouer.xvij.Quid ꝓdeſt ſtulto habere diuitias, cũ
ſapiẽtiã emere nõ poſsit?Nec etiã dictũ per cauſam poteſt
vendi ſemper,ſed ſolùm aliquando,vt infrà §.x. annexũ au-
tem tali ſpirituali vendi poteſt de iure,niſi eccleſia locũ ſco-
3 larum doctori aſsignaſſet.¶†Tertiò quæritur,quibus claui
bus & regulis vtẽdum ſit ad ſciẽdum an in aliquo caſu ſit ſi-
monia néc ne? Et dico quòd multis.¶Prima eſt diffinitio ſu
prædicto modo expoſita, quæ intelligitur de ſimonia in ſe
ſiue ex ſua natura:de qua ſtatim.¶Secunda eſt,quòd quędã
ſunt ſimoniaca ex ſua natura,vt omnia prædicta:limitando
tamen quo ad beneficia,ſi habent adminiſtrationẽ ordinis,
vel clauium exequutionem, in quibus Papa diſpenſare non
poteſt vt licitè fiant:licet diſpenſare poſsit quo ad pœnas iu
re poſitiuo inde cõtractas vel contrahẽdas,ne ſcilicet cõtra-
hatur,puta excõmunicationem,ſuſpenſionem,reſignationẽ
beneficij,& huiuſmodi:quædã verò ſunt ſimoniaca quia ꝓ-
hibita,ſiue ex ſolo iure poſitiuo,vt vẽdere vicariã,caſtaldio-
natum,aduocatiam,& huiuſmodi.j.quæſt.iij.ſaluator. extra
eod.ad noſtram.¶Pro quo aduerte quòd quantum ex Pan.
in cap.j.eod.tit.colligitur,circa beneficia habentia admini-
ſtrationem ordinis vel clauium exequutionem,committitur
ſimonia primò modo ſecus in alijs, vt ſunt iſta hoſpitalia &
aliæ adminiſtrationes temporales.Sed iſta regula nõ habe-
tur à ſanct.Tho.nec videtur de mente Ray.¶Tertia regula
eſt,quòd ad euitandum ſimoniam corã Deo & in cõſcientia
ſufficit quòd quis non intendat pro ſpiritualibus vel eis an-
nexis aliquid tẽporale recipere quaſi pretiũ, etiã ſi intendat
recipere quaſi ſuſtentamẽtum cõceſsione iuris vel pię cõſue
tudinis,vt patet ij.ij.vbi ſuprà,art.ij.quo ad ſacramẽta.& art.
iij.quo ad ſpirituales actus:& hoc etiã ſi talis intẽtio ſit ſine
qua non:puta ſine qua prædicator pro tunc non prædicaret
ibi.quod patet per ſanct.Tho.viij.quolib.q.vj.& ij.quolib.ſi-
militer q.vj.quo ad actus ſpirituales.Tertio modo,id eſt,ef
fectiuè puta quo ad celebrationẽ officij propter diſtributio-
nes:& quo ad prædicationẽ quo ad tẽporalia: vt habes etiã
infrà §.x.ix.& xvj.clarè.Et ex his patet,quòd aliquãdo eſt ſi-
monia quo ad Deum tantùm: aliquando quo ad eccleſiam
tantum:vt quando aliquis præſumitur vẽdere aut emere ſpi
rituale:qui tamẽ hoc non intẽdit: vt in ſequentibus patebit:
aliquando quantum ad vtrunq;:aliquando quantum ad neu-
trum.Et idem dicere oportet quo ad ſacramẽta ſeu eorum
adminiſtrationẽ:puta Cõfeſſor aliter nõ audiret modò iſtũ,
niſi q̃a eleemoſynã ſperat:ſecluſo tñ caſu neceſsitatis ſacra
mentorũ,& obligationis ad ea miniſtranda:quia cùm à præ
dictis in ſpiritualitate nõ differant niſi ſecundũ magis & mi
nus in vtriſq; eodem modo,eſt vel nõ eſt ſimonia , nulla in-
teruenientе differẽtia, niſi ſecundũ magis & minus. Quan-
tum ad eccleſiã verò quæ de intẽtione nõ iudicat,hoc nõ ſuf
ficit,ſed ad euitandã ſimoniã & pœnam ſimonię oportet o-
mne pactum abeſſe, & omnes ſpecies exactionis:vt patet ij.
ij.vbi ſ̃.ar.iij.ad ſecundũ.Vñ S.Tho.dicit in quol.quòd in di-
ſpenſatione ſpiritualiũ ad euitãdã ſimoniã tria ſunt neceſſa-
ria ſi quid recipiat̃,ſcilicet cõceſsio iuris vel pię cõſuetudinis
intentio pia,ſcilicet nõ corrupta,& forma honeſta,ſcilicet vt
nõ requiratur ante pij officij exhibitionẽ, ne pactũ interue-
nire videatur,ſed expleto officio.poterit exigi. Hæc ex illo
Prædictã tamẽ regulã S.Tho.vt ex locis allegatis patet,in-
telligit quo ad indigẽtes ſuſtẽtatione, id eſt,eos qui aliter vi
uere cõmodè nõ poſſunt:imò,vt videtur,quo ad eos qui Deũ
habent pro fine ſuo intelligitur ſecundò quantũ ad nõ obli
gatos ad talia:ſecus in parochiano quantũ ad ſubditos,à qui
bus etiã pro victu nõ poteſt accipere.j.q.iij.vẽdentes.nec po
teſt habere talem intentionẽ nõ faciendi : ſed tenetur prius
gratis exhibere ſpiritualia.Sed prima limitatio, ſcilicet quo
ad indigentes eſt neceſſaria ad hoc quòd ſine peccato auari-
tiæ:non autẽ ad hoc quòd ſine peccato ſimoniæ fiat. Vnde
dicit Ray.& Hoſt.quòd ſic ſacerdos nõ obligatus ex officio
habet ſumptus neceſſarios aliunde, debet gratis cãtare:& ſi
facit pro pecunia , aut erit ſimonia, aut certè auaritia.vnde
cùm nõ poſsit eſſe ſimonia,quia nõ intẽdit vẽdere ſpirituale,
& nemo tenetur ſuis ſtipẽdijs militare,extra eo.cùm ſit.vide
tur turpe lucrũ:vt in c.iudices.j.q.j.vel ad minus habet ſpeciẽ
mali. ¶Quarta regula eſt quòd nõ eſt ſimonia dare pecu-
niã pro redimẽda vexatione in re ſpirituali.extra eo.dilectus.
el j.quod limita quãdo certum eſt,ꝙ fiat iniuſtitia : nõ autẽ
quando eſt dubium,ſecundũ S.Tho. ij.ij. vbi ſuprà, art.vlti.
& Pet.& gloſ.Ray.Vnde poteſt dari pecunia , vt præbenda
mea per iniuriã data alteri recuperetur:& ſimiliter vt quis
reuocet iniuſtam ſententiam excommunicationis vel ab ea
abſoluat,ſecundũ gl.in c.ad aures.eo.tit.Inn. tamẽ ibi tenet
contrariũ.ſed Pan.poſt Io.And.dicit, quòd poteſt,ſi ex dila-
tione ſolutionis imminet præiudicium graue:quia tũc redi-
mitur vexatio:aliàs nõ,ſed debet adiri ſuperior.& idẽ de ſu-
ſpenſione & interdicto.Pan. tamen in c. dilectus filius.el j.
eo.tit.cõprehendendo totam materiam huius quæſtionis di
cit quòd in temporalibus licitè redimitur vexatio tam pro
quæſito quàm pro quærẽdo iure.Sed intellige data pecunia:
nõ autem dato ſpirituali:ſed recipiẽs,inquit,pecuniam inde-
bitè,tenetur reſtituere.l.j.& l.generaliter.ff.de calũ.In ſpiri-
tualibus verò pro iure quærendo non eſt licitum aliquid da
re,etiã vt ceſſet impedimentũ facti.extra eod.Matheus.nec
tunc redimitur vexatio:ſed datur , vt facilius acquiratur ius
ſpirituale:pro quæſito autẽ ei qui eſt in poſſeſsione , ſcilicet
illius iuris,& de facto moleſtatur,ſcilicet iniuſte,licet aliq̃d
dare:vt in d.c.dilectus.ſed recipiens tenetur reſtituere. Sed
pro quæſito ſi quis iniuſtè vexatur:vt quia epiſcopus vult eũ
iuſtè deponere,vel alius iuſtè accuſare,aut prætendit ius in
beneficio,nihil dare licet:quia nõ redimitur vexatio facti.ex
tra eo.nemo.imò nec ſi vexatur iniuſtè,& nõ eſt in poſſeſsio
ne iuris illius,ſed dat vt habeat poſſeſsionẽ illicitè detentã:
vt not.Innocen.in cap.ad aures.extra eod.& tenet gloſ.xv.q.
vij.decimas.quia poſſeſsio eſt quid ſpirituale:vnde non cadit
in laicum.de præſcrip.cauſam.Vel ſaltem eſt cõnnexa ſpiri-

tualibus propter adminiſtrationẽ,quæ inde ſequitur.j.q.iij.
ſi quis obiecerit. Putat autẽ Pan.quòd dare poſsit quãdo nõ
poſſet de facili eam conſequi apud ſuperiorem ad euitandũ
magnum præiudicium arg.eius quod de abſolutione ab ex-
communicatione dictum eſt.Sed tamen aduerte ſecundum
Hoſtiẽ.quod licet dans poſsit ſine ſimonia redimere: tamẽ
is,qui pro pecunia reddit ſpirituale quod vſurpabat,eſt ſimo
niacus.quod dictum eſt in ſe verũ,licet non in propoſito. de
quo ſ.Decimæ.in fi.Putat etiã Sum. Ang. hoc dictum quòd
pro recuperanda iuris alicuius poſſeſsione nihil poſsit dari,
eſſe limitandum quando detinebatur à ſuperiore : ſecus ſi à
tyrãno.Sed ego credo quòd ſemper ſit ſimonia , quia ſem-
per datur pro re ſpirituali vel annexa cõſequẽda : quòd non
eſt redimere,id eſt,repellere vexationẽ, ſed cõſequi aliquod
bonũ.Licitum eſt tamẽ propriũ ius tueri. Nec eſt ſimile de
abſolutione ab excõmunicatione iniuſta:quia ibi nihil acqui
ritur,ſed abijcitur ligamẽ,& repellitur ligans iniuſtè. quod
eſt redimere,id eſt,repellere vexationem , ſcilicet iniquam.
¶Quinta regula eſt quam ponit S.Tho.viij. quoli. vbi ſuprà
ſcilicet quòd ſi actus ſit ſpiritualis ex parte principij, id eſt,
cõpetens alicui propter aliquod ſpirituale,quod eſt in eo, vt
diacono legere Euangelium,ſimonia eſt, ſi quis intendat a-
ctum ſuũ vendere:nõ autẽ ſi ſit ſpiritualis ex parte finis tan-
tum,vt docere liberales artes quarum veritas eſt ſpiritualis:
ſed eſt ſimonia ſi vendatur finis qui eſt ſpiritualis,id eſt, veri
4 tas.Vbi etiã patet quod locãs operas vẽdit actũ. ¶†Quartò
quęritur,vtrũ ſimonia cadere poſsit in quẽlibet,etiam in Pa
pam,& in cõtrahẽtem cum Papa?Et dico quòd quo ad papã
dicit quædã opinio quòd nõ: ſed ſecundũ San. Tho. & alios
Theologos & Canoniſtas cõmuniter ſi Papa pecuniã pro a-
liquo ſpirituali vel ei annexo recipiat,ſimoniã cõmittit, etiã
ſi illa pecunia ſit de reditibus alicuius eccleſiæ:quia licet res
eccleſiæ ſint eius,vt principalis diſpẽſatoris, nõ tamẽ vt do-
mini.Sed S.Tho.loquitur in his quæ ſunt ſimoniaca per diſ-
finitionẽ ſimoniæ,ſiue ex ſua natura. Vnde iſtã opinionẽ,ſci
licet quod in Papã cadat ſimonia,quæ cõmunis eſt, bene li-
mitat Ant.de But.poſt Hoſt.eſſe verã quantũ ad prohibita
quia ſimoniaca,ſcilicet ex ſua natura:nõ autẽ quantũ ad ſi-
moniaca quia prohibita,ſcilicet iure poſitiuo:quia talis con
ſtitutio nõ ligat promulgãtes.Limitat etiã Pet.de Pal. eam
eſſe veram quo ad peccatũ,non quo ad pœnas ſimoniacis iu
re illatas:quia eas ſemper euadit. ¶Quantum autẽ ad con-
trahentes cum Papa dico quòd ſecundũ aliquos excuſantur
à pœna ſimonię. Vnde dicit Pe.quòd emẽs ſimoniacè bene
ficium,vel ordinẽ à Papa,pœnas iuris nõ incurrit: quia ſicut
in pœnis iam incurſis,ita etiã ne incurrãtur diſpẽſare poteſt:
ſicut poſſet alicui priuilegiũ concedere quòd percutiẽdo cle
ricum nõ eſſet excõmunicatus:quando autẽ dat beneficium
pro pecunia,videtur diſpẽſare quòd lceat retinere. Vnde qui
habuit beneficium in curia per ſimoniam:ſi habet conſcien-
tiam quòd emanauerit de ſciẽtia Papæ conferentis:pœnitẽ
do de peccato nõ tenetur reſignare,ſed retinere poteſt.Hęc
ex illo.Imò ſecundũ aliquos excuſantur à peccato ſimoniæ
in ſimoniacis quia prohibitis:quia dicit Io.de Lig. extra eo.
cap.j.quòd nec Ppapa, nec alij exiſtentes in curia cõmittunt
ſimoniã,ſi Papa ſcit,&ex certa ſciẽtia tolerat.quod intelligi
tur in ſimoniacis quia prohibitis.& hoc ſequitur Archi.& te
nendũ eſt:licet Pan.in d.cap.j.aliter ſentiat:& Sum.Roſ.det
concordiam quæ nõ vadit ad mentẽ diſcordantiũ.¶†Quin-
5 tò quæritur,vtrũ ſola voluntate cõtrahatur ſimonia.Et dico
quòd ſi loquamur quantũ ad cõſcientiã & de voluntare de-
liberata emẽdi aut vendendi ſpiritualia,Sum.Ang. aſſcribit
Tanc.& Ber.ſentire quòd nõ:extra eod.c.vlt.ſed illi loquun-
tur quantũ ad forũ iudiciale, nec loquũtur de voluntate e-
mendi,ſed de illa de qua j̃. Quantũ verò ad Deũ & conſcien
tiã pctm̃ ſimoniæ ſola volũtate cõtrahitur: licet hoc eccle-
ſia nõ puniat:vt in c.tua nos.eod.tit.vtrũ autẽ ſit neceſſariò
reſtitutio faciẽda,vide j̃.§.vlt.Si verò loquamur de volũtate,
id eſt,intẽtione accipiẽdi aliquid aut dãdi pro auctu ſpiritua
li,diſtinguitur:qa ſi ſit intẽtio ſecũdaria,id eſt,ſine qua actio
fieret,ſecundũ oẽs nõ eſt ſimonia,etiã corã Deo.Et ratio eſt:
quia eo caſu nõ datur tẽporale pro ſpirituali, vel ecõtrario:
quia remoto temporali nihilo minus daretur ſpirituale, vel
ecõtrario:ſi verò ſit intẽtio principalis,id eſt, ſine qua nõ fie
ret actio tenet indiſtinctè Sum.Roſ.poſt aliquos Sũmiſtas,
cõtra tamẽ Sum Ang.ꝙ ſit ſimonia:ſed tamen hoc eſt verũ
ſolũ vbi quis tẽporale intẽderet dare vel accipere directè ꝓ
ipſo ſpirituali quaſi eius pretiũ vel mercedẽ,ſicut fecit Gie-
zi:vel etiã pro ſuo labore quãdo actus nõ põt locari.de quo
j̃.§.ix.parti.ij.& iij. Secus ſi pro ſua ſuſtẽtatione: quod patet
primò ex tertia regula.ſ.§.iij.ſecũdò ex diffinitiõe ſimonię:
tertiò quia Ray.in tit.de ſimo.§.quęritur.idẽ tenet,& ſimili
ter ſua glo.vt etiã patebit ex dicendis j̃. §.viij. & §.ix. Vnde
Arch.dicit quòd cùm datur tẽporale pro ſpirituali ſi ly pro
dicat appretiationem,vel cõmutationem,vel cauſam princi
paliter mouentẽ,ita inquit,quod illud tẽporale ſit vt pretiũ
rei ſpiritualis,vel propter hoc principaliter detur ipſum ſpi
rituale,eſt ſimonia:ſecus ſi dicat cauſam finalẽ ſeu admini-
culatiuam ,vt ſcilicet,inquit,ſi hoc fiat ob reuerentiã ſacra-
mentorũ,vel ſeruandã piam conſuetudinẽ, vel ad ſuſtenta-
tionẽ miniſtrorũ,& nõ vt pretium,ita tamẽ ꝙ ceſſet omnis
pactio & cõuẽtio.j.q.ij.quàm pio.& exactio à nõ volẽte vel
nõ volẽte dare præcipuè ante collationẽ ſpiritualiũ.Hęc ex
illo qui licet ſubdat quòd dãs ſpirituale pro pecunia aliàs nõ
daturus,eſt ſimoniacus: tamẽ loquitur de eo qui ſpiritualia
exhibere tenetur,qui ante dationem exigere nõ poteſt, ſed
poſtea.qui autẽ non tenetur, nec aliàs habet vnde ſuſtente-
tur,ſcilicet decẽter,ſecũdũ Ray.locare poteſt operas ſuas in
actibus ſpiritualibus ad ſenſum qui dicetur infrà par.ij.&iij.
§.ix.Et hoc etiam ſeruatur in vſu:quia cõtinuè religioſi ꝓ-
cedunt ad funera & prædicationes cum ſpe ſuſtẽtationis,ſi-
ne qua non irent. Vnde & Sum.Roſ.virtualiter hoc tenet in
verbo,Simonia iiij.§.iiij contra primum dictum ſuũ , vt in-
frà §.xj.part.iij.Et hoc ſequitur Sum Ang.contra Ro.& eſt
indubitanter verũ in his,qui ex officio ad talia non tenẽtur,
nec habẽt vnde ſuſtentẽtur,& ſe Deo dedicarunt ex ſuis la
boribus non quærentes diuitias,ſed ſuſtentationem. in alijs
autem quomodo ſe habeat veritas,patebit ex dicẽdis.Quan
tum ad eccleſiam verò & humanum iudicium nullus cõtra-
hit ſimoniam quacunq; voluntate , niſi aliquid ſuperadda-
tur.extra eo.tua nos.&.c.fin.quod quidem ſuperadditum eſt
pactum,vt patet in d.c.fin.ſed intellige expreſſum vel taci-
tum:quia quocunq; modo innoteſcat quod quis dederit vel
acceperit tẽporale pro ſpirituali,eſt ſimoniacus. Vnde vt pa
tet extra eo.& ſi quæſtiones.ſi dubitetur vtrũ gratis vel cor
rupta intẽtione datũ ſit:tria ſunt præcipuè attẽdenda: dan-
tis ſcilicet & accipientis qualitas,ſcilicet an diuiti à paupere,
vel econtrariò:muneris quantitas:vt ſi res magni vel parui
ſit pretij:& donationis tempus,an ſcilicet inſtante neceſsita
te,vel aliàs cõferatur:& hoc ideo,quia ex his fundatur præ-
ſumptio:quæ tamẽ locũ non habet in conſcientia.¶†Sextò 6
quæritur,quot modis committatur ſimonia.¶Et dico quòd
ex parte rei datæ cõmittitur tripliciter ſecũdũ triplex mu-
nus,ſcilicet à manu,ab obſequio,& à lingua.de quo ſ.Gibel
la.v.§.j.& infrà §.xvj.¶Ex parte verò cõmittentiũ ſimiliter
cõmittitur quadrupliciter: aliquãdo ſcilicet ſolùm ex parte
confe



conferentis ſpirituale , vt quando ipſe recipit temporale
ignorante eo cui confert ſpirituale:aliquando econuerſo ſo
lùm ex parte recipientis ſpirituale: vt quando ipſe cõfert a-
liquid non danti,ſed amico vel conſiliario eius:aliqñ ex par
te vtriuſq;,ſcilicet qñ recipiens dat aliquid danti:aliquando
ex parte neutrius,vt ſi amicus recipientis det aliquid amico
danti eis ignorantibus.j.q.j.ſtatuimus.&.c.ſi quis à ſimonia-
cis.¶Ex parte verò modi committendi etiam committitur
quadrupliciter,cogitatione,locutione , opere : & omiſsione
7 de qua j̃.§.viij.par.v.& ix.¶†Septimò quæritur, vtrum ſit ſi
monia dare temporale vel accipere pro ſpirituali per eſſen-
tiam,puta æterna vita vel remiſsione peccatorum ? Et dico.
quòd non,ſecundum Dir.& omnes ſecundum illud Danielis
quarto, Peccata tua eleemoſynis redime.Cuius rationem aſ
ſignat S.Th.quia hic eſt emptio largè ſumpta ꝓ merito,nõ
autem perfecta:tum quia non ſunt condignæ, &c . Ro.viij.
tum quia meritum non cõſiſtit principaliter in exteriori do
8 no,vel actu,aut paſsione,ſed in interiori affectu.¶†Octauò
quæritur,vtrum ſit ſimonia dare aliquid pro ſpirituali per
cauſam,id eſt,ꝓ aliquo ſacramento vel ſacramentali?Et di-
co multa.¶Primum. Vt probat S.Tho.in iiij.di.xxv.q.iij.ar.
ij.q.j.cum ſacramenta gratiam contineant, licitè vendi non
poſſunt aut emi,ſcilicet de iure ſine vitio ſimoniæ:vel vt di-
cit.ij.ij.q.100.ar.ij.pro eorum gratia pecuniam accipere eſt
crimen ſimoniæ,quod nulla conſuetudine poteſt excuſari:
tamen,vt ibi ſubditur,accipere aliquid ad ſuſtentationem eo
rum qui Chriſti ſacramenta miniſtrant, ſecundum ordina-
nem eccleſiæ & conſuetudinem approbatam non eſt ſimo-
nia neq; peccatum, non autem ſumitur tanquã pretiũ mer-
cedis,ſed tãquam ſtipendium neceſsitatis.Hæc ille. qui etiã
ad quartum ibi ſubiungit quòd ſi ex conſuetudine exigantur
aliqua,quaſi pretium rei ſpiritualis cum intentione emendi
aut vendendi,eſt manifeſte ſimonia:quia conſuetudo nõ prę
iudicat iuri naturali aut diuino quo ſimonia prohibet:& prę
cipuè ſi ab inuito exigantur:ſi tñ exigantur quaſi ſtipendia
& deſit intentio emendi & vendendi, ſed intentio referatur
ac ſolam conſuetudinis obſeruantiam,non eſt ſimonia,prę-
cipuè qñ quis voluntariè ſoluit.In his tamen ſolicitè cauen-
dum eſt quod habet ſpeciem ſimoniæ vel cupiditatis,ſecun-
dum illud j.Theſ.vlt.Ab omni ſpecie mala.&c.Hæc ille.Sed
pro huiuſmodi conſuetudinis intellectu nota quòd ſecundũ
Pan.in c.ſuam.eo.tit.conſuetudine introduci poteſt, vt ali-
quid detur pro ſpirituali ſine ſimonia,qñ non præceſsit exa-
ctio,ſed ex mera liberalitate & deuotione populi talis con-
ſuetudo eſt introducta.facit c.ad apoſtolicam.eo.ti.vbi dici-
tur,compellendos ad laudabilem conſuetudinem obſeruan
dam:ſi verò exactio præcedens dedit cauſam conſuetudini
non valet,cùm habeat initiũ vitioſum. & ſic intelligitur.ca.
cùm in eccleſia.ſi bene ponderetur.Sed hæc intellige vbi ex
cõſuetudine debetur aliquid clericis à laicis.vbi verò eſt con
ſuetudo quòd à clericis aliquid exigatur,dic ſecundũ Pan.in
c.Iacobus.eo.titu.quòd ad priuatum cõmodum clericorum
non valet:ſed bene in fauorem diuini cultus.intellige ſi non
præceſsit exactio ante ſacramentorum exhibitionem. vnde
dicit Inno.& Io.de Lig.in d.c.ad apoſtolicam.quòd conſue-
tudo,qua datur aliquid ante ſacramentorum receptionem,
eſt corruptela:nec valet quantuncunq; longa.Quando autẽ
non præceſsit exactio quare valeat in laicis & nõ in clericis:
ratio diuerſitatis eſt:quia laici videntur ſe obligaſſe ſub no
mine cuiuſdam obligationis.ar.no.in c.nouum genus.de de-
ci.Aduertendum eſt autem quòd,vt innuit S.Tho.ij.ij.vbi ſ.
arti.iij.prætextu conſuetudinis non poteſt aliquid exigi per
ſubtractionem ſacramentorum,nec propria authoritate:ſed
ſpiritualibus prius,inquit,exhibitis licitè poſſunt ſtatutæ &
conſuetæ oblationes,& quicunq; alij prouentus exigi à no-
lentibus & valentibus ſoluere authoritate ſuperioris interue
niente.¶Secundũ.Pro matrimonio,licet ſit ſacramentũ lici
tè datur & accipitur pecunia,ſecundũ Arch.poſt S.Th.abſq;
ſimonia:nõ quia ibi gratia nõ cõferatur,vt not.gl.& malè.j.
q.j.quicquid.ſed quia non eſt ſacramentũ ſolum,ſed officiũ
naturæ:& ſecundũ hoc datur ad ſubleuandum onera eius,&
non inquantum eſt ſacramentũ in diſpenſationem miniſtro
rum eccleſiæ cõſiſtens.Vñ ſecundũ iura eſt ſimonia,pro be
nedictione nuptiarũ aliquid exigere:licet ſponte oblatũ poſ
ſit recipi.extra eo.cùm in eccleſia. Nec eſt verũ quod dicit
gl.in c.ſua.eo.ti.quod poſſet pro ea aliquid peti ſi nõ eſſet ſa
cramentum:quia,vt dicit Pan.ibi:nõ ſolùm pro ſacramen-
tis,ſed generaliter pro omni officio eccleſiaſtico exercendo
nõ debet aliquid peti,vt in c.ad noſtrã.eo.tit. Dicit tñ Ver-
uec.quòd ſi ſacerdos,ad quem ſpectat,nõ vult alteri dare li-
centiã benedicendi nuptias niſi pro pecunia , ſi quidem non
intendit licentiã vendere,ſed prouidere ſibi de portione ob-
lationum eũ cõtingente,nõ eſt ſimonia.& idem,ſcdm eun-
dem,eſt de licentia cõfitendi & cõicandi,licet poſsit præſu-
mi quòd licentiã vendere voluerit ſi exigit maiorem ſum-
mã quã dicta portio valere præſumat.Si aũt ſacerdos nolit
benedicere niſi data pecunia:ſcdm Alex. recurrendũ eſt ad
ſuperiorem,qui ſi cogere eum noluerit, tutius eſt abſtinere
quã dare occaſionem peccati.Sed Pan.in c.dilectus.el ij.eo.
tit.tenet quòd pro hñdis ſacramentis neceſſarijs licet ali-
quid dare,nõ pro volũtarijs.& ſic tenendo opinionem quòd
ſine bñdictione matrimoniũ cõſummare nõ licet,vbi eſt cõ
ſuetũ,licitè dabit pecunia pro ea cũ intentiõe dãdi pro redi
menda vexatiõe.¶Tertiũ.Pro baptiſmo ſcilicet dãdo nõ eſt
dãda vel exigenda pecunia:vt patet expreſſe.j.q.j.baptizãdis.
quod Sum.Ang.& Ro.cõtra Sup.poſt Pan.in c.cùm in eccle
ſiæ eo.ti.limitãt quantũ ad adultũ:quia ex quo habet baptiſ
mum in voto,habetur pro baptizato,& ſaluatur,ar. c.debi-
tum.de baptiſmo.&.c.ij.de presby.nõ bap . Quantũ verò ad
infantem ſecus,qñ presbyter aliter nõ vult baptizare,& nõ
eſt alius qui ſciat & poſsit : quia nõ emit ſpirituale : nec hoc
debet intendere,ſed redimit vexationem. Sed quia ſecundũ
eoſdem redemptio vexationis habet locum ſolùm vbi quis
repellitur de iuſta poſſeſsione alicuius iuris , quod non eſt
hic,vbi,vt bene dicit Suppl.non eſt aliqua vexatio,ſed ſacra
menti negatio:quia etiam licet aqua emi poſsit in ſe,non ta
men vt ea vtitur qui baptizat,quia ſic eſt ſpiritualis, cùm ſit
pars,id eſt,materia ſacramenti in actu. Et dato quòd emi
poſsit non tñ intendit ſacerdos eam vendere, ſed baptiſmũ:
nec conſequenter qui ſoluit,intendit eam emere, quia inde
nihil faceret:ideo melius dicit Arc.poſt S. Tho.Pet.de Ta-
ran.Pet.de Per.& gl.j.q.j.baptizandis.& Ric.vt refert Arch.
licet eum Sum.Ange.pro ſe male adducat,quòd eo caſu a-
lius debet baptizare ſi poteſt:alioquin potius debet permit
tere puerum mori ſine baptiſmo:quia non ſunt facienda ma
la vt eueniant bona. Poſſet tamen hoc caſu ſecundum San.
Tho.& alios emere quis à ſacerdote aquam,quæ eſt purum
elementum corporale:imò ſecundum Supple.in verbo,Ba-
ptiſmus.etiam ſi eſſet conſecrata: quod tamen eſſet falſum
ſecundum Arc.poſt Vld.& j.q.j.dictum.quia eſſet ſimonia.
Infidelibus autem vtrum ſit danda vel promittenda pecunia
vt baptizentur:quidam dicunt.vt dicit gl.in c.quàm pio.j.q.
ij.quòd ſic,exemplo beati Sylueſtri : quia bona temporalia
paganis pollicebatur,vt fierent Chriſtiani , alliciendo ſcili-
cet ad fidem.Et hoc tenet Rayn. quod quidem verum eſt ſi
fiat gratis ad beneuolentiam captandam,vel etiã ad diffun-
dendum

dendum bonum odorem Chriſtianitatis,vt facilius quis eos
conuertat:quia hoc nõ eſt emere,ſed cauſare diſpoſitiuè eo-
rum conuerſionem.ar.xxiij.q.iiij.debet homo.& q.vij.quod
autem.di.xlv.qui ſyncera.cùm pacto verò non licet, ſecun-
dum Veruec.Licitè etiam ſecundum Rayn. inducuntur per
grauiorem exactionem penſionum à principio locationis:
poſtea autem non liceret.xxiij.q.vj.iam verò.Hoc tamen li
citum eſt cum pacto quando auertuntur à fide ſolùm timo
re paupertatis:quia hoc non eſt emere conuerſionem vel ba
ptiſmum,ſed impedimenta eius remouere:non autem quan
do auertuntur quia fides ſibi non placet:quia hoc eſſet eme
re ſpirituale. Et iuxta hęc intellige Pan.in c.cùm in eccleſię.
eo.tit.Et eodem modo ſecundum Pan.in c.dilectus.el ij.eo.
tit.poteſt ſine pacto ad alliciendum dari pecunia pro ingreſ
ſu religionis & receptione ſacramentorũ.¶Quartũ.Eodem
modo & eadem ratione nec pro confirmatione,imò nec pro
chriſmate,nec pro extrema vnctiõe,nec pro euchariſtię col
latione licet aliquid exigere vel ex pacto,ſeu quaſi pretiũ da
re.j.q.j.dictũ.ſponte tamen oblata licet recipere.j.q.ij.ſicut
epiſcopum.nec ſimiliter pro pœnitentia ſeu abſolutione li-
cet exigere pecuniam,ſecundum S.Tho.quaſi pretium abſo
lutionis:quia eſſet ſimoniacum: ſed bene poteſt exigi quaſi
pœna peccati vel culpæ præcedentis impoſita pecuniaria pę
na:in quo tamen,inquit,in quarto,cauendum eſt ne talis exa
ctio magis cupiditati,quàm correctioni adſcribatur.Hęc ex
illo.qui loquitur de abſolutione tam à peccato quàm à cen-
ſuris ex peccato inductis.& idem Pe.& Hoſ.Qui autem exi
git aliquid,aliter non auditurus confeſsionem,ſimoniam cõ
mittit,etiam per eccleſiam puniendam.j.q.ij.quàm pio.imò
ſecundum Ray.etiam ſacerdos,qui ſuo parochiano non vult
dare licentiam alteri confitendi niſi pro pecunia.quod intel
lige,vt ſ.par.ij.imò ſecundum Arc.is,qui nihil exigit,ſed ta-
men audit confeſsiones principaliter intendens lucrum, cõ-
mittit ſimoniam mentalem. Quod intellige quando audire
ex officio tenetur:vel quãdo hoc intendit quaſi pretium, nõ
quaſi eleemoſynale ſuſtentamentũ.vel,quod idem eſt,intel
lige quãdo pecunia eſt cauſa audiendi ſimpliciter nõ tamen
quando eſt cauſa audiendi potius hunc,à quo aliquid ſpera-
tur,quàm alium:cùm tamen ſi nihil ſperaret,aliquis audire
tur,ar.dicendorum j.§.ix.par.iij.¶Quintum.Pro ſacramen-
to verò ordinis etiam nihil exigi poteſt:extra eo.c.j.vbi dicit
do.Ant.quòd cùm in ordinatione tres perſonæ requirantur,
ſcilicet epiſcopus,miniſter,& notarius,ſicut principalis ordi
natio debet eſſe gratuita,ita & omne accedens ad illam. Et
de epiſcopo quidem clarum eſt quòd ſi quid pro ordinatio-
ne recipiatur pacto,conuentione,vel exactione,ſimonia eſt.
j.q.ij.quàm pio.&.c.ſicut epiſcopum. imò & ſi detur ei ali-
quid ne ordinet per ſimoniam,eſt ſimonia,ex parte eius,& ſi
non dantis,ſecundũ Tanc.& Bar.Brix.j.q.j.nullus.& ſimili-
ter ſi detur ne ſpiritualia det ſimoniaco,ſecundum Pan.in d.
c.cùm in eccleſiæ.Et ſimiliter eſt ſimonia ſi ordinandus pro
mittat ordinatori quòd vſq; ad tot annos nihil petet, ſecun-
dum Pan.in cap.per tuas.el iij.eo.tit. quia ex quo ordinator
poſt ordinationem tenetur ei aſsignare portionem,quę con
ſideratis fructibus eſt quid temporale,talis remittit tempo-
rale pro ſpirituali conſequendo:& ſimiliter ſi detur pecunia
ne quis ordinetur,eligatur,aut confirmetur, aut ne eccleſia
conſecretur,& huiuſmodi:extra eo.nemo. Miniſter autem,
de quo loquitur illa decretalis,vel eſt archidiaconus exami-
nans promouendos, vel is qui promouendos vocat ſecun-
dum Docto.vel qui reſpondet in ſcrutinio ordinandi,ſecun
dum formam.c.ij.de ſcru.vel qui legit Euangelium,cùm ſit
ordinatio,ſecundum Goſ.quorum quilibet ſi pro miniſterio
illo pecuniam reciperet,ſimonia eſt. De notario autem qui
promouendos ſcribit,& facit literas ordinis iam collati,ſunt
opiniones,vt ibi recitat do.Ant.& Arc.ij.par.ti.j.ſed Pan.eo.
tit.c.j.poſt glo.& Doc.communiter dicit quòd ſi eſt ſalaria-
tus de publico,puta ab epiſcopo,nihil debet exigere: ſimili-
ter & ſi non habet ſalarium,ſed tamen ſuum officium eſt a-
deò neceſſariũ in ordinatione,vt niſi ipſe ſcriberet,ordo nõ
diceretur rite collatus: quia tunc ſuum officium eſt de con-
ferentibus ad ordinem:quia tamen non video, inquit, quòd
ita ſit neceſſarium,ſimpliciter dici poteſt quòd ex quo non
habet ſalarium de publico,licitè poteſt pecuniam pro ſuo
labore exigere:conſiderata ſcilicet laboris ſeu negotij qua-
litate,& non ordinis:quia eſſet ſimonia,ſicut cum plus exigi
tur pro ordine digniori.ar.x.q.ij.præcariæ.& d.c.j. voluit,ſe
cundum Inno.tollere conſuetudinem quorundam locorum,
in quibus omnes officiales & miniſtri pecuniam expetebant.
Adde primò ſecundum Ray.quòd ſi quis habens titulum ro
gat presbyterum vt præſentet eum ad ordines ad titulum
eccleſiæ ſuæ,promittens quòd nunquam in ea aliquid petet
ſimoniam committit:extra eo.per tuas.& ordinator triennio
à collatione ordinum,& præſentator ab eorum exequutio-
ne eſt ſuſpenſus.extra eod.ſi quis ordinauerit.Adde ſecundò
quòd ſi pro mea ordinatione data eſt pecunia ordinatori,
non habeo exequutionem,etiam ſi ignorauit aut contradi-
xit,quia eam non haberem, etiam ſi pro mea ordinatione
non eſſet data,ſed pro alia priore:quia ille eſſet ſimoniacus
in ordinis collatione,nec poſſet dare exequutionem, ſecun-
dum Hoſti.j.q.j.ſi quis à ſimoniacis. Si verò me ignorante
alius dedit pecuniam non ordinatori, ſed alteri, ſecundum
Inno.in c.tanta.extra eo.non ſum ſimoniacus, etiam ſi ſine
pecunia non eram obtenturus. Si verò ego dedi, eſt ſimo-
nia,etiam ſi ſine pecunia ordinem habiturus eram. Adde
tertiò, ſecundum Veruec. quòd ſi detur pecunia alicui pro
ingreſſu ad prælatum intentione habendi aliquid ſpirituale
ab eo,non eſt ſimonia:ſecus ſi detur vt ſuadeatur ei. j.q.j.ſi
quis.Adde quartò,ſecundum Veruec. quòd ſi me neſciente
promiſſa eſt pecunia pro mea promotione,quam poſtea ſol
ui vel ſolutam reſtitui,licet grauiter peccem,& in maleficijs
ratihabitio retrotrahatur,diſpenſare tamen poteſt epiſco-
pus:quia re vera non fuit ſimoniacus in receptione benefi-
cij vel ordinis,ſicut no.Tancr.Adde quintò quòd ſecundum
Ray,ſimonia eſt ſi ab ordinando ante ordinationem præſte
tur cautio vel promiſsio.viij.q.iij.talia.non autem ſi poſtea,
niſi ex præcedenti fiat pactione.ea.q. Artaldus. ¶Sextum.
Pro ſacramentalibus quoq;,vt pro benedictione abbatum,
abbatiſſarum,velatione virginum,aqua benedicta,adde vel
omni benedictione,& huiuſmodi,nihil recipere licet, ſecun
dum Pet.de Pal.& idem de alijs,de quibus ſ. ſacramentale.
ſicut nec etiam ratione materiæ poteſt vendi ſacramentũ.j.
q.j.placuit.ij.& iij.Vnde etiam ſecundum Pan.extra eo.in c.
ea quæ.ſimonia eſt pro chriſmate aliquid exigere habito re
ſpectu ad liquorem: quia non ſolùm eſt ſpirituale inquan-
tum ſacramentum,ſed etiam inquantum liquor.d.c.placuit.
el ij.ſimiliter nec pro pane benedicto vel candelis.ſimiliter
ſecundum Goſ.& Hoſt.nec pro benedictione calicum & ve-
ſtium. Vendere tamen officium portandi aquam benedi-
ctam,ſecundum Veruec.non eſt ſimonia,ſi ex conſuetudine
habet ſacerdos quòd etiam per alium exerceat & percipiat
prouentus:aliàs ſecus.Vel melius dic abſolutè,ſecundũ Ro.
quòd licitum eſt vendere prouentum.vendere autem illud
officium,eſt turpe lucrum.¶†Nonò quæritur,vtrum liceat
aliquid dare vel accipere pro ſpirituali effectiuè,ſiue pro ſpi
ritualibus actibus? Et dico multa. ¶Primum.S.Tho.in iiij.
vbi



vbi ſuprà,art.ij.q.ij.& viij.quoli.q.vj. diſtinguit dicens quòd
actus ſpiritualis dicitur dupliciter. Primò ſcilicet ex parte
principij,quãdo ſcilicet actus competit perſonę propter ali-
quod ſpirituale donũ vel officiũ quod in ipſo eſt,ſicut epiſco
po cõſecrare baſilicas,& diacono Euãgeliũ legere:& ſecun-
dò ex parte finis tantùm,& non principij:vt docere artes li-
berales:quarũ veritas ſpiritualis eſt:ſed huiuſmodi doctrina
nõ cõpetit alicui, ꝓpter aliquod ſpirituale officiũ, cùm etiã
Gentilibus liceat. Et in primis quidẽ ſi quis intendat vẽdere
actum ſuũ, vt dicit in quolib.aut vẽdere quod in eis ſpiritua
le eſt,vt dicit ij.ij.vel locare actus ſuos,ſimonia eſt, vt dicit
in iiij.ſed accipere aut dare aliquid pro ſuſtentatione mini-
ſtrãtiũ ſpiritualia ſecũdũ ordinationẽ eccleſiæ,& cõſuetudi
nem approbatã:vt dicit ij.ij.licitũ eſt ita tamẽ ꝙ deſit intẽ-
tio emptionis & venditionis:& quod ab inuitis nõ exigãtur
per ſpiritualiũ ſubtractionẽ,quia haberet ſpeciẽ venditionis
grãtis verò ſpiritualibus prius exhibitis licitè poſſent ſtatu
tæ & conſuetæ oblationes & quicunq; alij prouẽtus exigi à
nolẽtibus & valẽtibus ſoluere,authoritate ſuperioris inter-
ueniẽte. Hæc ille. In ſecũdis verò actibus,vt dicit in iiij.quia
ſpiritualitas nõ eſt ex parte agẽtis,poteſt quis vẽdere & lo-
care operas:ſed nõ illud ſpeciale quod ex opere acquiritur,
ſed eſt ſimonia, vt dicit in quol.Et intellige quòd in primis
poteſt aliquid accipi in ſuſtẽtationẽ etiã ex intẽtione princi-
pali ſine qua nõ,ſi quis ſit indigẽs & ex officio nõ obligetur,
vt patuit,ſ.§.iij.regula iij.& ſimiliter vt patebit part.ſeq.¶Se
cundum.Idem S.Tho.in d.quol.viij.ea.q.quærit formaliter
vtrum ille qui vadit ad eccleſiam ꝓpter diſtributiones,aliàs
nõ iturus,peccet? Et dicit ſic: Celebrare diuinũ officiũ in ec-
cleſia eſt actus ſpiritualis ex parte principij: quia competit
alicui ex hoc quòd eſt clericus,& ideò ſimoniã cõmittit qui
huiuſmodi actũ vẽdere intẽdit:in qualibet enim vẽditione
pretiũ accipitur quaſi finis.Et ideò in prædicto caſu diſtin-
guẽdum eſt. Si enim huiuſmodi diſtributiones recipit quaſi
finem ſui operis principaliter intẽtũ,ſimoniã cõmittit,& ita
mortaliter peccat:ſi autẽ habet principalẽ finẽ Deũ in tali
actu ad huiuſmodi autẽ diſtributiones reſpicit ſecundariò,
non quaſi in finem,ſed ſicut in id,quod eſt neceſſariũ ad ſuã
ſuſtẽtationẽ,conſtat quòd nõ vẽdit actũ ſpiritualẽ,& ita ſi-
moniam nõ cõmittit,nec peccat:ſic enim acceptio diſtribu-
tionũ nõ erit cauſa quare ad eccleſiã vadat, ſed ꝓpriè huius
determinatio quare nunc vadat,& non alia vice. Hæc ille in
forma.Ex quibus ſimul cũ dictis particula ſuperiori, & etiã
§.priore,& parti.ſeq.elicio quòd nõ obligatus ad actũ ſpiri-
tualem ex parte principij ratione ſalarij vel officij aliquo
indigẽs ad ſuſtẽtationẽ neceſſario vel de bene eſſe honeſto,
licitè intẽdit illud in tali actu,nõ vt pretiũ, ſed vt eleemoſy
nale ſuſtentamẽtũ intẽtione ſine qua nõ fit ſimonia:ſi tamẽ
talis intẽtio deduceretur in pactũ tacitè vel expreſsè, ſimo-
nia eſſet quo ad eccleſiam,quę de intentione non cõſiderat.
¶Tertiũ.Pro celebratione autẽ miſſæ vel alijs diuinis offi-
cijs vel proceſsionibus & huiuſmodi nunquam licitũ eſt ali-
quid accipere vel dare tãquam pretiũ:ſi autẽ ſacerdos tene-
tur celebrare,vel exequias aut talia officia facere, ſecũdum
Ray.aliquid exigere ſimonia eſt j.q.j.vendentes.Si verò non
tenetur,& deficit ei ſumptus,põt accipere.j. q. j. duces.nam
& operas ſuas locare poteſt ſiue ad diem ſiue ad annũ:extra
ne præla.vi.ſu.c.fin.quod ſi ſumptus habet, & ad hæc nõ te-
netur:aut debet facere gratis,aut ceſſare:aliàs videtur face-
re ex auaritia:& licet quando ad hæc nõ tenetur fortè nõ ſit
ſimonia, eo quòd nõ debeat ſuis ſtipendijs militare.xij.q.ij.
charitatẽ extra eo.cùm ſit.tamen eſt turpe lucrum quando
ſit ex auaritia:vel ſi in ſumptus recipit,etiã ſi diues ſit, & nõ
ſit ex auaritia,ſaltẽ habet ſpeciem mali,vt dictum eſt ſuprà.
Sed tamẽ not.quòd huiuſmodi nullus poteſt licitè locare o-
peras ſuas propriè,ſecundum S.Tho.& gl.in d.c.vlt.& patet
quia in ſpiritualibus,in quibus debet ceſſare omis pactio &
conuẽtio,extra de pact.c.fi.locũ non habet locatio vel cõdu
ctio. Vnde ſecundũ gl.eius ſicut nec officiũ ſpirituale,ita nec
labor in officio vẽdi debet aut locari ꝓpriè,nec iura allega
ta hoc probãt,nec ipſe Ray.hoc intẽdit:ſed ſolùm quòd tali
bus oblatis pro ſpiritualibus poteſt acceptare etiã cum intẽ
tione nõ proſequẽdi,niſi talia ſibi darẽtur quibus ſuſtẽtatur
dummodo nihil paciſcatur aut exigat ante ſpiritualiũ exhi-
bitionem. Quod autem dicit S.Tho. in iiij. quòd ſi ſacerdos
non habet alios ſumptus, & non tenetur ex officio miſſam
cantare,poteſt accipere denarios,ſicut conductitij ſacerdo-
tes faciunt nõ quaſi pretiũ miſſæ,ſed quaſi ſuſtentamentũ vi
tæ,nõ eſt ſic intelligendũ quaſi illa cõductio ſit emẽdo,ven
dẽdo,aut paciſcẽdo,vt patet ex dictis: ſed eſt per modũ ele-
emoſynę,dũ aliquis tantũ offert ſi vult in tali loco celebrare
& ille acceptat: etiã aliàs nõ celebraturus ibi, niſi ſub tali
ſpe:quã tamẽ ſpẽ ſi deduceret in pactũ expreſſum vel tacitũ
eſſet ſimoniacus præſumptus quo ad eccleſiã. ¶Quartũ.De
actu præſentandi & prædicãdi idẽ eſt iudicium ſicut de actu
celebrãdi diuina,cum ſint actus ſpirituales ex parte princi-
pij. ¶Quintum.Correctio etiã & viſitatio ſecũdum S.Tho.
eſt actus ſpiritualis ex parte principij:quia ex ſpirituali offi-
cio cõpetit:vnde ſimoniã cõmittit qui pecuniam accipit, vt
peccatũ quod tenet reuelare aut punire, nõ reuelet nec pu-
niat:pro viſitatione etiã nõ eſt accipiẽda pecunia quaſi pre-
tium:ſed quaſi debita ex ordinatione eccleſiæ ad ſuſtẽtatio-
nem:& idem de procuratione moderata quam accipere poſ
ſent epiſcopi in cõſecrationẽ eccleſiarũ ſecundũ determina-
tionem eccleſiæ. ¶Sextũ.Oratio ſecundum S.Tho in iiij. &
ij.ij.eſt ſpiritualis ex parte principij & ex parte finis, quia ex
ſpirituali deuotione efficaciã habet, & aliquid ſpirituale de-
bet in ea peti: vnde nullo modo debet ſub pretio poni:nec
qui ob hoc dant pecuniã pauperibus orationẽ emũt,ſed ani-
mos pauperũ alliciũt ad gratis orandum pro ſe,& eos ſibi fa
ciunt debitores. Hæc ex illo. Vnde ſecundum Pet.de Pal.ſi-
monia eſt dare ex pacto pecuniã pro Pſalterio dicendo:non
autem ſi daretur pro vigilando ſupra defunctum,ſcilicet ra-
tione laboris:eſto quòd ad vigilias ſequatur dicere Pſalteriũ
& orationes ſecundũ. Hoſt. ¶Septimum. Anniuerſariũ cele
brare ſecundũ San.Tho. in iiij. eſt actus ſpiritualis ex parte
principij.ideoq; ꝓ eo celebrãdo vllo modo paciſci nõ licet:
ſi tamen cum deuotione aliquid detur eccleſiæ, ipſa tenetur
celebrare pro illis pro quibus rogatur.Hæc ille. Sed intelli-
ge vt ſ.part.iij.dictũ eſt:& adde quòd licitè acceptatur lega-
tum & eleemoſyna pro anniuerſario faciẽdo:ſed ſi interue-
niat pactio,eſt ſimonia.Sed ſi cõtra hoc arguatur:primò per
c.ſignificatum.de præbẽd.vbi quidã canonici cuidã ſacerdo
ti præbendam dederunt in eccleſia,vt miſſam de beata Vir
gine quotidie celebraret,& Papa illam pactionẽ cõfirma-
uit:dicit Sanct.Tho.in iiij.ibi non fuiſſe aliquã pactionem,
ſed illi præbẽdæ annexum fuiſſe illud officium cantãdi miſ-
ſam talem.& idem ſentit Ant.de But.& glo.Si etiam argua
tur ſecundò quòd ſecundum Innoc.laicus non poteſt inſti-
tuere reditum cum onere celebrandi anniuerſarium:dico
quòd hoc non eſt verũ.Si arguatur tertiò quia pollicitatio
quæ ſit ſtatuendo reditum cum onere,tranſit in pactũ,quan
do acceptatis qui habet exequi.l.pactũ.ff.de polli.dico quòd
ibi non eſt pollicitatio,ſed donatio ſub modo vel cauſa. Vide
de his omnibus diffuſè in Aur.ro.caſu lviij. ¶Octauũ. Cùm
religioſi præcedentes ſanctitatẽ petunt quòd ſacerdos pro-
curet

curet eis eleemoſynas in parochia cum hoc quod ipſe habēt
partem, ſecundum Sanct. Tho.in quol. ſimonia eſt ex parte
ſacerdotis,ſi interueniat pactum: quia eius perſuaſio eſt res
ſpiritualis,& creditur ei quia ſacerdos eſt:& ſacrilegiũ reſpe
ctu talium religioſorũ,quia eſt defraudatio eleemoſynarũ
reſpectu dantium:& tam illi quàm iſti tenētur de ſimonia,&
ad reſtitutionem.quod intellige ſi fingũt.¶Nonum.Genera
liter aliquid accipere pro vſu ſpiritualis poteſtatis ſeu præla
turæ eſt ſimonia;ſecus pro tēporali iuriſdictione:vt in fin.hu
ius particulæ.vnde San.Tho.ij.ij.ſic dicit:ille,cui cōmittitur
ſpiritualis poteſtas ex officio obligatur advſum eius in ſpiri-
tualiũ diſpēſatione,& etiã pro ſua ſuſtētatione habet ſtatuta
ſtipendia ex reditibus eccleſiæ:& ideo ſi aliquid acciperet ꝓ
vſu eius,nō intelligeretur locare operas ſuas,quas ex debito
ſuſcepti officij debet impendere:ſed intelligeretur vendere
ipſum ſpiritualis gratiæ vſum.Et propter hoc non licet pro
quacũq; diſpenſatione aliquid accipere:nec pro hoc quòd vi
ces ſuas cōmittat,aut ſubditos corrigat,vel à corrigēdo deſi
ſtat:licet tamē accipere procurationē quãdo viſitat nō quaſi
pretium correctionis,ſed quaſi debitũ ſtipendium.Hæc ille.
& idem quando cōſecrat:ſi tamē eccleſia propter pauperta-
tem procurare nō poteſt,ſuis ſumptibus cōſecrabit. x.q.iij.
cauendũ.ſecũdũ Ber.& Hoſt.¶Adde verò ex Arch. quòd nō
licet accipere pecuniã ſimiliter pro crimine minus puniēdo
nec pro crimine celãdo iudici eccleſiaſtico, nec pro reo pur
gando:nec vt minus digne pœnitētē recōciliet,vel vt dignè
pœnitentē repellat:ſed in omnibus his eſt ſimonia ſecũdum
Pet.de Pal.& extra eo.nemo.Et ſimiliter ſecundum Pet. de
Pal.& Ray.ſimonia eſt dare aliquid ſuperiori, vt ſeruet iuſti
tiam in cauſa ſpirituali,& iuriſdictione eccleſiaſtica:q͂a ſunt
acceſſoria ſpiritualibus.Et idē ſcd̃m Vl.ſi agatur ſuper tēpo
ralibus,& perſona iudicãs ſit eccleſiaſtica,quæ ratione eccle
ſiaſticæ iuriſdictionis tenetur ad tale ius reddendũ:ſi autē iu
dex ſit laicus,& iudicet ſuper re tēporali, nō eſt ſimonia, li-
cet ſit peccatũ,& ſimiliter ſimonia eſt pro pecunia teſtifica-
ri in cauſa ſpirituali, vt eſt matrimonialis,de decimis,& hu-
iuſmodi:in alijs autē nō,licet ſit iniuſtũ . Ex quo ſequitur ꝙ.
cum ſigillũ iudicis nō ſit niſi teſtimoniũ iudicij, nō apparet
quomodo pro eo iudex poſsit aliquid petere:niſi fortè expē-
ſas ceræ & ſigillatoris & clericorũ ad hoc deputatorũ,ſecun-
dum Dire.in quarto,imò in cauſa ſpirituali ex iuriſdictione
eccleſiaſtica eſt ſimoniacũ.Præſtare autē cōſiliũ,vt iuris pe-
ritus:vel patrociniũ,vt procurator & aduocatus facit nō ſo-
lùm in cauſa tēporali ſed etiã in ſpirituali ꝓ pecunia, nō eſt
ſimoniacũ,nec peccatũ,ſecũdũ Pet. de Pal.& Dur. Et eſt ra
tio:q͂a cum nō teneãtur ex officio opas exhibere , nō cogũ-
tur de ſuo facere beneficiũ.x.q.iij.precario. Hæc ille. Sed ꝓ
celatiōe peccati,adde ꝙ eſt ſimonia ſi fiat propter pecuniã:
vel ſecundum aliquos propter gratiã aut conſanguinitatē.d.
c.nemo.Et ratio eſt ſecundum Inn.& gl.quia tenetur quili-
bet alterius peccatũ indicare ad pœnitentiã.xxiiij. q.iij. tam.
ſacerdotes.tñ quãdo facit ex gratia,nō dicit Inn . quòd ſit ꝓ
priè ſimoniacus:ſed quòd debet puniri ſicut ſimoniacus.Ad
de etiã quòd pro indicatiōe furis aut ſerui fugitiui licitè mer
ces accipitur.ff.de offi.præfec.vr.l.ſolēt.& ff.de cōdi.ob tur.
cau.l.iiij.§.vlt.quod limita ſecundũ Glo.quãdo quis reuelare
nō tenetur propter officiũ vel actionē vel iudicē.limita etiã
de reuelatione ordinata ad pœnã,ſecus de ordinata ad emē-
dationē:quia tenetur indicare:& ſic nihil poteſt accipere:ar.
ff.de cōdi.ob tur.cau.l.j.in fi.& l.ij.j.reſpōſo,qui autē accipit
vt nō indicet,turpiter accipit,q͂a cōtra publicã vtilitatē quæ
eſt maleficia puniri.ff.de fideiuſ.l.ſi quis à reo.§.penul.Adde
tertiò quòd dare pecuniã pro tēporali iuriſdictione haben-
da,non eſt ſimonia,ſecũdum Pan.in c.j.ne præla.vi.ſu.& gl.
j.in c.quoniam.ne præla.vi.ſu.dicēs quòd eſt ſimonia: intel-
ligitur ſecundũ Pan.ibi , quando tēporalis iuriſdictio habet
depēdentiã ab officio eccleſiaſtico:quia per talē cōnexionē
ſimonia cōmittitur c.cōſulere.eo.tit.Quãdo verò nō habet
illã dependētiã,ſecũdũ aliquos eſt turpe lucrũ,& cōtra legē,
ſecundum Pan in d.c.j.vt in auth.vt iudi.ſine quoquo ſuffra.
& in authē.de mãd. prin.§.illud imò ſecundũ Hoſt.eſt ſimo
nia dare pecuniã vt quis promoueatur in Imperatorē , regē
poteſtatē,vel rectorem alicuius ciuitatis:quia iuriſdictio eſt
ſpiritualis.j.q.iij.ex multis. Vnde vēdere caſtaldionatũ vel
œconomatũ,eſt ſimonia.j.q.j.ſi quis epiſcopus,& j.q.iij.ſalua
tor.omnis enim poteſtas à Deo eſt.Sed verior eſt opinio Pa
nor.ꝙ nō eſt ſimonia,ſed turpe lucrũ : nec quæ adducuntur
in cōtrariũ,aliquid probãt,niſi de eccleſiaſtica iuriſdictione:
imò verior eſt epi.Gemi.quòd etiã nō ſit ſimonia, ſed liceat
dare aliquid pro habendo officio tēporali.de quo ſuprà Di-
gnitas.§.ij.& iiij.quod verũ eſt,ſi officiũ ſit tēporale omni-
no,id eſt,datũ à domino tēporali:& exercitiũ circa tēpora-
lia:vt tabellionatus dati ab Imperatore,& exercēdi in pala-
tio.Si verò ſit eccleſiaſticũ omnino:vt quia datur à prælato
circa ſpiritualia cōſcribēda, eſt ſimonia: quia iuriſdictio ex
qua prælatus dat,eſt ſpiritualis,niſi eſſet dominus tēporalis
aliter quàm per eccleſiã:& idē eſt eadē ratiōe ſi ſit eccleſia-
ſticũ ex parte dãtis,qui dat ſpirituali iuriſdictiōe licet detur
ad tēporalia:ſed ſi ecōuerſo ſit tēporale ex parte dantis, ſed
ſpirituale ex parte finis:vt q͂a notarius Imperatoris aſſumi-
tur ab epiſcopo ad ſpiritualia cōſcribēda, ſi detur aliquid vt
ab epiſcopo aſſumat:vel vt ab Imperatore fiat aſſumēdus ab
epiſcopo: puto ꝙ nō ſit ſimonia,ſicut nec aliqua iuriſdictio
datur:et tali licet locare opas,& cōſequēter emere locũ ſiue
gradum vbi locet: vide j.§.xiij.parti.vij.Vtrũ autē liceat ali-
quid dare pro ſentētia iudicis,vide §.ſeq.¶†Decimò quærit, 10
vtrũ ſit ſimonia vēdere ſpirituale naturale:puta ſcientiã,ſen
tentiã,vel hmōi?Et dico multa recapitulando quędã dicta ſ.
Doct. penè per totũ: ſed maximè.§.ix.¶Primũ.Quomodo
magiſtris vel doctoribus liceat vel nō liceat pecunias exige-
re,dictũ eſt vbi ſ.Quomodo etiã ſit ſimonia circa hoc,patet
ex dictis ibi,& dicēdis particula ſequēti,hoc addito q̃d ſecũ-
dum Pet.de Pa.pro doctrina Theologię aliquid accipere,vi
detur ſimonia,etiã ſi nō de alijs ſcientijs.quod verũ puto cō
currētibus duobus.Primò ꝙ legatur ex officio magiſterij,
quo caſu actus eſt ſpiritualis ex parte principij:ſecũdò ꝙ in-
cidat pactũ vel exactio:quibus cōcurrentibus intelligitur vē
dere,ipſam veritatē ſecũdũ præſumptionē eccleſiæ,licet for
tè ita nō intēdat:ſicut & de ſpirituali iudice dicit. S.Tho.in
iiij.Si verò deficit primũ tãtũ,vt ſi laicus doctus legat ; & ſi
aliàs ſit illicitũ,nō tamē eſt ſimoniacũ,niſi eo modo, quo in
alijs ſciētijs,id eſt,ſi intēdat vēdere veritatē : & à fortiori ſi
deficit vtrũq;,q͂a actus nō eſt ſpiritualis ex pte principij: vñ
quo ad eccleſiã nō præſumitur vēdere veritatē.ſi verò defi-
cit ſcd̃m tãtùm,ſcilicet pactũ vel exactio,dico idē q̃d de prę
dicatore.¶Secundũ.Scd̃m S.Th.in iiij. iudex ex officio ſuo
tenet̃ iudiciũ reddere,& ſimiliter quilibet tenetur ex hoc ꝙ
eſt iudicio ſubditus ad verũ teſtimoniũ reddēdũ:ſed aduoca
tus nō tenetur patrociniũ cauſæ præſtare,nec iuris pitus da-
re cōſiliũ ideoq;,ſicut dicit Aug.ad Macedoniũ,nō debet iu-
dex vēdere verũ iudiciũ,aut teſtis verũ teſtimoniũ:quia aduo
catus vēdit iuſtũ patrociniũ & iuris peritus verũ cōſiliũ:quia
aduocatus nō vendit iuſtitiã quæ eſt ſpiritualis,ſed actũ ſuũ.
Et ſimiliter dicit̃ de cōſilio iuris periti:ſed iudex vēdēdo iudi
ciũ,ſimoniã cōmittit,ſi ſit ſpiritualis iudex:aliàs nō,ſed graui
ter peccat.& idē de teſte.Hæc ille.Et intellige quo ad teſtē
ſiue



ſiue ipſe ſiue cauſa ſit ſpiritualis,ſecundum Alexan.de Ales,
qui etiam dicit quòd patrocinium & conſilium adminiculan
tur cauſa exterius:ſed teſtimonium eſt de eius ſubſtantia:vn
de teſtes coguntur,nō aduocati.Et ſic cum iudicare ſit in ſe
culari iudice actus ſpiritualis ex parte finis tñ,ſicut& doce
re artes liberales:videtur quòd Doctor artium obligatus do
cere nō ſit ſimoniacus ſi aliquid accipiat pro doctrina :quod
verũ eſt quantũ ad præſumptionem iudicialem:quantũ verò
ad Deũ eſt ſimoniacus ſi intendat vendere ipſam veritatem:
vt ſi nolit cōicare aliquod pulcrum & ſubtile,niſi data pecu
nia.¶Tertiũ.Dans pecuniã pro ſententia ſimoniã nō cōmit
tit,ſecundum gl.j.q.iij.vendentes.quia in profanis nō cōmit
titur ſimonia.quod limita ſecundũ mentem Pan.in c. cũ ab
omni.de vi.& ho.cle.niſi velit per ſententiã cōſequi ſpiritua-
le vel annexũ:adde vel niſi ſententia ſit à perſona ſpirituali.
Et eodem modo ſimonia eſt corrũpere iudicem vel teſtem
in cauſa ſpirituali,ſecundũ Pan.in c.tua nos.poſt Hoſt.pro-
pter cōnexionem quã habent cum ſpiritualibus:ſecus in cau
ſa mere temporali.Vnde ſecundũ Ray.ſimonia eſt dare ali
q̃d ſuperiori vt ſeruet iuſtitiã in ſpiritualibus:& Veruec.dicit
idem eſſe etiã ſi agatur in temporalibus,ex quo perſona eſt
eccleſiaſtica,quæ ratione eccleſiæ iuriſdictionis tenetur ad
tale ius reddendũ:ſed ſi ſit iudex laicus & ſuper re tempora
li:nō erit ſimonia,ſed graue pctm̃.quod limita niſi iuſtè re-
dimatur vexatio reſpectu iuris iã in tali re quæſiti: quia nec
ſimonia nec pctm̃ erit:vt quia aliter iudex nō vult iudicare.
11 ¶†Vndecimò quæritur ſpecialiter , quid iuris de ſpirituali-
bus quantum ad funera?Et dico multa.¶Primum.De ſepul
tura quantũ ad ipſam terrã:vide §.ſeq.par.iij. quantũ ad reli
qua verò dicit Ray.Goſ.& Hoſt. quòd pro huiuſmodi nihil
debet exigi:ſed piæ debent cōſuetudices obſeruari,extra eo.
ad noſtrã.&.c.cũ in eccleſiæ.ſcilicet facta prius grata colla-
tiōe ſpiritualiũ:aliàs eſſet ſimonia.d.c.cùm in eccleſiæ.¶Se
cundum.Si apud eccleſiã ſint diuerſa cœmeteria, & taxetur
pro quanta pecunia quis ponatur in tali cœmeterio,ſecundũ
Hoſt.ſimonia eſt.extra eo.audiuimus. & idem ſi pro pecu-
nia crux ſpecialis portetur ad funus.d.c.audiuimus. & idem
Dir.¶Tertiũ.Si clerici cōſueuerunt habere lectum, pãnos,
equũ,& ſimilia de moriente,& ante portationem pactũ fa-
ciunt de redimendo,ſcd̃m Hoſ.quia hæc temporalia ſunt, li
citũ eſt:ſed ſi nollent ſepelire corpus niſi fieret eis cautio de
redimendo talia,ſimonia eſt : vnde in talibus prius ſepeliat̃
corpus,deinde agatur cōtra hæredem.extra eo.ad apoſtoli-
cã.¶Quartũ.De proceſsionibus quas faciũt aliquæ eccleſiæ
collegiatæ in exequijs mortuorũ data vel promiſſa aliqua
pecunia ſiue quacunq; re temporali,aliàs non facturæ: dicit
Arch.poſt piſ.& Ray.quòd ſi ad huiuſmodi tenentur ex offi
cio:ſic aliquid exigere,ſimonia eſt.j.q.iij.vendentes . ſi verò
nō tenentur,& deficit ſumptus:tũc nō eſt ſimonia,dũmodo
nō intendãt hoc recipere tanquã pretiũ officij,ſed vt ſtipen-
dium ſumptus.Et cōſentit Sum.Roſ.& Sup.¶Quintũ.Si ſta
tuatur vt proceſsio fiat pro pecunia : ſi quidem ſtatutum ſit
per verba affirmatiua:puta, quicunq; reliquerit collegio de
cem habeat proceſsionem:& aliàs ad eã nō teneatur,nō eſt
ſimonia.Si verò ſit per verba negatiua : vt nulli fiat proceſ-
ſio niſi reliquerit tñ,ſimonia eſt:quia tollit officiũ pietatis.
ſcilicet quòd proceſsio gratis vel minori pretio non fiat.de
iureiur.ſicut.j. & ij.concor.S.Tho.& Vld. Ratio diuerſitatis
eſt:quia in primo caſu non eſt exactio ; quia non negatur
quin fiat pro non legantibus.arg. de iureiu.ſicut.el.j.& ij.in
ſecundo autem eſt ſpecies exactionis , quia præſupponitur
quòd pro minori non fiat. Quantum ad Deum tamen po-
teſt eſſe ſimonia in primo caſu quo ad ſtatuentes,non in ſe-
cundo:& in ſecundo,non in primo ſecundum intentionem.
¶Sextum.Si ſtatuat capitulum eccleſiæ matricis quòd nul-
lus de ſua parochia vocet ad funus aliquos religioſos niſi vo
cet totum capitulum habiturum aliquid temporale , quod
tamen vocare nō tenetur:cōſtitutio eſt ſimoniaca,quia ne-
gatiua,& cōtra eccleſiaſticã libertatem:vt habes ex dictis ſ.
Immunitas.ij.§.ix.& in Au.ro.caſu lviij.diffusè.¶†Duodeci 12
mò quæritur,vtrum licitum ſit aliquid dare pro annexis ſpi
ritualibus antecedenter aut conſequenter ? Et dico multa.
¶Primum.Vaſa ſacra ſecundum S.Tho.in iiij.ratione con-
ſecrationis vendenda nō ſunt:vt ſcilicet pro cōſecratione eo
rum aliquid plus exigatur:tamen in neceſsitate eccleſiæ ven
di poſſent ex parte eius quod eſt in eis nō ſpirituale, ſcilicet
materia auri & argenti:& tunc ſi vendãtur eccleſiaſticæ per
ſonæ poſſent integra vendi.ſi autem vendũtur alijs,nō ad v-
ſum eccleſiæ,debent prius frangi oratiōe præmiſſa: ne ſan-
cta ab alijs tractentur quàm à miniſtris eccleſiæ.hęc ille.Et
idem x.q.ij.§.hoc ius.Si tamē aliquis laicus emeret calicem
nō ad vſum profanũ,ſed vt interdũ faceret in eo ſacramen-
tũ cōfici reuerenter:nō video quòd ſit neceſſe eum cōfringi
aut cōflagrari:poſſent tamen ſecundũ Pet.de Pal.vaſa ſacra
laicis obligari:& idem dicit eſſe de reliquijs quæ gratia me
talli vendi & obligari poſſunt:non aliter:quia nemo marty
res diſtrahat, nemo mercetur.C.de ſac.ſan.ec.l.nemo.¶Se-
cundũ.De veſtibus ſacris cũ eadem ſit ratio , ſicut & de va-
ſis,eſt etiã idem ius.¶Tertiũ.Secundũ S.Tho.in tit.de terra
conſecrata in ſepulturam,eſt ſimilis ratio ſicut & de vendi-
tione ſacrorum vaſorum:quia cœmeteriũ cōſecratũ vendi
poteſt ratione terræ in neceſsitate eccleſiæ ſicut & calix:nō
autem ratione conſecrationis,vt ſcilicet aliquis pro pecunia
ibi ſepeliatur.Abraham etiã nō peccauit emens ſpeluncam
duplicem:quia nō erat cōſecrata in ſepulturã:vel ſi erat con
ſecrata,tranſiuit poſſeſsio eius in iuriſdictionē cũ vniuerſi-
tate agri.hæc ille,cum multis alijs ad excuſandũ Abrahã,&
cōdemnandũ Emor.Vide ſ.Sepultura.§.ij.¶Quartũ.Ius au
tem primogenituræ Iacob emendo nō peccauit, ſecundum
S.Th.in iiij.quia debebatur ſibi ex diuina inſtitutiōe: ideoq;
ſuã vexationem intelligitur redemiſſe.¶Quintũ.Ius patro-
natus ſecundũ S.Tho.in iiij.per ſe vendi non poteſt,nec da-
ri in feudũ,licet trãſeat cũ villa ſi vendat̃ vel detur in feudũ:
vt ſ.Ius patronatus.§.v.Et adde ſcd̃m Pan.in c.querelã.de ſi-
mo.quòd vendens villã,& ius patronatus,quod habet in ea,
eſt ſimoniacus:quia copulatiua facit venire copulatũ princi
paliter & nō acceſſoriè:ſecus ſi dicat̃,vendo villã cũ iure pa
tronatus:ſed in cōſcientia tu ad intentionem attende . Adde
etiã quòd ſi patronus aliquid accepit pro præſentatione,eſt
ſimoniacus,ſcd̃m Pan.in c.veniens.el j.de teſt.tex.eſt bonus
in c.præterea q̃ñ inter.de trãſactio.¶Sextũ . Ius percipiendi
decimas,ſcd̃m S.Tho.in iiij.cōſequitur ſpirituale officium:
quia debetur miniſtris eccleſiæ nec laici poſſunt habere hu
iuſmodi ius,quãuis aliq̃ñ ad tempus ſit eis cōceſſus fructus
decimarũ propter aliquã eccleſiæ neceſsitatem : & tũc hoc
modo quo laicis dari pōt, ab eis pōt redimi ex authoritate
epiſcopi:tñ vna eccleſia emere nō pōt ab alia ius percipien-
di decimas.Hæc ex illo.De quo vide ſ.Decima.§.x.Et idem
dic de oblationibus & obuentionibus & iure percipiendi ta-
lia.Dicit tamen Hoſt. quòd ſi laicus decimã reſtituere non
vult niſi pro pecunia, ſimoniã cōmitteret ex parte ſua : ſed
eccleſia bene poteſt redimere.Sed Veruec. dicit contrariũ.
Sed vide ſ.Decima.§.x.¶Septimũ.Dãs pecuniã pro admini-
ſtratione rerum eccleſiaſticarũ,ſimoniam committit,ſecun
dum Pan.in c.conſulere.eo.tit.& ibi tex.quod limita ſecun-
dum gloſ.in cap.ſaluator.j.q.iij. quando talis adminiſtratio
habet

habet aliquod ſpirituale annexum,aliàs non:quia tempora-
lis iuriſdictio dari poſſet ſub annua penſione : de quo etiam
§.ſeq.par.vij.§.xiiij.parti.iiij.¶†Decimotertiò quæritur ſpe
13 cialiter,vtrum ſit licitum dare vel accipere pecuniam aliquo
modo pro beneficijs ſeu dignitatibus eccleſiaſticis? Et dico
multa.¶Primum.Si electione iam facta à maiori parte de-
tur aliquid alicui contradicenti electioni vt quieſcat, de vo-
luntate electi etiam turbata,ſimonia eſt, & reſignare tene-
tur.extra eo.Matthæus.etiam ſi contradictio erat iniuſta,ſe
cundum Inno.de elec.ſignificaſti.& multò fortius ſi nõ erat
facta.extra eo.nobis.Et ſimiliter ſi ante electionem Petri de
tur pro ea pecunia ab alio eo ignorante:imò ſecundum Vin.
& Hoſt.& gl.Ray.etiam eo contradicente eſt ſimoniaca,e-
tiam ſi aliàs erat eligendus,ſecundum Dir.j.q.j.placuit,& ex
tra eo.de ſimoniacè.&.c.de regularibus.&.c.nobis . niſi hoc
fuiſſet doloſè factum in diſpendium electi,ne ex dolo repor
tetur commodum.d.c.nobis.ipſe tamen Petrus non eſt pro-
priè ſimoniacus licet teneatur ſecundum iura prædicta re-
nuntiare:ſecus ſi data eſſet poſt electionem ipſi confirmato
ri pro confirmatione vel benedictione aut conſecratione cõ
tradicente electo,extra eo.ſicut tuis.vel etiam ignorante ſe
cundum Arc.poſt Dir.quia nihil ei nocet niſi receſſerit à ſua
prohibitione,vel niſi poſtea conſenſerit ſoluendo pecuniam
vel reddendo ſolutam.d.c.ſicut.vel niſi eſſet conſanguineus
ar.ibidem.Et ſimiliter ſimonia eſt,ſi pro confirmatione ele
ctionis electo conſentiente,ſecundum Pet.de Pal.niſi vexa-
tio redimatur,locum habet in iure quæſito. Si ergo aliquid
alicui detur ne moleſtetur electio,diſtinguendum eſt : quia
ſi detur ne impediat quin fiat electio iuridica,in qua nullum
jus habet,non eſt ſimonia,ſed redemptio vexationis:ſi verò
detur,ne impediat electionem de iſto vel illo faciendam,ſic
eſt ſimonia:quia datur pro ſpirituali.Si verò erat iam electus
non eſt ſimonia,ſed redemptio:quia iam erat ei ius acquiſi-
tum.extra eo.dilectus. Princeps autem & alij recipientes pe
cuniam vt conſentiant electioni vel promotioni ad dignita-
tem eccleſiaſticam,ſunt ſimoniaci,ſecundum Pan.de hoc.e.
ti.& tenentur reſtituere illi eccleſiæ,de cuius dignitate age
batur:licet nõ eſſet de bonis eccleſiæ,vt patet in d.c.de hoc.
¶Secundum.Pro inueſtitura eccleſiarum aliquid accipere,ſi
monia eſt.tex.eſt in c.in tantum.eo.ti.vbi dicit Pan.non tan-
tùm pro inueſtitura iuris,ſed etiam facti , ſcilicet pro indu-
ctione in corporalem poſſeſsionem:etiam ſi ibi ſit conſuetu
do.Sed ſecundum Archi.poſt S.Tho.in Sum.& in iiij.non eſt
ſimonia,ſi ante collationem beneficij vel præbendæ ex cau
ſa iuſta ſine conuentione ordinauit epiſcopus aliquid ſubtra
hi de prouentibus:ſed ſecus ſi interueniat pactio vt antè vel
pòſt recipiat aliquid de dictis fructibus ab eo cui beneficium
confert.& idem Pan.in c.j.vt ecc.benefi.& iuſta cauſa eſt vt
deputentur ad vſum laudabilem.ar.c.vlt.de verb.ſig.& ſolu-
tio debitorum contractorum nomine eccleſiæ & non priua
to,vt no.gl.in c.j.de ſolu.Et additur ſecundum Pan.in c.cùm
clerici.de pact.quòd ſimonia eſt, ſi promouendus in recto-
rem eccleſiæ paciſcatur de maiori penſione. Additur etiam
ſecundum Ant.de But.quòd ſicut non licet pecuniam dare
immediatè pro beneficio:ita nec pro eius vacatione vt po-
ſtea conferatur:quia præambulum eſt & via ad collationem
additur etiam ſecundum Vld.quòd ſi ab eo qui fit canoni-
cus,monachus,epiſcopus,vel huiuſmodi,ratione conſuetudi
nis obtineatur aliquid per exactionem iudicij vel pactũ aut
violentiam ſiue antè ſiue pòſt,ſimonia eſt,nulla conſuetudi
ne obſtante.extra eo.c.j.&.c.ſi pro certo.quod intellige quã
do ipſe collator ſpiritualium exigit ex conſuetudine ſine au
thoritate ſuperioris ſubtrahendo ſpiritualia,vt s.§.ix . Adde
etiam quòd ſi detur vel promittatur beneficium pro voce
electionis,ſimonia eſt.eo.tit.de hoc.Et idem eſſet ſi daretur
pro electione non impedienda ante acquiſitum ius.Adde e-
tiam quòd non ſunt credendi ſimoniaci,qui dant primos fru
ctus beneficij in curia,& ſoluunt taxam bullarum & cæte-
rorum ſecundum ſtylum curię:quia talia non ſoluuntur pro
ſpiritualibus,ſed pro ſuſtentatione curæ & officialium.& ſic
tene:quia illa de voluntate papæ & eccleſiæ ſunt ordinata.&
eſt mens S.Tho.ij.ij.vbi s.ar.ij.& iij.in corpore . Et idem eſt
in curijs epiſcoporum,ſi aliàs non habent vnde viuant decen-
ter ſine pompa:& hoc ſiue taxa fiat ex ſtatuto ſiue ex conſue
tudine:quòd ſi habent, ſimonia eſt tales taxationes facere
pro diſpenſationibus,abſolutionibus & huiuſmodi.j.q.iij.ex
multis.¶Tertium.Si quis alicui eccleſiæ offerat bona ſua vt
fiat canonicus,& ex illis bonis inſtituatur ſibi præbenda,eſt
ſimonia.tex.eſt in c.tua nos.eod.tit.Secus ſi prius liberaliter
donaſſet,& poſtea humiliter peteret admitti in canonicum,
& retinere prædicta in præbendam,& clerici purè conſenti
rent:quia licet coram hominibus,ſecundum Inno. ſi tamen
ducatur principaliter intentione habendi ſpiritualia , & illi
aliter eũ non reciperent,ſimonia eſt ex vtraq; parte.& con-
cor.Hoſt.& Vld.& extra eo.tua nos.Et adde quòd ſic præſu
meretur quando omnia vel quaſi omnia ſua donaſſet. Si au
tem quis de ſuis bonis in aliqua eccleſia præbendam conſti-
tuit retinendo ſibi poteſtatem conferendi illam , non eſt ſi-
monia:quia poteſt retinere ſibi ius patronatus perpetuò vel
ad tempus:ſed non valet,niſi fiat de conſenſu epiſcopi & fra
trum,ſi ibi ſunt aliqui,ſecundum Veruec. ¶Quartum.Si di-
cunt ſibi aliqui canonici maiores, Canonizemus nepotulos
noſtros placeat tibi de meo.& placebit mihi de tuo:vel ſi di
cit aliquis,nunquam me viuente fiet canonicus in iſta eccle
ſia,niſi fiat talis pro quo rogaui,ſecundum Ray.in vtroq; ca
ſu ſimonia eſt.j.q.ij.quàm pio.Si verò vnus dicat alteri , Tu
exauditus fuiſti in vna petitione,ego exaudire debeo in alia:
ſecundum eundem,ſi preces ſunt ſpirituales: de quo j.§.xvj.
non eſt ſimonia:di.lxiij.quia ſancta.Si verò ſunt carnales,vel
ex pacto quondã facto aut nunc faciendo,ſimonia eſt,ſi etiã
eſſet conſuetudo quòd exaudito vno alter exaudiatur,pete-
re poſſet illam cõſuetudinem ſeruari:ar.lxiij.di. quia igitur.
& de conſti.cùm omnes.¶Quintum.Si ſtatuto cauetur quòd
nouiter receptus in canonicum vel monachum ſoluat cer-
tum quid ,ſimonia eſt poſt receptionem illud ſoluere , ſe-
cundum Pan.in c.dilectus.el ij.eo.ti.quia ſolutio videtur fa-
cta virtute illius taxationis,& non liberè.facit text.d.c.dile-
ctus.&.c.ex multis.j.q.iij.&.c.veniens.eo.ti.quod aliqui verũ
limitant quando tale ſolutum cedit in vtilitatem priuatã aut
canonicorum:ſecus ſi ſolueretur pro fabrica eccleſiæ vel a-
lijs ad diuinum cultum pertinentibus,ſecundum Hoſt.ar.c.cũ
omnes.de conſti.&.c ex parte.quia & laudabilis conſuetudo
ſeruari debet.eo.ti ad apoſtolicam.& de præb.ſignificatum.
non debet tamen detineri præbenda loco pignoris:ar.d.c.ſi
gnificatum.niſi ſit conſuetudo:quia hoc caſu ſit permutatio
ſpiritualis ad ſpirituale:quod licet.de re.permu.c.ad quęſtio
nes.Pan.tamen in c.Iacobus.eo.titu.tenet quòd ſit ſimonia,
etiam pro cultu Dei,ſi tale onus imponitur recipiendo vel
recepto.ar.d.c.ex multis.Si autem imponatur præbendæ,va
let in fauorem cultus diuini.ar.d.c.ſignificatum.&.c.vnici.vt
ecc.bene.&.c.ſi propter tua debita.de reſcri lib.vj.quod ma-
gis placet.¶Sextum.Si conſanguineo beneficium confertur
principaliter propter conſanguinitatem,collatio non eſt ſi-
moniaca,ſecundum Sanctum Thomam,& alios,ſi intenda-
tur bonum temporale ſolum eius cui datur: quia nihil reci-
pitur.Secus ſi detur alicui hac intentione vt inde ſuis conſan
guineis



guineis prouideatur,vel etiam,ſecundum Veruec . ſi detur
conſanguineo vt conferens magnificetur vel fiat potentior,
vel exaltetur parentela,& huiuſmodi:quia dans reſpicit rem
temporalem.¶Septimũ.Emere aut vendere eccleſiaſtica of
ficia,ſimonia eſt.j.q.j.c.ſi quis epiſcopus.& propterea ſimo-
nia eſt ſi quis propter pecuniã ordinetur procurator rerũ ec
cleſiaſticarũ,aut defenſor,aut regulæ ſubiectus.j.q.iij. & in
c.ſaluator.exponitur procurator,id eſt,quilibet adminiſtra-
tor:vt præpoſitus,ſiue œconomus, qui ſcilicet præeſt rebus
canonicorũ:& vicedominus , qui præeſt rebus epiſcopi.No-
mine aũt cõfeſſoris dicit quòd intelligitur aduocatus ſiue
ſyndicus,qui præeſt tm̃ cauſis tractandis,& iudex epiſcopi:
in ſubiecto verò regulæ intelligitur archipresbyter, Archi-
diaconus,canonicus,monachus,& quilibet eccleſiaſtico mã
cipatus officio:in quibus omnibus ſemper cõmittitur ſimo-
nia,ſecundũ Hug.& Bar.Bri.ſed Ray.inhærens cõſuetudini,
probabilius limitat qñ adminiſtratio habet annexũ aliquid
ſpiritualitatis.& idem Vld.ſed gl.j.q.iiij.c.j.limitat qñ admi
niſtratio vel officiũ eſt annexũ ſpirituali: vel cõſueuit exer-
ceri ſolùm per clericũ:& ſic eſt ſimonia vendere officiũ nõ
autem reditus.Vñ Vlde.addit quòd aduocatus,caſtaldus,&
iudex põt eſſe laicus:& cõſequenter nihil habens ſpiritualita
tis.Vnde ſecundũ eundem Ray.ſi quis ſeruit in hoſpitali vel
in eccleſia,puta ad pulſandũ cãpanas,& huiuſmodi pro pecu
nia:ſi quidẽ tali officio ſit annexũ aliquod ius ſpirituale: ad-
de vel cõſueuit exerceri per ſolũ clericũ,ſimonia eſt:aliàs nõ
ſed poſſet ibi eſſe turpe lucrũ,quãdo ſcilicet nõ eſt cõſuetũ
talia emere aut vendere:ſecus ſi eſt cõſuetũ.ix.q.iij. conque-
ſtus.¶Octauum.Qui beneficium eccleſiaſticum ſimoniacè
recepit,ſecundum Arc.poſt S.Tho.& Ray.& alios,renuntia
re beneficio tenetur : & ſi commiſſa eſt ſimonia per ipſum
vel alium eo ſciente & non contradicente,tenetur de omni-
bus fructibus,etiam qui percipi potuiſſent à diligenti poſſeſ
ſore.xiiij.q.vj.ſi res aliena.& de reſt.ſpo.grauis.quia genera-
liter poſsidens ſine titulo,tenetur de omni damno & lucro
percepto & percipiendo.ff.de rei ven.l.ſi nauis.ſed intellige
deductis expenſis gratia fructuum , & fructibus ac expenſis
gratia ſiue in vtilitatem eccleſiæ factis . Et idem videtur de
eo qui neſciuit prius:ſed poſtquam ſciuit,non ſtatim renun
tiauit.arg.extra eo.de ſimoniace, quia tenetur de extãtibus
poſtquam ſciuit , nõ de cõſumptis bona fide.C.de rei ven.l.
certum.Secundum tamen Anto.de But.in c.de regularibus.
eo.tit.ſi talis ſit epiſcopus.nõ renũtiabit ſine licentia papæ.
alij inferiores ſine licẽtia ſuorũ prælatorum:exẽpti verò ſi-
ne licentia papæ vel legati.¶Nonum.Secundum Rayn.etiã
gl.eius,ſi quis ſcit aut credit collatum ſibi eſſe ordinem vel
beneficiũ principaliter propter obſequia ſeu preces carnales
à ſe vel ab alio interpoſitas,diſtinguitur,quia ſi aliàs erat di-
gnus reſignare nõ tenetur, ſed debet pœnitere de intentio-
ne corrupta.extra eo.mãdato.Si verò erat indignus, reſigna
re tenetur:quia tũc huiuſmodi preces vel obſequia ſuccedũt
loco pretij.j.quæſt.j.ſunt nonnulli.& concord.Vlde.¶Deci-
mum.Dare aliquid prælato ne remoueatur à prioratu vel
beneficio,ſecundum Rodo.eſt ſimonia , ſi neceſſe vel vtile
ſit quòd quis amoueatur , aliàs non modò intentio non ſit
corrupta:ita tamen quòd ante collationem non præcedat
pactio vel conuentio j.quæſt.ij.quàm pio.
¶†Decimoquartò quæritur ſpecialiter , quid iuris de ſimo-
nia quo ad fructus beneficiorum locandos aut aliter diſtra-
hendos,& prælatorum vices?Et dico multa.¶Primum,Si lo
catio fiat à clerico vltra tẽpus vitæ locantis non valet vltra,
ſecundũ Gofr . quia clericus in beneficio cõparatur vſufru-
ctuario :qui ſcilicet non eſt niſi ad vitã.xvj.q.vj.illud dicit ta
men Inno.quòd ſi facta ſit vltra vitã locãtis nomine eccleſię
& vtiliter, ſucceſſor tenetur ad illã.de ſol.c.j.& xij. q.ij. hoc
ius.ſecus ſi facta eſt nomine proprio, & nõ intendebat eccle
ſiam obligare:ſi tamen conductor vel emptor iã aliquid ſol
uit,ſecundum Hoſt.tenetur ſucceſſor habere ratũ inquantũ
pecunia verſa eſt in vtilitatem eccleſiæ.Et licet aliquãdo re
ctor poſsit eccleſiam locare vltra tempus vitæ,nũquã tamẽ
poteſt canonicus vltra locare præbendã.¶Secundũ. Fructus
beneficij ſui clericus ad modicum tẽpus vendere poteſt.ne
præla.vi.ſu.c.ſi.ad totum autem tempus vitæ, quãuis non ſit
honeſtum,non tamen eſt prohibitum,ita tamen quòd nihil
ſpirituale interueniet in vẽditione. de rer.permu.ad quęſtio
nes.poteſt autem gratis curam committere ei cui vendit fru
ctus.Ita determinat Sum.Roſ.ſed dic vt s.Alienatio.§.xv.
¶Tertiũ.Nec epiſcopi nec Archidiaconi nec alij pręlati poſ
ſunt committere vices ſuas ſub annuo cẽſu.extra.ne præl.vi.
in c.j.ij.& iij.ſed eſt ſimonia,qa tale ius eſt ſpirituale:ſecus ſi
epiſcopus ſimpliciter & purè alicui committat vices ſuas,tali
vicario cõſtituens ſalariũ:quia nõ eſt peccatum : ſed potius
ad hoc tenetur.xij.q.ij.charitatẽ.& ſicut dicit Hoſ.ſi pro cõ-
miſsione iuriſdictionis nõ licet recipere certã quantitatem:
multo minus licet recipere quotam,id eſt,partẽ prouentuũ:
ſacerdotibus tamen quos prælatus vel rector eccleſiæ cõdu
cit,aut quibus locat fructus eccleſię,poteſt etiam curam ani
marum cõmittere gratis ſine pactione interueniente autho
ritate epiſcopi.de offi.vi.ad hoc.imò & ſine dicta authorita
te imminente profectione neceſſaria ad modicum tẽpus,id
eſt,vnum vel paucos dies:ſed non diu.x.q j.per totum. Nota
tamẽ ſecundum Pan.in c.ſi.ne præla.vi.ſu.quòd obuẽtiones
eccleſiæ poſſent locari laico:modò ponat clericum loco ſui
pro recolligẽdis,ne pręſumptuoſe accedat ad altare vbi ſiũt
oblationes.ar.c.j.& ij.ne cler.vel mo. ¶Quartum.Cùm au-
tem prælatus vendit omnes obuentiones eccleſiæ: cõmodũ
iuriſdictionis tranſit cũ alijs,niſi fuerit excepta:per ſe tamen
iuriſdictio vendi nec poteſt nec debet,ſecundũ Hoſt.intelli-
ge ſine ſimonia:imò ſecundum Archi.poſt glo.ſuper c.ij.ne
præla.vi.ſu.eſt ſimonia,ſi prælatus vendat iuriſdictionẽ tem
poralem.quod tamen Ant.de Bu.limitat de temporali habi
ta ab eccleſia,quę iudicatur quid ſpirituale vel annexum ſpi
rituali reſpectu eius à quo habet dependentiã: ſi aũt iuriſdi-
ctionẽ tẽporalẽ prælatus haberet in feudũ à principe ſeu do
mino temporali non eſſet ſimonia vendere illam,& ſi pecca
tum.& ſic intelligitur quod de iuridictione dicit Innocen.&
Hoſt.ſuper c.j.eo.tit.Hæc ex Arch.¶Quintum.Non eſt au-
tem ſimonia,ſecundum Arch. ſi loco tibi ſacerdoti eccleſiã
meam.& tu operas tuas mihi vt ibi officies,nõ habiturus ibi
aliàs aliquam iuriſdictionem.ar.xij.q.ij.charitatẽ.Sed tamẽ
ſecundũ Veruec.nõ eſt ibi propriè locatio,ſed presbyter di-
citur gratis officiare , & ille gratis facere expenſas.Vel dic
quòd potius eſt ibi inſtitutio reditus annui cũ onere officiãdi.
¶Sextum.Non eſt ſimonia ſi clericus vel religioſus vendat
panem oblatum in altari,vel ceram & alia eleemoſynaliter
data,& fructus decimarum:nec peccatum,ſecundum Archi.
in Ro.quia non ſunt ſpiritualia: panem autem benedictum
vendere eſt ſimonia,ſecundum Vld.& multo magis ius per-
cipiendi decimas , vt dictum eſt.
¶†Decimoquintò quęritur ſpecialiter,quid iuris de ſimonia 15
quo ad religionis ingreſſum? Et dico multa.Primum. Si re-
ceptio ad habitum,quæ eſt quædam promotio ad gradum
ſpiritualem,eſſet diuiſa à ſuſtentatiõe recepti,ſicut olim ali
qui religioſi recipiebant ad habitum religionis in eremo,&
tamen non erãt obligati alimentare receptum, ſed tantùm
illum docebant:ſicut Romanus recepit beatum Benedictũ:

& Machárius duos adoleſcentes:&etiam nunc Canonici eleuant aliquem ad dignitatemvel gradum canonicatus,quem tamen non aluntiiſta quæſtio non haberet difficultatem: quia planè eſſet ſimonia,ſi quid exigeretur aut reciperetur pro receptione:&planè nõ eſſet ſi quid acciperet' proviɛ̃tu ſicut nunc licitè à religioſis recipiuntur hoſpites : ſed quia nunc iſta regulariter ſunt coniuncta,& iura clamant contra eos qui verè aut præſumptiuè aliquid exigunt gratia receptionis:aliqui eas exiſtimant loqui de alimẽtatione:& Canoniſtæ ſe in iuris præſumptione fundantes implent quaternos & materiam aliquando non bene reſoluunt. ¶Secundum. Quidam igitur vt etiam refert Arch.ij.par.tit.j.dicunt quòd ingreſſo.monaſterium cõpetit ius duplex, ſcilicet ſpirituale,quo habet dignitatem clericatus & vocem in capitulo,& participat bona ſibi facta,& huiuſmodi:& corporale, ſcilicet quo debetur ei victus & veſtitus à monaſterio:quæ iura nunc regulariter coniunguntur de facto, ſed per intentionem poſſunt diuidi.Et dicit iſta opinio quòd pro ſcđo iure licet paciſci,non pro primo,vbi monaſterium ad victum non ſufficit.Et iſta opinio eſt S.Tho. Nam dicit ij.ij.vbi ſ̃.quòd pro ingreſſu monaſterij non licet aliquid acciperevel exigere quaſi pretium:ſi tamen monaſterium ſit tenue,non ſufficiens ad tot perſonas nutriendas, licet exhibere ingreſſum quidem gratis,ſed accipere aliquid pro victu perſonæ recipiendæ,ſi ad hoc non ſufficiant opes monaſterij.Hæc ex illo.Et intellige quòd liceat accipere,id eſt, exigere : vnde in iiij.dicit quòd tunc poteſt exigi ab eo qui in loco illo vult Deo ſeruire,non quaſi pretium religionis:ſed vt habeat monaſterium vnde poſsit illi prouidere:ſi autem ſine grauamine eccleſiæ poteſt recipi, ſimoniacum eſt aliquid pro receptione exigere.Hæc ille.Et ſic patet, ſecundum eum,ſtante rectitudine intentionis paciſci pro victu.Et hanc etiã opinionẽ tenuit Vlde.dicens quòd in caſu tenuitatis poſſent habere intentionem ad temporalia pro ſuſtentatione,& oblatis ſpiritualibus gratis exprimere ac paciſci de determinata ſumma temporalium.vbi nota verbum, oblatis : quia non dicit prius exhibitis.Et eadem tenuit Rodo. dicens quòd quando monaſterium eſt tenue,non eſt ſimoniacum etiam paciſci in talibus expreſſo nomine & quantitate muneris ,'modò non fiat ꝓ ſpiritualibus cõferendis.Et idem poſt Ray.dicit quòd ſi recipiendus promittat annuatim tantum pro ſuavita,non eſt illicitum.Et hanc etiam in effectu tenuit Dire. & aſſeribit eam Tanc.Vin.Ray.& Hoſ.ſecundum quos dicit quòd receptores poſſunt hæc verba dicere, Nos libenter & gratis recipimus te ad conſortium ſpirituale,ſed cum bona noſtra non ſufficiant nobis & tibi,porta tecum vnde poſsis viuere. quæ verba in effectu & coram Deo ſonant quòd niſi afferas tecum tantum vnde viuas,te non recipiemus.quod eſt paciſci vel exigere.Et hoc etiã ſequit' Sũma Angelica poſt Sum. Piſa.cõtra Supple.& Roſel.q volũt quòd paciſci ſit ſimonia, ſed malè.Et ita oportet etiã dicere in cõſciẽtia ꝑ rationẽ:qa licet ipſa receptio actiua ad religionẽ vel canonicatũ & huiuſmodi ſit actus ſpiritualis ex parte principij:tamen ius alimentorum nõ eſt aliquid ſpirituale nec annexum ſpirituali antecedenter aut cõſequenter,vt patet ex dictis:vnde pro eo licitum eſt paciſci,etaim quantũ ad eccleſiam ſi per cõiecturas appareat quòd quis propter hoc & nõ propter aliud,ſcilicet ingreſſum moueatur.Si autem monaſterium eſſet opulentum,ſecundũ omnes prædictos,eſſet ſimonia:ſed intellige præſumptiuè,ſicut ſemper fecerũt ac faciunt aliquę moniales,quæ de diuitijs ſuperbientes quantò ſunt ditiores volunt dotes maiores:ita de ſtatu religionis quaſi de ſtatu mũdani ſponſi iudicantes. Ad capitula autem, quæ adducuntur in contrarium,generaliter dico quòd loquuntur quo ad præſumptiones conſideratas in foro contẽtioſo,quæ locum non habent in conſcientia,vt dictum eſt ſuprà,Lex.§.ix.ſpecialiter autem ad cap.quoniã.eod.tit.vbi dicitur, quoniam ſimonia ſub paupertatis prætextu:dico quòd ſecundũ Ray.loquitur quando hoc dicebatur in fraudem:vel ſecundũ Hoſtienſem,quando ſpiritualia non offeruntur gratis, ſed ſit pactũ de temporalibus ad ſpiritualia, id eſt, ad ius ſpirituale. Ad cap.autem,periculoſo.de ſtat.reg.libro vj.vbi ſecundum Archi.alia opinio quam ipſe ſequitur determinatur, dum dicitur, diſtrictius inhibemus ne in monaſterio ordinum non mendicantium mulierum de cætero aliquæ recipiantur ſorores,niſi quot poterunt ad ipſorum monaſteriorum honis vel prouentibus abſq; penuria ſuſtentari:ſi ſecus factum fuerit,irritum decernentes. Ad hoc inquam cap.dico quòd eſt pro me:quia ratio iſtius prohibitionis, vt patet ibi expreſſe in tex.& in glo.eſt ne propter inopiam cogantur exire clauſuram.& ſic intentio legis eſt vt habeant vnde viuant.Et re vera ſi intentio ſit pura,laudabile eſt exigere à volentibus ingredi victum,quando monaſterium numerum maiorem non poteſt commodè ſuſtentare: quia dilatatur Dei cultus, & ſeruorum eius numerus augetur. ¶Tertium. Secundum S.Thom.etiam licitum propter deuotionem, quam aliquis oſtendit ad monaſterium, largas eleemoſynas faciendo,facilius in monaſterio recipiatur:ſicut etiam licitum eſt econuerſo aliquem prouocare ad deuotionem monaſterij per temporalia beneficia : vt ex hoc inclinetur ad ingreſſum monaſterij:licet non ſit licitum ex pacto aliquid dare vel recipere pro ingreſſu monaſterij : vt habetur j.q.j.quàm pio. hæc ille,qui loquitur de ingreſſu gratia iuris ſpiritualis, vt patet ex præcedentibus ex c.quod allegat : liceret tamen accipere ſponte oblata ſine corrupta intentione.j.q.ij.ſicut. epiſcopum. ¶Quartum.Si puella gratis recepta eſt, & monaſterium tenue eſt,& tamen parentes nihil volunt dare,ſecundum Hoſtienſem, poſſent moniales agere contra patrem pro alimentis filiæ,vel ſi eſt mortuus ad partem hæreditatis,vt in auth.de ſan.epi.nulla.col.ix.quia priuari non poteſt licentia per ingreſſum religionis, niſi ipſa ſponte ſuo iuri renuntiaſſet.xix.q.iij.c.penul. ¶Quintum. Circa ingreſſum religionis & etiam promotionem ad eccleſiaſticam dignitatem multa ſunt ſimoniaca,ſecundum Docto. quæ intelliguntur vel præſumptiuè quantum ad forum contentioſum,vel in conſcientia ſi habeatur reſpectus non ad victum, ſed ad ipſum ingreſſum ſiue eleuationem ad clericatum, ſicut primò ſi nullum fiat pactum, ſed taxatum ſit quantum debeat dari,ſecundum Hoſt.extra eo.ſicut pro certo. Secundò ſi fiat pactum de ſeruanda conſuetudine. extra eod.veniens.Tertiò ſi gratis recipiatur, & poſtea compellatur ad ſeruandam conſuetudinem.extra eod. Iacobus. Quartò ſi quis ſeruit religioſis propter promiſsionem ſibi factam de receptione,ſecundum Veruec.vt j.q.j.cap.quàm pio. Sed patet quòd omnia prædicta iura loquuntur de ipſa receptione ſeu promotione,non de victu. Quintò ſi recipiens exprimit conditionem de aliquo dando : & recipiendus tacet,timens repelli,ſecundum Veruec.quia taciturnitas habetur pro conſenſu.de reg.iur.qui tacet.lib.vj.Sextò cùm timens non recipi dicit abbati,ſi velleris me recipere darem omnia bona mea,ſecundum Veruec.& hoc ex parte offerentis, etiam ſi non intuitu promiſsionis eſt receptus,vt notat. Tanc.extra. eo.nobis.& idem Bernardus & Hoſtien.nec poteſt ibi manere,tenetur tamen ad aliud monaſterium tranſire, ſi ſe religioni obligaſſet,ſecundum illos.de regula.cap. porrectum. Si tamen talis hoc ſimpliciter dixiſſet, non intendens per tẽporalia aſſequi religionis ingreſſum, ſed exprimere ſuã intentionẽ ſcilicet tranſeũdi cum bonis ſuis:& recipiẽtes ad tẽporalia principaliter nõ reſpiciũt:nõvidet Arch.& bene quomodo in foro pœnitẽtię ſit ſimonia.Septimo quãdo monachi dãt aliquid abbati vel epiſcopo pro prioratibus habendis,vel pro habitis nõ perdẽdis,ſecũdum Veruec.ſi in illis eſt aliquid ſpirituale,& ly pro,dicat appretiationẽ vel cauſam proximã & principale:imò eſt ſimonia, etiã ſi ibi habeatur ſola iuriſdictio temporalis,vt patet ex dictis.§.xiiij.parti.iiij. ¶Sextum.ſi promittatur alicui receptio poſt biennium,ſi tamen interim didicerit talem artẽ,vel ſteterit in ſcholis,ſecũdum Veruec,& Vld.non eſt ſimonia:quia idem eſt ac ſi diceretur,induemus te ſi interim reddideris te idoneum.putat tamen Arch.eſſe ſimoniã ſi haberetur intentio ad lucrũ illius artis:ſed non eſt verũ,quia ad illud lucrum nõ poteſt haberi intentio niſi mediãte idoneitate perſonę ad quam haberi poteſt intentio:alioquin boni religioſi quotidie ſimoniã cõmitterent recipientes aliquos quia ſperant eos vtiles religioni. ¶Septimum.Si quis in ingreſſu alicuius ſocietatis ex ſtatuto promittit aut iurat ſoluere aliquid annuatim,non eſt ſimoni,quia nec illa fraternitas eſt religio,ſed congregatio ad benefaciẽdũ:imò eſt laudabile ſi tale quid imponatur pro eleemoſynis faciendis vel expenſis quas faciũt dum cõueniunt ad tractandũ de ſalute animæ,& talis cõfraternitas bona eſt diſt.iij.ſi quis deſpicit.iuramẽtũ tamẽ ſecundũ Ray.in huiuſmodi nõ approbatur propter periculum periurij. ¶Octauũ. Si quis eſt receptus in religione ſimoniacè,ſecundum Arch. poſt San.Tho.& Ray.ſi ipſe ſciuit debet expelli ſine ſpe reſtitutionis,& in locum arctioris regulæ detrudi.eo.tit.quoniã ſimonia.& ſi nõ inuenitur arctior,debet mutari in aliud monaſteriũ eiuſdẽ regulæ,ſaltẽ ad tẽpus,ſi non poteſt commodè fieri.ar.lxxxj.di.valet.& poſtea recipiatur de nouo mutato priori loco & inferiori aſsignato.Si verò ignorauit,ſufficit quod renũtiet loco,& poſtea poterit nouiter recipi mutato priori loco:extra eod.ex inſinuatione.Et intellige Ray. & Vld. quòd prædictus rigor ſeruandus eſt etia in occultis ſimonijs & in foro pœnitentiali,licet nõ conſtet de crimine per inquiſitionem & in forma iudicij.ar.dicti cap.quoniam. quod de accuſatione vel inquiſitione nihil dicit,ſed nõ intelligas de occulta,id eſt,mẽtali,ſed quando ad extra procedit per actionem,vel huiuſmodi,licet alijs ſit occultum.ſecundum Ray.tamen in fauorẽ religionis poſſet epiſcopus cum talibus diſpẽſare in ordine & in loco & capitulo, vel prælatus eorũ,ſi non participauerũt in ſimonia:ſecus ſi participauerunt:quia cum ex hoc ſint puniendi,nõ debent ex eodẽ facto priuilegium obtinere:imò videntur amiſiſſe poteſtatẽ recipiendi:& illi qui nõ peccauerunt,acquiſiuiſſe.ar.de elec. bonæ.Tales etiam qui ſimoniam cõmiſerũt in huiuſmodi & qui ſunt participes,vt parẽtes dãtes dotes ſunt excommunicati per extrauagantẽ Vrbani,quam tamẽ Martinus quintus ſecundum fide dignos,vt refert Archi. declarauit nõ extendi ad dotes,quæ monialibus dãtur pro ingreſſu monaſterij. ¶†Decimoſextò quæritur,quid iuris de ſimonia.quæ nõ cõmittitur data pecunia,ſed munere aliquo,ſcilicet à manu, à lingua,& ab obſequio?Et dico multa. ¶Primum. Pecunia ſumitur primò propriè pro numerata ſiue pro numis, & ſic nõ computatur inter iſta munera, ſed eſt pretium quo iſta munera menſurantur in ſe vel in ſuo effectu,ſicut & omnia venalia & ſecundò improprie : & ſic eſt omne menſurabile pecunia propriè dicta,& eſt munus à manu:& tertiò cõmuniter ad propriè & impropriè vtrunq; comprehendendo: & ſic ponitur in diffinitione ſimoniæ. ¶Secundum. Igitur munus à manu ſecundum Archi.eſt communis res mobilis aut immobiliter poſſeſſa,vt etiam colligitur.j.q.iij.c.totum.Inducit autem ſimoniã,ſi pro eo detur vel accipiatur ſpirituale,vt patet ex diffinitione ſimoniæ declarata: & hoc coram Deo.qui videt intentionem quantũcunq; ſit modica,ſecundum S.Tho.& Dur.in iiij.& j.q.j.duces aliàs iudices nõ autẽ quantũ ad eccleſiam, quæ iudicat quantũ ad exreriora niſi munus ſit magnum:quia,vt dicit S.Tho.vbi ſ̃.non eſt probabile quòd animus iudicis ſpiritualis flectatur ad aliquid faciendum pro munere paruo. Vñ in paruis muneribus iudici datis nõ iudicat ſimoniã cõmitti.Vnde ſecũdum Hoſt.xenia ſimoniam nõ inducunt,niſi extendantur ad quantitatẽ munerum.Et ſecundũ Ray.ſi dubitatur an quis mẽte corrupta munera dederit:attẽdẽda ſunt tria pręcipuè,qualitas ſcilicet dãtis & accipientis,quãtitas dati & tẽpus donationis, ſecũdũ hæc pręſumitur pro vel cõtra:extra eo.& ſi quęſtiones intellige in foro cõtentioſo: qa in pœnitẽtiali attẽdẽda eſt intentio,& ſecundũ eam iudicatur,etiã ſi omnes præſumptiones eſſent in cõtrariũ,ſecundũ Arch. ¶Tertiũ. Munus autẽ à lingua,ſecundũ S.Tho.in ij.ij.& in iiij.eſt duplex,ſcilicet cõſiſtens in actu linguæ,vt laus pertinens ad humanũ fauorem, qui ſub pretio cadit,& ex actu lingue initiũ ſumẽs:ſicut cum quis ex hoc ꝙ præcibus alicuius ſatisfacit, fauorẽ expectat. Vnde etiã munus à lingua dicũtur preces, ex qbus acquirit' fauor humanus,vel etiã ex quibus euitatur periculũ:vt quando ſunt armatæ:cũ carere malo ſit quoddã bonũ.v. Ethi.& ſic hoc munus ſecundũ mentẽ eius totũ mediatè vel immediatẽ cõſiſtit in fauore humano:& dare ꝓpter preces,hic eſt dare propter fauorẽ ſperatũ à precãte.Inducit autẽ ſimoniã hoc munus ſine dubio,vt dicit,ſi propter hoc detur ſpirituale:quia ordinatur ad vtilitatẽ tẽporalẽ mẽſurabilẽ pecunia: vnde ſi dãs principaliter ad hoc intẽdit,eſt ſimonia:quod facit,inquit,qui preces pro indigno exaudit:vñ cum eo ſic diſtinguũt doc.circa preces.Si enim quis preces porrigit pro ſe ad obtinenda ſacramẽta & ſpiritualia alia à beneficijs, non reperitur prohibitũ,ſi quis ſit dignus : excepto religioſo qui nõ habet velle,& ad ordines præcipuè promoueri nõ debet, niſi de voluntate prælati.de tẽp.ord.ad aures. Si verò porrigit pro ſe obtinẽdo beneficio vel eccleſia aut dignitate habẽte curã animarũ,ſimonia eſt ſcđm Hu.Ray. Hoſt.Dir.& S.Th.'etiã ſi aliàs eſſet dignus:qa ſe ingerẽdo præſumptuoſus & ambitioſus videtur & cõſequẽter indignus: quia ſcđm S.Tho.in quol.ſine gratia Dei, quam nullus ſcit ſe habere, nõ poteſt quis exercere curã animarũ dignè: cũ peccet mortaliter indigne faciendo ea quæ pertinẽt ad curã.Vide ſ̃.Epiſcopus.§.iij.& multò magis eſt ſimonia,ſi aliàs eſt indignus, puta quia illiteratus vel notorius fornicator : ſed ſi porrigit pro ſe ad obtinendũ beneficium ſimplex,nõ eſt ſimonia,nec peccat ſi eget,& nõ eſt indignus propter aliquod impedimẽtũ,ſcđm Ray.S.Tho.& alios de præb.c.ij.ſed ſi nõ eget,peccat ſcđm Ray.j.q.ij.cleros.& multò magis ſi eſſet indignus: imò tunc videtur ſimonia.Quidã tamẽ,vt glo.Ray.& Vld. hanc opinionẽ dicunt eſſe duram:quia promotus ad ſacros ordines,cum huiuſmodi promotio titulũ eccleſiaſticum requirat,põt, ſi eſt dignus,ſine peccato petere beneficiũ eccleſiaſticum,etiã ſi abundet in tẽporalibus,cum nemo cogatur ſuis ſtipendijs militare:exemplo Iſaiæ dicentis cap.vj. Ecce ego mitte me.Pro quo etiam facit tolerãtia papæ:aliàs ferè totus mũdus eſſet in ſtatu damnationis. Et hanc opinionem Sum.Roſ.ſequitur,& adſcribit Panor.in cap.tua nos.eod.tit. Sed hæc opinio quantum ad illud verbum,etiam ſi abundet temporalibus,euertitur per iura, vt de reſcrip.ad aures.& j. quæſt.ij.clericos.& c.paſtor.& xij.quæſt.j.illud autem. nec reſponſio glo.Ray.& Vld.dicentis quòd iura illa loquuntur

in ſtatu eccleſiæ primitiuæ quando reditus erant tenues, &
diſtribuebat de facultatibus eccleſiæ prout cuiq; opus erat,
valet:quia Hieronymus,qui loquitur in d.c.clericos.nõ fuit
in eccleſia primititua : & multò minus Proſper , qui loqui
tur in d.c.paſtor. Et quod dicitur de ſtipendijs,dico quòd ſi
talis ſeruit populo,ab eo ſtipendia debet habere:ſi nõ ſeruit
non debet habere ſtipendium niſi à Deo, à quo habet tẽpo
ralia quibus abũdat,& habebit æterna:& ſi tẽporalia nõ ha
bet,poteſt ab eccleſia vel epiſcopo petere ſuſtentationẽ in
genere,vel beneficiũ ſimplex in ſpecie. Et ideo Sum. Ang.
magis limitãs dictam opinionem dicit eam eſſe verã, ſi ſit
indigens,modo ſit dignus,& non intendat præeſſe,ſed pro-
deſſe.Sed cõtra hoc videtur,quia ratio S. Tho. quo ad curã
animarum nõ ſoluitur ab his,nec eſt ſolibilis ea quam ponit
in ſecũdò quol.ar.x.quia ſcilicet talis eſt prȩſumptuoſus vel
ſuperbus,ſi omnibus quibus vult præfici ſe credit meliorẽ:
aut iniuſtus ſi hoc nõ credit.& fundatur in ſcriptura Hebræ.
v.nemo aſſumit ſibi honorem, ſed qui vocatur à Deo tan-
quam Aaron.Quæ autẽ alij adducunt in contrariũ,nõ con-
cludunt,nec habẽt apparentiã: quia hæc opinio nõ eſt dura
humilibus & parcis & amatoribus ſapiẽtiæ:vt S.Th.qui re-
nuntiauit bullis archiepiſcopatus Neapolitani cum rediti-
bus Sancti Petri de Ara.ꝓpter humilitatẽ,parcitatẽ,& quie
tem religionis:ſed ambitioſis & delicioſis & non habẽtibus
interiores virtutũ delectationes, nec promotio ad ordines
requirit titulũ cum cura,nec tolerantia papæ excuſat in his
quæ ſunt prohibita quia mala:nec inconuenit maiorem par
tem clerici beneficiati eſſe in malo ſtatu,ſi vacat ambitioni
pompis & laſciuijs.nec exemplum Iſaiæ eſt ad propoſitum:
quia ſecundum ſanctos,viderat ſe purgatum ab angelo, &
nõ obtulit ſe prælationi,ſed prædicationi : adde quòd cum
audiuit Deum dicentem,quem mittam,& quis ibit nobis:in
tellexit ſe à Deo dulciter inuitari ad officiũ, ad quod ſe ob-
tulit.Si verò porrigit quis preces,ꝓ alio, diſtinguitur an ſint
ſpirituales an carnales,id eſt,fundatæ in parentela aut ami
citia,& an ſint pro digno vel indigno. Sed diſtinctio prima
nõ eſt neceſſaria:quia cæteris paribus nõ eſt peccatũ con-
ſanguineis prouidere.ſecundum Dir.de cohabi.cler. & mu-
lie.c.j.vnde ſimpliciter dicit S.Tho.quòd preces pro alio , ſi
ſit indignus,factũ eſt ſimoniacum: ſi verò ſit dignus,ipſum
factum non eſt ſimoniacum,licet poſsit,inquit,eſſe ſimonia
in intentione,ſi non attendatur ad dignitatem perſonæ,ſed
ad humanum fauorem:& intendit quòd nõ eſt ſimonia quo
ad eccleſiam,licet eſſe poſsit quo ad Deum.Sed quando pre
ces ſunt pro indigno,ſatis apparet , vt dicit in quarto,quòd
nihil aliud moueat ad dandum niſi fauor aut periculũ vitan
dum.Adde verò circa hoc munus quòd aliquando eſt ſimo-
nia ex parte exaudientis tantùm,vt quando is, qui precatur,
non intendit præbere aliquem fauorem exaudiẽti.Vnde di-
cit Direc.quòd porrigens preces,etiam pro indigno,non eſt
ſimoniacus,niſi intendat obligari collatori ex precibus: vel
cum per exauditionẽ exonerare ab aliquo ſeruitio ei facto
vel faciẽdo:cum remittere ſit dare.j.quæſt.j.ſi qui ſunt. Ali-
quando verò eſt tantùm ex parte precantis:vt quãdo rogat
pro digno,intẽdens tamẽ conſequi ſpirituale propter ipſas
preces.Vnde ſecundum Direc.ſi prælatus in promotione ſo
lum Deum attẽdit,licet ſit ſimoniacus qui male rogat,extra
eod.tua non tamen prælatus,niſi ſequutus preces ꝓpter eas
dederit:vt colligitur à contrario ſenſu : de ætate & qualit.c.
tuam.Adde ſecundum Panorm.in cap.tua nos.eod.tit quòd
humiles preces emiſſæ à digno ſcilicet pro ſe non inducunt
ſimoniam nec peccatum,vt patet ex dicto c.tua & cap.lato-
rem.quod eſt verum ſolùm in paupere & beneficio ſimplici

aut in genere petito.Dicit etiã ibidem quòd donans aliquid
prælatis,& rogans pro aliquo beneficio,modò non ducatur
principali intentione,vt per talia xenia & per preces aſſequa
tur: quanuis ſecundario habeat talem ſpem , extra omnem
noxã iudicatur:quia iuſte iſta poſſunt fieri ſine ſpe primaria,
vt dicit Inno.& Hoſt.& facit cap.quid proderit.lxj.diſtin.&
j.quæſti.j.ſunt nonnulli.& cap.tuam.de ȩtat.& qual.quod di
ctũ limita vt præcedens:licet vtrunque indiſtinctè ſequatur
Sum.Ang.imò & Roſ.etiam ſi petens abundet.de quo par-
ticula priore.Adde etiam quòd idẽ eſt porrigere preces col
latori beneficij,& alteri vt intercedat apud collatorẽ : quia
qui per alium facit,&c.de regu.iur.lib.vj. ¶ Quartum. Mu-
nus ab obſequio,vt colligitur à San.Tho in iiij.eſt actus cor
poraliter exercitus in bonum alicuius . ad quod ſecundum
Archi.reducitur ſi quis aduletur: licet talis non teneatur re-
nuntiare beneficio ſic quæſito,ſecundum Ber.Inn. & Hoſti.
quos ſequitur Sum.Ro.contra Ang.de quo ſuprà Adulatio.
§.iiij.Inducit autem hoc munus ſimoniam,ſecundum Sanct.
Tho.in iiij.quia eſt cõmodum temporale ab alio expectabi
le,& numiſmate appretiabile.Diſtinguitur autẽ ſic ſecundũ
S.Tho.& alios.Si enim obſequium ſit inhoneſtum , vt quia
ſeruit quis prælato in vſuris aut mercãtijs aut lenocinijs:vel
ſi ſit ad carnalia deputatũ vt ad vtilitatẽ cõſanguineorũ vel
ſui patrimonij, ſimonia eſt ſeruire pro beneficio & ſpiritua
li quocunq;.aut hæc pro tali ſeruitio cõferre.j.q.iij. ſaluator
ſecundum S.Tho. Dur.& Richar. Si verò inquit ij.ij.ſit ho-
neſtum ad ſpiritualia ordinatum,puta ad vtilitatem eccleſiȩ
vel miniſtrorũ eius auxilium:ex ipſa deuotiõe obſequij red-
ditur dignus eccleſiaſtico beneficio, ſicut & propter alia bo
na opera:vnde non intelligitur eſſe munus ab obſequio.Et
addit in quarto quòd ſi pactio non interuenit,poteſt abſque
ſimonia prælatus dare illi beneficium,vt non habeatur ocu
lus ad beneficium principaliter,ſed ad dignitatem perſonæ.
Et ſic dicit Gregor.in Regi.quòd eccleſiaſticis vtilitatibus
deſeruientes, eccleſiaſtica dignum eſt remuneratione gau-
dere.Hæc Sanct.Tho.& intelligit ſi aliàs ſit idoneus.& idem
Dur.& Richar.ſubdens quòd ſi clericus ſic ſeruiat ſine pa-
cto quidem,ſed principaliter intentione conſequendi bene-
ficium,committit ſimoniam mentalem , ſed non eam quæ
obligat ad reſignationem, quod probatur à ſimili per illud
quod habetur in c.mandato.eo.tit.& gl.ibi etiã ſi intentione
ſecundaria intendat beneficium per ſeruitiũ:imò ſecundum
Hoſt.etiã intẽtione principali,modo ceſſet pactio.quod ve-
rum eſt primò quantũ ad eccleſiam & iudicialẽ præſumptio
nem,& ſecundò etiã in cõſcientia quãdo eſt intẽtio ad bene
ficiũ incertũ in genere, & nõ ad certũ,ſecundũ do.Ant.inter
quæ eſt diuerſitas licet Pan.dicat eam ſe nõ videre:quia be-
neficiũ incertũ idẽ eſt quod renũtiatio hoc loco,quam licet
principaliter intẽdere,licet nõ iſtã quæ eſt per beneficiũ ec-
cleſiaſticum,niſi ſecundario.Si verò obſequium ſit omnino
ſpirituale,vt celebrare miſſam:ſi quidẽ eſſet impoſitũ alicui
beneficio,ſecundũ Verue.indubitanter ex pacto poteſt con-
ferri beneficium,ita quòd is,cui cõfertur,promittat tale ob-
ſequium,puta celebrando talẽ vel talem.miſſam:de præbẽ.
c.ſignificatum.& ſimiliter ſecundũ Hoſt.ſi eſſet ei annexum
onus docẽdi.poteſt fieri pactio ſeu exactio promiſsionis de
tali obſequio exhibẽdo.Et cũ vacat.poteſt ei tale onus anne
cti.Hic tamẽ nõ eſt ꝓpriè pactũ,ſed ex parte inſtituẽtis red
ditũ fuit donatiõe ex cauſa vel ſub modo inter viuos aut cau
ſa mortis:ex parte verò eius, cui cõfertur , eſt acceptatio rei
cum onere adimplendi cauſam ſiue onus. Si verò ſeruitium
ſit partim ſpirituale partim temporale,vt ſi epiſcopus reci-
pit clericum ad ſeruitiũ ſpirituale & temporale ſibi præſtan
dum



dum cum promiſsione quòd annuatim ſoluet ſibi certum ſa
larium,donec prouiderit de beneficio:ſecundum Hoſ.hoc li
cet,modò ſpecialiter non ſe obligauerit ad ſeruitium tem-
porale præſtandum:nec committitur ſimonia poſtmodum
remittendo ſalarium,dum beneficium confertur, quia ſala-
rium erat ſub conditione:& facta collatione beneficij expi-
rat conditio. Inſti.de verb.obli.§.omnis.ſecus ſi promiſsio ſa
larij fuiſſet pura & perpetua,ar.c.veniens.eo.ti.quod quidem
Pan.in c.cùm eſſet.eo.ti.credit verum quando prælatus non
inducit principaliter propter ſeruitium , ſed quia ille me-
retur.alteri ſi cauſa finalis ſit ſeruitium,non licet.ar . c.gra-
ue.de præb.ſecus ſi ſit cauſa impulſiua.Vel dic quòd hoc eſt
verum eo modo quo conducuntur ſacerdotes,ſcilicet epiſco
po inſtituente annuum reditum cũ onere & intentione ſpiri
tualis ſeruitij principaliter,& temporalis ſecundariò. Adde
autem ſecundũ Veruec.nõ eſſe ſimoniã ſi duo ſacerdotes cõ
ducunt inuicem ex cauſa quòd vnus dicat miſſam quæ alte-
rum tangit,& ecõtrario,quãdo nullum pretium vel tempo
ralis merces interuenit. Adde ſecundum Ric.licitum nõ eſ-
ſe quòd duo adulti paciſcant de ſe inuicem baptizando.quia
in talibus omnis pactio & cõuentio ceſſare debet: extra eo.
tua,& dare aliquid ex pacto pro ſacrmento,quanuis ſpiritua
le,eſt illicitum,licet non eo modo quo temporale:quia res à
non domino emitur:& eſt contra rationem gratiæ . Dicens
autem,orabo pro vobis:rogo oretis pro me:nõ eſt reprehen
ſibile,quia non eſt hic emptio,ſicut nec pactio.Adde etiam,
ſecundum eundem,quòd licet epiſcoqus fecerit pactum pro
beneficio dando,ſi poſtea obligatus talis pacti purè cõfert,
non eſt ſimoniacus quo ad eccleſiã:nec etiam recipiens ſi pa
ctum ignorabat:vnde reſignare non tenetur.¶†Decimoſe-
ptimò quȩritur,vtrum aliquo modo liceat paciſci de tempo
ralibus ad ſpiritualia,vel econtrario? Et dico quòd ſic dupli
ci caſu quantum occurrit.¶Primò cùm annectitur onus rei
temporali traditæ:quia in traditione rei ſuæ quilibet poteſt
quod ſibi placuerit apponere pactum.de cond.appo.verum.
Vnde poteſt dari terra cum pacto vt in ea conſtruatur eccle
ſia,& reſeruato cenſu aliquo.de reſti.ſpol.olim. vnde etiam
poteſt dari licentia conſtruendi ipſam eccleſiam ſub certo
pacto:vt in c.quanto.de cenſi.& in c.ex inſinuatione.eod.tit.
ſicut.& in c.ſignificatum.de præb.vbi datur præbenda cum
pacto quotidie celebrandi in tali eccleſia.in prȩdictis tamen
non eſt pactum propriè,vt exiſtimauit Sum.Ang.quia oppo
ſitum dicit S.Th.vt ſ.§.ix.par.ix.& patet per Pan. in c.olim.
el.j.de reſt.ſpo.ſed eſt donatio ſub modo vel cauſa , & acce-
ptatio donationis . ¶Secundò quando aliquid exigitur iure
permittente:quia exprimere quod eis permittit,non inducit
ſimoniam,vt no.Pan.in d.c.olim.& ſic licet conſecranti aut
viſitanti,licet talis actus ſit ſpiritualis ex parte principij,exi-
gere procurationem,extra eo.cùm ſit Romana. de cenſi.cũ
apoſtolus.de præſcri.cùm ex officij.x.q.iij. relatum . Quod
non eſt ſic intelligendum quaſi ius humanum poſsit diſpen-
ſare in ſimonia,ſed in præſumptione ſimoniæ:ſicut vbi quis
facit licitè actum,puta prædicat cum intentione principali
ad temporalia.vt ad ſuſtentamentum:ſi fiat pactum,præſu-
mitur ſimonia,quæ non præſumeretur iure concedente.Ex
hoc autem dico quòd licet exigere iure permittente . Sum.
Ang.reprobat dictum S.Tho.in iiij.per Roſ.& Sup.accepta
tum quòd eſt ſimonia dare ſpirituale ad obtinendum debi-
tum temporale quod ſuum eſt:licet in hoc fallatur , quia li-
cet ius permittat exactionem proprij debiti,non tamen per
mittit eius emptionem per ſpirituale datum: imò ſi ius hoc
concederet,conceſsio eſſet contra ius diuinum,& non vale-
ret:quia nunquam poteſt concedere ius humanum quòd

temporale ematur per ſpirituale,aut econtrario: ſed poteſt
diſpenſare ſuper præſumptione:vt dictum eſt, & ſuper pœ-
nis & ſuper quibuſdam,fortè ſolo humano iure ſimonaicis.
¶†Decimooctauò quæritur quid iuris de mediatoribus in 18
ſimonia?Et dico quòd ſi neq; miniſtrãs neq; accipiens ſpiri-
tuale aliquid recipit vel dat aut paciſcitur,ſed ipſis ignoran-
tibus amicus accipientis ſpirituale dat aliquid ex pacto con-
ſiliario miniſtrãtis:licet illi nõ ſint ſimoniaci , ex quo nihil
ſciũt:iſti tamen ſimoniaci ſunt.j.q.j.ſtatuimus.&.c.ſi qui à ſi
moniacis.de quo dic vt ſ.§.xiij.par.j . Et quo ad pœnã & di-
ſpenſationem idem eſt de mediatoribus & de alijs per regu
lam,acceſſoriũ.de re.iu.lib.vj . ¶†Decimononò quæritur, 19
quotuplex ſit pœna ſimoniacorũ ? Et dico quòd multiplex.
¶Prima eſt ſuſpenſio ab exequutiõe ordinũ, & beneficiorũ
adminiſtratiõe:de qua ĩ.Suſpenſio.§.vij.¶Secũda eſt depoſi
tio & infamia:& hæc debet imponi ſi in iudicio cõſtiterit.xv.
q.iij.ſanè.& de accu.inquiſitiõis . ¶Tertia eſt excõicatio pa-
palis per extrauagantem Martini in cõcilio cõſtantienſi,quȩ
incipit ſacro. qua ordinati ſimoniacè ab exequutiõe ſuorum
ordinũ ſunt ſuſpenſi,& electiones,poſtulationes,cõfirmatio
nes,& quæuis prouiſiones eccleſiarũ,monaſteriorũ,dignita-
tum,perſonatuũ,officiorũ,& beneficiorũ,ſunt ipſo iure nul-
læ,& dans ac accipiens ipſo facto ſententiã excõicationis in-
currit etiã ſi pontificali aut cardinalatus præfulgeat digni-
tate:& per aliã extrauagantem eiuſdem factã Mãtuæ anno
ij.ſui pontificatus,quæ incipit,damnabilis.qua confirmãtur
omnes cenſuræ à quibuſcunq; ſummis pontificibus latæ cõ
tra ſimoniacos: & incurrit eas ipſo facto, etiã occultus,vbi-
cunq; ſimoniã commiſerit , & quacunq; eccleſia,etiam epi-
ſcopatus,& cardinalatus,aut temporali præfulgeat dignita-
te.abſolutionem papæ reſeruans,niſi in mortis articulo:nõ
obſtante quocunq; indulto vel facultate abſoluendi conceſ
ſa vel concedenda à ſede apoſtolica,niſi ſpecialiter authori-
tatem cõtineat abſoluendi à peccato ſimoniæ.Et idem Ang.
in extrauag.quæ incipit,cum deteſtabile:data apud S.Chry
ſogonum ſui ponti.anno.iiij . Et idem Paulus ij.in proceſſu
cœnæ domini de ſimoniacis in ordine vel beneficio reſeruãs
abſolutionem,vt ſ.Et idem Xyſtus quartus,ſiue in curia Ro
mana,ſiue extra.Et ſic conclude quòd omnes ſimoniaci in
ordine vel beneficio Romæ vel alibi , occulti vel publici,
ſunt excommunicati,à ſolo papa abſoluendi , niſi in mortis
articulo:ſecus de alijs ſimoniacis non obſtante c . reperiun-
tur.&.c.quicunq;.&.c.placuit.j.q.j.quæ ſub anathemate pro
hibent:quia loquuntur de omni ſimonia ſolùm in ordine &
beneficio.& ſic de alijs iuribus.¶Quarta pœna eſt commu-
nis eis & nõ reuelantibus eos:quia per d.extraua.Marti.& Eu-
ge.damnabile.præcipitur ſub pœna excommunicatis latæ
ſententiæ omnibus cuiuſcunq; diginatis aut ſtatus, qui ſciũt
aliquos commiſiſſe ſimoniam,vel procuraſſe aut fuiſſe me-
diatores:quòd ſi ſunt præſentes in Romana curia teneantur
reuelare papæ vel ſedis apoſtolicæ camerario , aut cui ipſe
duxerit committendum in vnius vel duorum teſtium præſen
tia,quàm citius poſſunt per ſe vel per alios, nec poſſunt ab-
ſolui donec reuelauerint.quod intellige ſi ſciunt veraciter,
& commodè poſſunt reuelare. Credo tamen quòd hodie
iſta pœna non liget:quia eſt abrogata per non vſum; maxi-
mè quia iſte non vſus eſt præſcriptus iam ſpatio xl. anno.&
amplius:& ligauit ſolùm exiſtentes in curia ſi ligauit.vide ſ.
Excommunicatio.vij.excommunicatione xliij. Sed neque
iſtæ neque aliæ pœnæ,ſecundum Aſten.ligant ſimoniacos
mentales.Adde etiam quòd non ligant ſimoniacum quen-
cunque,ſi interueniat authoritas papæ diſpenſantis,quæ in-
teruenire,videtur,ſecundũ Io.de Li.in c.j.eo.ti.eo ipſo quòd

ex certa ſcientia ſcit & tolerat.quod limita quando ſimonia committitur cum ipſo papa : vt quia ab eo habetur beneficium eo ſciente & conſentiente:quia tunc ſcientia principis hoc vitium purgat quantum ad pœnam & quantum ad ſimoniam iure poſitiuo,ſi quæ ſunt, etiam quantum ad culpam:ſecus ſi cum alijs curialibus: quia niſi aliud appareat, ex ſola tolerantia non præſumitur diſpenſatio, quia fortè timet opponere ſe torrenti.Vnde habent ibi locum pęnæ prę
20 dictæ.ar.eorum quæ dicta ſunt ſ̄. Diſpenſatio.§.xiiij.¶†Viceſimo quæritur,quid iuris de ſimonia quantum ad reſtitutionem?Et dico multa præter ea quæ ſ̄.§.xiij.part.viij.dicta ſunt de fructibus beneficij habiti per ſimoniam.¶Primum. Simonia conuentionalis,ſecundum omnes,obligat ad reſtituendum acceptum:ſed ſimonia mentalis tantùm quæ ſcilicet ex ſola intentione & voluntate committitur ſine pactione,ſola pœnitentia aboletur,nec obligat ad reſtitutionem acceptorum eo.ti.mandato.quòd licet quidam,quos ſequitur Inno.& Hoſt.& Sum.Ang.dicant verum eſſe in ſimonia quæ eſt de iure poſitiuo : tamen melius alij , quos ſequitur Io.And.& Pan.tenent indiſtinctè non eſſe neceſſariam reſtitutionem,per d.c.mandato.quod non loquitur de ſimonia quæ eſt de iure poſitiuo,vt putauit d.Sum.An.ſed de ea quę eſt de iure diuino,id eſt, circa receptionem ad religionem, quæ eſt actus ſpiritualis ex parte principij:ſecus in vſura mẽtali,in qua ſola intentio obligat ad reſtitutionem:vt no.gl.in d.c.mandato.& facit c.conſuluit.de vſu.& eſt communis doctrina.Ratio diuerſimodè aſsignatur à doc.in d.c.mandato.& non plenè ſatisfaciunt.Vnde dicit Sum.Ang.quòd ſunt inefficaces:& dicit ſolùm ita eſſe,quia ius declarauit.quod nõ bene dicitur:quia iura non declarant ſine ratione:cùm ſubalternentur philoſophiæ morali.Vnde dico quòd ea quæ reſtituenda ſunt ratione ſimoniæ,non ſunt reſtituenda neceſſariò vigore naturalis aut diuini iuris,ſed de conſilio ſolùm: quia ſi dans non dedit turpiter,dedit voluntariè,& libere,& ſic iam non debetur ſibi:& ſimiliter ſi dedit turpiter : vnde non habent nec habuerunt,ex quo data ſunt, dominiũ certum:& ſic non ſunt neceſſariò reſtituenda,iuxta dicta ſ̄.Reſtitutio.viij.§.ij.Si qua autem obligatio ad reſtituendũ eſt ex lege humana eſt,quę de interioribus non diſponit:vel eſt ex indiſpoſitione habentis, qui per pœnitentiam poteſt ſe diſponere:ſecus in vſuris.¶Secundum.Pecunia quomodocũq; ſimoniacè accepta,ſcilicet ſimonia exteriori, ſecundũ Doc. retineri nõ poteſt,ſed neq; reddi debet ei qui dedit, quia turpiter dedit:ſed ſecundũ Ber.illi eccleſiæ dari debet, in cuius contumeliã data eſt:extra eo.de hoc.arg.xvij.q.iiij.ſi quis in atrio.&hoc ſi cõmodè poteſt.alioquin ſecũdũ Arc.erit pauperum,ar.eorũ quæ dicta ſunt ſ̄.Potentia.per totũ . Vnde ſi eſt accepta ab ordinato ad nullum titulum,dabitur eccleſię cathedrali:ſi ab ordinato ad titulum alicuius eccleſiæ vel beneficij,illi applicatur,ſecundum Veruec.& Vld.& ſi eſt accepta pro eccleſia vel beneficio,illi applicabitur,niſi eccleſia fuiſſet in culpa:puta ſi totũ collegiũ,conſenſit ſimonię:quia tunc debet erogari pauperibus,ne eccleſia de malo reportet lucrũ:poſſet tamen ex miſericordia reddi illi qui dedit, ſecundũ Ray.ſi tranſiret ad religionem,vt cùm ea trãſiret, vel etiã ſi eſſet pauper,& nõ ſufficerent ſua:vel etiã ſi dediſſet ex ignorantia,ſecundũ Hoſ.Et idem de pecunia accepta pro alijs ſpiritualibus dicendum eſt:vt ſcilicet detur eccleſiæ,in qua ſimonia commiſſa eſt:ita tamen quòd qui dedit, commodum nõ reportet.¶Tertium.Si autem pro ingreſſu monaſterij vel eccleſiæ ſit accepta :ſi loquamur de eccleſia ſeculari,ſecundùm Pan.in c.de hoc.eo.tit.ſi is qui dedit non habet vnde viuat,reſtituetur ei.arg.c.veniens.eo.titu.Si autem habet vnde viuat:tũc ſi omnes de eccleſia deliquerunt, debet dari eccleſiæ,& criminoſi expelli : & ſi nõ expellãtur, debet dari fiſco papæ ſcd̃m Hoſtiẽſem,qui diſtribuat in pias cauſas:q̃a turpia lucra à fiſco extorquent.l.fiſcus in quęſtiõe. ff.de iur.fiſc.Si verò nõ oẽs deliquerũt,ſed ſolus pręlat⁹, vel particularis:tũc dabitur eccleſię,in cuius ignominiã erit datũ.Si verò loquamur de eccleſia regulari: ſi oẽs deliquerũt, datur ei qui dedit vt intret ſcd̃m monaſteriũ:vt dicto c.veniẽs.cũ nõ poſsit ſtare in primo:vt in cap.q̃m.eo.tit. Si verò ſolus pręlat⁹ aut particulares deliquerũt,& nõ capitulũ: tũc ſi eſt ꝓfeſſus ſcd̃m monaſteriũ ad qđ tranſit,habebit vſumfructũ illorũ bonorũ,& eo mortuo reuertẽtur liberè ad primũ monaſterium.Et ſic intellige glo.in d.cap.de hoc.& cõcor.Hoſtien.& do.Ant. Sed limitat Archi. in his quæ vſu nõ conſumuntur vel diſtrahuntur,vt ſunt poſſeſsiões. Si autem cum eo diſpenſetur quòd remaneat in eodẽ monaſterio, putat Arch.poſſe diſpẽſari quòd illa pecunia remaneat monaſterio.¶Quartũ. Si pecunia ſimoniaca ex pacto ſit data papæ,ſecundum Panorm.in cap.j.eod.tit.nihilo minus talis nõ poterit retinere beneficium acceptum, etiam in caſu in quo papa non committeret ſimoniam:ſicut in ſimili diſputat Ioannes Andr.in regul.cui licet.de reg.iur.lib. vj.in mercu.de ludente cũ epiſcopo ad azardum ſtatuto eiuſdem epiſcopi excommunicante ludentes: quia licet epiſcopus non ligetur ſtatuto illo,ligatur tamen ſecum ludens. & idem in propoſito,vt diſputat Pan.in cap.extirpandæ.de præben. Sed cõtrarium dixi ſuprà §.xix.ad fin.& eſt verius.Nec obſtat ſimilitudo de epiſcopo:quia ipſe non poteſt ſecundum aliquos facere quòd ſtante ſtatuto ſuo contraueniens nõ ligetur:quod tamen poteſt Papa. Vel dico quòd ludendo cũ aliquo diſpenſat præſumptiuè vt ille impunè ludat cum eo: ſicut papa cõferendo beneficium ſimoniacè, diſpenſat in pœna ſimoniæ.

## De Simplicitate

SIMPLICITAS,ſecundum Panormitanum in cap.dilecti.de iudi.eſt duplex.vna ſcilicet diſcretioni contraria reprobata.xxxix.di.cap.Petrus diaconus.& xvj.q.j.ſi cupis.& illa contraria doloſitati amplectenda,de qua in Euangelio, Eſtote ſimplices.& in cap.veritatis.de iureiuran.& Inſtit.de legi.agna.ſuc.§.quod ad fœminas.vbi dicitur,ſimplicitatem amicam legibus amplexantes.

## De Simulatione & Hypocriſi,fictione & aſtutia.

1 *Simulatio quid & quotuplex ſit.*
2 *Simulatio an ſemper ſit peccatum.& nu.4.*
3 *Simulatio an dicatur acculiare peccatum.*
5 *Hypocriſis an ſit peccatum mortale.*
6 *Hypocrita an dicatur,qui gerit habitum religionis , quam non meretur.*

SIMVLATIO,ex hoc videtur dicta quòd vnum aliud ſignificat vel repræſentat quaſi ei ſimile:ſicut ſi dicamus aurichalcum ſimulare aurum verum. Vnde ſimulatio generaliter & largè ſumpta eſt idem quod aſſumptio actus vel rei alicuius ad aliud repræſentandum:& ſic etiam,vt dicit S. Tho.ij.ij.q.iij.art.j.ad ſecundum. ſimulatio largè eſt fictio. Quæ quidem fictio ſecundum Beatum Gregorium à compoſitione actuum vel operum dicta eſt : eo modo quo luti compoſitores figulos vocamus:& ſignificat compoſitionem exteriorum actuum vel rerum ad aliquod falſum aut etiam verum ſignificandum: ſicut dicitur fingere ſanus tibias claudicando,dum claudicationem ordinat ad ſignificandum ſe debilem.quod eſt falſum : & ſimiliter dum eam ordinat ad repræſentandum inceſſum alterius qui verè eſt claudus. Propriè autẽ ſimulatio ſemper eſt ad ſignificandum quod nõ eſt.quod bene S.Tho.ibi ar.j.oſtendit dicens quòd ſimulatio propriè eſt quoddã mendaciũ cõſiſtens in ſignis exteriorũ factorũ.& ar.ij.dicit eam eſſe idẽ hypocriſi,quæ Latinè dicitur ſimulatio.dicta ſecundum Iſid.& alios ab eo quòd aliqui in ſpectaculis cõtecta facie ſimulabãt perſonã alienã. Vnde hypocriſis,inquit S.Tho. eſt ſimulatio non omnis,ſed illa qua quis ſimulat perſonã alterius:ſicut cum peccator ſimulat perſonam iuſti.Et ſic ſecundũ mẽtem eius ſimulatio propriè eſt idem hypocriſi,ſicut genus ſpeciei : puta animal homini.Aſtutia verò,vt patet ij.ij.q . lv. eſt ſimulatio ſeu fictio circa media,quibus venitur ad finẽ bonũ vel malũ:ſicut ſi quis fingat ſe amicum alterius q̃ẽ odit vt diſcat ab eo ſecreta vnde dicit ibi quòd ad aſtutiã pertinet ad bonũ vel malum finẽ nõ vti veris vijs,ſed ſimulatis & apparẽtibus.& hoc vt ibi patet ar.iiij.inquãtum iſtę viæ ſunt in ipſa excogitatione:vt autem ſunt in ipſa exequutione hoc petinet ad dolum qui eſt executio aſtutię:ſiue per verba,quod principaliter ad dolum pertinet:ſiue per facta,quod pertinet ad fraudẽ propriè: de quo etiam dictum eſt ſuprà fraus.& ſuprà Culpa.in princ.Et ſic patet quòd omnis hypocriſis eſt ſimulatio propriè,nõ econtrario:& omnis ſimulatio propriè eſt fictio,nõ ecõtra:& omnis ſimulatio largè eſt ficto propriè, & cum ea conuertitur.Aſtutia autẽ eſt quid prædictis cõmunius,quantum ad hoc ꝙ ſit verbis & rebus.prædicta autem rebus.tantùm:eſt verò quid ſtrictius inquantũ eſt circa media tantùm in ordine ad finẽ:prædicta verò circa media & finẽ.¶†Primò verò quæritur,quotuplex ſit ſimulatio?Et dico colligendo ex Arch.poſt Augu.ſuper Geneſ.& Alex. de Al.quòd ſumendo eam large eſt duplex.prima ſcilicet ſignificationis, ſicut Iacob ſimulauit ſe Eſau.Gen.xxvij.in ſignum quòd populus minor,id eſt Chriſtianus pręferendus erat maiori,id eſt Iudaico.& ſecunda cautelæ:ſicut Ioſue fugam ſimulauit vt auerteret Haitas hoſtes à ſua ciuitate, Ioſue viij.Tertia eſt inſtructionis vel doctrinæ: ſicut prædicatores fingũt parabolas:& Chriſtus Lucæ vlt.finxit ſe longius ire ad inſtruẽdum diſcipulos quòd lõgè eſſet ab eorũ cordibus. & quarta duplicitatis,quæ ſcilicet ſit ad decipiendũ, ſignificãdo quod non eſt:quæ & propriè eſt ſimulatio.Sed ſi ſumatur propriè cùm ſit quoddam mendacium,vt dictũ eſt,diuiditur eo modo quo & mendacium,de quo ſuprà loco ſuo dictum eſt.
1 ¶†Secundò quæritur.vtrum ſimulatio ſemper ſit peccatũ? Et dicit S.Tho.ij.ij.vbi ſuprà,quòd omnis ſimulatio propriè ſemper eſt peccatum, quia eſt mendacium. Si verò loquamur de ſimulatione largè,notãdum eſt dictum Vl. quòd ſicut licet fallere aliquem in duplicitate verborũ propter aliquam ſui vel proximi vtilitatem,ita licet & per opus intentione vtilitatis cõſequentis ad talem ſimulationem:ſicut Dauid mutauit faciem ſuam coram Achis rege Geth. j.Regũ xxj.& facit cap.vtilem.xxij. quæſt.ij.Hoc eſt dicere quòd ſicut loquutione duplici ſignificãte verum & falſum licitè ad bonum finem vti poſſumus , licet ſciamus proximũ capere inde falſum intellectum,niſi obligemur alicui ad eius intentionem reſpõdere:ita re quæ duo ſignificare poteſt,ſicut fuga Ioſue poterat ſignificare timorem & prudẽtiam eius,poſſumus vti bono fine,licet alius inde capiat ſenſum falſum.Igitur,ſecundum omnes,non eſt peccatum ſimulatio ſignificationis.quod limita niſi addatur aliquod mendaciũ:nec cautelæ:vt patet ex dictis ſtatim:quia in ea eſt vſus rerum,quæ ſignificare poſſunt verum & falſum.& probatur in c.vtilem & cap.quod ait & in §.quandoq; xxij.quęſt.ij.nec inſtructionis,vt per ſe patet, quia non eſt mendacium, ſed figura veritatis.¶†Tertiò quęritur,vtrum occultare ſuum peccatum ſit ſimulatio:Et dicit Sanct.Thom.ij.ij.vbi ſuprà quod ſicut mentitur verbo quis quando ſignificat quod non eſt: non autem quando tacet quod eſt,quod aliquando licet:ita ſimulatio eſt quando quis per exteriora ſigna ſignificat quod non eſt:non autẽ ſi prætermittat ſignificare quod eſt:vnde abſq; ſimulatione poteſt quis occultare peccatũ ſuum: ne ſcilicet exinde alijs ſcandalũ generetur.Hęc ex illo & intellige occultare per bona opera,quæ taliter peccatores facere nõ cõſueuerunt: vel per opera quæ poſſunt ſignificare quòd tale peccatũ non ſit cõmiſſum:& aliquid aliud vt patet ex dictis §.priore.& dicendis.§.ſequen.¶†Quartò quæritur, vtrum 4
ſit peccatum ſimulare ſanctitatem?Et dicit Pet.in quol.hoc fieri ab aliquo dupliciter.Primò vt pallietur iniquitas,& ipſe bonus putetur.quod eſt peccatum,& tantò grauius, quanto iſta ſimulatio cedit in damnum proximi temporale vel ſpirituale.Secundò ad honorem Dei,& proximorũ ædificationẽ coram extraneis,vt ipſi magis ædificẽtur: & hoc non eſt peccatum.Ratio primi dicti eſt quia talis nõ ſolùm quærit abſcondere veritatẽ ſuæ iniquitatis: ſed etiã aſſerere falſitatẽ ſuæ ſanctitatis. Ratio verò ſecundi eſt,quia ſi talia cõueniũt ſibi ex ſua profeſsione,puta quia Chriſtianus ieiunat ieiunia eccleſię,& religioſus incedit maturus,non ſignificat falſum, licet ſit malus:ſicut nec religioſus deferens habitũ perfectionis,cum ſit imperfectus.Si verò nõ cõgruũt,ſed ſunt altiora: vt ſi frater prædicator incedat nudo pede , vel frater minor carnes nõ comedat,ſi hoc ſit bono fine,licet prętẽdatur ſanctitas maior quàm ſit in eo,eſt ſimulatio cautelæ contra demonem.& ſic Beat.Dominicus pedeſter ambulans ad fontem ſitim extinguebat ne bibẽdo nimis hoſpitẽ ſcandalizaret,& bibẽdo parum ædificaret.¶†Quintò queritur,vtrum 5
hypocriſis ſit peccatum mortale? Et dico colligendo ex S. Tho.ij.ij. vbi ſuprà, & Bona.in iij.diſt. xxxviij. & Alexan.ij. ij.titu.de hypocriſi,quòd cum in hypocriſi ſit defectus ſanctitatis & eius oſtenſio:ſi ad vtrunque referatur intentio hypocritæ,quia ſcilicet ſanctitatem vult prætendere & nõ curare:ſic eſt mortale:quia nullus totaliter ſanctitate priuatur niſi per mortale:& ſic ſumitur in ſcripturis. Si verò feratur ad oſtenſionem tãtum ſanctitatis, à qua deficit per peccatũ, non eſt ſemper mortale,ſed ſecundum finem intẽtum,ſi ille ſit contra charitatẽ Dei vel proximi:puta quia per hoc vult ſeminare hæreſim vel aſſequi dignitatem eccleſiaſticã indignus,aut bona temporalia,in quibus finẽ conſtituit: & aliàs erit veniale,puta cum in ipſa fictiõe delectatur.de quo dicitur in iiij.Ethi.quòd magis videtur vanus quàm malus.Et idẽ Veruec.addẽs quòd eſt mortale ſi intendit , vt ei detur aliquid propter hoc ſecũdũ illud Matthęi xxiiij.Væ vobis Scribæ & Phariſæi,qui comeditis domos viduarum,&c.quia rapit quod debetur ſancto cum detur ei in nomine iuſti .& idẽ ſi facit ex inſatiabili auaritia:ſecus ſi quis pro ſua neceſsitate ſimulat neceſsitatẽ maiorẽ quàm habeat: quia talis ſimulatio ſecundũ Chryſo.eſt culpa diuitũ potius quam pauperũ.
¶†Sextò quæritur vtrũ ſit hypocrita qui gerit habitum reli 6
gionis,& nõ habet meritũ?Et dico ex mẽte S. Tho ij.ij.vbi ſuprà,quod non:ſi illum aſſumit intendẽs ſe ad ſtatum perfectionis transferre,& deficit per infirmatatem: quia ille habitus non ſignificat quòd ſit perfectus,ſed ſignificat ſtatum quo quis obligatur ad opera perfectionis:vnde non tenetur manifeſtare ſuum peccatum ſanctitatis habitum deponendo.Si verò illum aſſumeret vt ſe iuſtum oſtentaret, hypocrita eſſet & ſimulator.

## De Societate determinatæ rei,primò in mercantijs & artibus.

1 *Societas an ſit licita vno ponẽte pecuniã et alio opas & n.ſeq.*

2 *Pecunia in ſocietatem data, vt ſaluo capitali lucrum accipiat ſapiat vſuram & num. 4. & 5.*

3 *Operas in ſocietate ponere certa in omnem euentum mercede an ſit licitum.*

6 *Societate pecuniæ & operarum contracta, ſi pereat pecunia, cuius ſit damnum.*

7 *Societatis varia pacta illicita & nu. ſeq.*

19 *Societas quomodo ſiniatur, & quis modus diuiſionis. nu. 20.*

SOCIETAS quid ſit, & quid ſocius, dictũ eſt ſ. Peculium. ij. vbi de ea agebatur ſecundum ſe, quid & quotuplex ſit, & quomodo contrahatur ſine determinatione ad rem determinatam, & quantum ad diuiſionem fratrum: ſicut nunc de ea agitur inquantum eſt determinatæ rei: & primò in artibus & mercãtijs. ¶ Pro quo generaliter dico quòd breui regula diffiniri poſſent omnes quæſtiones in iſta materia, ſcilicet quòd in ſocietate nõ poſſit eſſe peccatũ, niſi quia ibi eſt vſura vel iniuſtitia, dum vna pars nimis grauatur. Vbi ergo illud quod quis in ſocietate ponit, ſtat periculo ponentis nõ eſt vſura: ſicut nec mutuum: vbi etiam neutra partiũ nimis grauatur arbitrio bonorum nõ eſt iniuſtitia: ſed pro habentibus aliqua quæramus. ¶† Primò ergo quæritur, vtrum lici
1 tè cõtrahatur ſocietas vno ponẽte pecuniam & alio perſonam vt inde lucrum percipiatur, ſiue vnus ponat pecuniam tantùm, alter operã tantùm, ſiue vterq; vtrũq; ponat ſiue alter vtrunq;, & alter tãtùm alterũ ponat. His enim tribus modis ſocietas variatur, ſecundũ Alex. de Al. & dicit S. Tho ij. ij. q. lxxviij. quòd ſic committens pecuniam mercatori vel artifici non transfert dominium in illum, ſicut in mutuo, ſed remanet eius, ita quòd cum periculo ipſius mercator de ea negotiatur vel artifex operatur: ideo licitè poteſt petere partem lucri inde prouenientis tanquã de re ſua. Et cõcor. Ang. de Peru. in tract. de ſocie. dicens hoc licere tam de iure ciuili quam canonico: quia opera alicuius ſæpe valet pro pecunia. l. j. C. pro ſocio. Inſtit. eod. §. ij. & not. gloſ. in ca. plerique. xiiij. quæſ. iij. ¶ Sed ad iuſtitiam huius contractus tria requiruntur: primò quòd ars vel negotiatio ſit licita. de do. inter virum & vxorem. per veſtras. Secundò quod pecunia ſtet periculo ponentis. de quo §. ſeq. Tertiò quòd æquitas ſeruetur in omnibus, ſic quòd, vt dicit Gof. damna & lucra ſint communia: vt in dicta glo. cap. pleriq;. & in d. l. j. C. eod. quod intellige proportionaliter, id eſt, ita quòd qui plus poſuit pecuniæ vel operæ plus habeat de lucro l. ſi non fuerint. & l. quid enim. ff. pro ſocio. in quo ſtatur arbitrio boni viri, quod in hac actione ſequendũ eſt. l. in propoſita. ff. pro ſocio. Et ratio eſt, quia ſocietas eſt fraternitas. l. verũ. ff. pro ſocio. vnde iſta æquitate non ſeruata eſt ſocietas iniqua & leonina. d. l. ſi nõ fuerint. in fin. quod pro tota iſta materia notãdum eſt. ¶† Se
2 cundò quęritur, vtrum ponens pecuniam apud mercatorem vel artificem per modum ſocietatis vel depoſiti, poſſit ſaluo capitali lucrum percipere ſaltem ex pacto. Et dico quòd nõ etiam ſine pacto, cum intentione tamen principali quòd in omnem euentum capitale ſit ſaluum, ſecundũ Archi. ſed eſt vſura, vt patet per c. vſura. xiiij. q. iij. & per diffinitionẽ vſurę: quia hic eſſet mutuum. & idem Rich. in iiij. diſt. xv. & Laur. de Ridol. & glo. in d. c. pleriq; & idem ſentit Bal. in l. j. C. pro ſocio dicens iſtum cõtractum ſapere vſuram. nec eſſe ſocietatis ex forma, quia eſt mutui: nec ex natura, quia eſt contra naturam ſocietatis quòd vnus habeat caput ſaluũ, & alius fructum. ff. eo. l. mutuis. & idem diceret ſine dubio S. Tho. quia pro ratione aſſignat licitè percipiendi lucrum ex pecunia per modum ſocietatis: quia ſtat periculo ponentis: & conſequenter ſi non ſtat, non percipitur. Nec excuſat ſecundum Archidiac. periculum cui pecunia ſubſtat apud alium qui fugere poteſt aut deficere: quia in lucrum non ſperatur ratione periculi: imò ſi de eo dubitaret, non poneret: ſed ratione mutui: ex quo tamen non licet percipere lucrum etiam ſi periculum interueniat: vt expreſſè patet in c. nauigãti. de vſur. nõ excuſat etiã quòd depoſitarius vel ſocius ſit multùm lucratus: quia lucrum fuit induſtriæ, nõ pecuniæ, & periculum amiſſionis incumbebat negotianti, & nõ deponẽti. ¶ Si autem huic contractui acceſſerit pactum de ſalute capitalis & parte lucri, quidam dixerunt quòd licet, & valet ex vi pacti, ſaltem de iure ciuili: quia cõtractus ex conuentione legem accipiũt. de re. iu. contractus. lib. vj. Et hoc ſequitur Io. And. vt recitat Panor. in c. per veſtras. de donat. inter virũ & vxo. & idem Hoſtien. in Sum. quia hoc pactum non eſt cõtra, ſed pręter naturam cõtractus: pactum autem interpoſitũ pręter naturam contractus valet: vt l. j. ff. depo. & in c. vnico de cõmo. ſi tamẽ capitale inquit, perdatur, deberet deponẽs in foro animæ remittere. Sed Azo & Accur. in d. l. ſi non fuerit. & do. Anto. in c. fin. de vſur. & Angel. de Peru. vbi ſuprà & Gofr. & Ioan. Cal. & Theologi tenent contrarium, & bene: quia tale pactum eſt contra naturam ſocietatis, quæ eſt fraternitas, vt dictũ eſt: de cuius natura eſt quòd partes ſint æquales, niſi aliud dicatur, ſecundũ Archi. poſt Lau. de Ridol. quod intellige abſolutè vel proportionaliter ad pecuniã poſitam, vel laborem aut induſtriam perſonarum, ideoq; non valet. l. cũ precario. ff. de preca. & cap. ſi de prec. Sed & ſi eſſet licitum, tamẽ iſta nõ eſt honeſta ſocietas: quia poſſet, qui operã ponit, ſentire damnum in operis amiſſione & in capitali pecuniæ. quod eſt contra naturã ſocietatis. Vnde glo. in dicto c. pleriq;. dicit ad hoc quòd ſit licita & honeſta ſocietas oportere, quòd ponens pecuniã ſentiat de lucro & de dãno. Ad §. autem, de illa. Inſti. pro ſocio. vbi dicitur valere pactũ quòd alter nõ ſentiat de damno, ſed de lucro: dicit Ioã. Cal. hoc non intelligi de capitali, ſed de damnis & lucris contingentibus ſaluo capitali. Vel dic quòd procedit quantum ad ponentem operam, qui licitè paciſcitur quòd nõ ſentiat damnum in capitali, cum ſentiat damnum in opera: quæ cõtra ponitur pecuniæ, vt infrà §. iij. imò opera & induſtria, vt ibi dixit text. poſſet eſſe tanta quòd valeret pactũ, vt ipſe lucretur duas partes, & tertiã habeat quæ pecuniam ponit. Fallit autem quòd dictum eſt ſi capitale ſit ſaluum, nõ ex contractu ſocietatis, ſed aſſecurationis factæ ab aliquo qui non ſit ſocius, cui datur certum quid vt ſubeat periculum capitis: vt patet ex dictis ſuprà Negotiatio. §. iiij. Et idem eſt ſi iſta aſſecuratio fiat à ſocio, modò intentio ſit recta: puta quia etiam ſine ſocietate ſocius aſſecuret, & ipſe ponens pecuniam tale quid ſolueret, ſiue lucretur ſiue non: quia ſunt ibi duo contractus, ſcilicet ſocietatis & aſſecuritatis, quorũ quilibet per ſe eſt illicitus. Quod dupliciter poteſt fieri: primò cõueniendo quòd ponẽs pecuniã, tantum minus de lucro capiat, quãtum apprehendit pretium aſſecurationis: vt ſi communiter æſtimetur quòd lucrabitur octo pro centum: & illud pretiũ ſit tria, conueniant quòd accipiet de lucro ſolùm quinque, ſi aliàs debuiſſet habere plura: & ſi lucrum nõ affuerit, ſoluet aliunde. Secundò clarius conueniendo quòd pro aſſecuratione ſoluet tantum, & de lucro accipiet partem contingentẽ. Ad illud igitur quod dicitur de pacto præter naturã contractus dictũ eſt: & additur, hoc intellige, quãdo ipſe cõtractus eſt licitus aliàs. quod nõ eſt in propoſito: quia etiã ſine pacto nõ licet. Et idẽ dico quo ad illud quod pacta ex cõuentiõe legẽ accipiunt: quod ſcilicet verũ eſt in his, quæ nõ ſunt de ſe illicita. Ad d. autem c. per veſtras. dico quòd non eſt contra prædicta: quia non dicit quòd capitale debeat eſſe ſaluum. Nec eſt hoc ſpeciale in pecunia dotali. vt quidam dicunt.

Tert



3 ¶† Tertiò quæritur, vtrum econtrario licitũ ſit paciſci ponenti operas de certa mercede earũ, puta viginti, nihil ſentiẽdo de damno? Et dico quòd ſic: quia ſecundũ Ang. vbi ſ. non eſt iſte cõtractus ſocietatis, ſed locationis operarũ: imò poſſet facere ſecundum aliquos pactũ quòd nõ ſolùm haberet prædicta viginti, ſine vllo damno, ſed etiã talem vel talem partem de lucro, & nullam de dãno, ſed hoc reciperet vtiq; non inquantũ ſocius, ſed inquantũ locator operarũ & pro ſalario: Sed prædicta intellige, niſi damnũ contingeret culpa vel dolo ipſius locatoris operarũ, vel eorũ quorũ opera vtitur, quia ſic nõ liceret. l. item quæritur. & l. ſi merces. §. qui columnam. ff. loca. Intellige etiã ſi arbitrio boni viri tantum
4 meretur: aliàs eſſet iniuſtitia, & ſi nõ vſura. ¶† Quartò quæritur, vtrũ liceat dare pecuniã in ſocietatẽ ad lucrũ cum pacto de ſalute capitalis facto ſolùm ad ſui ſecuritatẽ exigendo inſtrumentũ de pecunia depoſita vel aliter data non ſub nomine ſocietatis: cũ tamẽ verè intẽtio ſit ſubeundi damna & pericula pecuniæ? Et dico quòd nõ, ſed peccauit mortaliter mentiẽdo pernicioſe in infamiã ſui. xxij. q. ij. primũ. & tenetur intentionẽ ſuam patefacere: quia cõtractus eſt periculoſus: & dans pecuniam ad libitum poterit mutare intentionẽ, & capitale perditum exigere tanquam mutuũ vel depoſitũ: & ſimiliter poſſent hoc facere hęredes eo mortuo: & inde etiã proximi ſcandalizantur. Vnde ſi talis vult partẽ lucri, deſtruat cõtractũ mutui, & de receptis cõcordet per reſtitutionem vel petitionẽ remiſſiõis, ſecundũ Archi. quod tamẽ eſt verum quando ex hoc mercator paſſus eſt damnũ, & quãdo notificata ſua voluntate non ceſſat ſcandalũ proximo datum: quo caſu tenetur reſtituere, cùm fama rebus ſit preponenda j. q. j. deteriores. Simpliciter autẽ nõ eſt neceſſe reſtituere in conſcientia, cũ fuerit vera ſocietas. Poſſet tamẽ contra fraudes mercatorum facere pactum de cautiõe pignoratitia, ex qua nõ percipiat fructũ: & de ſubeundo damno, ſi mercator ſufficienter oſtendat illud incurriſſe: & de ſua pecunia exercenda in quibuſdam locis & rebus, & non in alijs, & ſi ille ſecus fecerit, damnũ totum erit ſuũ, quia venit cõtra pactum.
5 ¶† Quintò quæritur, quid ſi ponatur quod quis ponat in ſocietate operas tantùm: alius verò libras triginta, ad tertiam partẽ lucri & damni, id eſt, ad lucrũ & damnũ decẽ librarũ viginti remanẽtibus? Et dico quòd vſurarius eſt qui pecuniã dedit: quia viginti mutuauit, & conſequẽter ex parte harum lucrum eſt vſurariũ, & cõſequẽter totus cõtractus eſt vitiatus, ſecundũ Alex. de Ales. De hoc tamen vide etiam §. ſeq. in fine. Et dato quòd nõ eſſet vſura eſt tamẽ inhoneſta ſocietas: nec in ea ſeruatur ęquitas ſocialis: quia ſi mercator iſte poſtquam merces emit, perderet eas, perderet operã & viginti:
6 collator autẽ pecuniæ nõ perderet niſi decẽ. ¶† Sextò quęritur, vtrum ſi damnum capitale perdatur, debeat eſſe cõmune vtriuſq; ſocij vel proprium ponentis illud, maximè ex pacto vel conſuetudine? Et dico ceſſante pacto & cõſuetudine eſſe de hoc opiniones. Quidam enim cum Iac de Are. dicunt quòd debet eſſe cõmune, per l. ſi nõ fuerit. & l. ſi id quod. §. item Celius. & l. cum duobus. §. quidã ſagariã. ff. pro ſocio. Vnde ſi totum damnũ eſſet propriũ, videretur contra naturam ſocietatis: quidã verò dicunt quòd debet eſſe propriũ, vt gl. in d. l. ſi nõ fuerint. & ſocio ſufficit damnũ perditarũ operarũ: quia ſicut de capitali nõ lucratur, ſed totũ redit ad eũ qui poſuit, ſi in fine inuenitur ſaluũ: ita & de eius dãno nihil debet habere: quia de cõtrarijs eædẽ regulæ dãtur. C. de fur. l. manifeſtiſſimi. Quã opinionẽ Cyn. dicit eſſe æquiorẽ: ſed veritas eſt quòd ſi nullum ſit pactum vel alia cõſuetudo: tũc aut dicendũ eſt ſecundũ Pet. vt refert Cy in l. j. C. pro ſocio. quòd ſi pereat ante operas exhibitas, ſit commune: ſi poſt aliquas, aliqualiter ſit cõmune: ſi poſt omnes, ſit propriũ ponentis. quod *videtur æquiſſimum*, præſertim in conſcientia: quaſi ſcilicet ex pecunia & induſtria coſletur vnum totũ per imaginationem quòd æqualiter perdatur: aut certè ſecundum Bal. in l. j. C. pro ſocio. quod ſiue perdatur ante operas, ſiue poſt, totũ ſit propriũ ponentis. quod eſt verius de iure & in cõſciẽtia. & idem tenet Ang. vbi ſuprà, & eſt de mẽte Bar. in d. l. j. Vnde iſta opinio vult quòd prætiũ operę & induſtrię ſocij intelligitur correſpõdere interuſurio pecunię, & nõ ipſi ſorti: & ſic ex vna parte ponitur cõmoditas operæ, ex alia cõmoditas pecuniæ, & nõ proprietas: ſicut quãdo ex vna parte ponitur pecus in ſocietate, ex alia opera paſtoralis, ſola dãna vel cõmoda in conuẽtionibus ſunt cõmunia, nõ autẽ ipſum pecus: vt l. cum duobus. ff. pro ſocio. ſic vt in dubio potius intelligamus in ſocietate poſitũ vſum rei quàm ipſam rem, niſi data eſſet æſtimata. Et iſta eſt mẽs S. Tho. vt patet ex verbis eius ſ. §. j. *Si verò fiat pactum* quòd periculũ ſit cõmune, eſt licitum, ſecundũ Gloſ. xiiij. q. iij. in c. pleriq;. quod etiã ſentit Pan. in c. per veſtras. de donat. inter vir. & vxo. ſed San. Bern. tenet cõtrarium: quia ſi capitale pro parte ſit ſecurũ, ibi pro parte eſt mutuũ: & conſequẽter totus cõtractus vitiatus. & hoc eſt verũ ſimpliciter. primũ verò eſt verũ ſi ſic fiat quòd totum capitale fiat cõmune: ita quòd in fine ſocietatis diuidatur. quod etiã ſi nõ exprimit, ſubintelligitur: quia pactum factum de damño, intelligitur etiam de lucro, & ecõtrario: Inſti. pro ſocio. §. illud. Vnde dicit Ang. vbi ſuprà, quòd ſi aut ex pacto aut ex cõſuetudine periculum capitalis erat cõmune, cõmuniter debet diuidi inter eos. Quod verũ eſt ad iſtum ſenſum quòd toto tẽpore ſocietatis capitale ſit commune: vnde in fine diuiditur, ſi ſupereſt: & cõſequenter ſi perit, quilibet perdit ſuã medietatẽ: nõ autẽ ad iſtum, quaſi ſi pereat ſocius vnam medietatẽ reſtituat ei *qui poſuit*: quia iſta pars eſſet ſecura, & conſequẽter ibi eſſet pro parte mutuũ. Adde autem quòd ſi non apparet quomodo ſit cõtracta ſocietas, intelligitur cõtracta ſecundũ cõſuetudinẽ regionis, & inter mercatores ſecundũ conſuetudinẽ mercatorum. ff. de ædil. edic. l. quod ſi nolit. §. qui *aſſidua*. ¶† *Septimò* quęritur, quid 7
ſi detur pecunia ad lucrũ mercatori cum pacto quòd ſi capitale perierit naufragio, nõ teneatur de illo? Et dico quòd eſt vſura. extra eod. c. ſi. quia in actu mercandi capitale erat mutuum, cùm ſtaret periculo mercatoris. ¶† Octauò quæritur, 8
quid ſi vterq; poſuit operã & pecuniã, ſed alter altero maiorem pecuniã, puta duas partes, altero ponente vnam? Et dico quòd quilibet habebit partem lucri correſpondentẽ ei quod poſuit, etiã ſi de hoc nihil actum eſſet: quia tacitè actum eſſe ſubintelligitur, vt qui plus oneris & periculi ſuſtinet, plus expectet emolumenti. ff. de reg. iur. l. ſecundum naturam. & ita intelligitur. d. l. ſi non fuerit in princ. quod eſt notabile & verum, niſi alterius opera & induſtria valde præponderet: vt d. l. ſi nõ fuerit. vnde iudex arbitrabitur ac ſi hoc eſſet expreſſe actum. ff. pro ſocio. l. ſi ſocietatẽ. ¶† Nonò quæritur, vtrũ 9
damnum perſonę ponentis operas ſit cõmune: vt quia defendẽdo pecuniam à latronibus eſt vulneratus, & fecit expẽſas, & perdidit aliqua quæ ſecũ nõ tuliſſet, niſi cõmuni nomine fuiſſet profectus? Et dico quòd ſic ſi euenit propter ſocietatem: vt expreſſè vult. l. cum duobus. §. quidam ſagariã. ff. pro ſocio. quod Bal. in l. j. C. pro ſocio. limitat quantũ ad damnũ extrinſecum eueniens ratione ſocietatis: puta debita prædicta non autem quantũ ad damnũ intrinſecum, ſcilicet ipſius capitalis: niſi vt ſuprà, l. autẽ, ſociũ. §. ſocius. ff. pro ſocio. quæ videtur velle contrarium, loquitur ſecundũ Glo. ibi, quando damnũ venit culpa ſocij: limita etiã quantũ ad damnũ, cuius ſocietas eſt cauſa immediata, non cuius eſt occaſio remota.

DD 5

Vnde ibi Bart.ſummãdo illum §. dicit quòd damna & lucra
cõtemplatione ſocietatis obuenientia ſunt cõmunicanda.d.
l.cum duobus.Secus ſi cõtẽplatione perſonæ obuenerint:li
cet ſocietas fuerit occaſio:ſecus ſi propter ſocietatem adiui
principẽ & ei placui:ideoq; mihi donauit caſtrũ, nõ cõtem-
platione ſocietatis:ſed meæ perſonæ tantùm,illud nõ eſt cõ
municandum:vt d.§.ſocius.in fi. & ſimiliter in damno : vt ſi
abfui propter ſocietatẽ:& cõſanguineus meus faciens teſta-
mentum inſtituit extraneũ,quod nõ feciſſet ſi adfuiſſem:vt
10 d.l.ſociũ.Hęc ex illo.¶† Decimò quęritur,quid ſi vterq; ca-
ptus fuit ſed vnus ſua induſtria euaſit,vel ab amicis eſt redẽ-
ptus?Et dicit gl.in d.§.quidam.quod qui euaſit,tenetur par-
tem dãni agnoſcere.Si verò fuit redẽptus,diſtinguit an ani-
mo remunerãdi:& tunc agit.aut nõ,ſed animo donãdi:& nõ
agit.Vidę etiam ſuprà Mandatũ,in quo ſecus eſt:& ſ̄. Procu
11 rator.¶† Vndecimò quæritur, vtrum paciſci poſsit vnus ſo-
cius vt habeat vnã partẽ damni & duas lucri, alter verò ecõ
trario duas damni,& vnam lucri?Et dicit Ang.quòd nõ.quia
vnus ſociorũ nõ poteſt plus de lucro quàm de damno parti-
cipare. l.Mutius.ff. eod. ſimiliter nec quòd deducto damno
vnus habeat duas partes lucri, alius verò vnam:niſi tantun-
dem plus pecunię vel operis vel induſtrię in ſocietate poſue
rit:vt in l.ſi non fuerint.ff.eo.dicit tamẽ quòd in cõſcientia ſi
prædicta pacta arbitrio boni viri deteriorẽ non faciunt par-
tem alterius,ita ꝙ qui plus poſuit plus habeat,ſunt licita qđ
intellige deducto ſemper ne aliqua pars capitalis ſit ſecura:
12 vt ſ̄.§.iij.v & vj.¶† Duodecimò quæritur, vtrũ is qui ponit
operas debeat habere expẽſas de corpore ſocietatis,quando
proficiſcitur cauſa ſocietatis?Et dicit Bald. & Iac. de Are.&
Cyn.in l.j.C.pro ſocio.quòd ſic:quia lucrũ intelligitur dedu
ctis expẽſis.l.illud.C.de codic.& l.Mutius.ff. pro ſocio quod
Bald.limitat exceptis his quas feciſſet domi:arg.l.ſed & ſi.ff.
de peti.hære.§.quod autem.limitat etiam Ang.niſi cõſuetu-
do aliter haberet:quia deberet ſeruari,niſi contineret aper-
tam iniquitatem:quia videtur actum quod eſt conſuetum.l.
13 quod ſi nolit.§.qui aſsidua.ff.de ædil.edic.¶† Decimotertiò
quæritur,pro quibus partibus teneantur ad ſolutionem pen
ſionis fundi vel apothecæ cõductæ ſocij ex partibus diſpari
bus?Et dicit Ang.vbi ſ̄.& Bal.in l.j.C. pro ſocio.quod locan
ti tenentur pro æqualibus partibus:inter ſe verò pro rata ſo
cietatis : vnde etiam ſupellectilia & vaſa diuidi debent ſe-
14 cundum partes diſpares.¶† Decimoquartò quæritur,quid ſi
contraxi tecũ ſocietatẽ ad quinquẽniũ, ita quòd ego mille,
& tu operam poneres,& caſu ante quinquenniũ mille perie
runt?Et dicit glo.in d.l.ſi nõ fuerint.& in l.j. C. pro ſocio. &
Ang.quòd non cogor iterum ponere,ſiue periculum cõmu-
ne fuerit,ſiue non,quia finita eſt ſocietas:item quia videtur
actum ſolùm deponẽdo ſemel,& nõ pluries, vt ff.pro ſoc.l.
ſi ſocius pro filia.§. nec ſi prior. Si autẽ nõ perierit ex toto
quod in ſocietate poſitum eſt,ſed parũ reſtat,& alter nõ vult
ponere operam vel rem ſuam.quę magna eſt cum re ſocij,
quæ parua eſt:ſecundũ Bald.in l.j.C.pro ſocio.talis fouet æ-
15 quitatẽ:vt ff.de admi.tut.l.ita autẽ in prin.¶† Decimoquin-
tò quæritur,vtrũ liceat tradere pecuniã mercatori:puta cen
tum ducatos hoc pacto quòd accipiẽs teneatur reſpondere
de lucro vel damno,ſecundũ quod ſimiles alij centũ ducati
apud aliquẽ aliũ puta Petrũ lucrabuntur aut peribunt:cum
tamẽ iſte accipiẽs accipiat dicta centũ mox in ſua neceſsita
te expendẽdos?Et dicit Arch.poſt Inn.de vſu.c.ſi.& Io.And.
ibi quòd non:ſed cõtractus eſt dubius,& potius videtur vſu-
ram ſapere:tum quia in fraudẽ vſurarũ videtur adinuentus:
tum quia pecunia ex ſe nõ eſt lucroſa.lxxxviij. diſ.eijciẽs: tũ
quia iſta pecunia nõ eſt data per modum depoſiti,quia inde
non reportaret lucrum deponẽs,nec depoſitarius eam poſ-
ſet exponere:nec per modũ ſocietatis,quia in pacto eſſet ꝙ
accipiens eam fideliter exponeret ſolùm in mercãtijs: ergo
eſt data per modũ mutui,& ſic ibi eſt vſura. Aliqui tamẽ te-
nent quòd licet:& verũ eſt ſi lucrũ expectatur tanquã inter-
eſſe:vt quia dans omnino erat eã daturus mercatori : ſed ad
inſtantiã amici.dedit eam illi:dũmodo ſecundũ Hoſt. peri-
cula & expẽſas in ſe recipiat: & ſecundò nõ intẽdat principa
liter magis per hanc viã quã per negotiationẽ lucrari:& ter
tiò nõ cõtrahatur pactum ad ſemper,ſed ad tẽpus rationabi
le:& quartò nõ teneatur ex neceſsitate præcepti gratis mu-
tuare accipiẽti:& quintò accipiat lucrũ ſolùm tanquã inter-
eſſe.¶† Decimoſextò quæritur , quid ſi quis det mercatori 16
Venetijs centũ,recepturus in Cypro ſolùm 50. ſi perierint
in mari,& ſi nõ perierint recepturus cxx.Et dico ꝙ nõ licet,
ſecundũ Hoſti. & Ray.quia ſi mercator hæc expẽderit, iſte
vult lucrũ ex re nõ ſua:cum merces emptæ ſint emẽtis,in cu
ius dominium pecunia trãſiuerat. Si verò nõ expẽderit:iſte
vult lucrũ quod mercator nõ fecit,imò dico ꝙ eſt vſura iux
ta pdicta:quia vult partẽ capitalis eſſe ſaluã. ¶† Decimoſe 17
ptimò quærit᷑,quid ſi qs recipiat pecuniã vltra mare vehen-
dam,& ibi reddendã pro certo pretio;Et dicit Inn.in c.ſi.de
vſur.quòd nõ eſt vſura,ſiue portãs recipiat in ſe periculum,
ſiue nõ:quia operarũ ſiue cuſtodiæ locatio eſt.Et idẽ Hoſt.
non obſtat d.c.fin.quia nõ eſt idem caſus:quia receptum ibi
vltra ſortẽ directè mutuũ cõcernit:non autem hic,ſed ſecu-
ritatem:ſi tamẽ acciperetur non tantum ad portandum,ſed
etiam ad negotiandum,ſecundum Inno.eſſet vſura: quia pe
cuniæ nullus eſt fructus,ſi teneatur in arca:nec deterioratur
in vſu. ¶† Decimooctauò quæritur,quid ſi detur pecunia 18
mercatori capitali ſtante periculo caſus fortuiti : ſed tamen
lucro exiſtente certo? Et dico ꝙ hoc caſu videtur mercator
emere totum lucrum futurum ex pecunia mediante ſuo la-
bore:quod quidam dicunt eſſe illicitum. Sed Gerard.Odo.
dicit licitum:quia capitale ſtat periculo:& illud lucrum ali-
quid valet.& hoc eſt indubitatum:quia talis dãs à principio
poterat paciſci de parte lucri habenda:& cõſequenter eam
ſtantem ſub periculo fruitionis poterat vendere ſecundum
ęſtimationẽ boni viri,ſicut & fructus vẽturos ex agro.¶† De 19
cimononò quęritur quomodo finiatur ſocietas.Et dicit tex.
l.ſi ſocietatẽ.ff.pro ſocio. quod diſſociamur renuntiatione,
morte:intellige vt eſt mors ciuilis,ſecundũ Gloſ. capitis di-
minutione,& egeſtate,ſcilicet incidente,ſecundũ Gloſ. vt ſi
quis ex ſocijs ceſſerit bonis:vt Inſtit.eod.§.item vel fuerunt
publicata:vt in l.actione.§.publicatione. ff. pro ſocio.Adde
vel conuentione,id eſt,finito tempore quo conuentum eſt:
vel conſuetudine.ſi de tempore nihil conuentum eſt l.quod
ſi nolit.§.qui aſsidua.ff.de ędil. edic.¶† Viceſimò quæritur 20
quomodo ſocietas ſit diuidenda ſi nihil conuentũ eſt expreſ
ſe vel tacitè,quia nulla eſt conſuetudo de hoc? Et dicit Bal.
in d.l.j.C. pro ſoci.& Ang.vbi ſuprà,quòd ſi alter centum &
alter operas poſuit,& de lucro habent ducẽta:qui centũ po-
ſuit primò extrahet ſua centum,& reliqua ducẽta omnes di
uident inter ſe:ita tamen quòd qui plus ſocietati contulerit
pecuniæ,operæ,vel induſtriæ arbitrio ſcilicet boni viri plus
habeat de lucro.l.ſi non fuerint.& l.quid eñ.ff.pro ſoc.Nec
eſt verum quod quidam dicunt,eum,qui poſuit operã, prius
debere extrahere alia centum pro opera ſua:cum hoc nullo
iure caueatur, diuino, canonico vel ciuili:quia opera homi-
nis nihil aliud eſt quàm officium diurnum.l.j.ff.de ope.lib.
imò opa hominis dicitur fructus hominis eſſe,vt l.iij.& ſeq.
ff.de ope. ſeruo, Vnde qui ponit operas tantùm nihil ponit
conſiſtens in capitali vel ſorte:ſed ſolum fructum aut vſum-
fructum



fructum ſuæ perſonæ qui correſpondet fructui aut commo
ditati illorum centum. Pro quo facit d.l.cùm duobus.§.ſi in
coẽunda.ff.pro ſoc.Et ſic intellige illud quòd ſæpe opera ali
cuius pro pecunia valet:vt Inſti.pro ſoc.§.ij.id eſt,cõmodita
te & vſufructu ſeu interuſurio pecunię.Adde quòd ſi ponens
operã deberet & ipſe extrahere ante diuiſionem alia centũ
is qui ponit pecuniã nihil lucraret᷑,niſi lucrũ eſſet vltra centũ
ꝑ cẽtenario:qđ ſcilicet rariſsimè accidit:ſed penè ſemp ꝑde
ret de ſorte:licet re vera aliqđ lucrũ adeſſet. Ex qbus oĩbus
patet ꝙ ſcđm breuẽ regulã datã in prin.oĩa poterant decidi.

## De Societate determinatæ rei ſecundò in pecudibus.

1 *Societas in animalibus quot modis contrahatur.*
2 *Animalia in ſocietate quot modis ponantur, & quid iuris. nume.ſeq.*

SOCIETAS ſecundò conſiderari poteſt ſpecialiter vt
eſt in pecudibus:pro quo dico generaliter quòd breui re
gula diffiniri poſſent omnes quæſtiones in iſta materia,quã
habes tit.priore.in prin.ſcilicet quòd ſi pecora tradita ſtent
periculo tradentis,nõ põt ibi eſſe vſura:ſi etiã neutra pars ar
bitrio boni viri nimis grauetur,non põt ibi eſſe iniuſtitia,&
conſequenter nec peccatũ.Sed tamen pro rudioribus opor-
1 tet de aliquibus ſpecialiter quærere.¶† Primò ergo quæri-
tur,quot modis bruta tradantur?Et dico quòd multis.¶ Pri-
mò per modũ locationis,quæ aliquando eſt ex parte traden
tis,qui cõducit operas eius cui tradit,& ille recipit pretium
cuſtodiæ:aliqñ verò ex parte recipientis qui cõducit vſum
rei,& pro eo pretium ſoluit:ideoq; recipiens interdum loca
tor interdum conductor dicitur:& propterea his vocabulis
promiſcuè vtimur.l.veteres.ff.de act.em.& eſt purus cõtra-
ctus locationis & cõductionis.l.j.§.ſi quis ſeruũ.ff.depo.Si ta
men pro cuſtodia animalium recipitur pars fructuum ipſo-
rum,eſt contractus innominatus,pro quo datur actio præ-
ſcriptis verbis ſiue in factum,cùm nõ interuenit pecunia:li-
cet idem ſit de hoc iudiciũ ſicut de locatione & cõductione,
cui magis aſsimilatur.d.§.ſi quis ſeruum.¶ Secundò tradunt᷑
per modum locationis modificatæ:vt cùm traduntur oues
alicui,puta monaſterio,ſub annua penſione parua,puta duo
rum ſolidorum pro ſingulis,cũ tamen reddant iiij. aut v.ſed
hoc pacto quòd etiã ſi moriantur,nihilo minus dicta penſio
ſoluatur toto tẽpore vitæ tradentis ac ſi viuerent:poſt mor-
tem verò eius omnes ſint monaſterij. ¶ Tertiò traduntur ꝑ
modum mutui ſecundum aliquos,id eſt, æſtimata & firma,
ſeu certa in omni euentu:ſed eſt verius per modũ venditiõis:
quia æſtimatio & ſi non ſemper faciat venditionem,facit ta
men hoc caſu,ſecundum Bar.in l.ſi vt certo.ff.commo.vnde
æſtimatio emptionem introducit.ff.de iu.dot.l.plerũq;.& l.
æſtimatæ ff.ſo.ma.ſed tamen pretiũ rei venditæ dilatũ inte-
rim habetur vt mutuũ:ſicut patet in venditiõe ad tempus.Si
aũt traderẽtur æſtimata quidem,ſed nõ certa: nec mutuum
nec venditio eſſet,ſed ſocietas:puta ſi æſtimatur quidem nõ
vt æſtimatio reddatur ſi perierint caſu fortuito,ſed ſolùm ſi
culpa accipientis.¶ Quartò traduntur dominio penitus trã-
ſlato in accipientem,ſic quòd per eũ meliorata poſtmodũ
cõicentur:& ſic nõ eſt ſocietas:quia per eã nemo deſinit in
totũ eſſe dñs rei traditæ:ſed eſt cõtractus innominatus, ſci-
licet do vt facias:ex quo actio oritur præſcriptis verbis, ſiue
in factũ.ff.de præſcri.ver.l.ſi tibi areæ. ¶ Quintò traduntur
per modũ cõtrahendæ ſocietatis expreſſæ:vt dicit glo.in l.ſi
paſcenda pecora.C.de pac.vel etiã tacitæ, vt qñ hoc nõ dici
tur:tamen gratia contrahendæ ſocietatis traduntur,vt quã
do dantur vt ſint communia,& ſic contrahitur ſocietas: vt l.
ſi tibi areæ.ff.de præſcr.verb.& facit quod no.Bal.in d.l.pa-
ſcenda.¶ Hic aũt modus ſit multis modis:quia aliqñ tradun
tur animalia minuta,ſcilicet quorũ fructus regulariter aſcẽ
dit ad valorem matris in anno:vt ſunt oues,porci, capræ,&
huiuſmodi:aliqñ aũt dãtur alia groſſa,quorũ ſcilicet fructus
ad illud nõ aſcendit,vt ſunt boues,equi,muli,& hmõi:& iſta
aliqñ dãtur æſtimata,aliqñ inęſtimata , aliqñ cũ cõmuniõe
terræ:aliqñ ſine.quod fieri poteſt:vt in l.cũ duobus.§.in co-
ẽunda.ff.pro ſoc.¶ Sextò traduntur aliquo modo qui iã nũc
ignorat᷑ mortuis principalibus.¶† Secũdò quærit᷑,quid ſi dẽ 2
tur primo modo,ſcilicet per modũ locatiõis aut cõductiõis:
puta quia cõducitur opera ruſtici,vt cuſtodia: vel cõducitur
animal eius:vt cùm tradũtur oues vt fœcundentur ab alte-
rius ariete vel huiuſmodi:aut ruſticus ſeu accipiens cõducit
vſum animaliũ:puta quia vult lac , aut hmõi ? Et dico quòd
tũc omnia dubia erũt decidenda ſecundũ naturã dictorũ cõ
tractuũ,de quã ſ̄.Locatio.& erit cõtractus licitus,modò mer
ces nõ ſit immoderata,ſcđm Veruec.quæ arbitrio boni viri
debet eſſe iuſta & cõueniens:vt in l.ſi in lege.ff.de loca. Et li
citũ erit etiã paciſci quòd dãnũ & lucrũ rei locatæ ſit cõe:
nõ aũt quòd dãnũ ſit ſolũ conductoris,niſi veniret ex culpa
eius etiã leui,& ſi nõ leuiſsima,vt ſ̄.Locatio.Et ſimiliter lici
tũ erit paciſci quòd cõductor in ſe periculũ rei ſuſcipiat. ex-
tra de depo.c.ſi.quia eſt quædã aſſecuratio, de qua ſ̄. Nego-
tiatio.§.iiij.& ſ̄.tit.priore.§.ij.poſſet tñ hoc eſſe in fraudem
vſurarũ:& ita præſumeretur ſi fieret ab aſſueto vſuris,ſicut
ĩ.Vſura.j.§.xxviij.dicet᷑ in ſimili de pœna poſita in cõtractu
mutui:imò videt᷑ velle Veruec.quòd licet hoc pactũ nõ ſit
vſurariũ eſt tñ iniquũ,niſi dubitet᷑ probabiliter,cuius ſit me
lior cõditio:vel credat᷑ quòd cõditio cõductoris nõ ſit dete-
rior.Põt aũt cõductor teneri de caſu fortuito eo modo quo
dictum eſt ſ̄.Commodatum.§.ix.Addit etiã Sum Ang.quòd
cùm dantur animalia vt cooperiant vel cooperiantur.eſt cõ
tractus innominatus.Sed primum videtur verius:quia idem
eſt dare equũ,vt quis eo vtatur ad iter : & dare taurũ,vt quis
eo vtatur ad fœcundationem vaccarũ . ¶† Tertiò quæritur, 3
quid ſi dentur ſecundo modo,ſcilicet per modũ dictæ loca-
tionis modificatæ?Et dicit Io.de Lig.quòd licitus eſt cõtra-
ctus,adeò ꝙ ſi euenerit mortalitas,eccleſia nõ poterit pete
re reſtitutionem,niſi iam oues fuiſſent infectæ & ad mortẽ
paratæ,& monaſterium non aduertit. ff.de mino.§.verum.
Hoſ.tamen conſuluit vt hoc caſu tradens ſentiat partem dã
ni,ne velit cum monaſterij iactura locupletari : ſi tamen in
dicto contractu non interuenerit conſenſus cõuentus,ſed ſo
lius abbatis vel cellarij,non teneretur monaſterium ſtare cõ
tractui.extra de depo.ca.j.¶† Quartò quæritur,quid iuris ſi 4
tradantur tertio modo,ſcilicet per modum venditionis,& cõ
ſequenter mutui?Et dico ſecundum Veruec.quòd eſt cõtra-
ctus licitus ſi totum lucrum & damnum ſit accipientis:ſecũ
dum Ange.vbi ſ̄.dans nihil aliud petere poterit niſi pretium
ſed omne accedens ſorti eſſet vſura.de vſur . conſuluit.&.c.
in ciuitate.niſi accipiens fructum accepiſſet ex animalibus
emptis,& moram contraxiſſet in ſoluendo pretium.quia dãs
poſſet petere dictos fructus tanquam intereſſe.l.curabit.C.
de ac.em.quod etiã obtinet de iure canonico & in foro con-
ſcientiæ:vt no.gl.in c.conqueſtus.de vſur.¶† Quintò quæri- 5
tur,quid cùm traduntur quarto modo , ſcilicet per modum
dicti contractus innominati ? Et dico quòd ſi melioramen-
tum non ſequatur, videtur quòd res integra debeat reſtitui
danti,quaſi cauſa data & cauſa non ſequuta:& ſic ſine cauſa
accepta fuerit.ff.de condict.cauſ.da,& cauſ.non ſeq. per to-
tum.niſi inquantum ſine culpa recipientis & pertinentium
ad eum res perierit aut fuerit deteriorata : cum bonæ fidei
poſſeſſor

poſſeſſor non teneatur niſi in quantū factus ſit locupletior,
ſiue ex re principali, ſiue ex fructibus rei.ff.de peti. hære.l.
vtrū.& ſic deberet etiā reſtitui fructus rei,habita diſtinctiōe
vtrū fuerit bonæ fidei nécne,id eſt,vtrū ſteterit per eū quin
ſeruaret cōuēta:de quo ſuprà Reſtitutio,Primò.Si verò me
lioramentū,ſecundū cōuentionē fuerit ſecutū, pretiū eorū,
ſi vendantur,erit cōmune.d.l.ſi tibi areæ.& ſimiliter fructus
erit communis.ibidem.C.de pact.l.ſi paſcenda. Et ſimiliter
commune debet eſſe periculum,ſicut & vtilitas.l.mutuis.ff.
pro ſoc.Sed aduerte quòd in hoc cōtractu videtur transferri
dominium, & cōtrahi ſocietas cōditionaliter ſi ſequatur me
lioramentum : vnde eo ſequuto iudicabitur vt de ſocietate.
ſimiliter ſi dominium non transferatur in totū:quia erit ve-
rè ſocietas : & tunc habuit locum diſtinctio vtrū fuerit æſti-
6 mata an nō,iuxta dicenda in particulis ſequētibus.¶†Sextò
quæritur in genere,quid ſi tradātur quinto modo,ſcilicet ꝑ
modum ſocietatis ipſa animalia groſſa?Et dico multa. ¶Pri
mum.Inter ſocios poteſt fieri triplex pactum, ſcilicet circa
ipſum animal,circa fructus,& circa tēpus. Primo caſu poſt-
quàm inæſtimatum datū eſt,non videtur poſſe paciſci quòd
periculum ſit alterius quàm dantis, cū regulariter ad ipſum
periculum pertineat,ſecundū Baldum in l.ſi paſcenda.C. de
pact.& Ang.vbi ſuprà. quòd limita niſi tradēs in alio graua
retur:puta quia recipiēs nollet teneri de interitu etiā ex ſua
culpa,niſi pro parte:quia grauatus in vno, eſt releuandus in
alio.l.ſecundū naturam.ff.de regul.iur.nec ſimiliter videtur
poſſe paciſci ſecundū Ange. quin in fine ſocietatis illud ani-
mal ſit præcipuum ponentis.Si verò pactum fuerit circa fru
ctus,vt fœtum vel penſionem pro vſu animalis,ſi quidē con
uenit iuſtæ conſuetudini:ſeruandum eſt:& ſi de cōſuetudine
non appareat, continere debet æquitatē arbitrio boni viri,
ſecundum eundē Ange.Si verò fuerit circa tempus, ſeruan-
da eſt iuſta conſuetudo:de qua ſi non apparet,ſeruanda ſimi
liter eſt æquitas arbitrio boni viri:ſecundum quam ſocietas
perſeuerare cōſueuit in animalibus groſsis quinquennio, ſe
cundum Angel.qui etiam ad hoc allegat extrauagantē con
ſtitutionem:ſecundum quē non videtur totum in conſcien-
tia pro minori tempore paciſci, cū non poſsit fieri ſine iactu
ra aliorum. ¶Secundum.Si inter partes nullum pactum fa-
ctū ſit,ſeruanda eſt conſuetudo loci:quia actū videtur quod
conſuetū eſt.ff.de ædil. edi.l.quod ſi nolit.§.qui aſsidua. &
de aqua plu.arcē.l.ſi prius.§.recte placuit.modò cōſuetudo
conueniat arbitrio boni viri,& nō aliàs.l.in propoſita. & l.ſi
nō fuerint.ff.pro ſoc.ſed ſi nec de pacto nec de cōſuetudine
appareat:dic vt infrà parti.proxi.& ſequentibus.¶Tertium.
Si animal groſſum inæſtimatū & ſine terra tradatur: vt qa
traditur equa aut vacca:dicit Angelus ſe reperire quædā iu-
ra extrauagātia inter extraordinaria capitula feudorū,quæ
volūt quòd ſocietas duret quinquennio, ſupple capitali ſtan
te periculo tradentis,& omnes poledros eſſe communes,&
quod quæſierit tempore triturationis,id eſt,omnes fructus,
& vtilitates:& in c.quinque annorum. dans habebit iumen-
tum ante partem:niſi accipiens dediſſet tertiam partem pre
tij in emptione iumenti:quia ſecundum gl.tunc iumentum
& omnia eſſent partienda per mediū:& ſi iumentū culpa ſua
amiſerit,emendabit.quod limita niſi aliud habeat pactū vel
conſuetudo:vt ſ.part.ij.¶Quartum.Si verò traditur animal
inæſtimatum cum terra,ſcilicet cultiuanda,ponens boues,&
terram,paciſci poteſt de fructuum terræ parte maiori reci-
pienda,cum ruſticus tantùm operas ponat:niſi opera & indu
ſtria ruſtici magis æſtimetur quàm fructus bouum,& terrę:
quia tunc poſſet habere medium & plus,ſecundum eundem
vt d.l.ſi non fuerint.quod limita vt ſuprà.¶Quintum.Si verò
huiuſmodi animalia dātur æſtimata,& ſine terra laborāda:
periculū caſus fortuiti eſt commune.l.cum duobus.§. dāna.
ff.pro ſoc.quia æſtimatio hoc caſu facit emptionē. l.æſtima
tę.ff.ſol.ma.& ſic dominium pro parte remanet apud tradē-
tem : & tacitè pro alia parte ratione cōmunionis in illū cui
communicatur.etiam ſine traditione transfertur.l.j.§.in ſo-
cietate.ff.pro ſocio.& perinde eſt ac ſi dās mutuaſſet pretiū
medietatis ſocio,& ipſe poſuiſſet aliam medietatem & com
muniter ab ipſis eſſet res empta,& ſic in ſocietate poſita:vn
de quilibet de periculo tenetur ꝑ dimidio,niſi culpa vel do
lo alterius eueniret:quo caſu eſſet ſolus culpabilis.d.§.dāna.
Et ita tenent multi,maximè Ang.quod tamen aliqui limi-
tāt de periculo fortuito,nō autē de naturali:ſed eſt dātis ſo-
liùs:quia etiā apud eū erat peritura.quod ideo dixit,quia cre
didit æſtimationem hoc caſu nō facere venditionem. quod
tamen eſt falſum,vt patet per.l.iij.ff.loca. Vnde cū hoc caſu
melioramenta naturalia cōmunicētur.l.ſi nō fuerint.ff.pro
ſocio.conuenit etiā naturalia pericula diuidi. Sed tamē hoc
limita verum,niſi aliud ſit conuentū expreſſe.& ſic intelligi
tur §.nemo.in.l.cū manu ſata.ff.de contrahen.empt.vel niſi
aliud ſit de conſuetudine: quia intelligitur actū quod eſt cō
ſuetū.l.quod ſi nolit.§.qui aſsidua ff.de ædi.edi. Vnde ſi pa-
ctum ſit quòd periculum capitalis nō ſit commune, nō erit
licitus cōtractus in foro animæ,niſi is qui alleuiatur in vno,
in alio æquiualēti grauetur.l.ſecundū naturā.ff.de re.iu. Pa
ctū verò circa fructus vel tēpus oportet cōtinere inæquali-
tatem,vt dictū eſt,arbitrio boni viri.vnde nō videtur iuſtum
hoc caſu,quando ſcilicet periculum eſt commune,quòd fru
ctus per medium diuidātur,ſi alter eorū ponit operas: quia
eas plus quàm ſocius ponit,cùm tantundem in ſocietate po-
ſuerit:& cōſequenter debet attēdi ſi operę fieri poſſunt per
minores.pupillos, & huiuſmodi,quorum operæ non ſunt in
magna æſtimatiōe,licet aliquę ſint:vt l.ſi.ff.de lib.cau.vel ſi
recompenſantur per lacticinia,& huiuſmodi,& de palea,vel
fœno & lutamine.& generaliter videndū eſt quid vnus vltra
aliū poſuerit vt in aliquo cōpēſetur: & hoc ſemper arbitrio
boni viri.ff.pro ſocio.l. ſi non fuerint. & l.in propoſita. alio-
quin erit vſura ratiōe mutui interpretati ex parte dantis. de
vſur.cōſuluit.& c.in ciuitate.vel ex parte alterius erit iniuſti
tia.Sed aduerte quòd in fine ſocietatis oportet ſocium ſolue
re dāti medietatē dati animalis,quia illa fuit mutuata. ¶Sex
tum. Quando verò dantur æſtimata cum terra, & nullū ſit
pactum de capitali aut fructibus aut tēpore,cōuenit damnū
& lucrum eſſe cōmune.d.§.damna.niſi ex dolo vel culpa al
terius proceſſerit,vt ibi dicitur:& ſimiliter cōmunis erit fru-
ctus terræ.Cuius ratio eſt:quia dās ponit partē boum & ter
ram:& alter partē boum quam videtur emiſſe ratione æſti-
mationis, & operas. ¶†Septimò quæritur, circa animalia 7
groſſa in ſpecie, qd iuris circa multas ſocietates quotidie fa
ctas?Et reſpondeo per multas cōcluſiōes corollarias ad præ
dicta & dubiorum deciſiuas.¶ Prima.Si dans det accipienti
bouem & vitulum nutriendos ad annū,ſic quòd tunc eis ven
ditis dās accipiat ſuū capitale,& lucrū diuidatur,eſt licitum,
ſecundum Arch.ſi dans retinet in ſe periculū fortunæ,& acci
piens nō obligetur ei in aliquo ſuppelere ſi animalia vende-
rentur minus quā fuerāt empta.aliàs capitale eſſet ſaluū qđ
nō licet.¶Secūda.Si dās det duos boues ſub ſextario frumē-
ti ſingulo menſe,eſt locatio licita,ſi dās retinet in ſe pericu
lum,& arbitrio boni viri penſio ſit honeſta:ſi aūt de pericu-
lo mentio nō fiat,ſi intendit capitale eſſe firmū,vſura eſt.Si
verò intendit ſubire periculum fortuitū,eſt licitus cōtractus
etiam ſi vellet accipientem ſubſtare periculo damni emer-
gentis ſua culpa aut ſuorum.Si verò pactum dicit quòd ac-
cipiens



cipiens ſtet periculo fortunę,eſt illicitus ; etiam ſi hoc fiat
ſolùm vt accipiens ſit diligentior,cùm intentione tamē ꝙ
in veritate non ſtet,ſecundum Veruec.quia ſcandalizatiuus.
¶Tertia.Si dans det duos boues ęſtimatos cum hac cōditio
ne quòd arent ſibi ad annū duodecim bubulcas terrę:& de-
inde vendantur: & extracto prius capitali reſiduū lucrū de
bobus ſit cōmune,vel ſecundū certas partes diuidatur,eſt li
citū ſi dans retinet in ſe periculū,& ſatisfaciat accipienti de
opera ſua in cultura terræ arbitrio boni viri:in quam ſatiſ-
factionē cedit medietas lucri boum quod lucrū,ſi nullū eſ-
ſet teneatur dās ſatisfacere de ſorte boū pro expenſis factis
arbitrio boni viri.¶Quarta.Si dās dat duos boues ad labo-
randum per annū æſtimatos,& expēſis accipientis nutrien
dos,cum hac conditione,quòd accipiēs in fine anni reddat
quartam partem lucri,& boues vel æſtimationē, aut tantū
minus ea,quantū eſt quarta pars damni,ſi damna ſuperue-
nerint,cōtractus eſt illicitus,quia capitale eſt ſaluū pro par-
te,cum non pereat danti niſi pro quarta parte: erit autem
licitus ſi intelligatur de damno dato emergēte ex culpa ac-
cipientis.vel etiā de caſuali,ſi accipiens nō faceret conſtare
de eo.¶Quinta.Si dans det vaccam æſtimatā cum fœtu &
fructu nutriendam & conſeruandam expenſis accipiētis,ſed
periculo caſuali dātis,ſub hac cōditione quòd de primis fœ
tibus & fructibus ſatisfiat danti de capitali,& reſiduū diui-
datur:quidam dicunt quòd licet,ex quo dans ſubſtat pericu-
lo.ſed hoc probat ibi non eſſe vſuram:cum quo ſtat quòd ſit
iniuſtitia:quia ſoluto capitali ſi omnia perirēt,accipiens per
deret expenſas & opera:vnde melius dicunt alij quòd non li
cet.¶Sexta.Si dans dat duas vaccas ad arandum ſub hac cōdi
tione quòd de primis earū fructibus accipiat medietatē pre
tij,& deinde ipſæ ſint cōmunes dāti & accipiēti: & ſimiliter
fructus:hoc addito quòd accipiēs det dāti ſingulo anno ſex-
tarium frumenti,cōtractus eſt licitus,& magis locatio quàm
ſocietas:quia dans locat vnam vaccā quæ eſt ſua,quæ arat &
fructificat pro fructu & ſextario frumenti:& loco paſtus ac-
cipiens habet fœtum:imò arbitrio boni viri poſſet etiā fœ-
tus eſſe dantis ſi vacca arando paſtum lucraretur.¶Septima.
Si dans det duos boues æſtimatos, quæ iuſtè poſſent locari
ſub penſione duodecim ſextariorum frumenti, & locet ſub
penſione ſextariorū octo,ſed ſub hac cōditione ꝙ accipiens
ſubſtet periculo tertię partis boum:cōtractus eſt licitus:quia
licet pars capitalis ſit ſalua:tamen ipſa ſalua empta eſt qua-
tuor ſextarijs.vnde ibi eſt aſſecuratio.vide etiā ĩ.§.ix.part.ij.
¶Octauò quæritur in genere,quid iuris circa animalia mi-
nuta?Et dico ſeruāda eſſe pacta & cōſuetudines cōueniētes
arbitrio boni viri,ſecundum ea quæ dicta ſunt ſuprà de ani-
malibus groſsioribus,excepto quòd hic ſocietas breuiori po
teſt tempore finiri,puta triennio:ſi verò non appareat cōſue
tudo aut conuētio,ſecundum prædicta extrauagantia iura:
vt dicit Ang.ſocietas durat per tres annos:& accipiens tene-
tur de damno ſua culpa:dans verò ſubſtat periculo fortunæ:
& in fine capitale eſt dantis,reliqua autē diuiduntur ſub cer
ta forma ibi tradita,& per ſuppl.recitata:quę melius ſaltē in
conſciētia cōmittitur arbitrio boni viri:quia in hoc genera-
lis regula dari nō poteſt propter varietatem regionū & pe-
cudū.¶Nonò quęritur circa animalia minuta in ſpecie quid
iuris circa multas ſocietates vſitatas? Et reſpōdeo per mul-
tas cōcluſiones corollarias ad prędicta & dubiorū deciſiuas.
¶Prima.Si quis ponat.xx.capita,& alius totidē,vel x.& com
municāt omnia pericula & dāna & lucra pro rata eius quod
poſuerunt,eſt licitū:& paciſci poſſunt tales quòd de fœtibus
recuperētur capita mortua,aut de velleribus emātur capita
ad augendum gregē.¶Secūda.Si dans dat certa capita æſti-
mata hoc pacto,vt ex primis fructibus & fœtibus totū capi-
tale reſtituatur antequā accipiens accipiat aliquā vtilitatem:
pactum iniquū eſt,ſecūdū Vld.& Io.de Lig.Et ratio,quia ni
mis grauatur accipiens:quia inſtaurato capitali ſi omnia pe-
rirēt,perderet operas.nō tamē eſt vſura:quia capitale nō eſt
ſaluū.Et hac ratiōe dicit Lau.de Rid.quod licet: & ſimiliter
ſi paciſcatur quòd antequā ruſticus accipiat aliquid, reſtau-
rētur ex fœtibus omnia mortua,eſt iniquū: qa hoc eſt quaſi
tradere oues immortales:ſed ſi paſciſcatur quòd ante omīa
reddatur medietas ſortis,& deinde omīa ſint cōmunia tam
capitale quàm pericula & damna : idē eſt ac ſi mutuaſſet ei
pretiū medietatis ſortis:& licitū eſt,niſi in peritione fructuū
minus grauet accipiens qui ponit medietatē capitalis & ope
ra.de quo dic vt ſuprà,§.vj.part.iiij.ad finē. ¶Tertia.Si dans
dat in ſocidam alicui ouē aut vaccā emptā ab eodē,cum ta-
men nullam,quam vēderet,haberet,ſub certa pēſione,ſecū-
dum Mo.ſi ſciuit aut credidit quòd eā nō haberet:vſura eſt,
vel ſaltē præſumitur factū in fraudē vſurarū.& idem de ſciē
ter emētibus fructus terrarū ab his qui eas nō habent.Si ve-
rò ſine fraude bona fide emptio huiuſmodi fiat,nō eſt dicen-
dum emptorē peccare quādiu durat bona fides.quod limita
ſi capitale ſtat periculo tradētis.¶Quarta.Si dans dat decē,
& accipiens ponit alia decē,& iterū dans ponit alia decē con
tra operas & expenſas accipiētis,& in fine ęqualiter diuidūt,
eſt licitum.¶Quinta.Prædicta etiā omnia quæ circa huiuſ-
modi animalia minuta & groſſa poſſunt accidere, vt ex di-
ctis patet diffiniri poſſunt per regulā dictam in ptin. ſcilicet
quòd ſeruatis duobus nunquam erit ibi peccatū.primū quòd
capitale nō ſtet in toto vel in parte periculo accipientis quā
tū ad caſum fortuitū,niſi ſcilicet interueniret alius cōtractus
ſcilicet aſſecurationis.Secundò quòd arbitrio boni viri neu-
tra pars grauetur notabiliter plus quàm alia cōſideratis om-
nibus circūſtantijs.Et ratio eſt quia in his cōtractibus nō po
teſt eſſe peccatum niſi vſuræ vel iniuſtitiæ,quæ auferuntur
per illa duo.¶†Decimò quæritur,quid iuris quando anima- 10
lia traduntur ſexto modo,ſcilicet quia ipſe modus excedit à
memoria hominū?Et dico quòd iudicabitur ſecundū quòd
conſuetum eſt talia dari.§.qui aſsidua.& ſi de conſuetudine
non cōſtet.præſumetur cōtractus innominatus.l.ij.ff.de præ
ſcrip.verb.& ſic cenſebitur ſocietas : & fiet ſecundum quod
exigit ius ſocietatis: vel ſaltem accipienti fiet recompēſatio
ſumptuum & laboris:& hoc actione mandati,ex quo impoſi
tione domini paſcenda ſuſcepit.l.j.ff.mand.vel ſaltem actio
ne in factum ſiue præſcriptis verb.d.l.ij.

## De Societate tertiò determinatæ rei quantum ad lucrum ſpirituale.

Societas tertiò ſpecialiter cōſiderari poteſt vt eſt in
ſpiritualibus,ſicut ſunt quædam ſocietates laicorū, quæ
dicūtur alicubi confraternitates: & quædam eccleſiaſticarū
perſonarū,quæ tamē nō ſunt religiones ꝓpriè,cū nō profi-
teantur tria vota,ſicut Ieſuatorū & Azurinorū,qui portāt ve
ſtes azurinas ſine caputio cum manicis latis,& aliquorū ere
mitarū,qui dicuntur de cōgregatione beati Petri de piſis,&
ſimiliū.De prędictis ſi quęratur quomodo licitæ ſint & quo
modo nō:dico vt ſ.Cōfraternitas.§.j.Vtrū verò liceat ſtatu-
tum quādo ſunt laicorū quòd ingrediens certū quid ſoluat,
vide ibidē §.ij.Vtrū verò tunc aliquid ſoluere ſit ſimonia,vi
de ſ.Simonia.§.xv.partic.vij.Vtrum verò tales poſsint perci
pere oblatiōes & vota facta ad altare quod incolūt,dic quòd
nō,ſi altare nō ſit ſuū,per dicta ſuprà,Decima.§.ij.partic.iij.
quod tamē fallit ſi quid ipſi ex ſuis pecunijs faciūt vt eo vtan
tur circa altare:quia illud nūquam videtur eſſe oblatū eccle
ſiæ vel altari:& ſimiliter ſi quid offeratur ſocietati eorū, &
non

non alteri:ſicut aliquando fiunt ſocietati legata:& ſi quid ta
le factum ex intentiōe ſecietati offeratur ſuper altare, in du
bio præſumeretur clericorū:quia ipſi ſunt in poſſeſsione iu-
ris percipiendi oblata,quæ iſto modo cōſueuerunt offerri:
vnde dicens hoc non eſſe oblatum,hoc probabit:quia regu-
lariter probatio incūbit aſſerenti.vj.q.v.c.ſi.& l.ij.ff.de pro-
bat.Vtrum verò illæ aliæ ſocietates,quæ etiam vulgo dicun
tur religiōes,ſint perſonæ eccleſiaſticæ:dic quòd ſic,ſi viuūt
regulariter in cōmuni ſub habitu religioſo,vt ſ.Eccleſia.j.§.
v.Vtrū.verò ſint religioſi propriè:dic quòd non:vt ſuprà Re
ligio.j.§.j. Vtrū verò poſsint contrahere matrimoniū,ſic ꝙ
teneat.dic quòd ſic,etiā ſi vouiſſet in oppoſitū:quia eorū vo
tum nō eſt ſolenne:vt ſ.Matrimonium.vij.§.v. & Matrimo-
nium.viij.§.v. Vtrū verò poſsint retinere pecunias ſine licen
tia ſuorū maiorum:dic quòd ſic ex vi ſuarū conſtitutionū,ni
ſi ipſi particulariter ſe obligauerint:quia non profitētur pau
pertatem.Vtrum autē poſsint retinere eleemoſynas ſibi da
ta:dic quòd ſic,ſi datæ ſunt intuitu perſonæ eadem ratione:
quia ſunt peculium eorū propriū:niſi aliter requireret ius na
turale:vt quia in loco aliter nō viueretur niſi talia cōmuni-
carentur,& alij ea communicant:ſecus ſi dētur intuitu loci:
quia talia ſunt cōmunia omnium,& diſpēſanda per maiorē.

¶SODOMIA,ſuprà Luxuria.§.vij.

SOLICITVDO dicta eſt ex ſolertia & volocitate,vt ſo
licitus ſit ſolers citus:quia ex ſolertia animi eſt quisvelox
ad pſequendū agēda.ij.ij.q.xlvij.art.ix.Et eſt ſolicitudo ſtu-
diū adhibitū ad aliquid cōſequendū.ij.ij.q.xlvij.art.ix.ad ter
tiū.& ſi ſit circa ſpiritualia, eſt bona & multiplex:vt dicit S.
Doct.j.Cor..vij.Siverò circa tēporalia eſt illicita tripliciter,
ſcilicet ſi in eis ponatur finis vel ſuperfluū ſtudiū , vel adſit
timor ſuperfluus.ij.ij.q.lv.art.vj.quādo ſcilicet inquit,aliquis
timet in faciēdo qđ debet neceſſaria ſibi deficiant: quod dn̄s
multipliciter excludit Math.vj.& hoc videtur veniale:mor-
tale autē eſt per accides ratiōe finis,vel ſi omittātur neceſſa
ria.¶Quid aūt ſi qs cōfidat quidē quo ad neceſſaria de Deo:
ſed timet ne deficiāt ſibi cōmoda?Et dico ꝙ ſi anxietur non
eſt ſine veniali:qa debet carere cōmodis,ſi Deus vult.ſcđm il
lud.j.Pe.v.Solicitudinē veſtrā in illū proijciētes.Querere au
tē tēporalia nō vt finē,ſed ad ſuſtētationē,& cū ſtudio mo-
derato,id eſt,loco & tēpore,& ſine anxietate,nō eſt pct̄m de
mēte S.Th.ij.ij.vbi ſ.qa in ſudore vultus param⁹ nobis panē.

SOLIDI appellatione lex intelligit aureum:aurei verò
lxxxvj. modò faciunt libram auri. Vide Panor.in c.con-
querente.de offic. ord.& in c.cōquerente.de cler. non reſid.

## De Solutione.

1 *Solutionis quot ſint ſpecies.*
2 *Solutio ex qua moneta fieri debeat.*
3 *Soluere quis teneatur aut poſſit.*
4 *Solutio cui fieri debeat.*
5 *Solutio quomodo ſit facienda.*

SOLVTIO propriè eſt eius quod debetur redditio.Inſti.
quib.mod.tol.oblig.in prin.ſed largè eſt ab obligatione
liberatio quocūq; modo.ff.de ſol.l.ſolutionis.nam qualiter-
cunq; ſatiſfactum ſit creditori ad voluntatē ſuam pro ſoluto
habetur:licet ſolutum nō ſit.ff.de pigno.act.l.ſi rem alienā.
1 §.omnis.quod not. Gof.& Hoſtien.in Sum.eo tit, ¶†Primò
verò queritur quot ſunt ſpecies ſolutionis?Et dico quòd duę
vna ſcilicet naturalis,id eſt,vera quæ fit per verā redditionē
eius quod debetur: alia verò ciuilis ſeu imaginaria , quæ fit
multis modis.Primò nouatione,quando ſcilicet extinguitur
obligatio prior,& in aliam ciuilem aut naturalem transfer-
tur.ff.de nouat.l.j.Secundò delegatione, quādo ſcilicet vice
ſua datur alius creditori,vel cui ipſe iuſſerit.ff.de acceptil.l.
j.Tertiò oblatione facta loco & tempore congruo.C.de ſol.
l.obſignatione.ff.eod.l.ſi ſoluturus.& l.qui decem.ff.de pig.
l.creditor.non tamen prodeſt oblatio,niſi cōſignetur. C.de
vſur.l.ij.& l.acceptū. oportet etiā quod fiat cui debetur vel
eo abſente iudici,aut ſi iudex deficiat,honeſtis ꝑſonis. C.de
vſur.l.ſi creditrici.de offic.ordi.paſtoralis. in fin.& quòd res
depoſita duret:quia ſi in ſuos vſus conuertat , non eſt tutus
offerens.l.debitor.ff.de vſur.Si autē amittatur,nihilo minus
debitor eſt liberatus.ff.de arbit.l.arbiter.la ij.ff.depoſi.l.j.§.
ſi pecunia in ſacculo.¶†Secūdò quæritur ex qua pecunia,& 2
ſecundum quem valorē ſoluendum ſit?Et dico multa.¶Pri-
mum.Quacunq; diſpoſitione contractum ſit debitū,ſemper
ſolutio fieri debet ſecundū monetam quæ currebat tēpore
contractus debiti:vt ſuprà Gabella.ij.§.ix.& ſi non reperitur
puta quia eſt reprobata vel diminuta in pondere ratione at-
tonſionis,vel per longū vſum corruēte argēto ex ſuperficie
effecta eſt groſſa,vel quocunq; alio modo perpetuò eſt alte
rata,ſoluenda eſt eius ęſtimatio vt cōmuniter tenēt Legiſtę
in l.Paulus.aliàs incipit,creditorē.ff.de ſol.& in l.in minorū.
C.in quib.cau.in integ.reſti.nō eſt nece.& Canoniſtæ in cap.
quanto.de iureiuran.& in c.olim.de cenſi.quod quidem licet
Bart.in d.l.Paulus.limitet verum quādo talis diminutio con
tingit in moneta groſſa,non in minuta:tamē do.Ant. in d.c.
quanto. & ſequitur Panor.ibi,hoc tenet in vtraq; indiſtinctè
quando deterioratio directè cōtingit ipſam pecuniam:puta
quia duo antiqua non valent niſi vnum de nouis. Si autē al-
teratio non eſt perpetua,ſed ad tempus,ſicut quotidie flore-
nus magis valet vna die quàm alia,cōmuniter tenetur quòd
hæc variatio nō debet attendi,arg.optimū l.pretia rerū.ff.ad
leg.Falc.quia ſicut creditor vellet quòd ſibi ſolueretur plus
ſi plus valeret:ita eam recipere debet ſi valeat minus : ſicut
voluit Bart.in d.l.Paulus.& alij cōiter.quod ſatis eſt ęquum.
Putat tamē Pan.quòd ſi non eſſet ſpes quòd de proximo ha
beret augmētū,debere haberi reſpectus ad ęſtimationē quę
erat tēpore mutui:quia nō habet eā bonitatē reſpectu cur-
ſus quam tunc habebat maximè quia poteſt eſſe quod nun-
quā creſcet.arg.in l.iuriſperitos.ff.de excuſ.tut. & eius quod
not.gloſ.in cle.ij.de reſcrip.ſed tamē fortè iſta limitatio,quā
ſequitur Sum.Ang.& Roſ.nō eſt de mente illorum Docto-
rum:& multo minus eorum qui volunt quòd etiā de repro-
bata moneta poſsit fieri ſolutio:quia bene ſciebant quòd ali
quando longo tempore valor floreni non creſcit:& per acci
dens ſe habet ad pecuniam tale augmentum fundatū non in
voluntate principis,ſed in inſtabilitate rerū , & multitudinis
priuatę.Et ſi quæratur quid ſi moneta non ſit deteriorata in
ſe,ſed reprobata:dico quòd hoc ſit perpetuò & in totum, vt
quia princeps ex toto eam reprobauit quantum ad curſum,
non poteſt de ea fieri ſolutio,ſecundū Spec.eo. tit & Panor.
poſt Ioan.And.& do.Ant.in d.cap.quanto . & Iac.& Odo.&
Bar.in dicta l.Paulus.& eſt cōmunis opinio:licet Cy.& Pet.
in dicta.l.in minorum.& Hoſt.in d.c.quanto tenuerit contra
rium.Et ratio eſt , quia nō eſt verum fundamentū aliorum,
ſcilicet quòd moneta iſta reprobata habeat eādem bonitatē
intrinſecā: quia moneta magis cōſideratur ratione curſus&
vſus,quàm ratione materiæ:vt videtur tex.in d.c.olim.& fa-
cit etiam c.eijciens.diſt.lxxxviij.Si verò ſit reprobata perpe
tuò quidē,ſed in parte:puta quia princeps nō vult quòd ex-
pendātur niſi pro tāto,ſecundū Old.& Fed.in d.l.in minorū.
& do. Ant.in.d.c.quāto.debet ſolui æſtimatio tēpore cōtra-
ctus:qa eadē ratio quę eſt de toto:& de parte,ar.l.quę de to
ta.ff.de rei vēd.&.c.paſtoralis.§.itē cum totū.de offi. deleg.
& videtur probari in d.c.olim. & videtur æquius , & magis
placet



placet Pan.quàm dictum Ia.de Are.& Bart.in d.l. Paulus.&
Hoſ.in d.c.quanto.dicentium contrarium.Et procedunt prę
dicta etiam ſi debitor non fuit in mora:quia ſi fuiſſet in mo
ra,non eſt dubium apud Doc. quin ad illum omne periculū
pertineret,& teneretur reddere ſecundū æſtimationem quæ
erat tempore quo ſoluere tenebatur. ¶Secundū.Si quis aūt
ex teſtamento reliquit centū,quæ hodie minus valent ex al-
teratione perpetua:debet attendi valor tempore teſtamenti
cōditi,licet teſtator poſtea ſuperuixerit in tm̄ quòd moneta
ſit mutata:quia de eo videtur ſenſiſſe teſtator: vt in l.vxorē.
2 §.teſtamento.ff.de leg.iij.Et ita cōſuluit Old.& ſequitur Pe.
de Anch.in d.c.olim.& Io.And.in addi.ad Spe.& Pan.in d.c.
quanto.Et idem dic eadem ratione in præcepto arbitrorū,
ſecundum Old.& idem dicit Pan.vbi ſ. in præcepto iudicis
condemnātis ad certā quantitatem:& per illā l.vxorem.Di-
cit tamen Lud.de Ro.quòd ſi legantur decem floreni , qui
tempore ſolutionis plus valēt quàm tempore teſtamenti:tē
pus ſolutionis attenditur dicens de hoc eſſe caſum ſingula-
rem in l.cùm certum.ff.de aur.& ar.lega . niſi hæres fuerit
in mora.vnde & Bar.in d.l.cùm certū . dicit quòd ſi debitor
promiſit florenos centū iam ſunt duo anni,debet ſoluere ſe
cundum æſtimationem quā nunc valent , niſi eſſet in mora
referens ſe ad no.per eum in l.j.ff.de aur.& ar. vbi dicit hæc
eſſe vera,ſi ſoluitur pecunia ære nō cōtaminata : quia ſi de-
bes mihi certū pondus argenti ad ligā Peruſinam,ſi vis ſol
uere pecuniā argenteam eiuſdem ligæ, admitteris : ſecus ſi
cōtaminatam ære,vt ſeſtrinos: quia nō admitteris . ad quod
eſt tex.in l.j.C.de fabri.lib.xj.& de cano.fru.vr.Ro.l.neminē
& l.ad hoc.¶Tertium.De cōdemnatione autem quæ fit ra-
tione ſtatuti:puta quia cauetur vt pro tali delicto ſoluātur
libræ centū,& deinde alteratur moneta perpetuò:dicit Spe.
quòd ſolui debet de moneta currente:ad cuius mutationem
debet intelligi mutatū eſſe ſtatutū.& idem dicit de ſalario
cōſtituto officiali per ſtatutū:ſed Pan.in d.c.quanto.dubitat
de hoc:quia ſtatutum voluit cōmenſūrare pœnam delicto.
Sed tene primum:quia pœna condigna nō ſtatuitur pūctua
liter , & ſalua iuſtitia poſſet in plus & in minus aliqualiter
variari.& idem de ſalario qn̄ eſt ex ſtatuto:vnde de vtroque
idem tenet Zen.in cle.ij.de deci.& idem Io.ibi.¶Quartum.
De ſolutiōe verò quæ facienda eſt ex mādato vel gratia ali
cuius dn̄i:vt ſi princeps cōceſsit alicui centū florenos annua
tim:dicit do.Ant.in d.c.quanto.quòd ſi dn̄s ignorabat valo-
rem monetæ,ſoluetur ſecundū curſum currentis,ſecūdū gl.
& Lād.in c.ij.de deci.ſi verò ſciebat,ſoluetur ſecūdū æſtima
tionem temporis,gratiæ vel mādati . ¶Quintū. In qua aūt
pecunia poſsit aut debeat ſolui mutuū,dico cōcludendo mē
tem Bar.in d.l.Paulus.& cōcludēdo mentem doctorū,quòd
ſi mutuaui centū libras in florenis, ſatis eſt reſtitui centū li-
bras,etiā in alia moneta:quia videor in æſtimādo illos flore-
nos eos vendidiſſe:ſicut dicimus in dote cū tradita eſt æſti-
mata.l.cùm dotem.C.de iure dotiū . & idem in depoſito.Si
verò fuit dictū,mutuo,vel depono centū libras in florenis:
volo reſtitutionē mihi fieri in florenis:tūc periculū& cōmo
dū diminutionis.& augmenti pertinet ad debitorem ſeu de-
poſitariū:vnde tenetur reſtituere in florenis ſecundū ęſtima
tionem currentem tempore ſolutionis faciendæ.Si verò fuit
factum mutuum ſic:puta, mutuo tibi centum florenos:tūc
ſi ſum paſſurus aliquod damnū recipiendo in alia forma:pu
ta florentinos pro Senenſibus recipere nō teneor:vt d.l.Pau
lus.Si verò nullum damnum patior:tunc in alia materia re-
cipere non teneor:puta argentum pro auro : quia mutuum
debet reſtitui in eodem genere & eadem bonitate.d.l.cùm
quid.ff.ſi cer.pet.& aliud pro alio inuito creditore ſolui non
poteſt.l.ſecunda.ff.ſi certum petatur . in eadem autem ma-
teria,ſed in alia forma tenetur recipere ſecundum commu-
nem opinionem,d.l.Paulus.conſuetudo tamen eſt in aliqui-
bus partibus quòd in alia materia poſsit reſtitui,quæ ſeruan
da eſt:quia tacitè videtur contractum ſecundum loci con-
ſuetudinem:vt l.quod ſi nolit.§.quia aſsidua.ff.de ædi. edic.
ſecundum Bart.vbi ſuprà. & ita conſuluit Old . In depoſito
autem vide textum notabilem in l.in naue Saupheli.ff.loca.
& ſatis videtur conſiderandum quid fuit tacitè actum,an ſci
licet pecuniam depoſitam cōfunderet cū ſua,vel teneret ſe-
paratam.Vide de his Pan.in d.c.quanto . ¶Sextum.Si debi-
tor non habens pecuniam ad ſoluendum,offerat rem melio
rem:tenetur creditor accipere:auth.hoc niſi.C.de ſolu.eccle
ſia tamen non tenetur offerre meliorem,ſed aliam:vt auth.
hoc ius.C.de ſa.ſan.ec.¶Septimum.Pro operis locatis pecu-
nia tantùm ſoluenda eſt cum eſt promiſſa,vel ſi non eſt pro
miſſa cum eſt conſuetum:quia ſecundum conſuetudinem ta
citè contrahitur.d.§.quia aſsidua.quod tamen Archid.dicit
fallere vbi conductor pecuniam ſoluere non poteſt. quo ca-
ſu ſi locator damnum patitur,vt quia rem datam,puta pan-
num.eodem pretio vendere non poteſt, tenetur emendare
conductor.Si verò cautum eſt in principio quòd pro ſolutio
ne daretur res aliqua,puta pannus , non eſt peccatum dare
eam per ſe vel per alium iuſto pretio currente: & ſi locator
operarum tale pretium rehabere nequiuerit,non tenetur e-
mendare conductor:quia ſcienti & conſentienti non fit fraus
neque dolus:de re.iu.lib.vj.Et idem ſi non ſit conuentum de
tali re danda,ſed tamen ſit conſuetum propter d.§. quia aſsi
dua.Si verò per ſe vel alium dedit rem pretio maiore quàm
ſit iuſtum,tenetur de pluri illo locatori:quod tamen ſecun-
dum Arch.fallit cum locator à principio inſtructus conſue-
tudine ſciuit rem ſibi dandam tali pretio, ſicut ſi locauit o-
peras pro decem ſciens quòd daretur ſibi pannus pro decem
ex quo habere non poſſet niſi ſex:quia idem eſt ac ſi conue-
niſſet pro ſex.vnde & ſi ſex tantum peteret à conductore,&
ille daret,liberaretur:quia tamen intelligit ſi iuſtum preti-
um operarum,ſecundum communem ęſtimationem ſit ſex
quia ſi eſſet decem,conductor teneretur de quatuor.Sed ta-
men hic aduerte quòd iuſtum pretium operarum accipien-
dum eſt ad modum rerum venalium:de quo ſ. Emptio.§.vj.
vnde eſt illud in quo conueniunt ceſſantibus his quæ dicta
ſunt ibi:nec ſemper eſt idem vel æquale,ſed aliquando tan-
ta eſt penuria victus quòd ipſæ expenſæ poterunt eſſe pretiū
iuſtum.¶†Tertiò queritur,quis ſoluere teneatur aut poſsit? 3
Et dico quòd tenetur is qui eſt obligatus ſiue ſit principalis
ſiue fideiuſſor:& tutor ac curator vel alius habens admini-
ſtrationem,qui tenetur ſoluere debitum eius cuius curam ge
rit.l.quoties.§.ſicut autem.ff.de admi.tu.& prælatus debitū
prædeceſſoris pro neceſsitate ſuæ perſonæ,vel pro neceſsita
te aut etiam vtilitate eccleſiæ,contractum,extra eo.c.j.aliàs
nec eccleſia nec ſucceſſor tenetur.x.q.ij.hoc ius . de fideiuſ.
quod quibuſdā.& idem puto de ſucceſſore in dn̄io tempora
li:& ſimiliter tenetur ſoluere hæres debita defuncti in totū
vel in conſcientia quantum ſe extendit facultas hæreditatis,
vt ſ.Hæreditas.iij.§.v.Legatarius aūt nō tenetur niſi quādo
hæreditas non eſt ſoluendo:quia tunc æs alienū præcedit le
gata:vt ſ.Reſtitutio.vj.¶Poteſt autem quilibet pro alio ſol
uere,etiam ſi debitor hoc ignoret,& non velit.ff.eo.l.ſolue-
re.ff.de neg.geſ.l.ſoluendo.& tenetur debitor ſoluere præſta
to ſoluenti pro eo,ſi modò ſua intererat vt ſolueret . l.cùm
pecuniam.ff.de neg.geſ.¶†Quartò quæritur,cui debet fieri 4
ſolutio?Et dico multa.¶Primum . Soluendum eſt creditori
vel eius ſucceſſori,cui cōpetit actio obligationis, ſi tamē ſit
mentis

mentis compos & maior xxv.anno. vel alteri de mandato ipſius:etiam ſi creditor ſit accuſatus ad mortem.ff.eo.l.reo. C.eo.l.nihil intereſt.poteſt etiam fieri eius ſocio, ſi vtrique eſt obligatus in ſolidum.ff.de pac.l.ſi vnus. & ff. de duo.re. conſti.l.ij.& iij.& no.in c.ea te.de iureiu.aut etiam procuratori eius,quanuis ſit reuocatus & ignoretur reuocatio.l.eius. ff.ſi cer.pe. Aduertendum eſt tamen hic quòd ſoluens filiofamiliâs ſine conſenſu patris,aut minori ſine conſenſu tutoris vel curatoris,non ſatisfacit.l.j.& per totum. ff.ad Mace. & l.pupillus.ff.de actio.& ob.niſi ſolutum ſit conuerſum in vtilitatem patris vel minoris.l.j.& ij.C.ſi aduer. credi. & l. quod ſi fortè.§.fi.& l.in pupillo.ff.de ſol. ¶Secundum. Vtrũ autem liceat mihi ſoluere creditori creditoris mei.Bar.in l. ſolutum.§.ſolutã.ff.de pig.act. diſtinguit.Si em̃ iſte creditor creditoris mei habet bona obligata,vel, vt alij dicũt ſi ſecundus debitor eſt debitor ex eadem cauſa cũ primo,puta quia cõduxi domũ ab eo qui ab alio cõduxerat, ſic liberor ipſo iure etiã creditore meo inuito.l.vtrũ præſente.ff.de cõſti.pecu.cùm poſſem ab eo cõpelli.l.nomen.C.quæ res pig. obli.poſ.ſimiliter qñ talis factus eſt creditor propter me,puta quia creditor meus gerendo negotia mea,accepit mutuo ab eo,vt in l.ſi liber homo.ff.de neg.ge.Si verò cauſa ſit omnino ſeparata à mea,ſi ſit eo volẽte,indubiè liberor.l.inuito ff.de ſolu.& l.pe.& fi.ff.de nego.geſt. Si verò eo ignorante, cõtingit liberatio ope exceptiõis.l.ſi opera.ff.de doli excep. gloſ.tñ tenet indiſtinctè quòd liberat̃. Inſtit. quib.mod.tol. ob.in princ.& d.l.penul.Sed Bartol.verũ dicit in foro cõtentioſo:gloſſ.verò in pœnitentiali:quia ex quo creditor,etiam ſi erat inuitus,ex tali ſolutione liberatur,d.l.ſoluẽdo ſatisfactum eſt ei. ¶Tertium. Recipiens ſcienter ſolutionẽ alteri debitam, furtum committit,ſecundum gloſ.in cap.cũ te. de iureiu.niſi creditor ratum habuerit tale.l.falſus.iij.ff.de fur. quod verum eſt,ſecundum Pan.ibi,ſi ſine iuſta cauſa recepit ſecus ſi ex iuſta, puta quia credebat ad eum pertinere, vel quia erat geſtor negotiorum creditoris.Quis autem in ſolutione ſit præferendus,vide s̃.Reſtitutio.vj.§.v.& adde quòd qui pecuniam dedit mercatori facienti diuerſa negotia,prępoṅitur in ea negotiatione alijs qui dederunt in alijs negotiationibus.tex.eſt in l.procuratoris.§.ſi plures.ff. de tribu. ſecundum Io.Plagi.& Lu.de Ro.& Inno.
5 ¶†Quintò quæritur,de quo & quomodo ſit ſoluendum maximè ab impotente?Et dico multa. ¶Primum.Soluendum eſt de eo quod eſt in obligatione:quia vnum pro alio ſolui non poteſt, non cõſentiente creditore.Inſti.qui.mod.tol.obli.§.j. quod tamen fallit in eccleſia debitrice.d.auth.hoc ius.& in eo, qui debet aurum,in cuius ſubſtantia aurum non inuenitur. C.de ſol. auth.hoc niſi debitor.& ff.de leg.j.l.ſi domus.§. qui cõfitet̃. & in eo qui debet ſeruum,cuius vult ſoluere pretium:quia dicit eum ſuum cognatum:& in noxali actione.ff.de re iu.l.miles.§.j.& ij.& in pecunia:vt s̃.§.ij.par.v.Sed qñ non habet debitor quod debet ſoluere, & ſunt diſtrahenda bona ſua pro ſolutione:primò incipiendum eſt à mobilibus:& ſi non ſufficiunt,ad immobilia venitur,poſtea ad iura:& ſi non inuenitur emptor,dantur creditori in ſolutum.l.à diuo Pio.ff.de re iud. ¶Secundum.Qui autem conuenitur,& non habet vnde ſoluat,ſi debitor eſt ex maleficio,poteſt verberari.xiiij.q.vj. ſi res.& ſic amplius conueniri non poteſt,d.c.ſi res. quod limita quando creditor exegit verbera pro debito:aliàs bene tenetur ad intereſſe ſi verberetur pro maleficio,arg.ij.q.ij. fraternitatem.Si verò eſt debitor ex contractu vel quaſi,tũc cedat bonis.de qua ceſſiõe habes s̃.Reſtitutio.vij.§.vj. ¶Tertium.Si autem quis tenetur ſub alternatione, regulare eſt quòd electio ſit debitoris:vt in l.plerunque.in fine.ff.de iur. dotium.cum concor.poſitis in glo. ¶Quartum.Tenetur autem debitor adire domum creditoris eo modo quo s̃. Obligatio.§.ix.& ſimiliter ſi eſt in mora,& vult eam purgare,l. cùm quid.C.de condi.inſer.& ſimiliter ſi obligatio eſt ſolũ ad hoc ſi vult acquirere,etiam ſine monitione,ſecundũ Bar. in l.item illa.ff.de conſti.pecu.ſiue cõmodum ſit perſonale: vt quia relinquitur liberta ſeruo ſi ſoluat decem,& hmõi:ſiue ſit burſale,puta quia alicui legãtur iocalia ſi ſoluat veſtem.d.l.cùm quidã.In caſibus tamen iſtis vbi quis tenetur adire domũ creditoris,ſufficit eum quærere apud vicinos & notos,& in locis in quibus eſt ſolitus cõuerſari, non aũt per loca clandeſtina.ar.ij.q.ij.biduum.vt voluit Bart.in d.l.item illa.& ſequitur Pan.in c.ſignificante.de pig. ¶Quintũ.Mittens autem debitũ per nuntium infideliter ſe habentem, an excuſetur.Pan.in d.c.ſignificante. diſtinguit. Si em̃ ſpecies erat debita,& ipſa remittebatur per nuntiũ,qui putatur fidelis,periculũ pertinet ad creditorem.Et ratio eſt: quia caſus fortuitus non imputatur,ex quo culpa nõ præceſſit.c.vnico. de cõmo.Si verò erat quantitas debita,quæ mittebatur,perijt periculo debitoris.Ratio eſt: quia eo ipſo quòd pecuniã mihi mutuaſti,meã feciſti.l.ij.ff.ſi cer.pe.& ideo ſi perijt antequã veniret ad manus creditoris, mihi perijt: quia adhuc eram dñs.no.Bart.in l.eum qui.ff.cõmo.ſed pœnam, ſi erat appoſita,non incurrit. ¶Sextum. An autem repetere poſsit qui ſoluit indebitum ignoranter:dic vt s̃.Reſtitutio.ij.quaſi prope finem.qui verò ſoluit ſcienter, donaſſe videtur.l.cuius per errorem.ff.de re iu.exceptis ſolutis per vſuram, quæ repeti poſſunt.de iureiur.c.debitores. ¶†Sextò quæritur,qñ debet fieri ſolutio? Et dico ſecundum Io.de conſe.di.j.ſolet. 6
quòd aut dies eſt adiectus fauore debitoris:& poteſt præueniri.aut fauore creditoris: & ſic non poteſt præueniri.l.eum qui.ff.de annu.le.Similiter non poteſt quis repetere ante tẽpus debitum.c.vnico.de plus peti.niſi in caſibus.Primò inviro vergente ad inopiam.Secundò in debitore fugiente.l.ait prætor.§.debitorem.ff.de his quæ fi.in frau.cre. Tertiò in debitore ſuſpecto,qui cogi poteſt dare cautionem.l.ſi fideiuſſor.§.fin.ff.qui ſatiſd.co.quod limita niſi fuiſſet ſuſpectus tempore contractus,quia non cogeretur. Si verò dies non eſt adiectus,dic vt ſuprà,Mora.§.j.& iiij. & Obligatio.§.ix.

¶Sors & ſortilegium declarantur infrà Superſtitio.

SPECTACVLVM quantum ad pertinentia ad illud, declaratur ſuprà,Ludus.& ſuprà, Chorea.

## De Sponſalibus.

1 *Sponſalia quid, & eo nomine quid contineatur.*
2 *Sponſalia quis, qua ætate, & per quos poßit contrahere.*
3 *Sponſi an poßint ſponſalibus contradicere.*
4 *Sponſaliorum quis ſit effectus.*
5 *Sponſalia quomodo contrahuntur, & quibus verbis. nu.6.*
7 *Votum ſimplex caſtitatis an impediat ſponſalia de futuro.*
8 *Sponſalia qualiter contrahantur ſub pœnis & pignoribus.*
9 *Arræ ſponſalitiæ an permittantur.*
10 *Sponſalia quomodo ſoluantur, & an ipſo iure. nu.11.*

SPONSALIA dicta à ſpondeo,quod eſt promitto,ſunt futurarum nuptiarum promiſsio, ſecundum S.Tho.in iiij.diſt.Ray.Goſ.Pet.& Alex.& xxx.q.v.noſtrates.& ff.eod. l.j.Sed intellige primò promiſsio mutua: quia ſecundum Veruec.contrahi non poſſunt ex altera parte tantum, nec claudicare ſicut matrimonium:vnde,ſecundum eum, ſi vir accepta manu vxoris dicat,do tibi fidem de te in vxorem accipienda:& illa nullo modo oſtendat ſe acceptare,revera nõ ſunt ſponſalia.ille tamen tenetur eam ducere,ſi illa voluerit. quod intellige ſi illa voluerit incontinenti, & non aliter, cùm non acceptauerit ſtatim,nec ſunt ſpõſalia cõſequenter.l.cõtinuus.de verb.obl.Si tamẽ oſtenderit ſe acceptare, vt qa inter eos agebatur de ſpõſalibus aut matrimonio, & illa requiſita ſponte manum dedit ad fidem recipiendã,& huiuſmodi,eſſent contracta ſponſalia. Intellige etiã quo ad eccleſiã ſi coniecturæ de hoc eſſent probabiles.Intellige ſecundò promiſsiõe nuda aut veſtita : quia aliquãdo cõtrahũtur promiſsione nuda:vt ſi dicat vir, accipiã aut ducam te in vxorẽ,& illa reſpõdeat,accipiam aut ducam te in virum,vel è contrario.Aliquando verò ſubditur iuramentum, aliquãdo arrhæ ſpoſalitiæ, aliquando etiam pœnæ. ¶†Primò verò quæritur,quid veniat nomine ſponſæ aut ſponſaliũ, aut ſub quo nomine veniãt iſta?Et dico duo. ¶Primum. Secundũ S. Tho.vbi s̃.ſponſus dicitur à ſponſione coniunctionis matrimonialis per verba de futuro,& à reſpõſione actus matrimonialis per verba de præſenti:quia ex hoc ipſo ſpondet matrimonij actum:tamen à prima,inquit,ſponſione dicuntur ſpõſalia propriè,quæ ſunt quædam ſacramentalia matrimonij, ſicut exorciſmus baptiſmi.hęc ex illo.Ex quibus elice ꝙ ſpõſalia largè ſunt vbi quis cõtrahit per verba de præſenti in legitima ſcilicet ætate. Nomine igitur ſpõſaliũ propriè venit non ſolùm promiſsio per verba de futuro,vt dictum eſt, ſed etiam matrimoniũ per verba de præſenti cõtractũ ante pubertatẽ,niſi eſſent tales ꝓximi pubertati, & malitia ſuppleret ætatem,iuxta dicenda ĩ.§ ij.& tales ſcd̃m Arc. ſpõſi eſſe intelligunt̃.& intellige ꝓprie:largè aũt ſpõſi ſunt qui matrimoniũ per verba de p̃ſenti in debita ætate cõtraxerũt. ¶Secundũ.Scd̃m Pan.in rub.extra eo.in odioſis nomine maritæ nõ venit ſpõſa ꝓpriè. Vñ ſi ſtatuto cauetur ne maritata ſuccedat,bene ſuccedet ſponſa:nec ſponſa de præſenti venit nomine vxoris : nec nomine matrimonij veniunt ſponſalia, vt idẽ dicit in c.tertio loco.de prob.ſed in indifferentibus venit ſolùm ſpõſa de præſenti : in fauoralibus autẽ venit ſpõſa de futuro.Pro quo bonus text.eſt in l.non ſine.C.de bo.quæ lib.& ibi per Cy.& alios:vide etiã gl. Inſti.de nup.§. ſed & ſi vxor.xxvij.q.ij.in prin.Et hoc verum,niſi addatur qualitas di-
2 ſtinguens:puta maritata,cognita,& huiuſmodi. ¶†Secundò quęritur,quis,qua ætate,aut per quos poſsit cõtrahere ſpõſalia?Et dico multa. ¶Primum. Quicũq; poteſt cõtrahere matrimoniũ,poteſt etiã cõtrahere ſponſalia,ſecundũ Canones: licet ſit ſecus ſcd̃m leges,vt patet in l.ſi quis officiũ.ff.de rit. nup.& in l.ſolet.de his qui not.infa.& vlterius aliqui nõ poſſunt contrahere matrimonium, qui tamen poſſunt contrahere ſpõſalia:vt qui ſunt ætatis legitimæ ad ſponſalia,& non ad matrimoniũ. ¶Secundũ.Secundũ S.Tho.in iiij.diſt.xxvij. ſpõſalia cõtrahi poſſunt vtroq; cõtrahentiũ exiſtente in fine primi ſeptẽnij vel poſt,vel parũ añ.Pro quo ſcito ꝙ cõtrahi poſſunt poſt ſeptẽniũ:& ex tũc valẽt.de deſpõ.impu. ſi infantes.l.b.vj.Si autẽ ambo vel alter ſit minor ſeptẽnio,& cõtrahunt ipſi vel parentes pro eis,nihil agitur,nec oritur publicę honeſtatis iuſtitia,vt ibi:niſi poſtea ratificẽt.Si tamen multũ propinquauerit illi termino,ſecũdũ S.Th ſpõſalia tenẽt: qa quod parum deeſt,quaſi nihil deeſſe videtur.ij.Phy.quã appropinquationẽ quidã determinant tempus ſex menſiũ: ſed meli⁹ determinãda eſt ſcd̃m cõditionẽ cõtrahẽtiũ, cũ in quibuſdã magis acceleretur vſus rationis quã in alijs.Hæc illę. qui intendit ꝙ malitia ſuppleat ętatẽ.& cõcor. Hoſ.& Inn. vt recitat & tenet Sũ.Cõ.li.iiij.ti.j.q.v.& glo.in c.iuuenis de ſpõ.dicẽs ꝙ diſcretio ſupplet ætatẽ.& Arc.& vt dicit Pan.in d.c.iuuenis.eſt cõis opinio.& hoc ſequit̃ Sũ.Cõ.& Piſ.& Arc. & Sup.& rationabiliter: quia nõ videt̃ ratio quare nõ debeat malitia ſupplere ętatẽ in ꝓximo ſeptennio quo ad ſpõſalia: ſicut ſupplet prudentiam in contractu matrimonij, nõ obſtãte quòd hoc nullo iure cautum inueniatur expreſſe:quia expreſſum eſt in aliquo eiuſdem generis, ſcilicet in matrimonio:ſi videtur ratio maior de ſpõſalibus,quia ſunt magis ſolubilia.Pan.aũt in d.c.iuuenis, adductis quibuſdã friuolis tenuit cõtrariũ,ſcilicet quòd requiratur ſepteñiũ cõpletũ. & ſequit̃ Sum.Ang.& Roſ.cõtra Sup. Si aũt maior ſeptennio cõtraxit cũ minore,licet ſpõſalia nõ tenuerint etiam ex parte maioris,quia nõ claudicant, tenetur tñ expectare minorem cui fidem dedit,ſi fortè manere velit in eodem ꝓpoſito,ſcd̃m Arc.aliàs peccat ꝓpter fidem mentitã. ¶Tertiũ. Determinatur aũt idem tempus in maſculo & fœmina quo ad ſpõſalia,& nõ quo ad matrimoniũ,ſecundũ S.Tho.vbi s̃. quia in ſpõſalibus requiritur tñ vſus rationis,qui ſimul incipit in vtroq;:ſed in cõtractu matrimonij nõ ſolùm requiritur diſpoſitio ex parte vſus rationis,ſed etiam ex parte corporis,vt ſit tempus generationi aptũ, quod in puella in xij. anno,in maſculo in fine xiiij.eſt, ſecundũ Philoſophum xj. de Animali. ¶Quartum.Abſentes autem cõtrahere poſſunt ſpõſalia per nuntiũ vel literas.l.ſufficiet.ff.de ſpon.extra,qui cle.vel vo.veniens.& xxx.q.v.nec illud.& idem ſecundũ Hoſ. ſi fiat de conſcientia alicuius,vel poſtea ratũ habet. ff.eo.l. vlt.xxxij.q.ij.honoratur de matri.cõtra.cõ.inter.eccle.c.ij.Si tamen nuntiũ vel procuratorem reuocauit,& reuocatio ad eum peruenit antequã puella cõſentiret,nihil agitur,arg.de procu.in noſtra.& c.mandato.imò & ſi peruenit poſtquam conſenſerat puella,ſed tamen antè fuerat reuocatus,ſecũdũ Hoſ.quia deeſt conſenſus.& facit c.procurator.de procu.lib. vj. ¶Quintũ.Poteſt etiã quis pro alio ſpõſalia contrahere ſine mandato,vt parentes pro filijs,ſi filij fuerint præſentes & nõ cõtradicãt,vel ſi fuerint abſentes & ignorantes,dũmodo poſtea ſcientes ratificauerint tacitè vel expreſsè. de deſponſ.impu.ſi infantes.lib.vj.imò auunculi & amici, tutores & curatores,& quicunq; alij,quanuis nõ habeant mandatũ, hoc poſſunt:ſed tamen ſponſalia nõ ſunt, donec ille vel illa ſciuerit & ratũ habuerit:& hoc ſecundũ Canones, qui nõ requirunt niſi cõſenſum:vt in c.ſufficiat.xxvij. q.ij.extra eo.cũ locum.de deſpon.impu.c.vnico.lib.vj. Sed tamen inter hos & parentes eſt differentia ſcd̃m Io.And.in nouel. quia quo ad parentes ſufficit præſentia filij cũ taciturnitate, licet alter expreſſe non conſentiat,& tenent ſponſalia:quia taciturnitas operatur cõſenſum,vt in d.c.vnico.ſecus in alijs : quia non ſufficit ſola præſentia:ſed oportet adeſſe cõſenſum expreſſum vel tacitũ:puta ſi mulier recipit iocalia,vt ſpõſa vel ſpõſus accedit ad domũ mulieris:vt videtur expreſſe ꝓbari in c.literas.de deſpon.impu.iuncta gl.& clarius.in c.j.de ma. cõtra.cõtra inter.ec.& in c.ad id quod.de ſpon.Nec cures de gl.in d.c.vnico.quia Io.And.illã correxit in nouel. ¶†Tertiò 3
quæritur,an poſsint ſponſi cõtradicere ſpõſalibus aliquo caſu?Et dico tria. ¶Primũ.In c.vbi non eſt.de deſpon.impu.diſtrictius inhibetur,ne aliqui,quorũ vterq; vel alter ad ætatẽ legibus vel canonibus determinatã nõ peruenerit,cõiungãtur:niſi fortè aliqua vrgentiſsima neceſsitate interueniente: vt pro bono pacis.vbi cõiter Canoniſtæ ſummãt quòd impuberes ambo,vel alter,niſi pro bono pacis,cõiũgi nõ debent. Et intelligit glo.etiã quo ad ſpõſalia:vt imponit illi Pan.Et idem Inno.& Hoſ.ſcilicet quòd ante pubertatem ꝓhibitum ſit cõtrahere ſpõſalia,niſi pro bono pacis,& hmõi: licet contracta teneãt.Sed iſta opinio nõ habetur clarè ex prædicto tex.& videtur prima facie cõtra tex.in d.c.vnico. de deſpon. impu.lib.vj.Vñ hoc nõ ſequitur ibi Pan.niſi limitando ad cõiunctionem carnalem, ſecundum quam nulli ſunt coniungendi ante pubertatem:vel etiam poteſt teneri loquendo de coniunctione ſpirituali per contractum matrimonij,vt pla-

num eſt,& etiam ſponſaliorum cauſatorum ab alijs ante pu
bertatem,& non prouenientium primò ab ipſis ſponſis mo
tu proprio,ſed alieno:in quo propriè locum habent quę pro
dicta opinione adducūtur ſ.Matrimoniū.v.§.vj.& hoc patet
etiam ar.eorū quę dicentur par.ſeq.Eſt etiā rationabilis quo
ad ſponſalia venientia motu proprio propter allegata ibi,&
arg.dicendorū par.ſeq.vnde pc̄tm̄ eſt, vt videtur aliquibus,
mortale ea ante pubertatem cōtrahere, niſi ex magna cau-
ſa,& de licentia epiſcopi,ſcd̄m Hoſ.ſi tamen cōtrahant, te-
nent poſt ſepteniū.d.c.vnico.&.c.de illis.de deſponſ.impu.
¶Secundū.Scd̄m S.Tho.vbi ſ.ſi ante annos pubertatis fiat
cōtractus ſpōſaliū per aliū:ambo vel alter reclamare poſ-
ſunt.vn̄ tūc nihil eſt actū,adeò quòd nec aliqua affinitas ex
hoc cōtrahitur:& ideo ſpōſalia,quæ inter aliquos per perſo-
6 nas alias cōtrahunt,robur habent inquātū illi,inter quos cō
trahunt,ad ætatem debitā venientes nō reclamant: ex quo
intelligunt cōſentire his quæ per alios facta ſunt. Hæc ille.
qui loquitur de ſponſalibus factis per alios, ſic quòd ſponſi
expreſsè vel tacitè nō cōſentiunt:quia ſi cōſentirent, nō eſ-
ſent nulla,ſed cōtraheret publicæ honeſtatis iuſtitia:vt in d.
c.vnico.in fi.Nec tamen intendit dicere quòd nō poſſent re
clamare,etiā ſi cōſenſiſſent:ſed ſufficiebat ei ſoluiſſe argu-
mentū.¶Tertiū.In c.de illis.de deſpon.impu.ſummariè ha-
bet quòd ſi maiores ſeptennio ante pubertatem ſpōſalia cō
trahunt,ſi quidem tempore cōtractus alter erat pubes, non
ille,ſed alter minor factus pubes poterit reſilire & cōtradice
re,ſed nō antequā venerit ad pubertatem:ſi verò tp̄e cōtra-
ctus vterq; erat impubes,vterq;veniens ad pubertatem po-
terit reſilire:& ſcd̄m aliquos,puta gl.ibi,& do.Ant.& ſequa
ces,qui eorū primò venerit ad pubertatem, aliū expectabit
antequā reſiliat.Sed Io.And.Car.& Pan.tenent cōtrariū di-
centes quòd vno tm̄ ad pubertatem perueniente,poterit ſta
tim cōtradicere,licet alius ſit impubes:& hoc eſt indubitatè
verū:quia nō eſt aſsignare rationem expectādi:cū alio pube
ſcente iſte primus etiam eo inuito poſsit reſilire & fruſtra
expectatur euentus,cuius nullus eſt effectus.de offi.dele.cū
contingat.Diſſoluentur tamen iſta ſpōſalia iudicio eccleſię.
ſecundū gl.niſi ſoluātur vinculo fortiori:puta matrimonij cū
alia,aut voti ſolennis:quia tūc ipſo iure ſunt ſoluta.Hęc au-
tem nō intelligunt ſolùm de ſponſalibus cōtractis ante pu-
bertatē per alios ſine cōſenſu ſpōſorū: quia etiā ſi ſic eſſent
contracta in ſenectute ſponſi poſſent reſilire:ſed intelligun
tur generaliter in cōtractis ante pubertatem: quia omnes
ſic cōtrahentes reſilire poſſunt authoritate eccleſię,& ſi nō
4 ꝓpria,vt ĩ.§.vij.¶†Quartò quæritur, quis ſit effectus ſpōſa
liorū?Et dico tria.¶Primum.Qui cōtraxerunt ſpōſalia obli
gati ſunt contrahere matrimoniū, ſi ſponſalia tenuerunt:vt
quia in ætate debita fuerunt contracta,& ſecundum S.Tho.
peccat mortaliter non ſoluens promiſſum, niſi legitimum
impedimentum interueniat:nec poteſt alter eorum contra
here cum alia perſona: ſi tamen contraxerit per verba de
præſenti,tenet quidem ſecundum matrimonium.extra eo.ſi
cut.ſed debet agere pęnitentiā de fide mētita: & multo ma
gis ſi interuenerat iuramentū.extra,eo.literis.el ij. Sed hæc
intellige primò de his qui cōtraxerūt ea poſt pubertatem,&
qui ante,ſi obtinere nō poſſunt abſolutionem ab eccleſia cū
venerint ad pubertatē.Intellige ſecūdò de his quibus nō ſu-
peruenit aliquod legitimum impedimentū,vt ĩ.§.x.caſu vlt.
Eum autem qui non ſoluit promiſſum, ſecundum Pan.in c.
ex literis.el ij.etiam ſi ſponſalia nō ſint iurata,eccleſia prius
debet monere,deinde cogere:ſed ſecundum S.Tho.eccleſia
cogit iniungendo pœnitentiam pro peccato:in foro tamen
contencioſo non compellitur:quia matrimonia coacta con-
ſueuerunt malos exitus habere, niſi fortè iuramentum in-
teruenerit:quia tunc cogendus eſt,vt quidam dicunt: quan-
uis alijs non videatur propter cauſam prædictam,præcipuè
ſi de vxoricidio timeretur.Hæc ille.cuius opinio probatur in c.
requiſiuit.eo.ti.vbi de muliere quæ etiam iurauerat cuidam
nubere,dicitur quòd monenda eſt potius quàm cogenda,cū
coactiones difficiles ſoleant exitus frequenter habere. Nec
obſtat c.ex literis.el ij.eo.ti.vbi vir ſi ſic iurauit primo modo
dicitur monendus:deinde etiam eccleſiaſtica cenſura cōpel
lendus:quia ſubditur,niſi rationabilis cauſa obſtiterit:vnde
hoc iudicis arbitrio cōmittitur.& multo magis ſi ſponſalia
nō ſint iurata:& ſic ex rationabili cauſa nō coget.Vn̄ Arch.
dicit quòd poteſt cogi,ſed nō eſt cogendus vbi probabiliter
timetur difficilis exitus,puta vxoricidium & hm̄oi.¶Secun-
dum.Vtrū ſola ſponſalia ſine benedictione & alijs ſolennita
tibus excuſent actū cōiugalem:vide ſ.Debitū.§.ix.¶Tertiū.
Filius ſponſorū de futuro eſt legitimus eo modo quo ſ.Le-
gitimus.in princ.¶†Quintò quæritur, quo modo ſponſalia 5
contrahuntur?Et dico quòd cum ſponſalia abſolutè & ſub
conditione cōtrahi poſſunt, abſolutè contrahuntur multis
modis:primò ſcilicet per verba de præſenti, quando ambo
ſunt impuberes,vel eorū alter:quia iuris interpretatione hic
ſunt ſponſalia de futuro.de deſpon.impu.c.fin.& clarius d.c.
vnico.Secundò per verba de futuro ad hoc apta:vt, promit-
to vel iuro quòd te accipiam in vxorem,& ſimilia. de ſponſ.
c.pe.& addit Arc.quòd dare fidem, pertinere videtur ad iu-
ramentum. Tertiò per annulli ſubarrhationem.xxvij.q.ij.ſi
quis deſponſauerit.Quartò per arrharum dationem,puta io.
caliū aut pecuniarū.Hi tamen duo vltimi modi ſcd̄m Pan.
in c.ſi.de deſpon.impu.poſſent dicere matrimoniū ſicut ſpō.
ſalia:vt in c.fœminæ.xxx.q.v.Vn̄ aduertendū eſt quòd ſi prę
ceſſerunt verba apta ad contrahendum matrimoniū, faciūt
matrimonium,nō ſponſalia:ſi verò præceſſerūt verba de fu
turo,erūt ſpōſalia:ſi verò nulla præceſſerūt verba,tūc ſcd̄m
cōſuetudinem iudicabit:quæ,ſi nulla ſit,nihil probabūt,ſi a-
liud certū cōcipi nō pōt:quia talia ſigna ſunt æquiuoca ad
multa:& cōſequenter cùm dentur arrhæ etiā in alijs cōtra-
ctibus.Inſti.de contrahen.em.nihil probabunt.de præſum.
illud.Si aūt ſolùm vnius verba præceſſerunt, tunc immiſsio
annulli & acceptio arrharum denotant conſenſum alterius.
expreſſum,& ſic erunt ſponſalia vel matrimonium,vt no.gl.
in c.pe.de ſpon.In dubio tamen in ſubarrhatiōe per imiſsio-
nem annuli præſumendū eſt pro matrimonio:quia res fauo
rabilis eſt:de præſum.literis.& de re iu.c.ſi.¶Si verò ſponſa
ſalia ſub cōditione contrahātur, valent aut nō valent ſcd̄m
diſtinctionem,quæ data eſt ſ.de matrimonio.Matrimoniū.
iij.§.j.ita quòd ſi conditio ſit honeſta, vt ſi parentibus meis
placuerit:vel vtilis,vt ſi dederit centum, exiſtente conditiōe
ſtat promiſſum.Si verò ſit inhoneſta & contraria bonis ma-
trimonij: vt ſi ſterilitatis venena procures: ſponſalia non
contrahuntur.Sed ſi non ſit contraria eis:vt,ſi furtum fece-
ris.tunc ſtat promiſsio,ſed conditio tollitur.Concor. S.Th.
& Ric.Sed adde primò quòd ante euentum conditionis ne-
ceſſariæ ſponſalia non ſunt,nec oritur publicæ honeſtatis
iuſtitia:vt d.c.vnico.niſi per factum à conditione recedatur:
puta ſi copula intercedat.de condi.app. de illis.& in c.ſuper
eo.& in cap.per tuas.Adde ſecundò ſecundum S. Tho.quòd
quando apponitur conditio pecuniæ per modum pęnę,quia
matrimonia debent eſſe libera, talis conditio non ſtat, nec
poteſt exigi illa pœna à nolente contrahere matrimonium.
¶†Sextò quæritur, quomodo iudicandum ſit de aliquibus 6
verbis aut actibus,quibus ſponſalia contrahi ſolent? Et dico
multa.¶Primum. Si quis promittat quatuor puellis vnam
earum



earum ſe accepturum,non contrahit ſponſalia, ar.in c pa.ex
ſponſalibus.eo.tit.lib.vj. niſi aliqua earum facto ſpecialiter
in eum cōſenſerit.¶Secundū.Si pater iurauit alicui dare vnā
de filiabus ſuis,ſecūdū Hoſ.&Goſ.ſpōſalia nō ſunt:ſed tamē
pater tenetur vnā dare.quod limita ſi vnā earū voluerit:quia
tenetur pater per tale iuramētum ad faciēdū quòd in eo eſt
& nō plus.no.gl.in c.ex literis.& in c.ſicut.de ſpō.& licet de
iure ciuili promittēs factū alienū nō obligetur,niſi ſpecificè
promiſerit ſe facturū vel curaturū, vt Inſti.de inuti.ſtip.§.ſi
quis aliū.tamē quādo ꝓmiſit cū iuramento etiā ſimpliciter
tenetur prę ſtare operā quam poteſt,ſicut ſi ſpecificè ſe obli
gaſſet.c.ad noſtrā.de iureiu.& l.cū pater.§.filius matrē.ff.de
leg.ij.Poterit tn̄ dare quā voluerit.de re.iur.in alternatiuis,
Inſtit.de acti.§.præterea.& ſi omnes præter vnā moriantur,
tenetur dare illā.ar.ff.de eo quod certo loco.l.ij.ſed ſi vnam
obtulit, & ille nō acceptauit,eſt abſolutus à ꝓmiſsione & à
iuramēto.ff.de cōtrahē.emp.l.ſi in emptione.§.ſi emptio.ff.
de cōdi.inde.l.cum is,& ſi vnā ex illis carnaliter cognouerit
nullā aliā poterit habere ꝓpter cōtractā affinitatē: imò qđ
plus eſt,ſi contēplatione pręcedētis cōtractus cōmiſtio eſſet
facta,matrimoniū eſſet.de eo.qui dux.in matri.ſignificauit.
quod ſecundū Pan.in c.ex.literis:eo.ti.eſt verū,nō tātùm vir
tute ſpōſaliorū,quantū ex præſuppoſito cōſenſu,extra eo. is
qui.¶Tertiū.Si aūt ꝓmiſit vnā determinatè,& ſi illā nō poſ
ſet dare,alterā:ſecundū Hoſt.tenetur dere primā, & ad hoc
bona fide laborare.extra eo.ad audiētiā.qđ ſi nō poteſt,ſub
diſtinguendū eſt: quia ſi prima cōſenſit ſpōſalibus expreſſe
vel tacitè,aliā habere nō poterit:quia ineſt publicæ honeſta
tis iuſtitia,etiā ſi illa prima ſpōſalia fortè propter cōſangui-
nitatē aliquā nō tenuiſsēt:ſi verò nō cōſenſit,tenetur dare ſe
cundā.de ſpō.ex literis.el ij.de reſti.ſpol.ex parte. ¶Quartū.
Si quis alicui promiſerit ꝙ eā deſpōſabit,ſi promiſsio fuit ꝙ
deſpōſaret eā de futuro,nō erūt ſpōſalia antequā deſponſet
eam,ſecundū Vin.& do.Ant.in c.is qui.de ſpō.Si verò ꝓmiſ-
ſio fuit ꝙ deſpōſaret eā ſcilicet per verba de præſenti, talis
promiſsio ſpōſalia facit,ſcd̄m Card.in d.c. is qui. & ſi ſumus
in dubio:tūc in locis vbi primò cōſueuerūt accipere per ver-
ba de futuro,nō erunt iudicāda ſpōſalia per talē promiſsio-
nem:ſecus vbi deſponſatio ſolet vocari acceptio de pręſenti.
¶Quintū.Si quis vir deſpōſet aliquā mulierē,vel ecōtrario,
per iuramentū factū metu iuſto,id eſt,cadēte in cōſtantē vi
rū,ſecundū Rich.ſpōſalia ipſo iure nō tenēt in foro cōſciētię
vel exteriori.Quidā verò dicunt ea tenere in foro conſcien
tiæ,ſed nō in exteriori.Tu verò dic conformiter ad dicta ſu
prà Iuramentum.iiij. §.vij.quòd tenent in conſcientia ſi iu-
rans intendebat ſe obligare:ſed tamen poteſt petere diſpen
7 ſationem.¶†Septimò quæritur,vtrum votum ſimplex caſti
tatis impediat ſpōſalia de futuro ne cōtrahātur?Et dicit Ar-
chi.poſt Henri.Bohic ſuper c.rurſus.qui cle.vel vo.circa hoc
duas eſſe regulas.¶Prima.Quoties cōtrahūtur duo vincula
æqualis potentiæ incompaſsibilia: primum præiudicat ſe-
cundo.¶Secūda.Si duo vincula diſparis potentiæ incompaſ-
ſibilia cōtrahuntur,fortius repellit minus forte,vt probatur
de ſpō.ſi inter.Igitur ſi votū ſimplex præcedit,impedit & di-
rimit etiā iurata,vt in d.c.rurſus. quia iuramentū eo caſu eſt
illicitum,nec ſeruādum xxij.q.iiij.inter cætera.ſicut aliàs in
ſponſalibus priora ſponſalia ſunt conſummanda.de ſpon.ſi-
cut ex literis.quod verū eſt etiā ſi in primis nō interuenit iu
ramentū,& interuenit in ſecūdis, ſecundū Hoſt.Inn.Io.An.
¶Si verò ſpōſalia ſimplex votū pręcedūt,nec impediūtur nec
dirimūtur:ſed eo caſu cogi debet votū ſolēnizare,ſcilicet ꝓ
fitēdo religionē,vel ꝓfiteri ſpōſalia:id eſt,cōtrahere matri
moniū.de cōuer.cōiu.ex parte.ſecundum Inn. & Hoſt.quod
Arch.limitat,niſi mutuo ſe abſoluant:quia tunc ſeruari poſ-
ſet votū in ſeculo.Sed iſti ideo ſic dicunt,maximè Hoſ.quia
loquūtur de ſponſalibus iuratis:& credūt iuramētū æquale
eſſe voto:& conſequēter præualere quādo illud præcedit,vt
hic:& ſic dicūt iſtū cogēdū ſolennizare votū aut matrimo-
niū,quorū vterq; licitè poteſt ſecundū iſtā opinionē:ſed vo-
tū eſt virtuoſius in ligādo,ſecundū S.Tho.vt ĩ. Votū ij.§.vlt.
ideo melius dicit Per.de Pal.quòd aut ſe abſoluant mutuo,
aut ſolēnizetur votū profeſsione vel ordine ſacro,vel vouēs
faciat contentū eū qui nō vouit de nō cōſummando matri-
monio.Do.autem Anto.in c.de illis de deſpon. impu.tenet
quòd votum ſimplex caſtitatis ſuperueniens ſponſalia,intel
ge pura,ſoluit.& idem tenet Dire.licet recitet Innoc.& Ho-
ſtien.Et idem dicit Per.de Pal.tenere S.Tho.quòd ſi verum
eſſet,vouens non teneretur ad religionem: ſed poſſet votū
ſeruare in ſeculo.Et hoc eſt verum indubiè quo ad non vo-
uentem:quia eo ipſo quòd alter ſic vouit, recedit à ſponſa-
libus,& alter eſt liber:ſed quo ad vouētem eſt maius dubiū,
vtrum hoc poſsit facere ſine peccato,& vtrū eo facto ſit ab-
ſolutus:& dico quòd ſi intendit religionem intrare, vouēdo
non peccat,& eſt abſolutus:aliàs peccaret vouēs in alterius
pręiudicium:& ſic concordantur opiniones.¶†Octauò quæ 8
ritur,quid de pœnis & pignoribus quæ aliquādo interueniūt
in ſponſalibus?Et dico multa.¶Primum.Secundum Achid.
poſt Ray.licet ſponſalia contrahi poſsint ſub cōditione pro-
miſſæ pecuniæ,nō tamē poteſt pecunia promitti per modū
pœnæ:& ſi promiſſa fuerit,promiſsio non tenet:quia coniu-
gia debent eſſe libera.extra eo.requiſiuit.& cap. gemma.&
idem S.Tho.Sed Pan.in d.cap.gemma.latius diſtinguit col-
ligendo dicta doct.ibi.& in l.Titia.ff.de vorborū obligat.di
cens quòd ſi pœna apponitur inter contrahentes,indiſtincte
non valet,ſecundum communiorē opinionem.& tenet Bar-
tol.in l.mulier.C.de ſpon.etiam de illa pœna, quæ eſt in lu-
cro perdendo.Vnde ſi promiſi tibi dare centum ſi nupſeris
mihi,non valebit:vt in l.ſi ita ſtipulatus.§. ſi tibi nupſero.&
ibi per Bart.ff.de verbo.obligat.quod limita,niſi is,cui pro-
miſsio fit,eſſet nobilior: quia tunc videretur potius donare
animo recōpenſandi ratione nobilitatis.Pro quo facit quod
not.Bartol. in l.j.C.de donat. ante nuptias.&.l.ſi voluntate.
C.de dotis promiſ. Si verò pœna apponitur inter parentes
contrahentium ſeu alios ita coniunctos ipſis cōtrahētibus,
quòd veriſimiliter iſti ad contractum matrimonij inducerē
tur,ne parentes vel amici ſoluant talem pœnam:nō valet:vt
in dicto cap.gemma.ſecundū vnum intellectum, & in dicta
l.Titia.& in l.hæres meus.in fin.ff.de condi.& dæmon.tamē
valeret illa,quæ eſt in lucro perdendo:vt per Bar.in l.Titio
§.Titio. el j.de condit.& dæmon.Si autem inter alios à præ
dictis,valet,etiā ſi talis extraneus promiſerit nomine mulie
ris ſub certa pœna,ſecundū cōmuniorē opinionē:licet Hoſ.
tenuerit contrarium.Aduertendum eſt tamē quòd tales ſub
pœna promittentes quòd Titia contrahet cum Sempronio,
ſi,quantum in ipſis eſt faciunt,non incurrunt pœnā:quia dif-
ficultas,ex quo factum eſt in obligatione pœnæ, cōmiſsio-
nem excludit,vt eſt tex.not in l.ſi vehenda.in fi.ff. ad l.Rho.
de iac. & in l.j.ff.ſi quis cau.Et hoc tenuit Io.ā de Plat.vt re-
fert Feder.conſil.clxiij.& do.Anto.in dicto cap.gemma.&
ſequitur Panor.ibidem.Facit quod not.Bar.in ſimilibus ter-
minis in l.continuus.§.illud.ff.de verb. oblig. Quod notan-
dum eſt:quia facit vt ille qui in contractibus ſub pœna pro-
mittit pro filiofamiliàs vel amico quòd ratificabit:quia ſi fa
cit quod in ſe eſt,pœnā euitat. Et hoc verum de pœna quæ
cōſiſtit in ꝑdēdo vel minuēdo patrimonio:ſecus de alia quæ
eſt in acquirēdo:quia ceſſaret lucrum, niſi impleretur pro-

miſſum.¶Secūdū. Intereſſe autē ſecūdum Iac.de Aret.Cy.
& cōmuniter doc.in l.j.C.de ſpō.& in l.Titia.peti nō poteſt
niſi doloſe pars ſe habuerit:quo caſu peti poteſt actione de
dolo:nō autē ꝓpter ſtipulationē:quia ex cōceſsione iuris al
tera pars à ſpōſalibus deſiſtere poteſt:& ne matrimoniū inti
midetur propter ſolutionē pœnæ. Et hoc ſequitur Hoſt. in
Sum.& Pan.in d.c.gemma.¶Tertiū.Vtrū autē poſsit inter-
uenire pignus pro matrimonio cōtrahēdo:fuit opi. diuerſa.
Nā Mo.tenet ꝙ ſic,ꝑ l.vnicā.C.ſi re.pro.Io.autē And.diſtin
guēdū dicit ſecūdū qualitatē ꝑſonæ & pignoris quātitatē:
qa vile pignus non habet intimidare magnū virū: & ſic pōt
interuenire.Sed do.Anc.in effectu videtur cōcludere ꝙ non
pōt,niſi pro intereſſe præſtādo: quia cū ſimus extra caſum
l.fi.C.eo.quæ ſolùm permittit arrhas,nō valet promiſsio a-
licuius pœnæ. Itē pignus nō poteſt duplicari ex alia parte:
& ſic cōtractus non eſſet æqualis vtriq; parti,prout requirit
illa lex.Et hæc opi.placet Pan.in fauorē libertatis matrimo
nij:& de iure videtur verior.Et pro éa facit quod no.gl.in l.
ſi ita ſtipulatus fuero.§.ſi tibi nupſero.ff.de verb.obl.quæ.di
cit ꝙ omnis ſtipulatio in talibus eſt reprobata.Dicta autē l.
vnica,ideoq; nō obſtat,contractū arrharum vocauit pignus.
9 ¶† Nonò quęritur,quid de arrhis ſponſalitijs? Et dico mul-
ta.¶Primū.Lex in dicta l.Titia.& in dicta l.mulier.indiſtin
ctè prohibet ſtipulationem pœnalē ,& indiſtinctè videtur
arrhas admittere,modò nō excedāt quātitatē dotis vel dona
tionis propter nuptias.Sed inſurgit difficultas quare poſsit
interuenire arrha & nō pœna,cū eadē videatur ratio:quia ſi
dās arrhas retrocedit à cōtractu perdit eas,& ſic patitur pœ
nā:& ſimiliter recipiēs eas,ſi reſilit,reddit duplicatas,& etiā
quadruplicatas,ſi fuit conuentū,vt in d.l.mulier.& ſic ſoluit
pœnā.Et dicit Io.And.poſt Goſ.rationē diuerſitatis eſſe:qa
arrhæ ſolēt tradi in parua quātitate,pœna in magna.Itē ar-
rhę traduntur de præſenti,ſed pœna promittitur in futurū,eſt
autē quis facilior ad promittēdū quàm exburſandū.Vide de
his Pan.in d.c.gēma. ¶Secundū. Secundū Bar. igitur in d.l.
Titia.arrhæ indiſtinctè admittūtur in ſpōſalibus,modò nō
excedāt quantitatē dotis vel donationis propter nuptias:&
appoſitio pœnæ quantūcunq; modicę reprobatur.Sed Pan.
poſt Io.And.in d.c.gēma.dicit cōſiderandā eſſe perſonarum
qualitatē,& quantitatē arrharū: quia ſi inter viles pèrſonas
interuenit traditio magnarū arrharū,nō valet:quia eſt eadē
ratio in eis,quæ & in pœna.ſolutio autē modicæ pœnæ non
habet intimidare magnū virū.Et hāc opinionē videtur tene-
re Cy.in l.mulier.C.de ſpō.& videtur in cōſciētia ęquior:qa
cū habemus naturalē rationē legis,de verbis nō eſt curādū.
l.nō dubiū.C.de legi.& in regula fi.de reg.iur.li.vj.ſecundū
Pan.tamē appoſitio pœnæ in quacunq; parua quātitate nō te-
nebit:quia odia nō debēt extēdi:vt in l.quod verò contra.ff.
de legi. & in l.odia.de reg.iur.in vj.¶Tertiū. Vt autē valeāt
arrhæ,duo requirūtur:primò ſcilicet ꝙ quātitas ſit verè nu-
merata & tradita parti:ſecus vbi pars cōfiteretur tātùm ſe re
cepiſſe,ſcd̄m Bar.in d.l.Titia.& Fed.cōſi.clxiiij. qđ Pan.pla
cet:quia vbi arrha nō interuenit,eſt quaſi eadē ratio:vt in ap
poſitiōe pœnæ quia de facili quis cōfiteretur ſe arrhā in ma
gna quātitate recepiſſe:imò dicit Bart.ꝙ ſi vtraq; pars fate-
retur ſe recepiſſe ab altera,nō valet,etiā ſi verè interueniſſet
ſolutio:quia ſi ſolui tibi mille, & recepi à te alia mille, non
videor ſoluiſſe.ar.l.qui ſic ſoluit.ff.de ſol.licet multi teneāt
cōtra eū in hoc vltimo.de quo vide ꝑ Bar.in l.fi.C.de ſpō. &
Pan.in d.c.gēma.Sed opinio Bart.videt̃ æquior, quā ſequitur
Pan.& do.Ant.in d.c.gēma quia ratio legis fuit:quia facilius
quis promittit quam exburſet:& non videtur exburſaſſe,qui
tantundē recepit.Et intantū huic opinioni Bart.inhæret , vt
dicat fundū nō poſſet dari loco arrharū,etiā ſi vēdens cōſti-
tuat ſe nomine alterius poſsidere.d.l.mulier.loquitur de ar-
rhis traditis in quātitate,& annullat aliā pœnā: ergo extra
illū caſum nō debemus arrhas approbare.&hoc ſequit̃ Sum.
Roſ.Sed Ang.& Inn.in d.l.Titia.& Lucas de Gral.dicūt d.l.
fi.nō facere mētionē de quātitate.& ſic,ſecundū eos,pōt da-
ri.Et hoc ſequitur Sum.Ang.& eſt verius.¶Quartū.Qui ar-
rhas recepit cōtracto matrimonio,eas lucratur.ſecūdū Hoſ.
in d.c.gemma.ſed verius eas nō lucratur,ſecundū Fede.in d.
cōſi.& Ioā. Plag.& Pan.& eundē Hoſ.in Sum.quia hoc nul-
lo iure cauetur. Si autē matrimoniū nō ſequatur ex defectu
alterius partis , ſic eas lucrabitur:& reddet duplū,ſi ex defe-
ctu ſuo.l.arrhis.& l.mulier.C.eo.& quadruplū ſi fuerit cōuē
tum,vt dictū eſt.Ceſſat tamē arrharū pœna primò ſi ſpōſa-
libus tēpus appoſitū eſt, intra quod cōtrahi debebat matri-
moniū,& elapſum ſit:quo caſu is,per quē nō ſtetit , impune
nubit:ſed alij datur pœnitētia de fide mētita.extra eo.ſicut.
Secūdò ſi ſpōſus impeditus fuerit, & cauſam impedimento
nō dederit.Tertiò propter cauſam legibus interdictā: puta
ſi de iure matrimoniū ſequi nō debuit.C.e.l.fi. Quartò etiā
ſi accipiēs nō eſt maior.xxv.annis,nec veniā ætatis impetra-
uit:quia nō tenetur reſtituere niſi ſimplū.d.l.fi.quāuis ex ſuo
defectu nō fuerit ſequutū matrimoniū.¶Decimò quæritur,
†quomodo ſpōſalia ſoluātur? Et dico ꝙ multis modis & ca 10
ſibus.¶Primò per mutuū cōſenſum vel mutuā abſolutionē:
ſicut qui ſocietatē fide interpoſita cōtraxerūt.poſtea ſibi cā
remittūt.extra eo præterea.ſecundū Ray.Goſ.Albe.S.Tho.
Pe.& Rich.licet quidā,vt refert & improbat S.Tho. cōtra-
rium teneāt.Et hoc etiam ſi erant iurata,ſecundū ſpec.in ti.
de lega.§.nūc oſtendendū.& Pan.in c.præterea.eo.tit.qui di
cit hanc opinionē eſſe cōmuniorē,& idē in effectu Inn. niſi
iuramētū fuiſſet intuitu Dei:dicēs ꝙ iuramētum remitti nō
poteſt ab homine,ſi pręſtatur Deo,id eſt,principaliter ad cō
placendū Deo:ſi autē intēdit ad tēporale cōmodum homi-
nis,dicitur præſtitū homini.Vnde ſi iurauit quis aliquā acci-
pere in vxorē:intuitu Dei nō pōt illā remittere : aliàs ſecus:
ſicut ſocij,de quibus papa inducit exēplū in d.c. p̃terea.poſ-
ſunt ſibi mero iure remittere iuramētū.Nec obſtat quod di
citur ibi hoc per patiētiā poſſe tolerari: quia hoc dicit habi-
to reſpectu ad opinionē vulgi credētis iſtos deierare: vel qa
aliquādo ex leuitate venit iſta abſolutio:licet ex cauſa poſsit
ſine nota venire.¶Secūdò,quādo alter intrat religionē, etiā
ante profeſsionē.qui cle.vel vo.veniēs.ſecundū vnū intelle-
ctū:quod poteſt ante carnalē copulā: vt ſ. Matrimoniū.viij.
§.xij.nec incurritur pœna arrharū.l.Deo nobis.C.de epiſ. &
cler.¶Tertiò per ſecundū cōtractū ſequēs: ſicut quando al-
ter contrahit cū alio per verba de præſenti,vel per verba de
futuro carnali copula ſubſequuta.d.c.ſi inter virum de ſpon.
&.c.j.de ſpon.duo.peccauit tamē talis mortaliter. Si autem
aliquis cognita prius aliqua poſt coitū cōtrahit cum ea ſpon
ſalia:nō propter hoc ſoluūtur priora:ſed oportet coitū ſequi
contractum ſponſaliorū.c.veniēs.el ij.de ſpon.Si etiam quis
poſt prima ſponſalia contracta ſimpliciter cōtrahat ſecūda
cū iuramēto.nō ſoluūtur prima propter tale iuramētum de
ſpō.ſicut ex literis.xxij.q.iiij.in malis promiſsis.& cōtrahēdo
ſecūdò peccauit mortaliter.qđ limita niſi ſubeſſet noua cau
ſa recedēdi à primis,vt j.caſu vlt.¶Quartò quādo alter eorū
ſe transfert ad aliā regionem,nec eſt ſpes de proximo redi-
tu: quia ſecundum leges ſufficit expectare biennio,ſi eſt in
eadem prouincia.C.de ſpōſalib.l.ij.vel triennio,ſi eſt in alia.
C. de repu. l. ij.& hoc ſi eſt abſens ex probabili cauſa tan-
tùm. Si verò ſit abſens ex probabili & neceſſaria, debet ex-
pectare donec adſit. ff.de ſponſ.l.ſæpe.& ſic tenet gloſſ.in
d.l.



ij.C.de ſpon.nec obſt.c.ſicut ex literis.de ſpon.vbi impo-
nitur pœnitentia ei qui expectauit per quatuor vel quinque
annos:qa ideo imponitur , quia ſine ſuperioris authoritate
cū ſecūda cōtraxit:imò nec ibi legitur quòd alter fuerit ab
ſens.de iure autē canonico terminus expectādi nō præfigi-
tur,vt patet in c.de illis.eo.ti.Vnde videt̃ ſtandū legibus,cū
non ſint correctæ:ſed ſi ſubſit cauſa rationabilis,breuiando
tempus.relinquitur arbitrio iudicis.arg.d.ca.de illis.Vnde ſe
cundū Arch.poſt Hoſt.iudex poteſt breuiare & prolōgare
tempus,& talem abſoluere propter periculū fornicationis,
& credo talem nō incurrere pœnam arrharum,ſi authorita
te ſuperioris contraxerit.Et procedunt hæc etiā ſi ſponſalia
erant iurata,vt videtur velle Pan.in d.ca.de illis. vbi hoc pa
tet ex textu:& ſubditur quòd mulier,ſcilicet quę præſens eſt
recipere debet pœnitētiā de periurio,ſi ꝑ eam ſtetit quo mi
nus fuerit matrimoniū conſummatū . ¶Quintò , qn̄ certus
terminus fuit appoſitus:quia eo elapſo ille,per quē non ſte-
tit,liber eſt,& ſine periurio nubit:ſed alteri imponitur pœ-
nitentia de fide mentita.eod.tit.ſicut ex literis.Quod limita
niſi terminus accidiſſet ex poſt facto ſponſalibus prius purè
contractis : quia eo caſu ponitur ad ſolicitandū implemen-
tum promiſsionis,non ad eam finiendam,ſecundum theori
cam do.Ant.in d.c.ſicut ex literis.¶Sextò,quādo alter leprā
vel paralyſim incurrit,aut viſum vel naſum amiſit,aut ei ali
quid turpius euenit,vt in c.literas.de coniugio lepro.& d.c.
ſicut.& in c.quemadmodū. de iureiu.& in gl.& addit Sanct.
Th.aut aliquid huiuſmodi:ne,inquit,ſibi inuicem diſpliceāt,
& matrimonium ſic contractum malum exitum ſortiatur.
Sed limitā ſi hæc eueniant poſt contractum : ſecus ſi inerāt
tempore cōtractus,ſicut nec contrahens poſſet allegare ſu-
ſpectū debitorem,paupertatem præcedētem,ſeu mores.ad
quod facit l.ſi creditores.ff.de priui.credi.& l.fi.C.de ſpon.&
ibi per Bar.& Pan.in c.quemadmodū.de iureiu. ¶Septimò,
qn̄ alter carnaliter fornicatur.d.c.quemadmodū . & idem à
fortiori in fornicatione ſpirituali per hæreſim vel infidelita
tem.Sed tamen limita verum primò quo ad innocentem:il
le autem qui fornicatus eſt,reſilire non poteſt,ſi ſecum ve-
lit contrahere innocens,de tranſla.præla.c.ij.& ſcd̄ò ſi forni
catio admiſſa eſt poſt ſpōſalia:nō autem ſi ante, niſi ſecūdū
Hugo.tempore deſpōſationis credebatur virgo,& ante cō-
tractū per verba de præſenti inuēta eſt corrupta.Et ſi forni
catio fuit violenta,nihilo minus ſpōſus pōt ſpōſam dimitte-
re,ſcd̄m Io.And.& gl.in d.c.quemadmodum.& ſequit̃ Pan.
& ſimiliter Hug.xxvij.q.ij.raptor.Et ita tenet Sum.Ang.cō-
tra Roſe.& Sup.qui volunt hoc verum eſſe ſi vir ad ordines
vult ꝓmoueri,vt dixit Hug.& gl . Ray.ſed primum eſt ve-
rius,per dicenda j.eo.§.caſu vlt.¶Octauò,ſi ſuperueniat ca-
pitalis inimicicia inter ſpōſos : quia alter pōt petere ſepara-
tionem,ſcd̄m Hoſt.in Sum.per rationem c.ij.&.c.requiſiuit.
eo.ti.¶Nonò , qn̄ promiſit ſpōſa dare certam quantitatem
pro dote,& dare non pōt,ſcd̄m Io.And.in c.de illis. de cōdi.
appo.& idem de qualibet conditione interueniente, ſi defi-
cit.Et ſi ſpōſa non promiſit certā dotem,videtur promiſiſſe
omnia bona ſua in dotem:vt no.in l.mulier bona.ff. de iur.
do.& per Bar.in l.ſi cōſtante.ff.ſol.mat. Et ideo ſi labitur in
facultatibus,& nō pōt dare,nō cogit̃ ſpōſus eā ducere: quia
deficit cōditio ſubintellecta,ſcilicet ſi res in eodē ſtatu per-
manſerit.d.c.queādmodū.& facit c.per veſtras.de dote poſt
diuor.reſti.& quod ibi no.¶Decimò,qn̄ ſuperuenit affinitas
vt ſi ſpōſus cognoſcit cōſanguineā ſpōſæ , vel ecōtrario.xx-
vij.q.ij.ſi quis ſpōſam.de eo qui cognouit cōſan.vxo.ſu. ex li
teris.per ſuperuenientem tn̄ publicæ honeſtatis iuſtitiā non
diſſoluentur priora ſponſalia:quia per primò contracta in
ducta eſt publica honeſtas , & per inductam ſecundò tolli
non poteſt primò inducta:vt in ſimili dicitur diſt.lvij.ſi qs.
¶Vndecimò,ſi fama ſit quod inter eos ſit canonicum impe-
dimentum:de fama vel ſcādalo doceat:de ſpon.cùm in tua.
de cōſan.& affi.c.ij.de teſti.ſuper eo.de re iu.intra:ſcd̄m Ho.
¶Duodecimò,qn̄ ſpōſalia fuerūt cōtracta ante annos puber
tatis,& alter poſt pubertatem petit abſolui,antequā aliquē
tacitū cōſenſum habuerit in pubertate.de deſpō.impub.c.de
illis.el j.&.c.à nobis.etiā ſi nulla ſit cauſa quare vult abſolui
poſt pubertatem,ſcd̄m Pan.in d.c.de illis.Secus ſi pubes cō-
traxit cū impubere:quia ipſe reſilire nō pōt:ſimiliter nec im
pubes ante pubertatē.¶Decimotertiò ꝓpter ſuſceptionem
ſacri ordinis, ſcd̄m do.Ant.poſt Io.And.in ru.de deſpō.& fa
cit xxvij.q.ij.§. ecce . ¶Decimoquartò,ꝓpter cognationem
legalem vel aliud impedimentū.de quo dic vt ſ . Matrimo-
nium.viij.per totū.¶Decimoquintò ꝓpter ſęuitiā ſpōſi,ſecū
dum Pan.in c.veniens.qui cle.vel vo.de quo dic vt ibi.¶De-
cimoſextò,propter votū ſimplex caſtitatis,vt ſ.§.vij.ſicut &
per religionis ingreſſum ſine ꝓfeſsiōe:vt ſ.eo.§.caſu ij.¶De
cimoſeptimò,generaliter propter cauſam rationabilē ſuper
uenientē:quæ ſi à principio fuiſſet,impediuiſſet ea cōtrahi.
Pro quo ſciendū eſt quod ſolet quæri vtrū alter ſpōſorū poſ
ſit altero inuito recedere à ſpōſalibus nō iuratis? Et dicit gl.
in l.j.C.de ſpō.quòd ſic,etiā de iure canonico. & ſequit̃ Cy.
ibidem.& idem videtur ſentire Gratianus,licet dubiè,xxvij.
q.ij.§.ſed aliud.§.fi.nō obſtāte c.deſpōſatā.xxvij.q.ij.quia lo-
quitur in matrimonio de præſenti.nec l.j.ff.ex quib. cau.in-
fa.irrog.vbi ſpōſa efficitur infamis,ſi bina ſpōſalia cōtrahit:
quia verū eſt niſi primis ſpōſalibus renūtiet.qn̄ autem nō re
nuntiet,habet locū l.j.C.de ſpō.quod vni deſpōſata alteri nu
bere nō ꝓhibetur.Nō obſtat etiā quòd eccleſia nōdū pactū
cōpellit obſeruare.de pac.c.j.quia iſtud eſt ſpeciale in matri
monio propter rationem literæ,vt ſit omnino liberū.arg.c.
requiſiuit.de ſpō.& quod no.Inno.in c.veniens.de iureiu. Et
iſta ſunt vera,qn̄ noua & rationabilis cauſa emergit . quæ ſi
affuiſſet à principio,impediuiſſet:vt patet ſ . Pactū.§.iiij.&
ſunt de mēte S.Th.vt elicere potes ſ.eo.§.par.vj.ita tn̄ quòd
ſoluantur authoritate eccleſiæ.¶† Vndecimò quęritur,vtrū 11
in prædictis caſibus ſpōſalia ſoluant̃ ipſo iure,vel ſit neceſſa
rium interuenire authoritatem iudicis eccleſiaſtici? Et dicit
Io.And.in d.c.de illis. de ſpō.quòd requirit̃ dicta authoritas:
quia corā tali iudice debet ꝓbari cauſa.de diuor.porro.Ali-
ter peccat quis grauiter,vt videt̃ per c.ſi duo pueri.de deſpō.
impu.& facit.xxxiij.q.ij.ſeculares.Fallit hoc ſcd̄m S.Tho.&
Ric.primò qn̄ alter intrat religionē. ſecūdò qn̄ cōtrahit de
facto per verba de præſenti:quia ipſo iure ſoluuntur. tertiò
ſcd̄m Ric.qn̄ alter fornicatur: ſed intellige ſi eſt notorium,
ſcd̄m Arc.Imò dico eadem ratiōe quòd generaliter qn̄ cau
ſa ſoluendi eſt notoria quantū ad veritatem,ſcilicet quia ve-
ra eſt:& quantū ad rationabilitatem,ſcilicet quia de iure ſuf
ficiens eſt:vt quia in iure expreſſa eſt:non requirit̃ dicta au-
thoritas.Et idem dicit Richa.quando ſponſalia ſunt ſecreta:
quia ſecreta nō ſubſunt iudicio eccleſiæ.Recedere autem à
ſponſalibus ſine authoritate eccleſiæ vbi requiritur,eſt mor
tale,ſi fiat ſine aliqua dictarum cauſarum : per ea quæ dicta
ſunt ſ.Pactum.§.iiij.& v.quo caſu loquitur d.c. ſi duo pueri.
& d.c.ſeculares.& S.Th.dicens quòd eſt mortale:ſed ſi ſubſit
aliqua dictarum cauſarum,ſecus putarem,per dicta vbi ſ.

## De Statutis.

1 *Statutum quis facere poſsit.*
2 *Statuta quomodo valeant aut ligent.*
3 *Satutum quomodo debeamus interpretari.& nu. 4.& 6.*
5 *Satutum an verificetur in caſu ficto.*

6 *Conſtitutio partim fauorabilis & partim odioſa qualiter interpretanda.*
7 *Statutarij à populo electi an interpretentur ſtatuta ſua.*
8 *Satutorum variæ interpretationes.*
9 *Satutum an duret poſt mortem Statuentis.*
10 *Statutum quando liget.*
11 *Statutum quomodo tollatur.& nu.ſeq.*

STATVTVM à ſtatuendo dictum,eſt ius ab homine po
ſitum : vel diſpoſitio,ex qua ius producitur,Inſti. de iur.
na.gen.& ci.& à lege vel conſtitutione differt ſolo vocabu-
lo,quanuis lex municipalis ſibi nomen ſtatuti vendicauerit.
1 ¶†Primò autem queritur,quis poſsit facere ſtatutum?Et di
2 co quòd is qui poteſt facere legem,de quo s̄.Lex.§.iiij.¶†Se
cundò quæritur, quomodo aliqua ſpecialia ſtatuta valeant
aut ligent aliquem? Et præter ea quæ dicta ſunt s̄.in verbo,
Lex & in verbo Conſuetudo.§.x. & xvij.dico multa . ¶Pri-
mum.Vtrum ſtatutum ordinarij liget ſubditum delinquen-
tem extra territorium,vide s̄.Excommunicatio.ij.§.ij. Vtrū
autem delinquens in loco exempto ligetur ſtatuto epiſcopi:
tenet hic Sum.Ang.quòd ſic. cuius contrarium tenuit Sum.
Roſ.Vide s̄.Excommunicatio.ij.§.ij.& iiij . Vtrum etiam ſi
ſtatutum prohibeat acceſſum ad locum exemptum,valeat.
& dico vt s̄.Excommunicatio.ij.§.iiij.Si etiam ſtatutum pro
hibeat ne religioſus acceptet officium extra ordinem : vide
in d.§.j.& ibi de multis huiuſmodi . Vtrum etiam ſtatutum
laicorum loquens generaliter,extendatur ad clericos:vide s̄.
Lex.§.xv.Vtrum etiam ſtatutum liget ignorantem : vide s̄.
Excommunicatio.ij.§.iiij.par.xiiij.& s̄.Ignorantia. ij.iiij.vij.
& viij.¶Secundum.Statutū factum à communitate quòd ci
ues damnificati non poſsint petere ſatisfactionem , ſecun-
dum Pan.in c.in noſtra.de iureiur.non valet: quia ſtatutum
in præiudicium ſingulorum non valet,niſi conſenſerint:nec
communitas poteſt ſtatuere ſuper iuribus ſingulorum , ſed
ſolùm ſuper iuribus vniuerſitatis,vt no.gloſſ.ſingularis in l.
iij.C.quæ ſit long.conſue.& in c.cùm omnes . de conſti.& l.
id quod noſtrum.ff.de re.iu . Nam ſolius principis eſt tolle-
re ius alterius:quod tamen ſine cauſa non poteſt:vt no.in c.
quæ in eccleſiarum. de conſti.& in l.fi . C . ſi contra ius vel
pu.vti.& in cle.paſtoralis. de re iudi.Vnde ſi valere debet,o-
portet vel quòd ſinguli conſentiant . quod eſt impoſsibile,
cùm ibi ſint multi infantes:vel quòd communitas habeat iu
ra principis: & propter bonum publicum , & ad tollendum
ſcandalum hoc faciat.ar.d.c.quæ in eccleſiarum.& quod ibi
no.aliâs non poteſt obeſſe non conſentientibus.ar. d.c.cùm
omnes.& l.j.ff.de magi.& quod no.Arch.& Ge.in c.licet.de
conſti.lib.vj.& Lud.de Ro.Inno.dicens quòd inferior princi
pe non poteſt ſtatuere in præiudicium alterius non citati ne
que conſentientis:vt in c.fi.de maio.& obe.& in c.fin. de his
quæ fi.à præla.& d.c.cùm omnes.¶Tertium.Statutū factum
per maiorem partem collegij in re communi pluribus vt
ſingulis,ſecundum Pan.in d.c.cùm omnes.non valet,niſi ſin
guli conſentiant . Fallit tamen in quatuor caſibus . Primò,
quando vllet deputare rem ad vſum deſtinatum,Inſti.de re.
diui.§.religioſum.in verbo,commune ſepulcrum.Secundò,
quando fit fauore adminiſtrationis bonorum pupilli.l.iij.ff.
de admi.tu.Tertiò,quando fit fauore liberationis.l . maio-
rem.ff.de pac.l.fi.C.qui bo.ce.poſ.Quartò fauore litigij diri
mendi:nam valet ſententia duorum ex tribus arbitris.Et in-
tellige in re quæ conuenit pluribus vt ſingularibus iure ſin-
gulari:ſecus ſi iure eccleſiæ: vt ſunt præbendæ quæ conue-
niunt canonicis iure eccleſiæ:quia ſuper talibus bene poteſt
maior pars diſponere,& deputare ad pium vſum:vt eſt tex.
in c.fi.de his quæ fi.à maio.par.c.& ibi per Inn. ¶Quartum.
Statutum collegij ſuper rebus priuatis,ſecundum Pan.in d.
c.cùm omnes.non valet,ſi non habet iura regalia:puta,quia
habet dominum ſuper ſe.Vnde maior pars ſcholarium obli
gare non poteſt vnum ſcholarem , vel diſponere de rebus
ſuis,vt no gl.in l.ij.C.quæ ſit long.conſue.niſi fortè ſecundū
quod no.Bar.in l.iiij.ff.de re iu.quando vniuerſitas eſſet obli
gata.& non eſſet ſoluendo: quia tunc poſſet imponere col-
lectam ſingulis,vt eſt gl. no.in l.j. ff. quod cuiuſq; vniuer.&
non ſolùm cauſa neceſsitatis,ſed etiā pietatis:vt in d.c.fi.Itē
ſecundum Innó.& cōmuniter doc.in caſu vtilitatis:& proba
tur in c.j.de his quæ fi. à ma.parte.ca.Ex mera em̄ voluntate
non poteſt diſponere de iuribus alterius,vt no.gl.in d.c.cùm
omnes.& Inno.ibi.& Io.And.in regula,quod omnes tangit,
lib.vj.in mercu.Quod limita verū in præiudiciū, ſed in bo-
num & vtilitatem bene poſſet:quia maior pars fictè repræ-
ſentat totū.l.aliud.§.refertur.ff.de re.iu.& l.quod maior.ff.
ad muni.Aduerte etiā ſecundū Pan.in d.c.cùm omnes,quòd
ſi diſpoſitio ſit in damnū vel dedecus vniuerſitatis,vel priua
tæ cōſuetudinis,vnus ſolus poteſt reſiſtere: vt in d.c.j.& no.
Inno.in c.accedentibus.de priui.Quot aūt de vniuerſitate de
beant cōuenire vt valeat actus:dicit Pan.in d.c.cùm omnes.
quòd ſaltem duæ partes,ſecundū cōmunem opinionem Ca
noniſtarum & Legiſtarū:vt in l.nulli.ff.quod cuiuſq; vniuer.
& l.nominationū.C . de decuri . Ex quibus duabus partibus
maior ꝑs debet cōſentire,vt ſentit Inno.in c.ij.de noui.ope.
nunt.& Bart. in l.omnes populi.ff.de iu. & iu.de quo vide s̄.
Electio.j.§.v.Et ſi duæ partes nō conueniant:dicit Pan.in d.
c.cùm omnes.opinionem Canoniſtarū eſſe , quòd ſi eſt ali-
quis,ad quem ſpectat cōuocatio vniuerſitatis, & ad eius mā
datum nolunt cōuenire : tūc explicare poſſent qui cōuene-
runt,licet nō ſit maior ꝑs collegij:vt voluit Inn.in c.j.de ma
io.& obe.& in d.c.ij . quia nolentes venire faciūt ſe alienos:
vt in c.cùm nobis.de elec.& ſic non cōputantur.Si verò non
eſt aliquis ad quem ſpectet illud officiū:tūc ſi inſtat pars ter
mini præfixi vniuerſitati ad actus expeditionem,minor pars
poteſt cōuocare maiorem:& ea nolente venire,poteſt expli
care.quia minor pars nō debet priuari iure ſuo propter ne-
gligentiā vel cōtemptū maioris partis:vt not.in c. in cauſis.
de elec.& in d.c . cùm nobis . Sed ſi terminus non eſt præfi-
xus,tūc oportet quòd ſint duæ partes , & monere tertiā : a-
liàs tertia pars poterit agere de cōtemptu:vt probatur in d.
c.ij.&.c.in cauſis.& d.l.nominationū.& ita tene, licet Legi-
ſtæ aliter dicāt.¶Quintū.Statutū quo cauetur ne filia ſuc-
cedat,ſecundū Bar.in l . cūctos populos.de ſum.tri.nō exten
ditur ad bona ſita extra territoriū ſtatuentiū , ſed ſuccedet.
ad quod facit quod dixi s̄.Pœna.§.xj.¶Sextum.Statutum ꝗ
bannitus poſsit impune occidi,valet,ſi fiat ex cauſa rationa-
bili:vt quia eſt hoſtis ciuitatis de quo per Bar . in d.l.omnes
populi.¶Septimum.Statutum,quo maleficium punitur,li-
gat mandantem:vt probat Bar.per c.mulieres.de ſen.exc.iū
cta hac gl.niſi ſtatuto puniretur is tm̄ qui perſonaliter facit.
nec ob.quòd mandans facit tm̄ fictè:verba aūt ſtatuti requi
runt quòd verè fiat.ff.de neg geſ.l.iij.§.hæc verba.quia hic
nō eſt interpretatio,ſed potius extenſio ex mēte legis: quia
mandans verè dicitur facere.d.c.mulieres.¶Octauū.Statu-
tū laicorū ſuper mortuarijs nō valet, ſed eſt cōtra eccleſia-
ſticā libertatem:vt expreſſe dicitur de re.ec.nō alie.c.fi. vbi
per mortuaria,ſecundū Pan.poſt Io.And.& Io de Imo.& cō
muniter doc.intelligūtur numerus clericorū,cādellæ,dena
rij,& alia ad exequias pertinētia:ſuper quibus ſi laici ſtatuūt
intellige reſtringendo , contra eccleſiaſticā libertatem ſta-
tuunt,& ſunt excommunicati:iuxta dicta s̄ . Excōicatio.ix.
§.x.



§.x.Et ita tenuit Io.de Imo.Pet.de Pa.Lu.de Roma,Panor.
Bertachi.do.Feli in c.ſanctę Marię.de conſti.& Barb.in c.fi.
de re.eccl.non alie.Arch.& hoc ſequitur Sum.Ang. nec opi.
Ro s̄.recitata in d.§.x.eſt aliquo modo vera,aut habet pro ſe
aliquē doctorē aut etiā rationē:niſi dicatur quòd tale ſtatu-
tum nō ligat clericos,ſed laicos.& male:quia eſt in præiudi-
cium clericorū,& eos tāgit indirectę,quod nō excuſat ab ex
communicatione,vt patet per c.eos.de immu.eccl. lib.vj.in
his quę ſtatuūt ne quis vēdat clericis,aut ab eis emat,&c.ſed
eſt dicta opi.contra prædictos doc.& communē & hactenus
indubitatā opinionē,& cōtra rationē inſolubilē: quia huiuſ-
modi ſtatuta ſunt cōtrā priuilegiū vniuerſalis eccleſiæ , cui
donari poteſt quantū placet ſine inſinuatione,vt in auth . de
non alie.aut permu.re.eccl.§.ſi minus.colla.ij. Nec eſt verū
ꝗ Pan.hoc tenuerit,niſi fortè diſputatiuè ad iactantiam &
oſtētationē doctrinæ:cū ipſe expreſſe in d.c.fi.de re.ecc.non
11 alie.dicat cōtrariū.Verū eſt tn̄ quòd Io.de Imo . limitat ibi-
dem prædicta,& bene,dicēs quòd prædicta ſtatuta ſunt lici-
ta laicis,quatenus diſponūt in his quæ non applicātur eccle-
ſijs.& ſequit ibi Pan.addēs,aut nō cōcernūt diuinū cultū vel
refrigeriū animæ,quæ ſunt annexa iuri ſpirituali: vnde valēt
ſolùm in cōcernentibus pompas mundanas quæ ſunt potius
cōſolationes viuorū,quàm mortuorū ſuffragia:de quibus tu
da exemplū,vt in veſtibus.quas deferūt caputiati,& in ſcutis
ad iactātiā & deturpationē eccleſiæ ſuſpendēdis , & huiuſ-
modi,que nec ipſa eccleſia approbat,vt in c.quàm præpoſte
rum.xiij.q.ij.Et quia dicit Bal.in l.j.C.de Lati.lib.tol.per illū
text.quòd equi & arma ducti ad ſepulcrū militis, & cerei de
bent remanere apud clericos vel fratres ſepeliētes quaſi ſe-
quela cadaueris:arg.l.medicos.§.j.ff.de aur.& arg.l.e.ideo in
talibus nō valeret ſtatutū laicorū.¶†Tertiò quæritur,quo-
modo ſtatutum debeamus interpretari?Et dicit Pan.in cap.
cum dilectus.de cōſuetu.quòd vt euitetur correctio legis ſeu
iuris cōmunis debet latiſsimè vel ſtrictiſsimè interpretari:ſi
cut electio capitur pro cōfirmatione in d.c.cùm dilectus.nō
tamē taliter quòd verba improprietur vt conueniāt iuri cō-
muni.& facit quod no.Bar.in l.iiij.§.prętor ait.ff.de dam.in-
fecto. Quod limita quando verba ſunt clara. Vbi autē ſunt
dubia,vel habent multiplices intellectus,tūc debemus face-
re interpretationē,& intellectū etiā impropriū,vt minus re-
cedamus à iure cōmuni quàm fieri poteſt,vt no.in c. cum di
lectus.& in l.ij.C.de noxa. quod etiam vide per Bart. in d.l.
omnes populi.ita quod aliquid operetur,& aliquid addat ad
ius commune,ſecundū Pan.& doct.in c.ex parte.de verb.ſi-
gni.& facit ca.ſi papa.de priuile.vbi verba debēt aliquid ope
rari.Vnde dicit Bart.in d.§.prætor. quod ſi ſtatuto cauetur
vt iudex poſsit procedere facta citatione ad faciē vel domū,
nō debet alternatiua impropriari,vt ſit ordinis:licet per hāc
impropriationem ſtatutum concordaret cum iure cōmuni :
ſed debet intelligi ꝓpriè,vt ſufficiat implere alteram partē
vt aliquid operetur. ¶Ex his infertur ad quæſtionē quæ de
facto accidit Senis,vtrum ſcilicet diſponēte ſtatuto quòd re-
ligioſi nō aſſumantur ad officia communitatis,aſſumi poſ-
ſit hoſpitalarius,portans veſtē certi coloris cum cruce in pe
ctore?Et dicit Pet.de Peru.qui tunc legebat Senis,quòd nō
exiſtendo in tali habitu:quia ſtatutum debet aliquid opera-
ri quod non eſſet hic,ſi loqueretur de religioſis ſtrictè, cum
iure cōmuni aſſumi nequeāt ad officia ſecularia ipſi aut cle
rici.extra ne cler.vel monac.quaſi per totum.& ſic debet in-
telligi de religioſis largè.Sed Panorm.dubitat de hoc:quia
ſtatutum inhabilitans ad officia ſecularia,eſt ſtricti iuris:&
conſequenter debet intelligi in ſtricta ſignificatione.argu.
cap.cum dilectus.de conſue.& cap.in noſtra.de iniu.& con-
ſequenter de religioſis ſtrictè:de quibus s̄.Religio in princi.
Pro quo vide glo.Io.And in cle.j.de deci.vbi concludit quòd
in materia odioſa hoc verbum,religioſi,debet capi multùm
ſtrictè niſi addatur aliquod verbum generale.vt quicunq;,&
huiuſmodi.Nec obſtat motiuū Pet. Neap. ſcilicet prouiſio
ſit inutilis:quia dico quòd vbi ſtatutū loquitur in materia iu
ris cōmunis,non debēt verba ampliari vt aliquid operetur:
ſed ſatis eſt quòd inducat aliud remediū pręter ius cōmune.
vt notabiliter ſentit Bar.in l.j.§ pretor.ff.de dam.infect.In-
fert etiā Pan.ad quęſtionē quotidianā quòd diſpoſitio odio-
ſa cōtra regulares,nō cōprehēdit eos qui nō promiſerūt tria
ſubſtātialia vota religionis,vt fratres de tertio ordine.S.Frā-
ſciſci vel Ieſuatos,aut mantellatos: ſecus videtur in diſpoſi-
tione fauorabili:quia largo modo vidētur ſub regula ratiōe
promiſsionis factę ſuperiori eorū.Hęc Pan.de hoc do Bap.
de Fliſco in quodā opuſculo ſic dicit:Quantum ad interpre-
tationē ſtatutorū.Prima cōcluſio.Statuta recipiunt interpre
tationem declaratiuam.l.vt gradatim.ff.de mu.& hono.§.&
ſi largè.non autē extenſiuam aut reſtrictiuam . Probatur in
l.cōſtitutionibus.ff.ad municip. quia quicquid eſt omiſſum,
pro omiſſo haberi debet.l.quicquid adſtringēdæ.ff.de verb.
obligat.non autem eſt ſic in legibus,in quibus procedimus
de ſimilibus ad ſimilia:non enim poſſunt omnes caſus deci-
di.l.non poſſunt.ff.de legib . Sed in ſtatutis non : quia caſus
omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis. l.ſi extra-
neus.ff.de condi.ob cauſam.Et iſta eſt cōmunior opin.doct.
licet multa in contrarium allegentur.Secūda cōcluſio.Sta-
tuta recipiūt interpretationē extenſiuam paſsiuā,nō autem
actiuā:puta ſtatutū de inuito,habet locum in ignorāte.Bar.
in l.j.C.qui admit.& gl.in verbo ratā.Tertia concluſio.Sta-
tuta recipiūt interpretationem extenſiuam ex larga ſignifi-
ficatione vocabuli.clem.j.in verbo,eligantur de elect.Præ-
terea recipiunt interpretationem, quādo,ſi non reciperent,
reſultaret abſonus & abſurdus intellectus. l. nam abſurdus.
de bonis liber.Præterea à conſueto modo ſic interpretādi,
& à legibus iam ſcriptis. Ita ſubtiliter determinat Guido de
Suza.in quadam ſua diſputatione per multa iura.Hæ tamē
concluſiones trahi poſſunt ad primam:quia cōprehēduntur
interpratione declaratiua.Declarantur enim per leges ſta-
tuta:non autem extenduntur.¶†Quartò quæritur, vtrū de 4
beat ſtrictè interpretari quādo generaliter loquitur.vt alius
lucretur?Et dico quòd nō,ar.l.proſpexit.ff.qui & à quib. ſed
vbi agitur de diminutione patrimonij,ſtrictè interpretandū
eſt,ne alius iniuſtè damnū incurrat:vt plene not.in d.l.om̄es
populi.& videtur tex.in d.c.cum dilectus.& in d.l.ij.C.de no
xa.& Pan.in c.conſtitutus.de reſtit.in integ.& ſequitur Bar.
in l.lancimus.C.in quibus cauſis in integ. reſtit.non eſt nec.
¶†Quintò quæritur,vtrum ſtatutum verificetur in caſu fi- 5
cto?Et dicit Panor.in ca.cum dilectus.de cle.non re.quòd ſi
ſtatutum diſponit,& loquitur in materia iuris communis,in
qua caſus fictus æquiparatur verè:vt puta in caſu,in quo nō
reſidens habetur pro reſidēte:vt in d.c.cum dilectus.c.ad au
dientiā.ibidem.Si verò ſtatutum eſſet contra ius vel præter
& odioſum:tunc non verificatur in caſu ficto:ſed verba de-
bēt intelligi propriè.id eſt in ſuo ꝓprio ſignificato.& ſic in-
tellige l.iij.§.hæc verba.ff.de neg geſt.&.c.in noſtra de iure-
iur.& facit quod no.Bar.in d.l.oēs populi.& l.ij. C.de noxa.
&.c.ex parte de verbo.ſign. & quod dicit Lud.de Ro.in ſuis
not.quòd augumentū à contrario ſenſu valet in ſtatutis:niſi
quæratur vt quis incidat in pœnā:quia tunc nō valet.l.cōuē-
ticula.C.de epiſ.& cler.habes glo.in cle.j.de vſur.in verbo,
facere.Sed Gem.limitat in c.vt circa.de elect.lib.vj verum,
quādo ſtatutū nō redderetur illuſoriū,ſi nō recedatur à pro-

pria ſignificatione verborum: quando autem redderetur illuſorium, tunc eſt recedendum. ar. l. ſi quando. in princip. ff. de leg. j. & quod no. in c. ad audientiã. de deci. & tunc indefinita
6 æquipollet vniuerſali: vt vult Bart. in l. omnes populi. ¶† Sextò quæritur, quomodo debeat intelligi cõſtitutio quãdo partim eſt fauorabilis & partim odioſa: puta quia pœnam imponit? Et dico ꝙ Io. And. videtur ſibi cõtrarius in c. ex reſcripto de loc. & in c. ſciãt cũcti. & in c. fi. de elec. li. vj. Sed põt ſic cõcordari. Nã quãdo principalis intẽtio diſponẽtis fertur in fauorẽ: tũc eſt fauorabile. Quãdo verò in odiũ: tunc eſt odioſum. Ita cõmuniter not. Legiſtæ in l. qui exceptionem. ff. de cõd. inde. & ibi gl. Si verò ignoratur principale intentũ diſponẽtis: tunc quatenus continet fauorẽ, debet extẽdi: & quatenus cõtinet pœnã debet reſtringi: quia ſic videtur fuiſſe de mẽte Bart. in multis locis. & facit quod dictũ eſt s̃. Excõmu-
7 nicatio. vij. §. iiij. part. iij. ¶† Septimò quęritur vtrũ ſtatutarij à populo deputati poſſint interpretari ſtatuta ꝑ ſe edita, ſi dubiũ aliquod oriatur? Et dico ꝙ Pan. in c. ex parte. de verb. ſig. & Io. An. & Bar. & Legiſtæ cõmuniter in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. cõcludũt quòd nõ ex quo functi ſunt officio ſuo, nõ obſtãte quòd eius ſit interpretari, cuius & cõdere: qa in veritate illi non condiderunt, ſed populus qui dedit authoritatẽ cõdendi: quia is facit, cuius authoritate fit. de præſcri. ſi diligenti. & ideo recurri debet ad populũ, ſeu cõſiliũ generale. Quod Pan. vbi s̃. limitat quando interpretatio eſt valde dubia. ſecus ſi eſt clara & iuri conſona: quia tunc iudex, coram quo vertitur quęſtio, poterit interpretari, ſicut & legẽ cõmunẽ ac priuilegiũ principis: vt not. Inn. in c. cum ſpeciali. de appel. & Bart. in d. l. omnes populi. & facit l. benignius. ff. de legib. & l. fi. ff. de cõſti. prin. & l. vnica. C. de profeſ. qui in
8 vr. Cõſtan. ¶ Octauò quærit̃ ſpecialiter de intellectu & interpretatiõe aliquorũ ſtatutorũ in ſpeciali, qũo ſcilicet intelligãtur? Et dico multa ſcd̃m eorũ multitudinẽ. ¶ Primũ. Si ſtatuto cauetur ꝙ qui non ponit domũ ſuã in regiſtro, cadat in certã pœnã: & domum Titij nõ poſuit ipſe, ſed alius, ita ꝙ ipſa onera ſoluuntur, ſecundum Barto. in l. cum ſeruus. ff. de verb. obl. ipſe Titius nõ cadit in pœnam ſtatuti: quia in pœnalibus quãtum ad pœnæ commiſſionẽ euitandã non refert per quem fiat, modò fiat: vt l. ſi puellã. C. ſi man. ita fu. ali. Vnde ſi teſtator mandauit fieri picturam vel monumẽtum in certo loco ſub pœna, & reperiatur factum, ſufficit quantũ ad pœnam euitandam, licet neſciatur per quem factum fuerit: ſecus autẽ quãtum ad lucrum conſequendum: vt s̃. Emphyteuſis. § xj. & s̃. Legatum. j. §. vij. Et idem dicẽdum eſt in hoc caſu, nõ obſtãte quòd ſtatutũ loquatur perſonaliter, & ſe referat ad perſonã, & in perſonam ſcriptum ſit: & hoc per rationẽ s̃. poſitam. ¶ Secundum. Si ſtatuto cauetur quòd quilibet gaudẽs beneficio aquæ ſoluat decem: qui ea gaudet in pluribus locis, non debet ſoluere plura decẽ: quia ſtatutũ loquitur perſonaliter per verbũ quilibet: & vnius hominis vnũ eſt gaudiũ & patrimoniũ: vt in l. iuriſperitos. §. cum oriũdus ff. de exc. tut. & in l. ſi is qui tres. & vbi plura propter vnũ ibi tantùm vnum: vt l. acceptilatio. ff. de accept. ¶ Tertiũ. Si ſtatuto cauetur quòd ruſtici nõ capientes malefactorem de damno teneantur, ſecundum Bart. in l. ab omnibus. §. ſi Titio. de leg. j. qui paſſus eſt damnum, contribuere debet vnà cum alijs: & idem ſi ciuitas imponit collectam pro ſoluendo alicui ſuo creditori ciui: quia etiam ille ciuis contribuet. & ſimiliter ſi dicit quòd condemnatio facta de conſiliario nõueniente ad conſilium diuidatur inter cõſiliarios: & condemnatus habebit partẽ ſuã. & ſimiliter ſi dicit quòd canonicus nõ admittatur ad prębẽdã niſi det canonicis fructus primi anni, ille qui dat fructus, admittetur ad partẽ eorũ, ꝑ d. §. ſi Titio. hæc ille. ¶ Quartum. Si ſtatuto cauetur quòd poteſtas & antiani poſſint aliquid facere, aut ſuo arbitrio aliquid deliberare: tunc Poteſtas ſolus habet tantam poteſtatem, quantã omnes antiani: ideoq; ſi ipſe cũ vno ex antianis aliquid deliberet, alij contradicere non poterũt, ſecundũ Alb. & Bal. & Ia. Bu. & idem quando imponeretur pœna capitaneo & antianis: quia capitaneus tenetur ad dimidiã, & omnes antiani ad alia dimidiam. Credo tamen hęc procedere de iure: ſed conſuetudinem obſeruãdã. ¶ Quintũ. Si ſtatuto cauetur vt quis præfectus tali officio, tali gaudeat immunitate, ſecundũ Lu. de Ro. in ſuis ſing. is qui nõ potens perficere propter infirmitatem, trãſiuit ad aliud officiũ leuius: gaudebit, quaſi primũ officium perfeciſſet. de quo dic eſſe caſum ſingularẽ in l. ex agentibus. C. de prin. agen. in re. lib. xij. ¶ Sextum. Si ſtatuto cauetur quòd qui ſteterit in ciuitate per tot annos, efficiatur ciuis: ſtatutum habet locum, licet nõ ſteterit cõtinuè, ſed pro maiori parte. text. eſt in l. cum delanionis. §. Sabinus de fund. inſtru. & ibi Bar. & idẽ Ludouicus de Roma. ¶† Nonò quæritur, vtrũ ſtatutum duret poſt mortem ſtatuentis? Et di- 9
cit Panor. in cap. à nobis. el j. de ſent. excom. quòd ſic, niſi expreſſe reuocetur: vt eſt tex. in cap. fi. de offic. leg. Vnde ſecundum Fed. conſi. xvj. etiã ſtatutum factum à capitulo ſede vacãte durat creato nouo epiſcopo, niſi reuocetur per epiſcopum creatũ. quod patet. ar. no. in c. vlt. ne præla. vi. ſu. ¶† De- 10
cimò quæritur, quando liget ſtatutum? Et dico quòd ſtatim habita notitia. de quo dic vt s̃. Lex. §. vj. & vij. ¶† Vndecimò 11
quæritur, quomodo tolllatur ſtatutũ? Et dico quòd per vnũ actum collegialiter à ſtatuẽtibus vel eorũ ſucceſſoribus cõtra ſtatutũ, ſecundũ Hoſ. & Io. An. in c. ad audiẽtiã. de cle. nõ re. & Pan. in c. cũ acceſſiſſent. de cõſti. nec requiritur fluxus tẽporis, ſecundũ Pan. in d. c. ad audiẽtiã. & in d. c. cũ acceſſiſſent. & in c. cũ illorũ. de præb. ¶† Duodecimò quæritur, vtrũ 12
ſtatutũ quod cõcedit priuilegium nõ ſubdito ſeu extraneo poſſit reuocari: puta, ſi ſtatuto cauetur quòd om̃is veniẽs ad habitãdũ in tali territorio, ſit exẽptus ab om̃i collecta? Et dicit Pan. in c. nouit. de iudi. quòd nõ quo ad illos qui iam venerunt: quia trãſiuit iam in quaſi cõtractum, quo etiã princeps obligatur: vt in c. j. de proba. quod expreſſe voluit Bart. in l. quod ſemel. ff. de dec. ab or. fa. & in d. l. om̃es populi. ſed limita, niſi ipſi cõſentiãt. ¶ Quantũ verò ad eos, qui nõdum venerũt, põt reuocari, ex quo res eſt integra, arg. ſi pecuniam. in prin. ff. de cõdi. ob cau. quod limita. ſi fuit generaliter cõceſſum: quia ſi ſpecialiter fuiſſet cõceſſum, reuocari nõ poſſet, cum habuerit vim ſuã immediatè quòd peruenit ad notitiã priuilegiati. de cõceſ. præben. c. j. lib. vj. Facit quæſtio diſputata per Ang. in qua determinat non poſſe reuocari ſtatutum, quo determinabatur vt Poteſtas haberet quartam partem condemnationis poſtquã Poteſtas eſt electus, & cõſenſit electioni. Idem dic de priuilegio conceſſo nõ ſubdito. Et per hoc infert Bart. in l. priuilegia. C. de ſacroſan. eccl. quòd laici, qui ſtatuerunt ſingulis annis dandum certam quantitatem pro eleemoſyna clericis vel religioſis, nõ poterũt reuocare. alleg. cap. ad apoſtolicã. de ſimo. & ſequitur Innocen. in dicto cap. nouit. & Arch. xj. quæſt. j. quicunq; ſuper gloſ. & facit quod not. Gem. in cap. licet de conſti. lib. vj. ¶† Decimo 13
tertiò quæritur, vtrum reuocari poſſit ſtatutũ factum ad cõmodum ſubditorũ? Et dicit Gemi. in cap. licet. de conſti. lib. vj. quòd aut ſubditi conſentiunt reuocationi: & poteſt reuocari. Aut ſinguli non cõſentiunt, ſed reuocatur per maiores regentes ciuitatẽ: & tunc ſi fit ex cauſa legitima, poteſt reuocari ſecundum vnum caſum, quẽ ponit Inn. in c. in noſtra. de iureiur. maximè quando ſtatutum diſponebat ſuper eo ſuper quo ciuitas non erat obligata: vt ibi declarat Innocent. ſine



ſine cauſa autem legitima non valet reuocatio in pręiudicium minorũ, iuxta not. per Inn. in c. quæ in eccleſiarũ. de cõſtit. quod limita verum quando ſtatutum diſponit de cõmodo ſubditorũ circa bona eorũ: ita quòd priuilegium eſt ſortitum ſuum effectũ: ſecus ſi cõcerneret exercitium iuriſdictionis: quia tunc poteſt reuocari: quia ſuperior eſt qui habet adminiſtrare. Ita ſentit Arch. in d. c. licet. Idem dic quãdo habet actũ ſucceſſiuũ quo ad futuros actus. ¶† Decimoquartò quæritur, vtrum ſtatutum iuratum tollatur per clauſulã, non obſtantibus quibuſcunq; conſtitutionibus & ſtatutis? Et dicit gloſ. in c. cum non deceat de elec. lib. vj. quòd nõ. & idẽ dicit Lud. de Rom. in ſuis not. volens quòd conuentio vel pactum iuratũ non tollatur per clauſulam generalẽ, nõ obſtantibus quibuſcũq; pactis. glo. eſt in cle. dudum. §. pen. de ſepul. ¶† Decimoquintò quæritur, vtrũ ſtatuentes poſſint recedere à ſtatuto confirmato per ſuperiorẽ vel ſedẽ apoſtolicam ſine alia licẽtia? Et dico quòd Bart. in d. l. om̃es populi. tenet quòd ſic: ſed Bal. in l. omniũ. C. de teſta. tenet quòd non. Pan. autẽ in d. c. cum acceſſiſſent. cõcordat: quia ſi ſtatutũ cõcernit principaliter fauorem ſtatuentium, vera eſt opinio Bar. & facit c. pro illorũ de præben. etiam ſi ſtatutũ contineat talẽ materiam quòd non valuiſſet ſine ſuperiore. & idem Pan. in c. cum M. de cõſti. Si verò concernit fauorem aliorũ, vel bonum publicum, vera eſt opinio Baldi. quòd non poſſunt ſine licẽtia ſuperioris. Ratio eſt: quia cõfirmando ſuperior videtur diſpoſitionem facere ſuã: quia omnia noſtra facimus, quibus authoritatẽ impartimur. de præb. ſi apoſtolicæ. lib. vj. & l. j. C. de vete. iure enucle. Vtrũ etiam tollatur ꝑ cõſuetudinẽ ſtatutum habens annexam ſententiã excõmunicationis: vide ſuprà Conſuetudo. §. xj. Vtrumverò ſit ſeruandum quod pro fallentia patris, filiorum & vxorum bona capiantur: vide ibi §. xvij. vide etiam ibi §. xviij. vtrum valeat ſtatutum quod puniendus iure diuino perſonaliter, puniatur pecuniariter.

STELLIO animal eſt ſimile lacertæ maculis plenum. & trãſſumptiuè dicitur is, qui eſt incõſtãs animo & varius verbo vel facto: ſicut qui rem obligauit alicui, & deinde impignorat alij. qđ crimẽ in ciuilibus dicit̃ ſtellionat⁹ in criminalibus dolus. Vñ ſcd̃m Azo. crimẽ ſtellionatus dicitur à talireptili: & habet etiã locũ quãdo in criminib⁹ deficiẽte alia ſpeciali actione ęquũ eſt aliter ſubuenire cõtra delinquentẽ: qa ſicut in pecuniarijs actio datur de dolo in ſubſidiũ: ita in criminibus quibuſcũq; vbi deficit titulus criminis, crimẽ ſtellionatus obijcitur: vt ſi qs vẽdidit maſſam electri ꝓ argẽto.

STIPVLATIO quid ſit vide s̃. Pactum. in princ. De ea autem nunc dico multa. ¶ Primum. Actus ſtipulantis & cõpromittẽtis debet eſſe cõtinuus: quia ſi poſt interrogationem ſe diuertit ad alia, nihil proderit, licet eodẽ die promiſiſſet. l. continuus. ff. de verb. obli. ¶ Secundũ. Nõ poteſt quis alicui ſtipulari pro altero, niſi ſit eius ſeruus aut filius Inſtit. de inuti. ſtipu. §. ſi quis alij. vel ſit procurator. l. ſi ꝓcuratori præſentis. ff. de verb. obl. gloſ. tamẽ in c. quoties. el j. q. vij. tenet quòd de iure canonico promittens Titio ſe daturũ Sempronio centum, obligatur. arg. c. iuramenti. xij. q. v. maximè ſi interuenit iuramentum, arg. l. j. ff. de conſti. pe. Item per iudices, officiales, tabelliones alteri acquiritur. l. eum pro quo. ff. de in ius vocan. ¶ Tertiũ. Non valet ſtipulatio vel legatũ factum in genere de aliqua re, nulla demonſtrata. ff. de iure dot. l. cum poſt diuortiũ. De legatis dic vt ſuprà Legatũ. iij. §. iij. ¶ Quartum. Obligatio ſtipulata ſine cõditione neq; ad certum diem, præſenti die deberur: ſed tamẽ eo die quo ſtipulata eſt, peti nõ põt: Inſti. de verb. obl. §. omnis ſtipulatio. & §. cum quis. ¶ Quintũ. Stipulatio tranſit ad hęredes. l. vete-
3 ris C. de contrahen & cõmit. ſtip. quod limita ſecũdum Glo. ibi quando poteſt per aliũ impleri factum promiſſum.

¶STOLA quomodo & quãdo ſit vtendum, vide ſuprà Sacerdos.

¶STVDIVM clericorum & religioſorum quale debeat eſſe, vide ſuprà Scientia.

STVLTITIA ſecundũ S. Tho. ij. ij. q. xlj. à ſtupore dicta eſt. Vnde ſecundũ Iſid. in xj. Ety. ſtultus eſt, q ꝓpter ſtuporem nõ mouetur, Et differt à fatuitate: qa ſtultitia importat hebetudinẽ mentis, fatuitas autẽ ipſius priuationẽ. Eſt autẽ tũc ſtultitia peccatũ, quãdo aduenit ex hoc quòd homo taliter ſe terrenis immergit, quòd nõ põt diuina percipere.

¶STVPRVM declaratur ſuprà Luxuria. §. v.

¶SVBDELEGARE quis poſſit, vide s̃. Delegatus. §. viij.

SVBDITVS tripliciter quis dicit̃. ¶ Primò ratiõe domicilij. ¶ Secũdò ratiõe originis ꝓpriæ vel paternæ. arg. c. iij. de tẽp. ord. lib. vj. & l. j. & in l. origine. C. de muni. & ori. lib. x. & facit l. aſſumptio. & quod ibi nota. & ad munic. & l. reſcriptio. §. fin. ff. de mu. & hon. & tenetur talis ad onera perſonalia, ſi ibi reperiatur: licet aliò trãſtulerit domiciliũ. de quo per Bar. in d. l. aſſumptio. quod tamen fallit in muliere, quæ cum viro cõtraxit habente alibi domiciliũ: quæ in loco originis cõueniri nõ poteſt. de quo in l. fi. §. itẽ reſcripſerunt. ff. ad municip. ¶ Tertiò ratione delicti, licet largè, vt dicit gl. in c. nuper. de ſen. excõ. non autẽ propriè, licet ibi ſortiatur forũ, vt not. gl. in cle. vnica de fo. cõp. quod not. pro ſtatutis & alijs deſpoſitionibus odioſis facientibus mentionẽ de ſubditis, vt non comprehendatur forẽſis delinquens in territorio: idem dic de cõtrahentibus eadem ratione, vt not. Pan. in d. c. nup. & in c. propoſuiſti. de fo. cõpe. vtrum autem ſubditus ratione domicilij, cui iudex pręcepit ſub pœna excõmunicatiõis latę ſentẽtię vt tali die ſatisfaceret alicui, ſit excõicatus ſi tranſferat domiciliũ, & nõ ſatisfaciat, dicit Pan. in d. c. propoſuiſti. cum Ioã. And. in regula, cum ſunt partium. de rẽg. iur. lib. vj. quòd ſic, quia iam præuentus erat: & ibi vide latè per eos.

SVBORNATIO ſecũdũ Lau. & Zen. vt refert Cal. in cle. teſtibus. de teſti. eſt de aliquo falſo exprimẽdo & vero tacẽdo in teſtimonio teſtis per aliquẽ facta informatio. Et dicitur ſubornare, quaſi ſubtus in aures aliquod malũ ornare, & ſub colore ponere: vt in authent. de teſti. §. quia verò.

¶SVBSANNATIO quid ſit, vide ſuprà Deriſio. Quomodo autem ſit mortale: dic quòd eo modo quo deriſio, cum qua in fine concordat

¶SVBSTITVTIO quid ſit, & quomodo fiat quantũ ad hæreditatem: vide ſuprà Hæreditas.

¶SVCCESSIO eodẽ modo declaratur ſuprà Hæreditas. j. §. j. & ij.

SVCCESSOR eſt duplex, ſcilcet ſingularis, q in certa re inſtituitur: & vniuerſalis, qui in tota hæreditate vel reliqua. de quo gl. in c. cũ ad ſedẽ. de reſti. ſpo. & ij. q. j. in primis. de iud. quia Guliel. Quomodo autẽ ſucceſſor teneatur ſtare cõtractui prędeceſſoris, ſuprà Locatio. §. ij. & s̃. Dignitas. §. j

## De Suffragijs.

1 *Suffragiorum eccleſiæ quis ſit effectus*
2 *Suffragia facta per malos miniſtros an proſint defuncto.*
3 *Suffragia facta pro defunctis an proſint facienti & an ex participatione aliorum aliquid ſibi detrahatur. nu. 4.*
5 *Miſſa pro defunctis an eis magis proſit quàm alia.*
6 *Suffragia ſpecialiter pro aliquo facta an æquè proſint alijs.*
7 *Suffragia facta pro multis an æquè illis proſint, ſicut ſi pro ſingulis facta eſſent.*
8 *Suffragia multa ſimul facta vel ſucceſſiuè an æquè proſint.*
9 *Sepultura vel exequiæ an proſint defunctis.*

10 *Suffragia ſoluens in peccato mortali an teneatur ea iterare.*
11 *Suffragium ſoluens ſimul cum alio, an liberetur ſicut ſi ſolus dicerer.*

SVFFRAGIVM à ſuffragando,id eſt, auxiliando dictū,
ſecundū S. Th.in iiij.diſt.xlv.de ſui ratiõe importat quã-
dam auxiliationē,quę fit alteri,iuxta ea quæ dicta ſunt ſ̃.Sa-
tisfactio.§.iij.de quo multa dici poſſent Tdeologicè, quorū
aliqua hic,§.j.cõcluſiuè enumerabo,remittēs ad S.Th.vbi ſ̃.
1 pro ſubtiliori explanatione.¶†Primò ergo quæritur , quid
de hac materia ipſe cõcluſiuè ſcripſerit . & ex iiij.diſt. xlv.&
alijs locis doctrinę eius dico ſic: Cõſuetudo ſuffragiorū ec-
cleſiæ pro mortuis incœpit ab apoſtolis,& proſunt mortuis
ſicut & viuis:nõ tamē proſunt dãnatis,nec pueris,nec beatis
ſed tantùm exiſtētibus in purgatorio:& ſi ſuperfluūt,ei pro
quo fiūt dãtur à Deo indigenti.¶Valēt autē ſuffragia vnius
alijs ex intētiõe & charitate faciētis quo ad præmiū accidē-
tale vel diminutionē pœnæ merēdo pro eo:nõ autē quantū
ad ſtatū glorię,niſi impetrãdo, & pro viatore tãtùm:& plus
valēt meliori quàm ei pro quo fiūt quo ad charitatē & gau-
diū:& plus ſi fiãt pro pluribus vel pro omnibus, quàm ſi pro
vno tãtùm:ſed quo ad expiationē pœnę eſt ecõtrario.¶Et ſi
ordinata ſunt à moriēte,valēt ei ſtatim quo ad opus operãs
eius.intellige q̃a meretur ſic ordinãdo:nõ autē quo ad opus
exequētis, nec ex ope operato,niſi ſint impleta:intellige q̃a
nõ expiatur pœna.Vnde inquit, fraudantur mortui quãtum
ad tẽporalē pœnã purgatorij ex culpa exequutorū , nõ autē
quãtū ad æternã retributionē. Suffragia autē mali ſiue pec-
catoris proſunt mortuis quãtū ad ipſum opus operatū,id eſt,
quantū ad efficaciã quã habēt ex ſe:quãtum autem ad opus
operãs id eſt,efficaciam quam habēt ab operante,valent in-
quantū operatur in perſona eccleſiæ vel vt inſtrumētū alte-
rius,qui ea ſibi ordinauit & in charitate deceſsit: non autem
inquantū operatur ex perſona ſua.Et inter ſuffragia valētia
mortuis principalę eſt euchariſtia,ſecundū eleemoſyna,ter-
2 tium oratio,quartum ieiunium.Hæc ex S.Tho. ¶†Secundò
quæritur ſpecialiter,vtrum ſuffragia facta per malos mini-
ſtros proſint defuncto?Et dico ſecūdum San.Tho.& Pet. in
iiij.diſ.xlv.in ſuffragijs dictis per malum,duo poſſunt cõſide
rari,ſcilicet ipm opus operatū,ſicut ſacrificiū altaris:&quia
noſtra ſacramēta ex ſeipſis habēt efficaciã abſque opere o-
perantis.quam æqualiter explent per quoſcūq; fiant : quãtū
ad hoc ſuffragia facta per malos proſunt defunctis. Et ſcđò
cõſiderari poteſt ipſum opus operãs.& ſic diſtinguēdum eſt:
q̃a operatio peccatoris,vt eſt eius,nullo modo eſt meritoria:
vt autē eſt alterius,etiã dupliciter cõtingit. primò inquantū
gerit perſonã totius eccleſiæ:ſicut ſacerdos dum dicit in ec-
cleſia exequias mortuorū: & ſic ſuffragia facta per malum
proſunt q̃a ille intelligitur facere,cuius nomine aut vice fit,
vt patet per Dio.in xiij.c.celeſt.hierar.Secundò inquãtū agit
vt inſtrumentū alterius.opus eñ miniſtri eſt magis principa
lis agētis.vnde actio mali poteſt eſſe meritoria ratione prin
cipalis agētis:ſicut ſi ſeruus in peccato exiſtēs faciat opus mi
ſericordię ex mãdato dñi habētis charitatē:vel ſi q̃s in chari
tate decedēs pręcipiat ſibi ſuffragia fieri. Hæc ex illo.cuius
mēs eſt hæc: Suffragiū exhibitū alicui defuncto eſt duplex,
ſcilicet habēs efficaciam ex opere operato, id eſt,ex ſe,vt ſa
cramēta nouę legis,inter quę tñ ſola euchariſtia põt exiberi
defuncto:& habēs ſolū ex alio,ſcilicet ex opere operante, id
eſt, ex diſpoſitiõe exhibētis,vt eleemoſyna,oratio & ieiuniū.
Primū per quęcunq; fiat,ſemper habet efficaciã cõpetētem
ei ex ſe:ſicut baptiſmus eſt bonus & verus,etiã exhibitus per
malū:nõ autē cõpetētē ei ex diſpoſitiõe faciētis, niſi fiat per
bonū aut in perſona boni,id eſt,eccleſiæ:aut per inſtrumen-
tum boni,id eſt,domini vel impetrantis boni:ſecundum ve-
rò nihil valet,niſi fiat per bonū aut in perſonã,vel vt inſtru-
mētū boni.¶†Tertiò quęrit,vtrū ſuffragia facta ꝓ defun-
ctis ꝓſint faciēti?Et dicit S.Th.vbi ſ̃.ꝙ opus ſuffragij dupli- 3
citer conſiderari põt.Primò vt expiatiuū pœnæ per modū
recõpenſationis,quæ in ſatisfactione attēditur:& ſic cum re
putetur quaſi eius ꝓ quo fit,ita abſoluit eū à debito pęnę,ꝙ
nõ abſoluit faciētem à debito pœnæ propriè:quia in tali re-
cõpenſatione attēditur æquilitas iuſtitiæ : opus autē illud
ſatisfactoriū ita põt adęquari reatui vni quòd nõ alteri.rea-
tus eñ duorū peccatorū maiorē ſatisfactionē reqrit, quàm
reatus vnius.Scđò cõſiderari põt inquãtū eſt meritoriū vitæ
ęternę:& ſic nõ ſolùm ꝓdeſt ei ꝓ quo fit,ſed faciēti magis.
Hæc ex illo.Quomodo autē opus vnius ꝑ modū meriti ꝓ-
ſit alteri,vide ſ̃.Participatio.¶†Quartò quæritur,vtrū reci- 4
piēti multos ad participationē ſuorū bonorū ſua op̃a ſint ei
minus vtilia?Et dico quòd nõ quãtum ad meritū:quia iſtud
eſt propriū:& ſecundū illud quiſq; munerabitur.Vnde ſcđm
S.Tho.qui ſatiſfacit pro alio,meretur:quantū verò ad expia
tionē pœnæ ſunt ei minus vtilia imò inutilia,ſecūdū mentē
S.Th.quia ſunt eius ꝓ quo fiūt,vt patuit §.priore. Sed intel-
lige,niſi talis ſatisfactio eſſet maior quàm exigerent pecca-
ta eius pro quo ſatisfaciat:quia tūc habet locū illud, Oratio
mea in ſinu meo cõuertetur,vel fiet de illo reſiduo ſecūdum
intentionē actualē vel habitualem ſuffraganti: quod etiam
§.priore innuit illud verbum San.Tho.ita poteſt.quaſi dicat
nõ ſemper ita eſſe de facto.Et iſta intellige de rigore iuſti-
tiæ:quia ex miſericordia Dei fortè etiã ſatisfacit pro ſeipſo:
vt dcit Rich.ſecūdū illud Charitas operit multitudinē pecca
torū. ¶†Quintò quæritur, vtrū miſſa pro defunctis magis
proſit eis quàm alia?Et dicit S.Tho.vbi ſ̃. quòd cum ſuffra- 5
giū miſſæ cõtineat orationē & ſacrificiū , ex parte ſacrificij
miſſa de quocūq; æqualiter prodeſt defuncto.intellige cęte
ris paribus:q̃d propter ſacerdotis & aliorū offerētiū diſpoſi-
tionē dico:& hoc,inquit,eſt pręcipuū q̃d fit in miſſa:ex parte
autē orationū magis ꝓdeſt illa in qua ſunt orationes oẽs
ad hoc determinatę:ſed tamē iſte profectus recõpenſari põt
per maiorē deuotionē,vel eius qui dicit miſſam, vel eius q
dici facit:vel iterū per deuotionē & interceſsionē ſancti cu-
ius ſuffragiū imploratur in miſſa.Hæc ex illo.In quibus no-
tandū eſt illud verbū,vel eius qui dici facit: q̃a ex hoc habet
ꝙ effectus ſacrificij infiniti limitatur etiã ſecundū affectum
rogantium ſacerdotē celebrare pro aliquo : quod facit pro
eo quod dictū eſt ſ̃.Miſſa.j.§.viij. partic.v. & §.ix. ¶†Sexto 6
quæritur,vtrū ſuffragia ſpecialiter ꝓ aliquo facta æquæ pro
ſint alijs?Et dico ſecundū Petr.quòd cum ſuffragiū ſit virtu
tis finitæ,& deriuetur per intentionē faciētis, quò voluerit:
valet ei tãtum pro quo fit.Intellige ſolùm quãtum ad libe-
rationē à pœna tñ quantū ad cõgratulationē & interiorē cõ
ſolationē,ſecundū q̃d vnus in charitate exiſtens de bonis al-
terius gaudet:adde etiã quantū ad pręſeruationē à malo: vt
ſ̃.Participatio. ſic valet omnibus in charitate exiſtētibus:&
plus ei qui eſt in charitate maiori.& iſta eſt mens S.Tho.in
iiij.vbi ſ̃.& ij.quol.q.vij.art.ij.¶†Septimò quæritur,vtrū ſuf- 7
fragia facta cõiter pro multis æqualiter valeãt ſingulis,ſicut
ſi pro ſingulis ſolum fierēt?Et dico ſcđm S.Tho.& Pet.vbi
ſ̃.ꝙ ſic , ſi cõſideretur valor ſuffragiorū inquãtum valēt ex
virtute charitatis,id eſt,ratione participij in merēdo,de quo
ſ̃.Participatio:quia charitas nõ minuitur, ſi diſtribuatur ef-
fectus in multos,ſed magis augeť:& ſimiliter gaudiū ex cha
ritate ꝓcedēs, quãto cõius,tãto maius eſt:& ſic quãtū ad cõ
gratulationē põt intelligi de cõſe.diſt.v.nõ mediocriter. Si
verò cõſideretur eorū valor,inquãtum ſunt ſatisfactiones
quæ



quædam per intentionem facientis tranſlatæ in mortuos,
magis valēt ei pro quo ſpecialiter fiunt:quia ſic effectus ſuf
fragij diuiditur ex diuina iuſtitia inter eos pro quibus fit.Fal
lit quod dictū eſt in ſuffragio infinito & vno in ſe, ſed finito
multiplicato ſecundū effectus ſuffragantiū:quia licet diuida
tur,quilibet tamen capit ſecundū proportionē dictorū affe-
ctuum ac ſi pro ſolo fieret.de quo ſ̃.Miſſa.j.§.ix.¶†Octauò
quęritur,vtrū ſuffragia accelerata, id eſt,ſtatim exhibita ſi-
mul:puta xxx.miſſæ vna die ſint meliora continuatis : puta
xxx.in xxx.diebus?Et dicit Pe.de Pal. quòd plus valēt accele
rata quantū ad citius liberari,& celeriorē viſionē Dei:quia
ſacramentum habitū in propoſito nõ valet tantū quãtū ex-
ercitū actu quo ad remiſsionē pęnę:vt patet in baptiſmo fla
minis:ſed æquè vel plus valēt cõtinuata quãtum ad meritū
beatitudinis & clariorē viſionē:quia magis valet ad honorē
Dei cõtinuatio taliū,puta anniuerſariorū.Et ſic ſecundū eū-
dem & alios nõ perfectè ſoluit,q ſimul debitū pluribus ſol-
uit:ſicut debēs.xxx.miſſas xxx.animabus ſingulo die dat tri
ceſimã partē vnius miſſæ ſingulis:quia oēs tardãtur liberari
vſq; ad xxx.dies,cū tñ ſingulis diebus fortè fuiſſent ſingulæ
liberatę q̃d limita niſi fieret recõpēſatio per affectū aliorū,
iuxta dicta ſ̃.Miſſa.§.x.¶†Nonò quęritur,vtrū ſepulturavel
exequiæ proſint defunctis ? Et dico ex S. Tho.in iiij.vbi ſ̃.&
Rich.ꝙ ſepultura ꝓdeſt viuis quãtū ad corpus ne inficiãtur:
& quantū ad ſpiritū,inquantū per hoc aſtruitur reſurrectio-
nis fides:adde & reuocatur memoria mortis:ꝓdeſt etiã mor
tuis,inquantū aſpiciētes mouētur ad orandū:ſepultura autē
in loco ſacro prodeſt mortuo nõ ex ipſo opere operato, ſed
ex operãte:dū ſcilicet vel ipſe defunctus vel alius hoc diſpo-
nēs patrocinio alicuius ſancti eū cõmittit,cuius precibus per
hoc credēdus eſt adiuuari:& patrocinio deſeruiētiū in loco
ſacro:q̃a pro tumulatis apud ſe crebrius & ſpecialius orant:
impio aūt nõ nocet niſi quatenus eam ſibi indignã ꝓpter hu
manã gloriã ꝓcurauit. Quæ autē adhibētur ad ornatum ſe-
pulturæ ꝓſunt viuis,inquãtū ſunt eorū ſolatia: & defunctis
peraccidēs tantū,inquãtū ſcilicet homines per hmõi excitã
tur ad cõpatiendū:& cõſequenter orandū:vel inde pauperes
fructū capiūt,vel eccleſia decoratur:ſeu in Dei reuerentiam
10 fiūt:vt oleū,cera & huiuſmodi . ¶†Decimò quęriť,vtrū ſol-
uēs ſuffragia in peccato mortali,teneatur ea iterare?Et dicit
Pet.de Pal.ꝙ nõ,ſi ſoluit ex ſtatuto ſupioris:quia nõ potuit
eum obligare ad ſoluēdū in charitate:nec ſi ex ꝓpria pro-
miſsione:quia nõ eſt veriſimile ꝙ ſe obligarit ad dicendū in
charitate:nec ſi ratiõe bñficij accepti obligãtis de bene eſſe
vel ex neceſsitate:quia nõ tenebatur determinatè ad hoc vel
illud:vñ illud nõ teneť reiterare , ſicut nõ tenebatur facere:
imò nec tenetur aliud facere ſi fuit miſſa:q̃a eius principalis
efficacia eſt ex ope opato:imò nec ſi fuit aliud : q̃a valet ex
charitate poſtulantis ſuffragiū interpretatiuè per beneficiū.
11 ¶†Vndecimò quæritur,vtrū liberetur ſoluēs ſuffragiū,puta
pſalteriū cū alio etiã ad idē obligato?Et dicit Pet.de Pal.ꝙ
ſic q̃d patet ꝑ ſimile de horis: ſed tamē oportet vnū attēde-
re ad partē dictã ab alio:aliter debitū cõfunderetur. Poſſet
autē dici hoc eſſe ex Dei acceptatiõe & eccleſię ordinatione
magis acceptãtis cões quàm ſingulares oratiões:vt idē dicit.

## De Superbia.

1 *Superbia quid, & an ſit peccatum.*
2 *Superbia an ſit peccatum ſpeciale, an mortale.nu.3.*
4 *Superbia an ſit grauiſsimum peccatorum.*
5 *Superbiæ quot ſint ſpecies, & quot gradus.nu.6.*
7 *Superbia,ambitio & inanis gloria quomodo differant.*

SVPERBIA à ſupereundo ſeu ſupergrediēdo dicta eſt.
Vnde ſecundum Iſid.in lib.Ety. ſuperbus dictus eſt,quia
ſuper vult videri quã eſt.quicunq; eñ vult ſupergredi,ſuper
bus eſt.Eſt autē ſuperbia vitiū bñ practicatū & male cogni-
tū.¶Ad cuius notitiã adduco primò diſtinctionē S. Th.ij.ij.
q.clxij.ar.j.ꝙ ſuperbia diciť dupliciter . primò à ſupexceſſu
ſimpliciter:& ſic omne ſupexcedēs põt nominari ſupbia:&
ſic diciť Iſa.lx.Ponã te in ſupbiã ſeculorū . vbi dicit gl.ꝙ eſt
quædã ſupbia bona.Adde ſicut dicimus,ſupbū eſſe ædificiū,
qñ eſt ſupereminēs ſitu vel pulchritudine.Scđò à ſuperexceſ
ſu regulæ rõnis:& ſic dicimus eã eſſe pčtm̃:adde vel inclina
tionem ad peccãdū . ¶Scđò adduco diſtinctionē eiuſdē de
ſupbia ſcđo modo dicta,quã tradit in iij.di.v.q.j.ar.iij.quòd
ſuperbia,ſcilicet quæ eſt pčtm̃ vel habet ordinem ad pčtm̃,
tripliciter ſumiť.Primò ꝓ inclinatiõe ad ſuperbiendū.Scđò
ꝓ actuali elatiõe cõtra præceptū,ſiue ꝓ inordinato appeti-
tu excellentiæ in quacūq; re. Tertiò ꝓ inordinato appetitu
excellentiæ cui debeť honor & reuerentia:intellige vt in pręlatione vel dñio,aut veſtibus,aut ſcientia,vel hmõi:quarum
prima nõ eſt pčtm̃,ſed initiū vel radix omnis peccati:ſecūda
verò eſt pčtm̃ generale , id eſt,omne pčtm̃ : tertia verò eſt
pčtm̃ ſpeciale. ¶Igiť ſuperbia eſt inordinatus appetitus ex-
cellentiæ,qui diciť inordinatus,qñ trãſgrediť regulã ſibi pręfixã à Deo per legem diuinã aut naturalem inditã rõni, aut
poſitiuã traditã à ſuperioribus . ſuperbia verò generalis eſt
inordinatus appetitus exellentiæ in quacunq; re: puta dele-
ctatiõe fornicatiõis,aut honoris,vel hmõi : ſiue eſt actualis
eleuatio cõtra præceptū ſuperioris,id eſt,trãſgreſsio ſiue cõ
temptus præcepti,vt dictū eſt,quod eſt omne pčtm̃ : ſuper-
bia verò ſpecialis eſt inordinatus appetitus excellentiæ in
rebus quibus debeť honor aut reuerentia: quo modo loquiť
Aug.xiiij.de ci.Dei,dicens quòd ſuperbia eſt peruerſæ celſi-
tudinis appetitus.Cū aūt S.Th.ij.ij.vbi ſ̃.ar.v. videť diffinire
ſuperbiã quòd eſt extollentia,qua quis ſe extollit ſ̃.id q̃d eſt
ei præfixū à diuina regula:illa deſcriptio ſic iacens eſt ſuper
biæ in gñe,ſcilicet vt ſe extendit ad gñalem,& ſpecialē cõi-
ter:ſicut animal ad hominem & aſinū:ſed ſi reddať hoc ver-
bū,in quacūq; re:ſic eſt ſuperbia gñalis.Si verò addať,in qua
cūq; re cui debeť honor & reuerentia,erit ſuperbia ſpecialis
de qua intendimus.Et ſic patet quòd ſuperbia ſcđm ſuã for-
malē & cõem rõnem importat quēdã exceſſum termini à
regula diuina p̃fixi,ſiue diuinæ legis cõtēptū,q̃d etiã ſaluať
& inueniť in ſupbia gñali & in ſpeciali,licet maximè appa-
reat in gñali.& per diuinã legē intellige de mēte S.Th.vbi
ſ̃.ar . v.ad ſcđm,omnē legē iuſtã,& omne iuſtū p̃ceptū.Sed
tñ cõſiderãdū eſt ꝙ ſicut ſcđm S.Th aliqñ quis aliq̃d pčtm̃
cõmittit ſcđm effectū, nõ ſcđm affectū:ſicut patricidiū qui
patrem occidit ignorãter:ſic dupliciter quis diuinã legē cõ-
tēnit:vno modo ſcđm effectū:vt cū quis ex fragilitate forni
cať,optãs ſine diuinæ legis offenſa cõſequi voluptatē ſi poſ-
ſet:qui cõtemptus eſt quidem materialiter pčtm̃ ſuperbiæ,
ſed nõ pčtm̃ ex ſuperbia vel per ſuperbiã:ſed ex infirmitate
vel ignorãtia & hmõi:& in omni peccato inuenitur: quia in
omni peccato quis proſequitur aliquã excellentiã vltra re-
gulã diuinæ legis:puta excellentiã voluptatis aut diuitiarū.
Alio modo quis diuinã legem cõtemnit ſcđm affectū . quia
ſcilicet nõ peccat ex infirmitate vel ignorãtia , & hmõi,ſed
ipſam Dei legē deſpicit,& in deſpectū eius operať. quod eſt
ꝓpriè formaliter ſuperbire,& ex ſuperbia peccare.Sed de ſu
perbia ſpeciali principaliter intendimus.¶†Primò ergo quę 1
riť,vtrū ſuperbia ſit pčtm̃?Et dicit S.Th.ij.ij.vbi ſ̃.ar.j.quòd
ſic:quia ſuperbia quæ nominať ex hoc quòd quis per volūta
tem tendit ſupra id quod eſt,importat aliquid aduerſum re
ctæ rõni,quæ habet vt voluntas vniuſcuiuſque feratur in id,
quod eſt proportionatum ſibi:vnde appetit excellentiam in
exceſſu

exceſſu ad rationem rectam. & ſecundum Aug.xxvij.de ci. Dei,peruerſe imitatur Deũ, odiens cum ſocijs æqualitatem ſub illo:ſed imponere volens ſocijs dominationem ſuam ꝓ illo.Et opponitur humilitati,ſecundum quod ſubiectionem aſpernatur:magnanimitati autem, ſecundum quòd inordi-
2 natè ad magna tendit.¶†Secundò quæritur,vtrum ſit pct̃m ſpeciale?Et dico quòd non,ſi loquamur de ea ſecundum ſuã formalem rationem in genere:quia habet locũ in omni peccato:nec ſi loquamur de ſuperbia generali: quia eſt omne pct̃m.Sed ſi loquamur de ſpeciali,quæ ſcilicet eſt circa excellentiã honorabilem & reueribilem,ſic intelligo loqui S. Tho.ij.ij.vbi ſ.art.ij.& v.dicentem quòd ſi conſideretur ſuperbia ſecundum propriã eſſentiã vel ſpeciem quã habet ratione obiecti,eſt ſpeciale peccatum,quia habet ſpeciale obiectum,ſiue ſpecialem rationem obiecti, id eſt,propriã excellentiã:quæ tamen inuenitur in diuerſis rebus. Si verò cõſideretur ſecundum redundantiã quã habet ad alia pctã,habent quandã generalitatem,inquantum ex ea oriri poſſent omnia dupliciratione.primò,ſcilicet per ſe,inquantum ordinantur ad finem eius qui eſt excellentia ꝓpria ad quã ordinari pōt omne inordinatè appetitum: & ſecũdò indirectè & quaſi per accidens,ſcilicet remouendo prohibens inquantũ per eam contemnitur lex diuina cohibens à peccato.Ad hãc tamen generalitatem pertinet quòd ex ea interdũ oriri poſſint:non autem quòd ſemper oriantur: quia quanuis omnia præcepta legis poſsit quis tranſgredi ex cõtemptu qui pertinet ad ſuperbiã,& eſt interior actus eius,ſicut exterior effectus eius eſt tranſgreſsio præcepti:non tamen ſemper ex cõtemptu tranſgreditur:ſed quandoq; ex ignorantia, quãdoq;
3 ex infirmitate.¶†Tertiò quæritur,vtrum ſit peccatũ mortale?Et dicit ſanctus Thomas vbi ſuprà,art.iiij.quòd ſic:qa opponitur humilitati,quæ ꝓpriè reſpicit ſubiectionẽ hominis ad deũ:& conſequenter ſuperbia reſpicit defectũ huius ſubiectionis,ſecundũ ſcilicet quod quis ſe extollit ſupra id quod eſt ſibi præfixum ſecundum regulam diuinam: non ſubijci autem deo habet rationem peccati mortalis.Accidit tamen aliquem motum eius eſſe veniale,dum ei ratio non conſentit,ſicut & in alijs peccatis ex ſuo genere mortalibus.

4 ¶†Quartò quæritur,vtrum ſit grauiſsimum peccatorum? Et dicit S.Tho.vbi ſ.ar.vj.quòd ſic ex parte auerſionis, quæ eſt formalis & completa ratio peccati: quia in alijs peccatis homo auertitur à Deo propter ignorantiam vel infirmitatem,ſiue propter deſiderium cuiuſcunq; alterius boni: in ſuperbia verò ex hoc ipſo quòd ſubijci non vult regulæ diuinę. Vnde ſecundum Boe.ſola ſuperbia Deo ſe opponit.& Ia.iiij. Deus ſuperbis reſiſtit.Vnde auerti à Deo,quod eſt quaſi conſequens in alijs peccatis, per ſe ad ſuperbiam pertinet cuius actus eſt Dei contemptus.quod autem eſt per ſe, potius eſt eo quòd eſt per accidens.Non aũt eſt grauiſsimum peccatorum ex parte conuerſionis,quæ materialiter ſe habet in peccato:quia celſitudo inordinatè appetita non habet maximã repugnantiam ad bonum virtutis. Et ideo eſt grauiſsimum peccatorum ſecundum ſuum genus: quia excedit in auerſio-
5 ne quæ formaliter cõplet peccatum. ¶†Quintò quæritur, quot & quæ ſint ſpecies ſuperbiæ? Et dico quòd ſecundum Bea.Gre.xxiij.Mora.vt refert S.Th.ij.ij.vbi ſ.ar.iiij.ſunt quatuor,quibus omnis tumor arrogantium demonſtratur. Prima,cum bonum quod quis habet, ſe à ſe habere exiſtimat. Secunda,cùm exiſtimat quòd à Deo habet,ſe pro ſuis meritis habere. Tertia cùm ſe iactat habere quod non habet. Quarta,cũ deſpectis cæteris ſingulariter videri appetit habere quod habet:quarum rationem & ſufficientiam S.Th.vbi ſ.ar.iiij.& malo.q.viij.ſimiliter ar.iiij.aſsignat,vbi & videat.

¶Et adde primò de mente eiuſdem ij.ij.vbi ſ.quòd vera exiſtimatio ſiue iudicium de aliquo bono dupliciter corrumpitur.Primò ſcilicet in vniuerſali: & hoc in pertinentibus ad fidem,eſt infidelitas: ſicut ſi quis dicat fornicationem eſſe bonam non fugiendam.Secundò in particulari eligibili: ſicut is qui fornicatur,iudicat fornicationem eſſe bonã ſibi ꝓ tunc:& hoc non facit infidelitatem.Et ita in propoſito. Nã dicere in vniuerſali aliquod bonum eſſe,& non à Deo,pertinet ad infidelitatem:ſed quòd aliquis ex inordinato appetitu propriæ excellentiæ ita de bonis ſuis glorietur, ac ſi ea à ſe haberet vel ex meritis proprijs, pertinet ad ſuperbiam,& non ad infidelitatem propriè.¶Adde ſecundò quòd iactantia,ſecundum eundem,ponitur ſpecies mendacij quãtum ad exteriorem actũ,quo quis falsò ſibi attribuit quod non habet:ſed quãtum ad interiorem cordis arrogantiam ponitur à Gre.ſpecies ſuperbiæ.¶Aduerte ſimiliter tertiò quòd iſtę ſpecies,ſecundum S.Tho.& alios,non conſiſtunt in exiſtimatione eſſentialiter:quia exiſtimatio pertinet ad rationem,ſuperbia verò ad voluntatem:ſed conſiſtunt in interiori arrogantia & inordinato appetitu excellentiæ:ex quo in intellectũ prouenit falſa exiſtimatio. Vnde ſumuntur potius à ſignis ſuperbiæ,quàm ab eius eſſentialibus differentijs.quod etiam Gre.innuit,in illo verbo demonſtratur.¶†Sextò quæ- 6
ritur,qui ſint gradus ſuperbiæ?Et dico quòd ſecundum San. Tho.ij.ij.vbi ſ.ar.iiij.& ſecundum Ber.ſunt duodecim oppoſiti duodecim gradibus humilitatis.¶Primus, eſt curioſitas, ſiue inordinatus appetitus cognitionis,quo quis curioſe vbique & inordinatè circunſpicit.de qua ſ.Curioſitas. ¶Secundus,leuitas mentis,qua ſcilicet homo ſuperbè ſe habet in verbo,quæ quando ſit peccatum mortale, iudicandum eſt ex qualitate verborum:puta ſi ſint contumelioſa. ex radice ſuperbiæ,ſi eſt ex ſuperbia quæ ſit mortale aut veniale. ex fine:puta ſi intendit confuſionem vel notabilem iacturam proximi iniuſtam.¶Tertius,inepta lętitia,qua ſcilicet homo eſt facilis & promptus in riſu:quæ de ſe eſt veniale.¶Quartus iactantia:de qua ſ.in verbo,Iactantia.¶Quintus,ſingularitas, per quam ſcilicet quis ſanctior alijs vult apparere: de qua ſecundum finem iudicabitur. ¶Sextus,arrogantia,per quam ſcilicet homo ſe alijs præfert:&,vt dicitur,diſt.iiij.c.j. cæteros,quos infra ſe videt,deſpicit,& quibus non conſulendo loqui,ſed vix dominando dignatur. de qua iudicatur ſecundum radicem & finem.¶Septimus,pręſumptio,non qua de alijs ſed qua de ſe quis iudicat,ſe reputãs ſufficientem ad maiora:de qua iudicabitur ſecundum radicem. ¶Octauus, defenſio peccatorum,de qua ſecundum radicem & circunſtantias iudicabitur.¶Nonus,ſimulata confeſsio, qua quis non vult ſubire pœnam pro peccatis,quæ ſimulatè confitetur:quæ eſt mortale,ſi ſit in ſacramento pœnitentiæ quo ad mortalia:& ſimiliter in iudicio quo ad iuridice interrogata, vt ſ.Accuſatio.§.viij.¶Decimus, rebellio deſpiciẽs obedire, quę eſt mortale ratione contemptus vel præcepti,aut actualis reſiſtentiæ cum pertinacia in re notabili quo ad laicos, vel etiam in minima quo ad religioſos. ¶Vndecimus,libertas qua homo delectatur liberè facere quod vult:de qua dicatur ſecundum dicta de inobedientia. ¶Duodecimus, eſt conſuetudo peccandi,quæ implicat Dei contemptum: intellige negatiuum.¶†Septimò quæritur, quomodo differant 7
ſuperbia,ambitio & inanis gloria?Et dico quòd ſuperbia,appetit inordinatè excellentiam honorabilem, vt dictum eſt: inanis gloria manifeſtationem excellentiæ, de qua j.Vana gloria.ambitio verò eſt inordinatus appetitus honoris,ſecundum S.Thom.ij.ij.q.cxxxj.artic.ij. vnde inordinatus appetitus dignitatum ratione honoris pertinet ad ambitionem: ratione



ratione verò vſus dignitatis excedentis facultatem appetentis pertinet ad pręſumptionem.ibidẽ.Eſt autẽ ambitio peccatum mortale dupliciter: primò ratione finis,ſi in eã conſtituatur:vt cum quis eſt paratus ad mortale gratia eius.Secundò ratione rei appetitę: puta ſi appetantur plura beneficia eccleſiaſtica in caſu nõ licito arg.c.quia intãtum.de pręben.vel beneficium eccleſiaſticũ cum cura: vt ſ. Epiſcopus. §iij.& Simonia.§.xvj.vel generaliter beneficium eccleſiaſticum vel ſeculare,cum appetens ſcit ſe indignum ratione criminis vel ignorãtię,& huiuſmodi:quia cõtra iuſtitiã appetit.

## De Superſtitionibus & Sortilegijs.

1 *Superſtitio quid,& quot ſunt eius ſpecies.*
2 *Superſtitio indebiti cultus quæ ſit.*
3 *Idololatria an ſit ſuperſtitio.*
4 *Superſtitio diuinatiua quotuplex ſit.*
5 *Diuinatio per inuocationem dæmonum eſt omnis illicita.*
6 *Diuinatio per aſtra an ſit illicita.*
7 *Diuinatio per ſomnia an ſit licita.*
8 *Diuinatio per auguria & omina an ſit licita.*
9 *Sortibus vti an ſit licitum.*
10 *Obſeruationes ſuperſtitioſæ variæ & illicitæ*
11 *Superſtitioſorum quæ ſit pœna.*

SVPERSTITIO & ſuperſtitioſus nomen à ſuperſtite traxerunt, dicente Iſid.in lib.Ety.quòd ſuperſtitioſos ait Cicero appellatos,qui totos dies deprecabantur & immolabant vt ſui ſibi liberi ſuperſtites fierẽt.deinde verò trãſlatũ eſt hoc nomen ad ſignificandum quoddam vitium,quòd gl. ad Col.ij.diffinit dicens,quòd ſuperſtitio eſt religio ſ.modũ ſeruata.& clarius S.Tho.ij.ij.q.xcij.dicẽs ꝙ ſuperſtitio eſt vitium religioni oppoſitũ ſecundũ exceſſum:nõ quia plus exhibeat in cultũ diuinũ quàm vera religio: ſed quia exhibet cultũ diuinũ cui nõ debet,vel eo modo quo non debet:ſicut etiã in aliquibus alijs virtutibus, vt in magnanimitate & magnificẽtia vitiũ excedit mediũ virtutis:nõ quia ad maius aliquid tẽdat quàm virtus,ſed fortè ad minus:ſed quia facit aliquid cui nõ debet vel quãdo nõ debet:& ſimiliter ſcd̃m alia huiuſmodi,vt patet iiij.Ethi. ¶†Primò autẽ quæritur,quot ſunt ſuperſtitionis ſpecies? Et dico vt patet ij.ij.vbi ſ.ꝙ huius vitij ſunt duę ſpecies ſubalternæ:quarũ prima cõſiſtit in exhibere diuinũ cultũ Deo verò modo indebito: & dicitur ſuperſtitio indebiti cultus.Secũda verò in exhibere cultũ diuinum ei cui nõ debetur:quæ etiã in tres alias ſpecies diuiditur:quarũ prima eſt idololatria.Scd̃a eſt ſuperſtitio diuinatiua,quę & ipſa in multas ſpecies diuiditur,vt patebit j.§.iiij. Tertia eſt obſeruatiua,ad quam pertinet ars notoria,& oẽs obſeruationes ordinatæ ad corporum immutationes, puta ſanitatẽ vel ægritudinẽ,id eſt, omnes incantationes & alligaturæ vt ſ.Maleficium.§.viij. dictũ eſt.de quibus omnibus nunc agendum eſt.¶†Secundò quæritur quid iuris de ſuperſtitione indebiti cultus?Et dico duo.¶Primum. Secundum S.Tho.ij.ij.q.xciij.cum ſecundũ Aug. cõtra menda.maximè pernicioſum ſit mendacium,quod fit in his quæ pertinẽt ad Chriſtianam religionem in cultu veri Dei:ſi per cultũ exteriorem aliquid falſum ſignificetur, erit cultus pernicioſus: quod dupliciter contingit.Primò ſcilicet ex parte rei ſignificatæ, a qua diſcordat ſignificatio cultus: ſicut pernicioſum nũc eſt vti ceremonijs veteris legis,quibus Chriſti myſteria figurabantur futura.Secundò ex parte colẽtis: quia ſicut falſarius eſſet,qui ex parte alicuius proponeret aliqua ſibi non cõmiſſa:ita & qui ex parte eccleſiæ cultum exhibet Deo cõtra modum diuina authoritate ab eccleſia cõſtitutũ & in eccleſia conſuetum:diuerſę autem conſuetudines eccleſiæ in diuino cultu in nullo præiudicant veritati:ideoq́; ſeruandæ ſunt & illicitum eſt eas præterire.¶Secũdum.In diuino cultu licet nihil poſsit eſſe ſuperfluum ſecũdum abſolutã quantitatem quia nihil poteſt facere quod nõ ſit minus eo quod Deo debet:ſuperfluũ tamen ſecundum quantitatem ꝓportionis,id eſt, quod non eſt fini proportionatũ poteſt eſſe in diuino cultu:quia cum eius finis ſit primò vt homo det gloriam Deo,& ſecũdò vt ei mẽte & corpore ſe ſubijciat:quicquid pertinet ad gloriam Dei,& ad hoc quòd mẽs hominis Deo ſubijciatur,& etiã corpus per moderatã refrænationẽ cõcupiſcentiarũ ſecundũ Dei & eccleſiæ ordinationẽ & conſuetudinem eorũ quibus cõuiuit,nõ eſt ſuperfluum. Si quid autẽ de ſe nõ pertinet ad gloriã Dei,nec ad hoc quòd mens hominis feratur in Deũ,aut quòd carnis cõcupiſcẽtię moderatè frænẽtur,aut etiã ſi ſit præter Dei & eccleſiæ inſtitutionem vel cõtra cõſuetudinẽ,quæ ſecundũ Aug. pro lege habenda eſt: hoc totum reputandũ eſt ſuperfluum & ſuperſtitioſum:qa in exterioribus ſolum cõſiſtẽs ad interiorem Dei
cultum non pertinet.Hæc ex illo.¶†Tertiò quæritur, quid 3
iuris de idololatria?Et dico ſuperſedendũ eſſe hic: quia iam per gratiã Chriſti nõ eſt in vſu:& remittẽdum ad S. Tho.ij.
ij.q.xciiij.¶†Quartò quæritur,quid & quotuplex ſit ſuper- 4
ſtitio diuinatiua?Et dico ſecundũ S.Tho. vbi ſ.q.xciij. quòd diuini dicti quaſi Deo pleni,ſecũdum Iſid.lib.Ety.ex hoc dicuntur quòd præſumunt pręnũtiare aut pręcognoſcere futura ad vtrũlibet vel raro,Deo nõ reuelãte:nõ autẽ ſi quis pręnuntiet ea quę ex neceſsitate eueniũt,vel vt in pluribus,quę humana ratione pręnoſci poſſent per certitudinẽ vel per cõiecturã.Vnde diuinatio tũc ſolùm dicitur, quando indebito modo vſurpat ſibi prænũtiationẽ futurorũ.Vnde ſemper eſt peccatum: quia vſurpat quod eſt Dei propriũ.Et ſemper ex opere dæmonũ prouenit:vel quia expreſſe inuocantur ad futura manifeſtãda:adde vel pręſentia occulta:vel qa ingerũt ſe vanis inquiſitionibus futurorũ,vt mẽtes hominũ implicentur vanitate.Quomodo autẽ dęmones poſsint futura vel occulta cognoſcere,vide ſuprà Maleficium. §.j.¶Diuinationis autem ſunt multæ ſpecies diſtinctæ ſecundũ ꝓpria obiecta ſiue materias,ꝓut ſcilicet in diuerſis rebus occultorũ cognitio cõſideratur.Nam ſi expreſſe dæmones inuocantur,ſolẽt futura prænuntiare multipliciter.& tunc prima diuinationis ſpecies dicitur præſtigiũ,ex eo quòd oculi hominũ præſtringũtur dum dęmones pręſtigioſis apparitionibus ſe aſpectui & auditui hominũ ingerũt.Secũda ſomniorũ.Tertia necromãtia,quæ eſt per mortuorũ alloquutionẽ.a necro,quod eſt mortuus,& mantia quod eſt diuinatio.Quarta diuinatio per pythonomias,quæ ſcilicet fit per homines viuos,ſicut in arreptitijs patet.Quinta quãdo dæmones prænũtiant futura ꝑ figuras aut ſigna quæ in rebus inanimatis apparẽt:quę ſi appareãt in corpore terreſtri:puta vngue vel ferro aut lapide polito,vocatur geomãtia.ſi autẽ in aqua,hydromãtia: ſi in aëre,aerenomãtia:ſi in igne,pyromãtia:ſi autẽ in viſceribus animaliũ immolatorũ in aris dæmonũ,vocatur aruſpiciũ.Et ſic habẽtur nouẽ ſpecies.Si autẽ dæmones nõ inuocãtur expreſſe,diuinatio diuiditur in genera duo,quorũ primũ eſt cũ ad præcognoſcendũ futura aliquid cõſideramus in diſpoſitione vel motu alterius rei,id eſt,ſubſtãtiæ alterius ab homine:quod quidẽ ſi ſit ex cõſideratione ſitus ac motus ſiderũ, pertinet ad Aſtrologos,qui & geneantici vocantur propter cõſiderationẽ natalium dierũ Si verò motus & voces auiũ ſeu quorũcunq; animaliũ,ſiue per ſternutationes hominum aut mẽbrorũ ſaltus, pertinet generaliter ad auguriũ, qđ à garritu auium,ſicut auſpiciũ ab auiũ inſpectione.In auibus enim huiuſmodi pręcipuè cõſiderari ſolent.Si verò ſit circa verba

verba hominum dicta abſq; intentione, quæ quis retorquet ad futurũ quod vult præcognoſcere, hoc vocatur omen: ſicut Romanis deliberãtibus vtrũ ad aliũ locũ migrarẽt: fortè eo tẽpere centurio quidam exclamauit, ſignifer ſtatue ſignũ hic optimè manebimus. quam vocẽ auditã pro omine acceperunt, tranſeundi cõſiliũ omittentes: ſi autẽ cõſiderẽtur aliquæ diſpoſitiones figurarũ in aliquibus corporibus viſui occurrẽtes, erit alia diuinationis ſpecies: quia ex lineamẽtis manus cõſideratis diuinatio ſumpta chiromantia vocatur, quaſi diuinatio manus: chiros enim Græcè dicitur manus. diuinatio verò ex quibuſdã ſignis in ſpatula alicuius animalis apparentibus ſpatulantia vocatur. ¶ Secũdum genus eſt ad quod pertinet diuinatio facta ex cõſideratione eorũ quæ eueniunt ex quibuſdam quæ ab hominibus ſeriò fiunt ad aliquid occultũ inquirendũ ſiue per protractionẽ punctorũ, quod pertinet ad artẽ geomãtiæ: ſiue per cõſiderationem figurarũ quę proueniunt ex plumbo liquefacto in aqua proiecto: ſiue ex quibuſdam ſchedulis ſcriptis vel nõ ſcriptis in occulto repoſitis, dum cõſideratur quis quam accipiat: vel etiam ex feſtucis inæqualibus propoſitis qui maiorẽ vel minorẽ accipiat vel etiã ex taxillorũ proiectione, quis plura pũcta proijciat: vel etiã dum conſideratur quid aperienti librum occurrat. quæ omnia ſortiũ nomen habent. ¶ Sic ergo patet triplex diuinationis genus quorũ primum eſt per manifeſtam dæmonis inuocationẽ, quod pertinet ad necromãticos: ſecundum autẽ eſt per ſolã conſiderationẽ diſpoſitionis vel motus alterius rei, qđ pertinet ad augures: tertiũ eſt dũ facimus aliquid vt nobis manifeſtetur aliquod occultũ, quod pertinet ad ſortes. Sub quolibet autẽ horũ multa cõtinentur, vt patet ex dictis.

5 ¶† Quintò quæritur, quid de diuinatiõe facta per inuocationẽ dęmonũ, ſcilicet expreſſa? Et dicit S. Tho. quòd omnis talis eſt illicita: tum quia ibi eſt expreſſe pactũ initum cum dęmone per ipſam inuocationẽ, ſecũdũ illud Iſa. xxviij. Dixiſtis, Percuſsimus fœdus cum morte. quod eſt omnino illicitum: & eſſet adhuc grauius ſi ſacrificiũ vel reuerẽtia dęmoni inuocato exhiberetur: tum quia dęmon qui hominum perditionẽ intẽdit ex ſuis reſpõſis, etiam ſi aliquãdo vera dicat, intẽdit homines aſſuefacere ad hoc quòd ei credatur: & cõſequẽter perducere ad aliquid humanę ſaluti nociuũ. Quomodo autẽ liceat dæmones adiurare, vide ſ. Adiuratio. §. iiij. & v. & ſ. Exorciſta.

6 ¶† Sextò quæritur, vtrum diuinatio per aſtra ſit illicita? Et dicit S. Tho. quòd operatio dæmonis vt animos hominũ implicet vanitati aut falſitati ingerit ſe diuinationi, quæ ex falſa aut vana opinione procedit, qua vtitur qui ex cõſideratione ſtellarũ vult præcognoſcere futura, quę per eas cognoſci nõ poſſunt. Igitur ex falſa & vana opiniõe procedit: & cõſequẽter erit diuinatio ſuperſtitioſa & illicita ſi quis inde velit præcognoſcere futuros caſuales vel fortuitos euẽtus, aut futura opera hominũ per certitudinẽ: quia, vt idẽ probat, ex ſtellis nõ accipitur præcognitio futurorũ, niſi ſicut ex cauſis prænoſcũtur effectus: duplices autẽ effectus, inquit, ſubtrahũtur cauſalitati cœleſtiũ corporũ. Primò effectus per accidẽs cõtingẽtes ſiue in rebus humanis ſiue in naturalibus: quia cum ens per accidẽs neq; ens ſit ꝓpriè neq; vnũ: vt probatur in vj. Meta. nõ habet cauſam præcipuè naturalem, cum operatio naturalis determinetur ad vnũ, ſicut procedit ab vno principio, quæ eſt forma rei naturalis. Scđò actus liberi arbitrij: quia corpora cœleſtia imprimere nõ poſſunt directè in intellectũ & voluntatẽ, quæ nõ ſunt corpus: & cõſequẽter nec per ſe cauſare tales operatiões: licet ad hoc poſſint diſpoſitiuè inclinare, inquantũ imprimũt in corpus humanũ, & cõſequenter in vires ſenſitiuas, quæ ſunt actus corporaliũ organorũ: & inclinãt ad humanos actus, licet neceſſitatẽ libero arbitrio non imponãt cum obediant rationi. ſecundũ Philoſophũ in iij. de Anima. & j. Ethi. Frequenter tñ circa hoc Aſtrologi vera prẽnũtiãt, præcipuè in cõmunibus euẽtibus, qui depẽdẽt ex multitudine: primò quia plures hominũ paſsiones corporales ſequũtur, & cõſequẽter actus eorum diſponũtur vt in pluribus ſecũdũ inclinationẽ corporũ cœleſtiũ: pauci verò ſunt, id eſt, ſoli ſapiẽtes qui eas ratione moderẽtur. Scđò ꝓpter dæmones ſe immiſcẽtes ſcđm Aug. in ij. ſup Gen. Hęc ex illo virtualiter. qui etiã tenet eſſe ſuperſtitioſum velle inde ſcilicet ex ſtellis, prænoſcere futura neceſſario, vt eclipſim, & oĩa ex eis cauſata. intellige in pluribus, vt ſ. §. iiij. in princ. puta ſiccitates & pluuias, & hmõi.

¶† Septimò quæritur. quid de diuinatiõe per ſomnia? Et dicit S. Tho. ꝙ cũ ſit illicita diuinatio quę opinioni falſę innititur, cõſiderare oportet qđ ſit verũ circa præcognitionẽ futurorũ de ſomnijs. Cũ autẽ ſomnia ſint futurorũ euentuũ quãdoq; quidẽ cauſa: vt cũ quis ex viſis in ſomnijs mouetur ad aliquid agẽdũ aut vitãdũ: quãdoq; verò ſigna, inquãtũ ſcilicet reducũtur ad aliquã cauſam cõem ſomnijs & futuris euẽtib᷒, & ſcđm hoc plurimũ præcognitiones futurorũ in ſomnijs fiãt, cõſiderãdũ eſt q̃ ſit cauſa ſomniorũ, & an poſsit eſſe cauſa futurorũ euẽtuũ, vel ea poſsit cognoſcere. ¶ Eſt aũt cauſa ſomniorũ quãdoq; interior: & eſt duplex: prima eſt animalis inquãtũ ſcilicet in phãtaſia dormiẽtis occurrũt ea circa quę eius cogitatio & affectatio immorata eſt in vigilãdo: & hæc nõ eſt cauſa futurorũ euẽtuũ: & cõſequẽter huiuſmodi ſomnia per accidẽs ſe habẽt ad futuros euẽtus: & ſi quãdoq; ſimul cõcurrãt, erit caſuale. ¶ Secũda eſt corporalis, quia ex interiori diſpoſitiõe corporis formatur aliqs motus in phãtaſia cõueniẽs tali diſpoſitioni: ſicut abũdanti frigidis humoribus in ſomnijs occurrit ꝙ ſit in aqua vel niue: propter quod dicũt medici intẽdẽdũ eſſe ſomnijs ad cognoſcẽdũ interiores. diſpoſitiones. ¶ Quãdoq; verò ſomniorũ cauſa eſt exterior: & eſt duplex. Prima eſt corporalis inquãtũ imaginatio dormiẽtis immutatur vel ab aëre cõtinẽti, vel ex impreſsiõe cœleſtis corporis, vt ſic dormiẽti aliquæ phãtaſię appareãt cõformes cęleſtiũ diſpoſitionũ. Scđa eſt ſpiritualis, quę eſt quãdoq; quidẽ à Deo qui miniſterio angelorũ aliqua hominibus reuelat in ſomnijs, ſcđm illud Num. xij. ſi Si fuerit inter vos propheta Dñi, in viſione apparebo ei vel per ſomniũ loquar ad illũ. Quãdoq; verò operatione dæmonũ aliquæ phãtaſiæ dormiẽtibus apparent, ex quibus quãdoq; aliqua futura reuelãt habẽtibus cũ eis pacta illicita. ¶ Sic ergo dicẽdũ ꝙ ſi quis vtatur ſomnijs ad pręcognoſcẽda futura, ſcđm quod ſomnia procedũt ex reuelatione diuina, vel ex cauſa naturali intrinſeca ſiue extrinſeca, quãtũ põt ſe virtus talis cauſę extẽdere nõ erit illicita diuinatio. Si verò hmõi diuinatio cauſetur ex dæmonũ reuelatione, cum quibus habentur pacta expreſſa, quia ad hoc inuocãtur: vel tacita, quia huiuſmodi diuinatio extẽditur ad quod ſe nõ põt extẽdere virtus cauſæ ſomnij, erit diuinatio illicita & ſuperſtitioſa. Hæc ex illo. Vñ ſuperſtitioſum eſt ex ſomnijs nedũ procedẽtibus à dęmone, ſed à cauſa naturali velle diuinare de effectibus caſualibus: puta inuẽtione theſauri, vel quod occidetur ab aliquo aut de ſubiectis libero arbitrio eſt illicitũ. Secus ſi ſomniauit pluuia, vel hmõi, & eã prẽnũtiet: itẽ ſecus ſi ſint à Deo: ꝙ licitè quis prę ſumit quãdo fiũt prẽmiſſa oratione ad Deũ, arg. dicẽdorũ §. ſeq. ad fi. vel etiã ſi habeãt illa ſigna quibus doctores diſtinguũt viſionẽ diuinã à diabolica de quibus in Aur. ro. circa feſta natalia. Quod autẽ dicitur nõ eſſe credẽdũ ſomnijs intelligitur cõtra prædicta. & paſsim ſine cõſilio ꝑitorũ

¶† Octauò quæritur, quid de diuinatione per auguria & omina, & huiuſmodi obſeruationes exteriorum rerum? Et dicit Sanc. Tho. quòd cùm huiuſmodi non poſsint eſſe cauſa euentuũ futurorũ ex his nõ cognoſcuntur futura, niſi inquantũ ſunt effectus aliquarũ cauſarũ, quæ etiã ſunt cauſantes vel ꝓcognoſcẽtes futuros euẽtus. Cã aũt naturalis inſtinctus, quo bruta mouentur ad ſuas operationes, põt eſſe duplex. Prima eſt corporalis: quia nõ habẽt niſi animã ſenſitiuã, cuius oẽs potentiæ, ſunt actus corporaliũ organorũ, & ſic ſubiacet diſpoſitioni cõtinẽtiũ corporũ, & primordialiter cœleſtiũ. Vñ nihil ꝓhibet aliquas eorũ operationes eſſe futurorũ ſigna, inquantũ cõformãtur diſpoſitionibus cœleſtiũ corporũ & aëris cõtinentis, ex quibus ꝓueniũt aliqui futuri euentus. In hoc tñ ſunt duo cõſideranda. Primũ vt extenſio nõ fiat niſi ad præcognoſcendũ cauſata per motus cœleſtiũ corporũ, vt dictũ eſt. Secũdũ, vt nõ fiat niſi ad ea quæ ad hmõi animalia poſſent aliqualiter pertinere. cõſequuntur enĩ per cœleſtia corpora cognitionem quandã naturalem & inſtinctũ ad ea quæ eorũ vitæ ſunt neceſſaria, ſicut ſunt ĩmutationes factæ per pluuias, ventos, & hmõi. Secũda cauſa eſt ſpiritualis, ſcilicet vel Deus vt patet in colũba ſuper Chriſtũ deſcendẽte: & in coruo, qui pauit Heliã: & in cete euomente Ionã: vel etiã dęmones qui hmõi operationibus brutorũ vtũtur ad implicãdos animos hominũ vanis opinionibus. Et eadem ratio videtur eſſe de omnibus alijs hmõi, præterquã de hominibus: quia humana verba, quæ accipiuntur pro homine, nõ ſubduntur diſpoſitionibus ſtellarũ, quæ tamen diſponuntur ſcđm diuinã ꝓuidentiã: & quãdoq; ſcđm dæmonũ operationem. Sic ergo dicendũ quòd omnis hmõi diuinatio ſi extendatur vltra id, ad quod poteſt pertingere ſcđm ordinẽ naturæ vel diuinæ ꝓuidentiæ ſuperſtitioſa eſt & illicita. Ioſeph aũt dicens Ge. xliiij. nõ eſſe ſibi ſimilem in augurãdi ſcientia, dixit ioco, ſcđm Aug. referens fortè ad id quod de eo vulgus opinabatur. Gedeõ aũt Iudic. vij. obſeruauit recitationẽ & expoſitionem ſomnij quaſi ordinatã à diuina ꝓuidentia ad inſtructionẽ ſui. Et ſimiliter Helieſer Ge. xxiiij. attẽdit verba puellæ oratiõe ꝓmiſſa ad Deũ. Hæc ex illo.

¶† Nonò quæritur, quid de diuinatiõe ſortium? Et dicit S. Th. vbi ſ. & in quodã opuſculo ꝙ ſortes propriè dicuntur cũ aliquid fit, ſcilicet ab homine ſerioſe, vt eius euẽtu cõſiderato aliquid occultũ innoteſcat: & dicitur ſors diuiſoria, ſi eius iudicio quæratur quid cui ſit adhibẽdũ: ſiue illud ſit res poſſeſſa, ſiue honor, ſeu dignitas, ſeu pœna vel actio. Si verò inquiratur quid agere oporteat, vocatur ſors cõſultoria. Si verò quæratur quid ſit futurũ, vocatur diuinatoria. Cũ aũt euẽtus ſortiũ expectari poſsit à triplici cã, ſcilicet cœlo, fortuna, vel ſpiritu dirigẽte: ſi expectetur à cœlo quaſi actus humani qui ad ſortes requiruntur, ſcđm diſpoſitionẽ ſtellarũ ſortiantur effectũ, vana & falſa eſt opinio. & cõſequẽter dæmonũ ingeſtiõe nõ carẽs; ex quo illicita & ſuperſtitioſa erit diuinatio. Si verò expectetur à fortuna. quod locũ habere põt ſolũ in diuiſoria ſorte: nõ videtur habere vitiũ, niſi fortè vanitatis: ſicut ſi nõ volẽtes aliquid cõcorditer diuidere, velint ad diuiſionẽ ſortib᷒ vti quaſi fortunæ exponentes quis quã partẽ accipiat. Si verò expectetur à ſpiritu ſiue cã ſpirituali: ſi quidẽ ſit dęmõ, eſt ſors illicita, & ſcđm canones ꝓhibita: ſicut fecit rex Babylonis, Exechi. xxj. Si verò expectetur à Deo qui temperat ſortes, vt ꝓuer. xvj. talis ſors ſcđm Aug. nõ eſt aliquid ſcđm ſe malũ. ¶ Põt tñ in hoc quadrupliciter incidere pctm̃. ¶ Primò ſi abſq; neceſsitate ad ſortes recurratur: quia videtur pertinere ad tentationem Dei: ſed intelligo ſine neceſsitate ſpirituali vel etiã temporali, perſonæ, vel etiã rerũ quo ad magnũ dãnũ vitãdũ: vt fecit Dauid j. Reg. xxx. Scđò ſi quis eis vtatur in neceſsitate quidem, ſed ſine reuerẽtia Dei. Vñ dicit Beda ſuper Act. apo. ꝙ ſi qui neceſsitate aliqua compulſi Deum putant ſortibus exemplo apoſtolorum eſſe conſulendum, videant hoc ipſos apoſtolos nõ niſi collecto fratrũ cœtu & ꝓcibus ad Deũ fuſis egiſſe. Tertiò ſi diuina oracula ad terrena negotia cõuertãtur: quia talis cõſuetudo diſplicet Aug. ad inquiſi. Ianu. Sed intellige ꝙ negotia ꝓpriè ſunt circa tẽporalia lucra, nõ circa dãna vitãda. Quartò ſi quis ſortibus vtatur in electionib᷒ eccleſiaſticis quę inſpiratione Spiritus ſancti fieri debẽt. vñ ſcđm Bed. vbi ſ. Mathias ſorte quęritur ante pentecoſtẽ, quia ſcilicet nõdũ erat effuſa in eccleſia plenitudo Spiritus ſancti. ſeptẽ aũt diaconi poſtea nõ ſorte, ſed electiõe diſcipulorũ ſunt ordinati. Secus aũt in tẽporalibus dignitatibus, quæ ad tẽporalẽ diſpoſitionẽ ordinãtur, in quarũ electiõe plerũq; homines ſortibus vtũtur, ſicut & in rerũ tẽporaliũ diuiſione. In neceſsitate autẽ licitũ eſt diuinũ iudiciũ reuerẽter ſortibus implorare: ſicut ſcđm Aug. in epiſtola ad Hono. ſi tẽpore ꝑſequutionis ignoratur qui miniſtri fugere & qui remanere debeãt: vel ſcđm eũdẽ in primo de Doc. Chriſti. ſi habẽti danda occurrant duo æquè indigẽtes, & vtriq; dare nequeãt. Iudiciũ autẽ ferri candẽtis vel aquæ feruẽtis ordinatur quidẽ ad occulti peccati inquiſitionẽ per aliquid quod ab homine fit: & hoc cõuenit cũ ſortibus: inquantũ tñ expectatur aliquis miraculoſus effectus à Deo, excedit cõem ſortiũ rationẽ. vñ illicitũ redditur: tũ quia ordinatur ad iudicãdũ occulta quę diuino iudicio reſeruãtur: tũ etiã quia huiuſmodi iudiciũ nõ eſt diuina authoritate ſancitũ: vnde ꝓhibetur ij. q. iiij. cõſuluiſti. Et eadẽ ratio videtur de lege duellorũ: niſi ꝙ plus accedit ad cõem rõnem ſortiũ, inquãtũ nõ expectatur ibi miraculoſus effectus: niſi fortè quãdo pugiles ſunt valde impares virtute vel arte. Hęc ex illo.

¶† Decimò quæritur, quid de ſuperſtitiõis obſeruãtijs? Et dico multa. 10

¶ Primũ. Vti obſeruãtijs artis notoriæ ſcđm S. Th. & alios eſt illicitũ: quia hæc ars vtitur ad acquirẽdã ſciẽtiã quibuſdã nõ vt cauſis, ſed vt ſignis, cũ ſcđm ſe nõ habeãt virtutẽ cauſandi ſciẽtiã: vt eſt inſpectio quarũdã figurarũ, ꝓlatio ignotorũ verborũ, & alijs hmõi: quæ ſigna ſunt ſuperuacua, cùm nõ ſint diuinitus inſtituta, ſicut ſunt ſacramẽtalia & cõſequenter pertinẽt ad pacta quædã ſignificationũ cũ dæmonibus: vñ eſt penitus repudiãda Xpiano, ſicut & aliæ artes nugatoriæ vel noxiæ ſuperſtitiõis, vt Augu. dicit in ij. de Doc. Chriſti. & ſcđm Arc. eſt mortale. Eſt etiã hoc inefficax ad ſcientiã acquirendã: vt ꝓbat S. Th. vbi ſ. q. lxvj.

¶ Scđm. In obſeruatiõibus ordinatis ad corporũ ĩmutationẽ, puta ad ſanitatem, vel hmõi, de quibus etiã ſ. in verbo, Maleficiũ ſecũdũ S. Th. cõſiderãdũ eſt vtrũ facta ad particulares effect᷒ inducẽdos videantur poſſe tales effectus cauſare: & ſic nõ erit illicitũ: quia licet cauſas naturales adhibere ad ꝓprios effect᷒. Si aũt nõ videntur eos poſſe cauſare, cõſequens eſt ꝙ nec adhibeantur ad hoc ſicut cauſæ, ſed quaſi ſigna: & cõſequenter pertinent ad pacta ſignificationũ cũ dæmonibus inita. Vñ ſecũdum Aug. xj. de ci. Dei. dæmones alliciuntur creaturis nõ vt animalia cibis, ſed vt ſpiritus ſignis. Vñ ſcđm eũdem in ij. de Doc. Chriſti. ad ſuperſtitionẽ pertinẽt oĩa remedia quæ medicorũ diſciplina cõdemnat, ſiue in precationibus ſiue in quibuſcunq; notis, quas characteres vocant. xxvj. q. ij. illud. Nec obſtat ꝙ ſicut corpora naturalia ſubijciuntur cęlo inde ex ei᷒ impreſsione cõſequendo virtutes occultas, ita & artificialia, puta imagines: quia ideo naturalia à cœlo ſortiuntur virtutes actiuas, quia ſortiuntur etiã formas ſubſtãtiales, quas eorũ virtutes cõſequuntur: formæ aũt artificialiũ ꝓcedunt ex conceptione artificis: & cum nihil aliud ſint quã cõpoſitio, ordo & figura, vt dicitur in j. Phy. nõ poſſunt habere naturalem virtutem ad agendum: vnde inquantũ artificialia nullam virtutem ſortiuntur à cęlo, ſed ſolum ſecundũ materiã naturalẽ. Vnde imagines aſtronomicæ ex operatione dæmonum habent effectum: cuius ſignum eſt quòd neceſſe eſt eis inſcribi quoſdam

quoſdam characteres qui naturaliter ad nihil operantur. cum figura non ſit naturalis operationis principium. In hoc tamen diſtant imagines aſtronomicæ à necromanticis: quia in iſtis ſunt quædam tacita pacta cum dæmonibus per characterum quædã inſigna: ſed in illis fiunt expreſſæ inuocationes & præſtigia quædã. vnde pertinent ad pacta expreſſa cum eis. Hæc ex illo. ¶ Tertiũ. Obſeruationes ordinatæ ad præcognoſcendũ aliqua fortunia vel infortunia, ſcđm quod aliqui experiũtur quòd aliqua tempora vel loca aut verba audita, vel occurſus hominũ aut animaliũ, ſiue diſtorti aut inordinati actus aliquod præſagiũ habent futuri boni vel mali, ſecundum S. Tho. omnes ſunt ſuperſtitioſæ & illicitæ: quia prædictis vtũtur vt ſignis nõ introductis authoritate diuina, ſed magis humana vanitate, dæmonũ malitia cooperãte: & videntur eſſe quædã reliquiæ idololatriæ, ſcđm quod obſeruabantur auguria & dies fauſti vel infauſti. quod pertinet quodãmodo ad diuinationem per aſtra, ſcđm quod diuerſificantur dies. Si quis tamen præſagiũ hmõi cõſideret ex ſua cauſa, non erit illicitum: ſicut ſi ſeruus timeat flagellum iudicis videns irã dñi: & ſimiliter ſi quis timeret nocumentũ puero ex oculo faſcinãte: & ſi à principio homines in his obſeruantijs aliquid viri experti ſunt, fuit à caſu: deinde verò opere dæmonũ, cũ homines incipiũt his animũ applicare vt fiant curioſiores, & magis laqueis implicent̃. ¶ Quartum. In omnibus aũt incantationibus vel ſcripturis ſuſpenſis, ſecũdũ S. Tho. duo cauenda ſunt. Primò quidem ne quod profertur aut ſcribitur pertineat ad inuocationes dęmonum. quod eſt manifeſtè ſuperſtitioſum & illicitũ: & ſimiliter ne contineat ignota nomina, ne ſub illis lateat aliquod illicitũ: & ſimiliter ne quid falſitatis cõtineat: quia ſic eius effectus expectari nõ poſſet à Deo, qui nõ eſt teſtis falſitatis. Secũdò cauendũ eſt ne cũ verbis ſacris cõtineant̃ aliqua vana, puta characteres inſcripti, præter ſignũ crucis, aut ſi ſpes habeat̃ in modo ſcribendi, aut ligãdi, aut in quacunq; hmõi vanitate, quæ ad diuinam reuerentiã nõ pertineat: quia hoc iudicaretur ſuperſtitioſum. aliàs autem eſt licitum. Vnde dicitur in decre. xxvj. q. vj. c. nõ liceat Chriſtianis. quod in collectionibus herbarum quæ medicinales ſunt aliquas obſeruationes aut incantationes nõ licet attendere, niſi tñ cum ſymbolo diuino aut dominica oratione: vt tantùm creator & Deus omnium honoretur. Hæc ex illo. De reliquijs autem portandis, habes ſ̃. Reliquiæ. §. iiij. Adde verò primò, ſecundum eum, quòd incantationibus ſerpentum vel quorũcunq; animaliũ ſi reſpectus habeat̃ ſolùm ad verba ſacra & diuinã virtutem, non erit illicitum: plerunq; tamen tales incantationes habent illicitas obſeruantias, & per dæmones ſortiuntur effectum, & præcipuè in ſerpentibus: quia ſerpens fuit primum dæmonis inſtrumentum ad hominem decipiendũ. Adde ſecundò ſecundum Veruec. & Mo. quòd carminatrices ſi nihil ſuperſtitioſum dicunt, docent, aut faciunt, ſed tñ vtuntur licitis precibus & adiurationibus, ſicut per paſsionem & crucem Chriſti, & hmõi, nõ peccãt mortaliter, niſi poſt prohibitionẽ eccleſiæ ſibi factã: prohibendi ſunt tamen viri & mulieres à talibus: quia multa inutilia & ſuperſtitioſa ſolent admiſceri: niſi fortè ſacerdos ſit vel religioſus & diſcretus, aut etiã laicus excellentis vitæ: qui fuſa oratione licita ſuper infirmum manũ ponat: qui tamen fortè deberent à talibus abſtinere, ſi timeretur ne exemplo eorũ alij ſuperſtitioſi aſſumãt ſibi carminationibus abuſum: iuxta illud, Ab omni ſpecie mala &c. de vi. & ho. cle. cùm ab omni. Adde tertiò ſcđm Arc. vt etiam elicitur ex prędictis, quòd ſi tempus vel dies obſeruet̃ ad aliquid faciendum vel omittendum ex cauſa naturali, puta diſpoſitione lunæ ad medicinam ſumendam vel arborem ſuccidendam: non eſt ſuperſtitioſum nec illicitum: ſecus ſi ex falſa opinione: quia putat quis aliquos dies fortunatos vel infortunatos: vt ſi quis vtitur herbis collectis in mane Aſcenſionis, vel balneat ſe in nocte Ioannis Baptiſtæ. Sed tamen limita quando non mouetur quis ex ſpirituali deuotione feſti occurrentis illa die: vnde non eſt ſuperſtitioſum ſi ſacerdos ad celebrandum primam miſſam obſeruet diem alicuius ſancti ſibi deuoti, & huiuſmodi. Adde quartò ſecundum Veruec. quòd breuia continentia quòd ſi quis ea portauerit, non incurret tale vel tale malũ: vel conſequenter tale vel tale bonum, reprobanda ſunt, & peccant facientes, vtentes, & conſulentes: niſi ſint adeò ſimplices quòd excuſentur ignorantia. Adde quintò, ſecundũ eundem Arc. quòd licet vtentes incãtationibus & breuibus ſuperſtitioſis ignoranter, excuſentur fortè à mortali: ſecus ſi audierunt à perſonis diſcretis ea eſſe illicita: quia non videntur poſſe excuſari. ar. viij. diſt. ignoſci.

11 ¶† Vndecimò quæritur, quæ ſit pœna ſuperſtitioſorum? Et dico quòd diuinatores & malefici ſecundum leges capite plecti debent: & ſi accedant ad domum alterius, debent cremari: item omnia eorum bona debent publicari: vt C. de malefi. l. nullus. & l. nemo. & l. culpa. ſed ſecundum canones ſi quidem peccatum occultum ſit, imponitur pœnitentia xl. dierum. extra eo. c. j. Si verò ſit notorium, euchariſtia negatur, de conſe. diſt. ij. pro dilatione. & infames ſunt, etiam qui ad eos concurrunt. ij. q. viij. quiſquis. & de teſti. c. teſtimonium. Et ſi ſit clericus deponendus eſt, & in monaſterium detrudendus: ſi laicus, excommunicandus, ſi renuit agere pœnitentiam, ſecundum Hoſti. xxvj. q. v. non oportet. &. c. ſi quis epiſcopus. &. c. aliquanti. ſed & creſcente contumacia, creſcere debet & pœna. Et omnes tales, ſi ſit notorium, ſunt irregulares, licet poſsit epiſcopus diſpenſare, ſecundum Bern. in c. ij. eo. ti. Secus ſi ſint occulta, quanuis ſecundum aliquos neutro modo efficiantur irregulares, per c. is qui. de ſent. exc. lib. vj. ſed malè, vt patet ex dictis ſ̃. Infamia. §. iij. imò vt recitat Archi. quidam volunt quòd contrahatur irregularitas, etiam ſi ſit occultum. Vide etiam ſ̃. Adiurare. & ſuprà, Maleficium.

SVRDVS ſimul & cæcus vtrum poſsit contrahere matrimonium, ſecundum Hoſti. vt recitat Pan. in cap. cùm apud. de ſpon. ſi poteſt exprimere ſuum conſenſum in contrahendo, debet admitti: aliàs repellitur.

## De Suſpenſione.


1 *Suſpenſio, quid & quotuplex ſit.*
2 *Suſpendere quis poſsit.*
3 *Suſpenſio an ſuſpendatur appellatione.*
4 *Suſpenſione ſententia quomodo feratur.*
5 *Suſpenſio iuris vel hominis quomodo ſit interpretanda.*
6 *Suſpenſio in quibus caſibus incurratur de iure.*
7 *Suſpenſio ſimoniacorum qualis, & qualis diſpenſatio.*
8 *Abſoluere quis poſsit à ſuſpenſione vel interdicto.*


SVSPENSIO, vt hic ſumitur, eſt quædam eccleſiaſtica cenſura, qua interdicitur aliquod officium vel exercitiũ cõpetens certæ perſonæ eccleſiaſticæ, aliqñ à iure, aliqñ à iudice prolata, vt elicitur ex gl. in c. ad reprimendam. de off. or. & in cle. cupientes. de pœ. Quomodo autem à depoſitione & degradatione differat, habes ſuprà. in verbo, Degradatio. Et hæc aliquando dicitur minor, priuans ſcilicet ſolùm participatione ſacramentorum: propter quod ſic ſuſpenſus eligi non poteſt in prælatum, vt in c. ſi celebrat. de cler. excom. mi. non autem priuat facultate exercendi iuriſdictionalia, aut eligendi: & contrahitur ſolùm in duobus caſibus de quibus ĩ. §. vj. in princ. Aliquando verò dicitur in propria, de qua ibi: & aliquando maior, quæ cõtrahitur in alijs caſibus, qui



qui ibi ſequuntur. ¶† Primò autem quæritur, quotuplex ſit ſuſpenſio, ſiue quot modis quis ſit ſuſpenſus? ¶ Et dico quòd quantum ad rem, à qua quis ſuſpenditur, aliquando fit ex toto, ab omni ſcilicet officio ordinũ: aliqñ ab vno ordine & nõ ab alio: aliqñ non ab ordine, ſed ab aliquo alio, puta ingreſſu eccleſiæ, actu prædicationis, & hmõi: de quibus omnibus habetur in gl. cle. cupientes. de pœ. ¶ Quantũ verò ad durationem ſuſpenſionis, aliqñ fit ſimpliciter, aliquãdo ad certum tempus. Et quando fit ſimpliciter: vt cũ quis ſine præfinitione temporis beneficijs priuatur, priuatio intelligitur perpetua. C. de pœ. l. ſeruus. vnde paria ſunt aliqua ſuſpendi ſimpliciter & perpetuò. ¶ Quantũ aũt ad ſuſpendentem qñque fit per ſententiã canonis, quandoq; per ſententiã hominis. ¶ Quantũ verò ad eos reſpectu quorum fit, quibus ſcilicet ex ſuſpenſione aliquid interdicitur, ſuſpenditur aliquis tripliciter, ſecundũ Arc. Primò aliqñ quo ad ſe tñ, quia ſcilicet ipſe prohibitus eſt ab officio: ſed ſubditus vel alius eũ vitare nõ tenetur, etiã ſi ſciret pctm̃ eius. diſt. xxviij. ca. vlt. de coha. cle. & mu. veſtra. ſicut eſt omnis exiſtẽs in mortali. intellige nõ ſuſpendente quo ad alios: & exiſtens in excõmunicatione minori: quia debet abſtinere à celebratione & exequutione ordinũ: aliàs peccat mortaliter exercendo ſolenniter in mortali actũ ordinis ſui, vel in minori excõicatione recipiens aliquod ſacramentũ, diſt. xl. multi. j. q. j. ſacerdotes. nõ tñ efficitur irregularis celebrãdo vel exequendo ordinẽ. Talem ſecundum S. Tho. nullus debet inducere ad celebrãdum vel exequendũ officia ſua, dum ſcilicet certus eſt de malitia eius: tamen nõ potens aliũ habere, excuſatur accipiendo ſacramenta à tali, præcipuè cum eſt ſuperior eius: imò etiam ſi aliũ habere poteſt, ſecundũ Pet. de Pal. quia vtitur iure ſuo & malo eius in bonũ ſuum. j. q. j. ſi fuerit. Sed vide de hac ſ̃. Clericus. ij. §. viij. Secundò eſt quis ſuſpenſus quo ad alios tñ. quod largè dicitur: ſicut ſuſpenſus dicitur clericus peregrinus, qui ex deuotione celebrare permittitur in occulto ſed nõ in publico: licet nõ efficiatur irregularis ſi ſic ſuſpenſus celebret etiã in publico. de quo ſ̃. Peregrinus. §. iiij. Tertiò verò eſt quis ſuſpenſus quo ad ſe & alios, qñ ſcilicet per ſententiã canonis vel hominis ſuſpenſus eſt quis ab officijs ſuis: qui propriè dicit̃ ſuſpenſus: & tenet̃ ab eis abſtinere etiã poſt cõtritionem & cõfeſsionem, quouſq; ſit relaxata ſuſpenſio: aliàs ſuſpenſus diuinis vel officio vel celebratiõe, & huiuſmodi, ſi cõtra faciat peccat mortaliter, & efficit̃ irregularis ſcđm Inno. de ſen. & re iu. cũ æterni. li. vj. & xij. q. iij. ſi quis epiſcopus. etiã ſecundũ Inno. & Veruec. ſi extra eccleſiã dicat horas officiãdo populũ, ſicut in exercitu: ſecus ſi nõ officiando dicat cũ vno vel duobus. ¶† Secũdò quærit̃ quis poſſit ſuſpendere? Et dico quòd ſuſpendere põt ab officio, qui & excõmunicare. de quo ſ̃. Excõicatio. j. notabili ij. vnde laicus aut mulier cum excõmunicare nõ poſsit niſi ex cõmiſsione ſpeciali papæ. di. xxxij. §. verũ. in gl. nõ poteſt etiã ſuſpendere: poteſt tamen ſecundũ Inno. abbatiſſa ſuſpendere à beneficio clericos eccleſiarũ ſibi ſubditarũ, ſi hoc ex cõſuetudine habet, nõ autem ab officio: & generaliter ſuſpendere poteſt, excõmunicare & interdicere quicunq; põt eccleſiaſtica cenſura cogere: quia hæc tria veniunt nomine cenſuræ. de verb. ſig. quærenti. ¶† Tertiò quæritur, quid ſi appelletur à ſuſpenſione potentis ſuſpendere? Et dico quòd appellatio ſuſpendit ſuſpenſionem & interdictũ, ſicut & excõicationem, ſi præcedat: vt in c. ad hoc qm̃. de appel. à cõtrario. Sed limita ſi appellatur ex iuſta cauſa: ſecus ex friuola & nõ probabili: quia ſi poſt eã appellãs celebret, & iudex appellationis pnũtiet eã nõ tenere, erit irregularis: licet aliàs non ſecundũ Ber. & Hoſt. in c. paſtoralis. de app. Non autem ſuſpenditur per ſequentem. de ſent. exc. is cui. libr. vj. tamen ſi appellatio fieret poſt ſuſpenſionem à temporalibus, puta ab ingreſſu domus, vineæ, & hmõi: vel interdictũ aquæ, ignis, & hmõi ſuſpendit. l. nõ tñ. ff. de app. niſi caſus eſſet in quo dãnatũ publicè intereſſet ſtatim puniri. l. cõſtitutiones. ff. de appel. Ex quo patet quòd ſuſpenſionem ab officio vel ingreſſu eccleſiæ nõ tollit appellatio ſequens. d. cap. is cui. quia ſpiritualia ſunt. & idem videt̃: ſi ſit à bñficio. & ſic intellige Inno. in d. c. ad hoc qm̃. & idem ſi ſuſpenſio ſit à canonia, quia ſpiritualis eſt: ſecus ſi ſuſpenſio eſt à perceptiõe fructuũ beneficij, quæ temporalis eſt, vel à præbenda: quia appellatio bene ſuſpendit etiã poſt interpoſita. Io. tñ And. in d. cap. is cui. tenet quòd appellatio ſequens tollat ſuſpenſionem à beneficio. & quod dicitur appellationem ſequentem nõ ſuſpendere interdictũ vel ſuſpenſionem, dicit habere locũ in merè ſpiritualibus, p quæ ligat̃ anima. ¶† Quartò quærit̃, qñ ſententia ſuſpenſionis ferenda ſit? 4 Et dicit Sum. Ang. quòd primò debet fieri in ſcriptis monitione præmiſſa: & quo ad cætera, ſicut de excõicatione dictũ eſt ſ̃. Excõicatio. j. not. iij. & idem de ſententia interdicti: vt patet in c. j. de ſen. exc. lib. vj. ſed illud c. nõ facit mentionem de monitiõe: vñ nec in interdicto ſeruat̃ nec in ſuſpenſione eſt ſemper neceſſaria. Pro quo not. quòd ſcđm Pan. in c. reprehenſibilis. de appe. regula eſt quòd ſine monitione nec ſuſpenſio nec excõicatio ferri debet. Et idẽ dicit de interdicto per c. j. de ſen. exc. lib. vj. Sed ego dico quòd de excõicatione eſt planũ eo modo quo ſ̃. dictũ eſt: & de ſuſpenſione eſt verũ per d. c. reprehenſibilis. licet bene Inno. limitet verũ eſſe, niſi ſuſpenſio fiat in pœnã delicti: quia ſine monitione fieri poteſt. Pro quo videtur text. in c. tam literis. de teſti. & de interdicto idem dicit Inno. & dico de hoc eſſe ar. in c ſtatutũ. de ſen. exc. li. vj. ſed tamen d. c. quod allegat Pan. hoc nõ probat: nec eſt verũ qñ ponitur ex cauſa ſine culpa, vt patet ex practica currente, nec qñ ponitur in pœnam pro culpis ſcilicet præteritis vel præſentibus, arg. c. Romana. §. ſed nec in ſpecie. de ſen. exc. lib. vj. ſed ſolùm qñ ponitur pro cõtumacia, ſicut & in ſuſpenſione dictũ eſt. Excõmunicatio. aũt quia nõ infertur reſpectu præſentiũ aut præteritorũ niſi pro cõtumatia, nũquã infertur ſine monitione ab homine niſi excõmunicet excõmunicatum à iure, de quo Pan. vbi ſ̃. vbi etiã dicit latã ſine monitione tenere. & idẽ de interdicto dictũ eſt ſ̃. & idem eſt de ſuſpenſione. Excepta aũt monitiõe in reliquis fertur ſuſpenſio & interdictũ eo modo quo & excõmunicatio, per d. c. j. ſcilicet in ſcriptis continentibus cauſam & cũ traditione copiæ ſi petatur. Et ſecundò debet fieri abſolutè: ſi verò fiat ſub conditione, non ligat, donec extet cõditio. & idem de interdicto. Et ſi in iure dicatur, ſuſpendatur, deponatur, vel degradetur: cõminatio eſt ferendæ, nõ latæ ſententiæ. di. xxxv. epiſcopus. Et breuiter quod de excõicatiõe dicitur, de ſuſpenſione dicendum eſt, ſcđm Io. And. in c. licet. de ſen. exc. lib. vj. cùm ſit quaſi eadem ratio. ¶† Quintò quæritur, quomodo intelligenda vel interpretanda ſit ſuſpenſio iuris aut hominis, maximè quantum ad pœnas incurrendas per contra facientes? 5 Et viſ Pan. in c. cùm dilectus. de conſue. & in c. ſi celebrat, de cle. exc. mi. dico ſic: Cum ſuſpenſio aliquando ſit à iure, vt in caſibus ĩ. dicendis, aliquando ab homine: harum quædam eſt ab eo quod non pertinet ad actum alicuius ordinis: & tunc contrafaciens non eſt irregularis, ſed alio modo puniri debet. c. autem j. de ſen. & re iu. li. vj. & c. j. de ſen. exc. eo. lib. quæ videntur in oppoſitum, loquuntur quando exercetur aliquid deputatum certo ordini, vt no. in c. cùm dilectus. de conſue. & c. ſi celebrat. de cle. excõ. mi. & in cle. cupientes. de pœ. ¶ Quædam verò eſt ab eo quod propriè eſt actus alicuius ordinis, puta à celebratione,

ab officio,ab ordine,& huiuſmodi:& tunc ſi eſt cum tali modificatione,ſcilicet quouſq; ſatisfecerit vel pœnituerit:contra faciens,eſt irregularis,ſi eſt à iudice:& ſimiliter ſi eſt à iure,ſcd̄m gl.in c.p̄ſenti.de off.or.li.vj.licet verius ſcd̄m Arch. vt no.Ge.in c.quia ſæpe.de elec.lib.vj.nõ ſit irregularis:quia iſte videtur potius à Deo,quàm à iure ſuſpenſus : quod ſaltẽ poſt factũ tenerem. Si verò dicta ſuſpenſio ſit cũ dicta modificatione,ſiue ſit à iudice,ſiue à iure,talis eſt irregularis:vt in dictis ca.primis.ſi tñ eſſet à cõfeſſore ſimpliciter , vel ad tempus,cõtrafaciens nõ eſſet irregularis,ſcd̄m Io.And.in c. is qui.de ſen.exc.lib.vj.quia nõ inuenit̃ iure expreſſum.¶Cũ autem ſuſpenſio multipliciter imponatur , vt dicetur in ſequentibus:vt ſciatur quando concernit actũ ordinum,ſciendum eſt quòd ſi fiat ſuſpenſio à pontificalibus ſolùm : tunc cenſetur quis ſuſpenſus ſolùm ab his quæ dependent ab ordine pontificali,non ab alijs: vnde exercere poterit iuriſdictionalia,quæ ſeparata ſunt ab his quæ ſunt ordinis põtificalis:vt in c.trãſmiſſam.de ele.nec ex hoc efficitur irregularis: ſed ſi celebrãdo in põtificalibus cõtra faciat,ſentit Sum.An. quòd ſit irregularis , tenendo quòd epiſcopatus ſit ordo , vt cõiter tenent Canoniſtæ:ſed quia nõ eſt ordo vniuocè cum alijs,id eſt,in ordine ad corpus Chriſti verũ: ideo melius Sũ. Roſ.poſt.Arc.& Hoſ.& Veruec.Dur.& Pan.in d.c.cùm dilectus.tenet quòd talis nõ ſit irregularis : & pontificalia non ſunt de ſubſtantia celebrationis:nec debemus aliquem irregularem iudicare,niſi inueniatur expreſſum.ar.de pœ.diſ.j. §.pœnæ. ¶Si verò ſuſpenſio ſit à ſacramentorũ perceptiõe vel participatione:etiã contrafaciens nõ eſt irregularis,vt in d.c.ſi celebrat.quia participare nõ eſt ordinis vel officij : cũ etiam laici participent,ſecundum Inno.in c.j.de ſent.excom. & Hoſt.¶Si verò ſit à ſacramentorũ collatione:ſimiliter licet conferat quis ea,nõ eſt irregularis:quia ſine ſolennitate cõferuntur,etiã à laicis,ſcd̄m Ho.in c.j.de ſen.exc. & Ho.ibi Quod limita,ſi cõferat nõ ex ordine,ſed ſimpliciter tãquam laicus.¶Si verò ſit ab ordine,ſi quidem ſit ab ordine ſimpliciter,ſuſpenſus eſt quis à quolibet ordine: & per quãdã cõſequentiã ab omnibus fundatis ſuper ordine, ſcd̄m Pan.vbi ſ̄. vt à iuriſdictione ſpirituali,& ſimilibus.¶Si verò ſit ab ordine epiſcopali,ſolũ eſt quis ſuſpenſus ab his quæ ſunt illius ordinis:nõ autem ab his quæ ſunt iuriſdictionis, ſecundũ eundem,ar.eorũ quæ dicta ſunt qñ quis eſt ſuſpenſus à pontificalibus . ¶Si verò ſit ab ordine ſubdiaconi,intelligit̃ eſſe ab omnibus ſuperioribus:nõ autem econtrario,ſi eſt ab ordine ſuperiori,puta ſacerdotali vel epiſcopali,eſt ab inferioribus: ſed poſſet exercere officia inferiorũ de corpore viti. ſignificauit.Et ſimiliter ſi ſit à collatiõe ordinũ ſimpliciter,eſt quis ſuſpenſus à collatiõe cuiuiſlibet ordinis:& ſi ſit à collatione inferioris ordinis , eſt etiam à collatiõe ſuperioris : ſed non econtrario,ſcd̄m Hoſ.in c.dilectus filius.de tem.or.Et in omnibus prędictis cõtrafaciens eſt irregularis:vt in c.j.de ſen. & re iu.lib.vj.& ſimiliter eo.lib.de ſen.exc.c.j. ¶Si verò ſit à beneficio:dicit gl.in c.cũ Vintonienſis.de elec.quòd talis ſuſpenſio,ſcilicet à beneficio ſolũ extenditur ad fructus beneficiorũ:nõ aũt ad facultatem adminiſtrãdi in ſpiritualibus vel temporalibus.¶Si verò ſit ab officio:dicit gl.in c.audiuim⁹. xxiiij.q.j.quòd nõ eſt propter hoc ſuſpenſus à iuriſdictione: ſed gl.& cõiter Doc.in c.cùm dilectus.de conſu.tenet quòd ſuſpenſus ab officio nõ põt exercere iuriſdictionem,nec eligere,nec beneficia cõferre.Pro quo facit d.c. cũ dilectus.& tex.à cõtrario in c.ſi celebrat.de cle.exc.mi.& placet Inn.& Cõpo.vt ĩ.ad fi.§.vij.Et Pan.dicit quòd verbũ,officij,eſt valde latũ,vñ quicquid habet electus, eſt officij præter beneficium:& conſequenter ſuſpenſus ab officio,videtur ſuſpenſus nedum ab ordine,ſed etiam ab omni officio clericali.Vnde dico quòd eſt ſuſpenſus à pontificalibus,& ab omnibus quæ fundantur in ordine:ſecundum Pan.vbi ſ̄. ac ſi eſſet ſuſpenſus ab ordine,& cõſequenter à iuriſdictione ſpirituali, ſcd̄m cõmuniorem opinionem.Et eſt ratio:quia remota exequutione fundamenti,remouetur & acceſſoriũ,quod eſt iuriſdictio.Nec obſt.c.cùm dilecta.de maio . & obe. vbi abbatiſſa quæ nõ habet ordinem,cõfert beneficiũ quod eſt iuriſdictionis:quia illud cõcedit̃ ſibi ratiõe religionis:nõ religioſo aũt non datur iuriſdictio ſpiritualis nõ ratiõe ordinis.Nõ tamen credo quòd incurrat irregularitatem,ſi ea quæ ſunt iuriſdictionis exerceat:ar.d.c.j.de ſen.exc.lib vj. & in c.poſſunt.de of.or.lib.vj.¶Si iterũ ſuſpenſio ſit ab officio , vtrũ ſit ꝓpter hoc ſuſpenſus à beneficio,aut ecõtrario,ſcd̄m gl.in d.c.quia ſæpe.& in c.præſenti.ſuſpenſus eſt quis ipſo facto ab omnibus beneficijs,ſed nõ ecõtrario.Io.aũt And.cle.cupientes.de pœ.dicit circa hoc multa,nõ clarè loquens.Sed Pet.de Anc. ſuper ea.cle.diſtinguit poſt Gal.Cal.dicens virtualiter ſic:Si quis eſt ſuſpenſus,aut ergo ab officio,aut à beneficio,aut ab vtroq; . Igitur ſi ſit ſuſpenſus à beneficio à iure vel homine, nõ eſt ſuſpenſus ab officio.ar.d.cap.dilectus.Et ratio ad hoc eſt odiũ pœnarũ.de re.iu.in pœnis. Item quia officiũ nõ eſt acceſſoriũ ad beneficiũ,licet ſit ecõtrario . Et intellige hoc ſiue ſit ſuſpenſus à bñficio ſimpliciter,ſiue à beneficio addito ly ſolũ.¶Si verò eſt ſuſpẽſus ab officio:tũc aut ab officio ſolũ:& planũ eſt quòd nõ à beneficio:quia hoc tm̃ ſententię promulgatio voluit:aut ab officio ſimpliciter,ſcilicet nõ addito ly ſolũ:& tũc aut à iure aut ab homine . & ſi à iure,aut propter crimen aut ꝓpter infamiã,aut propter cõtumaciã. Et ſi propter crimen,putat quòd ſit ſuſpenſus à beneficio:vt c.eos.&.c.ſi quis ſacerdotũ.diſt.lxxxj.Si verò ꝓpter infamiã vel cõtumaciã , ſecus eſt,vt c.presbyter ſi à plebe.ij.q.iiij.Si verò eſt ab homine ſuſpenſus ab officio,ſi eſt propter crimẽ graue,eſt ſuſpenſus etiã à beneficio,ſi verò ꝓpter crimen leue,vel etiam infamiã aut cõtumaciã,nõ eſt ſuſpenſus à beneficio,vt in iuribus allegatis.Si verò eſt ſupenſus ab vtroq;:aut hoc eſt per dictionem &:& tũc eſt planũ eũ eſſe priuatũ facultate exercendi iuriſdictionem ſpiritualem , & cõferendi bñficia,& eligendi:ſiue ſit ſuſpenſus ab homine ſiue,à canone inferente pœnã:vt in caſu capituli primi de reg.iu.lib.vj. Aut per dictionem vel:& tũc putat verã opinionem Goſ.ꝙ talis ſententia nõ valet ꝓpter incertitudinem.l.iij.C.de ſen. quæ ſi.cer.quan.Hæc ex illo.Et licet Inno.in cap.paſtoralis. de appel.dicat quòd ſuſpenſus ab officio tm̃,fructus beneficiorum percipere nõ debet:tamen Hoſti . hoc intelligit qñ eſt ſuſpenſus ꝓ graui cauſa:ſecus pro leui vel infamia, & nõ eſt cõtumax.¶Si verò ſuſpenſio ſit à diuinis officijs:tũc non poteſt quis officiare,nec cũ alijs intereſſe ſeu audire,ſecũdũ Hoſ.Goſ.& Rayn.nõ erit irregularis ſi interſit ſolũ vt ſimplex laicus,vt patet ex dictis.Si verò ſuſpenſio ſit ab ingreſſu eccleſiæ,eſt quis priuatus poteſtate exercendi ordinem in ipſa eccleſia:& ſi in ea celebret diuina, quaſi vtens officio ſuo ſicut prius,eſt irregularis,ſcd̄m Gem.in c.is cui.de ſent. exc.lib.vj.& ſimiliter eſt priuatus poteſtate audiendi diuina in eccleſia:nõ tamen ſi ibi audit,eſt irregularis,licet peccet mortaliter:niſi ipſe celebret,ſcd̄m Ge. non autem priuatur poteſtate exercendi iuriſdictionalia,vel eligendi, nec celebrãdi extra eccleſiã.de quo tamen dic vt in d.c.is cui.nec orãdi in ea tempore quo ibi diuina nõ dicunt̃,ſcd̄m Cal.quem ſequitur Ge.in d.c.is cui.& placet per rationem illius ca.nec percipiendi eccleſiaſtica ſacramẽta,ſcd̄m cõem opinionem: cum hoc caſu talis celebrare poſsit extra eccleſiam : ſcd̄m Io.tamen cui interdicitur eccleſia,interdicta intelligunt̃ eccleſiaſtica ſacramenta. xxxiij.q.ij.latorem.¶Si verò ſuſpenſio ſit ab adminiſtratione eccleſiæ tam in temporalibus quàm in ſpiritualibus:talis nõ eſt ſuſpẽſus ab ordine:nec celebrando eſt irregularis,ſecundũ Pan.in c.ſi quorũdã.de ſol. & Io.An. ¶Si verò ſit ab officio prędicationis:non efficitur quis irregularis prædicãdo & celebrãdo:vt no.Pan.& ſequitur Cald.in d.cle.cupiẽtes.ſecus ſi eſſet ab aliquo officio annexo alicui ordini.Si verò ſit à canone propter defectũ corporalẽ,ꝓpter quẽ quis prohibetur promoueri,iuxta dicta ſ̄. Corpore vitiatus.talis ſi promoueatur & celebret, mortaliter quidẽ peccat: nõ tamen efficitur irregularis : ſecundum Pan.in d.c.ſi celebrat.¶Si verò ſuſpẽſio ſit vel fiat ſimpliciter nõ expreſſo ordine aut officio vel beneficio, talis eſt ſuſpenſus à iuriſdictione ſpirituali & collatione beneficiorum, & electione:quia ſecundũ Inn.& Compo.ſuſpẽſus ab officio & beneficio,vel officio tantùm,vel ſimpliciter , intelligitur ſuſpẽſus ab omnibus prędictis:quia appellatione ſuſpẽſionis in genere venit maior.ar.c.ſi quẽ.de ſent.excõ . ¶Si verò ſuſpẽſio ſit minor,de qua §.ſeq.in principio. talis celebrando non efficitur irregularis:vt d.c.ſi celebrat.Similiter ſi ſit improprię vel large dicta,ſicut §.j.dictũ eſt de clerico peregrino:quia ſi celebraret,nõ eſſet irregularis,vt not. Pan.in d.c. ſi celebrat.¶Si verò ſit per annũ,poterit ſuſpenſus celebrare vltima die anni biſſextilis:ſecundũ gl.in c.quæſiuit.de verbo.ſig.ſicut libertas promiſſa ſeruienti per annũ, acquiritur ſi ſeruit ccclxv.diebus.ff.de ſtatu lib.l.cum hæres. §. Stichus ſi hæredi meo.¶†Sextò quæritur, in quibus caſibus incurratur ſuſpẽſio de iure?Et dico ꝙ minor incurritur ex duobus. Primò ꝓpter quodcunq; pctm̃ mortale,in quo quis exiſtens antequã pœniteat,ſuſpenſus eſt ab omni ſacramentorũ participatione:vt in c.quæſitum.de coha.cle.& muli.Scd̄ò propter participationẽ cũ excõicatis,in qua incurritur excõmunicatio minor: impropria verò incurritur, vt ſ̄.§. j. quaſi ad fin.ſed ſuſpẽſio maior & ꝓpria incurritur in multis caſibus de iure.¶Primò em̃ ſuſpẽſus eſt epiſcopus duobus mẽſibus ab officio,ſi poſt ꝓuinciale cõcilium celebratũ intra ſex mẽſes nõ cõuocat oẽs abbates,presbyteros,& clericos,referens eis omnia acta cõcilij di.xviij.c.vlt.¶Secũdò ſuſpẽditur ipſo iure epiſcopus per annũ à celebratione miſſæ,ſi ordinat ſciẽter ſolẽniter pœnitentẽ.di.l v.nullus.¶Tertiò ſuſpẽditur epiſcopus per annũ à celebratiõe miſſæ ſi ordinat aliquẽ inuitũ.di.lxxiiij.c.j.& ij.de quo dic vt ſ̄.Ordo.iij.§.viij.Et ſimiliter epiſcopus vel alius cõferẽs tõſuram clericalẽ infanti,niſi fortè religionẽ intraret,vel illiterato,vel homini alienę diœceſis ſine licẽtia,vel cõiugato niſi velit religionẽ intrare,aut ad ſacros ordines promoueri,quãdo ſcilicet põt, ſuſpẽſus eſt per annum à collatione tõſurę tantum.de tẽp.or.nullus.lib. vj. ¶Quartò,ſuſpẽſi ſunt clerici notorij cõcubinarij.di.xxxij.nullus de quo dic vt ſ̄. Clericus.ij.§.viij.& cõcubinarius.§. iiij.¶Quintò,ſuſpẽſus eſt epiſcopus ordinãs monachũ ſine licẽtia abbatis,à cõmunione aliorũ,cõtentus cõmuniõe ſuæ diœceſis.di.l.lviij.c.fi.vbi quidã exponũt aliorũ,id eſt epiſcoporũ.Similiter ſi ordinat alienũ clericũ ſine licẽtia ſui epiſcopi vel ſuperioris ſciẽter vel affectata ignorãtia,ſuſpenſus eſt per annũ à collatiõe ordinum:& interim clerici ſine eius licentia poſſunt ordines recipere à vicinis epiſcopis.de tẽp. ord.ca.eos.lib.vj. Et ipſi clerici ſic ordinati priuati ſunt exequutione ordinis recepti:ſed epiſcopus poteſt diſpenſare ix. q.ij.Lugdunenſis.de tẽp.ord.quod tranſlationẽ.Et ſi epiſcopus Italicus ordinet clericum vltramontanũ:vide ſ̄.Ordo.iij. §.iiij.¶Sextò,ſuſpẽſus eſt clericus eligens indignum quantũ ad ætatem,legitimitatem,ſciẽtiam,& mores:qui pro ea vice priuatus eſt electione actiua,& à beneficijs eccleſiæ triẽnio ſuſpenſus:epiſcopus verò qui facit vel permittit fieri,pro ea vice priuatus eſt poteſtate conferendi beneficium illud,ſi ad eũ pertinet eius collatio,& ſuſpẽdi debet à perceptione proprij beneficij.de elect.c.nihil.& cap cum in cunctis. Vbi nota quòd tale triẽnium incipit ſtatim poſt delictũ,id eſt, talẽ electionem:& ſi pẽdente tali triẽnio iterum quis delinquat, ſecundum trienniũ incipit ſtatim poſt delictũ,& non in fine primi triennij:ita quòd priora tempora confundantur in ſecundis:vt tenet Io.And.in cle.ij.de magi.& d.c. cùm in cunctis.Sed Pan.in d.c.cum in cũctis. poſt Bar.in l.ſenatus.ff.ad Turpil.diſtinguit:quia quando ponitur pœna vt ſpecies: puta,ſic faciens ſtet ad confinia per decennium à tempore delicti commiſsi:tũc determinatur tẽpus:& ſic decenniũ debet incõtinenti currere:aliàs nõ eſſet decẽniũ ſecundũ aliud: ar. in l.ſi vſusfructus mihi in biẽnium.ff.de vſufr.leg.Quãdo verò pœna opponitur generaliter & indeterminatè:puta dicẽdo,ſtet ad cõfinia per decenniũ:tũc incipit ſcd̄m decẽniũ finito primo:quia aliàs nõ ſolueret pœnã delicti.¶Septimò, clericus cõſentiẽs electioni de ſe factæ per poteſtatis ſecularis abuſum,ſit ineligibilis.& eligentes prima vice ſunt priuati electionis poteſtate.de elec.quiſquis.¶Octauò, ſuſpẽſi ſunt ordinati extra tempora,vel ab epiſcopo qui reſignauit vel à nõ ſuo ſine licẽtia ſui,vel ab excõicato, degradato,ſuſpẽſo,& huiuſmodi:vel per ſaltũ,vel in excõicatione aut apoſtaſia,aut poſt contractũ matrimoniũ:de quibus dic vt ſ̄.dictũ eſt in diuerſis locis,cũ de irregularitate & ordine ageretur.¶Nonò,ſuſpẽſi ſunt ordinãtes ante tẽpora: vel illiteratos,vel nõ ſubditos:de quibus dic vt dictum eſt ſ̄.in materia ordinis.¶Decimò,ſuſpẽſus eſt ab adminiſtratiõe ſpiritualiũ quilibet grauãs eccleſiã ſibi cõmiſſam ꝓ debitis alienis,aut literas ſiue ſigillũ cõcedẽs,quibus poſsint eccleſiæ obligari. de ſol.ſi quorũdã.tñ ſecundũ aliquos nõ ligat hæc ſuſpẽſio, niſi inferiores epiſcopis:& per epiſcopũ põt relaxari:licet facere nõ debeat,niſi prius ſit ſatisfactũ indẽnitati eccleſiæ.de verb.ſig.cũ olim. ¶Vndecimò,ſuſpẽſus eſt clericus duellum offerẽs vel ſuſcipiẽs:poterit tamẽ epiſcopus cum eo diſpẽſare,ſi mors aut mutilatio nõ ſit ſequuta.de cle.pug.in due.c.j. ¶Duodecimò ſuſpẽdũtur quicũq; iudices per annũ cõtinuũ ab epiſcoporũ cõfirmatione & cõſecratione,qui ſe intromittũt de cognitiõe negotiorũ in cauſis electionũ epiſcopatuũ, quãdo antea ad papã eſt appellatũ:aut qui cõfirmationẽ aut cõſecrationẽ cõferunt electis poſt talẽ appellationẽ:& ſi ſolùm cõfirmationẽ cõferunt,ſunt ſuſpẽſi ab ea tãtùm: ſi verò confirmationẽ & cõſecrationẽ,ſic ſunt ab vtraq; ſuſpẽſi: ſimiliter ſi partibus recedẽtibus ab appellatione eam conferat,niſi prius inquirat,ſi partes aliqua prauitate interueniẽte receſſerũt à dicta appellatione.de elect.ꝓuida.li.vj. ¶Decimotertiò ſuſpẽſi ſunt nõ ſeruantes interdictum.de exceſ. prælat.tanta.de quo dic vt ſ̄.Interdictũ.vj.§.iiij.¶Decimoquartò ſuſpenditur per mẽſem ab ingreſſu eccleſiæ proferens ſentẽtiã excõmunicationis,niſi præmiſſa canonica monitione coram idoneis teſtibus de ſent.excom.ſacro.¶Decimoquintò ſuſpenditur per mẽſem ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis officijs ferens ſententiam interdicti,excõmunicationis vel ſuſpenſionis non in ſcriptis:& idem ſi non cõſcribat cauſam ſententiæ:& idem ſi requiſitus non tradat intra mẽſem exẽplum ſcripturæ: & ſi interim exequatur,eſt irregularis,à ſolo papa diſpenſabilis.de ſent.excom.cum medicinalis.lib. vj.de quo dic vt ſuprà,Excommunicatio. j.§.iiij. ¶Decimoſextò , ſuſpenduntur ab officijs,& à quibuſcunq; beneficijs, conuentus,capitula collegia,& ſingulares perſonæ,quæ decedente prælato alicuius eccleſiæ cathedralis vel regularis, vel collegiatæ bona ab eo dimiſſa , vel tempore vacationis

obuenientia occupant:& hoc quandiu ea non reſtituant vel
eccleſiæ vel ſucceſſori, nõ obſtante quacunq; cõſuetudine,
priuilegio aut ſtatuto.de ele.q̃a ſæpe.lib.vj.& in cle.ſtatutũ.
de ele. declaratur hoc habere locũ in omni emolumẽto.qđ
intellige quãdo decedit prælatus principalis.Vide ſ̃.Benefi-
cium.v.in prin.vide etiã j.caſu xx.¶ Decimoſeptimò,ſuſpen-
ditur cõſeruator per annũ ab officio,ſi ſciẽter intromittit ſe
de alijs quàm de manifeſtis iniurijs,de offi.deleg.hac cõſtitu
tione.li.vj.¶ Decimooctauò, ſuſpẽſi ſunt triẽnio ab officio,
id eſt, exequutione officij & adminiſtratione, ſcilicet tẽpo-
raliũ;ſecundũ Io.An.prælati ſubmittẽtes laicis bona eccle-
ſiarũ ſeu iura ſine cõſenſu ſui capituli & licẽtia ſedis apoſto
licæ:& clerici qui hoc ſciẽtes nõ denuntiãt ſuperiori,ſunt ſu
ſpẽſi triẽnio à perceptiõe beneficiorũ illius eccleſiæ.de reb.
eccl.nõ alie. hoc cõſultiſsimo.lib.vj.Ad hoc autẽ ꝙ hæc ſu
ſpẽſio incurratur,requiritur illud qđ requiritur vt ſint excõi
cati laici,qui vi aut metu id exigunt ab eccleſiaſticis.de quo
vide ſ̃.Excõmunicatio.ix.§.xix.¶ Decimononò ſuſpenditur
per annũ ab officio iudex eccleſiaſticus ordinarius vel dele-
gatus,qui cõtra iuſtitiã & cõſciẽtiã in grauamen partis alte
rius in iudicio quicquã facit per gratiã vel ſordes.de ſent. &
re.iud.cũ æterni.li.vj.Sed hoc ſcđm Ber.nõ habet locum in
arbitrio:quod Io.And.dicit verũ,niſi ſuccedat in locũ ordina
rij vel delegati.de offi.deleg.vno delegatorũ.& eadẽ ratiõe
nec in auditore.¶ Viceſimò,ſuſpenduntur epiſcopi & ſupe-
riores ab ingreſſu eccleſiæ:inferiores verò ab officio & be-
neficio qui in ſubditis ſibi dignitatibus,perſonatibus,priora-
tibus,vel eccleſijs bona in ipſis inuẽta poſt mortem rectoris
earum,vel tẽpore vacationis obueniẽtia,quoquo modo oc-
cupant:& tandiu donec reſtituerint occupata:niſi ex ſpeciali
priuilegio,aut cõſuetudine præſcripta eis cõueniant.de offi.
ord præſenti.lib. vj. Et hic caſus differt à xvij.ſ̃ poſito : quia
hic ſunt aliæ eccleſiæ:& cõſequenter alia bona.Itẽ quia hic
ſuſpẽduntur prelati,nõ ibi.¶ Veceſimoprimò,ſuſpenduntur
epiſcopi & ſuperiores ab ingreſſu eccleſiæ : inferiores verò
ab officio & beneficio:qui viſitãtes exigũt pecuniã vel mune
ra,vel à nõ viſitatis procurationẽ recipiũt.de cẽſib.exigit li.
vj.de quo dic vt infrà Viſitatio.§.v. ¶ Viceſimoſecundò ſu-
ſpendũtur ipſo facto epiſcopi & maiores qui vſurarijs mani-
feſtis non oriundis quocũq; titulo cõcedũt domos ad fœnus
exercẽdum donec eos expellant.de vſur.quanquã.&.c.vſura
rum.lib.vj.& ſimiliter ſecundũ Archi.qui permittũt ꝙ ha-
beãt domos cõductas vel habitãt in terris ſuis , ſi intra tres
menſes eos nõ expulerint. ¶ Viceſimotertiò interdicitur in-
greſſus eccleſiæ his qui celebrant præſentibus excõmunica-
tis publicè vel interdictis,aut recipiũt ad ſacramẽta eccleſia
ſtica vel ſepulturã:& tãdiu donec ad arbitriũ excõicatoris ſa
tisfecerint cõpetẽter.de priui.epiſcoporũ.li.vj.& ſi hoc inter-
dicto durãte ingerãt ſe diuinis in eccleſia ſua agẽtes officia
ſicut prius,efficiũtur irregulares.de ſent.excõ.is cui.lib.vj.Et
licet Arch.limitet hoc ad excõmunicatũ ab homine ꝓpter
verbũ,donec arbitrio eius.cuius ſentẽtiã Io.de Fan.quẽ ſeq-
tur Gemini.ibi intelligit de ſentẽtia iuris:& ſic illud verbũ,
cuius ſentẽtiã,expenit,ſcilicet cõditoris,ſi eſt iuris:vel homi
nis,ſi eſt hominis.Quidã etiã limitãt verũ ſolùm quo ad ex-
emptos,ſed melius ſecũdũ Io.An.ligat etiã nõ exẽptos.¶ Vi-
ceſimoquartò ſuſpẽditur triẽnio à beneficijs qui defecerit in
probatione eius quod obiecerit cõtra perſonã electi ad ali-
quã dignitatẽ vel perſonatũ:ad quæ beneficia ſi ſe ingeſſe-
rit intra illud tẽpus,ꝑpetuò priuatus eſt,niſi manifeſtiſsimè
cõſtet ꝙ nõ egerit calũnioſe.de elec.ſtatuimus.lib.vj.Sed in-
tellige in beneficijs quę habet in illa eccleſia ꝓ qua electio
celebratur,de elec.ſi cõpromiſſarius.lib.vj.¶ Viceſimoquin-
tò ſuſpenſi ſunt aliquãdo electores per c.cupientes.de elec.
de quo dic.vt ſ̃.Electio.x.§.vj. ¶ Viceſimoſextò ſuſpẽſus eſt
cõpromiſſarius,ſi eligit ſcienter indignũ. de elect.ſi cõpro-
miſſarius.li.vj.¶ Viceſimoſeptimò ſuſpẽſus eſt ab omi actu
legitimo excõmunicatus maiori.de ſent.excom.ſolet.lib.vj.
¶ Viceſimooctauò ſuſpẽduntur à receptione quorũlibet ad
profeſsionẽ fratres ordinũ mendicantiũ, qui aliquẽ ante an-
num probationis cõpletũ recipiũt ad profeſsionẽ:vt in c.nõ
ſolum,& in c.cõſtitutionẽ.de reg.lib.vj.¶ Viceſimononò ſu
ſuſpenſi ſunt clerici virgatis veſtibus vtẽtes:vt in cle.quoniã
de vi.& hon.cler.de quo dic vt ſ̃. Clericus.ij. §. iij. ¶ Triceſi-
mò ſuſpenditur ab officio quilibet religioſus præſidens mo-
naſterio prioratui eccleſiæ ſeu adminiſtrationi cuilibet,ſi iu
ra, reditus vel poſſeſsiones eiuſdẽ alicui ad vitã ſeu ad certũ
tẽpus cõcedit quouis titulo:nec neceſsitas aut vtilitas id ex-
poſcat monaſterij vel eccleſiæ:& tunc cum cõſenſu cõuen-
tus,ſi habet:aut ſi nõ habet,ſui prælati quod tamẽ ad loca-
tiones & venditiones fructuũ ad modicũ tẽpus nõ extẽditur
vt in cle.j.de reb.eccl.nõ alie.¶ Triceſimoprimò ſuſpendun
tur religioſi habẽtes adminiſtrationẽ vel beneficia ab offi-
cijs & adminiſtrationibus,qui noualiũ aut decimaliũ aut de-
cimarũ debitarum faciunt fraudẽ,ſi requiſiti intra menſem
nõ deſtiterint,vel nõ ſatisfecerint intra duos mẽſes,& tãdiu
donec ſatisfecerint:vt in cle.religioſi.de deci.¶ Triceſimo-
ſecũdò ſuſpendũtur ab officio prædicationis omnes religio
ſi exceptis illis qui decimas recipiũt, qui poſtquã fuerint re-
quiſiti per rectores eccleſiarũ ſciẽter omiſerint facere con-
ſcientiam confitentibus de decimis ſoluẽdis:& hoc quandiu
nõ fecerint,ſi cõmoditatem habuerint:vt in cle.cupiẽtes. de
pœnis.¶ Triceſimotertiò ſuſpenditur à beneficiorum colla
tione abbas vel prior non habens abbatem proprium: alius
verò ab adminiſtratione,ſi quam habet:quam ſi non habet,
inhabilitatur ad habendum beneficium & adminiſtrationẽ, &
hoc per annum,ſi ſotulares nõ corrigiatos & altos,vel capu
tia non ſciſſa portare preſumpſerint:vt in cle.j.de ſtatu mo-
na.Item ſecundũ præmiſſam perſonarũ diſtinctionẽ præfa-
tas pœnas ſuſpẽſionis & inhabilitationis per biennium ipſo
facto incurrunt, ſi venationi aut occupationi clamoroſæ vel
aliàs cum canibus aut auibus ex propoſito interfuerint. Et
loquitur de monachis nigris: & collatio pertinet ad priorẽ
clauſtralẽ cum conſilio & conſenſu maioris partis capituli
ſeu conuentus durante tempore ſuſpẽſionis abbatis vel prio
ris:vt ibi.¶ Triceſimoquartò ſuſpenduntur quilibet etiã epi
ſcopi & ſuperiores per ſex mẽſes ſequentes à collatione ma
giſterij , ſeu doctoratus , qui aliquem promouerunt ad tale
officium, niſi prius recepto iuramento quòd vltra tria Tu-
ronenſium argenteorum in tali doctorationis ſolennitate
nõ exponet:vt in cle.cum ſit.de magi.& hoc ſemeſtre incipit
ſtatim poſt delictum,& eo pendente ſtatim incipit aliud ſe-
meſtre,& non in fine primi ſemeſtris,ſecundum Ioan.Andr.
Sed tu dic vt ſuprà eodẽ .§.caſu vj.Et adde quòd ſi penden-
te tali ſpatio tales cõferant tale officium,collatio tenet ſi ſu
ſpenſio erat occulta:ſi autem erat publica,oportet quòd ite
rum conferatur,ſecundum Io.And.ibidem.arg.cap. ad pro-
bandum.de re iud.Sed quia ſuſpenſio trahit ſecum executio
nem,iuxta dicta infrà Pœna.§.xv.puto quòd iſta collatio nõ
teneat,etiam ſi ſuſpenſio erat occulta,per dicta ſuprà Lex §.
xxviij.¶ Triceſimoquintò ſuſpẽduntur epiſcopi per triẽniũ
ab officio,ſi odij,gratię,aut amoris vel commodi tempora-
lis obtentu cõtra iuſtitiam & cõſcientiam omiſerint proce
dere in crimine hæreſis contra quenquam,vbi fuerat proce-
dendum,aut obtẽtu eodẽ prauitatẽ ipſam vel impedimentũ
ſui officij alicui imponendo quoquo modo vexauerint ali-
quem:



quem:vt in cle.multorum.de hær.¶ Triceſimoſextò ſuſpen
duntur religioſi qui ex adminiſtratione euchariſtiæ , extre-
mæ vnctionis,vel ſolennizationis matrimonij,aut quacun-
abſolutione indebita aliquid acquiſierint , niſi poſtquã fue-
rint requiſiti intra menſem reſtituerint,donec ſatisfecerint:
vt in cle.religioſi.de priuil.¶ Triceſimoſeptimò ſuſpendun-
tur clerici ipſo facto ab officij executione, qui recipiunt ad
cõmunionem vel oblationem altaris manifeſtos vſurarios,&
tandiu donec ad arbitriũ epiſcopi ſatisfecerint : vt in c.quia
in omnibus.de vſur.¶ Triceſimooctauò ſuſpenſi ſunt ab exe
cutione põtificalis miniſterij fratres prędicatores ꝓmoti ad
epiſcopatus vel alias prælaturas,ſi prius recipiũt munus cõ
ſecrationis,quàm reſignent ordini libros,& alia quæ habe-
bãt tempore ſuæ ꝓmotionis:per Clementem quintũ in pri
uil.prouidentia.Triceſimononò ſuſpenſi ſunt ab exequutio
ne ordinũ ſacrorũ,& per ſolũ papã diſpenſabiles,fratres,prę
dicatores perturbãtes Minores in officio inquiſitiõis,& ecõ
trario,per Cle.iiij.in priui.paupertatis.¶ Quadrageſimo.ſu-
7 ſpenſi ſunt ſimoniaci.de quo dic vt §.ſeq.¶ † Septimò quæri
tur,quid de ſuſpenſione & diſpenſatione circa ſimoniacos?
Et dico multa.¶ Primum.Simoniacus in ordine ſuſcipiendo
ſi ſit occultum, ſuſpenſus eſt quo ad ſe & alios ab illo ordi-
ne.extra eo.tanta.ſcđm Inno.Ray.& Pan.ibi:& ab omnibus
alijs ordinibus etiã licitè receptis,ſcđm Veruec.& Innoc.&
conſequenter eſt remotus ab adminiſtratiõe temporaliũ be
neficiorũ ſuorũ.lxxxj.di.eos.ſcđm Inno.& facit gl.j.q.j.repe
riuntur.& in cle.cupientes.de pœ.ſecundũ Veruec.tamen ò-
lim verius,licet modò talis ſit excõmunicatus : dicendũ eſt
quòd cùm pœnę non ſint extendendæ,iſte eſt ſuſpenſus,quã
tum ad ea quæ ordinis,nõ autem quæ iuriſdictionis ſunt: &
debet puniri depoſitione & infamia,ſi de crimine cõſtiterit.
de accu.inquiſitionis.nec põt cum eo diſpenſari niſi per papã
j.q.j.gratia.Si tamen ipſe ignorauit, nõ eſt ſuſpenſus niſi ab
ordine ſic ſuſcepto,ſcđm Inno.in c.j.de ſimonia.eo.tit.Simo
niacus verò in ordine dando ſecundũ Gof. eſt ſuſpenſus triẽ
nio vel perpetuò,ſecundũ Inno .in c.pe.eo.ti.& Pan.in c.per
tuas.el ij.eo.ti.& hoc eſt verius per tex.iuncta gl.in c. ſi quis
à ſimoniacis.j.q.j.& xxxij.di.§.verum.& ſic indiſtinctè tenet
Sum.Ang.ſed Sum.Roſ.limitat poſt.Ray.quia ſi eſt manife
ſtum,ipſo iure ſuſpenſus eſt,etiam quo ad alios.extra eo.ac-
cuſatum.Si verò occultũ, ſuſpenſus eſt quo ad ſe tantùm,ſi-
cut & quilibet criminoſus.extra eo.& ſi quæſtiones.Ordina
tus etiam à ſimoniaco in ordine ſuſcipiendo etiã occulto,vel
in collatione,aut receptione,aut mediatione beneficiorum
eſt ſuſpenſus ipſo iure.j.q.j.ſi quis à ſimoniacis.quãuis in ſua
ordinatione nulla ſit cõmiſſa ſimonia;quia ille ordinator e-
rat priuatus exequutiõe:& nemo dat quod nõ habet. j.q.vij.
Daibertũ.Ignorãtia tñ facti excuſat ordinatũ in receptione
ordinis:& ſi audiuit ordinatorem fuiſſe ſimoniacũ , poterit
miniſtrare in ordine ſuſcepto,licet nõ ad alios ab eodem ꝓ-
moueri,niſi cõſcientiã deponat.extra, eod.per tuas.el ij.vbi
Hoſ.dicit quædã notabilia,quæ habes ſ̃.Scrupulus.§.vl.Sed
cùm ſciuerit,debet abſtinere,donec diſpenſetur & per papã
j.q.j.ſi qui.in gl.Nõ autem excuſat ignorantia iuris.vnde ſe-
cundum S.Tho.ij.ij.q.100.nullus debet recipere ordines ab
his quos ſcit eſſe tales,nec tenetur in huiuſmodi quis ſuis prę
latis obedire:imò ſecundum Arc.poſt Gof. potius debet ex-
cõmunicationem pati.¶ Secundũ . Qui beneficiũ recipit ſi-
moniacè,ſecundũ Pan.in c.tanta.& in c.per tuas.extra eod.
eſt ſuſpenſus:ſed quo ad ſe tñ,ſi eſt occultus,id eſt,ſi nõ cõ-
ſtet per ſententiã vel confeſsionem in iure vel facti euiden-
tiam intergiuerſibilem,ſecundum Roden . non autem quo
ad alios,ſed eſt ſuſpendendus,arg.j.q iij.c .j.& ij.Vnde ſi re-
nuntiat beneficio taliter acquiſito,poteſt vti ordine ſuo poſt
pœnitentiam & alijs beneficijs licitè habitis:illo verò bene
ficio retento,in quo ſimonia commiſſa eſt, pœnitentiam a-
gere non poteſt.de accu.inquiſitionis.Si verò eſt manifeſtus,
ſuſpenſus eſt quo ad ſe & alios ipſo iure.xxxij.diſt.§. verum.
Vnde quamuis beneficio renuntiet, iterum indiget diſpenſa-
tione,ſicut quilibet notorius criminoſus,vt in c.ſi.de tem.or.
Poteſt autem diſpẽſare epiſcopus,modò nõ ſit ille cum quo
ſimoniam cõmiſit.Si tamen ipſe hoc ignorauit,nõ eſt ſuſpẽ
ſus niſi à beneficio ſic ſuſcepto,ſecundũ Inno.in d.c.de ſimo
niacè.Et ita indiſtinctè tenet Sum.An.Sed melius Sum.Ro.
& Sup.poſt Sum.Piſ.& Arc.& Ray.& Gof.& Hoſ.& S.Tho.
vt recitat Arch.in cen.diſtinguit vt prædicta ſint vera in be-
neficio ſimplici, etiã quãtũ ad temporaliũ adminiſtrationẽ,
ſi ſimonia ſit notoria,ſecundum Ray.in curato autem vel di
gnitate etiã ſi ſit occultum, idem eſt iuris ſicut de recipiẽte
ordinem ſimoniacè:quia eſt ſuſpenſus quo ad ſe &alios,non
ſolùm ab actibus omniũ ordinum,ſed etiam ab adminiſtra-
tione tẽporali,ſcđm Inno.& ſolus papa diſpenſat.Cõtra hęc
autem videtur facere c.ex tuæ.de ſimo.volentes quòd ſimo
niacum in ordine occultum non ſit tutũ compellere vt abſti
neat ab officio eius:ſed hoc ideo dicit, quia nõ poterat pro-
bari:cùm quo ſtat quòd ipſe tenebatur abſtinere. & hoc in-
nuit ibi gl.¶ Tertium.Cum ſimoniaco in ordine ſecundum
gl.& Cal.in c.poſt tranſlationem.de renũ.& do.Ant.& Pan.
in d.c.de ſimoniacè.poſt multa diſpenſat ſolus papa,quando
ſcienter actum eſt:epiſcopus aũt quando ignoranter. j.q.v.
præſentiũ.etiã ſi poſtquam ſciuit non renuntiauit,ſed mini-
ſtrauit in ordine ſuſcepto,vel ad alios aſcendit ſecũdũ Rod.
& ſimiliter quando ſcienter,ſed non eſt miniſtratũ in ſic ſu-
ſcepto : quia poteſt epiſcopus diſpenſare quia ad ritè ſuſce-
ptos,licet non quantum ad ſic ſuſceptum , nec quantum ad
recipiendos ante diſpenſationem,ſcilicet papalem : quia pro
motus eſſet per ſaltum,ſecundum Ray.& concordat Albe.
& facit extra eo.ſi quis ordinauerit.ibi : ab ordine ſic ſuſce-
pto.Quod limitat Ray.niſi pecunia eſſet data ipſi epiſcopo:
quia non poteſt ipſe diſpenſare propter turpitudinem ſuam
ſed papa.j.q.j.erga.vel ſucceſſor aut alius ordinarius.¶ Quar
tũ.Cum ſimoniaco verò in beneficio ſciẽter ſolus papa di-
ſpenſat,ſcđm Ber.Ray . & Gof.quod intelligitur in illo be-
neficio,& in quocũq; alio:ſecundũ gl.& Io.And.in d.c.de ſi-
moniacè.ſed ſcđm Hoſt.epiſcopus põt diſpenſare in ſimpli-
ci,ſcilicet ab alio:ſcđm Pan.verò in d.c.de ſimoniacè.etiã in
curato in alia eccleſia etiam cum exequutione ordinum , ſi
modò ſpontè renũtiat : in eccleſia tamen exempta non põt
diſpenſatione epiſcopi habere niſi ſimplex beneficium:& cũ
exequutione minorum ordinũ ſolùm : ad illud verò benefi-
cium,in quo fuit ſimonia commiſſa,vt illud habeat,fieri nõ
poteſt niſi per papam. Si autem expectat ſententiã cõdem-
natoriã,nullo modo epiſcopus põt diſpẽſare ad quodcũq; be
neficiũ in illa eccleſia vel in alia. Cũ eo verò qui ad benefi-
ciũ eſt ſimoniacè promotus ignorãter, ſolus papa diſpenſat
vt illud habeat:in alijs aũt epiſcopus:vt no.in c.præſentiũ.j.
q.v.& in c.ſunt.& in c.nobis.eo.tit.Tanc.tamen in c.ſicut no
bis.eo.ti.tenet quòd etiam in eodem poteſt epiſcopus diſpẽ
ſare,ſi ipſe epiſcopus nõ fuit in culpa.& cõſentit Ray.& pla-
cet.¶ Quintum . Cum ſimoniaco in dignitate epiſcopus di-
ſpenſare non poteſt,ſecundum Inno.extra eo.nobis.imò nec
cum aliquo ſimoniaco ſcientes non poteſt diſpenſare quòd
promoueatur ad dignitatem,etiam pro qua non fecerat ſi-
moniam.j.q.j.ergo.¶ Sextum.In multis autem caſibus ſimo-
niæ poteſt epiſcopus,ſecundum Ray.poſt legitimam pœni-
tentiam diſpenſare. Primò cum eo qui beneficium vel etiã

ordinem contulit ſimoniacè, vel fuit mediator ſimoniæ ſi ſit occultum. Secundò cùm eo qui interpoſuit preces carnales etiam pro non digno: nulla tamen interueniente conditiõe vel pacto, ſi ipſe epiſcopus ſit immunis, alioquin metropolitanus. Sed intellige ſcd̃m Veruec. q̃ñ talia ex cõſuetudine cõpetunt ei. Tertiò in ſimonia cõmiſſa circa exequias defunctorum, conſecrationem cœmeterij & vaſorũ, benedictionẽ veſtiũ, chriſmatis, aquæ, ſalis, panis, & nubentiũ, & hmõi: quia in his nõ prohibetur: & ſic põt, ar. c. nuper. de ſen. exc. & conſentit gl. eius, Vl. Hoſ. & Goſ. quod Arc. intelligit quando ſimonia eſt manifeſta: quia occulta nõ inducũt irregularitatem in huiuſmodi. Vñ dicit Inno. quòd ſimoniaci in benedictionibus & huiuſmodi, ſi occulti ſunt, licet ſint ſuſpenſi quo ad ſe, tñ poſt pœnitentiã licitè celebrant. Quartò cùm eo qui ordinem ſimoniacè recepit, & non miniſtrauit quo ad ritè antè ſuſceptos. Quintò cùm eo qui beneficium ſimoniacè recipit poſtquã reſignauit, in exequutione ordinũ: & ſecundũ glo. eius tam ſuſceptorũ ante beneficiũ quàm poſt:
8 nec tamen vt recipiat nouos ordines, niſi fortè intrauerit religionẽ, & ſimonia eſſet occulta. ¶† Octauò quæritur, generaliter quis abſoluere poſſit à ſuſpenſione vel interdicto? Et dico multa. ¶ Primum. Si imponitur à iure vel ab homine ſi donec ſatisfecerit vel pœnituerit, facta ſatisfactiõe vel pœnitentia relaxatur ipſo facto, ſcd̃m Pan. in c. cùm tu. de vſur. & no. in c. nõ eſt. de ſpon. Si verò imponitur ſimpliciter neceſſaria eſt abſolutio. de quo vide ſ̃. Interdictũ. iij. §. ix. ĩ prin. ¶ Secundũ. Abſolutio aũt fiet ſolo verbo ſcd̃m Hoſ. & ſcd̃m Arch. fieri debet ſub iſta forma vel ſimili: Ego abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis quã incurriſti propter talem cauſam, & reſtituo te exequutioni ordinũ vel officiorũ tuorum in nomine patris, &c. tamen quia ſuſpenſio pertinet ad forũ contentioſum, nec inuenitur determinata forma neceſſaria huius relaxationis: quibuſcũq; verbis vtatur qui poteſt abſoluere abſoluit ſi intendit abſoluere. ar. dictorũ vbi ſ̃. quia ambulant pari paſſu. ¶ Tertiũ. Abſoluere aũt põt epiſcopus ſecundũ cõmuniter Doc. in c. ſi quorundã. de ſolu. ſi eſt impoſita à iure & cõditor canonis ſibi vel alteri nõ reſeruauit: ar. c. nuper. de ſen. exc. Et ita tenet Vin. Hug. Goſ. Inno. Bern. & Io. in gl. ij. q. j. ſi inimicus & Hoſ. & idem eſt ſi cõſtitutionem inferioris approbat & cõfirmat. de cõſti. ex frequentibus. q̃a plus nõ operat̃ ſententiã cõfirmare, quã cõdere. Vñ poterit quilibet ſuffraganeus relaxare: cùm nõ ſit maioris efficaciæ quã ius cõe. Hoc tñ fallit primò ſecũdũ gl. in c. cupientes. de elec. lib. vj. in cle. j. de hær. ſi nõ ſit ſimpliciter poſita, ſed ad tẽpus: quia ſolus cõditor canonis abſoluet. Scd̃ò ſcd̃m Pa. in d. c. ſi quorũdã. ſi ſed inflicta ſimpliciter ſi ꝓpter pc̃tm̃: quia nõ poterit epiſcopus abſoluere niſi in caſibus, in quibus põt diſpenſare: quia pœna ꝓpter delictũ poſita intelligit̃ perpetua: vt in l. ſeruus. C. de pœ. & no. Inno. in c. ex literis. de cõſti. ſecus ſi eſſet inflicta propter cõtumaciã, quia epiſcopus poſſet abſoluere: ar. d. c. ex literis. & quod not. Inno. in c. j. de exceſ. præla. ¶ Si verò ſit ſimpliciter facta ab homine, abſoluet qui tulit, vel eius ſuperior, ſecundum quod dicitur de ſent. excom. xiij. q. j. ſi Petrus. ¶ Quod tamen aliquando fallit in aliquibus caſibus, in quibus reſtitui quis non poteſt à ſuo ſuſpenſore, ſed ſolùm à papa. Primò quando clerici regulares propter exhibitionem ſacramentorum hæreticis, aut propter receptionem eleemoſynarum, vel oblationum, ab eis, vel traditionem eorum eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſunt priuati officio ab eorum ordinarijs. de hære. excommunicamus. Secundò ſuſpenſo à collatione beneficiorum per concilium poſt primam & ſecundam monitionem inuento culpabili in conferendo beneficia indignis. de præben. graue. poſſet tamen iſte ab vno patriarcha principali reſtitui: vt in d. cap. graue. Tertio in degradato. cap. ex tuæ. de cleric. non reſid.

¶ SVSPICIO, vide ſuprà Iudicium & præſumptio.

SVSVRRATIO ſecũdum S. Th. ij. ij. q. lxxiiij. eſt obloquutio mala de proximo facta occultè ad diuidendam amicitiam aliquorum. Vñ ſuſurro & detractor cõueniũt in hoc quòd vterq; dicit mala de proximo in eius abſentia: ſed differũt in fine ſiue intentiõe: quia ſuſurro intendit amicorũ diſcordidiam: detractor verò famæ læſionem. Eſt aũt nedum peccatum mortale, ſed grauiſſimum: quia amicitia præeminet inter bona exteriora. Hæc ex illo. Si quis autem referat ea, quæ de ſe nata ſunt facere diſcordiam magnã, licet hoc nõ intendat, videtur mortale, ſi ſit ex lata culpa, ar. eorũ quæ dicta ſunt de detractiõe ſ̃. Detractio. §. j. niſi hoc faceret ad præſeruãdum amicũ ab iniuſto nocumento: vt ſi dicatur, caue à tali, quia inſidiatur vitæ tuæ: quia propriè tunc non intenditur diſcordia, ſed vita. Si tamen amico qui auiſatur minus malum eſſet idquod ei imminet ex alio, quàm diſcordia cum eo, mortale videtur tunc referre ea quæ ſunt cauſa diſcordiæ: quia eſt cauſare diſcordiam ſine cauſa rationabili.

## De Tabellione & Inſtrumentis.

1 *Tabelliones quis creare poſſit*
2 *Notarius quis & qualis creari debeat.*
3 *Tabellionis officium an exerceat clericus vel religioſus, ſi prius illud habebat.*
4 *Tabellionis authoritas quò ſe extendat.*
5 *Tabellio an cogi poſſit.*
6 *Tabellionum quod ſit ſalarium.*
7 *Notarius delinquens qualiter puniatur.*
8 *Tabellio quando teneatur ad reſtitutionem.*
9 *Inſtrumentum vt ſit validum quot requirantur.*
10 *Falſum quõ inſtrumentũ, reſcriptũ, bulla vel alia ſcriptura.*
11 *Legatum factum tabellioni ſcribenti an valeat.*
12 *Inſtrumentum qualiter reprobetur per teſtes.*
13 *Inuocatio inſtrumenti vel priuilegij qualiter fiat.*

TABELLIO eſt perſona habens publicũ officium ſcribendi inſtrumenta ad faciendũ fidem: aliàs dictus tabellarius: vt in l. generali. C. de tab. ſcri. vel notarius, de cuius multiplici nomine no. in c. q̃m cõtra. de proba. Inſtrumentũ autem dictũ ab inſtruendo. l. j. ff. de fi. inſtru. Sed Hoſ. in Sum. ti. de fi. inſtr. & ſcd̃m Spe. ti. de edit. inſt. eſt ſcriptura ad aſſertionem ſeu probationem alicuius rei facta.
1 ¶† Primò verò quæritur, quis poſſit creare notarios ſiue tabelliones? Et dicit Aug. de Anc. in li. de pote. eccl. quòd ſolus papa & Imperator, vel cui iſti cõmiſerint: ſed adde, & qui horum iura præſcripſerit. Nã dico quòd hoc Princeps, id eſt, Imperator, & cui ipſe cõmiſerit, & reges non recognoſcentes ſuperiorem, & ciuitates habentes iura principis, & papa: vt voluit Inno. in c. cùm P. de fi. inſtr. & Bar. in l. infamem. ff. de pub. iud. & idem dic de alijs magiſtratibus iuriſdictionem habentibus reſpectu iuriſdictionis eorum: & non ſolùm ſi in temporalibus: ſed etiam in ſpiritualibus præſint. vnde ſecundum Ray. epiſcopus poteſt conſtituere notarium in eccleſiaſticis per totam diœceſim ſuam. de quo vide Pan. in d. c. cùm P.
2 ¶† Secundò quæritur, quis & qualis debeat creari notarius? Et dicit Aug. de Anch. vbi ſ̃. quòd cùm ſit perſona publica publicæ vtilitati deſeruiens, debet primò eſſe de legitimo matrimonio natus: ſecundò debet eſſe liber, & non ſeruus. C. de tabul. & ſcri. ſi tamen ſe gerit ꝓ libero, & nõ ſit: valebũt inſtrumẽta per eũ facta donec de veritate cõſtiterit, ſecundum Aug. de Anch. pro quo vide Pan. in cap. ſicut te. ne cle. vel mo. Pro hoc aduerte quòd ſecundum Spec. nõ valẽt inſtrumẽta exercẽtis publicè officium tabellionatus, ſi à nemine habuit poteſtatẽ: ſecus ſi eam habuit à ſuperiore, ſed propter aliquẽ defectũ nõ poterat habere vel exercere illud officiũ. quo caſu loquitur. l. Barbarius. ff. de of. præto. Et tertiò debet, ſecundũ doc. eſſe peritus, & ſecundũ. Bar. in l. fi. C. de tabu. debet ſcire ſummã, & ſimilia quæ pertinẽt ad artem notariæ: aliàs ſibi imputatur: nõ tamẽ tenetur eſſe doctor, & facit q̃d no. Inn. in c. cũ in cũctis. de ele. Tenetur autẽ de dãno ex imperitia ſua dato. ar. l. illicitas. §. ſicuti. ff. de off. præſi. & not. Pan. in c. j. de fide inſtr. quartò debet eſſe laicus: quia ſecundũ Ray. clericis in ſacris cõſtitutis iſtud officiũ, eſt penitus interdictũ: imò ſi illud habẽt, cõpellẽdi ſunt illud dimittere per ſubtractionẽ beneficij appellatione poſtpoſita. ne cle. vel mo. ſicut. Ex quo infert ibi Pan. quòd tabellio effectus clericus nõ perdit illud officiũ ipſo facto: nec ecõtrario clericus perdit clericatum vel beneficium, etiã exiſtẽs, in minoribus, ſi fiat tabellio: ſimiliter nec perdit officiũ ſi fiat religioſus: ſed exercere nõ debet niſi vt dicetur: & idẽ ſi fiat de curia vel aduocatus. de quo vide ibi per eũ, & §. ſeq. Quintò debet eſſe & recipi iuratus ꝙ fideliter exequat̃ officiũ ſuũ. Iurare aũt cõſueuit ſcd̃m Hoſt. vt refert Io. An. in nouel. ſup c. ſicut te. ne cler. vel mo. & ibi Pan. Primò de his quæ videbit & audiet & requiſitus fuerit, ſine diminutiõe veritatis & cõmiſtione falſitatis cõficiet inſtrumẽtũ. Secũdò ꝙ iniũcta ſibi ſecreta celabit. Tertiò quòd ſuper contractu vſurario vel in fraudẽ vſurarũ inito nõ cõficiet inſtrumẽtũ ſciẽter. Quartò quòd de omnibus inſtrumẽtis quæ reddet protocolla tenebit. vnde debet tria exẽplaria facere, & dare vnũ actori, & vnũ reo, & vnũ originale retinere pro ſe, cui magis credetur. di. l. ix. verum. di. lxxvij. ieiuniũ. C. de edẽ. in auth. ſi quis in aliquo documento. & hoc niſi originale reprobetur per teſtes, qui fuerint præſentes. de ſent. excõ. ſacra. Quintò ꝙ fidelis erit ei à quo cõſtituitur: & ſi ſciret damnũ eius tractari, per ſe vel per nuntiũ reuelabit. Sextò quòd illud officiũ ſic ſibi iniunctũ cupiditate, odio timore & amore, remotis, omnia ſecundũ bonam cõſcientiam exequetur.
3 ¶† Tertiò vtrũ aliquo caſu clericus vel religioſus poſſit hoc officiũ exercere de iure vel de facto ſi prius illud habebat? Et dico multa. ¶ Primũ. Nullo caſu clericus poteſt licite poſt ſacros ordines ſuſceptos effici tabellio: intellige per principẽ laicũ, licet ſi efficiatur nõ perdat clericatũ, vt dictum eſt §. priore. nullo etiã caſu eſto quòd ante ſacros ordines eſſet tabellio, licitè poteſt tale officium exercere in cauſis ſecularibus, ſecũdum Pan in d. c. ſicut. tum quia hoc officiũ eſt vile, cum tabellio dicatur ſeruus publicus. vt in c. ij. de vſur. lib. vj. & ff. de adop. l. non enim. tum quia eſt officicũ ſeculare: ab huiuſmodi aũt officijs debent clerici abſtinere. ne cle. vel mo. c. j. In cauſis verò eccleſiaſticis ſimiliter nõ poteſt licitè ſi ſit inſtitutus à principe ſeculari: quia ita videtur ſentire Hoſt. & Innoc. in d. cap. ſicut. quod tamen de mente Pan. ibidem limitatur: niſi hoc faceret corã papa vel eius curia: quia papa admittendo videtur eum habilitare: ar. l. idem Vlpianus. ff. de excuſatio. tut. Si verò ſit inſtitutus à papa vel epiſcopo quo ad ſuã diœceſim, licitè hoc poteſt. cum propter ordines ſacros aut beneficium non debeat illi eccleſiaſticum officium interdici: argu. cap. tua el ij. de deci. & de iudi. decernimus. & de arbit. contingit. Et ita indiſtinctè tenet Angel. ſed melius. Summa Roſ. poſt Panor. in dicto cap. ſicut. limitat verum extra curiam papæ, quando non habet competens beneficium: aliàs non licet, cùm indiſtinctè prohibeatur in dicto ca. ſicut. quia vt dicit gloſ. ibi, eſt quoddam genus negotiationis quod clericis prohibetur. extra ne clerici vel monachi. cap. j. ¶ Secundũ. Si autem clericus ſit quidem in ſacris, ſed non habeat beneficium, ſecundum Panor. poſt Hoſt. poteſt hoc officium exercere: intellige etiam in cauſis temporalibus: imò plus dicit Io. And. hoc officium non prohiberi præciſe clericis, ſed cauſatiuè, ſcilicet per ſubtractionẽ beneficij. Vnde non poteſt prohiberi clerico in ſacris indiſtinctè, ſed cauſatiuè ſi vult tenere beneficiũ, id eſt, ſub hac cõditione. Pan. non placet hoc ſecũdũ, vt ſcilicet detur ei optio tenẽdi beneficiũ vel exercẽdi tabellionatũ: ſed primũ, ſcilicet quod hoc officium exercere poteſt ſi nõ habet beneficiũ: quia tũc põt exercere licitã negotiationẽ. d. c. j. ne cle. vel mo. ¶ Tertium. Si verò clericus non ſit in ſacris, ſed in minoribus, poteſt hoc officiũ exercere ſecundũ Io. An. in d. c. ſicut. per tex. ibi, qui facit mẽtionem de conſtitutis in ſacris. quod licet do. Ant. velit limitare niſi ſit beneficiatus: tamen limitationem non approbat Panor. prima facie. quia text. ille videtur in contrarium, cum prohibeat clericis in ſacris ſub priuatione beneficiorũ: & cõſequenter non procedit in minoribus, quantuncunq; ſint beneficiati. & ita tenet Sum. Ang. & Roſ. ſed re vera Panor. tandem limitationem approbat & probat., tum quia officium eſt vile & ſeculare, & conſequẽter interdictum omnibus clericis ſaltem beneficiatis: tum quia beneficiatis in minoribus prohibetur officium poſtulandi: ergo fortius iſtud quod eſt viliſſimum: vt not. gl. in l. vniuerſos. C. de decu. li. x. tum quia eſt genus negotiationis: vt in glo. & conſequenter prohibitum beneficiatis: vt in c. j. ne cle. vel mona. niſi is, qui eſſet beneficiatus inſufficiẽter: quia ꝓpriè beneficiatus non dicitur: ar. c. ij. de trãſla. præla. & idẽ videtur tenere Hoſt. hæc ex Panor. & idem Ray. & ad illud verbũ, in ſacris: dicit ꝙ ſumuntur ſacri largè pro omnibus ordinibus, qui indubitanter ſunt ſacri: vt not. xxxij. diſt. in Sum. ¶ Quartum. Religioſus autem qui in ſeculo fuit tabellio, illud officium exercere nõ poteſt niſi contra hæreticos: vt not. Ioan And in ca. vt officium. de hære. lib. vj. ſecundum Veruec. tamẽ in Spe. vetera inſtrumenta poterit cõplere, ſed non aſſumere noua. l. alienationes. ff. famil. ercif. & de Iudæ. c. Iudæi. ¶ Quintũ. Si autẽ clericus de facto non obſtante dicto ſtatuto fecit inſtrumẽtum, ſecundum Inn. valet, ſi fecit antequã interdiceretur ei aliàs nõ. Et poteſt eſſe ratio ſecundum Io. An. quia interdicto officio interdicta eſt eius exequutio. ar. c. paſtoralis. de app. aliàs hæc interdictio eſſet deluſoria. Sed ipſe Io. An. tenet ꝙ valeat etiã poſt interdictũ, licet poſſet priuari beneficio. Et mouet̃: q̃a ibi hæc ſola pœna imponitur: vñ aliã inuenire nõ debemus. Pet. autẽ de Anch. reprobat rationẽ. Io. An. q̃a appoſitio pœnæ in actu iure prohibito cõfirmat actũ cõtra inhibitionẽ attẽtatũ, vt not. Bar. in l. prætor ait. ff. de no. ope nun. vnde dicit meliorẽ rationẽ: quia annullatio inſtrumẽti ꝓpter carẽtiã fidei nõ cõcernit clericũ, ſed partes, quibus prohibitio nõ eſt facta: vnde poſſet dici ꝙ ſi per edicta ſolẽniter publicata ſit facta interdictio clerico, ita quòd potuit in notitiã populi veriſimiliter tranſire, nõ valebunt inſtrumenta: aliter ſecus: ſicut obſeruatur in prodigo, cui bonorum adminiſtratio eſt interdicta: vt l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. Et idem in effectu Panor. ſentit, dicens quòd ante interdictum valebant, ex quo tolerabatur in officio, ratione publici officij: poſtea verò non valebunt, ſi interdictum factum eſt per ſuperiorem palàm & publicè: quia geſta ratione publici officij poſt ſuperioris interdictum non tenent: vt in c. veritatis de dolo & contu. Nec poteſt allegari tolerantia, ex quo publicè emanauit prohibitio. Si verò nõ fuit factũ publicè. tenent in præiudicium prohibiti, vt poſſit beneficio priuari: vt in d. c. ſicut. ſed geſta ratione publici officij tenent, ſaltem quo ad ignorantes: de quo ſuprà Excommunicatio. iij. §. xxiij.

4 ¶†Quartò quæritur,ad quid vel vbi ſe extendat tabellionis
authoritas?Et dico multa.¶Primum.Secūdū Pan.in c.cum
P.de fide inſtru.licet inſtrumēta cōfecta à notario in terri-
torio eius qui eū cōſtituit,valeāt extra territoriū,ſecundum
cōmunē opinionē:nō tamē pōt extra territoriū ſuū inſtru
menta cōficere.Vnde creatus ab Imperatore nō cōficiet in
terris papę:nec ecōuerſo.Et ita refert & tenet Sū.Ang. Sed
Pan.ibi addit quòd creatus à papa cōficere poterit in terris
Imperij,& ecōtra,per viā approbationis ſeu de cōſenſu par
tiū:quia poteſtas à principe cōceſſa exerceri pōt extra terri
toriū in his quæ ſunt volūtariæ iuriſdictionis & poteſtatis.l.
ij.ff.de offi.procon.& ca.nouit.& quod ibi no.de offi.lega.
Si verò fuit cōſtitutus ab alio quàm à principe, inſtrumētū
cōfectū ab eo extra territoriū inter extraneos ſecūdū cōmu
nem opinionē nō facit fidē,ſimiliter nec inter ſubditos con-
ſtituētis,ſecundū cōiter doc.excepto Bal.Et mouētur ꝗa iu-
riſdictio etiā volūtaria cōceſſa ab alio quàm à principe,ex
erceri nō poteſt extra territoriū cōcedētis,per l.ij.ff.de off.
procon cum ibi not.& ſatis in hoc poſſet ſtari cōſuetudini:
vt dicit Spec.hæc ex Pan.qui etiā idē ſentit in d. c. ſicut. vbi
vult cū Pet.de Anch.ꝙ tabellio Imperialis de cōſenſu par-
tium etiā inter nō ſubditos cōficit inſtrumēta.& idē Bart.&
Bal.& Gaſp.Cal.& do.Ant.vt ibi patet.Et ita tenet, & adde
ꝙ tabellio papalis ita vbiq; poteſt cōficere,ſicut Imperialis
in terris Imperij: cum papa vbiq; ſit Imperator quantū ad
ſpiritualē & tēporalē iuriſdictionē:vt ſ.in verbo,Papa,ꝓba-
tum eſt.Vñ ſcđm Arch.tabellio inſtitutus à papa vbiq; pōt
cōficere.¶Secundū. Tabellio inſtitutus à laico cōficere pōt
inſtrumēta ſup eccleſiaſticis negotijs,vt bene probat Pan.
in d.c.ſicut.& ita ſeruatur in facto,licet aliqui cōtrariū ſen-
ſerint.de quo vide ibi. ¶Tertiū.Si tabellio faciat formā in-
ſtrumēti per aliquē cōtrahentiū ordinari:& deinde ipſe redi
gat in publicā formā, ſecundū Spec.valet:vt xlj.q.ij.cum re
dēptor.ibi,ſcribendā dictauimus.Non tamē debet officium
5 ſuum delegare.vt in auth.de tabel.¶†Quintò quęritur vtrū
tabellio cogi poſſit?Et dico ꝙ debet eſſe requiſitus & roga-
tus:vt in Spec.de inſtru.edi.vt eſt gloſ.in verbo requiſiſti. in
cle.Romana.de iureiu.Sed ſi rogetᷣ cōficere cōpellitur: ꝗa
hoc cōtinetur ſub eius iuramēto:vt ſ.§.ij.Vnde ſcđm Hoſt.
ſolet requiri ſub pœna officij ſui quòd inſtrumētū cōficiat.
qđ ſi nō fecerit.periurus videtur nec ſuis inſtrumētis poſtea
credetur,arg.c.teſtimoniū.de teſti.quā requiſitionē qſq; de
populo facere pōt.de teſta.relatū.& pro tāto dicitur ſeruus
publicus.Sed & ſi mādato ſuperioris cōficere nolit,priuatur
officio.ſecundū Bal.in l.prouidēdū.C.de poſtu.qđ limita,ni
ſi aliud officiū habeat,& exequutus fuerit quinquēnio:quia
tunc inuitus rogari nō pōt: vt eſt caſus, & ibi not.Ang.in l.
j.C.de tab.lib.x.Sed nec poteſt ad libitū renūtiare officio ta
bellionatus: quia nemo poteſt renuntiare ſuo officio, niſi in
manibus ſuperioris cōcedentis.l.legatus.ff. de offi. præſi.de
6 renun.admonet.ad quod Bal.inducit l.filijs.ff.de fur.¶†Sex
tò quæritur,quid de ſalario tabellionū aut procuratorū,qui
aliquādo ſunt tabelliones? Et dico multa.¶Primū.Quantū
ad tabelliones ſecundū Veruec.in Spe.ſcriptura,quā faciūt,
eſt forēſis ſeu iudicialis,vt acta iudiciorū proteſtatiōes,emā
cipationes,& huiuſmodi,quæ corā iudice & notario fiūt ad
talem iudicē, corā quo actum eſt,ſpectat partes reuelare ſi
ſalarium immoderatum exigitur.de pœ.di.j.nemo.de offic.
dele.cum te.& tales improbos exactores punire. C. de offi.
præſe.l.peto. Si verò ſcriptura ſit extraiudicialis:puta inſtru
mentū depoſiti vel ſolutionis vel procurationis vel vendi-
tionis & huiuſmodi,debet hoc per loci ordinariū expediri:&
qđ conſuetum eſt taxabit per ſe vel per alium,inſpecta con-
ditione litigatoris,conſuetudine fori, & cauſæ qualitate.iij.
q.ij.§.tria.de ſimo.c.j.x.q.ij.hoc ius.Sed adde quòd etiā ſi no
tario tempore rogationis ſolutum eſt pro inſtrumēti confe
ctione,debet iterum ſolui quādo copia petitur. gl.eſt in l.ſi.
§.exēplaria.C.de prin.agen.in re.li.xij.Si tamē aliquid acci-
pit etiā à ſponte ſoluēte vltra propriū ſalarium quādo illud
habet,punitur,ſecūdū Bal.in auth.ſed hodie.C.de epiſ.& cle
ri.¶Secundū.Quantū verò ad procuratores dicit idem quòd
nō poteſt procurator de certa parte litis paciſci,puta media
vel quota:alioquin pactio nō valet,ſed punitᷣ talis.ff.de var.
& extraord.cog.l.j.§.aduocatorū.nec eius ſalarium, cum &
ipſe ſit aduocatus.iij.q.viij.c.j. & econtario poteſt excedere
centum aureos,ſicut nec ſalarium aduocati.d.l.j.nec in qua-
cunq; cauſa nomine palmarij poteſt accipere vltra xx.libras
Turonenſium.Salarium etiam ſeu merces incertæ pollici-
tationis,nulla ſcilicet præcedente interrogatione oblato ſa
lario:vt cum dicitur,fac hoc & faciam illud, peti nō poteſt.
C.mād.l.ſalarium.In quo tamē diſtinguitur:quia ſi promitti
tur incertū re & genere,puta bene faciā tibi,vel recognoſcā
ſeruitiū:peti nō poteſt.d.l.ſalariū.Si verò ſit re tātum incer-
tū,ſed genere certum:puta,promitto equum aut veſtes: vel
faciā te militē nō dicendo quē equū, vel quas veſtes,vel quā
tum pro militia dabitur: tunc eſt penitus incerta promiſſio,
ideoq; peti poteſt,ar.C.māda.l.j. & taxabitur hoc arbitrio
boni viri.ff.pro ſocio.l.ſi ſocietatē. Si verò certum re & ge-
nere promittitur: puta promitto talē equum vel talē veſtē:
aut faciam te militē,& dabo pro militia tantū:ſubdiſtingui
tur:quia ſi fuit hoc deductū in ſtipulatione, certi cōdictione
petitur.Inſti.de verbo.oblig.in prin.Si verò nō fuit ſic dedu-
ctum,ſed nudo pacto promiſſum,petitur alijs actionibus,vt
ibi diſtinguitur.¶Tertiū. Quādo autem debeatur ſalarium
procuratori:dic quòd locāti operas pro aliquo faciendo vel
exercendo.puta aduocato,medico procuratori, & ſimilibus
promiſſum debetur opere finito. argu. C. de ſuffra.l.vnica.
¶†Septimò quæritur,quid ſi delinquat notarius? Et dico ꝙ 7
ſi ſcribat falſum inſtrumentū immunitatis; punitur igne.l.j.
C.de immu.ne.cōce.li.x.Si verò ſcribat illicitum inſtrumen
tum,perdit manū.c.Imperialē.§.ſcriba.de ꝓhi.alie. per Fe-
der.Si verò ſcribat inſtrumētū de actu à iure reprobato,pu-
niri poteſt,ſecundū Pan.in c.j.de fide inſtru.vbi vide.Si verò
ſcribat inſtrumētū vſurarū,eſt periurus,ſecundū Hoſt.ſi hoc
facit ſciēter:quia cōmuniter ſolēt iurare ſe talia non factu-
ros:& cōſequēter eſt infamis.vj.q.j.infames.& c.quicunq;.&
videtur periurus ipſo iure,ſecundū dicta ſ.Periurium.§. vlti.
ex doctrina.S. Tho. ij.ij.q.xcviij.ar.iij.cū ſuū iuramētum ſit
promiſſoriū & ſolēne,& conſequenter admitti nō debet ad
teſtimonium:vt in c.quicunq;.& xxij.q.v.paruuli.& ſi de hoc
egerit pœnitentiā.extra de teſti.teſtimoniū.nec vltra poteſt
inſtrumēta cōficere:ſecundum Hoſt.Sed intellige quòd nō
poteſt teſtari aut conficere ſi factū ſit notorium, adeò quòd
non poſſit tergiuerſatione celari:vel ſequuta ſit ſentētia de-
claratoria.Et ſic limita quæ habes in Aur.Ro.caſu xxiiij.nec
poteſt reſtitui ab aliquo citra eum qui poteſt eum inſtitue-
re notarium:quia nō eſt nūc ad illud officiū habilior, quàm
ante ſuam infidelitatem.Vtrum autē reſtituere teneatur,in-
frà Vſura.vij.§.vij.¶†Octauò quæritur,quando tabellio te- 8
neatur ad reſtitutionē?Et dico ꝙ tenetur primò ſi ex igno-
rātia ſuæ artis damnū dedit:vt in l.illicitas.de offi.præſi.& in
regula,nō eſt ſine culpa.de reg.iur.lib.vj.& ſecūdò ſi falſifi-
cat inſtrumētū vel alias ſcripturas ipſe vel alius,tenetur par
ti de omni damno inde ſequuto,per dictam regulā:quia dāt
cauſam efficacem damni.& idem dic de ſciēter vtentibus ta
libus ſcripturis.Tertiò quādo prece vel pretio teſtamēta vel
alias
alias ſcripturas tabelliones deſtruūt eadem ratione:& ſimi-
liter quando huiuſmodi occultant, requiſiti tenentur ad o-
mne damnū ſ.Reſtitutio.ij.§.xvj. in fin. Secus ſi nō requirā-
tur:quia nō tenētur ſcripturas ingerere his quorū intereſt.
Quartò quādo cōficiūt inſtrumēta renuntiationū,apponen-
tes clauſulas,quarum vim ignorant contrahentes:ſi inde ſe-
quatur damnū.Quinto quādo conficiunt inſtrumenta ſuper
vſuris.de quo infra Vſura.vij.§.vij.¶†Nonò quæritur quot
requirātur ad hoc vt inſtrumentū ſit validum?Et dico quòd
ſunt nouē ſecundū Veruec.in Spec.li.ij.c.xliiij.Primò enim
requiritur inuocatio nominis Domini,incipiēdo,in nomine
Domini amē:xxiij.diſ.in nomine domini.vel in nomine Do-
mini noſtri Ieſu Chriſti:vel in nomine Patris & Filij & Spiri
tus ſancti.& hoc in arduis & perpetuis inſtrumentis. In mi-
noribus autem & intra breue tēpus defecturis, & in publica
tionibus actorū iudicialiū,niſi ſit ſentētia diffinitiua,non eſt
vis ſi omittatur,& inchoetur anno domini &c.Secundò an-
nus domini quotus:ſicut à natiuitate Chriſti, vt in quibuſdā
partibus:ſiue ab incarnatiōe,vt in alijs. in quo cōſuetudo ſer
uādaeſt.¶Tertiò indictio:vt patet in d.c.in nomine domini.
Quartò menſis & dies.Quintò nomē papæ in terris ſuis,vel
Imperatoris in imperio,aut regis in regno. Sextò locus ge-
neralis:puta ciuitas aut caſtrū: & ſpecialis:puta domus & ca
mera.¶Septimò teſtes.nec eſt neceſſariū de iure apponere
ad hoc vocatos & rogatos,niſi in quibuſdā caſibus.¶Octauò
nomē & prænomē tabellionis,& cuius authoritate ſit tabel
lio.Nonò ſingnū notarij:in quo tamē cōſuetudini ſtandum
eſt.Vnde Narbone notarij ſignis nō vtūtur. Adde ex Pan.
in c.j.de fide inſtr.Decimò ꝙ cōfectum corā partibus lega-
tur.Vndecimò ꝙ appareat notariū fuiſſe rogatū.Duodeci-
mò ꝙ notarius ſit habilis:quia ſi eſſet excōmunicatus noto-
riè,vel poteſtate priuatus,& huiuſmodi,nō valeret.Decimo
tertiò ꝙ narretᷣ ſeries facti.Decimoquartò quòd ſit cōſtitu-
tus notarius ab eo qui habet poteſtatē.ſed hoc ſubintelligi-
tur in eo quod dicitur tabellio.Decimoquintò nomē cōſulis
10 ſed hoc non ſeruatur.¶Decimò quęritur quomodo inſtru-
mentū vel bulla ſeu reſcriptū papale aut alia ſcriptura puta
inſtrumentū,priuilegiū,& huiuſmodi,dicātur falſa?Et dicit
Arch.ij.parte,titu.j.c.xviij.qđ bulla vel reſcriptum papale
dicitur falſum primò per ſubreptionē.de quo ſ.Reſcriptū.
§.vj.& vij.& ſecūdò per nouā fabricationē eius cuius pœna
eſt excōicatio ipſo facto & degradatio & mors.de cri.fal.ad
falſariorū.& ſeptē modis cognoſcitᷣ hęc falſitas.eo. ti. licet.
ſecundū leges autē pœna falſarij eſt bonorū cōfiſcatio in li-
bero & mors in ſeruo.l.j.ff.de fal.Tertio per iuris interpre-
tationē.de quo Arch.poſt gl in c.in memoria.diſt.xix. dicit
quòd ſcriptura dicitur falſa cum ſcribitur omēs vel maiorē
partem fuiſſe pręſentes,quæ nō fuit.de his quæ fiūt à maio.
par.cap.c.quāto.& talis falſarius ſuſpenditur officio & bene-
ficio.de teſti.qđ ſuper his.Itē dicitur charta falſa,quæ nō ha
bet teſtes inſcriptos,id eſt,per aliū ſcriptos,ſecūdū Hoſ.quā
do autē manu propria ſe ſcribūt,dicūtur ſubſcripti: & ſimili
ter quæ habet ſubſcriptiones.intellige,id eſt, inſcriptiones,
ſed varijs manibus notatas, & quę nō eſt perfecta eadē ma-
nu.de priuil.c.cum olim.niſi ex hoc ſit ibi diuerſitas ꝙ mu-
tatio eſt ibi calami vel atramēti:vt in auth.de fi.inſtr. caue-
te.Item ſi eſt alieno ſigillo ſignata,modo habuerit propriū
de app.c.ſignificauit.Itē propter falſam grāmaticā de reſc.
c.ad audientiā:nō autē per defectū literæ vel ſyllabæ: vt in
c.ex parte.de fide inſtr.niſi ſubtractio literæ aliū ſenſum in-
ducat quàm dictio integra.c.inter dilectos.quod tamē Dur.
or.mi.dicit habere locū ſolùm in reſcriptis papæ:alia autē
inſtrumenta per grāmaticā non vitiantur,puta teſtamentū
modo conſtet de voluntate teſtatoris,C.de teſt.l.errore. &
hoc ideo quia literę papales tranſeūt per multas manus.Itē
dicitur falſa ſi eſt ſuſpecta,& nō apponitᷣ ei fides.l.iubemus.
C.de proba.Similiter ſi ſigillū eſt fractū,vel nō eſt annus in-
dictionis appoſitus.de fi.inſtr.c. inter dilectos. Item ſi literę
ſunt impetratæ lite pēdente.de teſti.c.cauſam.vel ſine māda
to domini.de reſcrip.c.nōnulli. & ſi filū eſt ruptū de cri.fal.
c.licet.Item ſi epiſcopus appellatur filius,vel papa vni loqui
tur in plurali:de cri.fal.quam graui.Itē ſi apparet ꝙ charta
vel bulla raſa fuerit aut mutata.Hæc ex illis.Itē vitiatur in-
ſtrumētū ſecundū Durā.or.mi.ſi habet ſcripturā interlinea-
rem,vel raſurā in loco ſuſpecto,quādo literæ ſunt apertę:ſe
cus ſi clauſe.Itē vitiatur ſecundū Arch.ſi eſt contrariū alteri
ex eadem parte prolato.de fi.inſt.c.imputari. ¶†Vndecimò 11
quæritur,vtrū teſtatore legāte aliquid tabellioni conficiēti
teſtamētū nuncupatiuū,quod fieri poteſt.C.de teſt.dictanti
bus.poſſit tabellio illud ſibi ſine vitio falſitatis adſcribere?
Et dicit Spec.in tit.de inſtr.edit.ꝙ ſic:nec incidit in pœnā le-
gis Corn.de fal.nō ob.l.ij. C.de his qui ſibi in te.adſcri.quia
illud habet locum in eo qui dictat vel ſcribit teſtamentum
quod eſt in ſcriptis,cuius vires depēdēt ex illa ſcriptura:ſecus
in nō nuncupatiuo quod ſit hodie: quia ibi ſit ſcriptura ſo-
lùm ad memoriā,nō vt vires teſtamēti dependeāt ex illa.Et
idem tenet Old.quia tale teſtamētū recitatur corā teſtibus:
ideoq; nulla eſt ſuſpicio falſitatis.Et idē Bart. in l.j. ff.ad le-
gē Cor.de fal.dicēs quòd opinio Specul. conſuetudine pro-
batur.¶†Duodecimò quæritur, vtrū reprobari poſſit per te 12
ſtes inſtrumentū publicū nihil habens de prædictis apertè?
Et dico quòd ſic quando in binario numero excedunt nume
rum teſtiū cum tabellione ſubſcriptorū,tabellione pro duo
bus computato:debent enim in tot excedere, quot per ſe fa
cerent plenā probationē,ſcilicet in duobus.de fi.inſtr.c.cum
Ioan.vbi de hoc ſit magna quęſtio & magna diſtinctio per
Doct.maximè Pan.ſecus de inuentario quod per teſtes non
improbatur. C. arbit.tute.l.vlt. ¶†Decimotertiò quæritur, 13
qualiter inſtrumētū vel priuilegiū innouetur?Et dico quòd
Panor.in c.cum olim.de priuil.infert ex illo tex.quòd cōtra
petentē innouationē alicuius priuilegij vel inſtrumenti pōt
is,de cuius præiudicio agitur,ſe opponere,& impedire inno-
uationē,ſi probet de iure ſuo.Et quia hoc tendit in præiudi-
cium alterius,nūquā debet innouari priuilegiū ſiue inſtru-
mentum,niſi citatis,illis quorū intereſt. Et ſi nō apparet de
intereſſe alicuius,debet fieri edictū generale:vt quicunq; pu
tauerit ſua intereſſe,cōpareat cōtradicēdū.Dicit tamē Pan.
in c.ex parte.eod.tit.quòd quando innouatio priuilegij per
eum ſit,qui poteſt illud de nouo cōcedere,nō eſt neceſſaria
citatio ad contradicendū,niſi fiat ad cautelam:ſicut cōmuni
ter ſit in curia,nō ſolùm in priuilegiorū innouatiōe ſed etiā
quandò ſit alicuius priuilegij tranſſumptio:ſecus autē ſi in-
nouatio fiat per inferiorem: quia tunc non valet tranſſum
ptio ſeu innouatio,niſi citata parte,ſeu præmiſſo edicto ge
nerali.de quo vide in c.Albericus.de teſtib.Iſta tamen inno
uatio nullum ius tribuit nouiter:etiam ſi fiat ab habēte po-
teſtatem cōcedēdi nouiter:quia in dubio non videtur de no
uo velle concedere,ſed ius quod competit cōfirmare.de con
firma.vti.c.cum dilecta.Et hæc nota:quia ſæpe veniūt in pra
ctica:quia plerunq; fiunt tranſſumpta ex originalibus bullis
apoſtolicis,& nullam fidem faciūt in iudicio: niſi fuerit cita
ta pars vel præmiſſum edictū generale, ſaltem in valuis ec-
cleſiæ.Et ideo neceſſe eſt quòd in huiuſmodi tranſſumptis
fiat mentio de huiuſmodi citatione vel edicto.

¶Tacere,vide ſuprà Conſenſus.§.j.& iij.

¶Tallia declaratur ſuprà Gabella.

TEMERE facit qui actum ſibi à iure prohibitum ſcienter ſub colore fraudulento facit. qui filij ſint legit. per venerabilem. in verbo, videbatur. & Pau. in cle. j. de ſepult. & arg. cap. auaritię, de elec. lib. vj. & Gem. ibi, quod not. pro ſtatutis pœnalibus.

TEMERITAS eſt audacia in malum. C. de ſacroſan. eccle. l. iubemus. & not. Card. de ſum. Trini. cle. j.

TENTARE ſecundum San. Tho. ij. ij. q. xcvij. eſt experimentū ſumere de tētato, verbis aut factis experiendo an ſciat, velit, aut poſsit aliquid. & hoc ſiue apertè, vt Samſon proponens ſe tentatorē. Iudi. xiiij. ſiue occultè, ſicut Chriſtū tentauerunt Phariſæi. Mat. xxij. ſiue expreſſe, vt cum experimentū illud intenditur. ſiue interpretatiuè, vt ſi nō intendatur experimentū, aliquid tamen agatur aut dicatur quod ad nihil aliud videatur ordinabile, niſi ad ſumendū experimentū. Igitur expreſſe Deum tētamus verbis cum in oratione ei colloquētes aliquid petimus ad dictū experimētum: factis verò cum ea intentione aliquid facimus. ſed quaſi interpretatiuè quando deeſt quidē illa intentio, ſed tamen quod dicitur aut fit, ad nihil aliud videtur eſſe vtile, niſi ad illud experimētum. Hæc ex illo virtualiter quando ergo, inquit, propter aliquā neceſsitatē ſeu vtilitatē cōmittit ſe aliquis diuino auxilio in ſuis petitionibus vel factis: hoc non eſt Deum tentare: ſicut quādo prædicatores regni ſubſidia temporalia prætermittunt, vt verbo Dei expeditius vacēt, & ſoli Deo innituntur: quia dicitur ij. Paralipom. xx. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolū habemus reſidui vt oculos noſtros dirigamus ad te. Quādo verò hoc agitur abſq; neceſsitate & vtilitate, hoc eſt interpretatiuè tētare Deū. Vnde ſuper illud Deuter. vj. Nō tentabis: dicit gloſ. quòd Deū tentat, qui habens quod faciat, ſine ratione cōmittit ſe periculo, experiēs vtrum poſsit liberari à Deo. Hæc ille. ¶ Eſt autem ſemper peccatum, quando quis Deum tētat vt ipſe experiatur: quia hoc prouenit ex igorantia vel dubio diuinæ perfectionis: & directè opponitur religioni, cum pertineat ad irreuerentiam Dei: eſt tamē minus quàm ſuperſtitio: quia tentās proteſtatur tantùm dubitationē: ſuperſtitioſus autē errorē. Quando verò quis ſumit experimētum pertinēs ad diuinā perfectionem, vt alijs demonſtret, non eſt peccatū: ſicut apoſtoli petiuerūt vt in nomine Ieſu Chriſti fierēt ſigna Acto. iiij. nec eſt tētare Deū, cū ſubſit iuſta neceſsitas. Hęc ex illo.

TEMPVS philoſophicè diffinitur, ſed nihil ad rem noſtram. Eſt autē iuridicè loquendo duplex, ſcilicet cōtinuū, quod videlicet continuè currit diebus feriatis & nō feriatis, ſiue in præſentia & abſentia: ſiue ſit copia iudicis ſiue nō. C. de præſcript. longi tempo. l. fin. & vtile, quod non currit diebus feriatis & abſentiæ, & diebus quibus nō eſt agendi copia: ſicut tēpus ad eligendū eſt vtile: quia nō currit impeditis. de elect. c. ne pro defectu. Vide gl. in cle. vnica de in integ. reſti. Tempus autem aliquod puta anni quando requiratur cōpletum, vel ſufficiat incœptum: dicit Pan in c. ad noſtram. de reg. quòd in dubio iuris tenendum eſt quo ad dignitates, in quibus fauor cōſideratur quòd annus incœptus habetur pro completo, ſecundū Glo. ibi. quod tamen fallit in epiſcopatu, vbi eſt ſpeciale quòd ſit completus: in obſeruatione autē regulæ vbi eſt grauitas & labor, & ſic odium, exigitur completus, arg. c. quia in inſulis. de reg. & ſic intelligitur xx. q. j. ſi in qualibet. & c. ſignificatum. de reg. Regulariter autem debet eſſe completus. niſi aliud à iure caueatur, vt not. Arch. in cap. ſi annum de iudic. lib. vj.

TERGIVERSATOR eſt qui in totum à lite recedit ij. q. iij. §. notandum. vbi vide

## De Teſtamento primò in ſe.


1 Teſtamentum quid, & quot eius ſpecies.
2 Codicillus quid eſt.
3 Teſtamentum quis condere poſsit.
4 Teſtari prohibitus an diſponat ad pias cauſas.
5 Teſtes in teſtamento quot & quales eſſe debeant.
6 Teſtamentum ex quibus cauſis dicitur nullum.
7 Teſtamentum ad pias cauſas quomodo valeat.
8 Legata in teſtamento inualido an valeant.
9 Hæredis inſtitutio & ſubſtitutio qualiter fiant.
10 Præteritio legitimi hæredis qualiter inualidet teſtamentum.
11 Codicillaris clauſula quid operetur.
12 Teſtamentum primum qualiter reuocetur per ſecundum.
13 Teſtamenti interpretatio qualiter fieri debeat.


TESTAMENTVM ſecūdum Pan. in rub. eiuſdē tituli, eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo quod quis vult poſt mortē fieri, cum hæredis inſtitutione: vt habetur in l. j iuncta gloſ. ff. eodem. Et bene dicitur iuſta ſententia: quia ſi eſt iniuſta: puta quia vult quis exhęredare filium ſine cauſa, nō eſt ſeruāda. xiij. q. ij. ſi quis. aut pręcipiat corpus ſuum iactari in mare. ff. de conditio. inſtitut. l. quidam ſuo teſtamento. vel contra bonos mores aut pietatē aut verecundiam. l. conditiones. ff. de condit. inſtit. & l. filius ibidē. Oportet etiam vt hæres inſtituatur: aliter non erit teſtamentum. Inſtitut. de lega. §. ante hæredis. Et ſic teſtamentū non comprehēdit codicillum, ſed ab eo differt: quia in codicillo dari non poteſt hæreditas vel admi. Inſtit. de codicil. §. codicillis. C. de codic. l. ij. & l. ſi idem. Non comprehendit etiam donationem cauſa mortis: quę eſt quaſi quędam vltima voluntas. Non refert autem quibus verbis fiat teſtamentum vel hæredis inſtitutio, ſiue dicatur, Petrū hæredem inſtituo. ſiue voluntatem meā eius diſpoſitioni cōmitto. extra eodē. c. cum tu. Nec curandū eſt de verbis teſtatoris, modo talia ſint per quę conſtet de voluntate eius. C. eod. l. fin. ¶ † Primò autem 1
quæritur, quot ſunt teſtamentorū ſpecies? Et dico quòd ſunt duæ. ¶ Quoddam enim dicitur teſtamentum nuncupatiuum & ſine ſcriptis: & eſt illud, in quo teſtatoris & hæredis & legatariorum nomina & omnia in eo contenta coram teſtibus manifeſtantur: dictum ſine ſcriptis, id eſt, ſubſcriptione teſtium, & alijs ſolennitatibus requiſitis in teſtamēto in ſcriptis facto: de quo in l. hac conſultiſsima. C. eod. & etiam quia ſine omni ſcriptura inde facta poteſt quis ſic, id eſt, nuncupatiuè teſtari dummodo coram teſtibus & conditione legitimis nuncupet hæredem, & ſuā explicet voluntatē: Inſtit. eo. §. fin. Vnde ſi quis non habens notarium aduocet legitimum numerum teſtium, & explicet nomen hæredis, & alias inſtitutiones & legata, & roget eos vt ſint teſtes: valebit. ¶ Quoddam verò dicitur teſtamentum in ſcriptis, quod poteſt quis facere quando non vult quòd teſtes vel aliquis ſciat ſuam diſpoſitionem, quod requirit multa de ſubſtantia: vt in l. iubemus. C. eodē. & d. l. hac conſultiſsima. & niſi quis ſit bene doctus in eo, faciliter errabit in ipſo condendo: vnde volenti illud condere neceſſe eſt habere conſilium iuriſperiti. ¶ Ad nuncupatiuum pertinet, ſi quis coram notario & teſtibus dicat, volo quòd hæres meus faciat in omnibus & per omnia prout cōtinetur in quadam ſchedula ſcripta manu mea, quę eſt apud talem religioſum. Valet enim iſta diſpoſiptio ſecundum Alex. de Imo. in l. ſtipulationum. §. illud. ff. de verb. obli. & Bart. in l. ſi ita ſcripſero. ff. de condi. & demonſt. & Pau. de Caſt. in d. §. illud & Bal. in l. captatorias. j. q. v. C. de ſtatu. mili. & Io. de Imo. in l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. & in cap. cum tibi. de teſta. Et ratio eſt: quia licet in teſtamento nuncupatiuo debeant palam nuncupari, id eſt, manifeſtari quæ



ſiunt, vt à teſtibus exaudiantur. l. hæredes palam. ff. de teſta. & l. iubemus. C. eo. tamen quia paria ſunt implicitè & explicitè exprimere. d. §. illud. & d. l. ſi ita ſcripſero. adeo valet. Sed videat qui ſic vult teſtari quòd taliter ſua litera cognoſcat, vt nō ſit dubiū de ea: quia aliqñ eſſet periculoſum. Non tamen valeret inſtitutio hæredis ſi diceretur, illum hæredem inſtituo, cuius nomen eſt in quadā mea ſchedula apud talē: ſecundū Bar. in d. l. ſi ita ſcripſero. & ſequitur Bal. & Ang. ibidem.
2 ¶ † Secūdò quæritur quid ſit codicillus? Et dico quòd eſt quædā ſine inſtitutiōe diſpoſitio vltimæ voluntatis morte cōfirmanda. C. de cadu. tol. l. vnica. Vnde à teſtamento differt in octo ¶ Primò, quia in eo fieri non poteſt directa inſtitutio, ſed tantùm fideicommiſſaria. ¶ Secundò, quia per eū non adimitur hæreditas hæredi per teſtamentū inſtituto, niſi in vno caſu, quando ſcilicet dicitur in codicillo quòd inſtitutus non meretur ſuam voluntatem: quia tunc tanquàm indigno aufertur hæreditas, ſiue ſit ſolus hæres, ſiue ſit vnus de pluribus. Et idem dic de omnibus, ſi dicas omnes nō mereri. l. diui Seuerus & Antoninus. ff. de adi. leg. in reliquis verò fideicōmiſsis vel legatis in teſtamento bene pōt quis per codicillū adimere. Inſt. de adenp. leg. per totū. Sed hic aduerte ſecundū Ang. Are. Inſti. de codi. quòd hæreditas per fideicōmiſſum in codicillis adimi poteſt: ſi tamen filius eſt inſtitutus in re certa, licet quo ad aliquid habeatur loco legatarij: ſua tamen inſtitutio tolli nō poteſt in codicillis: quia illa eſt ſubſtantia inſtitutionis filij: ideo in totū corrueret teſtamentū, vt eleganter dicit Gul. de Cu. & Bald. in l. omnimodo. C. de inoſ. teſta. ¶ Tertiò, quia exhæredatio fieri nō pōt per codicillū. Inſt. de cod. §. codicillis. ¶ Quartò, quia hæredi purè inſtituto per teſtamentū non poteſt in codicillo adijci cōditio quæ ſibi obſit. Inſti. de codi. §. & directo. ¶ Quinto, quia hæredi inſtituto in teſtamento nō pōt fieri ſubſtitutio directa in codicillo: licet facta trahať ad fideicōmiſſariā: qa videtur teſtator rogare inſtitutū vt hæreditatem reſtituat illi quem in codicillo ſubſtituit. l. Scæuola. ff. ad Treb. ¶ Sextò, quia in codicillo ſufficiūt quinq; teſtes etiā nō rogati. C. de codi. l. vlt. quod tamen fallit in codicillo cæci, de quo j. §. xj. Sed in teſtamento requirūtur ſeptem rogati: & in codicillo mulier pōt eſſe teſtis, nō in teſtamento. l. qui teſtamento. §. mulier in teſtamento. ff. de teſta. ¶ Septimò, quia pōt quis decedere relictis pluribus codicillis validis, niſi cōtradicāt. ff. de iure codi. l. diui Seuerus. Sed non pluribus teſtamentis. ¶ Octauò, quia ſi quis dū eſſet filiusfamiliâs fideicōmiſſum in codicillis reliquerat, & poſtea paterfamiliâs deceſſerit eadem voluntate durante, valebunt codicilli: quod in teſtamento eſſe non poterit. ff. de legat. iij. l. j. §. ſi filiusfamiliâs.
3 ¶ † Tertiò quærit, quis poſsit cōdere teſtamentū, vel nō poſſit? Et dico quòd ſcđm Pan. in ru. eo. ti. quòd teſtari poſſunt quicūq; nō prohibentur: cū edictū de teſtamentis ſit ꝓhibitoriū. & ſi quis aliquem teſtari ꝓhibuerit, repellēdus erit ab eius hæreditate. C. ſi quis al. te. prohi. l. ij. prohibentur autem xix. genera perſonarū. ¶ Primò, furioſus ſeu mente captus nō habens lucida interualla. de teſta. c. ſi. C. qui teſta. fa. po. l. furioſum. ¶ Secūdò, mutus & ſurdus à natiuitate: ſecus à caſu ſi ſcit ſcribere: vt l. diſcretis. C. qui teſt. fa. nō po. vbi ſcđm Bar. ſurdus tm̄ teſtať, & mutus tm̄ ſimiliter ſi ſcribere ſcit. d. l. diſcretis. ¶ Tertiò, nō valens articulatè loqui, ita quòd nomen hæredis nec exprimere nec ſcribere pōt. l. iubemus. C. eo. vbi infert. Bar. quòd nō potens articulatè loqui mortuo ſimilis eſt. Vñ cùm teſtator balbutit, qui prius fuerat rectæ linguæ, ſi faciat teſtamentū, nō valet. ¶ Quartò, impubes. l. qua ætate. ff. eo. Inſt. qui. nō eſt per. fa. te. §. præter ea. ¶ Quintò, filiusfamiliâs, niſi in caſtrenſi, vel quaſi. de ſepul. licet. lib. vj. & l. pe. C. qui teſta. fa. non poſ. de quo dic vt ſuprà Religio vj. §. j. part. v. ¶ Sextò prodigus: cui eſt interdicta à iudice adminiſtratio. l. is cui. ff. eo. valet tamen teſtamentum prius factum: vt ibi. de hac materia. vide s. Donatio. j. §. j. ¶ Septimò, damnatus ad mortem naturalem vel ciuilem, puta deportatus: etiam ſi fugit de manu iudicis. ff. eodem. l. eius. & quod ibi no. & l. qui vltimo ſupplicio. & ibi per Bart. ff. de pœn. & idem de damnato ad perpetuum carcerem. l. ij. de pub. iudi. Si verò damnatus ſit ad pœnam inferiorem, puta truncationem manus, aut effoſsionem oculorū, cōiter tenetur quòd non ſit inteſtabilis. vnde Barto. in d. l. eius. & §. ſi cui. infert ꝙ dānatio, qua perditur vita, libertas, vel ciuitas, teſtamentum impedit fieri, & iam factū rūpit: ſecus in dānatione, per quā tm̄ læditur. Azo etiā no. C. qui teſta. fa. poſ. quòd damnatus ad mortem teſtamentū facere nō poteſt, ſiue ſit damnatus vt moriatur: ſiue vt fiat ſeruus pœnæ: ſiue ſit deportatus in inſulam: relegati autem, quia nō amittūt libertatem vel ciuitatem, teſtamentū facere poſſunt. Si quis tamen eorum fuerit damnatus & appellauerit, interim poterit facere teſtamentum. d. l. eius. & l. qui à latronibus. ff. eo. Vide etiā Zaba. in cle. j. de pœ. & re. vbi quæritur an damnatus vltimo ſupplicio poſsit teſtari: & dicit ſecundum Bar. & Bal. in d. l. eius. quòd nō, ſi eſt damnatus & detentus, ita quòd infallibiliter ſequetur exequutio, vt not. C. de do. inter vi. & vxo. auth. ſed hodie. ſi verò ſit dānatus in abſentia ex forma ſtatuti, teſtamentum nō valet quo ad fauores municipales, quibus non gaudet bannitus tanquā hoſtis ſuæ ciuitatis. ff. de capi. dimi. l. amiſsione. ſed quo ad ius cōmune valet teſtamentum: quia ius cōmune non perdit. Vide s. Filius. §. xviij. de hmōi bannitis. De dānato verò ad perpetuum carcerem, tenet indiſtinctè Sum. Ang. quòd teſtari nō poteſt per l. ij. ff. de pub. iudi. quæ loquitur, & vera eſt, in laicis: ſed in clerico dicit Pan. variè fuiſſe cōſultū, quibuſdā dicentibus quòd non poteſt: quia illa pœna æquiparatur pœnæ mortis ſeu deportationi, vt no. Inno. in c. qualiter. el ij. de accu. quibuſdam etiam dicentibus quòd poteſt: quia ius canonicum non imponit perpetuum carcerem ad pœnam, ſed ad pœnitentiam. de verb. ſig. nouimus. de pœn. quamuis. lib. vj. & conſequenter hæc pœna inhabilitatis teſtandi prodire non debet ex pœnitentia: quorum primum eſt verius, cùm negari non poſsit quin ille ſit quaſi mortuus. Secundum autem eſt mitius. ¶ Octauò, prohibetur publicus vſurarius, niſi præſtet cautionem ſecundū formā c. quanquā. de vſur. lib. vj. per quod habetur quòd nullum eſt teſtamentū eius qui notoriè vendit res carius rōne dilationis temporis, vt tenet Pan. in c. ad noſtrā. de empt. & vend. ¶ Nonò excommunicatus, ſecundum aliquorū opinionem, quam ſequitur glo. in c. decernimus. de ſen. exc. libr. vj. Sed Io. And. & Inno. tenent contrariū: & eſt hodie cōmunis opinio. nec æquiparatur deportato. ¶ Decimò, ſeruus. xiij. q. ij. illud. & l. filius. ff. de teſta. ¶ Vndecimò, quilibet religioſus qui profitetur tria vota ſubſtantialia religionis. extra eo. c. ij. & in auth. ingreſsi. C. de ſacroſanc. eccle. ſecus de alijs largè dictis religioſis. xij. q. ij. nō dicatis. de quo S. Th. ij. ij. q. clxxxv. dicit quòd etiam ſi fiat epiſcopus, nullo modo teſtari poteſt: quia ſola diſpenſatio rerum eccleſiaſticarum ei cōmittitur: quæ finitur morte, ex qua teſtamentum incipit valere: ſi autem ex conceſsione papæ faciat, non intelligitur de proprio facere teſtamentum, ſed authoritate apoſtolica intelligitur ampliata poteſtas ſuæ diſpenſationis. vt poſsit valere poſt mortem. ¶ Duodecimò, hęreticus: quia nihil habet: cum omnia bona ſua ſint ipſo iure cōfiſcata. de hęre. cùm ſecundum lib. vj. Vnde etiam ſi poſt mortem detegatur aliquem hæreticum fuiſſe in vita, omnia bona poſſent apprehendi.

de præſcr.

de præſcri.c.ij.lib.vj.poſſunt tamen huiuſmodi retinere bo-
na vſq; ad ſententiam declaratiuam ſuper facto:vt ſ.Hære-
ſis.j.§.viij.¶Decimotertiò, dubius de ſtatu ſuo, id eſt, du-
bius an ſit in eo ſtatu,in quo teſtari poſsit nécne.l. de ſtatu.
ff.eo. ſicut ſi captus à latronibus dubitat an ſit ſeruus vel li-
ber,vt in l.j.ff.de leg.iij.¶Decimoquarto,obſes.quod intelli
ge de Chriſtianis apud infideles datis,aut econtrario:aut de
his qui erant captiui populi Romani:nō aūt de his qui quoti
die dantur ab vna ciuitate ad aliā:vt legitur & no.in l.obſi-
des.ff.eod. ¶Decimoquintò, dānatus ob crimen famoſum
ſeu libellū in alterius iniuriā.d.l.is cui.ff.eo.Bar.tn̄ ibi tenet
quòd ex alia cauſa infames teſtari nō prohibentur:& ita cō-
muniter tenetur.¶Decimoſextò, reus criminis læſæ maie-
ſtatis.l.quiſquis.C.ad l.Iul. maie. de quo dic vt de hæretico
dictū eſt.¶Decimoſeptimò,captiuus apud hoſtes.d.l.eius.qđ
intellige de hominibus Imperij Romani.¶Decimooctauò,
vtroq; lumine priuatus:qui tamen hodie teſtatur,modò ſer
uet quod not.in l.hac cōſultiſsima.C.qui teſtamenta facere
poſſunt,quæ ſecundum Ang.Are.Inſt.qui.non eſt per.ſa.teſ.
§.cæcus.ſunt iſta.¶Primò quòd ſint ſeptem teſtes,& nota-
rius vel alius loco notarij ſpecialiter ad hoc vocatus.¶Secū
dò quòd prędictos coram ſe aduocet,& manfeſtet quòd vult
teſtari ſine ſcriptis. ¶Tertiò quòd in principio teſtamenti,
& ante legata fiat inſtitutio hæredis.¶Quartò quòd deinde
faciat legata & fideicōmiſſa. ¶Quintò quòd notarij manu
omnia ſcribātur in præſenti teſtamento.¶Sextò quòd præ-
dicti teſtes ſe ſcribāt,& etiā tabellio.¶Septimò quòd tam à
teſtibus quàm à tabellione,vel ab illo alio teſte loco tabel-
lionis poſito ſigilletur, ita quòd ſint octo ſigilla. ¶Octauò
quòd de his omnibus notarius faciat mentionem. quod ta-
men ſecundū Bal.ibidem fallit ſi teſtetur inter liberos:quia
tūc ſufficiūt duo teſtes.hoc idem ſeruādū eſt in codicillis cę
corū,vt in d.l.hac cōſultiſsima.¶Decimononò,qui cardina-
les inſequutus eſt hoſtiliter,vel percuſsit aut cepit,vel ſocius
fuerit,aut fieri mādauerit, aut conſiliū dederit, vel auxiliū,
vel fauorem,vel ratū habuerit: imò nec talis ex aliorū teſta
mento aliquid accipere poterit,nec ex ſucceſsione.de pœ.fe
4 licis.lib.vj.¶Quartò quęritur,an prohibiti iure teſtari,diſpo
nere poſsint in pias cauſas? Et dico quòd non furioſus ſeu
mente captus,nec impubes ſimiliter, nec filiusfamiliâs,niſi
de peculio caſtrenſi vel quaſi,ſecundū Bal.in l.j.C.de ſa.ſan.
ec.& no.in d.c.licet.In aduentitijs autem, quorū habet pro-
prietatem,ſi vſusfructus ſit patris,ſecundū omnes diſponere
nō poteſt,etiam ad pias cauſas inuito patre:vt in l.pe.C.qui
te.ſa.po.Si autem vſusfructus eſt penes filium, eſt dubium.
Et dicit Bar.in l.j.C.de ſac.ſan.ec quòd poteſt etiā inuito pa
tre: quia omnis ſolennitas iuris ciuilis eſt remiſſa in legatis
ad pias cauſas.d.l.j.& in d.c.relatum.ſed Bald.tenet ibi con-
trariū allegans tex.in c.licet.de ſepul.lib.vj.vbi dicitur quòd
filiusfamiliâs diſponere nō poteſt inuito patre etiā pro ani-
ma,niſi de caſtrenſi vel quaſi.quæ opinio videtur verior per
illum text.ne ſpolietur pater propter fauorem piæ cauſæ,
cui debentur bona filij.Si verò pater conſentiat,dicit Bart.
in l.qui in poteſtate.ff.eod.quòd filius poteſt teſtari ad pias
cauſas in iſtis aduentitijs,in quibus vſusfructus acquiritur pa
tri.Et dicit hoc probari in d.c.licet.in fi.à contrariò:& videt̃
eſſe communis opinio Legiſtarum:licet Imo.& Io.And.ſint
in contrarium:& videtur tenenda ſaltem de iure canonico,
per d.c.licet.iuncta gloſ.ſi ponderetur.ad quod etiam facit:
quia ratio quòd de iure ciuili filius teſtari non poſsit, etiam
de conſenſu patris,eſt,quia vltima voluntas eſſet captatoria
& dependens ex alieno arbitrio:vt in l.illa inſtitutio.ff.de hę
re.Inſt.Ius autem canonicum non curauit de iſta ſolennita-
te iuris ciuilis: imò ſecundum illud voluntas captatoria ſu-
ſtinetur:vt in c.cùm tu.de teſta. & conſequenter cùm ſerue-
mus ius canonicum in relictis ad pias cauſas,tenenda eſt hęc
opinio.Adde quod no.Bar.in auth.vt liceat matri & auię.col.
viij.vbi gl.infert quòd filius poteſt donare cauſa mortis ſine
patris conſenſu de bonis,in quibus patri non quæritur vſuſ-
fructus.& quod ponit Barth.Veron.in tra. ſuo de cautel.vbi
ponit modum vt filiusfamiliâs etiam in poteſtate patris poſ
ſit teſtari inuito patre,ſcilicet quòd ſuſcipiat ſaltem primā
tonſuram.pro quo vide glo.xix.q.vlti.c.quia ingredientibus,
quæ loquens indiſtinctè dicit quòd clericus in poteſtate con
ſtitutus teſtari poteſt.alle.auth.presbyteros.C.de epi.& cle.
Non poteſt ſimiliter diſponere in pias cauſas prodigus poſt
interdictum:quia non habet adminiſtrationem. Nec vſura-
rius ſecundum Bar.ex quo eſt publicus,& non dedit cautio-
nem.qui dicit idem eſſe de quolibet decedente in mortali:
quia cùm ſit extra vnitatem eccleſiæ, non poteſt dici relin-
quere pro anima:nec illud relictum gaudet priuilegio reli-
ctorum ad pias cauſas.Sed contrarium,& bene,tenuit Bald.
quia iſtud priuilegium attributum eſt non ſolùm fauore re-
linquentis,ſed etiam eius cui relinquitur. Et idem Pan.quia
eccleſia recipit oblationes publicorum peccatorum,niſi vbi
ſpecialiter prohibentur,vt patet per glo.in c.oblationes.xc.
di.& conſequenter eleemoſynas.Nec ſimiliter damnatus ad
mortem naturalem,vel ciuilem,ſecundum communem o-
pinionem,ex qua bona ſunt publicata:vnde eſſet diſponere
de alieno:quinimo teſtamentum prius factum rumpitur ſe-
quuta damnatione,ſecundum Legiſtas in d.l.j.vbi Bar.vide-
tur limitare quando bona non tenet vſq; ad mortem:vt quia
ſunt per legem fiſco applicata,vt in auth. bona. C.de bonis
damnatorum.Si verò retinet bona vſq; ad mortem: tunc ſi
eſt pœnitens,teſtari poteſt ad pias cauſas. Et eſt caſus ſecun
dum vnum intellectum in d.l.j.quia illa lex remouet omne
impedimentum quantum ad legata ad pias cauſas. Si verò
nō eſt pœnitens,relicta per talem ab eccleſia recipienda nō
ſunt.Sed de hoc dic vt ſ.§.eo.Nec ſeruus,nec religioſus,nec
reus criminis læſæ maieſtatis,nec hæreticus:quia nō habēt
bona.j.q.j.nō eſt putanda,nec captiuus apud hoſtes:quia eſt
ſeruus.De dubio de ſuo ſtatu eſt dubiū,dicente in d.l.j.quòd
non poteſt,quia non reperitur iure conceſſum.Bar.verò di-
cente quòd poteſt:quod & Pan.vbi ſ.tenet: & placet magis
fauore piæ cauſæ:quia miles eſt in hoc priuilegiatus,vt in l.
ex militari.ff.de teſta.mili. Ergo fortius priuiligiata debet
eſſe pia cauſa.Alij autem poſſunt, etiam excommunicatus,
ſicut & poteſt facere eleemoſynam:de ſenten.excom.cùm
voluntate.Et ſimiliter etiam ſi quis non poſsit loqui,modò
ſignis annuat.Vnde Bal.in l.j.C.de ſacroſan.eccl.dicit quòd
aduocatus non valens loqui, interrogatus ſi tot vellet dari
pro anima ſua,aperiret librum in ſignum, illum aperuit,&
valuit. ¶†Quintò quæritur, quid iura tradiderint de teſti- 5
bus in teſtamento adhibendis?E dico multa. ¶Primum. In
teſtamento teſtis eſſe non poteſt primò quolibet pro teſte
reprobatus à iure,vt infrà Teſtis. Nec ſecundò mulier ſpe-
cialiter in teſtamento.ff.eo.l. qui teſtamēto.§.mulier.quod
Sum.Ange.tenet indiſtinctè:tamen fallit in relictis ad pias
cauſas,ſecundum Arch.poſt Bar.& Bal.in l.j.C.de ſacroſan.
eccle.& Io.And.ca.relatum.el j.& ſequitur Sūm. Roſ.fallit
etiam,ſecundum Ang.de Are.Inſti.de teſti.§.teſtes.in teſta-
mento inter liberos.& in teſtamento militis,& in codicillis
vt no glo.& Bar.in l.fi.C.de codicil.Ex quo infertur quòd ſi
in teſtamento apponatur clauſula, ſi non valet iure teſta-
menti,valeat iure codicillorum:vt communiter hodie fit:ſi
mulier adhibeatur in teſtē:valebit vt codicillus. Nec tertiò
herma



hermaphroditus in quo præualent muliebria.l.quæritur. ff.
de ſta.hom.no.tamē idem Ang.in d.§.teſtes.poſt gloſ.quòd
ſi magis incaleſcat in virili ſexu,licet fuerit frigidus in vtro-
que poſſet adhiberi teſtis in teſtamento. Nec quartò is, cui
hoc eſt interdictum per ſtatutū vel iudicem.Vnde idē Ang.
poſt gloſ.facit regulā quòd prohibitus eſſe teſtis in iudicio
vel alio modo in iudicijs ſtare, vt ibi, prohibetur eſſe teſtis
in teſtamēto.Nec quintò ſeruus: ſi tamē cōmuni opinione
reputabatur liber,ſecundum eundem Ang.Inſtit.eod.§. ſed
cum aliquis.poteſt eſſe teſtis.Nec ſextò aliquis habēs in po-
teſtate hæredem,ſicut pater,auus, & ſimiles.d.§.teſtes.& §.
ſeq.Nec ſeptimò qui nō eſt teſtamēti capax, ſicut ſpurius te
ſtatoris,hæreticus,damnatus ad metallū,& ſimiles: & quos
leges improbos & inteſtabiles iubent eſſe:vt ſunt de crimi-
ne famoſo damnati,& muliebria paſsi.ff de teſtib.l. ob car-
men.Nec octauò legatarius quo ad factū ſuū inter ſe & hæ
redem, ſed ſolùm quo ad quæſtionē quæ vertitur inter he-
redē & extraneū.Inſtit.eo.§.legatarius.vbi dicit Ang.filium
legatarij poſſe eſſe teſtē.Nec nonò fideicōmiſſarius vniuer
ſalis:qa eſt iuris ſucceſſor,vt l.j.§.j.ff.ad Trabellia. Nec de-
cimò exequutor ſcđm Ang.in d.§.legatarius.ſi aliquid eſt ſi-
bi relictum,niſi eo modo quo dictū eſt de legatario:ſi verò
eſt merus & nudus exequutor nullum cōmodū ſentiēs,tunc
poteſt.Si autē inſtituatur monaſteriū,ſecūdum Ang.Inſtit.
eod.§.ſed neq;.religioſi ſui poſſunt eſſe teſtes. In villa autē
vel in vniuerſitate diſtinguitur:quia ſi reſultat cōmodum ex
negotio,tā in cōmuni quàm in particulari:illi de vniuerſita-
te teſtes eſſe nō poſſunt:quia teſtificarētur in cauſa propria
pro particulari vtilitate:vt l.omnibus.C.de teſti.& ibi Doct.
Siverò reſultat vtilitas in cōmuni tātùm poſſunt eſſe teſtes:
quia quod eſt vniuerſitatis,nō eſt ſingulorū: vt in l.tantum.
§.vniuerſitatis.ff.de re.diui.¶Secundū.In teſtamento requi-
runtur ſeptē teſtes legitimi.Inſtit.eo.§.fin.quòd ſint rogati.
Vnde ſi teſtamentū ſine ſcriptis habeat minus quàm ſeptē,
vel ſi ſunt ſeptē nō tamē rogati,nō valet.l.hęredes palam.§.
pen.ff.de teſta.Et intellige rogati cum expoſitione ad quid
rogētur vt ibi:vnde nō ſufficit ſi fortuito teſtamēto interfue
rint.Quod tamē fallit:quia aliquādo valet ſine teſte:vt ſi mi
les in bello ſcribat,& moriat̃.l.milites.C.de mil.teſt. Aliquā
do ſufficit vnus:vt ſi fiat coram Imperatore.C.eo.l. omniū.
Quandoq; duo:vt inter liberos.C.eod.l.hac cōſultiſsima.vel
ſi in territorio teſtetur miles.ff.de mili.l.Lucius.vel in exer-
citu,& in bello.l.milites.C.de mili. teſta.ſimiliter in legatis
ad pias cauſas,extra eo.cū eſſes.&.c.relatū.Aliquādo tres vel
quatuor:vt in ſpeciali priuilegio.C.eo.l.ſine ſpeciali.Aliquā-
do quinq;:vt in teſtamēto ruſtici,quādo plures nequeūt inue
niri.C.eo.l.fi. Aliquādo verò requirūtur etiā octo:vt quādo
teſtator vult facere,& neſcit literas:vt in d.l.hac conſultiſsi-
ma.& ſimiliter in teſtamēto cæci.Notarius tamē cōputatur
pro vno:licet ſit cautius ꝙ ſint ſeptē ſine eo. de probat.qm̄.
& in d.l.hac cōſultiſsima.& in l.omniū.C.de teſta.& Inſti.de
teſta §.fi.vbi Ang.Are.diſtinguit:quia ſi ꝓbatur teſtamētū
per depoſitionē teſtiū,notarius cōputari pōt in numero ſe
ptē,& ſic ſex cū eo ſufficiūt.Siverò probatur per inſtrumētū
notarij,nō poteſt cōputari:quia nō pōt notarius fungi perſo
na ſcribētis & authenticātis teſtamētū,& ꝑſona teſtis:vt no.
gl.& Doc.in d.l.hac cōſultiſsima.¶Tertiū.De teſtamēto fa
cto corā presbytero parochiali & duob⁹ vel tribus teſtibus:
gl.in c.cū eſſes.de teſta.recitat quatuor opiniones:& vna eſt
quam ſummādo tenet do.Flo.ſcilicet Zab.vt recitat Archi.
quòd valet in terris eccleſię tantum:& intellige in foro cau
ſarum.Vnde Io. And. declarās materiā dicit hoc cōmuniter
obſeruari quòd in ſpectantibus ad pias cauſas ſufficiunt duo
teſtes idonei,ſiue in eccleſiaſtico,ſiue in ſeculari foro,intelli
ge etiā ſine parochiali presbytero: per id quod habetur in
c.relatū.el j.extra eo.In alijs verò valet in terris eccleſię co-
ram presbytero parochiali & duobus teſtibus,per d. c. cum
eſſes.In terris autē Imperij dicit ſeruari ꝙ nō valeat,niſi in-
terueniat ſolēnitas requiſita per leges ciuiles.Et hæc opinio
roborata cōſuetudine videtur ſeruāda,per l.minimè.ff.de le
gi.& videtur ſequi Fede.in cōſil.& Pet.de Per.& Pet.de An
chara. & ſecundū aliquos do.Ant.Sed Pan.hāc reprobat in-
quātum diſtinguit de terris eccleſię & Imperij.& meo iudi-
cio bene: & dicit quod illud c.cum eſſes.derogauit legibus
etiam quo ad forum ſeculare:& ſic in alijs ad nō pias cauſas
requirūtur ſolū duo teſtes & præſentia presbyteri parochia
lis:vel loco eius duo alij teſtes.& hęc fuit opinio Vinc.Ala.
Gofr.Hoſt.& domi.Ant.Et addit Panor. quod non oportet
quòd ſint rogati,vel maſculi omnes.quod verum eſt quan-
tum ad hoc quod dicit de maſculis ſolū ad pias cauſas vel in
foro conſcientię, vt patuit: quantum ad alia,puto ſtandum
conſuetudini interpretāti,ex quo Doct.variant. Et ſic patet
quòd valet teſtamentū,& quælibet vltima voluntas ad pias
cauſas,licet nō inſtituatur ibi hæres,vel non adeatur hære-
ditas,vel nō fiat inſinuatio teſtamēti intra tantum tēpus,vel
vbi deficit alia ſolennitas iuris poſitiui ciuilis, quę reuocata
eſt quantū ad hoc.¶Quartum.Secundū Arch.& veritatem,
ſi quis ſanus vel infirmus ſanæ mentis, non violentatus vel
circumuentus,ſed liber diſponit de quibus poteſt per ſcriptu
ram aut verba ſolùm ſine notario & teſtibus debitis:ſtandū
eſt tali diſpoſitioni in foro conſcientiæ. & ad hoc tenentur
hæredes,quibus de hoc conſtat certitudinaliter: etiā ſi prius
per ſolenne teſtamentū aliter diſpoſuerat:& idē de exequu-
toribus:quia vt dicitur xiij.q.ij.vltima volūtas.ſcilicet ratio-
nabilis ſecūdū Gl.modis omnibus obſeruetur.In foro tamē
cauſarum,niſi ſint ſufficiētes probationes, ſtabitur teſtamē
to ſolenniter facto,imò ſecundū Imo.poſt Bart.in l.in teſta-
mento.ff.de fideicō.liber.valebit etiam in foro cauſarum, ſi
ſuit ſcriptum manu teſtatoris.ſed furore aut morte prę uen-
tus nō potuit redigi in publicam formam.quod intellige ad
pias cauſas,vt dicit Pan.in c.j.de ſucceſ.ab inteſt. fortè inter
liberos,per l.fin.C.famil.erciſ.¶†Sextò quæritur,ex quibus 6
cauſis teſtamentū dicitur nullum,vel tenet quidem, ſed irri
tatur & rumpitur?Et dico quòd nuncupatiuum ſine ſcriptis
eſt nullum ex quatuor.Primò ſi teſtator non erat habilis ab
teſtandum.Secundò ſi non inſtituit hæredem,vel ſi inſtituit
non capacem.Tertiò ſi præterijt iam natū,quem inſtituere
vel exhæredare debuit.quod pertinet ad teſtamētum inoffi
cioſum.quod ſecundum Iſid.eſt illud quod fruſtra liberis ex-
hæredatis ſine officio pietatis liberalis in extraneas perſo-
nas redactū eſt.Quartò ſi nō ſit legitimus numerus teſtium
legitimorum & rogatorū. ſed de his infrà §.ix.Et ex his con
cludit Bar.in trac.Minoricarum,per cle.exiui.de verb. ſign.
vbi dicitur quòd fratres minores ſucceſsionum non ſunt ca-
paces?quod ſi fratres minores ſunt inſtituti hæredes, & nul-
lum habēt ſubſtitutum vel cohæredē:teſtamentum nullum
eſt,& hæreditas pertinet ad venientes ab inteſtato:ſi autē ha
bent ſubſtitutū,valet: & ſimiliter ſi cohæredem,& ei accre-
ſcit portio fratrum,vbi non eſt ſubſtitutus.Vtrum autem in
foro conſcientiæ talis ſubſtitutus vel cohæres aut veniēs ab
inteſtato poſsit in conſcientia hæreditatem tenere:vide per
eum ibi:quia videtur hanc maximam & regulā quòd ſi talis
poteſt eſſe certus quòd teſtator voluit diſpoſitionem valere
iure directo,id eſt,teſtamēti tantùm.licitè eam tenet in con
ſcientia.Si verò ſit certus quòd voluit valere etiā iure codi-
cillorum,& omni modo quo poteſt:licitè eam non tenet. Si
verò

vero remanet dubius,nec applicat animum ſuũ ad aliquod
prædictorum,ſed manet in eo quod ius pręſumit:licitè eam
tenet.tamẽ quia vix reperiri poteſt qui nõ velit valere omni
modo quo melius poteſt tutius eſt nõ tenere.¶Tenet autẽ,
ſed irritatur ex ſeptẽ.primò quando teſtator nõ præuidit de
poſthumo,qui poſt teſtamentũ eſt natus, qui tamẽ ſi more-
retur ante teſtatorẽ,teſtamentũ nõ rumperetur quo ad effe
ctum:& ſecundò idem dic de quaſi poſthumo, vt eſt arroga
tus,vt ille qui tẽpore teſtamẽti nõ erat ſuus,ſed tẽpore mor
tis ſic.tertiò quãdo cauſam exhęredationis improbat hęres
ſuus,& per ſententiã reſcinditur. quartò ſi teſtator patiatur
capitis diminutionẽ,niſi iterũ fiat ciuis Romanus vel ſui iu-
ris.quintò per ſecundũ teſtamentũ reuocatoriũ primi.ſextò
ſi hęres nõ adiuit hęreditatem, vel ante aditã deceſsit.Septi
mò ſi deficit cõditio,ſub qua fuit inſtitutus, & ſimilia.Inſtit.
7 quibus mo.teſt.infir.ꝑ totũ. ¶†Septimò quæritᷣ ſpecialiter,
quomodo teſtamentũ valeat aut nõ valeat in ſpectãtibus ad
pias cauſas?Et dico multa breuiter recollecta diffuſa ꝑ Ar-
chi.iij.ꝑte tit.x.c.iij.§.iiij.vbi vide.¶Primũ.Teſtamentũ vel
vltima volũtas ad pias cauſas valet corã duobus teſtibus le-
gitimis,etiã ſi eſſent mulieres in omni foro,etiã in terris Im
perij:quia in his ceſſat ſolennitas iuris poſitiui: & ſufficit ſo-
lennitas iuris gentiũ vel diuini,ſecundũ cõmunẽ opinionem
etiam Legiſtarũ:& ſecundũ Pan.in c.Raynaldus.de teſta.va
lent legata ad pias cauſas etiã ſi nõ eſſet clauſula codicilla
ris,& teſtamentũ eſſet nullum. ¶Secundum . Cauſa pia ſeu
eccleſiaſtica ſi tractetᷣ corã iudice ſeculari , terminari debet
ſecundũ Canones,& nõ ſecũdũ Leges,etiã in terris Imperij,
ſecundũ Imo.poſt do.Ant.qui etiã dicit,ſtatutũ quo nõ valet
teſtamẽtum aut vltima volũtas niſi regiſtretur,non habere
locũ ad pias cauſas:ſimiliter nec illud,quo mulier nõ poteſt
teſtari ſine cõſenſu cõſanguineorũ:quia laicus in huiuſmodi
ſtatuere nõ potuit.¶Tertiũ.Vltima voluntas tendens ad piã
cauſam pertinet ad iudicem eccleſiaſticũ,& corã eo tractari
poteſt:& cõſequenter corã eo peti poteſt relictum eccleſiæ
vel laico pauperi:etiã ſi prò tali relicto ſit prius laicus cõue-
niendus,ſecundũ do.Ant.in c.ſignificantibus. de offi . deleg.
imò voluit Bal.in l.ſi quis.C.de epiſ.& cle.quod epiſcopus vt
procurator pauperũ,vel eius ſyndicus corã ſuo vicario poſsit
petere ſe mitti in poſſeſsionẽ ex edicto,ſi pauperes ſint inſti
tuti hæredes.& ita quotidie practicatur: & voluit Imò. poſt
Pe.de Anch.¶Quartũ.Relictũ per ſolenne teſtamẽtũ ad pi
as cauſas,reuocatur per ſecundũ nõ ſolẽne ad pias cauſas.Et
ita videtur dicere Arch.licet liber ſit incorrectus.& ita tene:
quia ita tenet Bal.in l.ſi iure.ff.de leg.iij.& ſentit Bar.in l.in
teſtamẽto.ff.de teſt.& in l.fideicõmiſſa.§.j.de leg.iij.& Io.de
Imo.in l.ſi is qui ff.de teſta.& in c.quia ingrediẽtibus.eo . tit.
& Alex.cõſi.lxxxvj.imò teſtamẽtum ſecundũ ad pias cauſas
corã duobus teſtibus,tollit primũ,etiã ad pias cauſas,coram
ſeptẽ,ſcd̃m Pau.de Ca.cõſi.ccclxv.& Alex. cõſi.cxlvij. & in
d.l.hac cõſultiſsima.§.ſi qui.de teſta.¶Quintũ.Licet regula-
riter nõ poſsit qs decedere partim teſtatus & partim inteſta
tus.ff.de reg.iur.l.ius noſtrũ.hoc tamẽ quis poteſt in relictis
ad pias cauſas,ſecundũ Pet.de Anch.vt diſponit de parte bo
norũ dãda in aliquã piã cauſam,puta dimidia,& nõ de toto.
¶Sextũ.Licet inſtitutio facta ꝑ mutũ nõ valeat.C.eo.l.iube
8 mus.tñ in relicta ad pias cauſas valet ſcd̃m Imo. ¶†Octa-
uò quæritur,vtrũ debeãtur legata facta in teſtamẽto nullo
vel irritãdo?Et dico ꝙ ſic ſi eſt nullũ,vel rũpitur ex pręteritio
ne poſthumorũ vel quaſi,vel per ſentẽtiã propoſita querela
de inof.teſt.vel cõtra tabulas:qa ſic debẽtur, licet nõ teneat
inſtitutio.C.de lib.preter.auth.ex cauſa.& ſimiliter dic ſi rũ
pitur ex falſa cauſa vt ſi qs inſtituit A,& ſubſtituit ei B,& A,

mortuo inſtituit C,per aliud teſtamentum dicẽs, quia hære
des habere volui & nõ potui,tu C.eſto hæres . Si verò teſta-
mentũ ſit nullũ,vt quia nõ inſtituit hæredẽ, vel inſtituit in-
capacẽ,vel nõ fuerũt teſtes debiti,an debeãtur legata:eſt dif
ferẽtia inter Doc.de quo s̃.Hęreditas iij.§.vij.¶†Nonò quę 9
ritur,qd iura tradiderint de inſtitutione & ſubſtitutione hę-
redis in teſtamento ex parte inſtituẽtis, vt taceatur ex parte
inſtituẽdi:de quo s̃.Hæreditas. j.in prin.& ex parte inſtituti.
de quo s̃.Hæreditas.iij.per totũ:& Hęreditas.iiij.per totum?
Et dico multa.¶Primũ. Hæredũ differẽtiæ ſunt tres. Nam
quidã ſunt neceſſarij tãtùm,ſicut ſi ſeruus inſtituatur à dño,
dicitur neceſſarius:qa velit nolit tenetur hęreditatẽ etiã ſu-
ſpectã adire:ſi modò cũ hæreditate cõſequatur ſimul liber-
tatẽ ex teſtamẽto dñi.& tẽpore mortis erat in poteſtate do-
mini.Quidã verò ſunt ſui & neceſſarij:ſicut liberi , qui ſunt
in poteſtate teſtatoris tẽpore mortis,vt filiusfamiliâs & de-
ſcẽdentes ex maſculis filijs.deſcẽdentes eñ à filiabus ſunt in
poteſtate patris eorũ vel aui paterni.ſed eſt differẽtia:qa vi-
uẽte filio meo meus nepos nõ erit mihi ſuus hæres,ſed bene
mortuo filio:qa nihil eſt mediũ quo impediatur:& ſic de cæ
reris.Et dicuntur ſui ideo, quia domeſtici,& quia viuo patre
quodã modo exiſtimãtur dñi. Dicũtur verò neceſſarij,quia
de iure ciuili.cogebãtur fieri inuiti hæredes: ſed de iure præ
torio ꝑmittitur eis abſtinere ab hæreditate ſi velint.Quidã
verò ſunt hęredes extranei:vt oẽs, qui nõ ſunt ſub poteſtate
teſtatoris,nec ſubiecti iuri eius,ſicut ſunt filij emãcipati:filij
etiã à matre inſtituti:qa fęminę nõ habẽt filios in poteſtate.
Et probãtur hęc omĩa Inſtit.de hęred.quali.in princ.Sunt e-
tiam alię hęredũ differentiæ,de quibus s̃.Hæreditas.iij.§.j.
¶Scd̃m.Hęredis autẽ inſtitutio duob9 modis fit:directè ſci
licet & obliquè.directa aũt inſtitutio fieri nõ põt niſi in teſta
mẽto:& eſt quãdo verbis rectis ſiue obliquis recto iure inſti
tuitur hęres ad quẽ vult teſtator hęreditatẽ, ſuã ſiue illud,in
quo inſtituit,ꝑuenire, & illud cape nullo mediãte Obliqua
verò inſtitutio ſiue fideicõmiſſaria hęreditas relinqui põt te
ſtamẽto & codicillo.& fit cũ rogatᷣ in codicillo hęres inſtitu
tus in teſtamẽto,vel hæres ab inteſtato veniẽs,vt hæreditatẽ
reſtituat alteri:is eñ,cui reſtituitur hęreditas,erit hæres per
fideicõmiſſum.Inſtit.de codi.§.pe.& de fideic.§.pe.¶Tertiũ.
Poteſt autẽ fieri hæredis inſtitutio in certa parte:ſed ſi alius
inſtituitur hæres & in vniuerſo : talis erit potius legatarius
quàm hęres.l.quoties.C.de hęre.inſtit.§.hęres.poſſunt tamẽ
plures inſtitui æquis portionibus.Inſtit.de hære.inſti.§.ſi.plu
res inſtituũtur.¶Quartũ. Hęredis inſtitutio cõmitti nõ po-
teſt in alterius voluntatẽ expreſſè:ſed oportet teſtatorẽ ore
proprio nomẽ hæredis exprimere,vel per ꝓpriam ſcripturã.
l.hac cõſultiſsima.& l.iubemus.C. eo. imò Io.And.in addit.
ad Spec.eo.tit.poſt.Alb.Papiẽſem tenet nõ valere teſtamen
tum,ſi quis interrogatus an velit talem inſtituere hęredẽ,&
reſpõderit,ſic quãuis gl.in d.l.iubemus,tenuerit cõtrariũ. ta
men.in c.cum tibi.eo.tit.tenetur quod valeat de ęquitate ca
nonica.& ibi Inn.& Ho.ſic diſtinguẽdo limitãt.Nam ſi com
mittũt in volũtate hęredis,ſcilicet an velit eſſe hęres vel ne,
valet.l.verba hæc.ff.de cõdi.inſtitu.Si verò cõmittitur in vo
luntate alterius ab hęrede expreſſa,puta dicẽdo,inſtituo hæ
redem illum,quem Titius voluerit:ſic nõ valet.ff. de hære.
inſtit.l.ſi quis Semproniũ.& l.captatorias.Si autem hæredis
inſtitutio alterius diſpoſitioni cõmittatur tacitè,valet l.illæ
inſtitutiones.ff.de hæred.inſtit.& l.nonnunquam.ff.de cõdi.
& demonſt. Et eodem modo legatũ alterius voluntati po-
teſt tacitè cõmitti.ff.de leg.ij.l.j.ſed nõ expreſſe ff.de leg.j.
l.captatoriæ.Dicitur alterius volũtati cõmitti tacitè ſic,inſti
tuo te hæredẽ:vel,lego hoc tibi ſi Titius aſcenderit.Capito
lium.



lium . Expreſſe verò ſic,inſtituo illum hæredem quem Ti-
tius voluerit:vel,lego tale quid ei cui Sempronio placuerit.
¶Quintum.Si quis autem ita diceret,cõmitto omnia bona
mea arbitrio Titij,vel eius diſpoſitioni,valet:& Titius tenetᷣ
diſtribuere in pias cauſas.in quibus habemus regulã iuris hu
mani gentiũ & diuini,quæ eſt quòd præ omnibus diſpenſetᷣ
in religionẽ diuinã,vt peccata eleemoſynis redimãtᷣ. Et ſic
diſpenſando non poteſt velle aliud quàm voluntas teſtato-
ris:ſed ſi diſpenſaret in profanis , cùm nullã habeat regulã,
poſſet alio modo diſpenſare quàm ſit voluntas teſtatoris.Et
ita ſentit Inno.& Hoſt.vbi s̃.& ſequitur Bar.in l.j.C.de ſacr.
ſan.ec.& Pan.in d.c.cùm tibi.¶Sextum.Inſtitutio fieri poteſt
incertæ perſonę:puta inſtituo hæredes meos pauperes Chri
ſti:ſecundum gl.in d.c.cùm tibi.& ſecundum Bar.in l.capta
torias.C.de teſt.mi.etiam ſi adderet,eligendos per priorem
talem,& huiuſmodi . Et dicit quòd d.l. loquitur quando ius
cõſtitutionis cõfertur in voluntate alterius: nõ quando ele-
ctio perſonæ ſolũ, vt in caſu noſtro:ideoq; nõ eſt contrariũ.
¶Septimum.Inſtitutio hæredis fieri poteſt ſub conditione
poſsibili & honeſta:dummodo nõ ſit filius , qui inſtitui non
poteſt ſub omni conditione,ſed ſub ea tantùm quæ eſt in fa
cultate inſtituentis.l.ſuus quoq;.ff.de hære.inſti.quia graua-
ri nõ poteſt filius in debito bonorũ ſubſidio.C.de inof.teſta.
l.quoniam in prioribus.dũmodo etiã non inſtituatur ad tem
pus certũ:puta vſq; ad paſcha,vel tres annos : quia nõ valet
talis cõditio,& vitiatur,nõ tamen vitiat,Inſti.de hære. inſti.
§.hæres.ſed ad incertũ poteſt:puta dum vixerit:vel,talem in-
ſtituo poſtquàm abſolutus fueris ab excõmunicatione.ff.de
hære.inſti.l.in tempus.Fallit in milite , qui inſtituere poteſt
etiam ad tempus certũ.l.miles ita.ff.de teſt.mil.Sed aduerte
hic quòd inſtitutus hæres ad diem certũ,alio hærede nõ da-
to,ſemper erit hæres:vt in l.hęreditas ex die.ff.de hære.inſt.
Et idem dic quãdo inſtitutio ſit ad diem incertũ:quia nemo
poteſt decedere pro parte teſtatus,pro parte inteſtatus.l.ius
noſtrum.ff.de re.iu.& ita tene: Io.de Imo. & Bar.& Ang.in
d.l.hæreditas.& Sali.in l.extraneũ.C.de hære.inſt.& Pau.de
Caſt.in l.certi.C.de teſt.mil.& Dyn.in l.ſi quis ita hæres in-
ſtituatur excepto fundo.ff.de hære.inſti.& cõmuniter Doc.
& eſt verius:licet Bar.in d.l.hæreditas . dicat quòd non erit
perpetuus hæres,ſi teſtator apertè voluit quòd non eſſet ni
ſi in vita,vel vſq; ad talem diem : quia teſtator nõ poteſt ius
accreſcendi prohibere nec reſpectu rei nec reſpectu tempo
ris: quia cauſa teſtati trahit ad ſe cauſam inteſtati : quia di-
gnior.d.l.hæreditas.& facit l.ſi miles vnũ ex fundo.ff.de teſt.
mil.& probatur in d.l.ſi quis.In legatis tamen bene põt pro
hibere ius accreſcendi.Et ita loquitur l.dominus.ff.de vſufr.
ſecus in hæreditatibus:vt d.l.ſi quis . vbi inſtitutus excepto
fundo,detracta mentiõe de fundo,habet totã hæreditatem:
quia teſtator facere nõ põt quòd iura nõ valeãt in ſuo teſta-
mento.in auth.vt cùm de appel.cogno.§.certũ.¶Octauum.
Teſtator habens filios impuberes põt eis ſubſtituere quoſ-
cunq; velit,ſi non venerint ad pubertatem.C.de impu.& ali.
ſubſti.l.ſi teſtamẽto.Si verò peruenerint ad pubertatem,po
teſt eis ſubſtituere ſi moriantur ſine liberis : & ſecundum
quoſdam etiam ſi moriantur cum liberis.vt C.de impub.&
ali.ſubſti.l.hæres.& ſequenti. debet tamen ſalua eſſe legiti-
ma. & intelligitur ſubſtitutio deducta legitima filiorum,&
deducta quarta totius,quæ dicitur Trebellianica,quam de-
ducit quilibet inſtitutus hæres,cui alius ſubſtituitur regula-
riter poſt pubertatem inſtituti:vel etiam cùm accipit hære
ditatem per fideicõmiſſum ab inſtituto hęrede; vt in c.Ray
nutius.extra eo. Poſſet tamen dici quòd opinio Bar.eſt vera
in conſcientia in eo qui erat ſimplex,& hoc ignorabat:ſecus

in eo qui hanc diſpoſitionem iuris ſciebat : quia videtur vo-
luiſſe quod ius volebat.¶†Decimò quęritᷣ,quid iuris de prę 10
teritione legitimi hæredis,id eſt,qui ipſo iure,etiam ſine te-
ſtamento,ſuccedit?Et dico multa.¶Primum.Habens filios
& filias tenetur inſtituere omnes legitimos vel exhæredare
ſi quem nõ vult,& ſubeſt cauſa.inſti.de exhære.liber.in prin
ci.etiã filias dotatas,quas,ſcd̃m aliquos ſufficit inſtituere in
dote:ſed alij,vt Azo , dicũt quòd oportet eas inſtitui in ali-
quo modico præter dotem.quod eſt tutius: & etiam profeſ-
ſos religionem.C.de epiſ.& cle.l.ſi . §.hoc etiam cognitum.
Et idem dic in nepotibus,qñ filij præmortui ſunt.Inſt.de hę
redi.quæ ab inte.deſe.§.ita demum . & etiã in poſthumis.C.
de poſt.hære.inſti.l.quod certũ eſt.Vide tñ j.par.v.& vj.¶Se
cundũ.Tenetur aũt tales inſtituere in quota voluerit parte,
quantũcunq; minima.Et licet poſtea talis agat ad ſupplemẽ
tum legitimæ:tñ teſtamentũ nõ rumpet,dũmodo ſit inſtitu
tus hæres,non legatarius:puta quia dicit,inſtituo filiũ hære
dem in tali.quia ſi diceret,lego filio meo talem domũ non
valeret:quia eſſet præteritus.l.quoties.C.de hære.inſtit.Eſt
aũt præteritio,ſcd̃m Ang.Are.Inſt.de exhære.§.mater ſilen
tiũ.circa inſtitutionis beneficiũ vel exhæredationis odium.
¶Tertiũ.Ex præteritione aũt legitimi hæredis teſtamentũ
redditᷣ nullũ,ſi eſt,vel ſi ſunt de illis,ad quos ſtricto iure le-
gitima ſpectat hæreditas,& niſi ritè exhæredentur.Qui au-
tem ſint tales: dic quòd cùm ſint tres cõſanguineorũ lineæ,
ſcilicet deſcendẽtiũ,aſcendẽtiũ, & collateraliũ:teſtator quã
diu habet aliquẽ ex deſcẽdentib9, vt filiũ,nepotẽ,ꝓnepotẽ,
& ſic in infinitũ,tenetᷣ illũ inſtituere vel exhæredare:& ſi ta
lẽ inſtituit, nõ tenetᷣ de aliquo aſcendentiũ facere mẽtiõnẽ.
Inſti.de hære.quæ ab inte.Deſcendentibus verò deficienti-
bus vel exhæreditatis tenetᷣ aſcendentes inſtituere,ſi quos ha
bet.l.quoties.C.ad ſena cõſul.Orfici.Collaterales aũt nun-
quàm tenetᷣ inſtituere vel exhæredare:ſed deficientibus de-
ſcendẽtibus & aſcendentibus legitimis põt inſtituere quos
vult,etiã nõ attinentes , nulla facta mentiõe de collaterali-
bus.Quod tñ fallit in fratre,qui rũpit teſtamẽtũ fratris : &
ſimiliter ſoror,ſi inſtituit turpẽ perſonã,id eſt,infamẽ.Et in-
tellige de fratre cõſanguineo & vterino ſimul,vel ſaltẽ cõ-
ſanguineo,id eſt,ex eodẽ patre:nõ aũt de vterino tñ . C.de
inof.teſt.l.fratres vterini.Intellige etiã niſi in iſto caſu de ali
qua re eum inſtituerit:vel niſi crimen ingratitudinis in fra-
trem cõmiſiſſet,vt in auth.de nup.§.ingratitudinis.¶Quar-
tũ.Teſtamentũ tñ clerici vel ingredientis religionem non
erit irritũ ex præteritione legitimi hæredis,ꝓpter verbũ,li-
berè,poſitũ in c.quia nos.extra eo.tit. etiã quia ſunt milites:
vt no.gl.in l.pe.C.de teſt.mi.Vñ ſicut nõ rũpitur teſtamen-
tum militis ex præteritione legitimarũ perſonarũ:ſic nec il
lorũ.quod apertè ſentit Bar.in auth.ſi qua mulier.C.de ſacr.
ſan.ec.de ingrediente religionem.& Pan.in d.c.quia nos.de
ambobus.Pro quo etiã vide Fed.conſi.lv.quomodo intelligi
poteſt auth.presbyteros.C.de epiſ.& cle.Et adde quòd volẽs
intrare religionem teſtari põt ſine legitimo numero teſtiũ,
& ꝓ parte decedere teſtatus,& ꝓ parte inteſtatus:ſicut mi-
les poteſt,per tex.auth.de mona.§.id quoq;.iuncta l.j.ff.de te
ſta.mi.& facit c.qui vere.xvj.q.j.tamen legitimã petere po-
terunt legitimi præteriti vigore d.auth.ſi qua mulier. C.de
ſac.ſan.ecc.¶Quintum.Aliquo autem caſu poſthumus præ
teritus rumpit teſtamentum , ſcilicet in teſtamento matris
decedentis in puerperio:ſed ſuccedet cum alijs fratribus vel
nepotibus æqualiter.Si tamen mater inſtituiſſet extraneum
aget de inofficioſo teſtamento,& rumpet.C. de inoffi.teſta.
l.ſi mater. ¶Sextum. Si pater filium emancipatum inſti-
tuit , nepotem verò ex eo in poteſtate retentum præterijt:
concl

concludit Ange. Aret. Inſti.de exhæred.§.ſed hæc quidem .
quòd nihilo minus tenet teſtamentum, ſecundum Bar.in §.
& quid ſi tantum.ff.de lib.& po.Et ratio,quia non debet ad-
mitti ad rumpendum vel dicendũ nullũ , qui nõ admittere-
tur ab inteſtato vel teſtamento rupto, vel nullo penitus cõ-
dito:vt l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inoff.teſta.cum tũc
nõ videatur fieri iniuria nepoti,cùm nõ ſibi debeatur legiti-
ma:quia legitima eſt tertia pars eius, quod quis eſſet ab in-
teſtato habiturus:dictus aũt nepos nihil eſt ab inteſtato ha-
biturus propter exiſtentiã filij emancipati:vt l. cùm quærit.
& in auth.nouiſsima.C.de inoff.teſta.Et ita tenet Bal.& An
11 ge.& Imo.in d.§.& quid ſi tm̃.¶† Vndecimò quæritur.quid
iuris de illa clauſula,ſi nõ valet iuri teſtamenti , valeat iure
codicillorũ:& de codicillis? Et dico multa.¶ Primũ.Si teſta-
tor dixit,volo quòd valeat iure teſtamenti & codicillorũ,ſe
cundum Bar t.in l.j.ff.de codicil.licet videatur induci repu-
gnantia : tamen vt res valeat , debet exponi &, id eſt,vel,per
regulã quæ ponit quòd qñ copula ponitur inter duo incom
paſsibilia,reſoluitur in diſiunctiuã:vt l.ſi Titio fundus.de v-
ſufru.leg . & erit electio hæredis quòd cõpetat iure directo
vel fideicommiſsi.l.fi.C.eo.Si verò dixit,iure teſtamenti vel
ſaltem iure codicillorum:arbitratur Bar.vbi ſ.quòd non poſ
ſit hæredes eligere:quia illa coniunctio diminutiua,ſaltem,
habet iſtud importare:vt ſi primo modo non poſſet valere,
tunc veniatur ad ſecundum:vt patet ex regula grammatica
li:ſi nõ potes dare mihi Byſantium,ſaltem commoda dena-
riũ. Si verò dixit,volo valere vel iure codicillorũ:& nõ dixit
teſtamenti:dicit idem quòd hæc dictio,vel,quãdo apponitur
vni orationi vel dictiõi tm̃,ſumit̃ ꝓ ſaltem & cõſequẽter pe
rinde eſt ac ſi dixiſſet,iure teſtamenti vel ſaltem codicillorũ.
¶ Secundum.Habet autem locum dicta clauſula ſecundum
Bar quando teſtamentum non valet propter defectum ſo-
lennitatis omiſſæ,per tex.in l.codicillis.ff.de leg.ij.& C . de
codicil.l.fi. dummodo ſolennitas ſufficiens codicillo ſit ap-
poſita:& ſic legata relicta debentur.Inſti.de codicil.in prin.
& in teſtamento ſcripta licet directa videatur, tamen in ca-
ſum fideicõmiſsi cõuertitur.l.Scæuola.ff.ad Treb.Vnde ab
inteſtato venientes accipient hæreditatem,& quaſi rogati vi
deantur,teneantur inſtituto per fideicommiſſum,arg.l.eam
quam frater tuus.C.de fideicom.Similiter operatur illa clau
ſula,ſecundum Bar.ſi rumpatur teſtamentum:quia hæredi-
tas non eſt adita,per l.eam quam.C. de fideicom . dum ta-
men dicat,ſi nõ valebit:vel ſimilia verba, quæ trahantur ad
futurũ.Similiter operatur ſi non valet teſtamentũ, propter
defectũ hæredis ſcripti non capacis,ſecundum Bar.in d.l.eã
quam.ſecundum vnam lecturã . Nõ operatur verò ſi teſta-
mentum non valet propter defectũ teſtantis,ſecundũ Bart.
quia qui non poteſt teſtari,nec codicillari poteſt.l. diuus.ff.
eo.Nec ſimiliter,ſecundum eum,ſi non valet ratione volun
tatis imperfectæ:vt quando antequam cõpleretur,mortuus
eſt teſtator.per l.fideicommiſſa.ff.de le.iij.& l.ex ea ſcriptu
ra.ff.de teſta.ſecus ſi eſſet imperfecta ratione alicuius ſolen
nitatis.& ſic intellige l.fi.C.eo.Nec generaliter valet, ſi te-
ſtamentũ patiatur defectũ vel iuris repugnantiã in his quæ
ſunt de ſubſtãtia eius,niſi teſtetur inter liberos,ſecundũ cõ-
munem opinionem.¶ Tertiũ.Operatur autem clauſula co-
dicillaris duo,ſecundum Ang. Are.Inſti.de codi.primò quia
ea appoſita in teſtamento ſecundo inualido.tollitur primũ
quo ad legata:vt no.Bar.in l.ſi iure.ff.de le.iij.Et ſecũdò re
petitionem legatorum à venientibus ab inteſtato.vt no.gl.
& Doc.in l.j.ff.eo.quod verum eſt quo ad eos qui ſunt in pri
mo gradu,non quo ad alios. Vnde ſi priores in gradu ab in-
teſtato repudiant hæreditatem,& ſequens admittatur , non
tenetur ad dicta legata:vt eſt gl. ſingularis ſecundum Ang.
in l.non iuſtam.C.ad Treb . Operatur & tertiò inſtitutionẽ
fideicommiſſariam,vt ſ.par.ij. Si autem filius in teſtamẽto,
in quo eſt talis clauſula,ſit præteritus,an operetur vt videa-
tur rogatus glo.in auth ex cauſa.C. de lib.præt . dicit quòd
non:ſed Bar.in l.j.ff.eo.vt recitat Ang.Are. Inſtit.de codi.&
omnes Doc.in d.auth.ex cauſa.tenent contrarium ; quia iſta
ſunt paria,relinquere à venientibus ab inteſtato:& dicere,ſi
non valet iure teſtamenti,&c.vt not. in l . ex teſtamento.C.
de fideicom.& ibi Bal.Sed ſi teſtator dixiſſet legata deberiã
venientibus ab inteſtato,filius præteritus teneretur:vt d.l.ſi
quis.ff.eo.Et procedunt prædicta in iam nato:in poſthumo
autem præterito dicit Bartol.in dicta,l.j.quòd ſi teſtator co
gitauit de poſthumo , operaretur prædicta clauſula : non
autem ſi non cogitauit.Sed Dyn.Iaco.Bald.& quaſi omnes
dicunt inſpicienda verba teſtamenti.Si enim dicitur , ſi non
valet:ſunt præſentis temporis, & rupto teſtamento natiuita
te poſthumi non operatur:quia non deficit. Item quia verũ
eſt illo tempore valuiſſe.Si verò dicitur,ſi nõ valet aut vale-
bit:tunc porrigitur ad teſtamentum quod rumpitur natiui-
tate poſthumi.Et hæc eſt opinio communis:& idem eſſet ſi
diceretur,ſi nõ valeret:quia exponitur,ſi nõ valebit,ſecundũ
cõmuniter Legiſtas.Et ſimiliter ſi diceretur, ſi nõ põt vale-
re:quia trahitur ad futurũ,ſecũdum eoſdem.Adde quod no.
Bar.in auth.vt cùm de app.cogno.§.ſiue igitur.quòd d.auth.
ex cauſa.de lib.præt . non habet locum vbi nemo inſtitutus
eſt hæres.¶ Quartum. Ad hoc autem quòd relicta in codi-
cillis debeantur,an requiratur aditio hæreditatis.Ang.Aret.
Inſt.de codi.dicit quòd quando teſtamẽtũ factum eſt,& va-
let,requiritur quòd ex teſtamento adeatur hæreditas.Quã
do autem non eſt factum, vel eſt factum inualidũ , neceſſe
eſt quòd ab inteſtato hæreditas adeatur:aliàs non debentur
relicta,vt not.Bar.in l.ſi quis cùm teſtamentum. §.fi.ff.eod.
Multa alia dici poſſent relinquenda Legiſtis,quia parum ad
rem noſtram faciunt.¶† Duodecimò quæritur,quid de re- 12
uocatione primi teſtamenti per ſecundum ? Et dico multa.
¶ Primum. Vltimum teſtamentum ſemper valet , ſecundũ
gl.in c.licet.de conſti.li.vj.quę alleg.c.vltima voluntas. xiij.
q.ij.ff.de leg.j.l.ſi mihi.etiã ſi de primo non faciat mentio-
nem.Fallit in duobus caſibus.Primo in teſtamento facto in
ter liberos.C. eo.auth . hoc inter liberos . quia oportet fieri
mentionem de primo,vt ibi. Secundò cùm ipſe teſtator ſibi
legem indixit:videlicet,ſi fecero aliud teſtamentũ, non va-
leat,niſi de alio fecero mentionem.aliter nõ valeret vltimũ.
ff.de leg.iij.l. ſi quis.¶ Secundum . Si autem ſecundũ ſit ſub
conditione :ſi quidem ſit de præterito vel præſenti:puta,in-
ſtituo hæredem Titiũ,ſi ſempronius eſt , vel fuit cõſul:tunc
ſi cõditio fuit vel eſt vera:rumpitur primum:ſi verò ſit futu
ra,ſi eſt poſsibilis,rumpitur primũ,etiã ſi non adueniat.ſimi
liter ſi ſit impoſsibilis,habetur pro nõ adiecta,& rũpitur pri
mum,vt in l.cùm in ſecundo teſtamento.ff.de iniuſt.rup.te-
ſta.¶ Tertium . Per poſterius teſtamentũ imperfectum vel
aliam vltimã voluntatem non ſolennem non tollitur primũ
vt Inſti.quib.mo.teſta.infir.§.ex eo.vbi Ang. infert quòd li-
cet teſtator coram ſeptem teſtibus dicat , non volo tale te-
ſtamentum meum valere:nõ tamen tollitur.Et eſt ratio,ſe-
cundum Bar.in l.ſi de iure.ff.de leg.iij.quia iſta voluntas nõ
eſt potens parare viam adeundi hæreditatem de iure ciuili
alicui: ideo primum teſtamentum tollere non poteſt : vt l.
cùm in ſecundo.ff.de iniu.rup.teſt.Infert etiam quòd teſta-
mentum nuncupatiuum redactum in ſcripturam,tolli non
poteſt per teſtatorem corã ſeptem teſtibus.quod verũ eſt ni-
ſi per decurſum decennij:quia tunc nuda voluntate tollitur,
ſi per



ſi per teſtes idoneos non minus tribus,vel inter acta manife
ſtauerit:vt l.ſancimus.C.de teſta. ¶ Quartum.Non eſt dare
remedium, per quod primum teſtamentum tolli non poſsit
in effectu,ſecundum Ang.vbi ſ.ſiue iuratum fuerit non con
dere aliam voluntatem:ſiue dicatur,nolo aliam voluntatem
valere,niſi ſit in ea inſerta tota Aue Maria:ſiue dicatur.Si cõ
tingat me aliã voluntatem cõdere,ex nunc donatione inter
viuos dono dicto hæredi inſtituto bona mea vel centũ: ſiue
dicatur,ſi contingat me aliud teſtamentum facere ex nunc
prout ex tunc dico & declaro non eſſe meæ voluntatis con-
dendi teſtamentum.qui modus eſt ſalubrior qui fieri poſsit,
ſecundum Cy.& Doc.in l.ſancimus.C.de teſta.quia ſemper
poterit reuocari primum,dummodo quando habet clauſu-
lam derogatoriã,fiat mentio de ea in ſpecie,licet non in in-
diuiduo:puta dicendo, quãuis in primo ſit clauſula deroga-
toria quòd aliud teſtamentũ facere nõ valeat: & ſimilia.vi-
13 de etiã ſ.Exemptio.§.xj.& Pactũ.§.ij.¶† Decimotertiò quæ
ritur,qũo debeamus interpretari teſtamentum & vltimas vo
luntates? Et dico quòd dominus Bapt.Fliſcus in quodam ſuo
opuſ.ſic dicit: Quantum ad interpretationem vltimarũ vo-
luntatum.¶ Prima concluſio . Quando ſermo teſtatoris eſt
ambiguus,in primis.ad intentionẽ recurrendũ eſt,in l.in am
biguis.la ij.ff.de re.iu. ¶ Secunda. Licet ſignificatio verborũ
vnum ſignificet:ſi volũtas teſtatoris aliud ſenſit,nõ debetur
quod expreſſum eſt,nec quod ſenſit:quia nõ fuit expreſſum.
l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de leg.j.l.Labeo.ff.de ſupe.leg.
¶ Tertia.Quando nõ cõſtat de mente,ſtandũ eſt verbis.l.nõ
aliter.ff.de le.iij.& in l.ſi alij.de vſufr.leg.¶ Quarta.Quãdo
cõſtat de mente expreſſa ad minus per verba impropria,tũc
debet mens attendi.tex.eſt cũ gl.in l.& puto.§.j.ff.fami.erci.
quã allegat Bal.in l.cùm verum.C.de fideicom . ¶ Quinta.
Quando de mente non conſtat per verba,ſed ſequitur mens
ad aliud diſpoſitũ expreſſum,tũc habetur pro expreſſa.tex.
eſt in l.iam hoc iure.ff.de vulg.& pup.& in l.tale pactũ.in fi.
ff.de pac.quas ita alle.Bal.in l.j.in fi.C.de his qui ante aper.
ta.¶ Sexta. Quãdo cõſtat de mente ex diſpoſitione erronea
& tolerabili,ſtatur menti:ſiue fuerit error facti , ſiue iuris.
Primũ probatur in l.Titius.§.Lucius.ff.de lib.poſth . & in l.
fi.C.de poſth.hære.inſti.cũ vtrobiq; not.Secundũ probatur
in l.fructus prædiorum.& ibi Bar.ff.de vſufr.leg.¶ Septima.
Quando non probatur per verba,ſed aliter,etiã per præſum
ptionem ita fuiſſe diſpoſitũ:illud attenditur, per illud quod
habetur in l.quoties..§.j.ff.de hære.inſtit.& l.cùm propone-
batur.ff.de le.iij.ſecundum vnam lecturam.¶ Octaua.Quã-
do ex caſu ſuperueniente colligitur præſumptio quòd ſi te-
ſtator cogitaſſet,ita diſpoſuiſſet : talis mens debet attendi.
Probat tex.in l.tale pactũ.in fi.& tex.cum gl.in l.cum acutiſ
ſimi.C.de fideicõmiſsis.& in l.generaliter.§. cùm autem.C.
de inſt.& ſubſti.ſub condi.¶ Nona.Quando verba ſunt clara
licet probaretur aliã fuiſſe mentem,quę tamen nullo modo
colligitur ex eius diſpoſitiõe: talis mẽs nihil operatur,ſed ꝓ
bata operatur irritationem.probatur in l.in ambiguo. ff.de
reb.dub.& per gl.in l.Labeo.ff.de ſuppel.leg.in verbo,ex cõ
comuni vſu . ¶ Decima . Quando diſpoſitio exprimitur per
verba inepta vitiantia diſpoſitionem,attenditur mens decla
rata à præcedendi proteſtatione.glo.communiter approba-
ta in l.iiij.de leg.j.¶ Vndecima.Quando voluntas eſt expreſ
ſa per verba obſcura , tunc pro interpretatione recurritur
ad iudicem:vt in l.cùm in teſtamento.ff.de reb. dub.& in l.
voluntas.C.de fideicom.quod iudex declarabit ex coniectu-
ris , quæ habentur in l. ſi ſeruus plurium.in fin.ff.de legat.j.
& ſi eſſent ita obſcura quòd non poſſent declarari,legatum
& diſpoſitio non valeret.l.duo ſunt.Titij.ff.de teſtamen.

## Ruſus de Teſtamento ſecundò,quantum ad exequutionem.

1 *Exequutores teſtamenti qui & quot inſtitui poſſint.*
2 *Religioſus quando ſit exequutor teſtamenti.*
3 *Exequutor nominatus an compellatur.*
4 *Exequutoris officiũ an trãſeat ad hæredẽ vel p̃latũ ſucceſſorẽ*
5 *Exequutoris teſtamenti quæ ſit authoritas.*
6 *Exequutor quando exequi teneatur, vbi & quid.numero.7.*
8 *Exequutio teſtamenti quando deuoluatur ad epiſcopum.*
9 *Eleemoſynarum dilatio an præiudicet animæ teſtatoris.*
10 *Pœna quæ ſit hæredis vel exequutoris negligentis implere voluntatem defuncti.*
11 *Pœna appoſita à teſtatore an poſſit exigi.*
12 *Expenſis hæredis an legatarij fiat exequutio.*

TESTAMENTVM rurſus ij.conſiderari poteſt quã
tum ad exequutionem & exequutores:qui aliqñ dicũ
tur cõmiſſarij:aliqñ fideicõmiſſarij:interdũ diuiſores
interdum diſtributores:interdum gladiatores:vt no.Spec.&
interdum exequutores,non ſimpliciter,vt dicit Gof.ſed vlti
marum voluntatum:quia propriè exequutores ſunt,qui ſen-
tentiam exequuntur.C.de exe.rei iu.l.fi.¶† Primò ergo quę 1
ritur,quot,& qui inſtitui poſsint exequutores teſtamenti? Et
dico multa.¶ Primum.Secundum Arc.non refert an exequu
tores ſint plures vel vnus ſolus : & dari poſſunt in numero
pari:ſicut & procuratores& compromiſſarij ad eligendum:
eſt tamen conſilium quòd tali committantur in numero im
pari:vt de arbi.c.j.¶ Secundum.Siue teſtator ſit clericus ſiue
laicus,deputare poteſt exquutores teſtamenti laicos & cleri
cos & religioſos:vt no.in ca.religioſus. de teſta.lib.vj.& per
Doc.in c.tua nobis.& ibi Pan.in c.Ioannes.de teſta.etiam ſi
ſit minor xxv.an.ſecundum gl.in d.c.religioſus.& hoc de cõ
ſuetudine.& ſequitur Alb.in l.nulli licere.C.de epiſ.& cleri.
modò ſit adultus,etiam in ſpectãtibus ad non pias cauſas,ſe
cundum aliquos vt refert Arc.quod approbat conſuetudo.&
facit c.ij.de teſt.& tolerari poteſt ſecundum Arc. modò per
hoc non abſtrahantur à ſeruitio diuinorum . Et licet clerici
curas ſecularium actuũ vel negotiorum ſuſcipere nõ debeãt.
xj.q.j. te quidem.nec eſſe miniſtri laicorum : hoc tamen eſt
ſpeciale in exequutione ad pias cauſas.de teſta.c.ij.libro.vj.
imò & ad non pias modo prædicto. Sed tamen quo ad reli-
gioſum limita primò ſi à ſuis prioribus,ſcilicet immediatis,
licentiam obtineat:vt d.c.religioſus.Limita ſecundò,niſi ſit
frater minor,cui hoc prohibetur in cle.exiui.de verb. ſig.§.
proinde vir ſanctus.licet poſsit conſulere quomodo exequu-
tio fiat.de quo dic.vt §.ſeq.¶ Tertium.Fœmina etiam depu
tari poteſt,ſecundum gl.Io.And.in d.c.religioſus.ſecundum
conſuetudinem , quæ eſt optima legum interpres . & idem
Bal & placet:licet Pan.in d.c.tua nobis.dicat aliàs fuiſſe con
ſultum quòd non poteſt:quia mulier non comparet vt pro-
curatrix,ſed intentat actionem nomine proprio:de quo per
eundem Bal.in l.id quod pauperibus.& l.ſi quis ad declinan-
dam.C.de epiſco.& cleric . & ſic non obſ . lex,neque ſcien-
tia.ff.de procu.& l.alienam.C.& l.ij.de reg.iur.& iij.q.vij.§.
tria.quia,vt dixi,non vt procuratrix comparet . ¶ Quartum.
Poſſunt autem deputari prædicti miſtim ſcilicet ſecula-
ris vel religioſus aut clericus ſimul,ſecundum Io.And.in d.
c.Ioannes.Non obſt.quòd in eodem officio diſpar profeſsio
eſſe non debeat.xvj.q.vij.ca.in noua . quia verum eſt vbi in-
ter gerentes eſt vnio reſpectu eiuſdem collegij vel corpo-
ris.vbi verò ad aliquid agendum admittimus diuerſa capita
non vt collegium vel corpus vnitum,non refert an illi eiuſ-
dem aut diuerſæ profeſsionis ſint , modò vtraque profeſsio

per ſe ſit habilis ad id agendum.¶Quintum.Non autem ad
mittitur ſeruus,nec mutus,nec ſurdus,nec prodigus,nec fu-
rioſus,nec pupillus:licet aliqui contrarium tenuerint de ſer-
2 uo & pupillo,vt ibi s̄.no.Alb.¶†Secundò quæritur ſpeciali-
ter,quid iura velint de religioſo exequutore? Et dico multa
prẹter dicta §.priore. ¶Primum.Prior aut guardianus, qui
ſuis ſubditis hanc licentiam dare poteſt, à ſuis ſuperioribus
non tenetur ipſe eam petere,ſi inſtituatur exequutor: vt de
abbate exeunte ad ſtudia literarũ in ſimili dictum eſt s̄. Ex-
communicatio.ix.§.xxv.Et ſic etiam ſine licentia ſuperiorũ
poſſunt eſſe arbitratores:& tenent geſta per eos.¶Secundũ.
Prælatus qui religioſo dedit licentiã acceptandi exequutio-
nem põt eam reuocare,etiã re nõ integra,ſecundum glo.in
cle.vnica.de teſta.cũ religioſus nõ habeat velle nec nolle: li
cet male faceret hoc faciendo ſine cauſa,ſecundũ Io. Andr.
exequutio fiet per collegam:aut ſi alius nõ eſt deputatus ꝑ
epiſcopũ.¶Tertiũ.Si religioſus ſine licentia ſuperioris exe-
quatur,valent geſta per eum,ſecundum Fed. dũmodo,ſupe-
rior non contradicat,licet nõ conſentiat.quod & Bar.in l.v-
niuerſos.C.de decu.lib.x.tenere videtur.& idem Lu. de Ro.
in ſuis ſingu.& do.Ant.de hoc faciens magnum feſtum. Sed
communiter in c.ij.de teſta.lib.vj.tenent quòd non petita&
obtenta licentia,exequutio ſit ipſo iure nulla:quia negatiua
præcedens verbum,poteſt,vt ibi,reddit actum de iure impoſ
ſibilem,& neceſsitatem importat:vt vult gl.in regula,nemo
poteſt.in vj.Nec ſufficit licentia tacita,ſecũdum gl.in cle.j.
de teſta.Sed iſtã gl.non approbo:quia nulla ad hoc ratio ad
duci poteſt ꝓbabilis:niſi quia tex.dicit,petita & obtenta.Ad
quod dico quòd obtinetur & explicitè & tacitè: & ſimiliter
etiam petitur.Primam autem opinionem dico verã,ſi petat̃
& obtineatur tacitè:& ſecundã vbi nec ſic nec ſic.¶Quartũ.
Religioſus etiã exemptus deputatus exequutor,ſi exequen
do delinquat,puniri poteſt ab ordinario.d.cle.vnica.vbi etiã
imponitur illi vt rationem de exequutiõe reddat ordinario:
& ordinario vt eam exigat.quod Ric.in iiij.di.xlv.limitat in
religioſo habente exemptionem communem,& tamen po-
tente conueniri ratione contractus vel delicti ſeu rei: vt in
c.j.de priui.lib.vj.Secus in eo,qui etiã ex prẹdictis conueniri
non poteſt:quia ab ordinario talis puniri nõ põt.¶Quintũ.
Religioſus exequutor erogare poteſt ſuo monaſterio, etiã
ſi ſit ſolus exequutor,ſecundum Pau. quia diſtinctio perſo-
narum,quæ debet eſſe inter dãtem & recipientem,de iu.pa.
per noſtras.ibi eſt euidens.de teſti.inſuper.Et idem dic de cõ
ſanguineo ceſſante fraude:ſibi autem non poteſt, niſi eſſet
in ſumma neceſsitate: quia tũc etiã liceret ei capere aliena.
ſecus ſi non ſit ſolus,ſed cum alijs:quia poteſt.¶Sextum.Si
teſtator voluit omnia diſtribui de voluntate aut conſilio re
ligioſi,ſecundum Zaba.& Pau.primo caſu eſt quaſi exequu
tor: & idem dicendum de exequutore. ſecundo autem caſu
ſecus,niſi hæres vel commiſſarius conſilium eius ſequi tenea
tur ex mandato teſtatoris. Hec ex illis.qđ nota:quia vbi con
ſilium eſt,ſine quo non,talis eſt exequutor.Vbi nota quòd ſi
dixerit teſtator quòd exequutor exequatur cum conſilio ta
lis: tenetur petere,ſed non ſequi conſilium.Si verò dicit,ſe-
cundum conſilium talis:tenetur illud ſequi,ſecundum Alb.
in l.nulli.C.de epiſ.& cle.Vide etiã s̄.Conſiliũ.§.iiij.¶Septi-
mum.Fratribus minoribus huiuſmodi exequutio interdici-
tur,vt dictum eſt,in cle.exiui.de verb.ſign.hac ratione:quia
pro nulla re temporali poſſunt in iudicio experiri: hæc au-
tem ſæpius abſq; litigio & contradictione vel adminiſtratio
ne pecuniæ nequeunt expediri.Hæc ibi.verum tamen,vt ibi
ſubditur,in his dare conſilium, ipſorum ſtatui non obſiſtit,
cum ex hoc ipſis circa bona temporalia nulla iuriſdictio,a-
ctio in iudicio,ſiue diſpenſatio tribuatur. Hæc ibi:quæ non
intelliguntur de conſilio ſine quo non, ſiue neceſſario:quia
tale facit exequutorem:vt parti.priore:ſed de voluntario.Igi
tur dicit Bar.in trac.Mino.& ſequitur Sum.Ang.& Ro.quòd
frater minor poteſt eſſe exequutor, quando diſtributio de-
bet fieri in ipſos fratres vel moniales Sanctæ Claræ ſubie-
ctas eorum curæ hærede ſponte ſoluente: quia fiet admini-
ſtratio pecuniæ per hæredes vel exequutores alios, & ipſe
frater arbitrabitur.Et ceſſant ratiões dictæ cle. Sed hoc non
bene dicitur:quia licet iſta aliquando ſine litigio expedian-
tur,tamen vniuerſaliter iſti prohibentur:& conſequenter in
caſu,in quo ceſſat ratio legis,fieri non poteſt ſine licentia le
giſlatoris,niſi in neceſsitate,quæ hic nulla eſt, vt patet s̄.In-
terpretatio.§.j.non ceſſat etiam ratio legis hic,cùm oriatur
inde iuriſdictio & actio.Dicit etiam Sum.Ang. quòd fratri
minori circa hæc licitum eſt eſſe conſultorem. & intelligit
de conſilio ſine quo non: quod tamen iam falſum patet ex
dictis.& contrarium tenet Ge.in c.ſi.de teſta.lib.vj.& Pe.de
Anc.& Zaba.& Bal.& Cy.in auth.ingreſsi.C.de ſacroſan.ec.
& latè Barba.in c.tua nobis.de teſta.in ſuo conſi.xij.Et ratio
eſt:quia per iſtam declarationem frater minor eſſet exequu
tor in effectu:licet indirectè per alium:& ſic fieret fraus le-
gi:maximè quia licet hic ceſſet aliqua ratio illius prohibitio
nis,non tamen omnis:quia ſtat diſpenſatio circa temporalia
quẹ ſaluatur in ſolo conſultore ſiue electore pauperum,qui
bus fiet diſtributio:cum etiam conſilium dans dicatur agẽs:
vt patet v.Metaph.¶Octauum.Is autem cui ex teſtamento
eſt iniunctum vt diſtribuat ſecundum conſilium fratrum mi
norum,ſecundum Bar.vbi s̄.eo caſu quo illi non poſſunt eſ-
ſe exequutores,de vrbanitate debet eorum conſilium requi
ri.Vbi verò eſſe poſſunt,requiri debet etiam de neceſsitate:
ſed quia nullo modo poſſunt eſſe,nullo modo neceſſariò re
quiritur.¶†Tertiò quẹritur,vtrum deputatus exequutor cõ 3
pelli poſsit acceptare vel exequi,& per quẽ? Et dico multa.
¶Primum.Secundum Pan.in d.c.Ioannes.de teſta. deputa-
tus exequutor non tenetur acceptare,niſi tacitè vel expreſsè
acceptaſſet:quia renuntiare non poſſet. Et dicitur tacitè ac
ceptare,quando aliquid facit pertinens ad hoc: & ſi ſcienter
recepit literas,quibus ſibi officium deferebatur.arg.l.j.ff.de
proc.Aut ſi ipſe conſenſit,quando teſtator eum ad illud offi
cium deputabat.Ad quod l.vxori.§.j.ff.ad l.Cor.de fal.& fa
cit l.ex ſententia.de teſt.tut.nõ tamen ſufficit ſi prẹſens fuit
& tacuit.ff.de arbi.l.Pomponius. Poſſet tñ epiſcopus in le-
gatis ad pias cauſas citra acceptationem cõpellere,& ſi non
vt exequutorem,ſaltem vt delegatũ:ſicut in qualibet alia de
legatione:vt C.qui pro ſu.iuriſd.l.vnica.& c.paſtoralis.de of
fi.dele.¶Secundũ.Sicut tñ ſummat Io.And.in d.c. Ioannes.
exequutor fideicõmiſſarius,qui ſuſcepit officium,illud exe-
qui cõpellitur,ſcilicet poſt ſuſceptũ officiũ, & nõ ante,ſi nõ
vult officiũ ſuſcipere,præcipuè ſi nihil fuit ſibi relictũ:vel ſi
relictum non agnouit.& intelligitur de dimiſſo per teſtato
rem:ſecus de datiuo & legitimo.de quo Spe.eo.ti.¶Tertiũ.
Nõ ſolùm diœceſanus, de quo ibi dicitur:ſed etiam habens
iuriſdictionem epiſcopalem vel quaſi, poteſt exequutorem
compellere: in qua etiam iuriſdictione compellendi ſuc-
cedit capitulum mortuo epiſcopo,de maio.& obed. is qui.
non autem eo infirmo vel abſente: cum his caſibus iuriſdi-
ctio non tranſeat in capitulum.¶Quartum. Modus autem
cogendi eſt per ſubtractionem emolumenti relicti ſibi à te-
ſtatore aliàs non relicturo,vel per cenſuram eccleſiaſticam,
vel per pœnam arbitrariã,de quo in Spe.niſi ex cauſa emer
genti exequutor petat exonerari.ff.de proc.l.ſi poſt datum.
Igitur officium hoc & procuratoris & arbitrij ſecundum





Bonagui.conueniunt in eſſe à principio voluntarium,ſed ex
poſt facto neceſſariũ. Addebat & caſum de exequutione vo-
ti paterni:vt de vot. licet. Et per hoc arguitur quòd non ſo
lùm arbiter,ſed etiã arbitrator cogi poteſt ſententiã dicere.
de quo in Spec.de arbi.§.ſi.¶Quintũ.Diœceſanus autẽ, per
quem ſecundũ d.c.Ioan.debet fieri exequutio ſiue compul-
ſio,quantum ad exequutionẽ legitimã quã habet epiſcopus
originis teſtatoris:& ſi alibi habet domicilium,vterq; poteſt
exequi,ſecundum aliquos: vel melius epiſcopus domicilij,
niſi in loco originis eſſent facultates. Quantũ verò ad com-
pulſionem exequutoris epiſcopus exequutoris cõpellet:ſi ta
men officium exequẽdi ſuſcepit in domicilio teſtatoris,epi-
ſcopus ipſius domicilij ratione illius quaſi contractus eum
compellet,ſi inueniet eum ibi:aliàs ſeruabitur c. Romana.
de foro cõpe.Vel dico quòd ex quo eſt abſens,exequetur col
lega:quẽ ſi nõ habet,nec aliter teſtator prouidit, exequetur
epiſcopus teſtatoris:vt de teſti.c.ij.lib.vj. nec inſtabimus cõ-
pulſioni abſentis.¶Sextũ.Exequutores deputati per teſtato-
rem ad diſtribuendum incerta,per alium exequi nõ poſſunt,
ſecundum Gemi.ſed per ſe debent implere.ad quod c.tua.de
teſta.& idem Oldra.quod verum intelligit, niſi certa eroga
tio certæ rei & certo loco facienda commiſſa eſſet:quia tũc
fortè poſſet alij cõmitti.ad quod de off.dele. is cui.lib.vj.Et
4 idem Io.And.¶†Quartò quæritur, vtrum officiũ exequuto
ris tranſeat ad hæredem vel ſucceſſorẽ prẹlatũ.Et quantum
ad hæredẽ dicit glo.in d.c.religioſus.quòd non niſi teſtator
expreſſerit.& hoc tene per illum tex.licet aliqui teneãt con
trarium:per l.cum vnus.& l.à filio.& l. alimenta. ff.de ali.&
ci.leg.quod quidã limitãt verum,re nõ integra:vt de elec.in
cauſis.& l.mãdatũ.C.de manda.Quantum verò ad ſucceſſo
rem dicit Zab.in cle.j.de teſta.quòd ſuccedit ſucceſſor.ſi ex-
equutor erat datus ſub nomine dignitatis,nõ ſi ratione per-
ſonæ:quod ſecũdũ Mat.ſic cognoſcetur:quia ſi eſt deputatus
ante dignitatem,datus eſt ratione perſonẹ: ſimiliter ſi poſt
dignitatẽ,ſed eſt adiectum nomẽ propriũ & appellatiuũ: ſi
verò adiectum eſt nomen appellatiuũ tantùm,præſumitur
datus ratione officij,& ſuccedit ſucceſſor.Hæc tamen diſtin
ctio,ſecundũ glo.Ioan.And.in c.ij.de teſta.lib.vj.procedit in
extraneo: ſed in propinquo videtur quòd licet nomen non
fuerit expreſſum,cùm affectione hoc factum fuerit,nõ trãſ-
ibit ac ſucceſſorem. Diſtinctio tamen Mat.facit ad multa.
5 ¶†Quintò quæritur, quid iuris de authoritate exequutoris
teſtamẽti? Et dico multa.¶Primũ.Cùm ſimpliciter deputã-
tur duo exequutores:vno mortuo vel nolẽte exeq̃ alius poſ-
ſet exequi,niſi teſtator aliud expreſſerit:vt eſt tex.in d.c.re-
ligioſus.& ſimiliter ſi vnus eſt in remotis,vt ibi.imò ſecundũ
gl.ibi,nõ eſt neceſſe quòd vocetur,ſicut & in electione:vt in
c.q̃a propter.& in c.cũ inter vniuerſas.de elec.& idẽ ſecundũ
Io.Cal.ſi inſtituit quatuor aut plures,& mortui ſunt duo vel
maior pars:quia ad minorẽ partẽ ſpectat exequutio, per ra-
tionẽ dicti tex.Si verò nõ multũ diſtaret,eſſet vocãdus:ſed ſi
in termino ſtatuto nõ veniret,procedẽt cẹteri.Si etiã ſint in-
ſtituti nõ ſimpliciter,ſed cũ aliqua limitatione, puta ꝙ vnus
ſine alio nõ poſsit,& huiuſmodi:ſeruãdum eſt quod teſtator
ordinauit:vt in d.c.religioſus.¶Secundũ. An verò agere poſ-
ſit exequutor contra hæredẽ:om̃es dicũt quòd ſic in relictis
ad pias cauſas.C.de epiſc.& cle.l.ſi quis.& ſimiliter in alijs,ſi
eſt miniſter & particeps relicti: puta quia teſtator Falcidiã
vel aliã quotam ad eum pertinere voluit: ſecundũ oẽs agit
ff.de leg.ij.l.ſi quis Titio.Si verò ſit miniſter tãtùm,nõ agit,
ſecundũ Inn.ſed Hoſ. dicit ꝙ de iure canonico agit cõtra o-
mnes in ſpectãtibus ad vltimæ volũtatis exequutionẽ:& eis
negligentibus agit diœceſanus.de teſta. tua.&.c.ſi hæredes.
Primã tamen diſtinctionẽ tenet Spec.&, vt videtur, Pan.in
c.Ioannes.de teſt.vbi dicit ꝙ purus exequutor nec canonico
nec ciuili iure habet actionẽ cõtra hæredẽ:ſed poteſt implo
rare officium iudicis cõtra detinentes bona defuncti, ſecun-
dum Dy.in l.Lucius.§.Mẹuia. ff.ad Treb.& Bart.in l.ſi quis
Titio.ff.de leg.ij.quod gloſ.in d.§.Mæuia.limitat verũ, niſi
in legatis ad pias cauſas.Allegat.l.nulli.C. de epiſc.& cle.j.&
idẽ gl.in d.l.ſi quis Titio.Si verò nõ eſt purus exequutor,ſed
legatarius:ſicut quãdo verba diſpoſitionis cõferũtur in eum
tacitè vel expreſſe: ſicut relinquo centum Titio, & volo ꝙ
ea reſtituat Mæuio:tunc agere poteſt cõtra detinentẽ bona
tanquã legatarius.Et idẽ vbi tacitè confertur in eum diſpo-
ſitio:puta q̃a eſt particeps illius relicti,ſecundũ gl.in d.§.Mẹ
uia.& in d.l.ſi quis Titio.¶Tertiũ. Pro exequutione autem
vltimè voluntatis bona defuncti vendere poteſt exequutor,
ſi eſt vniuerſalis,ſecundũ Pan.in d.c.Ioannes.puta quia om̃ia
ſunt diſtribuẽda pauperibus.l.ſi quis ad declinandã.C.de epi
ſco.& cle.Si verò eſt particularis,nõ poteſt, niſi teſtator ex-
preſſe conceſſerit,vt in l.alio hẹrede ff.de ali.& cib. lega.ſi-
cut hodie cõmuniter datur libera vẽdendi authoritas.quod
quid importet,vide Bar.in d.l.alio.¶†Sextò quẹritur quãdo 6
exequutor exequi teneatur? Et dicit Pan.in c.nos quidem.de
teſta.quòd ſi teſtator prouidit ſibi de tẽpore,hoc ſeruabitur:
hoc notato quòd licet teſtator mãdet aliquid fieri intra cer
tũ tẽpus cõputandum à die mortis ſuẹ,intelligitur vt ſupple
tur,& ſciẽtiæ & aditæ hæreditatis:vt probat tex.in l.ſtatu li-
beros.§.ſi quis hæredi.ff.de ſtatu li.& facit text.iũcta gl.in l.
ſi.§.ſi autẽ dubius.C.de iu.deli. Si verò de tẽpore nõ ꝓuidit
dicit Pano.in c.ſi hæredes.de teſta. quòd ſi res legata eſt in
patrimonio teſtatoris,põt ſolui ſine mora: q̃a dominiũ ilico
adita hæreditate trãſit in legatarium:vt in l. ſi tibi homo.§.
cum ſeruus.& quod ibi no.ff.de leg.j.& in l.cũ res.ibidẽ. vbi
dicitur quòd ſi nõ ſoluat ſine mora hæredes condemnantur
ad præſtãdam vſuram & omnem vtilitatem.& idem ſi eſſet
pecunia legata:vt in l.ſi domus.§.in pecunia.ff.de leg.j. vbi
dicitur quòd ad ſolutionẽ tempus modicũ dãdum eſt: quod
breue tẽpus gloſ.ibi dicit eſſe decem dies à prẹcepto iudicis:
vel ſaltem arbitrarium,penſata quantitate & qualitate hæ-
reditatis:& ſi non habet,debet reperire vndecunq;.l.ſi pecu-
nia.ff.de leg.ij.Et hoc tene quo ad obligationem. Quãtum
verò ad pœnam,ſcilicet vt cogãtur ſoluere cum omni emo
lumento & intereſſe: dicit quòd in legatis ad pias cauſas eſt
tempus ſex menſium:vt in authen.de eccle.titu.§. ſi autẽ le-
gatũ.Et idem dicerem in legatis,ad nõ pias cauſas.per arg.à
maiori in d.§.ſi autẽ legatum.& hoc à die inſinuationis ſiue
publicationis teſtamẽti.Quod ſi per annum à die monitio-
nis per iudicem ſibi factæ non implet quæcunq; relicta,pri-
uatur tota hæreditate,& veniet ad ſubſtitutos:vel ſi nõ ſunt
veniet ordine ſeruato cohæredibus adeuntibus vel grãdi fi-
deicommiſſario,& cæteris, ſecundum quod habetur in au-
thent.hoc amplius. C. de fideicommiſsis. licet poſſet iudex
cogere,etiam ante præfatum tempus exequutores vel hẹre-
des alio remedio.¶†Septimò quẹritur,quid,vel vbi exequu- 7
tor diſtribuere teneatur? Et dico multa.Primum.Vtrũ exe-
quutor diſtribuere poſsit in filios aut conſanguineos pro-
prios:vide ſuprà Eleemoſyna.§. ij. particul.iiij.Vtrum verò
religioſus hoc poſsit in ſe vel in ſuum monaſterium:vide ſu-
prà eodem.§.ij.part.v.¶Secundum.Exequutor nihil eroga-
re poteſt in ſpurium defuncti,ſecundum Zabarel.& Matthe.
quia nec per ſe,nec alio mediãte capere poteſt.ff. de vulgar.
& pupilla.l.ſi pater.quod Matt.dicit verum, etiam ſi datum
ſit exequutori arbitriũ diſponẽdi:quia debet intelligi ſibi da
tum prout à iure, & non contra ius.Quod quidem intelligi

poteſt de rigore iuris ciuilis,ſed non canonici:vt in c.cum ha
beret.de eo qui dux.in mat.❡Tertium ſi teſtator dedit exe-
quutori aliqd diſtribuẽdũ vbi ei videbitur & placuerit:tene
tur illud diſtribuere in pios vſus,ſi aliud nõ apparet de mẽte
teſtatoris.ar. c.cũ tibi de teſta.Sed quia verbũ , videbitur,&
verbũ placuerit,refertur ad arbitriũ boni viri.ff. de fideicõ.
leg.l.Thais.§.ſorore ſua & l. fideicõmiſſa libertas. la ij.bo-
nus autẽ vir arbitrabitur magis diſpẽſandũ ꝓ ſalute animæ
quàm aliter.de ſo.comp.cõqueſtus.quod maximè fit ſi pau-
peribus detur.l.id quod pauperibus.&.l.nulli.C.de epiſco.&
cle.dabitur eis:aliter epiſcopus reuocare poteſt exequutio-
nem.Pet.tamẽ de Per.trac.de ca.por.dicit medietatẽ dandã
pijs locis,& medietatẽ pauperibus.nihil tamẽ allegãs.& eſt
ſatis equũ.❡Quartũ.Si teſtator reliquit centũ pro malè ab-
latis,& illa nõ ſunt tot,reſiduũ dabitur pauperibus, ſi ſimpli
citer diſpoſuit:ſi verò prohibuit in aliũ vſum cõuerti,erit hę
8 redis.Vide Panor.in d.c.tua nobis. ❡Octauò quæritur,qua-
liter exequutio teſtamenti ad epiſcopũ deuoluatur? Et dico
multa. ❡Primũ.Secũdũ Pan.in c.nos quidẽ.de teſta.exequu
tore nõ exequẽte,ſi præceſsit duplex monitio poſt negligẽ-
tiã debẽtis exequi,ſtatim in legatis ad pias cauſas deuoluitur
exequutio ad epiſcopũ:nec requiritur aliud tẽpus,vt videtur
innuere tex.in auth.de eccl.ti.§. ſi autẽ qui hoc iuſsi ſunt . &
ſic intelligerẽ no.per Bar.in auth.hoc amplius.C.de fideicõ.
Si verò ſola vnica monitio præceſsit , expectabitur annus à
die monitiõis,antequã deuoluatur ad epiſcopũ:ſed hodie cõ
muniter epiſcopi habẽt ſtatuta vt tẽpus currat à die mortis,
admonẽdo generaliter quoſcũq;:& ſi ſic,deuoluitur poſt an
nũ intelligẽdo à die mortis . qđ quidẽ limitatur ex doctrina
Pan.in d.c.nos quidẽ.à die mortis,ſupplẽdo & ſciẽtiæ & adi
tæ hæreditatis.Limitatur etiã ex doctrina Rich.ſi habet bo
na in prõptu,de qbus poſsit intra annũ implere legata. Sed
vtrãq; limitationẽ Pan.in c.quia diuerſitatẽ.de cõceſ.prębẽ.
impugnat dicẽs.No.ſcilicet ex tex.ibi,quòd tẽpus prędixũ in
odiũ negligẽtiũ,nõ currit impedito impedimẽto iuris.exẽ-
plũ ibi ſuſpẽſione.vel facti exẽplũ ibi tẽpore quo ſtetit in cu
ria poſt abſolutionẽ.& hoc bene notabis.Secus dic quãdo tẽ
pus eſſet præfixũ nõ in odiũ negligẽtię ſed in fauorẽ alterius
qa iſtud currit etiã ignorãti.Pro quo eſt bonus tex.in l.gra-
ue.ff.de his q no.infa.vbi tẽpus anni currit etiã mulieri igno
rãti mortẽ mariti.& vide gl.no.in c.ſtatutũ.de pręb.lib.vj.&
not.dictũ Spec.in tit.de inſtru. edi ſingulare & quotidianũ,
ſcilicet ꝙ ſi exequutor teſtamẽti nõ potuit exeq intra annũ,
nihilominus deuoluitur poteſtas ad epiſcopũ,ar.in l.nulli.C.
de epi.& cle.& in c.nos qdẽ.de teſta.nec reddit rationẽ.Sed
tu redde per prędicta?qa illud tẽpus nõ fuit præfixũ in odiũ
exequutoris,ſed potius in fauorẽ defuncti:ne diu eius volun-
tas differatur.Deinde autẽ refert ſe ad no.per eum in repet.
cap.cum omnes.de teſta.vbi præfert dictas limitatiões huic
dicto:quia hoc tempus ſtatutum eſt in odiũ negligentis exe
quutoris & fauorẽ alterius.Et hoc ſequitur Sum.Ang.&Ro.
ſed primũ mihi placet magis.Sum.tamẽ Roſ.quæ in diuerſis
§.tenet vtrunq;,ſibi eſt incõpaſsibilis. ❡Secũdũ.Si autẽ quis
relinquit cẽtũ pauperibus declarãdis per Semproniũ: elapſo
anno declaratione nõ facta nõ poteſt epiſcopus eligere pau
peres vigore ſtatuti:de quo in priore parti.ſecundũ Bar. in l.
cum quidã ita.ff.de leg.ij. & Pan.in d.c.nos quidẽ . quia ſta-
tutum loquitur de exequutore:& in eo haberet locum,& nõ
poſſet ſe amplius intromittere.ar.c.literas.de ſupp.neg.præ-
la.Habens autem declarare,nõ eſt exequutor:ſicut dicimus
differentiam inter iudicem qui declarat,& exequutorem.C.
de exe.rei iu.l.executorẽ. Et ita tenet Sum.Ang. quam ſequi
tur Roſ.ex hoc inferens quòd frater minor poteſt eſſe decla
rator,& ſi non exequutor.Sed ego dico quòd iſte & ſi non ſit
exequutor totalis,eſt tamẽ partialis qa cõſiliũ dans eſt cau-
ſa effectiua,quãdo cõſiliũ eſt ſine quo nõ:nec eſt ratio quare
ad iſtũ nõ extẽdatur ſtatutũ, cũ in eo habet locũ rõ expreſſa
eius,quę eſt ne animę patiãtur. ❡Tertiũ.Prædictã aũt deuo
lutionẽ habere locũ in legatis ad pias cauſas nõ eſt dubiũ, ſe
cundũ Pan.in c.ſi hęredes.de teſta.in alijs autẽ eſt diuerſitas
inter doct.quã ipſe cõcordat.& Arch.iij.parte , ti.x.c.iij.Ipſe
tamen Pan.in dicta repetitiõe tenet indiſtinctè quòd epiſco
pus poteſt ſe intromittere de iſtis:ſiue procedat ex officio,ſi
ue actione intẽta per legatarios.Ex quo infert ꝙ exequutio
vltimæ volũtatis etiã ad nõ pias cauſas,ad epiſcopũ lapſo an
no deuoluitur.Vide vbi ſ.❡Quartũ.Si teſtator expreſſe pro-
hibuit ne epiſcopus ſe impediat:dicit Pan.in d.c.tua nobis.de
teſta.ꝙ quo ad cõpulſionẽ executorũ nõ valet:quia ſicut , ſi
ipſe viueret,nõ poſſet ſe eximere à foro epiſcopi:ita nec ſub
trahere potuit exequutores:vt patet in d.c.tua nobis.Quan-
tum verò ad deuolutionẽ exequutiõis, dicit idẽ ibidẽ ꝙ ſi te
ſtator prouidit de alio exequutore in caſu negligẽtię primi,
ille exequitur,nõ epiſcopus.ar.in l.nulli.& in l.ſi quis ad decli
nandã.C.de epiſ.& cle.ſi autẽ ſolùm prohibuit epiſcopo exe
qui,nõ prouiſo ſibi de alio exequutore: tũc in legatis ad pias
cauſas nihilo minus exequetur epiſcopus.tex.eſt bonus in au
then.de eccl.ti.§.ſi quis autẽ ꝓ redẽptione.cũ duobus ſeq.&
in d.c.tua nobis.in alijs aũt nõ.❡Quintũ.Si teſtator ꝓhibuit
rationẽ reddi ordinario ab exequutore : Pan. vt refert Za-
ba.in cle.j.de teſta.dicit ꝙ ſi exequutor ex indebita admini-
ſtratione deliquit,nõ valeret remiſsio:quia nõ eſt veriſimile
teſtatorẽ poſuiſſe illã clauſulã in eluſionẽ ſuę volũtatis & põ
tificalis officij:nec etiã poſſet teſtator impedire officiũ ordi
narij iſto caſu:vt d.cle.j.& c.nos quidẽ.eo.tit.aliàs verò ſi ex
diſtributiõe vel detẽtiõe delictũ nõ cõmittit: nec offenditur
teſtatoris volũtas , q vtrunq; poſuit in volũtate executoris,
valeret remiſsio.❡†Nonò quæritur,vtrũ dilatio exequutio- 9
nis eleemoſynarũ præiudicet animę teſtatoris?Et dicit San.
Thom.in quolib.vj.ar.xiij.quòd nõ quantũ ad meritũ,maxi-
mè ſi quantũ in eo fuit cauſam adhibuit vt eius elemoſynæ
citò darentur:quia meritũ principaliter ex voluntate & intẽ
tione depẽdet:ſed quantũ ad effectũ eleemoſynę patitur de
trimentum,non quidẽ vt puniatur per huiuſmodi tarditatẽ,
ſed quia non adhibetur remediũ expiationis pœnę, cũ nõ ſit
ſuffragium vnde ſubleuaretur. Similiter nõ patitur detrimẽ
tum ſi differatur reſtitutio quam fieri mandauit:licet tardè,
id eſt,in morte,ſi fecit quod potuit.Hæc ex illo.❡Ex quibus
patet primò quòd negligentia ſeu remiſſa voluntas teſtato-
ris diſponendo nocet ei quo ad meritum:& negligentia exe-
quutoris circa ſuffragia nocet ei:quia non liberatur à pœna
purgatorij ita citò:non autem negligentia exequutoris cir-
ca reſtitutionem: quia ſcilicet illa nõ ordinatur ad expiandã
pœnã:vnde nec eſt pars ſatisfactionis.vt ſ.dictum eſt.Et ideo
contra San.Tho.& veritatem tenet Sum.Ang . quòd anima
non intrat cœlum niſi reſtitutione facta.❡Patet ſecundò ꝙ
non debet exequutor multùm tardare vt rebus defuncti me
lius venditis maiorem eleemoſynã faciat:niſi illud augmen
tum eleemoſynæ ſit valde magnũ,& tẽpus tardationis val-
de paruum : ſic quòd arbitrio boni viri melius ſit tardare.de
quo San.Tho.in quol. dicit quòd licitè hoc fit in mora mo-
dici temporis,in qua non videtur magnũ periculũ vel detri-
mentum.quod limita vt ſ.Vnde ſubiunxit quòd ſi per multũ
tẽpus differat , vt in modico ampliores eleemoſynas faciat
nõ excuſatur à culpa:puta fortè defunctus:à purgatorio libe
ratur interim:& ſic fruſtrať remedio quo multũ indigebat.
Hoc autẽ relinquitur prudẽtis exequutoris examini,vt con
ſider



ſiderata dilatione temporis & conditione perſonæ,quæ ci-
tius vel tardius liberanda eſt, & quantitate augmenti elee-
moſynarum , faciat quod viderit magis expedire defuncto.
❡Patet tertiò quòd tã hæres quàm exequutor ex tali dila-
tione præcipuè magna mortaliter peccat:quia iniuſtè infert
defuncto damnũ notabile,ſi nõ facit quantũ põt:nec excuſa
tur hæres,quia cõmodè nõ põt: nec exequutor,etiã ſi nõ po
teſt,cùm debeat intimare hoc epiſcopo qui cogere põt . de
teſta.Ioannes.Vnde tales dicuntur egentiũ necatores: & ab
eccleſia abijciendi.xiij.q.ij.qui.& duobus ſeq. & ſic ſunt ex-
cõicandi:& cõſequenter mortaliter peccãt,ſcđm Arch.poſt
10 Io.de Nea.❡†Decimò quæritur,quæ ſit pœna negligentis
exequutoris,ſiue ſit hæres,ſiue alius? Et dico multa : ❡Pri-
mum . Sicut per leges imponuntur circa huiuſmodi pœnæ:
ita teſtator põt ſuis hæredibus pœnã imponere , ſi ſuæ non
paruerint volũtati.Inſti.de leg.§.pœnæ. dũmodo nõ præci-
piat turpe vel inhoneſtũ.ff.de condi.inſti. quidã de hoc.imò
etiã poteſt imponere legatario & exequutori per ſubtractio-
nem eius quod eis obuenturũ erat de patrimonio teſtatoris:
vt patebit §.ſeq.❡Secundum.Hæres (intellige de extraneo)
debet intra annũ à die monitionis (intellige faciendæ per iu
dicem cuius intereſt ſiue ſit epiſcopus ſiue alius) implere vo
lũtatem defuncti:vt in auth.de hære.& fal.§.ſi quis verò.vbi
ſecundũ gl.ſufficit vnica monitio . & eſt cõmunis opinio.&
hoc in relictis etiã ad nõ pias cauſas:& poſt annũ poteſt pri-
uari tota hæreditate,& omnibus bonis relictis:vt no.Barto.
Bal.Imo.& Inno.Imò ad hoc vt auferri poſsit relictũ ad pias
cauſas cũ omni eius emolumento,ſufficit lapſus ſex menſiũ
à publicatione teſtamenti:vt in auth de ecc.tit.l.ſi autem le
gatum.ſecundũ Imo.de quo ſ.§.vj.& ſecundũ Arch.poſt do.
Ant.& Zab.ſi hæres ſit negligens in adimplendo volũtatem
defuncti,poterit epiſcopus etiã non expectato anni lapſu in-
terdicere ei omne relictũ illi cũ fructu & emolumẽto.quod
innuere videtur c.ſi hæredes.eo.tit.& glo.ibi ſecundũ vnam
lect . Poteſt aũt epiſcopus in relictis ad pias cauſas monere
hæredem vel exequutorem ſtatim poſt mortem teſtatoris:
quia in his nõ requiritur aditio hæreditatis, vt no.Bar.& re-
fert Arch.ſed in alijs monere nõ poterit ante aditã hæredi-
tatem.vt no.Imo.poſt Pet.de Anc.❡Tertiũ.Si autem hęres
ſit filius,vtrũ priuetur tota hæreditate etiã legitima:ſunt o-
piniones,vt refert gl.in d.c.ſi hæredes.& Arc.iij.parte, tit.x.
c.iij.& tenet Hoſ.quòd ſic.cum quo eſt Io.And. ibi & Arch.
in c.Sylueſter.xj.q.j.& Cal.in quadã diſputatione: & Pet.de
Anc.& do.Ant.in relictis ad pias cauſas.Sed Zab.tenet quòd
legitima nõ priuatur propter hanc negligentiã:adde vel cõ
tumaciam,etiã in relictis ad pias cauſas: quia illa nõ proue-
nit ſibi ex voluntate defuncti,ſed iuris diſpoſitione.Ego ve-
rò diſtinguens dico quòd ſi hæreditas eſt diuiſibilis, reſerua
bitur ei legitima.C.de fideicom.auth.hoc amplius . Si verò
ſit indiuiſibilis:vt quia ducatus,regnum , vel huiuſmodi : ſic
totam perdet:de vot.licet.in ſi. Et hæc intellige in diſpoſitis
per teſtamentũ:quia ipſo iure habent authoritatem,vt lega
ta,ſubſtitutiones,& huiuſmodi:in alijs aũt hæres neceſſariò
ſeruare nõ tenetur : vt ſi præcipiatur hæredibus quòd ſtent
ſimul vſq; ad tale tempus:vel quòd talis tali nubat aut non
nubat,& huiuſmodi.Si autem in huiuſmodi teſtator vult hæ
redem obligare,adijciat pœnã in teſtamento, dãnando hæ-
redem in legato præſtando cauſa pœnæ:puta, Petre hæres
meus,ſi tale quid nõ feceris,dato centũ Titio:quia ſic tene-
bit legatum,niſi præcipiatur impoſsibile vel turpe aut con-
tra leges.Inſt.de leg.§.pœnæ quoq;.❡Quartũ.Practica au-
tem contra negligentem hæredem,ſecundum do. Ant.erit
in relictis ad pias cauſas , vt primò ei interdicantur omnes
reditus,& ex eis ſatisfiat ſi eſt poſsibile: alioquin ſi perſeue-
rat cõtumacia,priueť tota hęreditate,etiã ſi ſit filius de quo
tamen tu dic vt parti.priore.in alijs verò non ad pias cauſas
& ſimiliter primò ſatisfaciat de reditibus:& deinde ꝓcedať
ad priuationem hæreditatis ex toto , ſi hæres ſit extraneus,
vel relicta legitima ſi ſit filius, & huiuſmodi . de quo etiam
dic vt ſ.❡†Vndecimò quæritur, vtrum pœna appoſita à te- 11
ſtatore poſsit exigi?Et dico quòd ſi appoſita ſit pœna priua
tionis cum turpi conditione adiecta:vt quia legat prædium
mendicantibus ſub conditione cadendi à legato ſi alienant,
cùm tamen ipſi debeant alienare:& ſic abijcitur conditio:&
legatum ſtat ſine pœna, ſecundum Arc . Quod intelligo e-
tiam ſi ex priuilegio poſſunt illud habere.: quia poſſunt re-
nuntiare.Et idem dic ſi conditio ſit impoſsibilis: ſecus ſi ho
neſta.de quo dic vt ſ.Legatum.j.§.iiij.Si verò appoſita ſit pę
na deuolutiua ſub honeſta conditione vel modo:quia legat
centum Petro cum hoc vt det 50. pauperibus,vel in officia
celebranda:aliàs legatum deuoluatur ad talem:erit locus il
li pœnæ.ſecus ſi ſit inhoneſta vel impoſsibilis.Si verò appo-
ſita ſit pœna augmentatiua relicti:vt qui a legat centũ dan-
da pauperibus intra certum tempus:alioquin dentur ducen-
ta:ſecundum Bern.ar.c.Raynaldus.de teſta.locus eſt pœnę:
& exigi poteſt ſi afficiat patrimonium teſtatoris : qui licet
non poſsit imponere pœnam hæredi vel legatario , cùm in
eum non habeat iuriſdictionem,poteſt tamen adimere ſub
nomine pœnæ bona eis legata vel relicta:quæ pœna habe-
bit locum etiam in foro conſcientiæ, cùm naturaliter obli-
getur honoratus.de teſta.c.cùm in officijs.Pro quo aduerte
quòd hæc pœna reducitur ad conuentionalem:de qua ſ.Pœ
na.§.xv.part.vij.❡†Duodecimò quæritur,cuius expenſis ſer 12
uus legatus per exequutorem reddatur legatario,ſiue quæ-
rendus ſit?Et dico quòd gloſ.in l.cùm ſeruus.ff.de legat.j.&
refert Pan.in cap.indicante.de teſta. diſtinguit quatuor tem
pora : dicens quòd expenſis hæredis ſi tempore teſtamenti
erat in fuga.quod intellige ſi erat longe : ſicut & de alia re
legata dicimus,vt in l.cùm res.ff.de leg.j. Secus ſi prope.Ex
penſis verò legatarij , ſi fugit poſt teſtamentum ante mor-
tem teſtatoris. Si verò fugit poſt mortem eiuſdem , & ante
aditam hæreditatem,ſi fugit culpa hæredis,tenetur ad æſti-
mationem:ſi verò ſine culpa,non tenetur niſi veniat ad ma
nus eius.& idem ſi quarto tempore,id eſt,poſt aditam hære
ditatem.Ratio , quia ſicut hæres liberatur interitu rei reli-
ctæ:intellige debitæ in ſpecie,non in genere,vel in quanti-
tate.l.quod te mihi.ff.ſi cer.pet. ita liberatur à fuga ſerui ſi-
ne ſua culpa.Sed in primo caſu videtur teſtator ſic voluiſſe.

## De Teſtibus.

1 *Teſtis quis eſſe poſsit.*
2 *Teſtis quando admittatur in cauſa propria ſeu communi.*
3 *Teſtes ſingulares qui & quando probent.*
4 *Teſtis de auditu ſolo an admittatur.*
5 *Teſtium numerus in quauis cauſa neceſſarius.*
6 *Teſtificatio qualiter & quando fiat.*
*Teſtis ſe ipſum ingerens, reijcitur.*
7 *Teſtes ſi diſcordent, quid iuris.*
*Teſtis ſibi contradicens, repellitur.*
8 *Teſtes quomodo obligentur ad teſtificandum.*
9 *Teſtis falſi quæ ſit pœna.*
10 *Teſtis falſus quomodo teneatur reſtituere.*

TESTES antiquitus ſuperſtites vocabantur eò quòd
ſupra cauſarum ſtatum proferebant:nunc verò parte
nominis ablata, ſcilicet per aphæreſim teſtes vocan-
tur:de verb.ſig.cap.forus.§.teſtes . qui dicuntur legitimi vel

omni exceptione maiores,quando nulla legitima exceptio-
ne repelli poſſunt,ſecundum gloſ.in cap j.de conſan.& affi.
2 & Inſti.de inuti.ſtip.§.itemverborum.¶†Primò autem quæ
ritur, quis poſsit eſſe teſtis? Et dico quòd quilibet qui non
prohibetur:cùm edictum de teſtibus ſit prohibitorium,ſicut
&de procuratoribus.ff.de proc.l.mutus.de ſpon.l.cùm apud.
Quis autem prohibeatur, colligitur ex ſeptem conditioni-
bus requiſitis in teſte:de quibus in his verſiculis,Conditio,ſe
xus,ætas,diſcretio,fama.Et fortuna,fides,in teſtibus iſta re-
quires.¶Dicitur ergo primò conditio. Nam ſeruus non po-
teſt eſſe teſtis.d.c.forus.C.de teſti.l.quoniam liber. & iiij.q.
iij.§. item in criminalibus, quod tamen fallit cùm de facto
ſerui quæritur,& non pro domino vel contra dominum: vt
in d.§.item in criminalibus.ſimiliter in defectu teſtium: ſed
tũc admittitur cum tormentis:vt in d.§.item.inverbo,item.
ſerui.Similiter nec regularis coram iudice ſeculari ſine li-
centia ſuperioris:quia licet poſsit eſſe teſtis, ar.l.j.ff.eo.& in
auth.de mona.§.cogitandum.& no.Spe.eo.tit. & facit ratio
prædicta: quia non inuenitur prohibitum: nec ſit mortuus
mundo per omnia,vt no.Pan.in c.cùm nuntius.eo.tit.tamen
hoc limitatur verum,vt s̃.ſcilicet coram iudice ſeculari de
licentia ſuperioris,non aliter,ſecundum Spec.ibi.& Io.And.
in addi.ibidem.& Alb.in ru.C.eo.& facit c.monachi. el ij.x-
vj.q.j.&.c.placuit.ij.q.vij.ſi tamen ſine licentia teſtificetur,
nihilo minus valet,ſecundum Pan.in d.cap. cùm nuntius.&
idem Ang.in §.ſi libertus.in auth.eo. vbi dicit quòd ſi cleri-
cus vel religioſus deponat vi coram iudice ſeculari ſine mã
dato ſuperioris,non valet:ſecus ſi volens.Io.tamen And.con
trarium tenuit,ſcilicet quòd non valet. quod Sum.Ang.di-
cit verius.Sed ego dico quòd eſt falſius, per ea quæ adducit
Pan.vbi s̃.¶Dicitur ſecundò ſexus. Nam licet mulier de iu-
re ciuili admittatur in ciuilibus,etiam in codicillis &vltimis
voluntatibus,præter teſtamenta,ſecundum Accurſ.& in cri
minalibus.xv.q.iij. ex eo.ff.de teſta.l.qui teſtamento. §.mu-
lier.Inſti.de teſta.§.teſtes.tamen de iure canonico nõ admit
titur in criminalibus criminaliter.xxxiij.q.v.c.mulierem.niſi
in criminalibus exceptis,ſcilicet ſimonia.cap.tanta.de ſimo.
& ſic intellige d.ca.forus.In ciuilibus autem & ſpiritualibus
& quibuſcunque alijs,aut etiam in criminalibus cùm agitur
ciuiliter,vt in denuntiatione aut etiam inquiſitione,admit-
titur,niſi vbi expreſſe prohibitum inuenitur:vt in teſtamen-
tis not.Io.Andr.in addi.ad Spec.eod.titu.& facit c.quoniam.
& cap.tam literis.de teſti. Quomodo autem non debet tra-
hi ad iudicium pro teſtimonio,ſed ad eam mitti:habetur in
cap.mulieres.de iudi.lib.vj.& ſuprà Iudex.ij.§.j.¶Dicitur e-
tiam tertiò ætas. Nam in cauſa ciuili requiritur pubertas.
iiij.q.iij.cap.j.In criminali verò ætas xx.annorum.ff.eo.l.in-
uiti.l.ij.& l.in teſtimonium.iiij.q.iij.teſtes.poterit tamen pu
bes teſtificari deviſis in impubertate,ſi erat doli capax quan
do vidit,arg.Inſt.de inuti.de ſtip.§.pupillus.ff.de neg.geſt.l.
in negotijs.aliter non,quod not.xxxvij.diſtin.relatum.& di-
ctum impuberis facit plenum indicium ad torturam:vide s̃.
Impubes.¶Dicitur quartò diſcretio.Nam furioſus & men-
te captus non admittitur,ſicut nec ad officium iudicandi,vt
ibi.iij.q.vij.tria.niſi habeat lucida interualla.ff.de teſta.l.qui
teſtium.§.nec furioſus.argu.de ſpon.dilectus.xxxij.q.vij.nec
furioſus.vij.q.j.quanuis. ¶Dicitur quintò fama. Nam infa-
mes à teſtimonio repelluntur.de teſta.co. præterea.& præ-
cipuè in criminali cauſa.extra eo.cap.teſtimonium. nec pro
deſt pœnitentia.ij.q.iij.§.hinc colligitur.¶Dicitur ſextò for
tuna.Nam diuiti magis creditur.ff.de teſtibus.l.iij.C.ad l.
falcid.authen.ſed cùm teſtator. pauper autem repellitur, ſi
eſt talis conditionis quòd pecunia corrumpi poſsit. aliàs
non,arg.Inſti.de ſuſpec.tu.§. vltim. ſed hoc iudici conſide-
randum eſt.iiij.quæſtio.iij.teſtis. ¶Dicitur ſeptimò fides.
Nam infidelis contra fidelem non admittitur.ij.quæſt.vij.ſi
hæreticus.ff.de teſtib.l.ij.de hære. excommunicamus. Ad-
duntur & quædam alia,quæ aliquando repellunt à teſtimo-
nio.¶Octauò enim repellit conſanguinitas vel affinitas.Vn
de non eſt teſtis idoneus pater pro filio,aut econtrario.l.te-
ſtis.ff.eo.& iiij.q.iij.§.item teſtis.Et idem eſt generaliter de
aſcendentibus & deſcendentibus per lineam rectam pro &
contra.iiij.q.iij.§.item in criminali.& idem de matre.Quod
limita primò vbi non agitur de correctione vel prohibitio-
ne peccati vel illuminatione fidei: quia in iſtis vbi affectio
carnalis communiter nihil operatur, valet: ſicut teſtimo-
nium Chriſti de patre,not.Panorm.in cap.in omni.eo.tit.&
ſecundò vbi non quæritur de ætate & natiuitate. qui ſi ſint
leg.tranſmiſſa.& cap.per tuas.& tertiò extra teſtamentum.
de peculio caſtr.l.qui teſtamento.ff.de teſta.& quartò extra
matrimoniales cauſas: quia in matrimonijs aliquando ad-
mittuntur parentes. Sed quia Doctores in hoc variant, dic
quòd iudex arbitrabitur de ſuſpicione vel non ſuſpicione
contra parentes:& ex hoc quòd filius vel filia ex eorum te-
ſtimonio reportat honorem aut vituperium.argu.l.iij.ff.eo.
& bona gloſſa in cap.ex literis.eo.tit.Sunt & quædam per-
ſonæ quæ aduerſus coniunctos teſtimonium dicere non co-
guntur,vt aduerſus ſocerum,generum,vitricum,priuignum
ſobrinum, ſobrinam, ſobrino natam, eosque qui in priori
gradu ſunt.Item aduerſus patronum,patronam, & liberos
eius:vt d.§.item in criminali.iiij.q.iij.& aliæ perſonæ de qui
bus ibi.¶Nonò familia.Nam repelluntur teſtes de familia
actoris.l.pen.ff.eo.& familiaris.C. de his qui ad ecc.confu.l.
fin.§.ſanè.Nec de domo actoris vel accuſatoris in cauſa ci-
uili aut criminali teſtes produci debent.iij.q.v.per totum.
d.§.item in criminali. Qui tamen ſunt de collegio, admit-
tuntur ſuper facto vel non facto collegij,ſecundum Panor.
in cap.tertio loco. de probationi. quando eſt tale quod per
alios probari non poteſt.text.eſt in cap.veniens.extra eod.&
ſimliter illi qui ſunt de conuentu, ſuper profeſsione illius,
qui reperitur à conuentu,ſecundum Panorm. in cap.nuper.
eod.titu.quia cauſa non eſt ſingularis, ſed monaſterij:& ſic
dicuntur teſtificari in cauſa propria. Vnde prælati de ordi-
ne Minorum hoc caſu experiri poſſunt in iudicio. & idem
de clericis in cauſa eccleſiæ ſuæ: & de ſingularibus in cauſa
vniuerſitatis:quia non eſt cauſa ſingulorum.xij.q.ij.cap.epi-
ſcopus.§.qui manumittitur.xiiij.q.ij.ſuper prudentia. extra
eo.inſuper.vbi Panormit.idem dicit de prælato in cauſa ec-
cleſiæ ſuæ.Quod limita, niſi tales pro monaſterio vel vni-
uerſitate aut eccleſia fuerint actores vel reſponſales:vt in
cap.inſuper.eod.tit.¶Decimò,inimicitiæ & amicitiæ.iiij.q.
iij.teſtes.verſi.ideoque.in perſona.in quo tamen iudex arbi-
trabitur.arg.ff.eo.l.iij.§.j.¶Vndecimò, non admittitur lai-
cus contra clericum in cauſa criminali criminaliter.ij.q.vij.
ipſi.Vide Pan.in cap.cùm non ab homine.de iudi. & in c.de
cętero.de teſti.¶Duodecimò nec ſocius criminis.lxxix.di.c.
ſi quis.in gl.Quod fallit in exceptis: vt in crimine læſæ ma-
ieſtatis & ſimoniæ:vt in d.gl.& hæreſis.Nec obſtat extra eo.
quoniam.vbi admittuntur ſocij criminis: quia illud eſt ſpe-
ciale in cauſa denuntiationis:vel admittuntur vbi ad pręſum
ptionem.de adul.ſignificaſti.vide s̃.Iudicium.§.v.¶Decimo
tertiò nec criminoſus quandiu perſeuerat in crimine: qui ſi
ſit emendatus,non repellitur in cauſa ciuili:ſed in crimina-
li,ſi prius fuit conuictus vel confeſſus,vel nunc per exceptio
nem conuincitur, vel grauata eſt eius opinio pro eo quòd
aliquando fuit repulſus: aliàs verò etiam in criminali reci-
pitur.extra eod.teſtimonium.¶Decimoquartò, nec obſcuri
& ignoti:niſi cum tormentis aut verberibus:vt in authen.eo.
l.ſancimus.¶Decimoquintò,nec exequutores negotiorum,
qui in ipſa cauſa fuerunt actores vel reſpõſales.extra eod.ſu
per.imò qui fuit procurator vel aduocatus in priori iudicio,
non recipitur in teſtem in cauſa appellationis:extra eod.Ro
mana.lib.vj.Vide etiam in §.vj.Sed tamẽ circa prædicta ad-
uerte duo.¶Primum.Exceptis caſibus expreſsis à iure ex cir
cunſtãtijs iudex arbitrabitur ſuper amiſsione vel repulſione
teſtis:quia iſto caſu dicitur iudici, tu magis ſcire potes quis
admitti debeat vel repelli.ff.eod.l.iij.§.j.Ad quod conferunt
etiam illa tria quæ detrahunt fidei teſtis,ſcilicet ſi variat, ſi
vacillat,ſi negatiuam probare contendit.de cauſa poſſeſ.&
proprie.c.cum in eccleſia.& ibi Panor.diffusè.¶Secundum.
Teſtes repellendi de iure admitti debent,ſi is, contra quem
producuntur,eorum teſtimonio in alio iudicio vſus fuerit:
niſi docuerit aliquid legitimum pòſt emerſiſſe. C.eod. l.ſi
quis teſtibus.& in dicto §.item in criminali.ver.ſi quis teſti-
bus.¶Adde tertium quòd ſacerdos (intellige de honeſtate)
non debet eſſe teſtis in inſtrumentis confectis totaliter inter
2 ſeculares.xiiij.q.ij.quanquam.¶†Secundò quęritur ſpeciali-
ter,vtrũ quis debeat admitti teſtis in cauſa propria vel com-
muni ſibi & alteri?Et dico quantum ad primum quòd non
regulariter,nec principaliter,nec ſecũdariò.C.e.l. omnibus.
vnde nec venditor in cauſa rei venditæ admittitur pro em-
ptore:quia videtur propria venditoris:nec debitor in cauſa
pignoris pro creditore.ff.de appel.l.ab exequutore.Non ta-
men negari poteſt quin aliquãdo in cauſa propria quis teſti-
ficetur,attentis circunſtantijs perſonarum & cauſæ: vt in c.
fin.de iureiur.& in c.ſi.eod tit.lib.vj.& apertius in cap.ex ra-
tione.de procu.& facit quod no.Bar.in l.admonendi.ff.de iu
reiur.volens quòd quando actor ſcit plenè veritatẽ, puta de
mutuo à ſe facto,& eſt perſona honeſta: ſi habet pro ſe vnũ
teſtem bonum,defertur ei iuramentũ,& facit probationem
perfectam.Vnde quod prius dictũ eſt,fallit primò in legata
rijs & fideicõmiſſarijs,qui ferũt teſtimonium in cauſa teſta-
mẽti,cùm agitur de hæreditate,non de legatis, nec fideicõ-
miſsit ſuis:& poſſunt ſcribi & eſſe teſtes in teſtamẽto,in quo
eis aliquid legatur.C.de teſta.l.dictantibus.& ſecundò in col
legijs & corporibus & eccleſijs:vt §.priore.caſu ix.& iij.in ca
ſu prædicto Bart.Quantum verò ad ſecundum,quòd in cau
ſa communi duorum alter admitti nõ debet ad teſtimoniũ:
quia cauſa communis duorum vtriuſq; eſt.ff.de ritu nupt.l.
3 illud.¶†Tertiò quæritur, vtrum teſtes ſingulares ſic admit
tantur vt probent?Et dicit Panor.in c.bonæ memoriæ el j.
de elec.quòd teſtes dicuntur ſingulares,quando deponũt ſu-
per diuerſis factis, ita quòd quilibet eſt ſingularis ex dicto
ſuo.Quando verò obiectum ſuper quo deponunt,fuit repræ
ſentatum ſenſibus teſtium eodem tempore, tunc ſunt cõre-
ſtes,& non ſingulares:quia tunc videntur deponere de facto
eodem.Vel dic breuiter quòd teſtes dicũtur ſingulares quan
do quilibet ſigillatim teſtificatur aliquid quod non eſt vel re
vel ſaltẽ præſumptione ſufficiente ad ſententiam ferendam
illud quod teſtificatur alius. Igitur teſtes ſingulares regula-
riter nõ probãt,ſecundum eundẽ ibi.quod tamen limitat gl.
in l.ob carmen.ff.de teſtib.& Ang.in diſputatione quadam,
quando actus non habet cõtinuitatem:quam ſi habet,vt for
nicatio,ſi vnus poſt alium videat per foramen valet teſtimo
nium.& per Innoc.& Ioan.And.in c.qualiter & quando.el ij.
de accu.vbi patet quòd poſsidẽs rem probare poteſt per te-
ſtes ſingulares:& ſic de ſimilibus.Sed ſecundum deſcriptio-
nem quã ſubiunxi, non oportet ſic limitare. Vnde Bal. dicit
quòd in dicto caſu fornicationis non præſumitur pluralitas
actuum.¶†Quartò quæritur,vtrum admittantur teſtes de 4
auditu ſolùm?Et dicit Spec.in tit.de teſtibus. quòd teſtes exi
ſtentes iuxta parietem vel cortinam,de auditu fidẽ faciũt:vt
in cap.præterea.de teſtibus.& ibi glo.& idem Hoſti.ponens
exemplum de quodam qui dominæ ſuæ annulum ſubtraxe-
rat,& coram ea fatebatur,coram teſtibus verò negabat: &
illa rogauit notarium & teſtes abſcõditos poſt parietem ſu-
per confeſsione furis:quaſi velit quòd cõfeſsio poſsit probari
per teſtes,licet ipſi non viderint perſonam loquentem.quod
eſt notabile verbum,ſecundum Panor.in c.ex literis.de con
ſue.& idem voluit Bart.poſt gloſ.in l.ij.§. idem Labeo.ff.de
aqua pluuia arcen.Et facit ad quęſtionẽ an teſtis poſsit depo
nere ſuper verbis,ſi habet notitiam vocum.de quo gl.in cap.
teſtes.iij.q.ix.& Panor.in cap.cum cauſam.de teſti.& cõmu-
niter tenetur per Legiſtas quòd ſit ſpeciale in teſtamẽto,vt
non valeat teſtimoniũ,niſi teſtes audiuerint & viderint teſta
torem loquentem:vt eſt text.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſta.
& hoc fortè ideo,quia ſolet infirmantiũ vox mutari,& faci-
liter poſſe fingi.¶†Quintò quæritur, quid iura tradiderint 5
de numero teſtium neceſſariorum in qualibet cauſa?Et di-
co ꝙ licet regulariter vnus teſtis nõ ſufficiat, ſed vox vnius
vox nullius.extra eo.veniens.in ſi.& cap.cùm à nobis.eo.tit.
& cap.quoniã.in ſi.de proba.& regulariter duo ſint neceſſa-
rij,& ſufficiant.ff.eo.vbi numerus.iiij.quæſt.iij.cap. ſi teſtes.
§.item numerus.tamen vnus teſtis facit præſumptionem.de
ſuc.ab inte.cap.ſi.vbi dicit Panormit.vnum ſingulare, quòd
vbi agitur de magno pręiudicio ſeu re magni valoris,nõ de-
fertur iuramẽtum in ſupplementũ probationis,per id quod
not.in cap.fin.de iureiurand.quod etiam verum eſt in præla
to ſuper iure eccleſiæ.Quandoque etiam vnus facit ꝓbatio-
nem,primò quidem in papa,qui eſt idoneus teſtis etiam ſo-
lus.de teſtamẽ.à nobis.etiã de his quæ viderit ante papatum
ſecundum Lud.de Ro.& duas glo.Ioan.Andr.ſcilicet in cap.
j.de renunt.lib.vj.& in cap.ad apoſtolicæ.de re iud.eo.lib.de
cõſuetudine etiã curiæ ſtatur dicto Cardinalis in dictis vel
actis coram eo:vt not.Hoſtien.de appellatio.c.cõſtitutus. el
ij.Secundò in his, in quibus non fit alteri præiudicium,puta
an eccleſia ſit conſecrata:an aliquis ſit baptizatus:an petie-
rit cõfeſſorem,& huiuſmodi.de cõſecra.diſtinctio.iiij.paruu-
li.Tertiò vbi agitur ad peccatũ impediendum ar.cap.ſuper
eo.el ij eod.titu.& glo.in cap.nuper.eod.titu.& ij.quæſtio.j.
multi.vnde vnus impedit matrimoniũ contrahendũ Quar-
tò in foro cõſcientiæ: puta cùm quis dicit ſe cõfeſſum. extra
eo.teſtimonium.quod intelligo niſi ſit probabilis cõiectura
in contrarium. Quintò de conſenſu partium: cùm etiam &
teſtimonio aduerſarij ſtari poſsit.C.de fideicommiſsis.l. fin.
Sextò quando teſtator mandauit ſtari dicto alicuius:quem
informatum dicit de ſua intẽtione:quia nihil poteſt opponi,
ſecundum Barto.in l.Theopompus.ff.de do.præleg.& not.
Panor.in c.in nomine dñi.eo.tit.Septimò cùm quæritur an
aliquis ſit emẽdatus:quia ſtatur teſtimonio ſacerdotis.d.ca.
teſtimoniũ.Octauò in correctiõe fraterna:quia prima cor-
rectio per vnũ ſolũ ꝓbatur. extra eo.in omni.ij.q.j.ſi pecca-
uerit.Nonò in ciuilibus,in q̃bus vnus teſtis cũ fama ſufficit.
arg.de appel.c.j.in glo.& ſuprà Probatio.§.iij.Aliàs nullius
quãtũcũq; exercitatæ perſonæ cõfeſsioni fides eſt adhibẽda,
ſcilicet in iudicio, niſi competẽtes habeat probationes.vj.q.
ij.per totũ.nec etiã epiſcopi:vt in c.placuit.ea.q.¶In aliqui-
bus autẽ requirũtur teſtes plures quàm duo.Nã in teſtamẽ-
tis requiruntur ſeptẽ,licet in legatis ad pias cauſas ſufficiant
duo:vt ti.priore.j.§.vij.In codicillis quinq;.C.de codicil.l.ſi.
In donatione cauſa mortis quinq;. C.de do.cauſa.mor.l.fin.
Item quando debitor vult probare debitum ſolutũ quod fa-

ɛtum erat in ſcriptis;quinq;.C.eod.teſtium.In contractu qui
excedit librã auri, facto in ſcriptis ab imperito in ciuitate,
quinq;.C.ſi cer.pet.auth.ſed nouo. Ad reprobandum autem
inſtrumenta quatuor meliores de ſcriptis in inſtrumẽto,vel
quinque,ſecundum glo.in c. Ioannes. de fide inſtru. de quo
dic vt ſuprà Tabellio.§.ſi.in pecunia verò depoſita requirun
tur tres,in auth.de fide inſtru.§.ſi quis igitur. In purgatione
canonica requirũtur teſtes:vt ſ.Purgatio.§.iiij.¶Ad damna-
tionem etiã aliquorum requiritur numerus maior:quia epi-
ſcopus cardinalis nõ dãnatur niſi lxxij.teſtib⁹.ij.q.iiij.prę ſul.
presbyter cardinalis.lxiiij.diaconus cardinalis xxiiij. ſubdia-
conus & inferiores cardinales vij.ij.q.iiij.præſul.&.c.ſeq. q̃
tamẽ ſpecialiter habet locum in epiſcopis & alijs clericis ec
cleſiæ Romanæ triplici ratione quam ponit San.Tho.ij. ij.
q.lxx.contra papam tamẽ nõ multiplicãtur,ſed duo ſufficiũt
ſecundum gloſ.in d.c.præſul.& ſimiliter contra quoſcunque
alios etiam epiſcopos,ſufficit ad condemnationẽ teſtimoniũ
6 duorum.ij.q.v.per totum.¶†Sextò quæritur, qualis debeat
eſſe teſtificatio teſtium?Et dico quòd primò regulariter nõ
debẽt induci nec poſſunt recipi ante litis cõteſtationẽ:quod
tamẽ fallit in viginti caſibus,de quibus in c.quoniam.vt lite
non conte.& ibi gloſ.& Pan. imò quando ignoratur malefa
ctor,recipi poſſunt etiã ante citationem malefactoris,iuxta
no.per Inno.in c.bonæ.el j.de elec.& ſequitur Panor.in c.in
nomine domini noſtri. extra eo.¶Secundò requiritur ꝙ ſe
teſtis non ingerat:quia tunc repellitur tanquã ſuſpectus. ar.
l.vxori.§.j.ff.de fal.& per Bart.in l.quę omnia.ff.de procu.&
facit c.qualiter.de elec.imò requiritur quòd non promittat
teſtificari quid certũ: ſi autẽ nõ expreſsit quid nõ repellitur
niſi primũ accepiſſet:quo caſu præſumitur corruptus, ſecun
dum doc.tamẽ ſi nõ fuit citatus, ſed partẽ iudici productus,
non prẹſumitur ſe ingerere,vt tenẽt domini de Ro.deciſio-
ne cclx.& facit.c.cõſtitutus.eo.tit.& Pan.in c.in tua.de ſpon-
ſal.¶Tertiò quòd iuret tactis ſacroſanctis Euangelijs. Nec
alicui teſti,quantũcunq; religioſo,creditur niſi iurato. extra
eo.nuper.&.c.fraternitatis.&.c.tuis.C.de epiſco.& cler.auth.
ſed iudex.niſi ſit epiſcopus vel ſacerdos, qui non iurat ſuper
libro,ſed ſuper pectore ſuo.de iura.cal.c.ſi.& dicit Pan.in d.
c.tuis.quod etiam epiſcopo nõ crediturvt teſti ſine iuramen-
to.& excepto papa nõ creditur in præiudiciũ alterius,maxi-
mè nõ modicũ,verbo cuiuſcũq;,& qualiſcũq; fuerit authori
tatis,etiã legati cardinalis,poteſt tamen remitti iuramentũ
de conſenſu partium.extra eod.tuis. niſi in cauſa matrimo-
niali.extra de eo qui cog.conſang.c.ſuper eo. Iurabit autem
dicere totã veritatẽ quã nouit de illa re.iij.q.ix. hortamur.
nulla falſitate adiecta.iij.q.ix.pura.& de cõſuet.c.quorundã.
quod nulli dicet teſtimoniũ.& hoc bene.iiij.quæſt.iij.§.item
in criminali.¶Quartò quòd vtraq; pars ſit præſens,vel cõtu
maciter abſens.d.c.in nomine domini. ¶Quintò ꝙ viua vo-
ce deponat,nõ in ſcriptis c.à nobis.qui ma.accu.nõ po.iij.q.
ix.teſtes.¶Sextò ꝙ teſtificetur de auditu,ꝓprio,ſcilicet quã-
tum ad ſonos:vel de viſu quãtum ad viſibilia,vt in cap.ij.de
conſuetu.& idem de alijs ſenſibus,nõ de alieno:quia non eſt
propriè teſtimonium:vt notat glo.in l.in ſumma.ff.de aqua
pluuia arcen.¶Septimò quòd nõ vacillet vel contraria pro-
ferat:vt in cap.licet.de proba.¶Octauò quòd nihil taceat de
contingẽtibus ſuper quibus interrogatur: aliter eſſet falſus
teſtis.de accu.dilecti.puta ſi exprimit quod facit ꝓ aliquo,&
tacet quod eſt cõtra illũ.¶Nonò quòd exprimat locũ,tem-
pus & modũ.¶Decimò quòd ſolùm teſtificetur ſuper iura-
tis,&nõ ſuper alijs:quia nõ valeret:ar.c.de teſtibus.extra eo.
7 ¶†Septimò quæritur,quid iuris ſi teſtes diſcordent?Et dico
ſecundum Veruec.quòd debent cõcordare in circunſtantijs
contentis in hoc verſu,Res, perſona, locus,gradus, hæc ſint
cõſona,tẽpus.Aliter ſunt ſingulares, & non probant, puta ſi
vnus dicit de vna re vel de vno facto,alius de alia vel de alio.
de proba.licet.etiã ſi loquãtur de diuerſis perſonis.de reſcri.
Rodulphus.ſi tamẽ loquutiões ponerẽtur certæ nõ obeſſet
error nominis ſecundũ Hoſt.Itẽ ſi diuerſis locis,vt patet Da
nie.xiij.in exẽplo Suſannę.Itẽ ſi de diuerſis gradibus cõſan-
guinitatis aut affinitatis in cauſa matrimonij.xxxv.q.vj.de
parẽtela.& idẽ ſi de diuerſis tẽporibus. Quod limita primò
niſi vnum includat aliud:vt ſi vnus dicat diẽ alius eiuſdẽ diei
horam.& ſecundò niſi factũ ſit durabile:quia etiã ipſi Euan
geliſtæ dicuntur concordare,& tamen vnus,id eſt Marcus di
cit Chriſtum crucifixum hora tertia:alius,id eſt, Lucas hora
ſexta.hæc autem S.Tho.ij.ij.q.lxx.breuiter comprehendens
dicit quòd diſcordia teſtium in circunſtantijs principalibus
variantibus ſubſtantiam facti (intellige,id eſt,facientibus ꝙ
teſtes nõ loquantur de eadem re vel facto,puta in loco,tem
pore,vel perſona) aufert efficaciam teſtimonij:ſecus in non
pertinẽtibus ad ſubſtantiam facti puta quòd tẽpus fuerit ſe-
renum vel nebuloſum,vel domus picta aut non picta,& hu
iuſmodi.quia circa talia nõ conſueuerunt homines ſolicitari
& conſequenter à memoria facilè labuntur:imò ſecundum
Chryſo.diſcordia in talibus facit teſtimoniũ credibilius:quia
ſi concordarẽt in omnibus etiam minimis,viderẽtur ex con-
dicto eundem ſermonẽ proferre. ¶Sed ad pleniorem prædi
ctorum notitiam adde quòd ſi vnus teſtis expreſſe contradi
cit ſibi non valet teſtimoniũ.iiij.q.iij. Nicolaus. & ſi primò
extra iudicium dicit vnum, & ſecũdò in iudicio dicit oppo-
ſitum,ſecundum Bart.poteſt puniri de falſo:quia ſtatur pri-
mo dicto eius per l.eos. C.de fal.Bal.tamen aſſerit hoc eſſe
falſum:& bene,per gloſ.in cap.cum cauſam.de teſti.& ſequi
tur Ioan.And.in mercu.in regula, non eſt vbi patet quòd in
minus valide aſſumptis vel iudicio vel extra ſtatur vltimo
dicto:in dictis autem authenticis ſtatur primo in iudicio, &
extra.quo caſu loquitur.d.l.eos allegata per Bart.quia ibi ve
niebat quis contra propriũ ſigillũ: & ſic cõtra rẽ authenticã
& approbatã.Sed prædicta S.Tho.limitat quãdo teſtis inter
rogatur de ſciẽtia aut viſu:quia ſi diſsidet à ſeipſo,repellitur
ſecus ſi interrogetur de opiniõe & fama.quia poteſt ſecundũ
diuerſa audita diuerſimode motus eſſe ad reſpondendũ.Et ſi
inueniatur falſus in parte,in nullo creditur ei diſt.ix.ſi ad ſcri
pturas.iuncta glo.vide ſuprà Falſarius.§.v.Si verò vnus teſtis
contradicat pluribus, non obſtat eius contrarietas.quia teſti
monium vnius nec iuſtificat nec cõdemnat.xxxiij.q.ij.admo
nere.niſi contradicat pluribus cum quibus ſcriptus eſt in ali
quo inſtrumento.ff.quemad.teſta.ape.l.j.in fin. Si verò mul-
ti,ſed pauciores,contradicũt pluribus:ex eadem vel ex diuer
ſis partibus productis iudex concordabit eorum contrarieta
tem ſi poterit:ſicut Aug.concordat dicta Euãgeliorum,ex-
tra eo.cum tu.quod ſi non poteſt præualebit teſtimoniũ plu
rium:niſi dignitas perſonarum ex alia parte præiudicet nu-
mero:vel niſi pauciores dicãt veriſimiliora & aptiora nego-
tio,aut plura per eos probẽtur:vt ſi plures teſtes probẽt me
poſſediſſe:pauciores verò me poſſediſſe x.annis, & titulum
poſsidendi:quia tunc præualet teſtimoniũ paucorum. extrà
eo.in noſtra.quæ intellige quãdo eodem tempore teſtes in-
ducuntur:quia ſi inducãtur teſtes ad reprobãdum dicta prio
rum,debent eſſe plures, & longe melioris famæ.C.de cõtra
henda & cõmittenda ſtipulatione.l.optimã.quia magis præ
ſumitur ſubornatio poſt publicationẽ atteſtationum quàm
antè.¶Si verò teſtes ſunt numero & dignitate pares,ſentẽtia
datur pro reo.de probat.ex literis.niſi in matrimonio, & in
cauſa libertatis,& in teſtamẽto,& pro dote.de ſent.& re iud.
c.ſi.



c.ſi.& ſi neuter poſsidet rem,ſed vterq; ab extraneo petit:di-
uiditur ſi eſt poſsibile.de præſump.afferte.& ſi non eſt poſsi
bile,poterit iudex gratificare dando cui voluerit. de paro.c.
j.Vide iiij.q.iij.teſtes.de prædictis.& adde ex S.Tho. quòd ſi
diſſentiunt teſtes eiuſdem partis,debet iudex ex motu ſui a-
nimi percipere cui parti ſit ſtandum,ex numero vel dignita
8 te eorum,vel fauorabilitate cauſæ,& huiuſmodi.¶†Octauò
quęritur quomodo teſtis obligatur ad teſtificãdum?Et dico
multa.¶Primum.Secundum Archi.ij.parte,tit.j.c.xviij.poſt
San.Tho. ij.ij. q.lxx.& communẽ doctrinã,ſic diſtinguitur:
Si quis requiritur teſtificari authoritate ſui ſuperioris, tene-
tur ferre teſtimoni in hiſum duntaxat quæ exiguntur ab eo
ſecundũ ordinẽ iuris,puta in manifeſtis, & de quibus præceſ
ſit infamia.adde vel ſemiplene probatũ eſt:& nõ teſtifican-
do peccaret.intellige mortaliter agens contra obedientiã &
charitatem,non iuuando proximum,vel cõmune bonũ,cum
debet.Si verò requiratur eius teſtimonium,ſed nõ authori-
tate ſui ſuperioris:tunc ſimiliter tenetur ad liberandum ho-
minẽ à morte iniuſta vel damnatione:ſecundum illud Pſal.
Eripite pauperem.& diſt.lxxxiij.error. Adde quòd nõ tene-
tur ad procurandum bonum alicuius,niſi eo caſu quo tene-
mur ex charitate bona optare.Si verò nõ requiritur eius te-
ſtimonium,tenetur ſimiliter ad vitandum iniuſtũ damnũ fa
cere quod in ſe eſt, vt veritatem denũtiet ei qui poteſt pro-
deſſe.quod ſecundũ Rayn.eſt verũ,etiã in ſacerdotibus & re
ligioſis:niſi in cauſa,in qua non licet eis ferre teſtimoniũ : vt
in cauſa ſanguinis:in qua ſecundũ S.Tho.cõpelli nõ poſſunt
ferre teſtimonium. ſecundũ ordinẽ iuris intellige ab his qui
ſunt iuri poſitiuo ſubiecti.ad condemnationem autem alicu
ius non tenetur teſtificari,niſi à ſuperiore cõpellatur ſecun-
dum ordinem iuris:quia,inquit, S. Tho.ſi circa hoc veritas
occultetur,nulli ex hoc ſpeciale damnũ naſcãtur:vel ſi immi
neat periculum accuſatori,non eſt curandũ:quia ipſe in hoc
periculo ſponte ſe ingeſsit.Quod videtur limitandum ſecun
dum Innocent.in c.j.de teſtib.cog.niſi is, contra quẽ agitur,
perſeuerare vellet in peccato:arg.c.clericorum.de vit.& ho.
cler.xxij.q.v.hoc videtur.vt pœna reuocet à malo,quos Dei
timor non reuocat. Sed iſtam limitationem limito veram
quãdo ipſa emẽdatio præſumeretur.¶Secundũ.De his autẽ
quæ alicui cõmiſſa ſunt in ſecreto,vtrũ requiſitus qs tenea-
tur teſtificari:dicit Arch.poſt S.Tho. quòd nõ,ſi ei ſunt cõ-
miſſa per confeſsionẽ:quia nõ ſcit vt homo:& maius eſt vin
culum ſacramenti, quàm hominis præceptum: in alijs verò
diſtinguitur.Nam ſi commiſſa in ſecreto ſunt talia quòd ſta
tim vt homo ſcit tenetur manifeſtare, vt ſi pertinẽt ad cor-
rectionem multitudinis corporalẽ vel ſpiritualẽ, vel graue
damnũ alicuius perſonæ,debet manifeſtare teſtificando vel
denuntiãdo:quia contra hoc debitũ obligari nõ poteſt per
ſecreti cõmiſſum: quia frangeret fidẽ,quã alteri debet.Si ve
rò ſint talia,quæ quis prodere non tenetur:poteſt quis obli-
gari ex hoc quòd ſibi ſecreto cõmittuntur:& tunc nullo mo
do tenetur ea prodere,etiã ex pręcepto ſuperioris: quia ſer-
uare fidem eſt de iure naturali,contra quod nihil poteſt ho
mini præcipi.Quod Sum.Ang.vt ſaluet Sanct.Bonauenturã
dicentẽ ꝙ tenetur,quia in tali promiſsione intelligitur ex-
cepta authoritas ſuperioris,limitat niſi ſuperior requirat ali
quo bono reſpectu. Sed iſtud nihil eſt: quia in his,in quibus
quis per ſummum prælatum,id eſt,Deum,eſt liber ab infe-
rioris imperio non ſubintelligitur excepta ſuperioris autho
ritas:quia eo caſu nulla eſt ¶Tertium. Qui autem iurauit
teſtimoniũ non perhibere,temere iurauit:& vbi certũ eſt ꝙ
tenetur ſub peccato ferre teſtimonium,contrauenire poteſt
propria authoritate:aliàs nõ,niſi authoritate ſuperioris.xxij.
q.iiij.in malis.etiam ſi ſciret quòd ipſe ſolus interfuiſſet, &
probari non poſſet niſi per eum,ſecundũ Goſ. quia dictum
vnius facit ſemiplenam probationem,& delatio iuramẽti fa
ceret plenam.C.de rebus cred.l.in bonæ fidei.quod verũ eſt
in caſu quo hoc fieri poſſet.aliàs vbi teſtimonium eius nullũ
effectum habere poteſt,nõ credo quòd teneatur,niſi ad prę
ceptũ ſuperioris cogeretur modo & ordine debito.¶Quar-
tum.Teſtis qui ſe falſo dicit alicuius inimicũ vt euitet dicere
teſtimonium,mortaliter peccat,ſecundũ Panor.in c.inquiſi
tionis.§.ternæ.de accuſa.quia dicit mendacium in damnum
proximi.xxij.q.j.ne quis.& de falſa.c.j.quod intellige eo caſu
quo quis teſtificari tenetur. ¶Quintũ. Aliquid accipere pro
vero teſtimonio ſeu veritate dicenda eſt turpe lucrum.xiiij.
q.v.non ſanè.& ſecundum Archi.eſt peccatum mortale:quia
eſt expreſſe contra iura hoc rationabiliter prohibẽtia ad vi-
tandam corruptionem veritatis:& tenetur reſtituere dãti,ſi
per hoc voluit ſibi iuſtitiam miniſtrari.d.c.non ſane. ſecus ſi
dediſſet ad corrumpendum:quia eſſet dandum ei,in cuius in
iuriam datũ eſt vel pauperibus:& multo magis eſt mortale
ſi acceperit pro falſitate dicenda aut tacẽda veritate: poteſt
tamen teſtis expenſas accipere à producente : vt not.gloſ.in
cap.ſtatutum.de reſcrip.lib.vj.& etiam lucrum ceſſans ope-
rarum ſuarum iiij.q.iij.venturis. ¶Sextum. Falſum teſtimo-
nium cum habeat deformitatem periurij & violationis iuſti
tiæ & mendacij:ex primò eſt mortale ſemper, etiam ſi fiat
ad impediendam iniuſtitiam,ſecundum Sanct.Thom.Et ſi-
militer ex ſecundo in ſuo genere,ſicut & quælibet iniuſtitia
non autem ſemper ex tertio.Non tamen eſt mortale ſi quis
poſt debitam in cogitando ſolicitudinem falſum aſſerat in
ferendo teſtimonio,quod verum credit.Hæc ex S.Tho. qui
etiam ſentit,& expreſſe Arch.dicit quòd ſi dubium certitu-
dinaliter teſtificetur, eſt mortale : vnde dubium ſub dubio
proferre debet, & certum ſub certitudine. ¶†Nonò quæri- 9
tur.quæ ſit pœna falſi teſtis?Et dicit Bal.quòd punitur pęna
talionis.l.j.ff.ad leg.Corn.de ſica.& not.ij.q.iiij.in glo. ſum.
nec excuſat eum metus.v.q.v.authoritatis.Eſt autẽ teſtis fal-
ſus, qui iuratus & examinatus falſum loquitur. xxij. q.ij.ne
quis arbitretur.Qui autem non eſt examinatus,licet latitet
vt veritas non inueniatur,nõ eſt falſus,ſed doloſus:ſicut etiã
præſumitur ſi ad interrogata non vult reſpondere: vnde nõ
tenetur illa pœna.xxxv.q.j.notificamus.in gloſ.quod tamen
non eſt verum,ſi interrogetur ſuper impertinentibus : quia
fieri non debet.In ſcripturis tamen qui verum celat, falſum
committit. ff.de fal.l.j. Similiter non habetur pro falſo,ſed
pro ſuſpecto qui loquitur obſcurè, vt not.iiij.q.iij.teſtis.in
glo.j.vnde peti poteſt quòd declaret,niſi iudex ex cauſis no
lit hoc facere : vt not. iiij.q.iij.in criminali.ſicut etiam iterũ
interrogatur qui totum factum non dicit, quia non probat.
vt notat.xx.q.ij.præſens.¶†Decimò quæritur,quomodo te- 10
neatur reſtituere falſe teſtificans?Et dico quòd ſi quid acce-
pit pro teſtimonio ferendo,dicendũ eſſet vt §.priore.& vlte
rius ſi per dictum eius aliqua partium ſuam cauſam amiſit
tenetur de toto damno.xvij.q.iiij.ſi quis in atrio.xiiij.q.v.nõ
ſanè.quod quidã limitant quando diligẽter nõ fuerat exami
natus:quia tunc fuit cauſa damni,aliàs nõ:quia ſi fuiſſet dili-
genter examinatus forte dixiſſet veritatem, aut falſitas pa-
tuiſſet:& ſic potius fuit occaſio. Et ita videtur ſentire Sum.
Roſ.ſed verius Sum.Ang.& Supple.indiſtinctè tenent quòd
tenetur de toto damno quãdo ſcienter vel ex ignorantia in-
debita falſum teſtimonium dixit. l.generaliter.§.illud.ff. de
calum.& xvij.q.iiij.ſi quis in atrio.& de iureiuran.c.ſi.& con
cord.Rayn.& Hoſtien.in Sum.eodem tit.q.clxxxvij.Qui au
tem eſt teſtis in inſtrumẽto ſuper vſuris vel factis in fraudẽ

vſuratum, tenetur, ſicut & notarij: cùm ſine teſtibus non valeant inſtrumenta. De quo dic vt ſuprà Reſtitutio.iij.§.vj. Et idem de prælatis ſubſcribentibus vel ſigillantibus ſchedulas vſurariorum, ſecundum Gofr. Hoſt. & Direc.

TIMOR eſt paſsio animi, & nunquã eſt peccatũ mortale, niſi retrahat ab eo quod eſt de neceſsitate præcepti: vt colligitur à San. Tho. ij.ij.q.cxxv. De his autem quæ fiunt timore, vide ſuprà Metus. & ſuprà Inobedientia.

TYRANNVS, vt patet iij. Polit. & viij. Ethic. eſt is cuius regimen nõ ordinatur ad bonum cõmune, ſed ad priuatum regentis. Vnde perturbatio regiminis eius, ſecundum S. Tho. ij.ij.q.xlij.art.ij. ad tertium. non habet rationem ſeditionis, niſi fortè ita inordinatè fiat ꝙ multitudo ſubiecta maius detrimentum patiatur ex perturbatione cõſequenti, quàm ex regimine tyrãni. Vtrum autem liceat occidere tyrannum, S. Tho. de regi. princ. lib.j.c.vj. tenet quòd non, niſi per publicam poteſtatem: quod, vt ibi patet, dupliciter contingit. Primò, quando multitudo illi ſubiecta habet ſibi prouidere de rege, quia poteſt eum occidere: nec agit infideliter, etiam ſi antè ei ſe perpetuò ſubieciſſet: quia ipſe hoc meruit infideliter principando. Secundò quando recurritur ad ſuperiorẽ. Sed vt patet in ij. diſ. xliiij. hoc intelligitur quãdo iuſtè acquiſiuit dominiũ. Si autem acquiſiuit illud vi, nolentibus ſubditis ad cõſenſum coactis: tunc qui ad liberationem patriæ illum occidit, laudatur, ſi ad ſuperiorem recurſus haberi nõ poteſt. Et idẽ ſentit de regi. princ. vbi ſ. dum dicit quòd Aioth magis occidit hoſtẽ, quàm rectorẽ populi.

TITVLVS quot modis dicatur, vide glo. in c. dudum. el ſecundo. de elect. in verbo, intitularam. Vide etiam infrà Vſucapio.§.vlt. quo ad titulos, in quibus dominium transfertur.

TORNEAMENTVM, ſecundum vulgare Italicum dictum eſt à circuitu & regreſsione pugilũ. & eſt pugna, in qua probabiliter imminet periculum mortis: quia ibi ſæpe homines moriuntur. de torneam. c.j. vbi prohibetur hic ludus. & ſecũdum Hoſt. & Pan. omnis alius ludus, ex quo imminet periculũ mortis probabiliter: & nedum de iure canonico, ſed etiam de iure ciuili. C. de glad. l. vnica. & l.j.§. item ſenatus. ff. de poſtulan. debet intelligi de alio ludo. Ludus autem cauſa virtutis experiẽdæ, vbi nullum imminet periculum mortis, ſecundum Hoſt. licẽt, etiam de iure canonico: & caſus contingens non imputabitur. l. qua actione.§. ſi quis. ff. ad leg. Aquil. & ſic haſtiludia aliquando licent, aliquãdo non: quia ad ea fit extenſio eorum quæ de torneamento dicũtur quando eſt ibi probabile periculum, propter rationem expreſſam in d.c.j. de quo vide ſ. Ludus.§. viij. ¶ Priuatur autem ſepultura moriens in torneamento: vt in d.c.j. ſi venerat cauſa pugnandi, ſecundum Pan. licet ei pœnitentia concedatur: ſecus ſi cauſa vidẽdi, aut huiuſmodi. ¶ Aliquo autem ibi occiſo vel mutilato irregulares ſunt omnes qui illic venerant cauſa pugnandi, licet non occiderint aut mutilauerint, ſecundum Hoſt. & Goſ. ſicut & ille qui in bello illicito eſt cauſa bellandi. xv.q.j.c. ſi. de pœnit. diſt.j. ſi quis cum telo. diſt. lj. ſi quis poſt acceptam. ſed epiſcopus diſpenſare poteſt, ſicut dictum eſt de exiſtentibus in bello iniuſto, ſed non occidentibus: vt ſuprà Homicidium.iij.§.vj.

TORTVRA fieri non poteſt à iudice ſine indicijs prę cedẽtibus, ſine mortali peccato, ſecundũ Lud. de Ro. in ſuis nota. vt not. C. de ſer. fug. l. quicunq;. ff. de quæſt. l. maritus. C. ad legẽ Iul. maieſt. l. ſi quis alicui. vbi gl. & Bald. Adde verò ſecundum Panor. in c. cum in cõtemplatione. de reg. iur. quòd ad torturam requirũtur indicia vel ſemiplenæ probationes. Et confeſsio ex tali tortura ſine indicijs facta non valet: vt l.j. ff. de quæſti. nec indicia poſtea ſequẽtia confirmãt, ſecundum Gl. in l. maritus. ff. eo. & Bal. in l. fin. C. de accuſ. Et idem dic quando torquet quos de iure torquere nõ poteſt, ſicut minores xiiij. annorũ, licet cedi poſsint. l. cum Sillanianum. C. ad Sillan. Item & milites, & mulier prægnans, & huiuſmodi, etiam ſi torqueat indirectè: vt dando ſalia in cibum, vt ſiti quis vexetur. Et idem quando aliter quàm per torturam poteſt veritas haberi: quia tunc ſecundum omnes torqueri non licet. Et idem quando ſæpius torquet nullis nouis indicijs apparentibus: ſufficiunt tamen variationes, ſecundum Innoc. in c. quoniã. de probat. & Bart. in l. de minore.§. penul. ff. de quæſti. puta quia vno ſero dicit de vno, & alio ſero dicit de alio. ¶ Quæ autem & qualia indicia ad torturam requirãtur: vide ſuprà Indicium. Et adde quòd qui publicã authoritatẽ exercet, arbitrari debet qualia indicia ſufficiant. C. de quæſti. lege milites.§. oportet. & d. l. de minore.§. tormenta. & not. Innoc. in c. penul. de noui ope. nuntia. ſed vtatur ratione in arbitrando: quia iniquè torquens peccat mortaliter, & tenetur de damno & iniuria. Vide Panor. de regu. iur. cum in contemplatione. & adde quòd ferulæ & flagella non ſunt tormenta: nec his cędere eſt torquere, vt patet in l.j.§. impuberes. ff. ad Sillanianum. vbi iſta cõceduntur circa impuberem, & tortura prohibetur. Vtrum autem tortura ſemel habita poſsit repeti: dic quòd ſic ex nouis indicijs: puta quia inuenitur reus in mendacio: vel ſi ſuperuenerũt indicia alia: aliàs nõ debet repeti, vt dictum eſt: vt l. repeti. & l. vnius. ff. de quæſti. Quod tamen Ang. in lib. de maleſi. limitat quãdo quis fuit tortus ſufficienter ſecundum indicia: aliàs repeti poteſt, & de more hoc eſt arbitrarium. Vnde ſecundum Paridem de Puteo in ſuo tract. de ſyndicatu, debet iudex proteſtari quòd vult ſuperſedere in tortura, & eam repetere quoties oportuerit: debent tamen interuenire decem vel octo dies quietis. Torquere tamen vltra tres vices in diuerſis temporibus pro eiſdem indicijs, eſt immoderatum & malum, ſecundum Bart. in l. fin. C. de quæſtionib.

TRADITIO dupliciter dicitur: & ſumitur primò pro trãſlatione dominij in alterum: ſicut dicitur in inſtrumentis venditionis, iure proprio tradidit. Secũdò pro inductione in poſſeſsionem, ſiue pro ipſa corporali præſtatione rei: vt cùm dicitur, poſſeſsionem tradidit: vel ipſum equum per frenum, & huiuſmodi.

TRANSACTIO eſt de re dubia, & lite incerta, & necdum finita, nõ gratuita pactio, ſed aliquo dato vel retento, vel promiſſo. ff. de tranſact. l.j. C. eod. l. tranſactio. extra eod. ſuper eo. intelligendo tamẽ litem præſentẽ vel futurã: quia ante litẽ, ex quo diſcordia exorta eſt, tranſigi poteſt. ff. de cõdi. indeb. l. elegãter.§. ſi quis poſt. Vnde dicitur tranſactio quaſi tranſitio actionis, eò quòd tranſigens ab actione tranſit & diſcedit. Et differt à pacto & compoſitione quia illa fieri poſſunt amicabiliter nullo dato vel retẽto. d.c. ſuper eo. & de hac dico multa. ¶ Primũ. Tranſigere põt, qui & donare. de quo ſ. Donatio.j.§.j. & dominus rerũ ſiue actionũ, tutor, curator, & procurator habẽs ſpeciale mandatũ vel liberã adminiſtrationẽ bonorũ vel cauſæ. ff. de procu. l. procurator cui libera. & l. mãdato. & de procu. qui ad agendũ.§.j. lib. vj. Non autem prælatus in cauſis eccleſiæ ſine conſenſu capituli. extra eo. c. cõtingit. ¶ Secundũ. Trãſigi autem põt ſuper ciuilibus. ff. & C. eo. per totũ. Super criminalibus autẽ diſtinguendum eſt, vt ſ. Accuſatio.§. xj. Super ſpiritualibus etiam diſtinguendũ eſt. Nam aut petit eccleſia ab alia eccleſia ſibi debere ſubijci in iure inſtitutionis, correctionis, & ſacramentorum perceptione: aut epiſcopus petit iura epiſcopalia in aliqua eccleſia: & ſic de ſpirituali ad ſpirituale fieri poteſt:



poteſt: puta quòd remittatur inſtitutio vel aliquod ſacramentum, & aliud ſpirituale præſtetur. de re. permu. ad quæſtiones. de ſpirituali autem ad temporale non licet: extra eo. cõſtitutus. & de re. permu. c. vlt. ¶ Sed tamen aduertendum eſt quòd vbi nomine ſubiectionis petuntur ſpiritualia ſimul & temporalia: ſicut cùm epiſcopus petit ab aliqua eccleſia ſibi ſubiecta quòd ab eo participẽtur conſecrationes, ordinationes, & huiuſmodi ſpiritualia: & nihilominus petit aliqua temporalia: vt pote partem vel annuam penſionem, ratione illorum temporalium poſſet tranſactio fieri cum temporali, & ſibi annua penſio dari: ar. c. cùm venerabilis. de cenſi. & de reli. do. cõſtitutus. Aut petitur res temporalis vt proprietas: ſicut cùm eccleſia petit decimas ex prædijs in ſua parochia cõſtitutis: & tũc diſtinguendũ eſt: quia ſi agit cõtra eccleſiaſticam perſonã: ſic poteſt fieri trãſactio authoritate epiſcopi vel archiepiſcopi: & erit perpetua, extra eo. ſtatuimus. ſine authoritate aũt epiſcopi valet, ſed eſt temporalis: nec excedit vitã tranſigentis: extra eo. de cætero. niſi per papã fuerit cõfirmata eo. tit. veniens. Aut agit cõtra laicũ: & tũc ſi agit de perceptis & ſubtractis, fieri põt. de his quæ fi. à præla. cùm apoſtolica. ſed nõ de futuris. xvj.q.vij. decimas quas. Vnde nõ poteſt fieri compoſitio nec trãſactio cũ laicis vt minus ſoluant, niſi authoritatę papæ. de cõfir. vti. vel inuti. c. pe. Aut petitur quidem ius ſpirituale, ſed ſpiritualis res, vt beneficiũ: & tunc Inno. diſtinguit in c. conſtitutus. extra eo. quia ſi petitur beneficiũ vt proprietas: vt cùm vna eccleſia petit ab alia prębendam, quam dicit ad ſuam eccleſiam pertinere: licita eſt tranſactio, modò ex vtraq; parte interueniat tm̃ ſpirituale, & non temporale. Si verò clericus petit beneficiũ ſibi: puta quia dicit ſe electum, vel canonicè in eo fuiſſe inſtitutũ: tũc tranſactio fieri nõ poteſt ſine ſimonia, ſed bene amicabilis, id eſt, gratuita cõpoſitio. extra eo. ſuper eo. ſcilicet vt quòd ille qui ius non habet, vel non creditur habere, penitus renũtiet iuri ſuo ſine aliqua datione: vel vt ille, qui habet ius, recipiatur ſine datione. quod ſcilicet fieri poteſt, dum partes committunt alicui rem, vel hmõi. Ratio eſt: quia in beneficio eſt ſpirituale & temporale ſimul, cùm ſit ſpirituali annexum. Vñ ſi fiat trãſactio, ſemper dabitur temporale pro ſpirituali, vel ecõtrario. Vnde & Inno. dicit hic non licere trãſactionem, etiam ſi vtriq; detur ſpirituale: quia ſcilicet cum ſpirituali datur etiam temporale. Si tamen neuter litigantiũ poſsideret, ſed vterq; contendit aliquod beneficium ſibi dari: tunc valet tranſactio. de ele. cùm inter. de præb. niſi eſſent. no. Io. j.q.iij.c. ea quæ. Sum. autem Ang. breuius dicit concludendum quòd de ſpirituali ad ſpirituale eiuſdem generis fieri poteſt tranſactio: non autem ad ſpirituale alterius generis, ſecundum Ber. in c. ſuper eo. eo. tit. Sed nec Bern. ibi hoc dicit, nec eſt verum: quiã tunc licitè fieret de beneficio ad beneficium, contra dictum c. ſuper eo. Vnde tu breuius conclude quòd tranſactio licet, vbi non interuenit ſimonia: non licet verò vbi interuenit. Quod quando fiat, collige ex definitione ſimoniæ. ¶ Tertium. Si amicabilis compoſitio fiat ſine iudicis authoritate, ſecundum Hoſti. perſonalis eſt, & extinguitur cum perſona. Si verò fiat iudicis authoritate, realis eſt, niſi aliud per iudicem dictum ſit. extra eo. de cætero. Sed tamen licet tunc teneat mero iure, reſtituetur eccleſia ſi grauiter lædatur. ar. de reſt. in inte. c.j. ¶ Quartum. Tranſactio facta propter indebitam obligationem non excuſat eum, qui aliquid accepit vt talem obligationem remitteret, ſed reſtituere tenetur. l. præſes prouinciæ. C. de tranſac. & l. ſi. ff. de dolo. & glo. in cap. ſuper eo. eod. titu. dicit quòd ſi euidens eſt calumnia, non tenet tranſactio. l. in ſumma. ff. de condi. inde. ¶ Quintum. Diſpoſitio legis, ſi quis maior. C. de tranſact. teneri poteſt in conſcientia: quia Imperator in pœnã nõ obſeruãtis potuit hoc facere. & habet locũ in quocũq; cõtractu iurato, ſcd̃m Doc. ibi. Vult aũt d. l. quòd trãſlationẽ iurãs, & volũtariè nõ ſeruãs cõuenta, ſit infamis. intellige ſi cõdemnetur: & priuatus ipſo iure actione quã habebat contra eũ cum quo tranſegit: & ſi quid propter trãſactionem habuit, ſiue pecuniã, ſiue rem, tenetur reſtituere, & omne emolumentũ quod habuit ex ea: quod quo ad cõſcientiã verũ eſt poſt cõdemnationem, & nõ ante, niſi quatenus dãnificatus eſt ille, cũ quo tranſegit, vel ex debito antea debeat habere.

TREVGA eſt ſecuritas præſtita perſonis & rebus ad tempus diſcordia nondũ finita. & vocatur aliqñ fœdus: aliqñ induciæ. ff. de cap. & poſtli. re. l. nõ dubito. & l. poſtliminiũ.§. induciæ. Et ſecũdũ Henr. Bolo. ſunt duę ſpecies eius: quarũ prima dicitur conuentionalis, ex partiũ conuentiõe formã accipiens, & ſeruãda etiã infidelibus. xxiij.q.j. noli. & ſecunda canonica: de qua extra eo. cap. innouamus. quæ eſt duplex: vna ſcilicet perpetua, qua gaudent perſonæ in d.c.j. contentæ. Alia temporalis, quæ ad omnes extenditur. Et ſecundum eundem Henri. ſeruandæ ſunt treugæ canonicæ, & multò magis conuentionales, dum ea ſeruat aduerſarius. aliàs non, argu. de elect. cùm in cunctis.

TRIBVTVM, Vide ſuprà, Immunitas.j.§.v. & Gabella.j. in principio.

TVRPE lucrum ſtrictè, dicitur quod fit ex aliquo opere diuina vel humana lege prohibito: ita tamen datione vel acceptione non vetita: vt contingit in meretricio concubinatu, hiſtrionatu turpi, & torneamento, & huiuſmodi. Largè verò dicitur omne lucrum illicitum, ſiue competat reſtitutio, ſiue non. Vtrum autem acquiſitum turpiter, id eſt, cum peccato, ſit neceſſariò reſtituendum: vide ſuprà Reſtitutio.ij. & Reſtitutio.iiij.§.j. & dic vt ibi.

## De Tutela, Tutore, & Curatore.

1 *Tutela quid & quotuplex ſit.*
2 *Tutor quis eſſe poſſit.*
3 *Tutelam ſuſcipere an cogantur clerici, monachi & epiſcopi.*
4 *Tutores ad quæ teneantur.*
5 *Tutor faciens de conſilio propinquorum pupilli excuſatur.*
6 *Tutor an teneatur facere inuentarium de rebus pupilli, quando, & qualiter, & de quibus. nu. 7. 8. & 9.*
10 *Mater quomodo perdat tutelam filij.*

TVTELA ſecundũ Azo. in Sum. eſt ius & poteſtas in capite libero ad tuendũ eũ, qui propter ætatem ſuam ſponte ſi tueri nequit, à iure ciuili data ac permiſſa: vt Inſti. de tutel.§. eſt autẽ. Tutor aũt eſt, qui pupillũ vel pupillam morte patris, vel emancipatiõe, ſui iuris factũ vel factã tuetur. Curator verò dicitur qui curã gerit alicuius, defendẽdo ipſum à prætore ſecundũ leges legitimè datus. Vel eſt is, qui res adoleſcentis adminiſtrat. ¶ Vñ differũt Tutor & Curator, primò quia iſte, ſcilicet tutor, datur perſonæ, ſecundariò rebus vel patrimonio: ille verò ecõuerſo. ſcd̃ò quia iſte datur impuberi, ille verò adulto, ſcilicet furioſo, ꝓdigo, ſurdo, muto, & ſimilibus, qui rebus præeſſe nõ poſſunt. Tertiò, quia iſte dat̃ quãdoq; à iudice, quãdoq; à teſtatore: & dat̃ e-
tiã inuito. ſecus in curatore. de quo vide Pan. in c. ex parte. el 1
ij. de appel. & in cõſilio. xciij. ¶ † Primò autem quærit̃, quotuplex eſt tutela & tutor? Et dico quòd tutela eſt triplex. Prima dicitur teſtamentaria: vt quãdo pater dat filio tutorem in teſtamento. Scd̃a legitima quæ defertur à lege: vt cũ nullus eſt tutor per teſtamentũ: quia tũc qui primo loco debet ſuccedere huic ab inteſtato, tenet̃ ſuſcipere tutelã eius. Tertia dicitur datiua, quæ ſcilicet datur à iudice, quando nullo tutore

tutore dato in teſtamento, & nullis extantibus conſangui-
neis idoneis ad tutelam iudex ex officio ſuo dat tutorem. Et
durat tutela vſq; ad xiiij. annum completum pupilli, & xij. pu
pillæ: & inde incipit cura, quæ durat vſq; ad xxv. completum,
Inſti. qui. mo. tutel. fi. & inſti. de cura. Et eodem modo eſt tri
plex tutor, ſcilicet teſtamentarius, legitimus, & datiuus: quan
uis ſint & aliæ differentiæ accidentales: ſicut dicitur tutor
2 fiduciarius & onerarius, de quibus nihil ad rem. ¶† Secun-
dò quæritur, quis poſſit eſſe tutor? Et dico quòd is qui non
eſt imbecillis corpore vel animo. Vnde ſecũdum Azo. quod
in diffinitione tutelæ dicitur poteſtas, refertur ad ius: quod
autem dicitur ius, ad factum: vt ſcilicet talis ſit tutor qui pro
pria imbecillitate non impediatur: vt pupillus, furioſus, &
perpetuo morbo laborans. Mulier autem iure communi, li-
cet tempore Digeſtorum non poſſet eſſe tutrix, ſed ſolùm
ſpeciali beneficio iudicis. ff. de cur. bo. dan. l. fi. tamẽ pòſt fuit
iſta facultas iure Codicis ampliata. C. quando mu. tu. of. fun.
po. & nouiſsimè ſtatutum fuit iure Authenticorum, vt lice-
ret matri & auiæ agnoſcere tutelam filiorum ſeu nepotum
ita vt præferantur legitimis ſeu datiuis: vt in auth. matri &
auiæ. ita tamen vt ante omnia duo obſeruentur. Primò vt re
nuntient ſecundis nuptijs. Secundò vt renuntient beneficio
Velliani, vt ibi. Et eſt tutela matris legitima, ſed tamen vo-
luntaria: quia non cõpellitur ſi non vult, vt legitur & not. in
d. auth. matri pro quo vide Pan. in c. ex parte. el ij. de appel.
3 ¶† Tertiò quæritur, vtrũ clerici vel monachi, aut epiſcopi te
neantur ſuſcipere tutelã. Et dico quòd nullã ſuſcipere cogũ
tur, ſecundum Io. diſ. lxxxvj. c. fi. legitimã tamen clerici poſ-
ſunt recipere ſi volunt, vt ibi: & hoc eſt eorum priuilegium,
quod licet poſsint alicui ſuccedere ab inteſtato, nõ tamen
tenentur recipere tutelã: licet aliud obtineat in laicis. C. de
leg. tu. auth. ſicut hæreditas. datiuã autem vel teſtamentariã
recipere nõ poſſunt, ſecundum gl. in d. c. fi. per c. Cyprianus.
xxj. q. iij quod bene facit. epiſcopus autem vel monachus, e-
tiam volens recipere nõ poteſt legitimã, ſecundũ Io. vbi ſ. &
in auth. de ſan. epiſ. §. Deo autem amabiles. vel, vt ibidem di
cit, hanc recipere poſſunt: & illi auth. per d. c. fi. derogat. Sed
tamen quo ad monachos ſiue religioſos limita, de licentia
ſuorum prælatorum. xvj. q. j. monachi. Tutelam autem mi-
ſerabilium perſonarum omnes religioſi, clerici, vel epiſco-
pi recipere tenentur: vt in d. c. fi. & di. lxxxviij. c. j. & c. epiſco-
pus. Sed quo ad epiſcopum limita quòd non per ſeipſum, ſed
per archipresbyterum vel archidiaconum: vt in c. epiſcopus.
etiam quo ad legitimam. ar. eiuſdem c. quo ad religioſos ve
rò limita de cõſenſu prælatorum ſuorum. xij. q. j. nõ dicatis.
Sum. autem Ro. hic dupliciter deficit: primò quia cõtra An-
ge. & Sup. tenet epiſcopum nõ poſſe recipere tutelã legiti-
mam. Secundò quia hoc falsò imponit Ioan. And. in d. cap. fi.
4 ¶† Quartò quæritur, quæ pertineant ad officium tutorum,
quæ ſi nõ faciũt, teneãtur pupillo ad intereſſe? Et dico quòd
tria. ¶ Primũ. Vt pupillos à criminibus intactos cõſeruent.
¶ Secundũ. Vt res eorũ præſeruent ab iniuria. xij. q. j. c. j. facit
l. j. ff. de tu. vñ tutores dicti ſunt quaſi tuitores: vt d. l. j. ¶ Ter
tium. Quod pecuniã eorum vel bona mobilia, quæ ad nihi-
lum valent, eis ſeruata, conuertant in prædia, ex quibus fru-
ctum percipiant: alioquin tenetur tutor pupillo ad fructus,
quos poterat habere, deductis expenſis & periculis, ſecundũ
Bar. in l. tutor qui repertorium. §. j. ff. de admi. tu. Quod limi
ta verum ſi potuit emere: puta quia erant venditores, aliàs
non. Et idem dic vbi eſſet ſtatutum, vt Genuæ, quòd omnia
mobilia diſtraherentur, vt de pecunia pupillus lucrũ acqui-
rat: quia ſi tutor non facit cùm poſſit, tenetur ad intereſſe.
Et idem Bar. in l. fi. C. de condi. inde. & Io. de Ana. in c. quia in
omnibus. de vſur. quòd vbicunque olim tutor tenebatur de
pecunia pupilli fœnerari, hodie cùm vſuræ ſint prohibitæ,
tenetur eam ponere ad iuſtam negotiationem, ad partem lu
cri & dãni. Vide etiã ſ. Clericus. iiij. §. x. ¶† Quintò quæritur, 5
quæ ſit cautela habenda tutori vt non teneatur pro aliquo
facto pupilli? Et dico hanc eſſe, ſi illud faciat cum conſilio
cõiunctorũ pupillo: & hoc in inſtrumento ponatur: quia ta-
le cõſiliũ facit præſumptionem quòd dolus & culpa abfue-
rit, ar. l. etiã. C. ſi tut. vel cu. inter. ſecũdũ Bal. in l. Polla. C. de
his quibus vt indi. ¶† Sextò quæritur, vtrum tutor teneatur 6
facere inuentariũ de rebus pupilli? Et dico quòd ſic: niſi cau
ſa neceſſaria vel iuſtiſsima impediatur. Text. eſt in l. tutor
qui repertorium. ff. de admi. tu. & idem dic ſecundũ Bar. ibi
de curatore. Et cauſa dicitur neceſſaria, ſecundũ eũ, ex parte
tutoris morbus: puta quia podagroſus, vel aliquo hmõi im-
peditus: vel ex parte rei: quia nõ reperitur adhibita diligenti
inquiſitione. Cauſa verò iuſtiſsima dicitur ſi teſtator remi-
ſit cõfectionem inuentarij: vt in l. fi. C. de arb. tut. quod limi-
tat Bar. vbi ſ. niſi ex cauſa iudici aliter videat, vt in l. in cõfir-
mando. & l. vtilem. ff. de cõfir. tu. Fallit tamen hoc in duobus
caſibus, in quibus inuentariũ facere nõ tenetur, ſcd̃m Bart.
vbi ſ. Primò ſi cõſuetudo eſſet quòd nõ fieret. Secũdò ſi iu-
dex ex cauſa remitteret: quia hoc non põt. ¶† Septimò quæ- 7
ritur, quando tenetur facere? Et dicit Bar. vbi ſ. gl. ibidem &
Doc. communiter tenere quòd mox, id eſt, quàm primùm
poterit. Ad quod facit l. hæc conditio. ff. de condi. & demon.
aliter videtur in dolo. Quod intellige ſi adminiſtrauit: non
autem ſi non adminiſtrauit. Similiter nec ſi fecit illa quæ di
lationem non recipiunt: quæ vel neceſſariò præcedunt con
fectionem inuentarij: vt eſt perſcrutatio ſubſtantiæ hæredi
tariæ: vel ea quæ nullo modo poſſent obeſſe pupillo, ſed be
ne prodeſſe: quia talia agendo ante cõfectionem inuentarij
non præſumitur in dolo, ſecundum Bartol. vbi ſ. ¶† Octauò 8
quæritur, qualiter debet fieri? Et dico ſecundum tex. in l. tu-
tores. C. de admi. tu. quòd in præſentia publicarum perſona
rum. Vbi tamen dicit gl. ſufficere notarium vnum. Præſen-
tia verò iudicis non eſt neceſſaria. ſecundum Bar. vbi ſ. & cõ
muniter Doc. niſi vt fiat fides contra debitores nominum,
quorum nomina ſcribuntunr in inuentario. Et ita tene, quan
uis gl. in d. l. tutor. teneat quòd eſt neceſſaria. ¶† Nonò quæ- 9
ritur, de quibus fieri debeat inuentarium? Et dicit tex. in d. l.
tutores. quòd omnium rerum, ideſt, corporalium, ſecundum
Bart. vbi ſ. & inſtrumentorum, id eſt, omnium iurium corpo
ralium, de quibus apparent inſtrumenta ſeu probationes in
bonis pupilli: de alijs non. ¶† Decimò quæritur, quomodo 10
mater perdit tutelam filij? Et dicit Pan. in c. vxoratus. de cõ
uer. coniu. quòd dupliciter. Primò ſi tranſit ad ſecundas nu-
ptias. Secundò ſi viuit incontinenter. de quo eſt gl. quam ſe-
quitur Bal. in auth. matri & auiæ. C. quando mul. tu. off. fun.
po. & facit tex. in l. fi. eo. ti. vbi requiritur quòd publicè viuat.
quod not. glo. & Bart. in l. fideicommiſſum. C. de fideicom.
vbi vult quòd vxor relicta, ſi incontinenter viuat, perdat le-
gatum ſibi factum à marito: & aufertur ſibi tanquam ab
indigna, vel ex præſumpta voluntate reuocatur. quod maxi-
mè procedit ſi incontinenter vixit tempore mariti, eo igno-
rante. pro quo gloſſa in l. ſororem. C. de his qui. vt indig.

## De Vana Gloria.

1 *Vana gloria, an ſit peccatum, & an mortale. nu. 1.*

VANA gloria. Et dicit gloriã gloriæ vanita
tem. Gloria aũt dicta quaſi claria claritatẽ
quãdã ſignificat: & cõſequẽter manifeſtatio
nem alicuius: & eſt clara cũ laude notitia, ſe
cundũ Amb. ſuper epiſtola ad Ro. Vnde ſe-
cundum



cundum Sanct. Tho. ij. ij. q. cxxxij. nomen gloriæ propriè im
portat manifeſtationem alicuius de eo quod apud homines
decorũ videtur, ſiue ſit bonũ corporale, ſiue ſpirituale. quod
propriè eſt quãdo bonum alicuius noſcitur & approbatur à
multis: largius verò etiã à paucis: vel ab vno, aut ſe ſolo. Va-
nitas autem glorię vt colligitur ab eo ibi, & ma. q. ix. art. j. tri
pliciter accidit gloriæ, ſcilicet primò quia gloriatur quis de
eo qđ nõ eſt: vel ſi eſt, nõ eſt gloria dignum. vel ſecũdò apud
homines, quorũ iudiciũ incertũ eſt. quod intellige vltimatè:
quia ſi ſit apud Deum vltimatè, vt cum quęritur gloria apud
homines propter honorem Dei vel ſalutem proximi, nõ eſt
vana: aut tertiò nõ ad debitũ finem: puta honorem Dei vel
proximi ſalutẽ. quod eſt dicere gloriã eſſe vanã ex pte eius
de quo quis gloriatur: vel eius à quo quis quærit gloriã: vel
eius, propter quod quis quærit gloriã. ¶ Primò autẽ quæri-
tur, vtrũ appetere gloriam ſit peccatũ? Et dicit S. Tho. quòd
non ſecundũ ſe: quia quòd quis bonum ſuũ cognoſcat & ap-
probet, nõ eſt peccatũ: ſecundũ illud j. Cor. ij. vt ſciamus quæ
à Deo donata ſunt nobis. Similiter nec quòd aliquis velit o-
pera ſua ab alijs approbari, ſecundũ illud Matt. v. Luceat lux
veſtra, &c. Sed appetitus inanis aut vanæ glorię, vitiũ impor
tat: quia quodlibet vanũ appetere vitioſum eſt ſecundũ illud
2 Pſal. Vt quid diligitis vanitatẽ. ¶† Secundò quæritur, vtrum
appetitus inanis gloriæ ſit peccatũ mortale? Et dico ex San.
Tho. vbi ſuprà, quod poteſt eſſe peccatũ mortale dupliciter
Primò ratione materiæ de qua quis gloriatur: vt quia de ali
quo falſo diuinæ reuerẽtiæ contrario: ſecundũ illud Ezech.
xxviij. Eleuatũ eſt cor tuũ: dixiſti, Deus ego ſum. & j. Cor. iiij.
Si accepiſti, quid gloriaris quaſi nõ acceperis? vel etiã cum bo
num temporale, de quo quis gloriatur, præfert Deo: quod
prohibetur Hiere. ix. Nõ glorietur ſapiẽs in ſapiẽtia ſua, &c.
Aut etiam cum quis teſtimoniũ hominũ pręfert teſtimonio
Dei: ſicut cõtra quoſdã dicitur Io xij. quòd dilexerũt magis
gloriã hominũ quàm Dei. Alio modo ex parte ipſius glorian
tis, qui intentionẽ ſuã refert ad gloriã tanquam ad vltimum
finẽ, ad quẽ ſcilicet ordinat virtutis opera: & pro quo conſe-
quendo nõ prætermittit facere, etiã ea quæ ſunt cõtra Deũ:
& ſic eſt mortale. Si autẽ amor humanę glorię quãuis ſit in
anis, nõ tamẽ repugnat charitati, neq; quãtũ ad id de quo eſt
gloria, neque quãtũ ad intẽtionẽ gloriã quęrẽtis, nõ eſt mor
tale, ſed veniale. Hæc ille in forma & obſcurè. Ad quorũ in-
tellectũ nota quòd dum quis gloriatur, quatuor cõcurrunt,
quæ reducũtur ad duo ſcilicet gloriãs & gloria, quæ eſt eius
finis, res de qua gloriatur, & is, apud quẽ gloriatur, ſiue à quo
gloriam quærit: quorum duo prima S. Tho. accipit pro vno,
cum neq; in gloria, neq; in gloriante cõſiſtat peccatũ: ſed in
intentione gloriã appetẽtis indebitè. & ſimiliter duo vltima
accipit pro vno: quia ex re aliqua nulllus gloriã accipit, niſi
per alicuius approbationẽ. intendit ergo S. Th primò ꝙ ap
petitus gloriæ vanæ ex ſuo genere nõ ſit mortale: quod pa-
tet quia nõ ſemper eſt mortale. Et ſecũdò quòd ex parte rei
de qua qs gloriatur, põt eſſe mortale, ſupple licet nõ ſemp
ſit ſed ſolùm dupliciter: primò ſcilicet ratione obiecti glo-
rioſi, vel quia illud eſt notabiliter cõtra reuerentiã Dei, ſiue
ſit quid falſum: ſicut Cyrus gloriabatur ſe eſſe Deũ. Ezec. xx
viij. & Herodes Act. xij. ſiue etiã verũ: vt cum quis gloriatur
de peccato, nõ quidẽ veniali, ſed mortali, ſiue ſit verũ, ſiue fal
ſum: nõ ob. illo verbo S. Tho. falſo: quia loquitur exemplari-
ter: vt ſi talis res nõ ſit contra reuerẽtiã Dei: tamẽ pręfertur
Deo ſecundũ æſtimationem gloriãtis: quia eam diligit plus
Deo. Vel ſecundò ratione approbãtis obiectũ, quãdo ſcilicet
teſtimoniũ hominũ præfertur diuino. Intẽdit tertiò quòd ex
parte intẽtionis & finis ſit mortale, inquãtũ ipſa gloria vana
appetitur tanquam vltimus finis. quod ſecundum eius doctri
nam tunc eſt quando actu & habitu omnia ordinãtur ad il-
lam: vel, quod idẽ eſt quãdo quis eſt paratus Deũ per morta
le cõtemnere, vt illã aſſequatur, vt patet ſ. Gula. §. j. & Aua-
ritia. §. j. vbi etiam declaratur quomodo hoc debet intelligi.
¶ Ex quibus patet quòd Sum. Ang. contra Sanct. Tho. & ve-
ritatẽ dicit quòd eſt mortale, quãdo ea quæ ordinata ſunt ad
gloriã Dei quis principaliter facit ad gloriã ſuã. vt ſacramen
ta & ſcripturæ ſacræ. Ex quo infert quòd mortale eſt prædi
care aut miſſam celebrare, & hmõi, propter inanem gloriã.
quod verum eſt ſolùm vt dicit S. Thom. ſi in ea ponatur vl
timus finis, ita quòd ipſa principaliter intenditur actu & ha-
bitu: ſecus ſi actu tantũ, vt iſte intendit: aliàs ſi is qui gloria-
tur de ſacris veſtibus, aut cantu diuinorũ, vel eruditiõe Theo
logica, actualiter nullum aliũ finẽ intendẽs, peccaret morta
liter, totus penè clerus eſſet in malo ſtatu. ¶† Tertiò quæri- 3
tur, quæ ſint filiæ eius? Et dicit Sanct. Tho. vbi ſuprà quòd
ſunt inobedientia, iactantia hypocriſis, contentio, pertinacia
diſcordia, præſumptio nouitatum, maximè in ſuperfluo. or-
natu. de quibus omnibus vide loco ſuo.

VASA ſacra præcipiũtur ſeruari munda: de cu. eucha-
riſt. c. ij. & oratoria, corporalia, veſtimẽta miniſtrorũ,
& pallæ altaris? Ex quo patet quòd mortaliter pec-
cant qui illa tenẽt immuda, ac ſi eſſent ꝓ ſeruitio ruſticorũ.

¶ VASALLVS dicitur, qui habet feudum ab aliquo. &
declaratur ſuprà in verbo Feudum.

VERITAS multipliciter diffinitur, vt patet j. q. xvj.
art. j. & q. xxj. art. ij. & j. diſt. xix. & propria eius ratio
conſiſtit in adæquatione & intellectus: vt patet vbi ſ.
Veritas ergo, vt colligitur ex iiij. diſt. xlvj. q. j. art. j. q. iij. ſu-
mitur primò ſimpliciter vt eſt adæquatio intellectus ad rem
indifferẽter: & ſecũdò ſumitur pro adæquatione intellectus
ſiue cõceptionũ iuſtitiæ ad opera iuſtitiæ: & dicitur veritas
iuſtitiæ. & tertiò pro adæquatione intellectus ad actus no-
ſtros generaliter: & dicit veritas vitæ, quę conſiſtit in hoc ꝙ
quiſq; faciat ſecũdũ ꝙ ratio docet. & quartò pro adæquatio
ne vocũ, quæ ſunt intellectuũ ſigna ad res ꝑ voces ſignifica-
tas: & dicitur veritas doctrinæ, quæ cõſiſtit in veritate enun-
tiationis, & ad eam reducũtur duę: quia ſi verè actiões noſtrę
ſint ſigna intellectuum non cõſiderato damno vel lucro, eſt
veritas, de qua loquitur Philoſophus in iiij. Ethic. diuiſa con
tra ſimulationem & mendacium, qua ſcilicet aliquis talem
ſe exhibet in dictis & factis, qualis eſt interius: cõſiderato au
tem damno vel lucro, eſt veritas quæ eſt pars iuſtitiæ ſecun
dum Tullium, qua quis ſeruatur indemnis in iudicijs & con
feſſionibus, & ſeruat quod promiſit. Vnde veritas iuſtitiæ
fundatur in hoc ꝙ operationes iuſtitiæ comparantur ad in-
tellectum vt ad regulam: veritas autem, de qua loquitur Phi
loſophus, in hoc quòd ad illum comparantur vt ſigna.

VECTIGAL eſt quod præſtatur ex his rebus quæ ven
dũtur: tributum verò vel publica penſatio ſeu functio
eſt quæ ratione fundi vel ſoli præſtatur: ideoq; dicitur
cenſus, ſecundum Azo. in Sum. Vide ſuprà Gabella. j. §. iiij

¶ VELATIO virginum: vide ſuprà Conſecratio.

VENATIO videtur eſſe exercitiũ ordinatũ ad captio-
nem animalium terreſtrium: ſicut aucupium ordina-
tur ad captionẽ auium: & piſcatio piſciũ. & ſcd̃m Sãc.
Tho. oĩa iſta ſunt à natura & de ſe licita, vt ſuprà Piſcatio.
Sed pro hoc aduerte quòd ad iura cõcordanda gl. in c. qui ve
natoribus. diſt. lxxxvj. diſtinguit dicens quòd triplex eſt vena
tio: quædã ſcilicet oppreſsiua hominum: quæ ſemper prohi-
betur. diſt. vj. §. is ita. quædam arenaria, ſcilicet qua quis pu-
gnat in arena cum beſtia detẽta, ad hoc locans operas ſuas:
quæ

quæ ſimiliter eſt prohibita:quam qui exercet peccat mortaliter:& qui eam aſpicit,& qui exercet, infamis eſt:niſi gratia virium ſuarum experiendarũ.ff.de poſtu.l.j.§.item ſenatus. de qua loquitur d.c.quivenatoribus.& duo ſequẽ.& iij.q.vij. §.tria.quædam etiã eſt ſaltuoſa,quæ fit in ſyluis & ſaltibus: quæ licita eſt.de deci.non eſt in poteſtate.¶ Sed tamen ſecũdum prædictam glo.illicita fit primò ex tempore:vt Quadrageſima & diebus ieiuniorũ.xxiij.q.viij.ſi nulla.lxxxvj.diſ. an putatis.Secũdò ex perſona:quia clerico non eſt licita,etiã ſi ſit pauper,ſecũdũ quoſdã:vt xxxiiij.diſt.quorundam . quia poteſt aliàs victum quærere.xcj.diſ.clericus. quia facit ciſtas & calathos & retia.de cõſec.diſt.v.nunquam.laico autem licita eſt ob neceſsitatẽ pro pellibus & carnibus , nõ ob voluptatem.Hæc ex illa.Sed quantũ ad tẽpus putat Supple.addẽdum quòd à fortiori ſit illicita diebus feſtorũ,in quibus fortius cõuenit à ſeruilibus abſtinere. Sed hoc nõ bene dicitur: quia nõ prohibetur diebus ieiuniorũ ratione ſeruilitatis, ſed voluptatis & nimiæ reſolutionis:quę ſi ſit honeſta,licet in feſtis,& nõ ſemper in ieiunijs: ideo dico ꝙ in feſtis eſt illicita eo modo quo & aliæ recreatiões,ſi cauſa recreatiõis fiat de quo ſuprà Ludus.§.j.Si verò fiat cauſa lucri,nõ licet, niſi eo modo quo de piſcatione ſuprà dictum eſt, ſcilicet cauſa lucri aliàs perituri,vel cauſa famis,vel alia ſimili,accedente licentia epiſcopi vel proprij ſacerdotis.ar.c.licet de fer.¶Quãtum verò ad perſonam nota quòd laicis licet etiam cum clamore,ſecundũ prædictã glo.ſolùm ratione neceſsitatis. Pro quo facit tex.in c.Eſau.diſt.lxxxvj.dicẽs quod Eſau ideo erat venator,quia peccator. Sed Ioan.And. verius tenet quòd licet etiam cauſa voluptatis.Alleg.Inſtit.de re.diui.§. feræ. & ff de acquir.rerũ.domi.l.naturalem.& hoc eſt verũ ſi fiat rarò.primum verò ſi fiat aſsiduè . Pro quo vide Pan.in c.j.de cle.vena.Clericis autẽ interdicitur ſolùm ſi ſit clamoſa,ſecũdum eandem gloſ.Ponere autem, inquit , laqueum vel rete ſine ſtrepitu & clamore & canibus,licet etiã clericis :cũ monacho etiã liceat texere linum pro capiendis piſcibus.de conſecra.di.v.nũquã.imò gloſ.in c.epiſcopũ.de cle.vena.videtur cõcedere etiã cum canibus,dicẽs quòd licita eſt clericis cauſa neceſsitatis vel recreationis , niſi ſit clamoſa : vel niſi ſint epiſcopi, quibus omnino non licet.diſt.xxxiiij.c.j.imò ſecundum Pan.in c.j.de cle.vena.hoc licet epiſcopo,ſi rarò,& non cauſa voluptatis,ſed neceſsitatis hoc faciat:putavt excitet appetitũ:adde vel neceſſarię recreationis,cùm ſit eadem ratio. ¶Sic ergo conclude quòd prælati & alij eccleſiaſtici cauſa neceſsitatis:vt ſi in hoc habẽt reditus,vt in Francia:& recreationis cum retibus & laqueis & canibus venari poſſunt aliquando cum ſilentio & modeſtia:niſi tempore quo debent viſitare aut prędicare.de cẽſi.c.cum apoſtolus.§. archidiaconi.& ſic intellige illud ne cler.vel mona.c.j.& iura quæ vidẽtur contraria,ſecundum Hoſti.intelliguntur de his qui talibus mentem nimis implicant.Et ad de Archi.in d.c.qui venatoribus.quòd ſi electo in epiſcopum obijciatur quòd ſit venator:hãc exceptionem interpretari debemus in meliorem partẽ,ſcilicet quòd cauſa licitæ recreationis hoc ageret: niſi aliæ præſumptiones mouerent in cõtrarium. Vtrum autem ſerui teneantur obedire dominis volentibus venari tempore prohibito:dicit Rod.quòd nõ: & ſi propter metũ obediant, vide ſuprà Metus.§.ij.¶Vtrum autem venatores conculcantes agros,vineas & ſegetes,& quorum canes occidunt gallinas & animalia pauperum & aliorum, teneantur reſtituere dicit Aſten.quòd ſic ad æſtimationem:aliàs peccant mortaliter,niſi damnum ſit ita modicum quòd probabiliter credunt,non curare.¶Vtrum autem domini occidentes aut mutilantes propter lepores & animalia ſylueſtria capta,peccẽt mortaliter:dicit Aſten.quòd ſic,ſi faciant libidine vindictæ vel amore huiuſmodi animalium aut venandi . Si autem ſit conſuetudo loci vel ſtatutum quòd pro vno actu venandi tanta pœna infligatur,non excuſantur à mortali omnes obſeruantes,vt not.Tanc.in Summa,tit.de rapina.

¶Venditio.Vide ſuprà Emptio.

¶Veneficium. Vide ſuprà Superſtitio , & ſuprà Maleficium .

¶Veniale. Vide ſuprà Peccatum.

Verberatio quomodo & quando liceat, vide ſuprà Percuſsio . Et adde quod is qui luit in corpore eo quòd non ſit ſoluendo:ſi venerit ad pinguiorẽ fortunã amplius ſoluere nõ tenetur,ſecundũ Bal.in l.fin.ff.de in ius voc. quia luitio corporalis cedit loco ſolutionis.& facit l.ſed ſi vnius.§.ſi ante.ff.de iniur.& eſt gl.in c.ſicut dignum.de homi. & in regula,peccatũ. lib.vj.limita tamen,ſuprà Solutio. §.v.

Veſtis.vide ſuprà Ornatus:& ſuprà Vaſa.& ī.Conſecratio veſtiũ.Et adde quòd de iure de veſte dominarũ caſula aut alia veſtis ſacra fieri nõ poſſet , ſecundũ Gloſ.in c.ad nuptiarũ.de conſecra.diſt.j.vbi tex.dicit,Ad nuptiarum ornatũ diuina myſteria nõ præſtantur,ne dum improborũ tactu vel pompa ſecularis luxurię polluũtur ad officiũ ſacri myſterij videantur indigna.quam gl.ſequitur Io. de deo,& Archi.ibi,& Pan.in c.ad hęc.de relig.domi.dicens contrarium ſeruari,& male.& Mat.& Zab.in cle.j. de celebra.miſ.& ibi Io.de Imo.& eamvidetur approbare Sum.Roſel.contra Ang.licet dicat Xyſtum ſuper hoc licẽtiã dediſſe. Et fundant ſe iſti,quia tex.in d.c.ad nuptiarum.innuit talia eſſe polluta:ſed contrarium habet cõſuetudo legũ interpres: quia quotidie ex veſtibus profanis fiunt ſacræ per pontificalem benedictionem:& vetus tabernaculum factum eſt pro magna parte ex anulis & ſimilibus:& templa idolorum conuerſa ſunt in eccleſias:& ſimiliter multæ domus profanæ.Ille autem textus velle videtur ſolùm quòd veſtis ſacra polluta luxurijs deberet rebenedici . Vnde dico quòd veſtes profanæ ex pontificali benedictione ſanctificantur , & fiunt dignæ cultu diuino:ſicut & idolorum templa.

## De Vicario.

1 *Vicarius quid & quotuplex ſit.*
2 *Vicarius perpetuus quid.*
3 *Vicarius papæ in vrbe relictus quam habeat poteſtatem.*
4 *Vicarius epiſcopi vel alterius p̃lati quã habeat iuriſdictionẽ.*
5 *Vicarius temporalis an poſsit ſubſtituere vicarium.*
6 *Vicarius an gaudeat priuilegijs principalis.*
7 *Prælatus an poſsit vices ſuas committere ſub annuo cenſu.*
8 *Vicarius ex quibus cauſis dari poſsit.*

Vicarius à vice quam gerit dictus,dupliciter ſumitur.Primò ſcilicet largè & cõmuniter.& ſic intelligo quòd ſecundum Dir.lib.iij.tit.viij.eſt qui alterius vicem,non ſuum gerit officiũ:vel eſt qui vices gerit alterius ſiue in officio non cõtentioſo.extra eod.per totũ.ſiue in contentioſo.C.de offic.eius qui vi.al.ge.per totũ.& ſecũdò ſtrictè & ſpecialiter ac propriè:& ſic ſecũdũ Pan.in c.G.perpetuus.de fide inſtru.eſt vicarius eccleſiæ parochialis.quia ſecũdum Vinc.vicarius ad tempus non eſt cenſendus vicarius.Ex quo infert Pan.quòd appellationevicarij nõ cõprehenditur vicarius tẽporalis:quia nõ eſt propriè vicarius quòd intellige loquendo de vicario deputato in eccleſia , in qua eſt aliqua vicaria,ſeu de vicario de quo principaliter loquitur titulus de officio vicarij. Vnde ſubiungit,quia titulus vicariatus eſt perpetuus:& ſuperioris authoritate cõſtituitur.de prebẽn.c. extirpandæ.§.qui vero.& cle.vnica.cum ibi no.de offic.vica.

Primò



1 ¶†Primò ergo quæritur , quotuplex ſit vicarius? Et dicit Card.& Io.de Imo.& Land.in d.cle.vnica.quòd eſt quadruplex : quia ſunt quidam vicarij perpetui eccleſiarum parochialium,de quibus in d.cle. quidã verò ſunt temporales,vt mercenarij qui ad tempus aſſumũtur in adiutoriũ curæ:quidam iuriſdictionales deputati ad aliquã prouinciã aut diœceſim vel locũ:de quibus extra eo.c.pe.& xvj.q.j.adijcimus. quidãverò generales,cõſtituti ſcilicet ad omnia quæ incumbunt prælato,nõ ſolũ quantũ ad curã, ſed quantũ ad omnia de quibus eo.tit.cùm in generali.lib.vj.& de temp.ord.cùm nullus.eo.li.Sed quia iſta diuiſio ſecundum artem diuidendi multiplicem calumniam patitur:ideo aduertendũ eſt quòd mens iſtorum Doc.eſt iſta: Vicariorum quidã ſunt perpetui de quibus ĩ.§.ij.quidam temporales,id eſt, inſtituti ad tempus.de appel.peruenit.Et temporaliũ quidã ſuntvicarij ſimpliciter quo ad omnia loca & omnia negotia conſueta expediti per vicariũ,qui dicuntur generales: quidã verò ſecundũ quid,id eſt,quo ad aliquem locũ tm̃: ſicut eſt vicarius papæ relictus in vrbe.extra eo.tua nobis. vel etiã quo ad aliquem determinatum actum:qui dicuntur iuriſdictionales , quorũ authoritatem ſecundum Land.ex cõmiſsione menſuramus: dicuntur etiã foranei aliquando.de quo ĩ.§.iiij.& vtriq; aliqñ ſunt papæ:aliquando epiſcopi:aliquando aliorum prælatorum:aliquando rectorum parochialium.¶†Secundò quæri
2 tur,quid iuris de vicario perpetuo?Et dico multa . ¶Primũ. Secundum Pan.in c.G.perpetuus.de fi.inſtr.vicarij perpetui ſunt cùm conſtituuntur prout no.in c.fi.de offi.vi.vbi ſcilicet dicit gl.quòd vicarius perpetuus dicitur,qui canonicè à perſona eccleſiæ de authoritate epiſcopi eſt inſtitutus,&certam debet percipere portionem:vt in c.ad hæc.eod.titu.Vel dic quòd eſt vicarius amouibilis ad beneplacitum inſtituentis. Vnde in d.c.ad hæc.dicitur quòd remoueri nõ poteſt per rectorem.& gl.ibi dicit quòd habet ius vicariæ,ſed non habet eccleſiam quo ad titulum,ſed ſolus prælatus:tamen expelli non poteſt,ac ſi haberet eã intitulatã,ſine iuſta cauſa:& tũc per iudicẽ,& nõ per prælatũ ipſius eccleſiæ:vt hic in fi.Hæc gl.¶Secundũ. Vicariũ perpetuũ,ſcd̃m Car.poſt Lau.facit authoritas epiſcopi,ex qua ſuſcipit curã animarũ:& ſecundum Dir.ipſa authoritas epiſcopalis facit vicarias perpetuas non mutabiles.extra eo.ad hæc.Vnde quoties eſt quis deputatus authoritate epiſcopi curato beneficio vicarius , eo ipſo eſt perpetuus & immutabilis, per c.vnicũ,de capel. mo.libr.vj. Quod intellige quando eccleſiæ ſunt parochiales : aliàs ſi ſint eccleſiæ ſimpliciter curatæ,non erunt perpetui: puta ſi deputentur ad eccleſias rurales:ſed poterũt mutari ad velle prælati,ſecundũ gl.in cle.vnica.eo.tit.ar.c.presbyteri.de capel.mo.lib.vj . Prælatus autem,id eſt,rector eccleſiæ, ſcd̃m Io.And.in c.clericos.eo. tit.nõ poteſt ſibi inſtituere vicariũ. Quod Arch.limitat de perpetuo ſine authoritate epiſcopi: ſed de authoritate epiſcopi põt:& ſic nõ cõtradicit,ſed concordat.de cle.pere.c.fi.Adde quòd etiã poteſt inſtituere temporalem,etiã ſine cõſenſu epiſcopi.xvj.q.j.adijcimus.vij.q.j. illud.Vicarius aũt ipſe perpetuus aliũ vicariũ perpetuũ inſtituere nõ põt.extra eod.clericos . temporalem tñ inſtituere poteſt,ſecundum Lau.& Card.quod de mente Archid. poſt Hoſ.limitat̃ rarò & ad modicũ tempus, & ex magna cauſa. Nec eſt ſimile de procuratore & negotiorũ geſtore,qui põt aliũ perpetuũ ſubſtituere.ff.mãda.l.ſi procuratorem.quia ſecũdũ Pau.aliud eſt in procuratore iudicij, qui per litis cõteſtationẽ factus eſt dñs litis.extra de proc.c.j.& ij.lib.vj.aliud in vicario,qui nõ eſt dñs.eo.tit.c.ij . & cuius induſtria electa eſt.Et dat Car.rationem:quia cum talis vicaria ſit titulus,cõferri non poteſt niſi de ſuperioris authoritate.Ex ſpeciali tamen mandato inſtituentis ſecundum Arc.poteſt alium ſubſtituere:quod non puto verum de perpetuo,niſi vt part. ſeq. ¶Tertium.In conſtitutione vicarij perpetui requiritur conſenſus rectoris & patroni,ſcd̃m Car. cùm agatur de præiudiciovtriuſq; in hoc quòd creatur titulus perpetuus in eccleſia:pro quo extra de iu.pa.poſtulaſti.licet glo.in ca.ad hæc. eo.ti.aliter dicat.Temporalem tñvicariũ ſolus epiſcopus dare põt ex cauſa.de ele.cùm ex eo.li.vj. Et ſimiliter poſſet dare perpetuũ,ſi cauſa ardua ſubeſſet,etiã inuito rectore & patrono:quorũ cõtradictio irratiõabilis nõ foret admittenda: quia epiſcopus habet liberã diſpoſitionẽ bñficiorũ ſuæ diœceſis:ita quòd ex cauſa põt ius vnius eccleſiæ alteri dare . de reli.do.cõſtitutus.¶Quartũ. Vicarius perpetuus ſcd̃m Car. in d.cle.vnica.habet curã animarũ indiſtinctè quo ad omniũ effectũ,etiã quo ad cõmoda: quia poſsidet ſuo nomine , ad inſtar cõducentis nõ ad modicũ tempus.l. fi.ff.ſi ager vecti. pe.licet per modum cuiuſdã iuris & in habitu ſit apud principalem:vt no.in c.expoſuiſti.de præb.Quantũ verò ad exercitium actionum cõpetentium beneficio,dicit Car. quòd ſi decimæ,primitiæ, & oblationes datæ ratione curæ cõpetũt vicario,& certa portio aſsignatur prælato,vel ei,cuius eſt vicarius,vt eſt monachus:cura & rei vendicatio ſpectat ad vicariũ.Si verò ecõtrario perceptio prouentuũ ſpectet ad principalem certa portione relictavicario,iuxta cap.ſuſcepti.de præb.lib.vj.tunc cura animarum & rei vendicatio fructuum ſpectant ad principalem , maximè in foro contentioſo: ſed exercitium in foro animæ ſpectat ad vicarium. de præb.ſuper eo.lib.vj.Et ideo dicuntur capellæ monachorum,nõ vicariorum:vt in ru.de ca.mo.Pan.etiam in c.G.perpetuus.de fi.inſtr.dicit quòd agere & cõueniri poteſtvicarius temporalis ſolũ ſi habet mãdatũ à rectore:perpetuus aũt poteſt pro iuribus vicariæ, licet nullũ habeat mandatũ ab eccleſia vel rectore,quia habet titulũ: ſicut canonicus agit nomine ſuæ præbendæ,licet ipſa ſit eccleſiæ.de proba.c.iij.cum ibi no.& factũ ſuũ præiudicabit eccleſiæ,ſicut alterius adminiſtratoris:poſſet tamen rector illi aſsiſtere in lite ratione præiudicij:pro alijs aũt iuribus eccleſiæ quæ remãſerũt apud rectorem ,hoc nõ põt,niſi habeat mandatũ ab illo.¶Quintũ.Vicarius perpetuus deputari nõ debet niſi in parochialibus habentibus latitudinem parochiæ vel aliã neceſsitatem:& debet habere xxv.annos,& ordinari ad ſacerdotiũ intra annũ. d.cle.vnica . aliàs priuatus eſt ipſo facto : & non põt habere duas vicarias.de of.vic.c.pro Iudæis.de reſcri.poſtulaſti.& ſi accipiat eccleſiã aliã cũ cura,perditvicariã,extra eo.ad hęc. ¶Sextũ.An aũt epiſcopus ſine cõſenſu patroni poſsit reuocare vicariũ perpetuũ:dicũt Lau.& Pan.ꝙ debet epiſcopus reuocare patronũ, nõ vt cũ epiſcopo iudicet , ſed vt defendat vicariũ ſi velit.Nã eo ipſo quòd patronus citatus vicariũ nõ defendit,videtur cõſentire.¶†Tertiò quæritur, quid 3
iuris de vicario papæ quem reliquit in vrbe:de quo habetur in c.tua nobis.extra eodẽ? Et dico ꝙ eius iuriſdictio nõ extendit̃ vltra vrbẽ,niſi ei ſpecialiter ſit cõceſſum:vt in d.c.tua nobis.Et ſcd̃m Io.And.in nouel.diœceſanus vrbis nõ includit̃ in eius iuriſdictiõe de iure.ff.de off.præfe.vr.l.fi.& ſic niſi aliud exprimat̃ nõ venient niſi cõtinentia ædificia & ſuburbia,per c.ſi ciuitas.de ſen.exc.lib.vj.in quo tñ oportet formã cõmiſsionis attendi:& plerũq; de facto abſoluit excõicatos ꝓpter iniectionem manus in clericũ,etiã aliũde venientes.quod putat eum facere poſſe ſolũ ex ſpeciali commiſsione.& idem,inquit,videtur de ſubditis,ſi dicimus eum habere illam vicariã poteſtatis quã habet papa in vrbe vt patriarcha ſeu epiſcopus vrbis,non quam habet vt epiſcopus orbis includens vrbem : quia tunc non abſolueret ſubditos,

niſi

niſi in caſibus in quibus abſoluunt alij epiſcopi & eorumvi-
carij,puta non enormibus.de ſen.exc.peruenit. Et non con-
fert beneficia in vrbe ſpectantia ad collationem papæ vel
inferiorum vt poſſet papa, niſi ad hoc habeat ſpeciale man-
datum:vt c.fi.eod.tit.lib.vj.Et non poteſt ordinare , vel li-
teras cõmendatitias ad ordines dare recipiendos aut tenen-
dos.de tem.or.cùm nullus.li.vj.Et poteſt cognoſcere de cau
ſis ſubditorum cardinalium qui ſunt in vrbe habentium ad
ſubditos ſuos quaſi ius epiſcopale:quia d.c.tua nos.ſolùm ex
cludit iuriſdictionem extra vrbem.& conſequenter tã plenã
habet in vrbe quàm papa quo ad cauſarũ cognitionem,cùm
ſit idem auditorium.de conſue.c.ij.Item quia nõ minus de-
bet poſſe vicarius papæ in vrbe, quàm vicarius epiſcopi,qui
cognoſcit de cauſis ſubditorum prælatis ſubiectis epiſcopo.
de of.or.paſtoralis.in gl.licet ſit locus præuentioni.Hæc ex
4 illo.¶†Quartò quæritur , quid iuris de vicario epiſcopi vel
alterius habentis iuriſdictionem quaſi epiſcopalem,vt præ-
latus religioſorum exemptus?Et dico multa.¶Primum.Du
plex eſt epiſcopi vicarius:quidam ſcilicet generalis ſimplici
ter ſeu principalis deputatus , ſcilicet ad omnia incũbentia,
qui facit idem conſiſtorium cum epiſcopo, ſecundum gl.in
cle.& ſi principalis.de reſcri.& habet iuriſdictionem ordina
riam,ſecundum Inno.in c.ſuã.de of.vi.& no.in c.licet.eo.tit.
lib.vj.& in c.Romana.eo.ti.li.vj. & conſequenter poteſt ſuã
ſententiam exequutioni mandare:& ſi fuerit vicarius archie-
piſcopi,poteſt nedum ſubditos,ſed etiam ipſos ſuffraganeos
excommunicare : licet propter honeſtatem ſit ſibi interdi-
cta poteſtas reſpectu ſuffraganeorum:vt ibi no.& idem Io.
And.& Pan.in c.ſi quis contra clericum.de fo.comp.Quidã
autem eſt vicarius foraneus,ſic dictus,ſecundum gl.in c.Ro
mana.de off.or.lib.vj.quia foris in diœceſi conſtituebať:vel
quia forum teneat:vel quia de foris veniat.Vnde tripliciter
dicitur vicarius foraneus.Primò,quia eſt forenſis : quod ni-
hil ad rem.Secundò , quia præeſt cauſis in foro contentioſo
qui etiam dicitur officialis, licet aliquando dicatur vicarius
generalis.quod intelligendum eſt ſecũdum,quid,id eſt,quo
ad cauſas.Tertiò,quia præeſt foris ciuitatem in diœceſi.Vn
de & ſecundum gl.in cle.& ſi principalis.reſcri.in certa par-
te diœceſis vel ad certos actus conſtituitur,& non habet iu
riſdictionem ordinariam,ſed delegatam:nec facit idem con
ſiſtorium cum epiſcopo:vt no.in d.cle.& ſi . licet dici poſsit
quòd ſi ſit deputatus ad vniuerſitatem cauſarum,cenſeatur
ordinarius:vt in l.cùm prætor.ff.de iud.no.gl.in c.cùm cau-
ſam.de appe.& Pan.in c.ſi quis contra clericum.de fo.com.
Pro quo aduerte quòd Arc.poſt quandam gl.in c.cùm in ge
nerali.de of.vi.lib.vj. dicit quòd vicarius vt officialis dicitur
generalis non ſolùm ex iuriſdictione data ſuper tota diœce
ſi:ſed etiam in particulari loco ſuæ iuriſdictionis: quia non
attenditur generalitas loci,ſed commiſsionis cauſarum ad
hoc vt cenſeatur ordinarius,& idem conſiſtorium cum epi-
ſcopo:quia limitatio loci non facit aliquem non eſſe ordina
rium.¶Secundum vicarius foraneus,epiſcopi,id eſt,officia-
lis non poteſt ea quæ prohibentur illi.in c.licet.eo.tit.lib.vj.
vbi dicitur,licet in officialem epiſcopi per commiſsionem
officij generaliter ſibi factam cauſarum cognitio transfera
tur,poteſtatem tamen inquirendi,corrigendi,& puniendi a-
liquorum exceſſus, ſeu aliquos à ſuis beneficijs vel admini-
ſtrationibus amouendi,transferre nolumus in eundem , niſi
ſibi hæc ſpecialiter committãtur.Hæc ibi.vbi dicit Io.And.
quòd de prædictis non ſe intromittit , nec de ſpiritualibus.
Vnde & literas commendatitias ad ordines dare nõ poteſt.
de tem.ord.cùm nullus.lib.vj.Nec ſimiliter poteſt conferre
beneficia:vt in c.cùm in generali.eod.tit.lib.vj.Vicarius ta-
men generalis hæc omnia poteſt,excepta beneficiorũ colla
tiõe:vt in c.cũ in generali.eo.tit.Quia tñ in Italia vicarius&
officialis raro differunt, inſpicienda eſt eorum commiſsio.
¶Tertium.Secundũ gl.in d.c.licet,ſi epiſcopus dedit vicariũ
generalem,intellige generalem ſimpliciter,aut etiam ſecũ
dum quid,& in mãdato expreſsit aliquid de prædictis,quòd
requirit ſpeciale mandatum, & ſequuta eſt clauſula genera
lis:puta,& omnia alia faciendi, quæ per nos poſſemus,etiam
ſi talia forent quæ mandatum exigerent ſpeciale: tunc om-
nia ſpecialia poteſt.ſecus ſi nihil de ſpecialibus expreſsiſſet.
¶Quartum.Secundum Io.And.in c.Romana.eod.tit.lib.vj.
ſucceſſor vicarij excommunicati non eſt excommũnicatus,
niſi communicet in crimine damnato: ea tamen quæ geſsit
eo excommunicato qui vices commiſit,non valent,ſi id fecit
iuriſdictione ſolùm ab eo accepta.Vnde ſi epiſcopus eſt ex-
communicatus,nec ipſe,nec vicarij eius cognoſcent de cau
ſis,ſecundum Arc.quia idem eſt conſiſtorium:vnde adibitur
papa.de ſup.ne.præla.c.j.Succedit autem vicario aliquis vel
ex inſtitutiõe principalis,vel etiã ipſius vicarij alium ſubſti-
tuentis de iure,ſcilicet ex ſpeciali commiſsione vel de facto.
¶Quintum.Officiales ſeu vicarius epiſcopi peccans in his,
quæ ſunt iuriſdictiõs poteſt ab archiepiſcopo puniri,ſecun-
dum Arc.ſicut & punire poteſt epiſcopus ſuffraganeos ſuos:
quia idem eſt conſiſtorium epiſcopi & ſui officialis. Si verò
aliquid faceret vel poſsideret vt priuatus,non poteſt eum ar
chiepiſcopus punire,niſi ſicut alios ſubditos epiſcoporum,in
caſibus ſcilicet,de quibus habetur in c.paſtoralis.de offi.ord.
¶Sextum.Secundum Io.And.& Inno.poſt Hoſt.in c.tua no-
bis.eo.tit.mortuo epiſcopo vel eo qui vicarium dedit,ceſſat
iuriſdictio vicarij.Allegat de of.vi.c.Romana.lib.vj.& ſic di
cit ſeruari de conſuetudine:licet aliquando capitula tales re
moueant vel confirment.& facit pro eis c.cùm olim.de ma.
& obe.¶Septimum.Poteſt autem epiſcopus conſtituere ſi-
bi vicarium,& amouere ſine conſenſu capituli ſui,ſecundum
Hoſt.in Sum.& poteſt à committente vices ſuas reſtringi po
teſtas commiſſa quantum ad locum & tempus , & reuocari
etiam ante tempus,ar.c.fi.de preca. & ſi iuraſſet vel promi-
ſiſſet ſub certa pœna non reuocare,tamen tenet reuocatio.
ar.c.dilecto.de præb.Et ſi hoc fiat ex cauſa rationabili:puta
quia male facit officium,vendendo iuſtitiam,& huiuſmodi,
non eſt periurus,nec debet pœnam:ſecus ſine cauſa, licet re
uocatio teneat.¶Octauum.Deficit autem & finit officium
vicarij epiſcopo mortuo vel excõmunicato,ſecundum Pan.
in c.quoniã abbas.de of.dele.¶†Quintò quæritur, vtrum vi 5
carius temporalis poſsit ſubſtituere vicarium?Et dico ſimpli
citur quòd non. extra eo. clericos . ſi habeat iuriſdictionem
ordinariam:quia non habet eam iure ſuo.l. & quia.ff.de iu-
riſd.om.iu.Quia tamen fallit primò ſi habeat ſpeciale man
datum ſubſtituendi:vt patet.Secundò ſi ſit de hoc conſuetu-
do:quia inſtituens eum,& ſciens talem conſuetudinem,con
ſentit implicitè in ſubſtitutionem.Tertiò quando per ſe nõ
poteſt totum explere:quia ſecundum S.Tho.in xij.quolib.ſi
tamen eſt S.Th.licet non poſsit totã ſuam poteſtatem com
mittere poteſt tamen partem : quia intentio committentis
eſt vt exequatur ſecundũ ꝙ poteſt: & fortè nõ poteſt facere
totum.Hæc ex illo.Archipresbyter autem, qui vicarius eſt
epiſcopi in ſpiritualibus,per c.miniſteriũ.de of.archipreſ.po
teſt alium vicarium inſtituere,vt ibi . ¶†Sextò quæritur,v- 6
trum vicarius gaudeat priuilegijs principalis?Et dicit Card.
quòd non , quando gerit vices alterius ex eius deputatione
tantum.ff.de le.l.filius.vbi ſi filius iuit in legationem pro re
publica pro patre,non gaudet immunitate,ſed pater.Si verò
gerit ex deputatione ſuperioris , procedit clem . quæ de ec-
cleſijs



cleſijs.de of.vi.quæ quo ad tria vicarium æquiparat rectori:
& ex eo quòd loquitur de vicarijs perpetuis,præſupponit au
thoritatem ſuperioris interueniſſe.Ex quibus patet quòd vi
cerector nõ gaudet immunitatibus rectoris,ſi deputatur ab
eo:ſecus ſi ab vniuerſitate.quod etiã tenet Bart.in d.l.filius.
7 licet de facto tractetur vt rector.¶†Septimò quæriť , vtrũ
prælatus poſsit vices ſuas cõmittere ſub anno cenſu?Et dico
quòd nõ ſine ſimonia.extra ne præl.vi.ſu.c.j.ij.& iij.bene tñ
põt vicario ſalariũ cõſtituere:imò & tenetur.xij.q.ij.charita
tem.Vñ ſecundũ Inno.poteſt dicere,do tibi pro ſalario cen-
tum:& totũ lucrũ de exercitio iuriſdictionis dabis mihi . &
ſcđm Hoſ.vicarius habet ius petendi ſibi aſsignari cõgruam
portionem de reditibus eccleſiæ : ex qua cõmodè poſsit ſu-
8 ſtentari.extra eo.ad hæc.¶†Octauò quæriť, ex quibus cau-
ſis poſsit dari vicarius?Et dico ſcđm Arc.poſt Hoſt.quòd li-
cet regulariter quis teneatur reſidere in eccleſijs & benefi-
cijs,vt ſ.dictũ eſt in verbo Reſidentia:tñ in certis caſibus po
teſt reſidere per vicariũ.Primò rõne occupationis:ſicut ex-
cuſatur epiſcopus qui in eccleſia cathedrali habet aliquem
loco ſui, & ipſe in camera dicit horas,& deinde expedit oc-
currẽtia.& idem de quolibet legitimè occupato.de cele.mi.
c.j.debet tñ in eccleſia celebrare die dominico, & alijs feſti-
uitatibus præcipuis,niſi neceſsitas excuſet.v.q.j.tpis.Secũdò
rõne ſtatuti,ſeu cõſuetudinis,ar.de cõſti.cùm oẽs.in fi. Ter-
tiò rõne priuilegij ſeu diſpenſationis.de fi.presby.ꝓpoſuit.
Sed hic caſus cum priore nõ habet locũ,ſi eccleſia fuerit ſer
uitoribus deſtituta.de cle.nõ re.cùm ad hoc.quia ex quo cœ
pit cõſuetudo eſſe irrationabilis & eccleſiæ oneroſa, nõ eſt
tenenda.de cõſue.c.j.Quartò rõne diuerſorũ rituũ & lingua
rum exiſtentiũ ſub eodem epiſcopo.de of.ord.qm̃. Quintò
qñ quis habet præbendam in eccleſia cathedrali,cui annexa
eſt parochia:quia in annexa ſeruiet per vicariũ.de preb.extir
pãde.Sextò rõne defectus ſeu debilitatis ſuperuenientis.vij.
q.j.c.j.de cle.ægro.c.pe.& vl.Septimò rõne neceſſariæ ꝓfe-
ctionis:vt quia eſt cruce ſignatus.de voto.c.fi.& ſimiliter rõ
ne profectionis vtilis ac honeſtę,vt cauſa ſtudiorũ & peregri
nationis de licentia prælati.de conſe.di.v.nõ oportet.de cle.
non reſi.relatum. Additur ratione religionis.extra de præb.
c.de monachis.& ratione diuini cultus augmentandi, quan-
do ſcilicet abundat eccleſia reditibus . de conſtit . ex parte.

VIDVA ex ſignificatiõe ſeu etymologia vocabuli eſt
mulier ſine viro,ſiue aliqñ virũ habuerit,ſiue nõ qua-
ſi ſine duitate,ſeu dualitate:à vi quod eſt ſine:ſicut ve
cors dicitur ſine corde.ff.de verb.ſig.l. malũ.§.viduas. ſcđm
cõem vſum loquendi vidua eſt illa , cuius maritus eſt mor-
tuus,à quo fuerat cognita.d.c.viduas.vbi ad iſtũ intellectum
loquitur Gratianus.In quacũq; autem materia,etiã pœnali,
vſus loquendi præfertur ꝓprio ſignificato verborũ : ſiue il-
lud eliciatur ex etymologia, ſiue ex diffinitiõe , ſiue ex au
thoritate iuris.l.librorũ.§.quod tamen Caſsius.ff.de leg.iij.
& l.cùm delanionis. §.aſinã.ff.de fun.inſtr.& l . Labeo.ff.de
ſup.le.no.& Bart.in l.omes populi.ff.de iuſt. & iu.& Inno.in
c.olim.de verb.ſig.& gl.in c.nõnulli.de reſcri . ¶Qñ autem
vidua poſsit tãquã miſerabilis perſona laicũ trahere ad iudi-
ciũ eccleſiaſticũ:Pan.in c.ſignificãtibus.de of.dele.& in c.li-
cet ex ſuſcepto.de fo.cõp. Quomodo etiã ſequatur domici-
liũ mariti pręmortui:idem Pan.in c.ex parte.de fo.cõp.Qũo
aũt perdat tutelã ſi incõtinenter viuat,ſicut ſi ad ſecũdas nu
ptias trãſiſſet,eſt gl.no.quam ſequitur Bart.in auth.matri &
auiæ.C.quando mul.tu.offi.fun.po.vide ſuprà Tutela . §.x.

VINDICTA ſeu vindicatio dupliciter ſumitur.primò
vt eſt actus irati exequentis modum animi ſui. de qua
vide ſ.Ira. per totum . Secundò vt eſt actus virtutis , quam
Tullius in Rhet.ponit partem iuſtitiæ,& dicit ꝙ eſt per quã
vis aut iniuria & omnino quicquid obſcurũ eſt,id eſt,ignomi
nioſum,defendẽdo aut vlciſcẽdo ꝓpulſať. Cui virtuti ſcđm
S.Th.ij.ij.q.cviij.opponiť ꝑ exceſſum crudelitas vel ſæuitia:
per defectũ nimia remiſsio in puniendo.Eſt autẽ illicita vin-
dicatio,ſecundum San.Th.ibi, ſi animus vindicantis feratur
in malũ eius,de quo vindicta ſumitur,& ibi quieſcat:quia de
lectari in malo alterius ꝑtinet ad odiũ. & ſic ſentit quòd ſit
ex ſuo genere mortale.qđ etiã patet xxiij.q.iiij.ſi eccleſia.et
c.quiſquis Chriſtianus.& cap.ea vindicta.Si verò,inquit , in-
tentio vindicãtis feratur ad aliquod bonũ ad qđ venitur per
pœnã peccãtis:puta eius emendationẽ vel cohibitionem , &
aliorũ quietẽ,& cõſeruationẽ iuſtitiæ & honorẽ Dei,poteſt
eſſe licita,obſeruatis alijs debitis circũſtantijs:imò dic quòd
eſt meritoria, vt ex dictis c.patet. Et ſi iniuria facta ſit in eũ
qui habet poteſtatẽ vindicandi: tenet Sum. Ang.indiſtinctè
quòd nullus poteſt ſuã iniuriam vindicare, etiam ſi non ha-
bet ſuperiorẽ.Vnde licet princeps,inquit,non ſubſit legibus
l.digna vox. C.de legib. tñ ipſe delegat.de iudi.c.j. ſed quia
illud c.& alia quæ allegat,non probãt:ideo melius San.Th.
loquens de iudice diſtinguit & probat , dicens ꝙ debet quis
propriã iniuriã vlciſci quando redundat in Deũ & in eccle-
ſiã:ſicut Helias fecit ignem deſcendere ſuper eos qui vene-
rant ad ipſum capiendũ.iiij.Reg.j.& Syluester papa excom
municauit eos,qui eum in exilium miſerũt:vt habetur xxiij.
q.iiij.Inquantum verò ad eius perſonã pertinet, debet eã to
lerare patienter,dicente Chryſ.ſuper Mat.Diſcamus exẽplo
Chriſti noſtras iniurias magnanimiter ſuſtinere:Dei aũt in-
iuriam nec vſque ad auditum ſufferre.Qualiter autem vin-
dicandum ſit aduerſus multitudinem:vide ſ.Correctio.

¶VIOLENTIA filia auaritiæ declaratur ex dictis in
verbo Rapina.

## De Virginitate.

1 *Virginitas an ſit virtus.*
2 *Virginitas qualiter amittatur.& nu.ſeq.*

VIRGINITAS ſcđm S. Tho.ij.ij.q.clij.à virore di-
cta importat immunitatem ab aduſtiõe maximè cõ
cupiſcentiæ,id eſt,venereorũ.& dupliciter ſumiť,ſci-
licet formaliter pro propoſito reſpuẽdi delectationes vene
reas:& materialiter pro integritate carnis.quæ duo includit,
ſcilicet priuationem pollutionis, & integritatem corporalis
ſignaculi.Vñ quãtũ ad eius formale in recto diffinit Aug.in
lib.de nup.& con.ꝙ virginitas eſt in carne corruptibili in cor
ruptiõis perpetua mediatio,id eſt,ꝓpoſitum rõnis perpetuò
cõtinẽdi.Quantũ verò ad materiale,idem in eo dicit ꝙ virgi
nitas eſt continentia, qua integritas carnis ipſi creatori ani-
mæ & corporis fouetur,conſecratur,& ſeruatur.S. Tho.aũt
vbi ſ.omnia diffuſè declarat dicens quòd in delectatione ve
nerea eſt conſiderare tria.Primum ſcilicet quod eſt ex par-
te corporis,id eſt,violatio ſignaculi virginalis . Secundũ eſt
illud,in quo coniungitur id, quod eſt animæ , cum eo quod
eſt corporis,id eſt, ipſa reſolutio ſeminis delectationem ſen
ſibilem cauſans.Tertiũ autem eſt ſolùm ex parte animæ,id
eſt,propoſitũ perueniendi ad talem delectationem:quorum
prin ũ ad actũ moralem ſe habet per accidens , cũ per ſe nõ
cõſideretur talis actus,niſi ſecundũ ea quæ ſunt animæ : ſe-
cundũ verò ſe habet materialiter , cùm ſenſibiles paſsiones
ſint materia moralium actuũ. Tertiũ verò ſe habet forma-
liter & cõpletiuè:quia ratio moralium in eo quod eſt ratio-
nis completur. Vnde cũ virginitas dicatur per remotionem
prædictę corruptiõis:cõſequens eſt quòd integritas membri
corporalis per accidens ſe habet ad viginitatem,inquantum

ſcilicet per hoc quòd quis ex propoſito abſtinet à delectatio
ne venerea,remanet integritas in mẽbro corporeo. Vnde ſi
alio modo integritas membri corrũpať,nõ magis præiudi-
cat virginitati quã ſi corrũpať manus aut pes. Ipſa aũt immu
nitas à delectatione,quæ cõſiſtit in ſeminis reſolutiõe,ſe ha
bet materialiter : ipſum verò ꝓpoſitũ perpetuò abſtinendi
1 ab ea ſe habet formaliter & cõpletiuè. ¶† Primò aũt quæri-
tur,vtrũ virginitas ſit virtus. Et dico ꝙ S. Tho. j.ij.q.lxiiij.ar.
j.& ij.ij.q.cij.ar.iij.& iij.q.clv.ar.j. probat qđ inquantũ eſt ha
bitus mentis, quo quis perpetuò vult ſeruare integritatem,
ſit virtus,authoritate Ambroſij & rõne philoſophica:& pri-
mò ꝙ ſit virtus quantũ ad talem habitũ,ſiue talis electio fir
metur voto,ſiue nõ:vt expreſsè dicit in iiij.di.xxxiij.q.iij.art.
j.ad quartũ.& di.xlix.q.v.ar.iij.q.j.in corpore.intendit etiam
ſecũdò ꝙ inquantũ eſt virtus,habet duos gradus, quorũ in
firmus eſt in habentibus propoſitũ perpetuæ virginitatis,in
quibus eſt virtus,vel ſaltem diſpoſitio ꝓxima ad virtutem:ſu
premus verò in habentibus votũ,vt patet ij.ij.q.clij.art.iij.ad
quartũ.vbi dicit ꝙ virginitas,ſcđm quod eſt virtus, importat
propoſitũ voto firmatũ.quod intellige quãtũ ad perfectiſſi-
mã rõnem virginitatis:quia facere aliquid ex volũtate firma
ta pertinet ad perfectionem virtutis.ij.Ethi.vt etiã ipſe dicit
ij.ij.q.lxxxviij.ar.vj.& ſic vbi volũtas eſt firmior,eſt virtus per
fectior. Et hoc modo loquiť Aug.quem ibi allegat in ij.diſt.
s̄.recitata. Et eodem modo intellige quod ibi cõcluditur,ſci
licet quòd ſecundũ quod eſt virtus nunquã amittitur niſi per
pctm̃.quod intellige quantũ ad formale virginitatis, nõ quã
tum ad materiale:vt patet in iiij.diſt.xxxiij.vbi s̄.Et ſic patet
primò ꝙ Sum.Ang.tenens ꝙ nõ ſit virtus,nulla adducta rõ-
ne,tenet cõtra S.Amb.& S.Tho.& rationem.& ſecũdò quòd
cùm imponit S.Tho.licet illũ nõ nominet,ꝙ ſentiat votum
2 eſſe de rõne virginitatis,fallitᷣ: quia nõ vidit eũ vbiq;.¶† Se-
cundò quæritur quid ſenſerit S. Tho.de amiſſione virginita
tis? Et dico vt patet ij.ij.q.clij.ar.j.& iiij.di.xxxiij.q.iij.ar.j. &
di.xlix.q.v.ar.iij.ꝙ triplex eſt corruptio. Prima ſcilicet cor-
poralis tm̃,id eſt,fractio ſignaculi virginalis, vel reſolutio
ſeminis quocũq; modo:& ſecũda mentalis tm̃,id eſt, cõſen-
ſus in rem venereã ſine opere ſubſequuto:& tertia corpora
lis & mentalis ſimul : quarũ prima nõ amittitur virginitas:
ſed ſolũ in ſecũda recuperabiliter per pœnitentiã : & in ter-
tia irrecuperabiliter. Et ſic patet ꝙ cũ ſcđm Vl. ex genitali-
bus ſtillet triplex humor,ſcilicet vrina,ſemen,& quid mediũ
ſcđm eũ,vt virginitas amittatur duo requiruntᷣ:primò, ſcili-
cet pollutio cõpleta,quæ eſt reſolutio ſeminis, ſcđm Vl.&
ſecũdò cõſenſus volũtatis in talem delectationem quod in-
telligo ſaltem interpretatus : puta quia volũtas nõ remittitᷣ
3 quantũ põt iuxta dicta s̄.Cõſecratio virginũ.§.j. ¶† Tertiò
quæritᷣ, quid ſi corruptio ſit quidem corporalis tm̃ quo ad
ſignaculũ:ſed tñ per cõſenſum in venerem, & per actũ quo
cõſueuit procurari reſolutio ſeminis, puta per turpem actũ
vel coitũ perfectũ corporaliter ab aliquibus antequã ſper-
ma emittãt? Et videtᷣ dicendũ de mente S.Tho.ꝙ ſi talis cõ-
ſenſus ſit imperfectus,id eſt,antequã ſit quis doli capax,ſtat
virginitas mentis & corporis: quia amittitᷣ ſolũ id quod per
accidẽs eſt ſignaculũ. Si verò ſit poſtquã quis eſt doli capax
amittitur virginitas quãtũ ad mentem:& ſic põt recuperari
per pœnitentiã.quantũ ad corpus etiã amittitur ſecundum
Vl.quod ſequitᷣ Sup.& Sum.Roſ.& intelligũt irrecuperabi-
liter. Sum.verò Ang.licet dicat ꝙ perditᷣ quidem,ſed recupe
rabiliter:tñ videtur loqui de mentali:cùm,ſecundũ eum,ad
perditionem corporalis requiratur pollutio. Ego verò dico
quòd corporaliter non amittitur: quia non eſt ſequutum,o-
pus,quo amittitur,ſcilicet reſolutio ſeminis,in qua comple-
tur delectatio venerea. & hoc de mente S. Tho.in iiij.diſt.
xxxiij.ar.j.ad quintũ.vbi vult ꝙ ſi nõ adſit deciſio ſeminis, &
cõſequenter nec delectatio cõpleta mentem ſuffocãs, nõ a-
mittitᷣ virginitas quãtũ ad materiale in ea. Et ſic patet qđ ſit
dicẽdũ de puellis attẽtãtibus carnalia antequã ſpermatizẽt.
¶† Quartò quæritᷣ, quid ſi corruptio ſit corporalis tm̃ quo 4
ad reſolutionẽ ſeminis:puta in ſomno vel ebrietate,aut rõne
infirmitatis,vel hmõi: & tñ cõſenſus præceſſit aut ſequutus
eſt? Et dico ꝙ ſcđm S.Th.per prædicta ſi ſint præter propo
ſitũ,nõ perditᷣ virginitas.& idẽ Al.dicẽs ꝙ nõ amittitᷣ ꝑ pol
lutionẽ in ſomnis. Sed tñ Sum.Cõ.poſt Vl. addit ꝙ ſi placet
delectatio nocturnæ pollutiõis antè perditur virginitas. Et
idẽ dicit de eo qui dat cauſam huic pollutiõi in vigilia ꝑ cõ
ſenſum in turpẽ delectationẽ vel actũ:quia tũc hęc duo cõ-
iũguntᷣ in rõne vniꝰ peccati. Secus ſi detᷣ cã per negligẽtiam
venialẽ circa delectatiões carnales,vel repletionẽ, & hmõi.
Si verò cõplacẽtia pollutionẽ talem ſequatᷣ,credit Vl.ꝑditã
virginitatẽ:& intelligit irrecuperabiliter. Se ſcđm alios re-
paratur ꝑ pœnitẽtiã.qđ videtᷣ verius. ¶† Quintò quæritᷣ,quid 5
de mulieribus quæ corrũpũtur à viris dũ dormiũt vel ſunt e-
briæ aut amẽtes? Et dicit S.Tho.in iiij.ꝙ nõ perdũt virgini-
tatẽ,niſi ea intẽtiõe iuiſſent dormitũ vt cognoſcerentᷣ. ¶† Se 6
xtò quæritᷣ,quid de cognitis violẽter? Et dicit S.Th.in iiij.ꝙ
virginitatẽ nõ perdũt, ſi violẽter ab homine vel à dæmone
incubo,ſi quãtũ poſſunt renitantᷣ,& cõſeruent corpus à cor-
ruptiõe,vel ſaltem mentem à cõſenſu. ¶† Septimò quæritᷣ, 7
de patientibus fluxum ſeminis? Et dicit S.Th.ij.ij.q.vbi.s̄.ꝙ
nõ perditur virginitas,ſi ſit præter propoſitũ:ſicut nec in re-
ſolutiõe ſeminis in ſomno:quãuis caro ſentiat delectationẽ.
¶ VIRGINVM cõſecratio declaratᷣ s̄.Cõſecratio virginũ.

VIS eſt maioris rei impetus,qui repelli nõ põt.ff.quod
met.cauſa.l.ij. Quomodo aũt differat à metu: vide s̄.
Metus. Eſt aũt duplex vis. Nam eſt vna publica,quæ
ſit nedũ cum armis:vt l.j.ff.de vi pu. ſed & cum omni quod
poteſt nocere:vt in l.armatos.ff.eo.titu.qua tenetur nõ ſolũ
vim faciens cũ prædictis:ſed etiã qui armatos domũ aut poſ
ſeſſionem alterius ingreditur ſine cauſa legitima: puta pro
vſu venandi,itineris,nauigationis,vel mercationis:vt in l.j.&
ij.ff.de vi pu. Alia verò dicitur priuata,quæ ſcilicet fit alicui
ſine armis,etiam coadunatis hominibus, vel ſi res debitoris
ſine iudicis authoritate occupetur: de qua plenè habetur.ff.
de vi priua.per totum. ¶ Vtrum autem liceat vim inferre,o-
ſtium vel murũ infringendo:dico quòd ſi quis habet poſſeſ-
ſionem alicuius rei, poteſt tam in perſonam impedientem
quàm in oſtia & muros illius loci:vt valeat vti iure ſuo, ne-
dum iudex,ſed quilibet:vt no.Pan.in c.j.de immu.eccl.quia
non vult aliquid de nouo,ſed ſolum ius ſuum defendere,vel
perditum incontinenti recuperare. Si verò non habet poſſeſ
ſionem,licet habeat actionem hypothecariam,vel aliam ad
illam rem conſequendam:tunc non poteſt,etiam ſi ſit iudex
vel prælatus propria authoritate:quomodo loquitur c.eum
qui.de præb.libr.vj & l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.quia iſte
non debet propria authoritate inferre : quia diceret ſibi ius
contra l.vnicam.C.ne quis in pro.cauſa. ¶ Pœna autem vim
inferentis eſt,vt pro vi publica deportetur:vt not.gl.in l.qui
dolo.in fin.ff.de vi publi. pro priuata verò punitur in tertia
parte bonorum:& non poteſt eſſe iudex,ſenator, vel alium
honorem habere,tanquam infamis,vt l.j.ff. de vi priua. V-
trum autem vim vi repellere liceat : dic vt ſuprà Bellum.ij.

## De viſitatione & Procurationibus.

1 *Viſitare quis poſſit.*
2 *Viſitationis quis ſit ordo.*





3 *Viſitatione vnius diœceſis ab archiepiſcopo facta an ad eam viſitandam poſſit redire.*
4 *Viſitatio quomodo fieri debeat.*
5 *Viſitator an aliquid recipere poſſit à viſitatis.*
6 *Viſitationis dicta varia.*
7 *Hoſpitalia an poſſit diœceſanus viſitare.*

VISITATIO,vt ſumitur in propoſito, videtur im-
portare indagationẽ viſitatoris factã circa regimẽ lo
1 corum & vitã perſonarũ quæ viſitãtur. ¶† Primò aũt
quęritur,quis poſſit viſitare? Et dico ꝙ viſitationẽ facere po
teſt quilibet habẽs ordinariã iuriſdictionem in aliquos,ſicut
archiepiſcopus in tota prouincia.de cen.Romana.&.c. ꝑpe-
tuo.lib.vj. Et epiſcopus in ſua diœceſi.de off.ord.cõquerẽte.
Itẽ archidiaconus & decanus.de cẽſi.cum apoſtolus. de offi.
archi.mãdamus. Itẽ abbates & prælati religioſorũ poſſunt
viſitare monaſteria & monachos, ſcđm eorum inſtituta .de
ſta.mo.c.vlt.& pe. Itẽ legati apoſtolicę ſedis,& qbus cõmit-
titur à papa vel à pręlatis ordinarijs eis exiſtentibus impedi-
tis.x.q.j.epiſcopũ.de off.or.inter cetera.& eo.ti.ſi epiſcopus.
li.vj. Quidã tñ dicũt inferiores epiſcopis nõ poſſe viſitare ꝑ
aliũ obſtãte cõſuetudine,exceptis religioſorũ p̄latis,qui etiã
2 per alios viſitãt.vide etiã s̄. Capitulũ. §.v. ¶† Secũdò quæri-
tur,quis ordo ſit in viſitatione tenẽdus? Et dico quòd archi-
epiſcopus debet plenè viſitare primò diœceſim ꝓpriã totã,
incipiẽdo à capitulo ſuæ eccleſiæ primò, & ſic tota viſitata
quo ad eccleſias maiores & minores cõmodè viſitabiles &
earũ populos,ſaltẽ cõuocãdo de pluribus locis ad vnũ,per-
trãſibit ad alias diœceſes ſuæ prouinciæ, viſitãdo eccleſias,
monaſteria:intellige etiã exẽpta,niſi ſint in hoc priuilegia-
ta,ſecundũ Arch.& pia loca,id eſt,hoſpitalia.de cen.Roma-
na.lib.vj. Et ſimiliter faciet epiſcopus primò incipiẽdo à ſuo
capitulo. Legati autẽ de latere iſtũ ordinẽ ſeruare nõ tenen-
tur ſecundũ Hoſti.nec archiepiſcopus in viſitatione ſuffra-
ganeorum ſi ingeratur difficultas:nec viſitatores religioſo-
rum:ſed ſeruabũt ſua ſtatuta:vt in d.c.Romana. vbi vide qđ
3 not. ¶† Tertiò quęritur,vtrũ archiepiſcopus vna diœceſi viſi
tata in toto vel in parte, poſſit ad eam viſitãdã reuerti? Et
dico ꝙ nõ,niſi omnes & ſua iterũ fuerint in toto vel in parte
viſitatę:ſed ſi fortè aliqua eccleſia viſitatæ diœceſis indigue
rit iterũ prius pręedictis alijs viſitari: tũc poteſt redire ad illã
ſi à diœceſano fuerit reqſitus:vel de cõſilio & aſſenſu omniũ
vel maioris partis ſuffraganeorũ:& ſi difficultatẽ malitioſè
adhibuerint,licẽtia petatur à papa. Poſt viſitationẽ autẽ om
nium diœceſum licitũ eſt ei viſitationẽ iterare:prius tamen
requiſito ſuffraganeorũ cõſilio & deliberatiõe,& ipſius dif-
finitione habita corã eis,quæ in ſcriptis redigẽda ſunt:& tũc
poterit viſitare,etiã ſi nõ interuenerit ſuffraganeorũ aſſen-
ſus:ita tamẽ ꝙ illa loca prius viſitet, quæ in priori viſitatiõe
4 non fuerũt viſitata.hæc omnia in d.c. Romana. ¶† Quartò
quæritur,quomodo fieri debet viſitatio? Et dico ꝙ debet vi-
ſitator primò proponere verbũ Dei:& demũ de vita & con-
uerſatione miniſtrãtiũ in eccleſijs,& locis alijs diuino cultui
deputatis:ac cæteris,quæ ad officiũ ſuũ ſpectãt,inquirat: &
ſine iuramẽto ac coactiõe ad eorũ emẽdationẽ per ſalubria
conſilia inducat lenibus & aſperis, ſicut ſibi videbitur expe-
dire. Quòd ſi de aliquo orta fuerit infamia cõtra aliquem,
denuntiet ordinario,vt inquirat ſi ipſe nõ eſt ordinarius:no
toria verò corrigere poterit,& punire:vt in d.c.Romana. Et
iſta forma eſt de præcepto omnibus prælatis ordinario iure
viſitantibus,exceptis religioſorũ conſuetudinibus & regula-
5 ribus inſtitutis,vt in d.c.Romana. ¶† Quintò quæritur,vtrũ
viſitator aliquid recipere poſſit à viſitatis? Et dico quòd ſic,
ſcilicet procurationem ad quam tamen eccleſia pauper non
grauatur ſecundũ Arch.poſt Arch.& Goſ. Vnde gratis viſitã
bit. Sed aduerte quòd oportet primò quòd recipiat procura
tionẽ ſolũ. Secũdò ꝙ ſolùm à locis viſitatis,nõ ab alijs. Ter
tiò ꝙ ſolùm ſit pro victu illius diei,ſiue ſit in victualibus,ſi-
ue in pecunia de voluntate viſitati. Quartò quòd vna die vnã
tantùm procurationẽ recipiat,ſiue vnã ſiue plures viſitet ec
cleſias. Si tamẽ vna die viſitationẽ explere nõ poteſt, pluri-
bus diebus eſt procurãdus,ſecundũ Inn.& x.q.j.placuit.& idẽ
Hoſt. Quintò quòd ipſe ordinarius perſonaliter viſitet: quia
ſi viſitet per aliũ,viſitati quidẽ expẽſas miniſtrare tenẽtur vi
ſitãti.de off.or.ſi epiſcopus.li.vj.ſed epiſcopus nihil põt exi-
gere,vt ibi. Si quid autẽ alio modo reciperet ipſe vel aliquis
de ſuis familiaribus occaſione alicuius officij vel conſuetudi
nis,etiã munus quomodocũq; oblatũ,tenetur recipiẽs duplũ
reſtituere intra mẽſem eccleſiæ à qua illud acceptũ eſt:alio-
quin patriarchę,archiepiſcopi & epiſcopi ſunt interdicti ipſo
facto ab ingreſſu eccleſię:inferiores verò à prædictis ſunt ſu
ſpẽſi ab officio & beneficio donec dictũ duplũ reſtituãt: nec
valet remiſſio vel dãtiũ liberalitas ſeu gratia eos liberare,ni
ſi reſtituãt. Colligũtur hęc ex c.exigit.iũcto c.felicis.&.c.Ro
mana.de cẽ.li.vj. ¶† Sextò quæritur,quid notauerint doc.ſu- 6
ꝑ d.c.Romana.oportunũ viſitatori ad ſciẽdũ? Et dico mul-
ta,de qbꝰ plenè per Arch.iij.parte.tit.xxj.c.v.§.vlt. ¶ Primũ.
Epiſcopus viſitãs per aliũ, tenetur ei nõ quidẽ de expẽſis, de
quibus tenẽtur viſitati:ſed de alijs neceſſarijs. de offi.ord.ſi
epiſcopus.lib.vj.id eſt de equis,veſtibꝰ,& familia,& huiuſmo
di. ¶ Secundũ. Cõmoditas viſitãdi aliquã eccleſiã,ſcđm glo.
iudicabitur arbitrio boni viri. Plena autẽ viſitatio nõ dicitur
ſi cõuocetur ſynodus:nec dicitᷣ nõ plena, ſcđm Hoſt. ſi duæ
vel tres eccleſiæ vel paucę remanẽt viſitãdæ. de cõ. diſt.ij.re
vera.& vij.q.j.deniq;.in quo tamẽ dicit inſpiciẽdũ eſſe modũ
regionis. ¶ Tertiũ. Licet Ber.dixerit archiepiſcopũ poſſe viſi
tare prouinciã,ſi ſuffraganei ſint negligẽtes:tñ hoc põt eſſe
etiã ſi nõ ſint negligẽtes:vt patet expreſſe in c.perpetuo. de
cenſi.lib.vj.& hoc liberè vt ibi,id eſt,cõtradictione,præſcri-
ptione vel appellatiõe nõ obſtãte,ſcđm gl.de præſcri.ex of-
ficij.& idẽ Arch. ¶ Quartũ. Scđm gl.à principio viſitator nõ
debet exigere nec cogere ad iuramẽtũ,propter quod occul-
tũ quis prodere cõſtringatur:ex quo tamẽ ſine iuramẽto re-
ferũtur aliqua corrigẽda,poſtea poterit inqſitor ſuꝑ his exi
gere iuramẽtũ,& cogere ad reſpõdẽdũ & ſibi obediendũ in
his quæ officiũ reſpiciũt,ſcđm Ber.Inn.Hoſ.Io.Mo.& Mon.
& Arch.aliàs deluſoria eſſet poteſtas viſitãdi ſi coërcitionẽ
nõ haberet:& qa cui cõmittitur principale,& acceſſoriũ.de
offi.deleg.de cauſis. Imò dico ꝙ ſi viſitator poteſt inqrere,
poteſt à principio præcipere vel exigere iuramẽtũ de verita
te dicẽda,iuxta dicta s̄.Inquiſitio.j.§.ix. ¶ Quintũ Scđm Io.
And.in no.ſi in viſitãdo cõcurrãt archiepiſcopus & epiſcopus
ambo admittẽtur,ſecũdũ Io.Mo.Alber.Inn.Hoſt.& Arch.&
ſi diſcordarẽt in ſententia,tenebit pro reo,niſi in cauſa fauo
rabili.de ꝓba.ex literis. Et addit ꝙ ſcđm alios ſi eccleſia nõ
ſufficit vtriq;,admittitᷣ primò veniẽs:vt de foro cõpe.ꝓpoſui
ſti.cũ cõcord. Si nõ apparet qs primò veniat p̄fertur archie-
piſcopus.xj.q.iij.q reſiſtit.&.c.ſeq. Si verò cõcurrat epiſcopus
cũ pręlato ſibi ſubiecto,epiſcopus pręfertur ſcđm Arch.niſi
obſtet cõſuetudo.alleg.c.in Lateranẽſi.de pręb. ¶ Sextũ. Di-
citur aũt qs viſitare ſi vadat cauſa chriſmãdi pueros,ſiue cõ-
ſecrãdi eccleſias,ſiue ꝓ quocũq; alio cõi negotio,vel qđ mul
tos tãgit,ar.x.q.iij.relatũ.ſcđm Inn. vel qđ ſit ꝓ ſalute ani-
marũ,vel diuino cultu ampliãdo,vel ſtatu eccleſię reformã-
do,ſcđm Hoſ.x.q.j.placuit. Vnde in his debetur ꝓcuratio. Se
cus ſecundũ Inn.ſi vadit pro cauſis expediendis: aut ſi vadat

pro reconciliatione eccleſiæ,ſecundum Arch. Vinc. Laur. & Gof. ¶ Septimū. Si archiepiſcopus vel epiſcopus viſitans perdit equū aut equorū vecturas ſoluit,& ſimilia,nō poteſt hoc exigere à viſitatis nomine procurationis,ſecundū Inn. & Archi. & multò minus expēſas factas eūdo:tum quia hoc nullo iure cauetur:tum quia propter hoc habet bona dignitatis:vt exerceat ſpectātia ad officiū dignitatis:& procuratio potius datur in ſignū ſubiectionis. ¶ Octauū. Si dubiū ſit an aliqua crimina ſint notoria:de hoc viſitator inquiret:quia ſolùm in hoc videtur cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio? Et dicit Arch. ea eſſe notoria quorū teſtis eſt populus xxxiij.q.v.quod ſcripſi.quod eſſe dicit etiā ſi crimē eſt notū maiori parti tātùm. de coha.cle.in veſtra. ¶ Nonum. De familia epiſcopi eſt clericus & laicus,equeſter vel pedeſter,qui eſt de domo ſua,ſecundū Io.An. Nomine autem officij intelligitur ſcriptor,ſigillator,& huiuſmodi,qui nihil poſſunt accipere. Sed addit in nouel.hoc eſſe verū,ſi quid petatur ratiōe viſitationis:nō autē ratione laboris,arg.xij. q.ij.eccleſiaſticis.& idē Hoſt. & Io.Mo.& hoc niſi de publico reciperēt ſalariū. ¶ Decimū. A munere autē,quod prohibetur accipi,excipit Hoſ.eſculentū & poculentū & xenia,quæ nō extenduntur ad munerū qualitatē.ff.de offi.procō.l.ſolēt.quod Io.Mo.limitat, ſi ſunt aliqua ibi comedēda:ſi verò ſint portāda,periculū eſt recipere vt aliquos capones,caſeos,vel flaſcos vini. De poteſtate viſi-
7 tatoris,vide Pan.in c.vlt.& pe.de ſta.mo. ¶ † Septimò quæritur,vtrū diœceſanus viſitare poſſit hoſpitale? Et dicit Arch. poſt Lap. & Fed. ꝙ ſic,ſiue ex teſtamēto,ſiue à principio inter viuos ordinatū fuit ꝙ talis locus eſſet deputatus ad vſum hoſpitalibus,ſiue interuenerit authoritas epiſcopi ſiue nō,vt inquirat an fiat illud propter quod inſtitutū eſt: & maximè cùm habeat ſigna,formam,& ſtatum loci pij & eccleſiaſtici: vel etiam ſic denominetur. Ad hoc de ſen.excom. ſi iudex.li. vj.& quod no.Archi.de præben.cùm de beneficio.lib.vj.

¶ VITIATVS corpore.vide ſuprà,Corpore vitiatus.

¶ VITIVM.vide ſuprà,Peccatum.

VNANIMITER,de ſuo ſignificato requirit diſcrepantiam eſſe nullam:vt probatur in c. bonæ. el ij.de poſtul.præl.& in c.ſi vnanimiter.eo.tit.& tenet Inno. in c.cum in eccleſia.de cau.po.& proprie.& ibi Panor.

¶ VNIVERSITAS.vide ſuprà,Collegium.

¶ VNCIAE.vide ſuprà,Hæreditas.

## De Vnctione extrema.

*1 Vnctionis extremæ quæ ſit materia,& quæ forma.nu.2.*
*3 Vnctionis extremæ quis ſit effectus,& quis miniſter.nu.4.*
*5 Vnctio extrema quibus debeat dari,& quibus corporis partibus.nu.6.*
*7 Vnctio extrema qualiter exhibeatur, & an iteretur.nu.8.an ſit neceſſitatis.nu.9.*

VNCTIO eccleſiæ ſecundū Pet.de Pa.in iiij.diſt.xliij. eſt triplex.vna ſcilicet quæ nec ſecramētū nec ſacramētale eſt:quia nec per ſe gratiā cauſat:nec ad aliqđ ſacramentū perficiendū vel ſuſcipiendū ordinatur,vt vnctio regū:vnde ea fieri nō debet cū materia cōſecrata, & multò minus cū chriſmate:nec fit in capite, ſed in humero vel armo. Secūda eſt ſacramentalis,nō ſacramētū: quia ſcilicet ad ſacramētū ordinatꝰ vel ſuſcipiēdū,vt vnctio catechumenorū vel perficiendū,vt vnctio baptizati in vertice. Tertia eſt ſacramentū per ſe.& eſt duplex:ſcilicet chriſmatis in frōte per epiſcopū:& olei ſancti per ſacerdotē in extremis. Vñ vnctio extrema vnum eſt ex ſacramētis eccleſię:de quo in c.vnico.
1 de ſac.vnct.& de hac intendimus. ¶ † Primò autē quæritur, quæ ſit materia huius ſacramēti? Et dico ſecundū oēs doc. quòd eſt oleū oliuarū conſecratū ab epiſcopo: ita quòd tam oleū tale quàm cōſecratio eius eſt de neceſſitate ſacramēti. Vñ ſecundū Pet. de Pal.nō poſſet facere papa ꝙ eſſet oleū nucū:licet hoc poſſet de vnctiōe catechumenorū & manuū ſacerdotaliū,cū ſint ſacramētalia:vñ ſi oleū nucū vel alius liquor miſceatꝰ,eſt trāſgreſſio p̃cepti:& ſi ꝓpter miſturā ſpecies mutaretur,eſſet irritatio ſacramēti. Si autē miſceretur oleū oliuarū,totū ſit cōſecratū.extra de cōſec.ecc.qđ in dubijs.quod intellige eo modo quo dictū eſt ſ̃. Aqua bñdicta. §.iij. Et ex illo tex.infert ibi Pan. ꝙ cōpoſitū ex diuerſis aſſumit naturā ſimplicis dignioris:& magis dignū trahit ad ſe minus dignū. Nō poſſet etiā papa ſtatuere ꝙ fieret hæc inunctio oleo nō cōſecrato, licet poſſit ipſam cōſecrationē & alias huiuſmodi mutare & cōſecrare vt vult:nō aūt inferior
papa. ¶ † Secūdò quæritur,quæ ſit eius forma? Et dico ſcđm 2
S.Tho.& Pet.de Pal.& Vld. ꝙ eſt forma deprecatiua dicēdo,per iſtā ſanctā vnctionē & ſuā pijſsimā miſericordiā indulgeat tibi Deus quicqd deliquiſti per viſum ꝑ auditū,per odoratū,per guſtū,per tactū,per greſſum.repetēdo tñ ſemꝑ per iſtā vnctionē. Et ita ſequitur Sum.Ro.& Supp. Sed addit Sū.Ang.in nomine patris &c. qđ nullus ſanctus dicit nec c. nūquid.de cōſe.diſ.v.hoc probat:ſed loquitur de ſigno crucis,quo ſacerdos perficit oīa chriſmata,id eſt,ſacramenta quæ cū chriſmatis vnctione præſtātur: ſecundū gl.quæ etiā addit ꝙ nō remouetꝰ qn aliter poſſit ſacrificari:ſed referꝰ factū. Et addit S.Tho.ꝙ verba indicatiui modi,quæ ſcđm morē quarundā eccleſiarū præmittūtur oratiōi,nō ſunt de ſubſtantia ſacramēti: vt præmittēdo ſic, Vngo hos oculos oleo ſanctificato in nomine Patris & Filij & Spūs ſancti.qđ dicit
propter eccleſiā Ambroſianā. ¶ † Tertiò quęritur,quis ſit hu- 3
ius vnctionis effectus? Et dicit. S.Tho.in iiij.ꝙ effectus eius principalis eſt ſanatio & roboratio ſpiritus cōtra debilitatē relictā ex peccato actuali vel originali:ſiue remiſsio peccati quo ad reliqas:qđ robur,qa eſt à gratia,quæ peccatū nō cōpatitur,cōſequenter eſt deletio peccati venialis & mortalis quo ad culpā,niſi ponatꝰ obex:ſecūdarius verò eſt ſanatio corporis ſecundū qđ expedit principali fini,id eſt,ſanationi ſpiritus. Et in vltima vnctiōe quæ eſt formalis reſpectu priorū
cōfertur gratia præbēs effectū ſacramēti. ¶ † Quartò quæri- 4
tur,quis ſit eius miniſter? Et dico ſecūdū S.Tho. quòd ſolus ſacerdos,nec poteſt alius inungere etiā in articulo neceſsitatis.d.c.vnico.& de verb.ſign.quæſiuit. vbi hoc dicitur poſſe ſacerdos præſente vno & ſolus.& idē Ber.& Hoſt. vel ſcđm Sum.Cō.etiā auxiliāte laico in neceſsitate,& reſpōdēte. Solus inquā ſacerdos proprius inūgit ex neceſsitate præcepti,licet nō ſacramēti,ſecundū Pe.de Pa. Alius autē ſacerdos hoc nō pōt ſine licētia proprij,vel in neceſsitate ponēdo ſpem in ratihabitione.& idem de viatico: quia neceſsitas non habet legem. j.q.j.§.imò.etiā ſi eſſet ſuſpēſus ab ingreſſu eccleſiæ ſcđm Arch.faciēdo per aliū portari neceſſaria de eccleſia.ſecus de ſuſpēſo ab officio & præciſo. Hoc tamē Archid. nō admittit de religioſis etiā in neceſsitate: quia incurrerēt in canonē cle.religioſi.de priuil.ſi darēt viaticū vel extremā vnctionē. Licentiā tamē inungendi ſecundū Arch. dare poteſt proprius ſacerdos,etiā ſi ſit excōmunicatus: ſicut & excōmunicatus ac ſuſpēſus à iuriſdictiōe dat licētiā audiēdi cōfeſsiones,licet excōmunicatus nō poſſit delegare.& ſi ſacerdos inungēdo deficeret,ſi aliquæ partes ſunt inunctæ, quod factum eſt iterari non debet: ſed vnctiones quæ reſtant per alium ſacerdotem compleantur,ſecundum Sanc. Tho. Alb.
& Petr. ¶ † Quintò quæritur,quibus hoc ſacramentum de- 5
beat dari? Et dico multa. ¶ Primum. Dari debet ſecundum Gem.i.& Sanct. Tho.ſolis adultis infirmis in periculo mortis conſtitutis ex ipſa infirmitate vel ſenectute:vnde nec pueris quia non habent infirmitatem ex peccato actuali,nec bellaturis,aut nauigaturis,aut occidendis datur: quia non imminet eis mors ex defectu naturæ:ſed euentu fortunę. ¶ Scđm. Scđm S.Tho.in iiij.di.xxiij.hoc ſacramentū exhiberi nō debet his qui nō poſſunt illud recognoſcere & cū deuotione ſuſcipere,& pręcipuè furioſis & amentibus,qui poſſunt irreuerentiā ſacramento per aliquā immunditiā facere:niſi haberent lucida interualla,in quibus ſacramenta recognoſcerent:& ſic eis cōferri in ſtatu illo poſſet. Pet.aūt de Pa.dicit ꝙ dari nō debet furioſis perpetuò:quia eſſet mendacium in forma,cùm dicitꝰ,quicquid deliquiſti:cùm nō deliquerit. Sed habentibus lucida interualla & phreneticis dari debet, etiā ſi oporteret eos ligare: & hoc niſi ante furiā & phreneſim eſſent manifeſtè impœnitentes. Si verò ante phreneſim vel amiſsionem loquelæ hoc nō petiuerūt,diſtinguendū eſt:qa ſi talis erat excōicatus vel malævitæ notoriè, & nō oſtēdit ſigna pœnitētiæ nō debet ei dari:qa ſemel malus ſemꝑ præſumitur eſſe malus:niſi cōtrariū probatꝰ.de re.iu.libr.vj. Sed ſi erat bonæ vitæ,nō præſumitꝰ īmemor ſuæ ſalutis in morte plus quā in vita. Vñ præſumitꝰ ꝙ petiuit,licet non probetꝰ: vel ꝙ petiuiſſet ſi aduertiſſet:& ꝙ petere voluit, ſed fortè nō potuit:nec actualis deuotio requiritꝰ in eo q illā habere nō pōt. Et iſta eſt veritas.& ita etiā ſentit S.Th.nō obſtante primò ꝙ dicat hic requiri actualē deuotionē,ſicut de Euchariſtia:qa verū eſt de p̃ſenti vel de p̃terito: vel ſi adeſt facultas.imò hoc facit ad oppoſitū:qa ſcđm eū,tali datꝰ Euchariſtia,in qua nō requiritꝰ deuotio minor:nec obſtāte ſcđò illo verbo,in ſtatu illo:qa loquitꝰ de amētibus, in qbus eſt veriſimile periculū irreuerētiæ. Et hæc patent:quia S.Tho.ibi diſtinguit hoc ſacramētū in hoc à baptiſmo qđ dari pōt pueris & ꝑpetuò amētibus,& æquiparat euchariſtiæ:datꝰ tñ habentibus lucida interualla. Nec obſtat ꝙ de amētibus nō diſtinguat:quia iā ſ̃.diſtincti erāt. Et ideo nō bene dicit Sum. Ang.& Ro.quòd ſi in ſana mente nō petiuerūt,nō debet eis dari. ¶ Tertiū. Secundū Ric. poſt Pet.de Pal. debet dari baptizātis in articulo mortis: quia licet eis ſit remiſſa omnis culpa & pœna,remanet tñ pugna cōtra hoſtem:nec eſt mendaciū in forma licet nō deliquerit poſt baptiſmū:quia remāſit in eis debilitas mentis, ſcilicet cauſata ex prioribus delictis,quæ nō tollitur omnino per baptiſmū. ¶ Quartū. Scđm Arc.poſt Pe.de Pal.his de quibus dubitatꝰ an ſint mortui,dari pōt ſub iſta forma,ſi es mortuus,nō te vngo: ſed ſi non es mortuꝰ,ꝑ iſtā vnctionē, &c Et ſi inter vnctiōes apparēter de
6 ficit,quæ ſequuntꝰ omittēda ſunt. ¶ † Sextò quęritꝰ,quibus partibus corporis debeat hoc ſacramētū exhiberi? Et dico ſcđm Al.Pet.& S.Th.ꝙ inūgi debēt inſtrumēta qnq; ſenſuū,ſcilicet oculi,aures,nares,labia,manus:quia ſcilicet tactus viget maximè in pulpis digitorū,& pedes ꝓpter vim motiuā,& renes,ſcđm aliquos,ꝓpter vim appetitiuā:in carentibus autē
7 prædictis mēbris vnguntꝰ loca ꝓpiora. ¶ † Septimò quæritꝰ, qualiter debeat exhiberi? Et dicit Pet. de Pal. ꝙ totū inungere,& deinde ad libitū dicere formas, eſt deceptio animarū:ſicut ſi puer immergeretur primò, deinde ex interuallo diceretur,ego te baptizo: vel ſi epiſcopus traderet librum ordinādo,& poſtea diceret accipe poteſtatem.quod eſt cōtinuationem cauſæ diuidere. Solū eñ in ſacramento pœnitentiæ ex interuallo horæ vel diei permiſſum eſt vt poſt cōfeſſionem,quæ eſt materiæ exhibitio,poſſit quis abſolui,quod eſt impoſitio formæ. Secus in his,in quibus proponēs mate-
8 riam imprimit formā. ¶ † Octauò queritur,vtrum hoc ſacramentum poſſit iterari? Et dico ſecundū S.Tho.& alios quòd ſic,etiam in eadē infirmitate,quādocunq; eſt quis in articulo mortis,modò ſit caſus diuerſus:puta quia nunc hydropicus eſt in articulo mortis,poſtea euadit,& iterū venit ad articulum mortis. ¶ † Nonò quæritur vtrū hoc ſacramentum
ſit neceſsitatis? Et dicit San.Tho.quòd nō:ſi tamen omittatur ex contemptu,damnabile eſt:ſecus ex negligentia. 9

VOLVNTARIVM à voluntate dictum, importat motum vel actū à propria inclinatione procedētem propter finē cognitū.xij.q.vj. Inuoluntariū verò importat negationē volūtarij. Vñ notandū eſt quòd in actibus humanis aliqd eſt omnino voluntariū:vt quod ſit ſponte ſine violētia,ignorātia & metu. Quoddā verò eſt omnino inuolūtariū:vt quod quis nullo modo vult: vt ſecundū Philoſophum & Dama.quod fit per violentiā,ſcilicet abſolutā:& ſecundū Philoſophum,quod fit per ignorantiā,ſcilicet facti præmiſſa debita diligētia. Vnde etiā lex dicit ꝙ errātis nulla eſt volūtas.l.cū teſtamentū.C.de iu.& facti igno. Quoddam verò eſt miſtū ex volūtario & inuolūtario:vt primò qdē qđ fit metu ſeu coactione cōditionata, ſecundū philoſophum in tertio Ethicorū.quod quidē S.Tho.ij.ij.qō.vj.dicit eſſe inuoluntariū in ſe cōſideratū:ſed volūtariū in caſu ſcilicet ad vitandū malū qđ timetꝰ: vñ eſt volitū ꝓpter aliud & ſimpliciter volūtariū,vt ibi ꝓbatꝰ:& ſcđò qđ fit ex ignorātia volita ſeu cōſequenter ſe habēte ad volitū.de quo ſ̃. Ignorātia.in prin.& xij.q.vj.arti.viij. ¶ Volūtas eſt appetitus rōnalis de quo philoſophicè & Theologicè multa dicuntur & dici poſſent, ſed quātū pertinet ad præſentem ſpeculationem ſolùm habemus videre qūo teneamur habere volūtatem Deo cōformem. Et breuiter colligendo iſtā materiā videtur mihi ꝙ nunquā aget cōtra p̃ceptū de cōformitate is qui obſeruat hæc:primò quòd in genere velit quicquid Deus vult. Secundò quòd in particulari nihil velit de quo cōſtet ſibi ꝙ ſit cōtra diuinā volūtatem p̃ceptiuā. Tertiò ꝙ qcquid vult vel ſub rōne boni ſcđm rōnem,& explicitè vel implicitè ſub hac cōditione,ſi Deo nō diſpliceat. ¶ Quātū aūt ad cōformitatē quæ eſt in opando ex charitate, dico ꝙ tenetꝰ quiſq; opari ex charitate,ſi vult mereri:nō aūt ſi vult nō peccare vel effugere pęnā,ſed ſufficit ſi operetꝰ ex charitate,qñ tenetꝰ ex charitate aliqd facere, ſeu facere aliquid qđ ſine charitate fieri nō pōt,vt recipere ſacramenta. Et ſcđm aliquos quoties implemus præceptum Dei affirmatiuū in caſu,in quo illud nō implere eſſet mortale: ſecus vbi eſſet veniale vel nullū ſicut ſi quis naturali pietate honorat patrē extra neceſsitatē.

## De Voto primò in ſe,quid ſit.

*1 Votum quid,& an requiratur deliberatio.*
*2 Ad votum an requiratur & ſufficiat propoſitum.*
*3 Votum an ſoli deo fiat.*
*4 Votū an ſit de bono meliori cadēte ſub cōſilio,nō ſub præcepto*
*5 Votorum quot ſint genera.*
*6 Vouere an expediat.*

VOTVM à voluntate dictum eſt,ſecundum S. Tho.ij. ij.q.lxxxviij.& in iiij.di.xxxviij. tanquā à primo mouēte rationem ad vouendū:& non ſupple tanquā ab eo, in cuius propoſito perficiatur. Et ſecūdū eum ad votum tria ex neceſsitate requiruntur.primò deliberatio.ſecundò propoſitum.tertiò promiſsio,in qua perficitur ratio voti. & eſt eſſentialiter votum quod ſuo nomine importat obligationem voluntariam. Vnde Ecc.iiij. Si quid vouiſti Deo,ne moreris reddere: diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſsio. Superadduntur tamen aliqñ alia duo ad voti confirmationem,ſcilicet pronuntiatio oris,& teſtimonium aliorum. Et ideo ſecundum diuerſa neceſſaria diuerſimodè diffinitur. Hæc ex illo,qui per deliberationem intelligit cogitationē

ſiue conſilium & concluſionem conſilij,quam homo ſecum
& interdum penè facit,qua dicitur,ſic vel ſic faciendum eſt.
Per propoſitum verò intelligit actum voluntatis aſſentien-
tis cõcluſioni cõſilij volendo vouere:quod etiã dicit̃ delibe-
ratio,ſicut qui vult aliq̃d facere dicit̃ deliberare.Igit̃votũ ſe
cundũ Magi.in iiij.di.xxxviij.eſt teſtificatio quædã ſpõtaneę
ꝓmiſsionis,quæ Deo,& de his quæ Dei ſunt,fieri debet.Sed
ſcd̃m S.Tho.diffinit votum exterius prælatum quod matri
monium impedire põt:licet etiã cõpletiſsimè explicet votũ
interius:de quo vide ſi vis in iiij.vbi ſ̃. Secundũ aliquos verò
Theologos,vt recitat S.Tho.votũ eſt cõceptio melioris pro
poſiti cum deliberatione firmata.Vbi cõceptio ſumitur pro
enuntiatione promiſsiua,ſecundũ S.Tho.ſecundum Ric.au
tem in iiij.di.xxxviij.votũ eſt propoſiti ſupererogãtis ꝓmiſ-
ſio Deo facta propter bonũ finem ex deliberatiõe firmata:
vbi ly ſupererogantis,idem eſt quod ly melioris boni,id eſt,
cadentis ſub cõſilio,nõ ſub præcepto.Ray.aũt dicit quòd vo
tum eſt alicuius boni cum deliberatione facta promiſsio.&
intellige boni melioris ſiue cadentis ſub cõſilio tm̃. Et oẽs
prædictæ diffinitiones ſunt veræ & ſufficientes ad ſenſum
diffinientium.ſed cõplectendo mentem S.Tho. & aliorum
Theologorũ,dico quòd votũ eſſentialiter eſt promiſsio fa-
cta Deo præuia deliberatione & propoſito de aliquo bono
1 vel de bono meliori.¶†Primò aũt quæritur,vtrum ad votũ
requiratur deliberatio?Et dicit S.Tho.quòd ſic.Vnde factũ
ex ſurreptione ſine deliberatione nõ tenet, nec obligat,niſi
2 ex cõgruo.de quo ĩ.tit.ij.§.xiij.¶†Secundò quæritur,vtrum
ad votum propoſitum requiratur & ſufficiat? Et dico quòd
requiritur,vt patet ex ſe,& ex dictis,& ſcd̃m Canoniſtas ſuf
ficit,ſecundum S.Tho.verò non ſufficit, ſed requiritur pro-
miſsio.quod tota ſchola Theologorũ ſequitur:& videtur ex
preſſum per ſacram ſcripturã,quæ votum appellat promiſ-
ſionem in multis locis,vt colligitur ſ̃.Religio.v.§.viij.& idẽ
per iura canonica:vt in c.literarum tuarũ.de vot.vbi expreſ-
ſè patet quòd propoſitũ non eſt votũ,per iura ciuilia:quia vo
tum cauſatur ex quadã pollicitatione.ff.de pol.l.ij.Pollicita
tio aũt eſt quædã promiſsio:vt ſ̃.patuit in verbo eodem.Vñ
& Arc.hoc ſequitur in c.qui bona.xvij.q.j. & implicitè gl.in
d.c.literarũ tuarum.ſi tota legatur.& gl.xvij.q.j.in ſum. te-
nendo quòd propoſitũ non obligat ad mortale.Et Pan.in d.
c.literarum.dicens hoc ſibi placere multũ: licet multas Ca-
noniſtarum theoricas inde dicat euerti, ſicut & verũ eſt.Iu-
ra ergo quæ firmãt deciſionem ſuper propoſito,dicendo q̃d
propoſitũ abſolutũ ſiue deliberatum obliget:vt c.nuptiarũ.
& d.c.qui bona.xvij.q.j.&.c.cõſulti.de regulari.cũ ſimilibus,
intelligenda ſunt de propoſito cũ promiſsione firma, ſcd̃m
Pan.in d.c.literarũ.ſiue cũ animo ſe obligãdo, ſcd̃m gl.ibi.
3 ¶†Tertiò quærit̃,vtrũ ſoli Deo fiat votũ? Et dico quòd ſic:
licet aliqñ Deo quis voueat aliquid exhibendũ homini de fa
cto.Vnde dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxxviij.ar.v.ad tertiũ.quòd vo-
tũ ſoli Deo fit:ſed promiſsio fieri põt etiã homini:& ipſa ꝓ
miſsio huiuſmodi quæ fit homini poteſt cadere ſub voto,in-
quantum eſt quoddã opus virtuoſum. Et per hũc modũ in-
telligendũ eſt votũ quo quis vouet aliquid ſanctis vel præla
tis:vt ipſa ꝓmiſsio facta ſanctis vel prælatis,cadat ſub voto
mortaliter,inquantũ ſcilicet hõ vouet Deo ſe impleturũ q̃d
ſanctis vel prælatis promittit.Hæc ille. qui intẽdit ꝙ votũ
principaliter fit Deo:vt patet in iiij.diſt.xxxv.iij. q.j.ar.j.q.j.
4 ¶†Quartò quærit̃,vtrũ votũ ſit neceſſariò de bono melio-
ri,id eſt,cadẽte ſub cõſilio,& nõ ſub præcepto?Et dico mul-
ta.¶Primũ.Dupliciter votũ dicit̃ eſſe de aliquo ſcd̃m men-
tem Doc.Primò ſicut de re quæ Deo promittitur,ſicut vo-
uens vel religionem vt mortem euadat,dicitur votum feciſ
ſe de opere virtuoſo:& ad iſtum ſenſum loquuntur Doc.q̃ñ
dicũt votũ eſſe de meliori bono.Scd̃ò ſicut de re quæ à Deo
petitur,quæ eſt finis vouendi.Vñ & Ric.in diffinitione addit
propter bonũ finem.quod tñ nõ fuit neceſſe, quia ſicut non
eſt promiſsio qua promittitur q̃d diſplicet,ſed cõminatio,vt
dicit S.Th.ita nec qua promittit̃ ꝓ eo q̃d diſplicet.¶Scd̃m.
Vota facta propter malũ finem,ſcd̃m Arc.nõ valent,ſed vo-
uens peccat:ſicut ſi quis voueat ieiuniũ,vt poſsit inimicũ oc-
cidere:ſicut nec valeret votũ de re mala:quia Deus nihil ac-
ceptat cõtra ſe.Et ſcd̃m Arc.magis Deo placet in his tranſ-
greſsio quã obſeruatio.xxij.q.iiij.in malis.Vota aũt quantũ
ad finem indifferentia reſpectu viæ æternę:vt quæ aliqñ fiũt
pro aliquo tp̃ali,cuius adeptio ad æternã vitã nõ eſt vtilior
quã priuatio tenent:niſi vergerẽt ex caſu aliquo in malũ exi
tum,vt votũ Iephte,Iudi.xj. ¶Tertiũ loquendo aũt de voto
quantũ ad illud q̃d vouet̃ & promittit̃ ex ij.ij.& iiij.vbi ſ̃.à S.
Tho.ſic colligit̃. Promiſsio eſt de aliquo q̃d volũtariè facit
ꝓ alio.Si aũt quis ſit de eo q̃d eſt cõtra eũ,id eſt, quod ei diſ
plicet,eſſet cõminatio: ſi verò ſit de eo quod ei nõ placet,
eſt promiſsio vana.Igit̃ votũ cùm ſit ꝓmiſsio Deo facta,nõ
debet,id eſt,nõ põt fieri de aliquo illicito: q̃a eſt cõtra Deũ.
Imò ſic vouere malũ mortale,eſt mortale:vt ſ̃.Iuramentũ.
ij.§.vij.Nec de indifferenti:quia nullũ opus eſt Deo acceptũ,
niſi ſit virtuoſum.Nec de neceſſario abſolutè: puta ꝙ quis
morief̃:q̃a hoc fit nõ volũtate,ſed neceſsitate. Nec propriè
de eo q̃d eſt neceſſariũ ex ſuppoſitiõe finis,id eſt,ſalutis ęter
næ:puta ꝙ quis nõ fornicabit̃ aut trãſgredief̃ Dei pręcepta:
ſed de his eſt votũ largè nõ rõne neceſsitatis, ſed volũtariæ
adimpletiõis ſicut ſub voto baptizati cadit abrenũtiatio põ-
parũ ſatanæ,& obſeruatio fidei Chriſtianæ.de quo vide ĩ.§.
v.Vñ eſt votũ propriè de opere meliori ſiue bono ſuperero
gatiõis,quod dicitur maius bonũ in cõparatione ad bonũ,q̃d
cõiter eſt de neceſsitate ſalutis. Corporis aũt maceratio nõ
eſt accepta Deo niſi quantũ eſt opus virtutis,id eſt,inquantũ
fit cum debita diſcretiõe, vt ſcilicet cõcupiſcentia frænet̃,&
natura nimis nõ grauetur:& ſic cadit ſub voto.Vñ ſi votum
vergat in periculũ propriæ perſonæ,nõ eſt ſeruãdũ:quod tñ
cõgruè fit ſecũdum arbitriũ ſuperioris: quia in ſpectãtibus
ad ſe fallitur hõ de facili: ita tñ ꝙ ſi ex obſeruatiõe magnũ,
& manifeſtũ grauamen hõ ſenſerit, & nõ adſit facultas re-
currendi ad ſuperiorem:tale votũ nõ ſeruet̃:& ſi diſpenſatio
nem ſuperior nõ daret,& periculũ immineret: tale votũ ſe-
curè frangeret̃.Vota verò mulierũ de inutilibus & vanis,de-
ridenda magis ſunt quã ſeruãda:& ſunt ſortilegia magis quã
vota:quia reliquiæ quædã idololatriæ,ſcd̃m quã obſeruabã
tur dies & mẽſes:vñ pro nõ votis habẽda ſunt. Hæc ex illo.
qui intẽdit etiã ea,ad quæ quis tenet̃ ex mãdato Dei,licet nõ
ex p̃cepto,caderet ſub voto largè:vt nõ mẽtiri:q̃a votũ pro-
priè vult eſſe de cadẽtibus ſub cõſilio.Ex quibus patet ꝙ vo
tũ de re inutili,id eſt,quæ nõ cõfert ad honorẽ Dei nec ad ſa
lutẽ vouẽtis,nõ eſt votũ:quia talia Deus nõ acceptat:& cõſe-
quẽter nec obligatio tenet ipſo iure.cuiuſmodi ſcd̃m Alb.&
Ray.ſunt vota ſtulta mulierũ,ſcilicet de nõ pectinãdo caput
in ſabbato,& de nõ comedẽdo capita in reuerẽtiã decollatio
nis Baptiſtæ,& hmõi:etiã ſi pro honore ſanctorũ fiãt, ſcd̃m
Al.q̃a habẽt ſimilitudinẽ idololatriæ,& magis ſunt irridẽda
quã obſeruãda.Tutius tñ propter reuerentiã puto licentiam
ſeu diſpẽſationẽ vel declarationẽ petere,ſaltem à cõfeſſore.
¶Quartũ.Votũ de re minus bona, ſcilicet quæ nec p̃tinet
ad p̃cepta,nec ad cõſilia,ſed eſt negatio cõſilij:puta ſi quis vo
ueat ſe nõ intraturũ religionẽ,ſcd̃m Arc.poſt Pet.de Pa. nõ
valet,eùm nõ ſit de bono meliori: adde ꝙ nec de bono ne-
ceſſario:non obſtante quòd votum,ſicut & iuramentum,de
eo



eo quod ſeruari poteſt ſine detrimẽto ſalutis æternæ,ſit ſer
uandũ:quia hoc verum eſt ſi habet tres comites,iudiciũ ſcili
cet,iuſtitiã,& veritatẽ.Vel dicẽdum ꝙ detrimentũ ſalutis eſt
non ſolùm quod interimit ſalutẽ,ſed & quod impedit perfe-
ctionẽ ſalutis:vel dicẽdũ quod intelligitur quãdo votũ habet
materiã propriã:quod nõ eſt hic.Pro quo ſciendũ eſt,ſecun-
dũ eũ,ꝙ quãdo per votũ directè & principaliter excluditur
bonũ cõferẽs ad ſalutẽ,& nõ includitur bonũ quod ꝑ ſe poſ-
ſit eſſe materia voti,nõ obligat,licet poſſet ſeruari cũ ſalu-
te:vt ſi quis voueat ſe nõ ingreſſurũ religionẽ: ſed quando
principaliter includit aliquod bonũ q̃d põt eſſe materia vo-
ti,licet illud bonũ ex cõſequẽti excludat meliora bona, ta-
mẽ ligat:vt ſi quis voueat religionẽ laxiorẽ,licet ex meliori
via pręcludatur:quia tñ religio ꝓmiſſa eſt ſufficiẽs materia
voti reſpectu ſeculi, licet nõ reſpectu religionis ꝑfectioris,
tenet & valet.Quod limita quatenus includit laxiorẽ,nõ aũt
quatenus ſtrictiorẽ excludit: vt ſ̃.Religio.ij.§.xvj. Et idẽ de
iuramẽto.Et ſi quis voueat aut iuret intrare hãc religionem
ſub hac cõditiõe ſi aliquã intrabit:valet,q̃a ꝑ hoc principali
ter nõ excludũtur aliæ:ſed principaliter includitur iſta: & ſi
nõ purè,tamẽ ſub cõditiõe.Si autẽ promitteret ſe nullã aliã
intraturũ:& nõ ꝓmitteret iſtã abſolutè vel ſub cõditiõe, nõ
5 valeret,ſed peccaret.¶†Quintò quæritur,quot ſunt genera
ſiue ſpecies votorũ,ſeu quomodo votũ diuidatur?Et dico ſe-
cũdũ Arch.poſt magi.Sẽ.Ray.& Hoſ.ac Pet.de Pal.ꝙ ſic di
uiditur.Nam votorũ quoddã eſt cõe ſeu neceſsitatis,ſcilicet
quod eſt de neceſſarijs ad ſalutẽ, ad quæ quis aliàs tenetur,
q̃d largè dicit̃ votũ,vt §.priore.q̃d quidẽ ſi nõ ſit expreſſum
à vouẽte,vt in baptiſmo, eſt circũſtãtia aggrauãs:quia eodẽ
genere peccati plus fidelis quàm infidelis peccat.Si verò ſit
expreſſum à vouẽte per modũ ſingularis & proprię obliga-
tionis:vt ſi quis voueat aut iuret non amplius fornicari: mu-
tet ſpeciẽ:quia ſecundũ doc.circũſtãtia aggrauãs,quę per ſe,
& nõ ex ſuppoſitiõe prioris importat̃ deformitatem, mutat
ſpeciẽ peccati,vel nouã addit:fractio autẽ voti de ſe habet
deformitatẽ:quia eã habet etiã in re,ad quã quis aliàs nõ te-
netur.idẽ Dur.ordi.præd.¶Quoddã verò eſt ſingulare ſeu
volũtatis,ſcilicet quod eſt de his quæ ſunt ſuꝑogatiõis,ad
quæ quis aliàs nõ tenetur:quo voto nullus aliũ põt obligare
niſi cõſentiat.¶Et hoc iterũ diuiditur.Nã votorũ ſingulariũ
quoddã eſt ſolẽne,ſcilicet cui addita eſt ſolẽnitas ſuſceptiõis
ordinis ſacri,aut profeſsionis tacitè vel expreſsè factæ alicui
religioni approbatę,vt in c.vnico.de vo.lib.vj.Quoddã verò
eſt ſimplex,vt omne nõ ſolẽne,ſiue cõſiſtat in faciẽdo,vt cũ
quis vouet orationẽ:ſiue nõ faciẽdo,vt cũ quis vouet nõ frã-
gere caſtitatẽ,aut nõ cõtrahere matrimoniũ:quod eſt aliud:
quia primus fornicãdo agit contra votũ,nõ ſcd̃us:& primus
nõ põt,ſi cõtrahat debitũ petere: de ſecũdo autẽ eſt dubiũ,
ſcd̃m Arch.Et puto ꝙ poſsit,ſi vouẽdo nõ intẽdebat ſe obli
gare ad caſtitatẽ,ſed ſolũ ad nõ cõtrahẽdũ.¶Et rurſus quod
dã eſt abſolutũ,vt cũ q̃s vouet aliq̃d ſimpliciter ſine cõditio
ne vel determinatiõe tẽporis:& talis tenet̃ ad ſtatim, id eſt,
quàm primũ cõmodè põt implere.Quoddã verò cõditiona-
tum:vt cùm quis vouet ieiunare ſi ſanetur:& talis nõ obliga
tur niſi extãte cõditione.de cõdit.appo.verũ. & tex.à cõtra-
rio in c.vnico.xxxij.q.vlt.¶Dicit aũt Inn.vt illi adſcribit Sũ.
Ang.nõ licere votũ facere cõditionaliter:quia eſt ſimoniacũ
cũ velit quis emere ſanitatẽ à Deo ꝓ tẽporali.Et facit c. qui
ſtudet.j.q.j.ſed ſecundũ ſcripturas & ſanctos hoc nõ eſt verũ:
quia inter Deũ & hominẽ cadere nõ põt emptio aut vẽditio:
ſicut nec iuſtitia cõmutatiua. Vide etiã Pan. in c.ſcripturæ.
6 de vot.¶†Sextò quæritur,vtrũ votũ ſeu vouere ſit expediẽs?
Et dicit S.Tho.ꝙ ſic,modò rationabiliter fiat: quia per hoc
noſtrã voluntatẽ immobiliter applicamus ad bonũ: & me-
lius eſt aliquid facere ex voto quàm ſine,ſecundũ eũ: primũ
quia vouere eſt actus latriæ,quę eſt nobiliſsima virtus:quod
autẽ fit nobiliori virtute eſt melius.Secũdò,quia vouẽs plus
ſe Deo ſubijcit quàm nõ vouẽs.Tertiò,quia per votũ volun
tas immobiliter firmatur ad bonũ facere autẽ aliquid ex vo
luntate firmata,pertinet ad perfectionem virtutis.ij.Ethi.

## Ruſus de Voto.ij.quantum ad Virtutem obligatiuam & interpretationem eius.

1 *Votum omne abſolutum & licitum an obliget.*
2 *Votum conditionatum an liget.*
3 *Votum quando teneatur quis implere.*
4 *Votum certa die non impletum an debeat alia die impleri.*
5 *Vouens certam religionem qualiter obligetur.*
6 *Vouẽs quid intra annũ,ſi egrotauit an debeat votũ cõmutare.*
7 *Votum de non vouendo,niſi certa lege,an valeat.*
8 *Votum ceſſante eius cauſa an obliget.*
9 *Voto ſuo an poſsit quis alium obligare.*
10 *Votum nõ potens implere per ſe,an teneatur implere per aliũ.*
11 *Hæres an teneatur implere vota defuncti.*
12 *Votum ex metu factum an obliget.*
13 *Vota ſubitò facta ex anguſtia,furore,vel hmõi an obligent.*
14 *Votum de re licita,ſed aliquando inutile,an obliget.*
15 *Vouens dare menſuram grani,an det quam velit.*
16 *Vouẽs ieiunare in feſto alicuius ſancti,an teneat̃ die dominico*
17 *Vouens diuerſa aut pugnantia quomodo teneatur.*
18 *Votum certæ regulæ quomodo intelligatur.*
19 *Dominium rei voto promiſſæ an maneat penes vouentem.*
20 *Voti pænitere vel ipſum frãgere an ſit peccatũ toties quoties.*

VOTVM ſecũdò cõſiderari põt quãtũ ad virtutẽ obli-
gatiuã & intellectũ ſeu interpretationẽ votorũ,pręter
ea quæ patẽt ex titulo priore.¶†Primò autẽ quęrit̃,vtrũ oẽ 1
votũ abſolutũ & licitũ obliget?Et dicit Rich.ꝙ ſicut ꝓmiſ-
ſio licita alicui facta animo obligãdi ſe obligat ſi acceptet̃,
nõ tãtùm ex p̃cepto legis diuinę,ſed etiã naturalis:ſic cũ vo-
tũ ſit ꝓmiſsio,& Deus,cui ſit,illud acceptet,eſt obligatoriũ.
extra de vot.licet.Fallit hoc ſcd̃m S.Tho.in iiij.aliquãdo:q̃a
dicit ꝙ quicquid votũ faciẽdũ impediret ſi prius eſſet etiã vo
to facto aufert obligationẽ.Vñ ſi quid poſsibile cùm voue-
tur,fiat poſtea impoſsibile,tollit̃ obligatio:vt ſi diues vouet
ędificare eccleſiã,& ſuperueniẽte paupꝑtate perficere nõ poſ
ſit:ita tamẽ quòd ſi factus eſt omninò impotẽs,liberatus eſt
à toto:alioquin obligatur ſolùm ad id quod põt.Et ſi ex ſua
culpa veniat ad impotentiã: de culpa tenetur pœnitere & re
compẽſare.Hoc autẽ dictũ Suppl.limitat ſi quod ſuperuenit
legitimè ſuperueniat:alioquin eſt inſtãtia ſi voto & ingreſ-
ſui religiõis ſuperueniat matrimoniũ:quod nõ impedit,cùm
tamẽ ante impediuiſſet.Sed inſtãtia eſt rudis: quia S.Th.nõ
loquitur de eueniẽtibus poſt votũ mediãte volũtate vouẽtis,
vt matrimoniũ:& præterea ſi illud votum ſit ſolẽne per pro
feſsionẽ,matrimoniũ nõ ſuperuenit:quia nullũ eſt. Si verò
nõ ſit ſolẽne,matrimoniũ ſubſequitur, & impedit cõpletum
voti:cùm talis debitũ reddere teneatur.¶Vnde ſecundũ Ri
char.quod dictũ eſt,votũ obligare,fallit in quatuor caſibus.
Primò ſi licitũ poſtea fiat illicitũ:puta quia quis feceret vo-
tum cõtinentiæ,& poſtea cõtrahit,& cõſequenter nõ poteſt
debitũ negare. Secundò propter impotentiã implendi:vnde
ſi quis vouit ieiuniũ, quod ſine magno corporis detrimẽto
implere nõ poteſt:ſi deeſt facultas adeundi ſuperiorẽ,cõtra-
uenire põt propria authoritate,ſecundũ S.Tho. Tertiò pro-
pter authoritatẽ diſpẽſantis.intellige legitimã:aliter nõ: vt
in c.magnę.eo.tit.& in gloſ.in c.nõ eſt ſimiliter.e.tit.Quar-

tò propter defectũ conditionis appoſitæ.de quo §.ſequenti.
Adde quintò ſi votum legitimè irritetur. Vtrum autem obli
2 get plus quàm iuramentum,infrà §.xix. ¶†Secundò quæri-
tur,an liget votum conditionatum? Et dico multa. ¶Primũ.
Secundũ Ray.ſiue conditio ſit generalis:vt,ſi vixero,ſi pote
ro,ſi Deus voluerit:quæ ſemper intelligũtur,etiam ſi nõ ap
ponantur.xxvij.q.ij.beata Maria.ſiue ſpecialis: puta ſi intra-
uero Lõbardiam,adibo Sanctũ Marcũ.vel ſi filius meus fue
rit liberatus,faciã hoc vel illud.ſi cõditio nõ extiterit,nõ ob-
ligatur vouẽs ex voto.xxxij.q.viij. nõ ſolũ.de cõdit.ap.verũ.
de reſti.ſpo.olim cauſam. Et intellige non obligari eum pri-
mò ſi obligatio totaliter vel principaliter ponebatur in ad
uentu cõditionis:& ſecũdò niſi ratione ſcandali.extra eo.ma
gnæ.de cõuer.cõiu.ex parte.circa finẽ:ſicut quãdo votũ fuit
publicũ,ſed cõditio fuit in corde retẽta. ¶Secũdum. Faciẽs
autem votũ ſub cõditione, ex cuius culpa cõditio nõ imple
tur,ſecundum Rich.obligatur,arg.c.ſicut ex literis. de ſpõ.
Vnde qui vouit aliquid vt Deus eũ pręſeruaret ab aliquo pec
cato,ſi nõ facit quod in ſe eſt vt præſeruetur, ſicut feciſſet ſi
votum nõ emiſiſſet,vel ſicut intendebat facere quãdo votũ
emiſit,vel ſi volũtariè ſe præcipitauit in peccatũ,nihilo mi-
nus obligatur. Et ita tenet Sum.Ang. Sed tu dic ꝙ obligatur
iuxta intentionẽ ſuã,à qua originatur obligatio voti. Vnde ſi
intẽdebat obligari ſolùm ſi Deus in vitãdo peccatũ cõferat
ei gratiã maiorẽ ſolito,vt cõmuniter fit,non tenetur, etiã ſi
ex ſua culpa cõditio nõ extet:quia intendebat quòd per Dei
gratiã ipſe ab ipſa ſua culpa præſeruaretur. Si autẽ de ſua intẽ
tione neſcit diſcernere,ſeruetur quod prius dictũ eſt. ¶Ter-
tiũ. Secundũ Ric.vt refert ac ſequitur Sum.Ang. votũ factũ
de re bona & ad bonũ finẽ cõſequendũ per rem deuotã ſub
conditione etiã mala,tenet,& eſt obligatoriũ extante cõdi
tione & hoc ſiue vouẽs velit illã conditionẽ impleri:vt cùm
quis vouet religionẽ ſi potuerit habere coitũ cum aliqua mu
liere:ſiue nolit eam impleri:ſicut cùm is qui horret aliquod
peccatum,vouet religionẽ ſi illud cõmiſerit. Sed hoc eſt qui
dem verum in ſecũdo caſu quando vouens non vellet condi
tionem impleri: quia eo caſu vouet religionem in pœnam
peccati.quod licet,etiã ſi ipſa religio ſit horrori aliàs: ſed in
primo nõ eſt verũ:quia ſecundũ eundẽ Rich.& eandẽ Sum.
Ang.de ratione voti eſt eſſe ad bonum finẽ. quod hic nõ eſt:
cùm finis ſit fornicatio. Vnde dicit Arch.poſt Io.de Neap.&
Rich.in iiij.vt refert,quòd emittens votum ex turpi cauſa vt
cùm quis vouet ieiunium ſi in fornicatione proſperetur,pec
cat vouendo:nec tenetur implere. Vnde dico quòd ille actus
cùm nõ elicitur à latria eo quòd ſit vitioſus,nõ habet ratio-
nem voti,nec obligat. ¶Quartũ. Si autẽ votũ ſit factum ſub
pluribus cõditionibus,& vna extet & nõ alia,obligabitur ſe-
cundũ quod intendebat obligari,ſcilicet aut ſolùm omnibus
extantibus aut vna earũ:& ſi ſuper hoc nõ cogitauit nec ſcit
diſcernere, ſecundũ Arch.tutius eſt implere,imò videtur ne-
3 ceſſariũ.xxiij.q.viij.nõ ſolũ.de cõdi.ap.verum. ¶†Tertiò quę
ritur,quãdo teneatur quis votum implere? Et dico circa hoc
doc.varia ſcripſiſſe: ſed ſecundũ S. Tho.ij.ij. cùm obligatio
voti pendeat ex volũtate & intẽtione vouẽtis,vt patet Deu-
ter.xxiij.qui intẽdebat ſe obligare ad ſtatim, tenetur ad ſta-
tim qui autẽ ad certum tẽpus, vel ſub certa cõditione, non
tenetur ad ſtatim:ſed nec tardare debet vltra quàm ſe intẽ-
debat obligare:quia dicitur ibidẽ. Cùm votũ voueris domi-
no Deo tuo,non tardabis reddere:quia requiret illud domi-
nus Deus tuus: & ſi moratus fueris reputabitur tibi in pecca
tũ. Et ſic videtur velle quòd qui non determinauit tẽpus,te-
netur ſtatim quàm primùm cõmodè poteſt. ¶Addit autẽ in
quarto quòd qui rationabiliter timet perpetuũ impedimen-
tum implendi,tenetur vlterius non differre. Et ſic mens eſt
quòd differre votum ſit mortale in duobus caſibus: primò
quãdo differtur vltra tẽpus,ad quod quis ſe obligare intẽde
bat. Intellige explicitè,vel etiã implicitè: puta quia ſi cogi-
taſſet tãtùm tẽpus ſibi ſtatuiſſet. ſcd͠ò quãdo determinauit
tẽpus:& ꝓbabiliter occurrere timet impedimẽtũ perpetuũ.
Adde tertiò,quãdo nõ eſt determinatũ tẽpus,& põt quis cõ-
modè implere votũ,& procraſtinat ex negligentia notabili
arbitrio boni viri,dicẽte Veruec.quòd talis tenetur ad ſtatim
cùm põt:ſed dabitur ei tẽpus arbitrio boni viri ad ſe diſpo-
nendũ.quod verũ puto etiã in foro cõſciẽtiæ. Vnde Pan.in c.
nõ eſt voti.de voto. dicit ꝙ tenetur ſtatim, niſi interueniat
ſuperioris authoritas: ar.d.c.à cõtrario. E ratio poteſt reddi:
quia quando quis debet aliquid alicui ſine die tenetur ſtatim
ſed nõ ad ſtatim,etiã quàm primùm cõmodè põt,ſed ſolùm
requirente creditore:quia ex tũc eſt in mora: Deus autẽ ſem
per votũ requirit. Secus videtur ſi procraſtinat ex ſpe maio-
ris cõmoditatis:vel quia ſine magna negligẽtia eſt oblitus
ex multitudine occupationum,vel rei paruitate,& huiuſmo
di. ¶†Quartò quęritur,vtrũ is,qui vouit ad certã diẽ,puta ie 4
iunare hoc anno vigiliã beatæ Catherinæ, & nõ ſeruauit,te
neatur alia die votũ implere? Et dicit Pan.in c.ꝑ tuas.de vo-
to.ꝙ ſic,quaſi ſit obligatus ad duo:ſicut qui obligatur certo
die dare decẽ alicui,ſi die ſtatuto nõ dederit,tamẽ obligatus
remanebit,ar.c.cũ dilecti.de do.& cõ.& l.Celſus.ff.de arbi.§.
j.vbi iuſſus dare decẽ intra Cal.Septẽbris, dicit̃ habere duo
p̃cepta: vnũ dãdi decẽ,& aliud intra Cal.& eſt opinio tutior:
niſi quãdo vouẽs nõ habebat animũ obligandi ſe niſi ad illũ
diẽ:quia ſic alio die nõ tenetur,licet peccauerit. ¶†Quintò 5
quæritur,q̃d de eo qui vouit certã religionẽ? Et dicit S.Tho.
ꝙ ſi intẽdebat ſe obligare ad ſtatim vel ad arbitriũ alienum,
nõ poteſt vltra differre,etiã propter debita ſoluẽda:quæ ta-
mẽ,qui eum recipit,ſoluere tenetur:& ſi de eis vouẽdo cogi
tabat,probabiliter pręſumetur quòd nõ intẽdebat ſe obliga
re antequã de rebus ſuis diſpoſuiſſet. Addit Arch.quia profi-
tendo cedit bonis. Vide s̃.Religio.ij.§.iiij. Si autẽ vouit abſo-
lutè ſine cõditione vel tẽporis determinatione, ſecundũ Ar-
chi.tenetur ſtatim habita cõmoditate:nec ſufficit intrare in
fine vitæ:quia reſiduũ ſuæ vitæ vouendo dedicauit Deo. Sic
promittẽti cõtrahere cum aliqua,nõ ſufficit cõtrahere ante
mortẽ:quia ad hoc ſit matrimoniũ vt ſimul conuiuant. Qui
etiã promittit intrare religionẽ ad requiſitionem alicuius,id
eſt,quãdocũq; eum requiſierit, ſecundũ Arch. illo nõ requi-
rẽte intrare nõ tenetur:ſed illo mortuo videtur q̃d teneatur,
nec plus habet dilationẽ,cũ nõ expectetur requiſitio:q̃a pro
miſſio fuit in diẽ:& hoc niſi dixerit per modum cõditionis,ſi
me req̃ſieris,&c. Mihi autẽ videt̃,etiã ſi cõditionaliter nõ di-
xit,diſtinguẽdũ de ſua intẽtiõe: quia fortè intẽdebat intrare
intrãte ſocio,& nõ aliter:vel intẽdebat ꝓmittere amico re
cepturo promiſſionẽ,& nõ Deo:& ſic nõ tenetur intrare. Vi
de etiã j.§.viij. ¶†Sextò quæritur,vtrũ qui vouit certã pere- 6
grinationẽ intra annũ,& ante illud tẽpus infirmatur ad mor
tẽ,adhuc moueat obligatio voti,ſic ꝙ neceſſaria ſit talis vo
ti cõmutatio? Et dicit Pan.in c.j.eo.tit.ſe inueniſſe dictũ ſin-
gulare B.Tho.quem ſequitur Arch.in c.qui bona.xvij.q.j.ꝙ
in tali caſu nõ eſt neceſſaria cõmutatio:quia,inquit,om̃e im
pedimentum quod habuiſſet à principio,impediret votum,ſi
oritur poſt factum,habet auferre obligationem voti. Sed di
cit idem Panorm.multum inſtare cap.quod ſuper his.eo.tit.
vbi propter impedimentũ ſuperueniens ſit cõmutatio.quod
eſt tutius. tamẽ de ſubtilitate credit primũ dictũ ſatis poſſe
procedere.modò in vouente non reperiatur negligentia vel
culpa.& ad d.c.quod ſuper.dici poteſt quòd procedit quãdo
imped



impedimentũ non eſt omnino voti impeditiuũ, ſed difficul-
tatiuum:cõmuniter tamẽ obſeruatur d.c.quod ſuper.& facit
d.c.j.ibi,an ex infirmitate. Et ita tenet Sum.Roſ. Sed ego di-
co quòd illa c.nihil faciunt cõtra hoc:quia primũ nihil aliud
dicit, niſi quòd vota peregrinationis poſſunt ex cauſa à ſu-
periore cõmutari:& hoc quãdo vouẽs poteſt exequi: vt pa-
tet in illo verbo,peregrinatio,an recompenſatio ſit melior.
Capitulũ verò,quod ſup.manifeſtè loquitur de his qui votũ
peregrinationis ad terrã ſanctam poſſunt quidẽ exequi, ſed
nõ vtiliter:puta quia in infirmitate vel paupertate bellare ne
7 queunt. ¶†Septimò quęritur,vtrũ valeat votũ de nõ vouen-
do,niſi in ſcriptis,vel in manu talis,& huiuſmodi? Et dico ſe
cundũ Rich.quòd ſic,quia nõ ſimpliciter ꝓhibetur emiſſio
voti,ſed cauetur pręcipitatio. Vnde ſi ſic vouẽs cõtrauenlat,
vouẽdo nõ in ſcriptis vel ſine cõditione appoſita,peccat mor
taliter: & nihilo minus tenetur ſeruare votũ quod fecit ſine
illa cõditiõe:quia votũ de nõ vouẽdo quod fecit,nõ obligat,
licet obliget votũ quòd nõ vouebit niſi cũ tali circũſtantia,
8 vt illud ſeruet in vouẽdo. ¶†Octauò quæritur,vtrũ ceſſante
cauſa,ꝓpter quam quis vouit,obligetur? Et dicit Hoſ.ꝙ ſic,
licet redẽptio ſit facilior.& allegat c.magnę.§.fin.in ſi.extra
eod. vbi ſcilicet votũ peregrinationis factũ pro aſſequenda
libertate Treuerẽſis eccleſiæ ꝑ quendã comitẽ, eo mortuo
redimitur. Goſ.verò tenet quòd nõ obligatur niſi in voto re
ligiõis,quod ex falſa cauſa nõ vitiatur.de cõuer.cõiug.dudũ.
Sed Pa.in d.c.magnæ.diſtinguit quòd nõ obligatur, ſi cauſa
erat finalis:ſecus ſi impulſiua. ¶Vnde dico quòd ſi cauſa erat
finalis,ita quòd nõ intẽdebat obligari,ea nõ extãte nõ obli-
gatur.de app.c.cũ ceſſante. Si verò eſt impulſiua vel inducti
ua,vt in d.§.fi.licet ceſſet, tñ manet obligatio.arg.c.ex par-
te.el ij.de cõuer.cõiug. In dubio verò vtrũ cauſa fuerit finalis
vel nõ,obligatur.l.quicquid adſtringẽdæ.ff.de verb.obli. Et
eodem modo ſi votũ ſit ab aliquo factũ ex duabus cauſis,ſci
licet impulſiuis, puta ire ad ſanctũ Iacobũ,quia ibi credebat
germanum ſuum inuenire: & etiã vt redimeret peccata ſua,
ſecũdum Rayn.iuncta gl.ſua,hoc caſu quãuis ſciuerit germa
nũ ſuũ diſceſſiſſe etiã ante itineris arreptionẽ: nihilo minus
tenetur propter aliã cauſam ſi intendiſſet ſe obligare: aliàs
9 ſecus,quia ſcilicet votũ nõ obligat vltra cõſenſum. ¶†Nonò
quæritur vtrũ poſſit quis ſuo voto alium obligare? Et dico
quòd nõ,niſi aliter cõſentiat: vnde licet voueat mater quòd
filius ieiunabit,& huiuſmodi,tamẽ filius nõ obligabitur,niſi
cõſentiat. In voto tamẽ reali, ſine facto de rebus exhibẽdis,
poteſt quis obligare ſuum hæredem, ſed nõ ad aliquid per-
10 ſonale: vt infrà,§.xj. ¶†Decimò quęritur,vtrum non potens
votũ implere per ſe,teneatur illud implere per aliũ. Et dico
quòd nõ:quia in omni voto intelligitur illa cõditio genera-
lis,ſi potero:etiam ſi nõ exprimatur. vt not.in c.quẽadmodũ.
de iureiur.& in c.beatus.xxij.q.ij.quæ ſi nõ extat,tollitur ob
ligatio voti,vt not.gl.in c.nõ eſt.eod. tit. Ad c.autẽ.q̃d ſuper
his.de voto.reſpõderi poteſt ſecundũ Pan.in c.j.eo.tit. quòd
loquitur quãdo impedimentũ nõ eſt omnino impeditiuum,
ſed ſolùm difficultatiuũ. de quo etiã s̃. §.vj. ¶Diſtinguit ta-
men Inno in c.ſcripturæ.eod.tit. quòd ſi quis vouit viſitare
terrã ſanctam pro ſubſidio impendẽdo: licet tũc viſitare nõ
poſſit,tamẽ ſubſidiũ tenetur impendere meliori modo quo
poteſt.quaſi ſit ad hoc obligatus. Et idem in eo qui fecit vo-
tũ viſitãdi ſanctũ Iacob,& aliquid impẽdendi, & huiuſmodi.
Si verò ſolùm vouit viſitare ob deuotionẽ: & tũc per alium
exequi nõ tenetur impedimẽto ſuperueniẽte. Et idem Arch.
ſentit:addens quòd tenetur mittere aliquẽ loco ſui,vel ſaltẽ
expẽſas quas feciſſet:& ſi de hoc moriẽs nõ diſponeret,tene
tur hæres ſi hæreditas ſufficit. Si verò fecit votũ cauſa deuo-
tionis eundi,ſuperueniente impedimento nõ tenetur ire vel
mittere:niſi fortè fuerit in mora:& ſic in culpa. ¶Pan. verò
in c.licet.eod.tit.addit aliã limitationem:quia ſi tẽpore voti
emiſſi certus erat quòd impedimẽtũ eſſet ꝑpetuũ, tenet̃ im
plere ꝑ aliũ,ne votũ ſit deriſoriũ. Si verò nõ erat certus,licet
illud haberet tẽpore voti:tenetur ſolùm quam primũ cõmo
dè poterit.ar.l.nepos Proculo.ff.de verb. ſig. & hoc videtur
verius:licet Hoſt.teneat indiſtinctè ꝙ tenetur implere per
alium,quãdo impedimẽtũ erat tẽpore voti. Poteſt etiã addi
quòd nõ tenetur per aliũ,niſi fuerit in mora exequendi votũ:
quia tenetur cõmutare,vel redimere: vt patet Deuter.xxiij.
vbi dicitur quòd ſi moratus fuerit,imputabitur ſibi in pecca
tum.& arg.l.ij.in princ.ff.ſi quis cau.& in c.fi.de iniur. Et ita
indiſtinctè ſentit Sũ.Ang.poſt Pan.in d.ca.licet. Sed dico ꝙ
prædicta probãt morã imputari ad peccatũ: nõ autem ꝙ ex
hoc teneatur q̃s votũ per aliũ exequi,niſi fuerit reale, iuxta
mentẽ Innoc.vt patet ex dictis. ¶†Vndecimò quęritur,vtrũ 11
hæres teneatur implere vota defuncti ſibi impoſita? Et dico
multa. ¶Primũ. Secundũ Ray.votũ peregrinatiõis,adde vel
quodcũq; aliud ꝑſonale:ſecũdum Pet. de Pal.nõ põt iniun-
gere filio,quẽ inſtituit hæredem,niſi & ipſe approbet. extra
eo.licet.ſed pecuniariã ſatisfactionẽ bene poteſt iniungere.
¶Secundũ. Secundum Hoſt.ſi filius vult eſſe hæres, tenetur
implere omnia vota patris.intellige realia, ſi hæreditas hoc
patitur. Pro quo facit l.ij.ff.de pollici.vbi obligatio voti trãſ
it ad hæredẽ:& ſecundũ Inn.etiã ſi filius ad hoc ſe nõ obli-
gaſſet, cõpelli põt per priuationẽ hæreditatis, licet non per
coactionẽ ꝑſonalẽ,& cõſequẽter nec ꝑ excõicationem:imò
ſecũdũ do.Ant.ſi ſpõte adiuit hæreditatẽ,cõpelli põt etiam
per excõicationẽ.quod Pan.placet in d.c.licet.quia adeundo
quaſi cõtraxit. ¶Tertiũ. Ad quæſtionẽ plenè reſpõdet Arch.
poſt Pet.de Pal.dicẽs, In voto reali, vt eſt ædificare mona-
ſteriũ,vel dare aliq̃d pro Deo,& huiuſmodi, hæres tenetur,
ſicut & in alijs debitis:ſed ad perſonale,vt eſt ieiunare,cõti-
nere,votũ crucis,ire vltra mare,& huiuſmodi,nõ tenetur,niſi
ſe ſpõte obligauerit ſiue ſit filius,ſiue extraneus.extra eo.li-
cet. Si verò ſit ſimul reale & ꝑſonale,ſi vtrũq; expreſſum eſt,
vt ire ad ſanctũ Iacobũ,& ibi equũ offerre:vel fundare mo-
naſteriũ,& intrare,tenetur ſolùm ad differre & fundare, nõ
ad ire vel intrare. Si verò exp̃ſſum eſt ꝑſonale principaliter &
reale tacitũ & acceſſoriũ,vt ire ad ſanctũ Iacob.nõ tenet̃ ad
expẽſas quas feciſſet eũdo,ſtãdo, offerẽdo,& redeũdo:ſicut
nec tenetur ire:& ſi vouit intrare religionẽ,nõ tenetur hęres
tradere bona:q̃a ſublato principali tollit̃ acceſſoriũ:& ſi ſu-
ſceperat crucẽ defunctus, nõ tenetur hæres mittere expẽſas
quas feciſſet,niſi hoc ordinaſſet:& ſi vouit mittere certas ꝑ-
ſonas vltra mare: q̃d reputat̃ reale.adde licet hoc aliq̃ dicãt
perſonale ad incertam perſonã:tenetur hæres. Hæc ex illo.
¶Quartũ. Si autẽ teſtator nihil diſpoſuit, tenetur hæres ad
realia vota,vt dictũ eſt:& ſi ipſe hęres per ſe nõ poſſit,tene-
tur implere per aliũ eo caſu quo defunctus tenebatur imple
re per aliũ:de quo s̃.§.x.& hoc ſi addit hęreditatẽ:q̃a adeũdo
quaſi cõtraxit. ar.notatorũ in l.ij. ff.de polli.& in l.more.ff.
de acqui.hęr.& in c.ſi hęres.de teſta.q̃d intellige inquãtũ vi-
res hęreditatis patiũtur. Et ſi ꝓ huiuſmodi filius grauaretur
in legitima,cauſam haberet impetrãdi diſpẽſationẽ. Sed prę
dicta om̃ia intellige ſi adierit hęreditatẽ: ſi autẽ nõ vult ad-
ire,tenetur:quia nec hęres eſt:niſi fortè promiſerit. ¶Quin-
tũ. Si autẽ hæres expreſſe aſſenſit votis implẽdis:ſi ſimplici-
ter promiſit tenetur indiſtinctè,etiã ad perſonalia, qualiacũ
q; ſint:nec diſtinguo vt quidã,an ſint peregrinatiõis vel ab-
ſtinẽtiæ.ar.l.veteris.C.de cõm.ſtip.&.l.vnica.C.vt act.ab hæ
re.vel cõtra hære.inci.&.c.quod ſuper his.&.c.licet.eo.tit. Si

verò promiſit ſub ſpe adeundæ hæreditatis,& poſtea noluit
adire,nõ tenetur.de elec.c.venerabilẽ.§.fi.& not.Inn.& Ber.
12 in d.c.licet.¶†Duodecimò quæritur,vtrum votũ factum ex
metu obliget? Et diſtinguo:quia ſi metus fuit ab homine vo
tum nõ obligat,niſi eo modo quo dictũ eſt ſ.Metus.§.viij.Et
intellige ſi metus ſit illatus ex intẽtione ab homine: ſi verò
ſit à caſu vel natura,vel Deo,votũ obligat : niſi metus eſſet
tãtus ꝙ excluderet vſum rationis deliberãtis & promittentis.
Vnde Pan.in c.ſicut.el ij.de reg.diſtinguit:quia timor mor-
tis animę nõ excuſat nec dat cauſam retractãdi actũ:& ſimi
liter ſi ſit timor mortis naturalis corporis : ſicut in grauiter
infirmo:vt in d.c.ſicut.& ſimiliter ſi ſit timor mortis accidẽ
talis caſualis:vt in timẽte periculũ naufragij,vel incẽdij,vel
hoſtiũ,nõ impedit actũ,nec inualidat:quia aliquãdo Deus in-
cutit talẽ timorẽ,vt hõ cõuertatur.Si verò ſit timor mortis
accidẽtalis violenter:vt in eo qui timet mortẽ violentã ſibi
imminere ab iniquo homine: ſi ꝓpter talẽ timorẽ qs ingre
ditur religionem,nõ tenet ingreſſus,ex quo fecit vt violentã
mortẽ euaderet:quia Deus reſpicit cor,& vult militẽ volun
tariũ.& ita loquitur c.j.qđ met.cau. Et prædicta adduci pñt
generaliter ad validitatẽ cuiuſlibet voti.Hæc ex illo.Sed in
13 hoc vltimo caſu diſtingue vt ſ.Metus.in d.§.viij.¶†Decimo
tertiò quæritur,vtrũ obligent vota ſubitò facta ex anguſtia,
furore,vel metu,& huiuſmodi? Et dicit Veruec.ꝙ ſi huiuſmo
di vouentes habeãt deliberatã intentionẽ obligãdi ſe Deo:
obligati ſunt.xxvij.q.iiij.ſunt qui opes.Secus ſi voueãt ſubitò
& indeliberatè,niſi poſtmodũ cõfirmauerint.ar. de reg. iur.
ratihabitio.lib.vj.& ſcđm Arch.talem habẽt intentionẽ quã
do cogitãt de cauſa impulſiua ad vouendũ: puta infirmitate
vel periculo:& de finali,id eſt,euaſiõe periculi. Dicit autem
hic Sum.Ang.ꝙ vota ex ſubreptione ſiue deliberatione non
obligãt neceſſariò:& bene dicit:ſed malè dat huius rei ſignũ
dicẽs hoc poſſe perpẽdi quãdo ſtatim trãſacto periculo vel
anguſtia ſunt malè contenti ſe vouiſſe. Quod Arch. noſter
ex intentiõe poſt Pet.de Pal.in iiij.bene reprobat dicẽs:No
tãdũ ꝙ iratus aut bene potatus vouẽs aut iurãs ingreſſum re
ligionis,nõ tenetur:quia qđ calore iracũdię ſit,pro nõ facto
haberi debet quod verũ eſt,ſi ſic ſubitò fiat, quòd nõ feciſſet
per deliberationẽ & ſententiã ratiõis: quæ tñ morã tẽporis
magnã nõ requirit.Si aũt hoc agit ſciẽs quid iurat aut vouet
tenetur:niſi cum eo diſpẽſetur ratiõe minus plenę delibera-
tionis:ſicut etiã qui calore cõcupiſcentię inflãmatus aut be-
ne potatus,nõ tamẽ ebrius omnino, iurat vxorẽ ducere: cõ-
pellitur eã ducere.Et confirmatur qđ dictũ eſt hac ratione.
Sicut enĩ ad votũ, ita & ad peccatũ mortale deliberatio re-
quiritur:& tñ ſi qs licet iratus aut bene potatus occidat ho-
minẽ nõ excuſatur à toto quin ſit mortale:ex quo nõ ſic fuit
extra ſe quin ſciret qđ faceret,licet ſtatim poſtea pœniteat
& nollet feciſſe:quia eſſe ſtatim pœnitentẽ de peccato , ar-
guit quidem illud nõ eſſe factũ ex habitu:nõ tñ arguit quin
ſit factũ ex electione,licet paſſiõe turbãte iudiciũ rationis.
Illa ergo deliberatio tpis vel ætatis quæ ſufficeret ad obli-
gandũ diabolo per peccatũ mortale,ſufficit ad obligandum
Deo per votũ.Hæc ex illo.Illa ergo ſola vota ex anguſtia fa
cta nõ obligãt,quæ quis ꝓfert nõ cogitãdo,id eſt,nõ aduer-
tendo, eo modo quo quis aliqñ inaduertẽter blaſphemat.Et
iſta ſunt de mẽte.S.Th.in multis ſimilib9 & valde põderãda:
quia interdũ in hoc fallũt & falluntᷣ cõſultores animarũ.Fa-
cit ad pdicta qđ no.Pan.extra eo.tit.c.ij.quod votũ precedẽs
ex animi facilitate ligat,licet facilitas præſtet cauſam diſpẽ-
ſandi & cõmutãdi.Facit etiã quod dixi ſ.Blaſphemia.§.iiij.&
14 Iuramẽtũ.iiij.§.ix.¶†Decimoquartò quæritur vtrũ votũ de
re quidẽ licita,ſed tamen aliquãdo vtile aliquãdo inutile, ſit
obligatiuum? Et dico quòd obligat eo caſu quo eſt vtile,nõ
quo eſt inutile ad ſalutẽ animę,ſecundũ Rich.vt ſi vouit quis
nõ petere diſpẽſationẽ à votis,& in caſu ꝓbabiliter timet ſi-
bi de voti trãſgreſſione:quia tũc eã petere põt.Similiter ob-
ligat eo caſu quo eſt vtile vel nõ inutile , nõ quo eſt inutile
ſaluti corporis,ſecũdũ Hoſ.ſicut qui vouit nõ comedere car
nes eo caſu quo diciť à medicis eũ eſſe in periculo mortis ni
ſi carnibus vtatur,ſic vtetur voto nõ obſtãte. quod etiã not.
Hug.xxij.q.iiij.nõ ſolum.& idẽ intellige ſi dicãt ꝙ ſit in pe-
riculo grauis infirmitatis: quia eſt cõtra virtutẽ corpus ſuũ
affligere vſq; ad infirmitatem,ſic ꝙ nõ poſsit obedire ratiõi
in exequendis negotijs,& labores tolerãdo:vt patet ſ. Votũ.
j.§.iiij.& per Tulliũ in lib.de off.¶†Decimoquintò quęritur 15
de intellectu voti eius qui vouit dare vnã menſurã grani pau
peri annuatim,& nõ determinauit quã? Et dicit Hoſt.in arbi
trio eius eſſe dare quã voluerit.de cenſi.c.ex parte.Vel me-
lius ꝙ eã,de qua cogitabat, aut determinaſſet ſi cogitaſſet.
¶†Decimoſextò quæriť,vtrũ vouẽs ieiunare in feſto alicuius 16
ſancti,ad hoc teneatur ſi eueniat in dominica? Et dicit Io.de
Neap.in quol.ꝙ aut votũ fuit de ieiunio afflictionis,ſcilicet
ad ſatisfaciendũ pro peccatis,aut ſubiugãdi corpus:aut de ie
iunio exultatiõis,ſcilicet vt eſſet diſpoſitior ad gaudiũ & cõ-
tẽplationẽ diuinorũ aut de neutro, qa ſcilicet nõ cogitauit:
aut de vtroq;.In primo caſu ieiunãdum eſt ſabbato præce-
denti:quia debet ſe cõformare eccleſiæ , quæ tale ieiunium
trãſfert:in ſcđo verò ieiunet in dominica : quia eſt votũ vir-
tuoſum & ligãs.ar.diſt.lxxvj.vtinã.in tertio verò iterũ in do
minica:quia præſumitur ieiuniũ exultationis.in quarto verò
in ſabbato:quia cæteris paribus debet ſe cõformare vniuer-
ſali eccleſiæ,¶†Decimoſeptimò quæritur quomodo obli- 17
getur qui fecit duo vota diuerſa,aut etiã in caſu repugnãtia?
Et dicit S.Tho.in iiij.diſt.xxxviij.q.j.art iiij.q.j.in cor.ꝙ ſi v-
trũq; eſt cõpoſsibile,debet vtrũq; ſeruare niſi fortè authori
tate ſuperioris minus votũ præcedẽs in maius ſequẽs cõmu
tauerit.Si autẽ ſecundũ votũ ſit oĩno incõpoſsibile:primò
debet ſeruari maius,& de minori ſcđm arbitriũ prælati ſatiſ
facere.Hęc ille in forma.Sed intellige primò ꝙ ſeruãdũ eſt
maius,id eſt,virtuoſius:quia includit minus:& ſcđò ꝙ debet
ſeruari maius quãdo ſunt inæqualia:qa ſi eſſent æqualia ſer
uãdũ eſſet primũ,cũ nõ potuerit obligare ad impoſsibile:&
tertiò ꝙ cùm ſunt incõpoſsibilia ex aliquo caſu accidẽte,ſer
uãdum eſt maius,niſi aliud habuerit in intẽtiõe,vt ſtatim di
cã:& quartò qđ cũ dicit in maius,Suppl. intelligit maius ſe-
quẽs aliud ab eo qđ ſimul vouit: cũ ad illud omnino teneať
ratione voti & nõ cõmutationis. Sed iſte intellectus nõ eſt
bonus : quia ſuperior cõmutãs votũ nõ ligat ad aliud votũ,
ſed ad aliud bonũ.Sed intẽdit S.Tho.quòd aliqñ ſcđm votũ
eſt votum religiõis,in quod oĩa vota priora etiã cõpoſsibi
lia authoritate iuris ſtatuti per ſuperiorẽ cõmutantur. ¶Ex
his dico ad aliã queſtionẽ.Si enim quis vouit in vigilia ſancti
Laurentij nõ comedere panẽ:poſtea vel ante vouerit die Ve
neris nõ comedere niſi panẽ:ſi die Veneris euenerit illa vi-
gilia ſcđm Io.de Nea in quol.ſi talis põt vtrũq; implere ſine
periculo grauis infirmitatis,tenetur:ſi verò non poteſt, non
tenetur.Si verò eſt dubius an poſsit, tenetur ad id quod non
poteſt in aliud tẽpus differre,aut cõmutare.Sed tertiũ mem
brum non approbo,ſi dubitatio ſit an poſsit implere vel nõ:
ſed ſolùm ſi ſit an peccet mortaliter nõ implendo,vel non:
& ſic militat ſua ratio,ſcilicet quia tenetur ſe ponere in tu-
to:& ideo æquiuocat.Vnde melius ſecundũ Dir.diſtinguen-
dum eſt:quia ſi in ſecũdò voto nõ recoluit de primo:& ſi re
coluiſſet,excepiſſet:tenetur ad primum tantũ.arg.l.obliga-
tionũ.la ij.ff.de act.& obli.Si verò recoluit,& nõ excepit,te-
netur



netur ad vtrunque,ſi vtrunque poteſt explere.ar. de ſponſa.
commiſſum.& extra eo.c.fi.Si verò vtrunq; nõ põt, tenetur
ad primũ.extra eo.c.fi.quia ad impoſsibile nõ potuit obliga
ri.Et ita ſequitur Sum.Roſ.ſed nõ eſt verũ,niſi vtrunq; eſſet
ęquale.Nec c.illud fi.aliquid facit ad hoc,nec ratio adducta,
ꝙ ſcilicet nõ potuit obligari ad impoſsibile:qa poſt votũ mi
nus,puta peregrinationis, licitè emittitur ſcđm maius incõ-
poſsibile:puta religionis. In hac tñ qõne,& in ſimilibus pro
regula habendũ eſt ꝙ homo nõ obligatur vltra id quod actu
cogitauit:aut quod,ſi cogitaſſet,voluiſſet obligari:quia hęc
regula eſt Dir.& de mente S.Th.& facit c.quemadmodum.
de iureiur. vbi iuramentũ nõ extenditur ad nõ veriſimiliter
18 cogitata.& idem dic de voto . ¶†Decimooctauò quæritur,
quõ ſit intelligendũ votũ illius qui vouit obſeruare certam
regulã? Et dico caſum iſtũ decidi in fratribus Minoribus in
cle.exiui.de verb.ſig.ꝙ talis ea quæ ſunt in regula nõ teneť
obſeruare,niſi eo modo quo ſunt in regula,id eſt,quo regu
la dicit ea ſeruãda,ſcilicet pcepta vt p cepta,& cõſilia vt cõ-
19 ſilia.¶†Decimonouò quæritur,vtrũ dominiũ rei , quæ Deo
vel alicui eccleſiæ ex voto promiſſa eſt,maneat penes vouen
tem.Et dicit Pet.de Peru.in tra.de cau.por.epiſcopi.c.iiij.ꝙ
ſic:ſed perſonali obligatiõe tenetur votũ implere:de quo ple
nè in l.ſi quis rem.ff.de polli.vbi dicitur ꝙ perſona obligať,
& nõ res.trãſit tñ in hęredem talis obligatio:vt ibi,in fi.& fa
cit l.pactũ.ibidem.Et ſic cogeť perſonali obligatiõe.de cẽſi.
ex parte.Sed quo ad hæredẽ limita vt ſ.§.xj. Et ſi quæratur
quis aget:rñdet vt ſ.ꝙ ſicut ille,cui relictũ eſt legatũ ſolum
agit de iure,& nõ alius.l.j.& ij.C.cõmunia.de le.ſic & ille cui
factũ eſt votũ.Ex quo infert ꝙ legatũ factũ imagini Chriſti
non acquiritur eccleſiæ, ſcilicet parochiali,nec prælato,nec
cõtemplatione eccleſiæ vel prælati eſt factum, licet imago
ſit de parochia.Et videtur caſus in c.nimis.el j.de exc.præl.&
facit c.requiſiſti.de teſta.ſed cenſetur Deo factũ & eius con-
templatione,vt videtur caſus xij.q.ij.prædia. vnde aget epi-
ſcopus qui habet cogere.d.c.ex parte.& dabitur eccleſiæ vbi
teſtator habuit domicilium, ſcilicet cathedrali:vel,ſi nõ ſit,
digniori.ar.eorum quæ no.in auth.de eccle.ti.§.ſi quis in no
mine magni Dei.Et ita tenet Sum.Ang.de legatis & votis &
oblationibus,ſi fiãt ſimpliciter Deo vel imagini:ſi tñ fiãt,in-
quit,cõtemplatione eccleſiæ parochialis,ſiue in ea ſit imago
ſiue nõ,eccleſiæ parochiali acquiritur.c.cùm inter vos.de ver.
ſig.Cõtra Pet.aũt de Peru.ſenſit do.Ant.ſcđm quem iſta,e-
tiã ſi fiãt ſimpliciter , ſpectãt ad parochiã in qua eſt imago,
vt patuit ſ. Decimæ.§.ij.& hoc ſequitur Sum.Roſ in verbo,
oblatio.Pan.& idem ſentit in ru.de paro.& in c.paſtoralis.de
his quæ fiũt à præla.dicens ꝙ eccleſia parochialis fundat in-
tentionem ſuã de iure cõi ſuper omnibus obuentionibus &
oblationibus ſpiritualibus cõtingentibus intra parochiã ſuã.
Et cõſequẽter iſta acquirũtur rectori parochiali ſcđm iſtos:
& ſic ipſe aget,de iudi.cùm deputati.cle.j.de reſcri. aget,in-
quã,interpellando officiũ iudicis,id eſt,epiſcopi: ſed epiſco-
pus aget vt ſuperior & iudex cogendo ſeruare.Et hoc mihi
videtur verius.Nec ratio Petri aut iura quæ allegat aliquid
cõcludũt:quia licet votũ fiat Deo principaliter:tñ quantum
ad rem deuotã pecunia menſurabilem fit ei,in cuius ditione
eſt imago:alioquin etiã vota facta intra ſepta monaſteriorũ
eſſent epiſcopi,cõtra oẽm cõſuetudinem & rõnem.Capitu-
lũ etiã,nimis facit ad oppoſitũ. Vide etiã ĩ . Votũ.iiij.§.vij.
10 part.iiij.¶†Viceſimò quæriť,vtrũ pœnitere de voto vel frã-
gere votũ ſit mortale & toties quoties? Et dico multa.¶Pri-
mũ.Nõ eſt mortale pœnitere de voto:imò nec pctm,modò
ſit cã rationabilis pœnitendi:quia nullo iure talis pœnitẽtia
prohibetur, modò homo exequi proponat : imò ſecundum
Pet.de Pal.talis implendo adhuc magis meretur quàm ſi fa
ceret ſine voto.¶Secundum . Tranſgreſsio voluntaria voti
eſt pctm mortale,ſecundũ omnes : vt etiã patet extra eo.li-
cet.& ad infidelitatem ad Deũ pertinet:& ſcđm S.Tho.ij.ij.
q.lxxxviij.grauior eſt trãſgreſsio voti quã iuramẽti:quia vo-
tũ innititur fidelitati quã Deo debemus : iuramentum verò
eiuſdem reuerentiæ. Vñ cæteris paribus magis obligatoriũ
eſt votũ quã iuramentũ.qđ Arc.poſt Io.de Nea.dicit verũ in
iuramento aſſertorio:nõ aũt in ꝓmiſſorio in his quę ſpectãt
ad honorem Dei:in quibus grauius videť periuriũ:cũ tale iu-
ramentũ votũ includat . Qđ verũ eſſet ſi eſſet ꝓmiſsio ali-
qua facta Deo,& ſuperaddereť iuramentũ: ſecus ſi eſſet fa-
cta homini,etiã in ſpectãtibus ad honorem Dei , ꝓpter rõ-
nem S.Th.¶Tertiũ.In voto negatiuo, puta nõ bibẽdi vinũ:
toties eſt mortale,quoties agiť cõtra,ſcđm oẽs.Qđ tñ Pet.
de Pal.limitat ſi iteretur actus interior & exterior:nõ aũt ſi
exterior tm̃:quia pctm per ſe eſt in actu interiori . Vñ qui
vno actu vult furari & mœchari,vel furari plura:quo ad Deũ
vnũ pctm cõmittit:licet plura furetur quo ad iudiciũ homi-
nũ.¶Quartũ.In voto aũt affirmatiuo,puta ieiunãdi,non eſt
mortale niſi prima vice qua agiť cõtra votũ: nõ ſcđa vel ter
tia:niſi rõne cõtẽptus: puta quia ſi etiã adhuc poſſet ieiuna-
re aut votũ ſeruare,nõ faceret:maximè in voto ſecreto. Nã
ſecus de eo qui ieiuniũ eccleſiæ fregiſſet:quia ꝓpter hoc nõ
liceret ei extra horã cõſuetã comedere in ſcandalũ aliorũ.
¶Quintũ.Dicit etiã idem Pet.ꝙ in voto negatiuo nõ biben
di vinũ diſtinguendũ eſt:quia ſi votũ ſit perpetuũ,eſt morta
le toties quoties:ſed ſi ſit temporale ad certã diem,puta die
ſabbati aut feria ſexta , eſt mortale ſolũ prima vice,niſi ad-
eſſet cõtemptus: ſed verius eſt qđ ſimpliciter ſine diſtinctio
ne ſit mortale toties quoties: & ſi eſſet ad diẽ incertã, puta
vna die hebdomodæ, nõ eſſet mortale bibere ea die qua ſta
tuiſſet ex voto nõ bibere,& bibendo nõ peccaret , ſed trãſ
fertur obligatio ad aliũ , ſcđm cõmunem opinionem.quod
intellige niſi dies illa eſſet vltima ſeptimanæ:quia bibendo
peccaret.De intellectu voti,vide etiã ſ.Ieiunium.§.x. parti.
ij.quando dies natiuitatis Domini euenit in ſexta feria.

## Rurſus de Voto iij.quis poſsit vouere.

1 *Vouere an poſsit epiſcopus,clericus,religioſus,abbas.nume.2.*
*3.& 4.*
5 *Impubes an poſsit vouere.*
6 *Filiusfamilias an poſsit vouere.*
7 *Seruus an poſsit vouere.*

VOTVM tertiò conſiderari poteſt vt ſciatur quis poſsit
vouere efficaciter.Circa quod eſt regula quòd vouere
poteſt quilibet ſanæ mentis,& ſui iuris quo ad illud quod vo-
uet,niſi prohibeatur.Quorundam autem vota non ſunt ob-
ligatoria niſi ratificentur ab alijs,ſed irritari poſſunt:vt vo-
tum cuiuſlibet alterius poteſtati ſubiecti, inquantum eſt ei
ſubiectus.Nec tamen ſecundum S. Tho.ij.ij.peccat qui vo-
uet id quod non eſt in ſua poteſtate: quia in voto ſubintelli-
gitur debita conditio,ſi ſuperiori placuerit,vel non contra-
dicat:qua conditione extante tenetur implere:ſi tamen non
præſumerent de voluntate ſuperioris peccarent vouendo
quod non poſſunt.¶†Primò ergo quæritur , vtrum vouere
poſsit epiſcopus ? Et dico quòd nec epiſcopus nec ſuperior 1
prælatus,ſecundum Hoſti.poteſt ſine licentia papæ emitte-
re votum,per quod diſſoluatur vinculum matrimonij inter
ipſum & eccleſiam ſuam . de renunt . niſi cùm pridem.& de
reg.licet.puta ingreſſum religionis:licet ſcđm Pe.de Pal.ſi
emiſit,teneatur implere eo modo quo poteſt,petendo licen-
tiam reſignandi:nec votum, quo diu ab eccleſia ſua habeat
abſent

abſentari.de voto.magnæ.nec quo ſuæ eccleſiæ fieret gra-
ue præiudicium.viij.q.j.clemens.& d.c.magnæ. ſi tñ emiſe-
rit votũ lõgæ peregrinationis,ſoluet expẽſas eũdi & redeũdi.
Laborem aũt vigilijs & orationibus cõpenſabit,vt valeat in
ſui præiudiciũ,ſcd̃m quod not.in d.c.magnæ. Alia aũt vota
põt emittere,vt abſtinentiæ,eleemoſynarũ.ar.d.c.clemens.
& de teſta.relatũ.el ij.§.licet aũt.& omne votũ,per quod præ
2 bet bonũ exemplũ d.c.magnæ.§.j.ſcd̃m Hoſt. ¶†Secundò
quæritur,quid de clerico? Et dico ꝙ ſi eſt beneficiatus,voue
re nõ põt longã peregrinationẽ ſine licentia ſui epiſcopi.d.
c.magnæ.& d.c.niſi cũ pridẽ.& de cõſe.di.v.nõ oportet.el ij.
Nec aliud votũ,per quod oporteret eccleſiã ſuã relinquere.
de renun.admonet.Poſſet tñ emittere votũ religionis,& im
plere tenetur,etiã cõtradicente epiſcopo,vt ſ. Religio.ij.§.
viij.& vota abſtinentiæ & orationem ſcd̃m cõem doctrinã.
Quod ſemper intellige, niſi eſſent in præiudiciũ graue ſuæ
eccleſiæ.De voto autem vltramarino eſt dubiũ, quibuſdam
dicentibus ꝙ põt indiſtinctè: quia videntur licentiari clerici
à papa quo ad eos qui poſſunt eſſe vtiles terræ ſanctæ.extra
eo.ex multa.&.c.pe.&.c.fi.& hoc ſequitur Sum.Roſ.& Sup.
Alijs aũt dicentibus verius ꝙ nõ põt,niſi de licentia prælati
vel papæ.de cle. non re.fraternitati.nõ aũt ſine licentia:niſi
tempore generalis paſſagij,ſcd̃m Hoſt.& Pan.in c.fi.eo.tit.
& hoc ſequitur Sum.Ang.ſoluet tñ expenſas, & redimet la
3 borem,ſicut de epiſcopo dictũ eſt.¶†Tertiò quæritur,quid
de religioſis ſubditis? Et dico circa hoc eſſe duas opiniones.
¶Prima eſt Ric.in iiij.di.xxxviij.ꝙ talis nõ põt vouere: & ſi
vouet,votũ nõ tenet,nõ quidem ea rõne quia prælatus omni
tempore põt ei aliquid præcipere: quia multa põt vouere
nullũ opus prælati impedientia,vt nõ dicere otioſa,& nõ co
gitare de vanis: ſed ea rõne primò quia cõſiderata humana
fragilitate & religiõis onere,nulla obligatio põt addi ſine pe
riculo præiudicij obſeruationis eorũ ad quæ tenetur & ſine
periculo reddendi ſe oneroſum aliqñ prælato vel fratri ſuo:
& ſecũdò,quia cùm votũ religionis ſit tantæ arctitudinis,vt
alia omnia in illud cõmutari poſſint:eccleſia hoc & humanã
fragilitatem cõſiderãs voluit authoritate Dei nullũ aliud
poſſe ſuperaddi, ꝓpter vitandũ periculũ trãſgreſſionis. Ad
quod faciũt iura.xxxiij.q.v.noluit.& xx.q.iiij.monachũ.in gl.
Hæc ex illo.¶Scd̃a verò eſt eorũ qui dicũt ꝙ põt ſine pctõ
vouere:de quorũ numero Inno.dicit ꝙ ſi vouit aliquid non
impediens à religiõe & obedientia prælati,debet ſeruare:vt
dicere aliquos pſalmos.Pet.etiã de Pa.dicit ꝙ tenet̃ implere
niſi prælatus irritauerit.S.Th.aũt ij.ij.q.viij.ar.vij.dicit duo.
Primũ ꝙ vouendo nõ peccat:quia ſubintelligit̃, ſi placuerit
prælato,vel nõ remittat̃.Adde ꝙ ſi aliter intenderet,pecca-
ret.& ſic loquit̃ c.monacho.de quo j̄.Scd̃m,quia nullũ votũ
eius eſt firmũ ſine cõſenſu prælati:ſicut nec puellæ ſine cõ-
ſenſu patris:nec vxoris ſine cõſenſu viri : quia obedire tenet̃
omni tempore,ſicut & ſeruus: & cõſequenter nullũ tempus
eſt ei vacãs.¶Primã opinionem ſequit̃ Sum.Ang.& Roſ.a-
ſcribentes etiã eã S.Tho.licet falsò,vt patuit.Et differũt hæ
opiniones:quia ſcd̃m primã votũ religioſi nõ ligat eũ vt quã
tũ in ſe eſt impleat illud,quaſi ſit ipſo iure irritũ: ſcd̃m aliã
verò tenet̃ quãtũ in ſe eſt,quouſq; à ſuperiore irritet̃.& hoc
eſt verius,vt patet per c.monacho.xx.q.iiij. in quo ſe fundãt:
vbi dicit̃ ꝙ monacho nõ licet vouere ſine cõſenſu abbatis:ſi
aũt vouerit,frangendũ erit. Vbi notãter dicit̃,frãgendũ erit:
quaſi ipſo iure nõ ſit fractũ & nullũ.Differũt etiã iuxta intel
lectũ Sum.Ang.quia ſcd̃m primã nõ licet religioſo vouere,
niſi præſupponat tacitũ:nec votũ exequi, niſi habeat cõſen-
ſum expreſſum prælati,ſi eius præſentia haberi põt : niſi in
his, de quibus prælato aut vitæ regulari non ſit præiudiciũ.

Sed in hoc non video differentiam,niſi fortè quia iuxta ſecũ
dam ad licitè exequendã ſufficeret tacitus conſenſus præla-
ti ſcientis & non cõtradicentis, imò & neſcientis ſi ꝓbabili-
ter crederet̃ cõtentus.¶Dico ergo multa.¶Primũ,ꝙ præla
tus põt ad libitũ vota omnia religioſi irritare:quod facit ex-
preſsè & tacitè,qñ cõſtat de cõtraria eius volũtate.¶Secun
dum,ꝙ religioſus põt vouere ſub cõditione tacita,ſi præla-
to placuerit.¶Tertiũ,ꝙ põt exequi ſub ratihabitiõe præla-
ti.¶Quartũ,quòd exequi tenetur in nõ præiudicantibus præ
lato,quantũ in ſe eſt quouſq; credit prælatũ eſſe cõtentum
& nõ vltra:quia vſq; ad illud tempus votũ nõ eſt irritũ ,ſed
irritabile.¶Quintũ,quòd in præiudicantibus exequi poteſt
qñ probabiliter credit ratihabitionem. Tñ ſecundũ aliquos
exequi non tenetur:quia in talibus votũ ipſo iure irritum eſt
& nullũ:ſed tamẽ tutius & verius eſt ꝙ quantũ in ſe eſt ſem
per tenetur facere quòd licitè poteſt vt impleat promiſſum.
Dicit aũt Sum.Ro.rõnem S.Tho.per Ric.confutatã:ſed neu
ter vidit mentem eius:quia loquitur de voto propriè,ſcilicet
quod eſt de opere meliori,id eſt,cadente ſub conſilio:inſtan
tiæ verò procedũt largè, ſcilicet quod eſt de aliquo,ad quod
quis diuina lege obligat̃ præcepto vel mãdato,puta de nõ lo
quendo otioſa,aut de non cogitando vana.¶†Quartò quæ- 4
ritur,quid de abbate,& prælato regulari ? Et dico quòd ab-
bas ſine cõſenſu epiſcopi vel ſuperioris votum peregrinatio
nis diuturnæ emittere non põt, nec aliqu d per quod in eius
officio præiudiciũ generetur.xviij.q.ij.abbas.& idem de præ
lato quolibet regulari eadem rõne,vt etiã patet per dicta ſ.
Religio.vij.§.j.Quãtum tñ ad votũ terræ ſanctæ Pan.in c.
fi.extra eo.tenet ꝙ prælati poſſunt ire tempore paſſagij ge
neralis pro ſuccurſu terræ ſanctæ,aliàs non:maximè regula
res ſine conſenſu ſuperioris:quia hoc epiſcopus non poteſt,
vt probat̃ in c.magnæ.eo.tit. Et idem in religioſis ſimplici-
bus:quia nullã habent voluntatẽ,adeò ꝙ in papã ſine licẽtia
abbatis ꝓmoueri nõ poſſunt,vt no.gl.in c.quàm ſit.xviij.q.
ij.quod tñ quantum ad hoc vltimum non eſt verũ:quia ele-
ctio in papã eſt confirmatio:& ſic abſoluit eum à iugo mo-
naſticæ ꝓfeſſionis.xviij.q.j.c.j.Infert tñ ibi Pan. quòd aliter
abbas ſuo ſuperiori quàm ſubditus abbati adſtringitur.Vide
ibi.¶†Quintò quæritur, vtrum impubes poſſit vouere ? Et 5
dico quòd omnia vota alia à voto religionis facere poteſt,ſi
eſt doli capax,ſicut & filiusfamiliàs .de quo §. ſeq . vt patet
per Pan.in c.ij.extra eo.verum tñ tutores & curatores vota
re alia irritare poſſunt vſq; ad xxv.annum, niſi venirent ac-
ceſſoriè,vt in intrante religionem,cum quo tranſeunt bona
ſua,de quo dic vt j̄. Votum.iiij.§.ij. Votum autem religionis
ſecundum Sum.Ang.facere non poteſt etiã de conſenſu pa-
tris:& ſi facit,non tenetur, etiam poſt pubertatem . de reg.
ad noſtram.& in c.j.de reg.lib.vj . Vnde contra Tho.dicen-
tem quòd ſi eſt doli capax obligatur quantum eſt ex ſe,d.c.
j.Sed ego dico quòd iſte non bene vidit S.Thom.qui diſtin-
guit,dicens quòd ante pubertatem non poteſt quis facere vo
tum ſolenne religionis:de hoc d.c.loquitur:ſed ſecus de ſim
plici.Et multò minus eum vidit Sum . Roſel. quæ attribuit
quòd ſecundum eum ante pubertatem non poſſit puer ſe vo
to religionis obligare.Vnde iſti attribuunt ei duo extrema:
vnum quòd,ſecundum eum, talis poſſit facere votum reli-
gionis ſolenne:aliud quòd non poſſit facere ſimplex.Veritas
autem ſtat in medio per diſtinctionem.Vide ſ.Religio.iij.§.
xiij.¶†Sextò quæritur,quid de filijsfamiliàs? Et dico quòd ſi 6
ſunt liberæ conditionis poſt annos pubertatis quantum ad
pertinentia ad ſuam perſonam vouere poſſunt,& implere te
nentur,etiam parentibus inuitis:puta de ingreſſu religionis
& contractu matrimonij , & huiuſmodi , quæ non præ-
iudicant



iudicant regimini domus aut familiæ:ſed quãtum ad ſpectã
tia ad diſpenſationẽ domeſticam ſeu prædictum regimen,
non poſſunt ſine cõſenſu patris:puta de eleemoſyna vel hu-
iuſmodi:& in hoc concordant omnes doct. Fallit tamen in
voto terræ ſanctæ,quod poteſt filiusfamiliàs emittere,extra
eod.ex multa.Item in peculio caſtrenſi vel quaſi: quia in his
eſt ſui iuris.Item ſi pater conſenſerit expreſſe vel tacitè nõ
7 contradicendo,ſecundum Inn.¶†Septimò quęritur quid de
ſeruo? Et dicit S.Tho.quòd eſt in poteſtate domini quãtum
ad perſonales operationes : vnde ſe obligare non poteſt ad
religionem,peregrinationem,& huiuſmodi,per quæ ſubtra
heretur ab obſequio domini. Et idem Pet. de Pal.& genera
liter vouere non poteſt in præiudiciũ domini, ſecundũ Inn.
& Pan.in c.ſcripturæ.extra eod. Secus in alijs,in quibus do-
mino nõ præiudicatur:vt de orationibus dicẽdis,& hmõi,ſe-
cundũ eũdẽ S.Tho.arg.c.relatũ.de ſen.exc.&.c.ſi ſeruus ſciẽ
te.diſt.liiij.Et ſecundũ Hug.poteſt etiã inuito domino voue
8 re cõtinentiã,& renũtiare ꝓprijs.¶†Octauò quæritur,quid
9 de viro & vxore? Et dico vt j̄. Votũ.v.¶†Nonò quęritur,vtrũ
peccent mortaliter illi qui poſt votũ emiſſum cõſentiunt in
aliquod impedimentũ,quo impediũtur votũ exequi ſine al-
terius voluntate:vt ſi habẽs votũ religionis acceptet epiſco-
patũ ſpõte,aut cõſentiat in matrimoniũ? Et dico ꝙ ſi ſciẽter
& ſic aduertenter cõſenſerunt, vt colligitur ex c.per tuas.de
vot.quia hoc fuit cõſentire in fractionẽ voti.Si verò non ad-
uertebãt,ſecus videtur, niſi eſſet lata culpa in nõ aduertẽdo.
Fallit in eo qui aſſumit religionẽ: quia in hãc põt omnia vo
ta cõmutare:& ipſo iure erit ab omnibus abſolutus ſine alia
diſpẽſatiõe & authoritate:vt no.Pan.poſt Inn.in c.ſcripturę.
eod.tit.de quo.j̄.§.iij.parti.iiij. & §.v.particu.iij. Vtrũ autem
irritari poſſint vota prędictorũ ſi fiãt in tempus,id eſt,ſi ſint
ſoluenda poſtquã fuerint ſui iuris:vide tit.ſequẽ.§.ij.parti.v.

## Rurſus de Voto quartò,quantum ad irritationem,diſpenſationem,commutationem, vel redemptionem.

1 *Voti irritatio,diſpenſatio,commutatio & redemptio quomodo differant.*
2 *Votum quis irritare poſſit.*
3 *Votum diſpenſare & commutare quis poſſit.& nu.ſeq.*

VOTVM quartò conſiderari poteſt quãtum ad irrita-
tionem,diſpenſationem,cõmutationem,& redemptio
1 nem.¶†Primò ergo quæritur,quomodo prędicta differant
adinuicẽ ? Et dico quòd irritatio eſt annullatio obligationis
voti ex beneplacito voluntatis:vt cùm vir dixit vxori.Nolo
quòd obſerues hoc vel illud votum. Diſpẽſatio verò eſt an-
nullatio obligationis voti ex rationabili cauſa ſicut cùm de-
terminat prælatus aliquod votũ non eſſe bonũ obſeruare.
Cõmutatio verò eſt annullatio obligationis voti cũ ligami-
ne ad aliquid aliud faciẽdũ:ſicut ſi ei qui vouit peregrinatio-
nẽ imponatur ieiuniũ.Redẽptio verò ſi diſtinguatur a cõmu
tatiõe eſt annullatio obligatiõis voti cũ ligamine ad aliquid
dandum:ſicut ſi ei qui vouit peregrinationẽ imponatur ele-
emoſyna. ¶Vnde dicit Arch. poſt Pet.de Pal.quòd irritatio
fieri poteſt ſine cauſa ad libitũ petẽtis irritare:ita quòd hæc
ipſe irritãdo peccat,cùm vtatur iure ſuo:nec alius votũ omit
tendo cùm à principio fuerit inefficax. Diſpenſatio verò nõ
fit propter inefficaciã voti,ſed propter aliam cauſam.Vnde
nõ ſolùm requiritur authoritas in diſpenſante:ſed etiã cauſa
ex parte diſpẽſati,ſcilicet neceſſitas vel vtilitas eius aut rei-
publicæ etiã ſi ſit papa: quia nec Petro quidem data eſt au-
thoritas in deſtructionẽ,ſed in ędificationem:in his quę non
ſunt mala niſi quia prohibita iure poſitiuo,ad libitum abro-

gare poteſt,& conſequenter ad libitũ diſpenſare.¶Commu
tatio autem & redẽptio differũt ſicut permutatio & emptio.
Vnde permutatio voti eſt,ſi habẽs votũ ſancti Iacobi,vbi ha
bet hoſtes,obligetur ad limina apoſtolorũ viſitãda.Redem-
ptio verò eſt,ſi impedito ire pręcipiatur tantũ dare pro Deo
quantũ erat expenſurus,quæ redemptio debet eſſe iuſti prę-
tij & ęqualis:extra eod.magnę.Hęc ex illis.Quibus adde ex
S.Tho.quòd ſi abſolutè determinet prælatus aliquid votũ
non eſſe ſeruandum, erit diſpenſatio:ſi autẽ pro hoc, quod
obſeruãdũ erat,aliud imponatur,erit cõmutatio.Vñ magis
erit diſpẽſatio quàm cõmutatio. Et ſic ipſe nõ diſtinguit in-
ter cõmutationẽ & redẽptionẽ:quia & ipſa eſt quędã permu
tatio voti.¶†Secũdò quęritur quid iuris de irritatione voto- 2
rum? Et dico multa. ¶Primũ ex dictis titulo priore colligi
poteſt ſecundum Doc.quis poſſit vota irritare: quia pater ir
ritare poteſt votũ filij & filiæ,& tutor.Adde vel etiã tutrix:
puta mater pupilli:& curator minoris,& vir vxoris:& domi-
nus ſerui : & prælatus ſubiecti.& hoc quo ad vota : quæ ſine
prædictorũ conſenſu prædicti emittere nequeũt,etiã ſi emiſ
ſa fuiſſent antequã eſſent vouẽtes ſub taliũ poteſtate.c.ma-
nifeſtũ.xxxiij.q.v.&.c.noluit. ¶Secundũ.Secũdũ Pet.de Pal.
omne votũ impuberis perſonale,id eſt,reſpiciens perſonã,vt
de religione vel abſtinẽtia:& reale,id eſt,factũ de rebus dan
dis pater ac tutor irritare poteſt: & ſimiliter votũ reale mi-
noris annorũ xxv.habẽtis curatorẽ vel exiſtẽtis in poteſtate
patris:ſi tamẽ pubes intret religionẽ,quod facere poteſt in-
uitis parentibus & curatoribus, eo ipſo dedicat omnia bona
ſua:quę niſi eſſet maior xxv.annorũ alienare nõ poſſet niſi ſe
alienãdo:nec poſſent parẽtes aut curatores talia bona retra
here:quia quædam tranſeunt cum vniuerſitate,quæ aliàs nõ
trãſirent.Et idem ſi impubes intrauit,& perſona eius nõ fue
rit retracta:quia nec bona retrahi poſſent.Si autem habens
vſum rationis nõ habeat parẽtes aut tutorẽ vel curatorẽ, &
voueat res ſuas Deo & non ſe: licet in hominẽ alienare non
poſſit,tamen videtur ꝙ in Deũ poſſit niſi quòd ſi inueniatur
læſus aut deceptus notabiliter,poteſt reſtitui.¶Tertiũ.Si pa
ter aut alius irritauerit votũ continẽtiæ vel aliud factum ab
impubere,& deinde iterũ tali voto cõſentiat: ꝓpter hoc nõ
tenebitur impubes implere,niſi iterũ voueat : ſimiliter ſi ſe-
mel fuit irritatum ritè mortuo irritatore aut eius poteſtate
expirante, non tenebitur impubes:quia obligatio ſemel ex-
tincta nõ reuiuiſcit.C.de remiſ.pig.l.cũ ex cauſa .& hoc etiã
ſi fecit votũ explendũ ſolũ poſt expirationẽ poteſtatis: vt ſ.
Religio.ij.§.xv.Si verò reuocauerit factum à pubere vel ab
vxore vel ſeruo , ſoluta poteſtate irritãtis tenẽtur ſua vota
implere:vt de filio tenet Inn.in c.ſcripturæ.extra eod. & idẽ
Hug.& Pet.de Palu.licet dubitatiuè loquatur.& hoc ſequi-
tur Sum.Roſ.cõtra Sum.Ang.Sed Pan.in d.c.ſcripturæ.dicit
ſe dubitare propter c.quidã.&.c.placet.de cõuer.cõiu.vbi ma
ritus ingreſſus religionẽ cõtradicẽte vxore , & ei reſtitutus,
ea mortua nõ tenetur iterũ intrare:quia emiſit votũ tẽpore
inhabili:& cõſequẽter idem erit in filiofamiliàs,ex quo voti
emiſſionẽ nõ cõtulit in aliud tẽpus habile. Pro quo videtur
tex.ff.de cõdi.inde.& hoc Pan.dicit verius. Imò ego dico ꝙ
hoc ſimpliciter eſt verũ ſub iſto ſenſu, ꝙ votũ irritatũ ritè,
id eſt,quãtũ ſe extẽdit poteſtas irritãtis,nũquã de cætero ob
ligat,ꝓpter illã regulã,ꝙ obligatio ſemel extincta,&c.& eſt
mẽs S.Tho.vt ex duobus patet.Primò,qa indiſtinctè vult ꝙ
vota eorũ quæ ſunt ſub alterius poteſtate,nõ ſint firma ſine
cõſenſu eorũ.Scd̃ò,quia dicit ꝙ in votis taliũ ſubintelligitur
cõditio,ſi placuerit ſuperioribus: nec diſtinguit inter impu-
berẽ & puberem quantũ ad ea in quibus ſubijcitur pubes.
¶Quartum.Ex eis infero duo.Primum , quòd tales tenẽtur
omnia

omnia ſua vota cõplere expirante poteſtate ſuperiori,ſi non
fuerũt irritata legitimè.Et iſte eſt caſus c.cõſuluit. de cõuer.
cõiug.vbi ingreſſus religionẽ vxore nõ expetente in vita:ea
mortua cogitur in ea pſeuerare.Scdm,ꝙ ſi vota ſunt legiti-
mè irritata nõ tenẽtur ea cõplere dicta poteſtate expirãte,
niſi quatenus vouerũt aliquid ſui iuris, qđ irritari nõ potuit.
Et iſte eſt caſus c.quidã.&.c.placet.de cõuer.cõiu.vbi ingreſ
ſus religionẽ & reuocatus per aliũ cõiugẽ, eo mortuo nõ te
netur religionẽ adire,ſed ſolùm viuere caſtè: quia illud pro
mittere potuit,ſcilicet nõ exigere,ſeu cõtinere quantũ in ſe
erat. Pro quo aduerte,ſecũdũ Pan.in d.c.quidã.ꝙ etiã in ma
teria voti procedit illa regula iuris.Si nõ valet quod ago, vt
ago,valeat vt valere põt.Nã,vt ibi patet,maritus nõ obliga
uit ſe ſimpliciter ad cõtinẽtiã in ſeculo ſeruãdã : ſed ad reli-
gionis ingreſſum,qui nõ valuit,licet fecerit ꝓfeſsionẽ: & tñ
remãſit obligatus reſpectu cõtinẽtiæ ſeruãdæ, quę ſub pro-
feſsione includitur,vt in c.cũ ad monaſteriũ.de ſta. re. & ſic
mortua vxore cõtrahere nõ potuit: & ſi cõtrahit, tenet: ſed
debitũ exigere nõ põt.¶Quintũ.Notãda eſt tamẽ differẽtia
inter puberẽ & impuberẽ:quia impubes ita ſubiciјtur parẽti
bus,& cõſequẽter tutoribus,ꝙ nõ habet voluntatẽ: ſed vo-
luntas parentũ eſt volũtas pueri: vnde nec etiã poteſt diſpo-
nere de ſpectantibus ad perſonam:vt ſuprà Baptiſmus. iiij.§.
xiiij.ſed pubes habet propriam voluntatem,& vouere poteſt
omnia quę nõ præiudicãt ſuperiori:& idẽ de ſeruo & vxore
excepto religioſo,qui eſt vt impubes nõ habẽs velle.Et ideo
vota impuberis,etiã ſi ſint in tẽpus ſolutæ poteſtatis:puta ſi
voueat religionẽ mortuo patre,aut aduenięte pubertate,po
teſt irritari:nec tenebitur pubes factus:vt ſuprà Religio.ij.§.
xv.& idẽ de religioſo:ſed ſecus in alijs:quia ſi taliter voueãt,
talia vota nõ poſſunt irritari à ſuperioribus,quia eis nõ prę-
iudicãt:ſecus ſi ſint vota explenda durãte tali poteſtate tãtũ,
aut ea durãte & poſtea:quia talia ſimpliciter poſſunt irrita-
ri:vt patet per caſum d.c.placet.¶Sextũ.Prędicti ſuperiores
irritãdo prædicta vota nõ peccãt,ſed vtũtur iure ſuo,ſecun-
dum Inn.& Hoſ.& Veruec.nec vouẽtes peccãt nõ implẽdo.
xxxiij.q.v.noluit. &. c.manifeſtũ.Quod quãtũ ad ſuperiores
limita primò,niſi reuocauerint quod prius cõceſſerint:licet
tunc ſubditi obediẽdo nõ peccẽt.d.c.manifeſtũ. Quod vide-
tur intelligendũ ſi cõceſſum reuocauerint ſine cauſa ratiõa-
bili. Secũdò ſi irritẽt malitioſè ex mala volũtate fingentes
multũ præiudicare qđ præiudicat parũ:quia arbitriũ & pote
ſtas ſemper videtur cõcedi ad iudiciũ boni viri.ff.pro ſoc.l.in
propoſita.l.ſeq. xj.q.iij.priuilegiũ. nõ tamẽ peccarẽt ſubditi
obediẽdo quãdo res ex ſuo genere eſt præiudicialis, vt abſti
nẽtia & peregrinatio:quia nõ habet iudicare inferior de in-
tentione ſuperioris præcipiẽtis,aut de eius præcepto in his,
3 in quibus poteſt pręcipere.¶†Tertiò quæritur,quid iuris de
diſpẽſatione & cõmutatione quantũ ad poteſtatẽ diſpẽſan-
tis & cõmutãtis?Et dico ꝙ hic nõ quæritur de poteſtate ab-
ſoluẽdi à trãſgreſsione votorũ:quia hãc habet cõfeſſor de iu
re cõi & cõſuetudine,cũ nõ ſit caſus reſeruatus:ſed potentia
diſpenſandi & cõmutandi? Et dico multa.¶Primum.Secun-
dum S.Tho.in votis poteſt diſpẽſari inquãtũ in aliquo caſu
illud quod cadit ſub voto eſt ſimpliciter malum vel inutile:
vel impeditiuũ maioris boni qđ eſt cõtra rationẽ eius quod
cadit ſub voto.Vnde neceſſe eſt quòd determinetur votũ in
tali caſu nõ eſſe ſeruandũ:nõ inquãtum illud eſt de iure na-
turali vel diuino.¶Secundũ. Quicũq; põt in voto diſpenſare
poteſt etiã illud cõmutare:& econtrario:niſi fortè eſſet ali-
quod votũ indiſpẽſabile ex ſe: qa inter hos nec iura,nec Do
cto.ponũt differentiã quantũ ad authoritatẽ, licet ſecũdum
S.Tho.ſi quid maius diſpenſatio quàm cõmutatio:vnde nec
eſt votũ,in quo epiſcopus nõ poſsit ex cauſa diſpenſare,ſi il-
lud põt cõmutare.Quod autẽ dicit Sum.Roſ. in verbo Pa-
pa.in princ.poſt Pan.in c.propoſuit. de cõceſ.prębẽ. ꝙ papa
diſpẽſando in voto ex toto relaxat obligationẽ:nõ autẽ epi
ſcopus,ſed cõmutat in aliud:eſt omino falſum: qa ſi nõ ex-
pedit votũ ſeruari in caſu,epiſcopus ex toto liberat declarã-
do ꝙ nõ tenet:alioquin nõ poſſet diſpenſare, ſed cõmutare
tantùm cõtra oẽs Doc.Ratio autẽ,quę ibi allegatur,probat
quòd papa hoc poſsit:nõ autẽ ꝙ epiſcopus hoc nõ poſsit, vt
ibi patet.¶Tertiũ.Licet ius diuinũ aut naturale papa tolle-
re nõ poſsit vel mutare:tamẽ vtriuſq; determinatio pertinet
ad ius poſitiuũ:& cõſequẽter ad papam & alios legũ cõdito-
res,vt ſ.Papa.§.xvj.Vnde ſicut in pœnis nõ obſtãte quòd lex
naturalis mandet delicta puniri,poteſt homo diſpẽſare:quia
naturalis æquitas dictat aliquando maleficia nõ puniri pro-
pter bonũ reipublicæ ſecundũ arbitriũ eius qui reipublicæ
pręeſt:& cõſequẽter tũc nõ eſt cõtra ius naturale diſpẽſare:
& ſicut põt ſic & aliter fieri punitio:ita etiã in voto quod na
turali & diuino iure reddẽdũ eſt propter honorẽ Dei, ſi non
expedit illud obſeruari,poteſt diſpenſari: vel ſi aliud magis
cedat ad honorẽ Dei,poteſt cõmutari:quanuis iſta diſpenſa
tio ſit magis iuris declaratoria quàm relaxatiua:licet etiã di
catur relaxatiua,inquãtũ eum,qui aliquãdo verè eſt obliga-
tus,deobligat obligãdo ad æquale vel melius:de quo ĩ.§.vij.
& ſic in voto ſit diſpenſatio,nõ in præceptis Dei vel naturę.
¶Quartũ. Papa ergo diſpẽſare poteſt in omni voto,niſi per
illud quis Deo conſecretur.quod dico propter votũ ſolenne
religionis.de quo infrà.§.v. & ſolus diſpenſat in quatuor ſibi
ſecundũ morem curiæ reſeruatis , ſcilicet in voto perpetuo
continẽtiæ,& conſequẽter religionis:& in tribus votis pere-
grinationis,ſcilicet terræ ſanctæ,Apoſtolorũ Petri & Pauli,
& ſancti Iacobi in Cõpoſtella : & ita de facto ſeruatur,licet
nõ ſit de iure cautũ : niſi de voto pro ſubſidio terræ ſanctæ:
extra eodem,ex multa.vbi dicit Panor. quòd etiam legatus 1
de latere nõ poteſt diſpenſare,cùm requiratur ſpeciale man
datum,vt ibi.In alijs autem votis ab his quatuor,ſecundum
Innoc.epiſcopi & ſuperiores diſpenſare poſſunt: intelligen-
do tamen de archiepiſcopo quo ad ſubditos ſuos ſuffraga-
neos,nõ autem que ad ſubditos ſuffraganeorum ſecundum
Archid.non autem prælati inferiores.pro quo c.j.extra eod.
Sed Hoſ.dicit illud c.hoc nõ probare, ſed potius cõtrarium:
quia licet loquatur epiſcopo,non tamẽ dicit hoc pendere ab
eius arbitrio,ſed ab arbitrio eius,qui præſidet.fatetur tamen
dictum Inno.eſſe verum,& de cõſuetudine ſeruari.Ita tenet
glo.vt in d.c.j.& Ray.& Alb.Sed hoc dictum nõ intelligitur
de prelatis regularibus,qui ſicut irritare,ita & cõmutare poſ
ſunt quo ad religioſos ſubditos ſuos: ſiue vota præceſſerint
religionis ingreſſum,ſiue ſequantur:licet propriè in eis non
habeat locum diſpenſatio:quia ſi vota præcedunt profeſsio
nem,ipſo iure in profeſsione diſpenſantur . Si verò ſequan-
tur,non ſunt firma,niſi conſentiente prelato.quo caſu dic vt
infrà particula ix.Sed intelligitur in alijs,in quibus etiam di-
cit Panor.in d.c.quòd vbicũq; inferior prælatus haberet de
iure ſpeciali ius epiſcopale in perſonis:tunc poſſet diſpenſa-
re in voto,ſicut epiſcopus:quia talis exercere poteſt epiſco-
palia iura:& tũc litera illa ſtabit propriè:vt quilibet pręſidẽs
habens iuriſdictionem epiſcopalem poſsit in voto diſpẽſare.
Facit gl.in clem.j.de rebus eccle.nõ alie.& quod not. Inno.
in cap.ſtatuimus.de maio.& obediẽ. & Panor.in cap.ſignifi-
caſti.de foro cõpet.vel ſi ex ſpeciali iure aut cõceſsione hoc
eis concederetur.Et hoc ſequuntur cõmuniter Doctores in
cap.fin.de poſtula.prælat.Abbas tamen diſpenſare non po-
teſt in ſecularibus ſibi etiã pleno iure ſubiectis,niſi conſue-
tudo



tudo hoc daret.¶Quintum.Secundum Pan . in d.c.ex mul-
ta.epiſcopus diſpenſare poteſt in voto terræ ſanctæ,ſi factũ
eſſet pro deuotione,non pro ſubſidio.& idem in voto Sancti
Iacobi.Et facit c.ſuper his.&.c.ex multa.eod.tit.qui fundant
ſe ſuper ſubſidio.conſuetudo tamen aliter habet:& ad papã
maiores cauſæ referuntur:vt in c.maiores.de bapt.ideoq; in
his recurrendum eſt ad papam. Nec eſt verum quòd ſi epi-
ſcopus diſpenſaret,teneret diſpenſatio:quia licet nõ ꝓbetur
caſus hic papalis ex hoc quòd cõiter tales ad papam remit-
tũtur:cùm hoc eſſe poſsit ad terrorem vel cautelã,vel reue
rentiã:tñ probatur ex hoc quòd per literas papales iſta pa-
pæ cõiter indiſtinctè reſeruãtur.Adde etiã ſecũdũ Ro.quòd
votũ quo aliena incerta deuota ſunt in ſubſidiũ terræ ſan-
ctæ,nõ poteſt per epiſcopũ diſpenſari, vt in alios vſus cõuer
tantur,etiã ſi vouens religionem ingrediatur.¶Sextũ.Secũ
dum Arc.poſt Per.de Pal.licet epiſcopus diſpenſare nõ poſ-
ſit in voto continentiæ perpetuo,vt §.ſeq.tamen diſpenſare
põt in temporali: puta ſi quis vouit continere per annum &
in omni voto perpetuo quod non eſt religionis aut conti-
nentiæ:& ſimiliter in voto quo exiſtens in religione laxiori
vouet ſtrictiorem,cùm nõ ſit votũ perpetuæ cõtinentiæ nec
religionis ſimpliciter : & ſimiliter diſpenſare põt vt habens
votũ ſimplex de arctiori tranſeat ad laxiorem, & quòd exi-
ſtens profeſſus in arctiori tranſeat ad laxiorem: ſicut abbas
hoc põt,nõ tamen ſine cõſenſu conuentus: nõ autem poteſt
diſpenſare in voto temporali religionis,cùm ſcilicet quis eſt
obligatus intrare,& nõ remanere: vt quia vouit quis ingreſ
ſum intentione ꝓbandi:vel nihil ſpecialiter cogitans de re-
manendo vel non remanendo:quo caſu ingreditur ſecundũ
formam iuris,quæ eſt quòd per annũ probet:quia nec ſum-
mus pœnitentiarius hoc põt,qui plus epiſcopo poteſt.Si er-
go S.Tho.aut alius dicit quòd ſolus papa diſpenſat in votis
perpetuis:intelligitur de voto cõtinentiæ & religionis.¶Se-
ptimum.Archidiaconus non poteſt iure ſuo vti authoritate
diſpenſandi contra ius cõmune,niſi inquantũ competit ſibi
ex conſuetudine legitimè præſcripta,ſecundũ Arc.poſt Per.
de Pal.per quam ius epiſcopale poteſt acquirere:non autem
papale,quia eſſet corruptela : vt de archiepiſcopo dictũ eſt:
& adde quòd poteſt, dum viſitat , abſoluere à trãſgreſsione
votorum.¶Octauum . Summus pœnitentiarius diſpenſare
poteſt in voto religionis commutando vnam religionem in
aliã:ſicut patet in literis quas ab eo deferunt apoſtatæ.¶No
num.Abbas & prælatus regularis , qui ſubdito conceſsit li-
centiam vouendi,ſecũdum Rich. ante votum emiſſum põt
licentiam reuocare:& ſic non tenebit poſtea factũ. Sed poſt
votum emiſſum,an poſsit diſpenſare: dicit tutius eſſe quòd
ſubditus recurrat ad ſuperiorem ſui prælati , quod eſt ſatis
æquum,ne quis videatur authorizare in facto ſuo:tamen de
veritate iuris poteſt diſpenſare:argu.c.manifeſtum.& quod
ibi not.xxxiij.q.v.Nec eſt iſtud in facto proprio, ſed alieno:
niſi fortè vellet diſpenſare propter ſuum commodum:quod
non poſſet,ſed ſolùm propter neceſsitatem ſubditi. ¶Deci-
mum. Licet in articulo mortis ſimplex ſacerdos abſoluere
poſsit ab omni caſu,id eſt,peccato etiã tranſgreſsionis cuiuſ
libet voti:non tamen poteſt diſpenſare in voto:quia hoc nul
libi conceditur,ſed tãtùm abſolutio,quæ nõ eſt diſpenſatio.
¶Vndecimum.Epiſcopus & ſimiles non poſſunt diſpenſare
in votis à ſe emiſsis,ſecundum Pan.in c.magnæ.de voto. V-
trum autem quis ſua authoritate poſsit votum in melius cõ
4 mutare:vide ĩ.§.vij.¶†Quartò quęritur,ſpecialiter,quis poſ
ſit diſpenſare in voto perpetuo continentiæ ſimplici? Et di-
cit Spe.in tit.de leg.& ſequitur Io.And.hoc poſſe epiſcopum
per cap.veniens.qui cle.vel vo.ſed illud cap.non probat:quia
ibi diſpenſauit epiſcopus cum muliere:in qua ſecundum Pa
nor.fuerunt tria inducentia ad diſpenſandum . Primò, quia
votum caſtitatis emiſit non inſpirata, ſed in fraudem ſponſi
de futuro,ſcilicet meticuloſè,quia eius ſeuitiam timuit. Se-
cundò propter maius periculum, quia mulier videbatur in-
continens.Tertiò,quia erat iuuenis & ſuſpecta.ſed duo vlti-
ma ſunt vnum tantùm .Et ideo alij dicunt quòd hoc poteſt
epiſcopus ſolùm in caſu illius c. ſcilicet ſi votum fuerit me-
ticuloſum , licet non metu iuſto : & veriſimiliter timeatur
de incontinentia.Ita tenet d.Car.& d.Ant.in d.c . veniens.&
Panor.dicens quòd hoc poteſt epiſcopus in terminis d.c.ve-
niens.ex quo reperimus caſum conceſſum ab eccleſia nec re
peritur ſibi prohibita diſpenſatio.Et ita ſequitur Sum.Ang.
& Roſ.Et ita limitant Doc.dicentes quòd epiſcopus hoc po
teſt . Sed ego dico quòd prædicti inſufficienter mouentur:
quia illud c.hoc non probat,cùm ibi epiſcopus diſpenſauerit
non vt epiſcopus,ſed vt commiſſarius papæ ex eius ſpecifica
commiſsione,vt ibi patet.& quod dicit Pan.non reperiri di
ſpenſationem epiſcopo ꝓhibitam: verum eſt in iure:ſed ex
conſuetudine curiæ,vt patet per literas apoſtolicas, eam ſi-
bi papa indiſtinctè reſeruat.Et ideo S.Tho.dicit quòd ſolus
papa diſpenſat in voto continentiæ , & alijs , quæ non indi-
gent crebra diſpenſatione: concedo tamen epiſcopum poſ-
ſe diſpenſare in hoc , quando recurſus haberi non poſſet
ad papam,niſi periculo interueniente ex mora,iuxta dicta ſ.
Diſpenſatio.§.ix.Et quia ſecundum S.Tho . eiuſdem eſt di-
ſpenſare in voto perpetuo continentiæ,& dare licentiam pe
tendi debitum coniugi qui eam perdidit : quia talis quantũ
in ſe eſt,tenetur ſeruare ſuum votum nihil exigendo : ideo
conſequenter dicendum eſt epiſcopum in hoc non poſſe di-
ſpenſare niſi ratione periculi in mora:licet contrarium ſen-
ſerit Sum.Ang.Poſſet tamen ſecundum Archiepiſcopus di-
ſpenſare in voto non nubendi:quia aliud eſt vouere caſtita-
tem:aliud vouere non contrahere matrimonium.Vnde vo-
uens non contrahere , fornicando non facit contra votum
ſuum . ¶†Quintò quæritur ſpecialiter , an papa diſpenſare 5
poſsit in voto ſolenni continentiæ ? Et dico quòd quantum
ad votum ſolennizatum ſuſceptione ſacri ordinis omnes
conueniunt quòd papa poteſt.Quantum autem ad ſolenni-
zatum profeſsione religionis approbatæ: idem tenet Rich.
Bona.Aug.de Anch.Heuri.de Gan.in quolibet. Pet.de Pal.
Herue.in iiij.Io.de Neap.in quolib.Duran.Hug.Car.Arch.
in ro.Inno.glo.ſuper capite , cùm ad monaſterium. de ſta-
tu mo.Pan.& ſequitur Archi.& Sum.Ang.ac Roſ.& breui-
ter San.Thom.qui oppoſitum tenuit, non habet ſecum niſi
Alber.& veritatem fundatam in ratione irrefragabili & au-
thoritate ſpiritus Sancti, Leuitici vltimo,vbi dicitur Anima
quod immolari poteſt domino,ſi quis vouerit,ſanctificatum
erit,& mutari non poterit,nec melius malo, nec peius bo-
no.& de ſtatu mona.in capite.cùm ad monaſterium. vbi di-
citur,Abdicatio proprietatis,ſicut etiam cuſtodia caſtitatis,
adeò annexa eſt regulæ monachali,vt contra eam nec ſum
mus pontifex poſsit licentiam indulgere . Hæc ibi. Nec eſt
verum quòd ipſe in quarto , ſenſerit cum prædictis : quia
ibi recitauit,& non determinauit:vt patet intuenti in Sum-
ma verò,id eſt,ij.ij.vbi ſuprà,art.xj.ſic determinauit dicens,
Sicut ſuprà dictum eſt,& habetur Leuitici vltimo , illud
quod ſemel ſanctificatum eſt Domino,non põt in alios vſus
commutari. non enim poteſt facere aliquis eccleſiæ præ-
latus,vt id quod eſt ſanctificatum,ſanctificationem amittat:
& in rebus inanimatis , puta quòd calix conſecratus deſinat
eſſe conſecratus,ſi maneat integer:vnde multò minus , po-
teſt hoc facere aliquis prælatus , vt homo Deo conſecratus
quandiu

quandiu viuit conſecratus eſſe deſiſtat. Solennitas autem vo
ti conſiſtit in quadam conſecratione ſeu benedictione vo-
uentis, vt dictũ eſt ſ. ar. vij. Et nõ põt fieri per aliquem præla-
tũ eccleſiæ quòd ille qui votũ ſolenne emiſit, deſiſtat ab eo
ad quod eſt cõſecratus: puta quòd ille qui eſt ſacerdos, nõ ſit
ſacerdos: licet poſsit ob aliquã cauſam exequutionem ordi-
nis inhibere. Et ſimili rõne papa nõ põt facere quòd ille qui
eſt profeſſus religionem nõ ſit religioſus: licet quidã Iuriſtę
ignorãter cõtrariũ dicãt. ¶ Eſt ergo cõſiderandũ vtrũ conti-
nentia ſit eſſentialiter annexa ei ad quod votũ ſolennizatur:
quia ſi nõ eſt ei eſſentialiter annexa, põt manere ſolennitas
cõſecrationis ſine debito cõtinentiæ: quod nõ põt cõtinge-
re, ſi ſit eſſentialiter annexa. nõ eſt aũt debitũ cõtinentiæ eſ-
ſentialiter annexũ ordini ſacro: ſed ex ſtatuto eccleſiæ. Vñ vi
detur quòd per eccleſiã poſsit diſpenſari in voto cõtinentiæ
ſolennizato per ſuſceptionem ordinis ſacri. Eſt aũt debitũ
cõtinentiæ eſſentiale ſtatui religionis, per quẽ hõ abrenũ-
tiat ſęculo totaliter Dei ſeruitio mãcipatus: quod nõ põt ſi-
mul ſtare cũ matrimonio, in quo incũbit neceſsitas ꝓcuran
dæ vxoris & prolis & familiæ, & rerũ, quę ad hoc requirunť.
Vñ apoſtolus dicit j. Corin. vij. quòd qui eſt cũ vxore, ſolici-
tus eſt quæ ſunt mũdi, q̃uo placeat vxori, & diuiſus eſt. Vnde
nomen monachi ab vnitate ſumiť per oppoſitũ ad diuiſionẽ
prædictã. Et ideo in voto ſolennizato per profeſsionem reli
gionis nõ põt per eccleſiã diſpenſari. Et rationẽ aſsignat de-
cretalis: quia caſtitas eſt annexa regulæ monachi. Hæc ille
in forma. Ex quibus patet quod in ꝓpoſito duo ꝓbat. Primò
ꝙ eccleſia de religioſo non poteſt facere nõ religioſũ: ſicut
nec gñaliter de bñdicto nõ benedictũ ſtãre re: Vt patet etiã
in rebus inanimatis: & per authoritatẽ Dei, Leuiti. Vlt. Scđò
ꝙ à monacho, & cõſequẽter à religioſo nõ poteſt eccleſia re
mouere cõtinẽtã diſpẽſando vt contraheret: quia iam non
eſſet vnus, ſed diuiſus. quod etiã ꝓbat authoritate decretalis
prędictę, ſcilicet cũ ad monaſteriũ. quod etiã ꝓbatur: quia à
religioſo, quãdiu eſt religioſus, ſeparari nõ poteſt id quo for
maliter ſit religioſus: ſicut ab albo albedo. Hmõi aũt eſt ꝓ-
feſsio, qua obligatur ad tria ſubſtãtialia religiõis: vt per c.
quod voto. §. præſenti. eo. tit. lib. vj. Ex his aũt patet ꝓpoſitũ
inſolubiliter: quia ſi eccleſia in hoc diſpenſaret, aut de reli-
gioſo faceret nõ religioſum, aut religioſum incõtinentem:
quorũ vtrũq; eſt incõpaſsibile. Et ad motiuũ Pet. de Pal. ꝙ
in omni voto intelligiť excepta authoritas papæ, dicit S. Th.
hoc nõ bene dici: quia quædã ſunt, in quibus hõ eſt ita liber
ſui ꝙ etiã cõtra præceptũ papæ põt illa facere, vt cõtinere,
& ſimilia. Ad motiuũ Richardi ꝙ nullũ eſt votũ quod non
poſsit in melius cõmutari: dico ꝙ verũ eſt: ſed hoc nõ ſuffi-
cit ad hoc ꝙ votũ ſit cõmutabile: ſed oportet ꝙ abſit dedica
tio ad cultũ Dei. Rñſiones etiã datæ ab aduerſarijs ad præ-
dictã decretalẽ, nihil valẽt. Nã Inn. dicit ꝙ ſummus ponti-
fex nõ põt indulgere vel licentiã dare: quia verbũ, licẽtia, in-
telligitur q̃n hoc facit ſine cauſa, id eſt, ſola volũtate. Quod
Pan. dicit notãdũ pro intellectu huius verbi, licentia, qđ non
refertur ad arbitriũ boni viri. Sed primò dico ꝙ Bar. expreſ-
ſe in l. alio. ff. de ali. le. dicit ꝙ cũ verbũ, licentia, veniat à ver-
bo, licet: debet intelligi nõ de nuda volũtate, ſed rõne regu
lata. & ſecũdò dico ꝙ tex. iſtã expoſitionem nõ patitur: quia
nec in minimo voto põt diſpenſare ſine cauſa rationabili.
Alij dicũt ꝙ nõ poteſt dare licentiã ſimpliciter nõ cõmutã-
do in aliud bonũ Deo acceptius. quod plus placet Pan. Sed
cõtra primò: quia eſto ꝙ poſsit eſſe aliquid melius religio-
ne religioſi vt bonũ cõe, tamen religioſo nihil poteſt impo
ni æquè bonũ vt religio: cũ omne votũ in hoc commutetur,
vt dicetur. Vnde ſi papa non poteſt in hoc diſpenſare non

poteſt etiam commutare. Secundò, quia omnis licentia data
à ſummo põtifice religioſo contra caſtitatem, eſt illicita, &
vltra eius poteſtatem data, vt patet in d. c. cùm ad monaſte-
rium. in verbis ſ. allegatis. Sed licentia quã daret in hoc voto
cõtrahendi nõ diſpenſando, ſed cõmutãdo, eſſet cõtra caſti-
tatem nõ obſtãte cõmutatiõe: quia per eã ſoluiť caſtitas: vñ
eſt impoſsibilis papæ. Alij, vt Ric. & Pet. de Pal. dicũt ꝙ non
põt religioſo quãdiu eſt religioſus dare talem licentiã: ſed
põt de religioſo facere nõ religioſum: & tũc dare. Sed cõtra
primò, quia ꝓbauit S. Tho. ꝙ de religioſo, quãdiu viuit, fieri
nõ põt irreligioſus. ſecũdò, quia ſemel dicatũ Deo, mutari nõ
põt, quin ſit dicatũ, vt patet Leui. vlti. Et præterea iſta rñſio
ſupponit vnũ falſum, ſcilicet ꝙ alio ſit quis religioſus, alio
obligatus ad cõtinentiã: cũ eodem formaliter ſit vtrũq;, ſcili
cet ꝓfeſsione: vt ex d. c. quod votũ. Quod aũt dicũt quidã ſe
vidiſſe papã ſic feciſſe de facto: dico primò ꝙ ſcđm aliquos
diſpenſauit cũ nouitio, non cũ profeſſo. Dico ſecũdò ꝙ diſpẽ
ſauit de plenitudine poteſtatis, nõ de iure, quo modo poteſt
intelligi opinio S. Tho. ſcđm gl. in d. c. cùm ad monaſteriũ.
Dico tertiò ꝙ ego etiã vidi pontificem facientem maiora
cũ ſcãdalo totius Chriſtianitatis. Vñ aliud eſt facere de fa-
cto, aliud determinare ꝙ ita poſsit fieri de iure: quod ſi face
ret papa vt papa, id eſt, vt caput vtens adiutorio membrorũ
conſultãdo factũ & faciendo quod in ſe eſt vt ſciat veritatẽ:
tali determinationi ſtãdũ eſſet neceſſariò. Quod aũt dictũ
eſt de voto continentiæ, dicendũ etiã videť de voto pauperta
tis, vt patet per dictã decretalem. ¶ † Sextò quęriť, quid iuris 6
de diſpenſatione & cõmutatione quantũ ad cauſam mouen-
tem ad diſpenſandũ vel diſpenſationem petendam? Et dico
duo. ¶ Primum. Secundum S. Tho. prælati nõ poſſunt in vo-
tis pro ſuo libito diſpenſare: quia ſicut prælatus non poteſt
præcipere malum: ita nec bonum impedire, ſcilicet opera vir
tutis: ſed ad eum ſpectat dijudicare quid ſit magis virtuo-
ſum. Et ideo in manifeſtis diſpenſatio prælati non excuſat à
culpa: puta ſi diſpenſaret cum aliquo ſuper voto de ingreſſu
religionis nulla apparente cauſa: ſed ſi eſſet cauſa apparens,
propter quam ſaltem in dubium verteretur, tunc poſſet ſta-
ri iudicio prælati diſpenſantis vel commutantis: non tamen
iudicio proprio, niſi eſſet aliquid manifeſtè illicitum: aut nõ
poſſet quis facilè ad ſuperiorem recurrere. Hæc tamen limi
ta, vt ſ. Diſpenſatio. §. iij. Quæ autem ſint cauſæ rationabi-
les diſpenſandi vel commutandi, videtur dicendum quòd ſe
cundum S. Th. cauſæ diſpenſandi ſunt tres; ſcilicet ſi id, quod
ſub voto cadit, ſit malum vel inutile vel maioris boni impe
ditiuum: cauſæ verò commutandi videntur eſſe impoſsibili-
tas exequendi ſeu incommoditas, quæ eſt impoſsibilitas iuri
dica, vt ſ. Potentia. vel maior vtilitas, dum ſcilicet ſit com-
mutatio in aliquid Deo gratius: ſicut ſi expenſæ peregrina-
tionis mutentur tempore famis in pauperum ſuſtentatio-
nem: quod probari poteſt per tex. in c. ex multa. eo. tit. circa
fin. vbi innuitur, vota poſſe commutari vel redimi ſi neceſsi
tas exigit, vel vtilitas ſuadet: & in his bonus vir arbitrabitur.
argu. ibidem. ¶ † Septimò quæritur, quid de diſpenſatione & 7
commutatione quantum ad ipſa vota commutabilia? Et di-
co multa. ¶ Primum. Licet non omne votum ſit diſpenſabile
propriè, quia ſcilicet non omne votum eſt de malo vel inuti-
li vel impeditiuo maioris boni: omne tamen votum eſt com
mutabile in aliud opus pietatis, ſecundum communem do-
ctrinam ſanctorum, vt patet in cap. magnæ. §. cùm igitur. de
voto. Quod tamen fallit in voto, quo aliquid per conſecra-
tionem aut benedictionem actu dicatur Deo: vt ſ. §. v. ¶ Se-
cundum. In diſpenſatione & commutatione votorum requi-
ritur ſuperioris authoritas: nec poteſt quis propria au-
thoritate



thoritate votum ſuum in melius commutare. eo. ti. c. j. & ff.
ſi cer. pet. l. ij. Inſt. quib. mo. tol. obli. vbi non liberatur ſoluẽs
rem meliorem, niſi ſoluat quod debet. Quod tamen limita,
primò niſi commutetur in votum religionis: vt j. parti. iij. Li
mitat ſecundò Sum. Ang. niſi ſit certum quòd illud, in quod
mutatur, ſit melius & Deo acceptius: quia tũc ſufficit pete-
re licentiam, licet nõ obtineatur. Allegat c. licet. eo. tit. & c.
peruenit. el ij. de iureiur. Sed ſcđm mentem S. Tho. qui vult
ꝙ in voto fiat diſpenſatio eo modo quo in aliqua lege, dicẽ
dum eſt quod licitum eſt ꝓpria authoritate venire cõtra vo
tum in caſu, in quo id, quod quis vouit, eſt manifeſtè illicitũ:
& nõ poteſt opportunè ad ſuperiorem recurrere: vt dicit ij.
ij. vbi ſ. ar. vl ad ſcđm. in fi. & per illicitum intelligit malum
inutile & impedimentum maioris boni: & ſic hoc eſt licitũ
vbi locum habet diſpenſatio: nõ autem vbi locum habet cõ
mutatio: quia votum ligat: & nullus põt ſoluere ſeipſum. Et
ſi dicatur quòd cõmutatio aliquãdo habet locum vbi occur
rit melius incõpoſsibile voto: dico quòd nõ: nec eo caſu vo
tum ligat: quia eſt melioris boni impeditiuum. Caput autẽ,
licet. quod Sum. Ange. allegat, nihil facit. c. autem, peruenit.
ſecundum expoſitionem Doc. eſt pro me: quia ibi dicitur ꝙ
propoſitum aut promiſſum nõ infringit, quia illud in me-
lius commutat: quia Doc. qui illud dictum intelligunt etiam
de promiſſo per votum, dicunt eſſe verum ſi accedit autho
ritas ſuperioris: vt Innoc vel ſi primum votum erat noxium
& illicitum: vt Io. And. & Gof. vel vbi maius bonum eſt incõ
poſsibile voto: vt do. Ant. & cõſequenter vbi eſt maioris bo
ni impeditiuum. Et ſic omnes expoſitiões ſecundum noſtrã
doctrinã ſunt. Nec expoſitioni Io. Andr. obſtat quod obijcit
Pan. quia melius præſupponit bonum: quia melius ibi põt
ſtare pro bono: ſicut peccator cõuerſus mores dicitur in me
lius cõmutaſſe. Qui verò intelligunt de promiſſo mediante
iuramento, dicunt, vt dicit Pan. nõ eſſe verum, ſi iuramentũ
concernit vtilitatem priuatam: quia requiritur authoritas
eius cui eſt præſtitum. ar. d. l. ij. nec ſi cõcernit honorem Dei,
niſi vbi illud melius eſt incompoſsibile iuramento: imò nec
tunc hoc Panorm. admittit indiſtinctè, ſed ſolùm ſi propria
authoritate mutetur in votum religionis: tamen dico cum
do. Anto. quòd tunc indiſtinctè poteſt: quia tunc iuramen
tum eſt maioris boni impeditiuum. ¶ Tertium. Secundum
Archiep. poſt Pet. de Pal. & S. Tho. authoritate iuris omnia
vota commutantur in votum religionis, etiam ſine diſpen-
ſatione: quia tanquam perfectum includit. Vnde qui voto
tenetur ad ingreſſum arctioris religionis, in qua tamen non
tenetur remanere, licitè vouet profeſsionem in laxiori: & pri
mum votum temporale includitur in ſecundo tanquam in
perpetuo. Hoc tamen Arch. poſt Pet. de Palu. limitat. Nam
quandiu aliquis eſt nouitius, excuſatur à voto perſonali, puta
ieiuniorum, & huiuſmodi: non autem à reali, puta de dando
eleemoſynam: imò per ſe debet ſoluere debita. Sed per pro
feſsionem qua cedit bonis, & mundo moritur, vota perſona
lia extinguuntur, & realia debita in monaſterium transfe-
runtur: quòd obligatur ſicut hæres, ſcilicet non vltra valo
rem bonorũ quæ recepit de illo, ſi fecit inuentarium: vel ſi
non fecit ex ignorantia iuris, ſcđm aliquos, ſicut nec quicũq;
alius hæres. Sed pro hoc no. quòd iſta ſunt vera in foro cõten
tioſo ſolùm: in cõſcientia autem nullus hæres tenetur vltra
vires hæreditatis. Fallit aũt quod dictum eſt de cõmutatio
ne in votũ religiõis, primò in voto, quo quis vouit aliquid
dare in ſubſidiũ terræ ſanctæ: quia nõ cõmutatur ſine licen
tia papæ, ſecundum Roden. ſcilicet quantum ad quantita-
tem: ſecus quantum ad laborem eundi aut mittendi, ſecun-
dum Veruec. ſed ſi votum fuit de peregrinando ſolùm ab-

ſolueretur per religionem. Secundò ſecundum Rich. quem
ſequitur Sum. Ang. & Roſ. quando is, qui profitetur, intendit
actu vel habitu velle remanere obligatus votis prius factis
quia indiget diſpenſatione. Sed ego dico quòd ſi iſta inten-
tionem habuit ante inſtãs ꝓfeſsionis, ipſo iure eſt abſolutus
vt videtur velle etiam S. Tho. Si verò eam habuit in ipſo in-
ſtanti vel poſt, illud votũ nõ eſt firmũ, nec obligat niſi eo mo
do quo de voto religioſi dictum eſt ſ. Votum. iij. §. iij. Tertiò
fallit ſecundũ Sum. Ang. in caſu quo probabiliter dubitaret
an melius eſſet ſeruare votum, aut religioſum intrare: vt ſi
rex magnus vouiſſet acquirere terram ſanctã: quia papa eſ-
ſet conſulendus. Sed hoc eſt verum de bene eſſe, nõ aũt ne-
ceſſariò: q̃a poteſt intrare authoritate iuris, per c. ſcripturę.
extra eo. ¶ Quartum. Votum factum Deo intuitu certę per-
ſonæ vel loci, puta de dando aliquid tali pauperi vel tali mo
naſterio, commutari non poteſt à vouente propria authori-
tate: licet perſona ſit malæ vitæ, vel eccleſia malè officiata,
quia quod ſemel placuit, amplius diſplicere nõ poteſt. de re.
iu. lib. vj. Sed vtrum cõmutare poſsit epiſcopus, ſunt opinio-
nes. Arch. tenet quòd nõ, niſi ex cauſa vrgente: puta quia ec-
cleſia eſt deſtructa, & huiuſmodi: quia iam ius eſt illi queſi-
tum, qđ auferri nõ debet. Et hoc ſequitur Ray. & Dur. in ſuis
ſummis. Bar. de Cay. & Sum. Ro. addens hoc probari in c. ex
parte. de cenſi. vbi vouens, cõpelli poteſt ad exequendum vo
tum. Et cõfirmatur ab alijs: quia ex quo eſt pia cauſa, ius quę
ſitum eſt, etiã abſenti, vt ibi no. & habetur in l. illud. C. de ſa
croſan. Ecc. Alij verò dicunt quòd tali loco vel perſonæ non
acquiritur ius, quaſi res deuota ſit iam ſua: quia nec eis, nec
aliquibus pro eis acceptantibus eſt facta pollicitatio, ſed ſo-
lùm Deo. Vnde ſi Deo ſatisfiat per commutationem in me-
lius, vel etiam in æquale, quando cauſa ſubeſt ex parte vouen
tis, liberatus eſt qui vouit, quia ſatisfecit ei cui promiſit: do-
nec tamen commutetur habet ius agendi, & agere poteſt is,
ad quem ventura erat res deuota, apud epiſcopum vel alium
ſuperiorem, vt compellat vouentem reddere. Et hoc etiam
non aliud vult d. c. ex parte. & d. l. illud. vt ſ. Votum. ij. §. xix.
& hoc ſequitur Veruec. & Sum. Ang. quæ vult quòd ex vo-
to non acquiratur actio (intellige realis) alicui niſi res ſit ei
data vel promiſſa. & hoc eſt verius. Vnde & ſi talis vouens, re
ligionem ingreditur, liberatus eſt: & à fortiori liberatur ſi re
ligionem ingreditur, vel ſi res erat deuota pauperibus in ge
nere, ſecundum Veruec. Secus ſi non ex voto ſolùm Deo fa
cto, ſed ex aliquo alio reſpectu ſe homini obligaſſet: quia
nec per religionis ingreſſum, nec per diſpenſationem ſupe-
rioris liberaretur, niſi vt dixi ſ. Papa. §. xiij. ¶ Quintũ. Qui nõ
vouit, ſed tamen patri vel alteri promiſit votum eius imple-
re, poteſt in religionis ingreſſum permutare: quia non plus
tenetur ad voti impletionem qui hoc promiſit homini, quã
qui promiſit Deo. ¶ Sextum. Qui vouit vnum filium ſuum
determinatè tradere religioni, non poteſt ſine authoritate
ſuperioris alium mutare, ſecundum Petr. de Pal. nec ſimili-
ter ſi vouit ipſe intrare aut adire terram ſanctam, ſecundum
S. Tho. non poteſt alium ſupponere loco ſui. intellige ſine li
centia papæ. ¶ Septimum. Votum de feſtando ſabbato fa-
ctum ſuperſtitiosè, innitendo ſcilicet literæ veteris Teſta-
menti. non tenet: factum verò ex reuerentia beatæ Virginis,
ſi haberet inducere iudaizationem vel ſpeciem eius: vt quia
qui vouit cohabitat Iudæis, eſſet omnino commutandũ: quia
etiam à ſpecie mali abſtinendum eſt, primæ Theſſalonic.
quinto. aliàs ſeruari poteſt. ¶ Octauum. Si per confeſſorem
impoſitum eſt alicui in præſentia adire terram ſanctam: Pa
nor. in c. quod ſuper his. eo. tit. de mente Io. Andr. dicit quòd
ſi talis pœnitentia fuit iniuncta pro ſubſidio terræ ſan-

ctæ,ſolus papa commutat. Si verò pro labore itinerandi,e-
tiam ſolus papa commutat, ſi illa emiſit votum : ſi verò ſo-
lùm aſſumpſit ſignum peregrinationis,diſpenſabit inferior.
Adde ſecundum Ludo.de Ro.in ſuis ſingu.quòd ſi papa im-
ponit pœnitentiam alicui tranſmutando votum , epiſcopus
poteſt illam pœnitentiam commutare & alterare . de quo
eſt gl.in c.tempora plenitudinis.xxvj.q.vij.& ſecundum eun
3 dem Lud.eſt tex.in l.ſi quis libellos.C.de appel . ¶†Octauò
quæritur, quid iuris de ipſa diſpenſatione & commutatione
votorum in ſe? Et dico multa.¶ Primum. Secundum archie.
poſt Petr.de Palu.in diſpenſando requiritur forma expreſſa
vel tacita,ſcilicet quòd intendat quis diſpenſare.quod ſecun
dum Canoniſtas poteſt papa , qui iuri non ſubditur : non
autem epiſcopus,niſi exprimat. de conceſ. præb. literas.ſed
verius,inquit, eſt quòd in omnibus , in quibus prælatis non
eſt taxatus modus cum formula diſpenſandi , eo ipſo quòd
diſpenſant quod faciunt effectum animo diſpenſandi : vel
ſciunt & non contradicunt,quando facilè & liberè contradi-
cere poſſent.¶Secundum ad hoc quòd diſpenſatio ſit legiti
ma,ſecundum Inno.in rub.de obſer.ieiunij.& Arch.in c.preſ
byter.diſt.xxviij.duo requiruntur, ſcilicet cauſa legitima in
vouente,& quòd id,in quod votum commutatur, melius ſit
& Deo acceptius.Et hoc videtur velle cap.primum.eo.tit.&
ſequitur Pet.de Pal.Sed vt Panor. egregiè & ſubtiliter not.
in c.j.per tex.in c.ex multa.eo.ti.commutare in melius tunc
eſt neceſſe , quando ſola vtilitas mouet ad commutandum:
quia ſcilicet ex parte vouentis non eſt cauſa,niſi voluntas:ſe
cus vbi eſt neceſsitas,id eſt , impotentia vel incommoditas:
quia ſufficit commutare in ſimile.arg.c.magnæ. eod.titu.&
quod legitur &no.in c.j.de rerum permu.in ſimili.imò Sum.
Ang.notans Pan.dicit ſe credere quòd ſufficit ſi mutetur in
æquale,& ſi non in ſimile.Sed Pan . per ſimile intellexit æ-
quale:imò ipſamet Sum. in verbo Votum.iij.§.xxvj.in fine,
tenet contra Rodo.quòd ſufficit commutare in minus quod
aliquo iure non probatur,nec bene dicitur : quia vt dicit S.
Tho.commutatio eſt quidam contractus,in quo prelatus ſe
habet vice Dei. Ex quo ſequitur quòd oportet ibi eſſe æqua
litatem . quod tamen non oportet ſcrupuloſè accipere , ſed
ſufficit arbitrium boni viri,ceſſante fraude & lata culpa.

## Rurſus De Voto. V. inquantum ſpecialiter ſpectat ad coniuges.

1 *Votum coniugum qualiter fiat.*
2 *Vxor abſtinẽtiã abſque viri licẽtia & aſſẽſu vouere nõ põt*
3 *Maritus an & quando abſtinentiæ votum vxori non præiudiciale poſſit emittere.*
4 *Vota continentiæ in coniugibus quando liceant.*
5 *Maritus continẽtiã,quod ad debiti redditionẽ attinet,cõtra coniugis aſſenſum vouere nequit.*
6 *Vota coniugum quo ad religionem quando liceant.*
*Coniuges fornicarij non intrant religionem,alter ſine altero.*
7 *Filium an poſſit alter parentum deuouere religioni.*

VOTVM quintò conſiderari poteſt ſpecialiter , in-
quantum ſpectat ad coniuges : præter ea quæ dicta
ſunt ſuprà Votum.iiij.§. ij.quantum ad irritationem.
3 ¶†Primò ergo quæritur,quid iuris de votis coniugum quæ
non ſunt de continentia vel religione? Et dico quòd neq; vir
neq; vxor poteſt facere votum præiudiciale alteri quantum
ad debitum coniugale:quia quantum ad hoc ſunt pares , vt
2 in c.gaudemus.de diuor.† Vnde cùm vxor abſtinentiam ſine
viri conſenſu vouere non poſsit.xxxiij.q.v.manifeſtum. &.c.
noluit.ſimiliter nec vir poterit ſine conſenſu vxoris , ſecun-
dum Inno.& hoc pro regula tenendum eſt, ſicut & videtur
velle glo.in d.cap.manifeſtum . quòd vxor vouere poteſt ea
quæ non ſunt in præiudicium viri,ſicut & econtrario:& quic
quid poteſt dare ſine viri conſenſu,poteſt vouere : vt de his,
de quibus poteſt eleemoſynam facere,niſi impediat ſcanda-
lum quod non ſit phariſaicum.Fallit quod dictum eſt ſecun
dum Rayn.Inno.Hoſt.& omnes in voto ſubſidij terræ ſan-
ctæ,quod vir facere poteſt ſine conſenſu vxoris , de voto.ex
multa.licet ſecundum beatum Tho.& Alb.non ſit conſulen
dum viro vt crucem accipiat,ſi vxor non poteſt eum ſequi,&
de incontinentia timeatur. Vxor etiam ſecundum Hoſt.po-
teſt inuito marito votum prædictum emittere: ſed ſi eſt ſu-
ſpecta vel nimis iuuenis,redimet illud : aliàs ibit ſi talis eſt
quæ ſecum poſsit ducere bellatores:aliàs omnino redimet.
d.c.ex multa.in fi.Sed S.Tho.dicit quòd vxor hoc non poteſt
ſine licentia:quia non poteſt ſic diſcurrere ſine periculo ca-
ſtitatis:nec hoc dicit illud c.ex multa. Fallit etiam ſecũdum
Arc.&,vt videtur,beatum Tho.in modica peregrinatione e-
tiam ſine voto propter domum diſponendam,vel domiciliũ
aliò transferendum : quia hoc vir poteſt facere ſine licentia
vxoris,ſecundum S.Tho.in diſpoſitione domus & regimine
vitæ mulier eſt ſubiecta viro,& non econtrario . Quod au-
tem dicit Pan.in c.ſcripturæ.eo.tit.& ſequitur Sum. Roſel.
contra Ang .†quòd vir poteſt emittere aliquod votum ab- 3
ſtinentiæ non præiudiciale,vxor autem nullum ſine conſen
ſu viri : non eſt verum : quia non eſt vxor ſub viro eo modo
quo filius impubes ſub parentibus,quorum ſcilicet voluntas
eſt filij . Ex quibus patet quòd vir ſine conſenſu vxoris aut
vxor ſine conſenſu mariti habitum mutare non poteſt:puta
ſuſcipiendo habitum tertij ordinis alicuius religionis : quia
hoc eſt præiudiciale:cùm aliqñ generet horrorem.¶†Secũ 4
dò quæritur,quid iuris de voto coniugum quantum ad con
tinentiam,quando hoc votum ſequitur matrimonium.nam
qñ precedit,vide ſ.Matrimonium.vij.§.v.Et dico ſecundum
Ray.& Alb.quòd quantum ad hoc vir & vxor ad paria iudi-
cantur.xxxij.q.j.ſi quis. Poteſt autem hoc votum tripliciter
fieri. Primò,vno vouente ſine alterius licentia. Secundò,vno
vouente cum alterius licentia. Tertiò,vtroq; vouente de cõ
muni conſenſu . Quando fit primo modo ſi erant ſponſalia
tantùm,dic vt ſ.Sponſalia.§.vij. Si verò erat matrimonium
ratum , ſcilicet per verba de præſenti , ſed non conſumma-
tum,ſecundum Pet.qui vouit , tenetur ingredi religionem,
& matrimonium ſoluitur per ingreſſum. de quo ſuprà , Di-
uortium.Si verò erat conſummatum , non poteſt vnus eo-
rum vouere vel intrare religionem inuito alio, niſi ob forni
cationem notoriam.de quo ſuprà , Diuortium . †Non po- 5
teſt etiam vouere continentiam quantum ad redditionem
debiti,ſecundum omnes : quia vouere non poteſt alienum:
quantum verò ad exactionem,ſunt opiniones.Nam,vt dicit
S.Tho.in iiij.diſtin.xxxij.quidam dicunt quòd vnus hoc po-
teſt vouere ſine conſenſu alterius : quia in hoc quilibet eſt
ſui iuris.quod Rich.dicit eſſe communius & tutius:& videtur
conſentire Pet.de Pal.dicens tamen nulli hoc eſſe conſulen
dum.Quidam verò,inquit,S.Tho. probabilius dicunt quòd
non poteſt,quia nimis oneroſum fieret matrimonium alte-
ri, quem ſemper oporteret ſubire verecundiam in petendo
debitum.Et hanc opinionem ſequitur Albe.& Dur.& Io.de
Nea.dicens hanc eſſe probabiliorem . Et ſecundum iſtos in
tali voto non ſolùm poteſt epiſcopus diſpenſare : vt apertè
trahi poteſt ex his quæ dicit Io.And.in nouel. in cap.rurſus.
qui clerici.vel vo.ſed etiam alter coniugum poteſt irritare.
Vtraq; opinio eſt vera fundata in hoc principio quòd con-
iunx in vouendo non poteſt alteri præiudicare. vnde ſi iſtud
votum ſit de non petendo abſolutè, non valet : quia præiu-
dicat:



dicat:ſi verò ſit de non petendo ratione ſui, ſed tantùm ra-
tione ſocij,tenet:quia non præiudicat. Vnde ſi vouet ſe non
coiturum,niſi ad cõplacendum cõiugi,eſt licitum. Quando
autem fit ſecundo modo quantum ad votum ſolenne profeſ
ſione,vide ſuprà,Diuortiũ. §.xvj.quantũ verò ad ſolennẽ ſu-
ſceptionẽ ordinis ſacri,vide ſuprà,Matrimonium.viij.§.xvij.
quantum verò ad votũ ſimplex,dicit Pet.de Pal . quòd ſicut
vir licentians vxorem ad votum abſtinẽtiæ,poſſet poſtea re
uocare,licet cum peccato ſine iuſta cauſa,& mulier tenere-
tur obedire:ita & ad ſimplex votũ caſtitatis licẽtiam poteſt
reuocare.ſed non eſt ſimile:quinimo inter iſta diſtinguit gl.
in c.manifeſtum.xxxiij.q.v.Et ratio eſt,quia votum abſtinen
tiæ poteſt pertinere ad gubernationem familię aliquo mo-
do,nõ autẽ continentiæ.Vnde S.Tho.& Io.de Neap. dicunt
quòd non poteſt reuocare votum continentiæ in quod con-
ſenſit:imò nec petenti reddere ſine mortali,quia,vt dicit Io.
de Nea.cooperaretur ei in crimine mortali.arg.xxxiij. q. v.
continẽtiæ.quod Pet.limitat ſi cõſenſit in faciẽ eccleſiæ.ſed
malè,quia votum fit Deo occulta cernẽti.Malè etiã probat
Pan.in c.chariſsimus.de conuer.coniu.quòd poſsit licentiãs
reuocare votũ continẽtiæ ſicut & abſtinentiæ,per hoc quòd
continentia eſt abſtinentia:quia nõ eſt verum propriè. eſt ta
men verum quod dicit Pet.quòd ſi vir ad tempus diſsimulat
votum vxoris,& poſtea contradicit,illa non tenetur imple-
re.Secundũ Inn: autem & omnes dans licentiam vouendi, ſi
ipſe non voueat,exigere nõ prohibetur.de conuer.coniu.c.j.
licet reddere nequeat exigenti,vt dictum eſt. Quando autẽ
fit tertio modo quantum ad vota ſolennia,dic vt ſuprà,Ma-
trimoniũ.viij.§.xij.& ſuprà,Diuortiũ.§.xvj.Quantũ verò ad
ſimplex,dic quòd nullus eorũ poteſt exigere vel reddere:ſed
eſt mortale.Et ſi vnus frangeret votũ,puta fornicando,alter
nihilo minus ſeruare tenetur.xxxiij.q.v.quod Deo.Sed vbi eſ
ſet periculum incõtinentiæ,eſſet diſpenſatio quærenda,quã
ſecundum Veruec.poſſet epiſcopus facere. quod verum eſt
6 eo modo quo dictũ eſt ſ. Diſpẽſatio. §.ix. ¶† Tertiò quæri-
tur,quid iuris de voto coniugum quantum ad religionem?
Et dico de hoc eſſe dictum ſuprà Diuortium. §.xvj.& Matri
monium.viij.§.xij.& Matrimoniũ.vij.§.v.vlterius dico quæ-
dam.¶ Primũ.Si coniugi dicenti ſe ante carnalem copulam
velle religionem intrare epiſcopus,vt debet,terminũ ad in-
grediendũ præfixerit,& ille eo lapſo ingrediatur:nihilo mi-
nus,ſecundũ Ray.valebit ingreſſus, ſi copula non præceſsit.
ar.de conuer.coiu.ex publico.Et ſecundũ Hoſt.relictus in ſe
culo expectabit nubere per annum.¶Secundum.Si coniunx
extorqueat licentiam intrandi vi aut metu iuſto:ſecundum
Hoſt.nihil nocet licentianti. xxxiij. q. v.notificaſti.niſi fortè
per tempus ratificet:extra qui cle.vel vo.inſinuãte.Et idem
ſi interuenit dolus,ſecundũ Veruec.Gofr.& Hoſt. ¶Tertiũ.
Si vxor,ſine cuius licentia vir religionẽ intrauit,vult ingre-
di,& maritus cõtradicit,ſecũdũ Ray. ſi vir iam eductus eſt
de monaſterio,& reſtitutus vxori,illa eo inuito ingredi non
poteſt.xxxiij.quæſtio.v.quod Deo.Si verò nõ eſt eductus,ſe-
cundum Inno.ingredi poteſt mulier,ſi in ingreſſu viri conti
nentiam vouerat.xxvij.q.ij.Agathoſa.Si verò non vouit,non
poteſt ingredi inuito viro, & ingreſſa poteſt educi.ar.d.cap.
quod Deo.ſed nõ poteſt debitũ exigere:vt in d.c.quod Deo.
de cõuer.coniu.c.j.Sed intellige quòd nõ poteſt petere ſi ta-
citè vel expreſſe eſt profeſſa,aut vouit.ſed ſecundũ Ray.etiã
ſi nõ vouit,poteſt intrare inuito viro.dicto cap.Agathoſa.&
xxxiij.quæſt.v.qui vxorem, & concord.Pet.Hoſt.& Gofr.&
verum eſt,ſi vir erat profeſſus,aut vouerat. ar.d. cap. quod
Deo . non aliter . ¶Quartum. Si ambo coniuges fornicati
ſunt, non poteſt alter altero inuito religionem intrare, ſe-
cundum Veruec.ſicut & not.Hug.in d.c: Agathoſa. & ſi in-
trauerit,reuocari poteſt,ſecundũ eoſdem.& idem Pan.in d.
cap.ſignificaſti.de diuor.& ſic adulteria coniugum pari cõ-
penſatione tolluntur,licet differant qualitate : vt quia vnius
eſt notoriũ,alterius occultũ.¶ Quintum.Si vterq; nõ petita
licentia ab alio religionẽ intrauit,ſecũdũ Veruec.ſe inui-
cem repetere nõ poterunt:quia neuter poteſt dicere ab alia
ſe ſpoliatũ:ſed vterq; intrãdo videtur renuntiaſſe iuri quod
habebat,& iuri exigendi debitũ: ideoq; tenuit votũ vtriuſq;
quo ad exigere & reddere,vt non poſsit exigere , nec redde
re teneantur.Sed intellige ſi profeſsi ſunt aut vouerũt.¶ Sex
tum.Si vterq; credens alterũ mortuum intrauit , ſecundum
Inno.amborum votum ratificatũ eſt profeſsione volũtaria
ſi eſt ſequuta:ſed ſi non eſt ſequuta non ſuccedit obligatio.
Et ita intelligitur dictũ Veruec.qui videtur oppoſitũ ſentire.
¶†Quartò quæritur,quid ſi alter coniugum deuouit filium 7
religioni? Et dicit Petrus de Pal . quòd ſi pater vouit filium
aut filiam ablactatos, poteſt & debet offerre monaſterio,
etiam matre inuita:ſed ſi erat in vtero vel ſub lacte , quia
partus eſt pars viſcerum:& cùm eſt ſub lacte, magis eſt ſub
cura matris:non poteſt voueri cum effectu à ſolo patre,quin
etiam mater poſsit votum irritare.

## De vſucapione.

1 *Vſucapio quid,& quæ ad eam requirantur.*
2 *Vſucapi quæ poſsint,& quis poſsit vſucapere.*
3 *Vſucapere quilibet poteſt,qui licitè poteſt poſſidere,veluti paterfamilias,filius etiam in peculio & etiam pupillus.*
4 *Tituli dominium transferentes qui ſint.*

VSVCAPIO eſt acquiſitio dominij per continuatio-
nem poſſeſsionis tempore lege diffiniti.ff.eodem.l.ij.
quod tempus eſt triennium.Inſtitut.eod.in princ.& not. Io.
xxvj.q.iij.in Sum.Et inducta eſt vſucapio pro vtilitate publi
ca:ne rerum dominia ſint incerta.ff.eod.l.j.Inſtitu. eod.§.j.
& vt finis litibus imponatur.ff.pro ſuo.l. fina. ¶Huius effe-
ctus eſt ſecundũ omnes vt rei vſucaptæ dominium directũ
acquiratur.C.de pact.l.traditionibus.ff.de vſucap.l.j.& iij.ff.
pro ſuo.l.fina.Et locum habet in conſcientia eo modo quo
præſcriptio.de quo ſ.¶†Primò autem quæritur,quæ requi- 1
runtur ad vſucapionem? Et dico quòd quatuor.¶ Primò bo-
na fides nedum in vſucapiente toto tempore vſucapionis:
ſed etiã in principio cõtractus ex parte tradentis & accipien
tis.ar.ff.pro emp.l.ij §.ſi eam.vbi not.quòd ignorantia iuris
nõ excuſat,vt quis ſit bonæ fidei.ff.de vſucap.l.nunquã.¶ Se
cundò quòd res ſit mobilis:quia circa res immobiles eſt præ
ſcriptio.¶ Tertiò quòd res tradatur vel quaſi : aliter poſſeſ-
ſio nõ haberetur ſine traditione,vel quaſi.C.de pact.l.tradi.
Inſtit.de rerum diui.§.per traditionem.vel alio modo poſsi
deatur tempore debito,id eſt triennio.¶ Quartò titulus ve-
rus,non putatiuus nec falſus.ff.pro leg.l.ij.& iij.C.de vſucap.
pro hære.l.fi.& ibi Azo.Qui autẽ ſint veri tituli,infrà §.vlt.
¶† Secundò quæritur,quæ poſsint vſucapi? Et dico ꝙ oĩa 2
exceptis quæ prohibẽtur,vt res furtiuæ & vi poſſeſſę: vt no.
glo in ſum.xvj.quæſt.iij.& res ſacra & religioſa:& liber ho-
mo,& decima,de præſcript.cauſam quæ,& ſeruus fugitiuus.
Probantur hæc Inſtitu.eo.§.ſed aliquãdo.& §.ſeq Et via pu
blica,& aquæductus.ff.eod.l.vſucapionem . C. de aquæduc.
l.diligenter.lib.xj.ff.de via pub.l.viam publicam . Item vbi
cunque prohibetur alienatio,& vſucapio regulariter prohi-
betur.ff.de fun.do.l.ſi fundo. ff.de verborum ſignificatio .l.
alienationis.¶†Tertiò quęritur,quis poteſt vſucapere? Et di 3
co ꝙ oĩs qui põt licitè poſsidere,vt paterfamiliàs,& filiuſ-
familiàs in peculio,pupillus ſi habet animum poſsidẽdi,licet

non interueniat authoritas tutoris,& furioſus ſi ſanę mentis
vſucapere cœpit:incipere autē non poteſt durāte furore.ff.
eo.l.iij.§.j.ij.& iij.Seruus autē vſucapere nō poteſt:quia nihil
poteſt poſsidere.l.Labeo.ff.eo l.j.§.itē acquirimus.ff.de ac-
qui.poſ.niſi peculiariter ex ſcientia domini poſsideret : vt in
4 dictis legibus.¶†Quartò quæritur, qui ſunt tituli dominiū
trāſferentes?Et dico quòd ſunt decē. ¶Primus eſt titulus ꝑ
ſoluto:qui locum habet quando ego credo me tibi debere
centum ex quacūq; cauſa:& tu idem credis: & ſoluo vel ali
quid do loco ſolutionis:& ſic iuſtus error dat cauſam pręſcri
bendi:quod tamē fallit quādo aliquid ſoluitur cauſa emptio
nis quæ nō præceſsit.ff.pro emp.l.ij.reſpō.ij.ff.pro ſolu.l.pe.
¶Secundus,pro emptore,qui locum habet cū quis in verita-
te emit rē alienā,vel à furioſo bona fide, quē credebat ſanæ
mētis.ff.eod.l.pignori.§.j.& ff.pro emp.l.ij.§.ſi à pupillo. &
in iſto,vt dixit,requiritur bona fides in rebus mobilibus tam
tradentis quàm accipiētis.Item quòd emptio ſit pura nō cō
ditionalis.ff.pro empto.l.ij.§.ſi ſub cōditione.Itē quòd pre
tiū ſoluatur,vel fides habeatur de pretio,quia aliter nō trāſ
ferretur dominiū.Inſti.de re.di.§.vēditæ. Item quòd eadem
res quæ eſt empta tradatur, quia ſi daretur alia,nō vſucape-
ret pro emptore.l.ij.§.cum Stichū.ff. pro empto. ¶Tertius,
pro trānſacto:qui habet locum in re tradita vt à litę receda-
tur ab eo qui credebatur dominus.C.pro tranſlato.l.ex cau
ſa.C.de tranſac.l. ſi pro fundo.¶Quartus,pro hęrede qui ha
bet locū vbi quis eſt verus hæres,vel ſaltē iuſtè & probabili-
ter hoc putat. Nō tamē habet locum in ſuis hæredibus:quia
quodā modo cū viuēte hæreditariarū rerū domini æſtiman
tur.l.ij.§.fi.ff.pro hęred.C.pro hęre.l.nihil ꝑ hęre.ſed in ex-
traneis hæredibus diſtingue,ꝙ aut res eſt vitioſa,puta furti-
ua aut vi poſſeſſa,vel res fiſci:quę nullo tēpore pręſcribi pōt.
C.cōmun.de vſucap.l.iam pridē. vel res pupilli vel res data
præſidi.cōtra l.Iul.repetundarū.ff.de acquir.rerū domi.l.bo
nę fidei.& ſic hæres generalis vel ſucceſſor ſpecialis rei alicu
ius præſcribere nō pōt.ff.de publi.l.ſed & hi.§. actionē hāc.
de quo vide ſuprà,Præſcriptio.j.§.viij.Si verò res non eſt vi
tioſa:ſic dic vt ſ.Præſcriptio.ij.¶Quintus,pro damnato, qui
habet locum cùm in vero non in opinione aliquid eſt dona-
tum bona fide.C.pro donato.l. vlti.& quod donatio teneat:
quia ſi pater donat filio & decedat,non vſucapiet pro dona-
to filius:quia donatio non valuit ratione patrię poteſtatis.ff.
pro dona.l.j.§.j.ff.pro hærede .l.ij.§.filium.licet etiam rem
alienam quis donare non poſsit,quo ad hoc vt dominiū trāſ
feratur in præiudiciū veri domini:quia quod quis nō habet,
transferre nō poteſt.C.de donation.l.ſi filius . valet tamē vt
vſucapiatur.ff.de donat.l.ſi is qui alienā. & l.fi.& de iure pa-
tronatus.c.cura paſtoralis ¶Sextus,pro derelicto,qui habet
locum in ea re quæ credebatur à domino derelicta , & alius
poſsidere incœpit,quanuis ignoret à quo ſit derelicta.ff pro
dereli.l.ſi id quod pro derelicto.¶Septimus,pro legato, qui
locum habet cùm alicui res legatur aliena bona fide.ff. pro
lega.l.pro legato.la j.Et quanuis legatū ademptū ſit,tamen
vſucapio currit.dicta l.pro legato.& l.vlti.dūmodo probabi
lis error excuſet:puta credit teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis,
cùm tamen foret furioſus : vel ignorat legatū per codicillū
ademptum eſſe. ¶Octauus,pro dote, qui habet locum cùm
res aliena pro dote bona fide datur.l.vltim.ff.pro dote.¶No
nus,pro ſuo,qui habet locum cùm quis poſsidet rem, quam
credit ſuam aliquo iniuſto titulo.ff.pro ſuo.l.j.& vlti. ¶De-
cimus,pro iudicato,qui locum habet cùm res eſt iudicata, à
qua non eſt appellatum ſpatio decem dierum : quæ vſucapi-
tur:quia tranſit in rem iudicatam.ij. quæſtio.vj.anteriorum.
¶In vſucapione igitur requiritur aliquis de iſtis titulis , &
bona fides,& quòd res non ſit vitioſa, vt dictum eſt.

## De Vſura.j.quid , & vbi ſit in genere.

1 *Vſura quid,& an ſola ſpes lucri ex mutuo faciat vſurarium.*
2 *Mutuans an poſsit naturalem obligationem antidoræ ad ſibi remutuandum deducere in pactum.*
3 *Vſura an ſit mutuare vt aliquid detur pauperibus.*
4 *Vſura an ſit expectare munus à lingua vel obſequio,aut conſolationem amicitiæ.nu.5.*
6 *Vſura an ſit,cum pars pecuniæ numeratur , & alia datur in merce aliqua.*
7 *Vſura an ſit mutuare,vt eas ad meū molendinum vel ſcholas.*
8 *Vſura an ſit mutuare ruſtico,vt tuam poſſeſsionem colat.*
9 *Vſura an ſit mutuare communitati ad vitandum collectas.*
10 *Vſura an ſit mutuare,vt fiat noua obligatio veteris debiti.*
11 *Vſura an ſit mutuare inimico,vt ceſſet ab actione iniuriarum vel expenſis.*
12 *Vſura an ſit concedere pecuniam in ſacculo ad oſtentationem.*
13 *Vſura an ſit dare decem vlnas panni pro alijs decem in futuro dandis.*
14 *Vſura an ſit tradere pecuniam pro pecunia ſimili,vel granū pro grano & nu.15.*
16 *Vſura an ſit tradere frumētum tempore cariſtiæ, vt pretium ſoluatur in frumento tempore vilis pretij.& nu.17.*
18 *Vſura an ſit mutuare domino,vt habeas officium.*
19 *Intereſſe aliquod an liceat accipere ex mutuo.*
20 *Vſuram an committat qui pecuniam acceptā ſub vſura dat alteri,vt reſtituat priori.*
21 *Vendere quando liceat carius,quàm valeant.*
22 *Vſura an ſit,ſi ad inſtantiam tui ceſſaui emere vel aliquid lucrari,vt tibi pecuniam mutuo darem ſub certo lucro. & n.23.*
24 *Vſura an ſit,ſi communitas vel officiales accipiunt pecunias pupillorum,& dant quinque pro centum.*
25 *Vſura an ſit aliquid accipere ob prolongationem termini.*
26 *Vſurarius an ſit cenſendus,qui gratia moræ aliquid accipit vltra principale.& nu.27.*
28 *Vſuras an liceat accipere ratione pœnæ appoſitæ.*
29 *Tutor an ſoluat quinque pro centum,ſi non eſt negotiatus.*
30 *Vſurarium an ſit ſtatutum,quòd creditor miſſus in poſſeſsionem lucretur fructus.*
31 *Intereſſe an debeat , qui pecuniam alterius debebat collocare in prædia.*
32 *Vſura an ſit accipere ratione laboris in mutuando.*
33 *Vſura quibus alijs modis committatur.& nu.ſeq.*

VSVRA ab vſu ſeu actu vtendi dicta eſt ſecundum
grāmaticos:ſicut & raſura ab actu radendi:& ſecun-
dum etymologiā vocabuli dicitur quaſi vſus æris. &
ſecundum S.Tho.in quodam opuſculo,ſi tamē eſt eius, pri-
mò ſignificat rem acquiſitam rei alicuius vſu:ſed,vt ſonat in
malū,importat rem acquiſitā vſu rei,quæ ipſo ſuo principa
li vſu diſtrahitur,vt pecunia:vel omnino cōſumitur:vt vinū,
& granū.¶Declarare autem quid ſit vſura,& dubia circa illā
incidentia,ſecundum petrum de Ancha.in quadam quæſtio-
ne diſputata pertinet magis ad canonicos & Iuriſtas,ſed ma
lè probat. Sanctus Tho.autem in quolib. & dominus Anto.
de But.magnus Canoniſta probant quo ad Theologos:quia
eſt contra ius diuinum.tamen opinio Petri eſt vera quātum
ad pœnas ſtatutas per leges humanas cōtra vſurarios. ¶Igi-
tur vſura ſecundum mentem Sancti Tho.ij.ij.quæſt.lxxviij.
ar.j.& mal.quæſtio.iij.arti.iiij.& quolib.iij.arti.ix.& Thomi
ſtarum,ſic poteſt diffiniri:Vſura eſt lucrum accedens ex mu
tuo,pacto, vel intētione principali.¶Pro quo aduerte ꝙ lu-
crum dicit omne crementum vltra mutuum , & intereſſe
quod pecunia menſurari poteſt : non autem id quod accipi-
tur vt intereſſe.¶Mutuum verò non habet locum niſi in re-
bus,quæ ſuo vſu diſtrahuntur,vel omnino conſumunẗ.quod
intellige per ſe,ſiue vt ſic:quia res aliqñ habet vſum princi-
palem & ſecūdariū,ſicut principalis vſus pecuniæ eſt diſtra-
ctio,ſecūdarius verò pōpa & oſtentatio diuitiarū, vel etiam
permutatio : & ecōtrario principalis vſus veſtis eſt veſtitio,
ſecūdarius aūt eſt venditio aut permutatio.Vñ ſi tractaẗ pe-
cunia alicui ad vſum quo nō diſtrahiẗ,puta ad oſtentationē,
nō erit mutuata,ſed locata . ¶Intentio verò principalis eſt,
qua quis maximè moueẗ ad mutuandū,ſiue ſine qua mutuū
nō fieret:ſicut in mutuāte partim ex bñuolentia, partim ex
ſpe lucri:principalis intētio eſt lucrū, ſi eo ceſſante nō mu-
tuaret: & ſcđaria beneuolentia : & ecōtrario principalis eſt
beneuolētia,ſi ea ceſſante nō mutuaret:& lucrū eſt ſcđaria.
Principalis aūt intentio lucri eſt quæ facit vſurā,nō ſcđaria:
ſicut & in ſimonia.di.lj.quid ꝓderit.in gl.& diſ.lix.ſi officia.
Et ſic intellige & accipe intentionem in c.j.xiiij.q.iij. & hoc
etiā ſi intētio principalis ſi adueniat poſt mutuū iā recta in-
tentiōe factū,ſcđm Arch.arg.j.q.j.vulnerato.¶Ex his paucis
patēt primò omniū aliorū diffinitiōes. Etem vſura ſecundū
Ray.cui cōcordat Inno. extra eo.c.j.lucrū eſt mutuo pacto
debitū vel exactū, vbi nomine pacti veniret intentio princi-
palis,id eſt,ſine qua nō, quæ eſt pactū quodā modo implici-
tum.Scđm Gof. verò eſt quicquid ſorti accedit intentione
præcedente vel pacto,vbi nomine ſortis venit mutuū: & ly
præcedēte,nō poniẗ reſpectu mutuatiōis,ſed acceſsiōis:quia
licet talis intentio ſequaẗ mutuū,tñ facit vſurā.¶Patet ſcđò
tota materia vſurarū viris doctis,quia vbicūq; cōcurrunt iſta
tria,mutuū,lucrū principaliter intentū,& pactū,eſt vſura for
malis:vbi verò ceſſat pactū,ſed ſunt duo prima,ſcilicet mu-
tuū & lucrū ex ipſo mutuo principaliter intentum,eſt vſura
mentalis:vbi aūt nō eſt mutuū expreſſum vel tacitū , nullo
modo eſt vſura.Similiter vbi deficit intētio lucri & pactū ſi-
mul:ſed ſi deficit intentio,& adſit pactū,nō eſt vſura menta
lis ſiue quo ad Deū,ſed formalis,ſiue quo ad iudiciū eccleſię.
Si verò ecōuerſo deſit pactū,& nō intentio,nō eſt formalis,
1 ſed mentalis ꝓpter rudes tñ quæriẗ de multis.¶†Primò er-
go quæritur,vtrū ſola ſpes lucri ex mutuo faciat vſurarium?
Et dico quòd ſic,eo.tit.c.j.&.c.cōſuluit.&.c. ſi fœneraueris.
xiiij.q.iij.ſed ſpes eſt duplex.Nā quædā eſt ſecundaria,id eſt,
qua mutuās ſperat quidem lucrū , ſed tamen etiā ſi illud nō
ſperaret , nihilo minus mutuaret ex debito cōſcientiæ vel
charitatis vel amicitiæ & hmōi : & hæc nō facit vſurarium,
ſecundū Doc.cōmuniter in c.cōſuluit.eo.tit.vt dicit Io.And.
in regula,pctm̃.lib.vj.& tenuit Richar.in iiij.diſt. xv.Innoc.
Ber.Ala.Gof.Hoſt.Pan . & multi alij in d.c.conſuluit.argu-
mento etiam c.quid proderit.diſt.lxj.& in c. in ſingulis.diſt.
lxxxvj.&.c.ſi officia.diſ.lix.j.q.ij.quā pio.quia cùm quis mu-
tuat,ſcire pōt debitorem ſibi obligari ad antidora naturali-
ter.de teſta.cùm in officijs.l.ſed & ſi lege.§.cōſuluit.ff.de pe
ti.hære.nec hoc caſu tenetur quis reſtituere quod gratis ac-
cipit à debitore,ſcđm cōiter Docto.in d.c.cōſuluit.quædam
verò ſpes lucri eſt principalis,id eſt,qua mutuās ſperat lucrū
& ſi nō ſperaret,nō mutuaret:& hæc facit vſurā.eo.tit.c.j.&
c.cōſuluit.& in hoc cōcordāt Io.And. Arch. & communiter
Doc.ſiue antecedat mutui dationem,ſiue comiteẗ , ſiue ſe-
quatur:vt cū quis à principio mutuauit gratis, ſed poſtea in-
tētionē mutauit,vt dictū eſt ſ. & quicquid poſt hanc accipi-
tur vltra ſortem vſura eſt,etiā ſi gratis accipitur.xiiij.q.iij.c.
j.ij.& iij.Et intellige gratis,id eſt , ſine exactione,ſecundum
Ray. non autem gratis,id eſt, libera voluntate concedentis



ſecundum aliquos.de quo vide Vſura.vj . §.iij.& iiij.vbi agi-
tur de reſtitutione vſuræ mentalis.¶†Secūdò queritur,vtrū 2
mutuans poſsit naturalem obligationem, qua debitor tene
tur ei ad antidora.puta ad remutuandum, deducere in ciui-
lem,id eſt,pactū?Et dicit gl.in c . ſi fœneraueris.xiiij.q.iij.ꝙ
non.Et ratio eſt ſcđm Arch.ibi,quia antidorū eſt debitū ſim
plex:intellige ex quo non poterat cōpelli : ſed cùm deduciẗ
in pactum,naſcitur obligatio ciuilis: ideoq; exigitur aliquid
plus,quod poſſet æſtimari pecunia . Et idem Pan.de mente
Doc.in c.conſuluit.eo.tit.Vnde concludit illa gl. quòd mu-
tuans paciſci nō poteſt de remutuādo ſi eguerit . & idem S.
Th.& Veruec.& gl.in Sum.& Hoſt.vt refert Sum.Piſ.& Sū.
Cōf.& Sup.& Sum.Ro.Sum.aūt Ang.limitat,tenens nō eſſe
vſurā me tibi mutuare hoc pacto ꝙ remutues mihi ſi indi-
guero,& tu commodè potueris,ſed ſolùm ſi fiat pactū ſim-
pliciter de remutuando.allegans Hoſt. in Sum.quia inquit,
hoc nō exigere plus quàm requirat natura cōtractus . Sed
hoc ex dictis patet falſum:quia exigitur obligatio ciuilis ad
mutuandum,quæ ſecundum S.Tho.pecunia menſuratur, &
mutuo repugnat, pro quo nihil exigendū eſt vel expectādū
pecunia menſurabile.vide etiam §.iiij. ¶†Tertiò quæritur, 3
quid ſi quis mutuet cum ſpe vel pacto quòd aliquid detur
nō ſibi,ſed alteri,puta pauperibus, vel patri meo indigenti?
Et dico quòd vſura eſt,& illicitū: qua ſicut nō licet mihi ex
vi mutui transferre dominium alienæ rei in me , ita nec in
alium,etiam pro redimenda vita captiui . extra, de vſuris.c.
ſuper eo . ¶†Quartò quæritur , vtrum liceat expectare ex 4
mutuo munus à lingua vel obſequio?Et dicit S.Tho . quòd
nō quaſi per obligationem pacti taciti vel expreſsi,ſicut nec
munus à manu,id eſt,pecuniā:quia vtrunq; pecunia æſtima-
ri poteſt:vt patet in his qui locant ad hoc operas ſuas.Si ve-
rò munus à lingua vel ab obſequio non quaſi ex obligatio-
ne rei exhibeatur,ſed ex beneuolentia,quæ ſub obligatione
pecuniæ nō cadit , tunc licet hoc accipere,exigere & expe-
ctare.In quibus verbis duplex capitur ſenſus.Vnus quòd lici
tum ſit in mutuo ſperare hæc munera principaliter, non ra
tione mutui,ſed ratione amoris concepti. Et ita ſenſit Sum.
Ange.volens quòd licitum ſit mutuare hac ſpe quòd remu-
tuetur,ſecundum Rich.Licet careat,inquit,meritò,ſecundū
Roden.ſi principaliter propter hoc fiat:non tamen ſi duca-
tur in pactum,eſt vſura.Sed cōtra:quia ſicut pactum , ita &
principalis intentio ſine pacto vſuram facit, ſecundū Doct.
Vnde dicit S.Tho . quòd non licet expetere munus huiuſ-
modi,etiam ex pacto tacito,id eſt,intentione principali. A-
lius eſt ſenſus quòd licet iſta intendere ſecundariò,& ſi offe
rantur ex beneuolentia,acceptare , imò ea exigere non pa-
cto expreſſo vel tacito:quia hoc S.Tho.negat,ſed rogando.
Vnde dico quòd mutuum ad lucrum per beneuolentiā eſt
vſura ex diffinitione.& ita tenet Lan.in trac.de vſur.q.xxxij.
& Ana.c.fi.& Sum.Roſ.Vſura.j.§.v.Et ita ſenſit etiam Gof.
& Hoſ.qui volunt quòd mutuare hac intentione vt remutue
tur,eſt vſura:& ſimiliter Io.Cal.vt §.ſequen.patet. ¶†Quin 5
tò quęritur,vtrum poſsit quis ex mutuo aliquam commodi
tatem vel conſolationem amicitiæ recipere:intellige ex in-
tentione vel pacto? Et dicit S.Tho . quòd non commodita-
tem vel quodcunq; aliud pecunia menſurabile ex pacto ta-
cito vel expreſſo : quia ſimile peccatum eſt ſicut ſi accipiat
pecuniam.Si tamen quid aliquis accipit non exigendo , nec
quaſi ex aliqua obligatione tacita vel expreſſa,ſed ſicut gra
tuitum donum,non peccat : quia antequam pecuniam mu-
tuaſſet , licitè poterat aliquod donum gratis accipere : nec
peioris cōditionis efficitur per hoc quòd mutuauit Licitum
eſt autem pro mutuo exigere ſeu recipere recompenſatio-

nem eorum quę pecunia non menſurantur,puta beneuolen
tiam & amorem eius cui mutuauit, vel aliud huiuſmodi.
Quod quidem Io.Cal.limitat verum in c.fi.de vſur.niſi ſpes
vlterius procedat:quia ſi quis mutuaret papæ vel Imperato
ri ad captandã beneuolentiã, vt pòſt aſſequeretur beneficiũ
vel caſtrũ,eſſet vſura:quæ limitatio eſt limitãda vt ſit vera
de ſpe principali, quæ beneuolentia ordinata ad lucrũ ma
gis de eo quàm de beneuolentia curans: nõ de ſecundaria,
quia illa habet implicitum pactum &obligationem,nõ iſta.
6 ¶†Sextò quæritur, vtrũ cõmittat vſurã qui mutuat centũ,
ſcilicet 50.in numeratis,& 50.in debitoribus malè exigibi-
libus,vel in rebus malè diſtrahibilibus,puta panno,& hmõi,
recepturus tamen centũ in numeratis,quod debitor nõ fecil
ſet niſi propter mutuum 50.numeratorũ? Et dicit Laur.de
Ridol.in ſuis contractib.hoc fieri in fraudem: ideoque cùm
grauetur debitor noĩe mutui,erit vſura.& cõcor.Bal.& Bar.
in l.cùm allegas.C. de vſu.& idẽ dic ſi rõne mutui aliquid vẽ
dit debitori plus iuſto pretio.xiiij.q.iij.ſi fœneraueris. & idẽ
ſi emit minus iuſto pretio propter anticipationem ſolutio-
nis,ſecundum S.Tho.quia ibi eſt implicitum mutuũ. ¶†Se-
7 ptimò quæritur, vtrum committat vſuram mutuans alicui
vt vadat ad ſuum molendinũ, vel furnum, vel apothecã ad
emendũ,vel intret ſcholas ſub eo,& hmõi?Et dico in hoc eſ
ſe opiniones diuerſas quantum ad pctm̃ & quantum ad ob-
ligationẽ reſtitutionis. ¶Quantum ad primum eñ eſt vna
opinio,cuius authorem non inuenio antiquiorem fratre Ni
colao de Auſmo authore Supplemẽti,quem ſequuta eſt de-
inde Sum.Ang.& tãdem Roſ.ꝙ ſi mutuũ accipiens nõ dãni
ficatur, nõ eſt vſura:tum quia hoc caſu nihil vltra accipitur
menſurabile pecunia,nec ex parte accipientis mutuũ, cùm
in nullo damnificetur:nec ex parte mutuantis,cùm nihil vl-
tra accipiat quàm quod ex locatione rei vel operarum ſua-
rum mereatur:tum quia etiam cùm non poſsint hodie fun-
di ſine mutuo locari colonis, omnis multitudo eſſet vſura-
ria:ſed contra:quia mutuans recepit vltra mutuũ cõmodita
tem ſiue vtilitatem cõcurſus & obligationẽ accipientis mu-
tuum adeundi apothecã mutuantis:quæ eſt poſsibiliter cau
ſa concurſus,quæ pecunia menſurari poſſunt, arg.dicti c.ſi
fœneraueris. & d.c.ſuper eo. Vnde patet quòd prima ratio
huius opinionis aſſumit duo falſa.Secũda etiã nõ cogit:quia
non eſt ſimile de colono & iſtis,vt §.ſequenti. Nec valet li-
mitatio Sum.Ang.dicentis hanc non eſſe veram, qñ graua
tur accipiens mutuũ, aut quando hoc deducitur in pactum
ſimpliciter:ſed qñ mutuans mutuat vſquequo vadat ad ſcho
las ſuas:quia vſurã facit:pactum etiã tacitũ ſeu intentio prin
cipalis,ſecundũ oĩes etiã ſecundũ iſtum.Et ideo eſt alia cõ
munis opinio Io.And.in merc.Io.de Lig.Io.Cal.in c.fi.eo.ti.
Veruec.Lau.de Rid.Roden.Pan.in d.c.fi.quam ſequit᷑ Sum.
Piſ.& Arch.ꝙ eſt vſura ratione iam dicta:& eſt mens S.Th.
Eſt aũt idem de eo qui vendit ad terminum, vt emptoris tra
hat ad ſe:cùm in tali emptione ſit mutuũ,vt patebit ĩ.Vſura.
ij.§.j.¶Quantum etiam ad reſtitutionem, ſunt opiniones.
Nam qui dicunt ibi non eſſe vſuram, dicunt nihil eſſe obno
xium reſtitutioni, niſi grauetur mutuum accipiens ratione
mutui.Alij verò dicunt quòd ſi talis in aliquo grauauit mu-
tuatariũ ratione mutui,puta carius vendendo rem,aut locã-
do operas ſuas,tenetur ei:ſi verò nõ grauauit, non tenetur
ei niſi quantũ æſtimatur libertas molendi vbi volebãt pen-
ſatis circũſtantijs laborũ & expenſarũ. ſed tenetur pauperi
bus reſtituere,nõ quidem mercedem ſeu pretiũ, quia etiam
alteri ille dediſſet: ſed quantũ æſtimat vt vtilitatem quam
habet alter: puta quia ex hoc ſua apotheca maiorem con-
curſum habuit talium perſonarum:quam quidem quantita-
tem non tenetur reſtituere ei cui mutuauit,quia illi non de-
perijt,nec ille aliquid dedit mutuanti de ſuo quod alteri pro
mercede non dediſſet,ſed pauperibus.quod intellige de con
ſilio:quia hoc,quod ex hoc percipit, nunquã fuit certæ per-
ſonæ.de quo vide ſ.Reſtitutio.iiij.§.ij.Si autem molendina-
rius nõ mutuaret, ſed daret pecuniam alicui vt adiret ſuum
molendinũ,ſecundũ Io.And.in mercu.nõ eſſet vſura:quia v-
ſura materialiter generatur de mutuo.Et idem intellige de
alijs prædictis. ¶†Octauò quid ſi dominus mutuauit ruſti- 8
co,vt eius poſſeſsionem colat? Et reſpondet Arc.poſt Laur.
& Greg.de Ari.quòd eſt vſura, ſi ratione mutui vult ſibi ali
quid plus reſpõderi de fructibus vel de operibus quàm face
ret ſi nõ mutuaret.xiiij.q.iij.putãt.& illud plus ei reſtituere
tenetur.Sed ſi nihil plus recipit rõne mutui, nõ eſt vſura,nõ
obſtante ꝙ dominus intendat colonos pręſtare operas,aliàs
non præſtituros:quia operæ non accreſcunt domino, cùm
eas iuſto pretio ſoluat.Sed iſti loquuntur vt videtur in ruſti-
co iam conducto,cui mutuat dominus ad redimendam vexa
tionem ſuã,id eſt,vt faciat ruſticus quod facere debet. quod
patet per exempla quæ ſubdunt:ſicut exemplum dat Greg.
ſi dominus colono conducto ad tempus ſoluit ante operas:
& deinde eo nolente exhibere operas mutuat ei vt exhibeat
eas:quia,inquit,non eſt vſura, cùm nihil dominus lucretur,
ſed recipiat debitum.quod patet per caſum c.primi.eo.tit.&
Lau.dat exemplum:vt ſi tu occupanti res tuas,aut vim infe-
renti rebus,aut nolenti reſtituere rem locatam aut mutua-
tam,& nolenti deſiſtere mutues mille vt deſiſtat:non es vſu-
rarius, quia nõ lucraris. Si autem colonus ſit conducendus
de nouo,ita quòd iam non habeat locum mutuatio ad redi-
mendam vexationem,ſiue ruſticus velit colere,& non poſsit
ſine mutuo,puta quia indiget pecunia ad emendum currum
vel boues:ſiue poſsit & nõ velit: nõ eſt vſura ei mutuare vt
colat:quia nõ mutuatur ad lucrũ captandũ,ſed ad vitandũ dã
num emergens ſine culpa mutuãtis ex defectu culturæ, ar.
dicendorũ ĩ.§.ſeq.& §.x.& xj.& xv.& xvij. ideoq; non eſt ſi-
mile in hoc caſu & priore §.prioris.¶†Nonò quæritur,vtrũ 9
ſit vſura mutuare cõmunitati ad euitandũ collectas?Et dicit
Spe.eo.ti.de vſur.quòd non: quia aliud eſt de ſuo nõ tribue-
re,& aliud non capere.l.Proculus.ff. de dam.infec. & aliud
non acquirere,aliud non amittere. l.j.§. ſi is qui bona.ff.de
col.bo.& aliud lucrum, aliud ſumptus quos erat facturus.l.
cùm filius.ff.de legib.aliud pœnam euadere,aliud aliquid lu
cratiuè percipere.C.de vſuris.l. cùm allegas. quod dictum
Io.And.& Doct.in cap.conſuluit.eo.tit.limitant,quando col
lecta eſſet incerta,& ſic onus extraordinarium: ſed ſi eſſet
certa & ordinaria,eſſet vſura: quia idem eſt remittere quod
dare.cap.veniens el j.de teſtib.viij. q.iij. talia.ff. de calum.l.
quin etiam.& ita tenet Sum.Angel.Sed ego dico quòd ſem-
per eſt vſura quando collecta eſt iuſta, ſiue eſſet impoſita,
ſiue imponenda:quia ibi eſt lucrum,id eſt, aliud,quòd iuſtè
erat mutuans exburſaturus.Si verò ſit iniuſta,ſecus: quia eſt
vitatio damni iniuſti.¶†Decimò quæritur, vtrum mutuans 10
decem ei qui debebat alia decem, ſed negabat, eo pacto
quòd ſatisfiet opportunè de xx.ſit vſurarius? Et dicit Hoſti.
in Sum.quòd non: quia nihil accreſcit. ¶†Vndecimò quæ- 11
ritur, quid ſi quis mutuat inimico, cui iniurias intulit, vt
parcat, & ceſſent expenſæ? Et dicit Archidiac. poſt Lauren.
de Ridol.quòd non eſt vſura,ſiue fiat ex pacto, ſiue hac in-
tentione principaliter: quia licet cuilibet redimere ſuam
vexationem.de ſimon.dilectus.& ita facit iſte. Non obſtat
quòd dedit cauſam delicto: quia etiam ille vindicando ſe
peccat: iſte etiam non lucratur, ſed ſine damno alicuius
euitat damnum quod ſubire oportebat, xiiij. quæſtion.
iiij.



iiij.quoniam multi. Et hoc intelligo etiam ſi damnum non
eſſet iniuſtum,modò nõ ſit iuſtum,ſed non iuſtum,vt ſuprà,
12 §.viij.¶†Duodecimò quæritur,quid ſi quis cũ pacto vel ſpe
lucri cõcedat alicui rem mutuabilẽ nõ per modũ mutui, vt
pecuniã ſignatam ad oſtentationem vel ad pignorãdum,re-
ſtituendam tamen eandem numero?Et dicit S.Tho.non eſ-
ſe vſuram,neq; illicitum vendere talem vſum pecuniæ,ſicut
homo licitè vẽdit vſum vaſorum argenteorum,quia retinet
ſibi dominium:& intendit quòd tunc propriè ibi non eſt mu
tuum,ſed locatio,vt not.gloſ.in c.ſi fœneraueris.xiiij.q.iij.&
in c.conqueſtus.eod.tit.& ff.cõmo.l.iij.& concordat Hoſ. &
13 Scotus. ¶†Decimotertiò quæritur,vtrum ſit vſura dare de-
cem vlnas panni pro alijs decem in futuro dandis, cùm talia
videantur cõſiſtere in mẽſura?Et dicit Mo. Veruec.& Rod.
quòd non,quia ibi eſt permutatio.& non mutuũ,quia ſecun
dum eundum Veruec. & alios,cùm dicitur mutuum eſſe in
his quæ conſiſtunt in numero,pondere,& menſura,reſtringi
tur menſura ad vaſa quibus mẽſurari ſolent liquida & gra
na,puta modiũ, & lagena:ſed intellige ꝙ ibi ſit permutatio
quando vlnæ dandæ in futurum iam ſunt in eſſe. Poſſet ta-
men iſte cõtractus fieri in fraudem vſurarũ:de quo infrà.§.
14 ſeq.& xvij.diffusè.¶†Decimoquartò quæritur,vtrum ſit vſu
ra,abſolutè tradere pecuniam pro ſimili pecunia, vel rem
pro re,puta granum pro grano in ſimili põdere,numero vel
menſura reſtituenda?Et dico ſecundũ Pet.de Anch.in c.vſu-
rarum.eod.tit.lib.vj.& Io.Cal.in c.fi.eod.tit.& Rod.quòd ſi
veriſimiliter dubitatur quòd tẽpore ſolutionis valere poteſt
ita minus ſicut plus,aut quòd non plus valebit:non eſt vſura
nec peccatum,vt in d.cap.fin.quia ſic creditor tenetur eam
recipere vilioris æſtimationis effectam,vt patet in l.vinum.
ff.ſi certum pet.& no.glo.in c.ſi quis clericus.xiiij.q. iiij.quia
non eſt neceſſe quòd ſit eiuſdẽ æſtimationis:licet debeat eſ
ſe eiuſdem bonitatis qualitate intrinſeca:ideoq; non pecca-
bit recipiendo pretioſiorẽ quæ ad æſtimationẽ. Si autem
eſt veriſimile ꝙ tẽpore ſolutionis erit pretioſior:tunc ſi cre-
ditor erat ſeruaturus,& nõ aufert ceditori facultatẽ liberãdi
ſe quando velit intra terminum,eſt licitum:ſi tamen faceret
in fraudẽ,vt periculũ rei transferret in debitorem,peccaret,
ſecundũ Rod.licet,vt dicit,nõ obligaretur reſtituere lucrũ,
niſi de conſilio.Eſt verò vſura ſi non erat ſeruaturus, ſed in-
terim cõſumpturus:& ſimiliter ſi aufert dictam libertatem,
quãuis eſſet ſeruaturus.Et cõcor.Veruec.& Arch.in c.ſi quis
clericus.quod intellige,ſcilicet tunc eſſe vſuram præſumpti
uè,quia præſumitur hoc feciſſe,vt rei periculum ex ſe tranſ
ferret in debitorẽ.Lau.autẽ de Ridol.tenet indiſtinctè quòd
mutuãs ducatum valẽtẽ libras quatuor,ſi tẽpore reſtitutio-
nis valet quinq;licitè recipit quinq;, ſiue erat ſeruaturus ſiue
nõ:ſed primũ eſt verius & ęquius.Si autẽ mutuatur pecunia,
vt in termino recipiatur alia generis alterius,ſecundũ Hoſt.
& Goſ.ſi quis hoc facit vt in æſtimatione lucretur,eſt vſura:
ſi verò facit ad obſequium amici, licitè percipiet rem ſecun
dum æſtimationem temporis & loci quando & vbi fiet ſolu
tio.ff.ſi certum petatur.l.vinum.ſic tamen quòd in eius intẽ-
tione fuerit recipere talem pecuniam,aut aliam rem viliorẽ
15 effectam.¶†Decimoquintò quæritur,vtrũ habens pecuniã,
quam timet in futuro minorari iuxta ordinationes domino
rum vel ciuitatum,poſsit ſine vſura eam mutuare alicui hoc
pacto,vt reddatur ſibi in æquali pretio in quo eſt quando ei
datur? Et dicit Alex.Lon.in quol.ꝙ ſic,ſi recipiẽs mox vult
eam expẽdere tẽpore quo tantum valet:quia nihil vltra ſor
tem recipit.Et placet mihi,licet aliqui dicant eſſe vſurã:quia
& ſi in mutuo non liceat ſperare lucrum,licet tamen ſpera-
re euitationẽ damni ſine alterius dãno: ſicut licet mihi mu-
tuare decem aureos quos video apud me perituros:& vẽde-
re rem quã video breui tempore corrumpendã.¶†Decimo 16
ſextò quæritur.vtrũ ſit licitũ quãdo frumentũ eſt cariſsimũ
tradere illud pauperi appretiatũ cum pacto quod dictũ pre-
tium ſoluatur in tanto frumento?Et dicit Arch.poſt Hug.ꝙ
ſic.Et ratio eſt,quia talis intelligitur vendere frumentũ nũc;
& mutuare pecuniã gratis,quam ex pacto ſibi vult reddi in
frumento tempore ſolutionis.Et hoc nota,quia practicatur.
¶†Decimoſeptimò quæritur, quid ſi detur granũ vetus ad 17
renouandũ,ſeu vt nouum recipiatur?Et dico ſecundũ Ray.
Goſ.& Hoſt. ꝙ nõ eſt vſura:ſi hoc quis faciat ne ſuũ pereat,
& recipienti gratiã faciat: quod eſt dictũ quòd ſi euitat ſuũ
damnũ ſine damno alterius,licet:vt ſi quis velit in fortalitio
ſemper habere munitionẽ:& cõſequẽter ſi nõ mutuaret bla
da,corrumperẽtur:imò eſſe licitũ plus expetere de nouo,ſi
vetus melius exiſtimaretur valere quàm nouũ tẽpore reddi-
tionis.Si verò facit principaliter vt melius ſeu præualens re-
cipiat:licet Io.de Lig. dicat nõ eſſe vſurã niſi adſint circũſtã
tiæ mentalis vſuræ:puta ſi creditur nouum plus valiturũ,aut
vetus iam putrefactũ parũ valet:tamẽ prædicti & cõmuni-
ter doc.verius dicũt ꝙ vſura eſt,quia intẽditur vtilitas ex mu
tuo:extra eo.cõſuluit.Clauis autẽ in hoc caſu eſt,quia eſt vſu
ra ſi intenditur lucrũ:nõ autẽ ſi ſalua æqualitate iuſtitiæ in-
tenditur euitatio dãni.¶†Decimooctauò quæritur,vtrũ lici 18
tum ſit mutuare cõmuni vel domino pro habẽdo officio,ex
quo ſperatur honor & lucrũ?Et dicit Sũ.Ang.in verbo, offi-
ciũ:ꝙ nõ,ſi officiũ ſit ſeculare quod vẽditur. Hic autẽ indi-
ſtinctè cõcedit ꝙ ſic in verbo,Vſura.j.§.lxxx.cùm ex officio
nõ cõſequitur qs lucrũ niſi debitũ tali exercitio:nec eſt vſu-
ra,qa lucrũ nõ reſpicit principaliter mutuũ,ſed exercitiũ, &
ſecundariò mutuũ qđ vſurã nõ inducit.Sed fallitur,nõ diſtin
guẽs inter principaliter & ſecũdariò, & immediatè vel me-
diatè:quia quoties mutuũ ordinatur ad lucrũ ad finẽ princi-
palẽ,licet mediante aliquo,lucrũ reſpicit mutuũ principali-
ter:ſicut dictũ eſt de eo q mutuat nauigãti vt lucret᷑ mediã-
te exercitio aſſecurationis.Vñ dicendũ eſt ſecundũ S. Tho.
ad duciſſam Braban.& ſcđm Io.de Saxo.ꝙ eſt vſura.Quod
limita,ſi intẽtio ſit ad lucrũ principaliter: imò ſi tũc officiũ
eſſet ſpirituale,poſſet induci ſimonia:ſecus ſi intẽtio ſit prin
cipaliter ad honorẽ: aut ſi ſit principaliter ad cõſequendam
amicitiam:& conſequenter ad officiũ & lucrum, iuxta dicta
ſuprà,Vſura.x.§.iiij.& v.Opinionẽ autem S.Tho.& Ioan.de
Saxo.refert & ſequitur Aſten. & Sum. Roſ.ĩ.Reſtitutio. iiij.
§.vj.¶†Decimononò quæritur,vtrum ex mutuo licitum ſit 19
aliquid acqrere ratione intereſſe?Et dico quòd ſi loquamur
de intereſſe damni emergẽtis nõ eſt dubiũ quòd ſic,ſi inter-
eſſe applicatur tertio:vt quia debitor nõ ſoluit tibi, oportet
te vſuras ſoluere alteri.Et in hoc cõcor.omnes in c.j.eo.ti.&
ſimiliter ſi applicatur tibi:vt quia oportet te vẽdere rẽ pre-
tio viliori:ſecundũ gl.in c.cõqueſtus.&no.Inn.in c.nauigãti.
eo.tit.& in hoc etiam omnes conueniunt. Si verò loquamur
de intereſſe lucri ceſſantis:Petr.de Anch.& dom.Anto. in c.
ſalubriter.eod.tit.& Panorm.in c.conqueſtus.eod.titu.idem
tenent,modò lucrum ceſſans eſſet in actu vel quaſi in actu:
hoc eſt.ꝙ probabiliter fuiſſet:quia ſic dicitur peri id qđ ali-
quo modo eſt:ſecus ſi eſſet ſolùm in poſsibilitate:quia ſic di
citur potius non eſſe.Quod patet per l.ſi iẽtum retis.ff.de
act.emp & vend.vbi licita eſt emptio facta de ſola ſp ꝓba-
bili quaſi in actu:& idem de partu futuro.l.nec emptio.ff.de
contrahen.empt.Et hæc eſt cõmunis opinio quam ſequun-
tur omnes Summiſtæ:& eſt vera,vt etiã patebit ex ſequenti-
bus quæſtiõibus,qñ qs mutuat gratia alterius in caſu in quo
non tenetur:quia nullus tenet᷑ plus ꝓcurare vel diligere di-

uitias proximi quàm ſuas. falſa verò vbi quis mutuat gratia
ſui,quaſi intendẽs per mutuũ potius quàm alio modo lucra
ri:quia eſt vſura formaliter.Nec obſtat quod dicit S.Tho.ij.
ij.q.lxxviij.ar.ij.ad primũ.in fi.vbi dicit quòd mutuans recõ-
penſationem dãni cõſiderat,in hoc quod de pecunia nõ lu-
cratur nõ poteſt in pactum deducere: quia nõ debet vẽdere
id quod nondum habet:& poteſt impediri multipliciter in
habendo.Hæc ille.Non obſtat,inquã:quia,vt bene dicit Ni
co.de Auſmo,loquitur de lucro incerto,nõ autẽ de probabi
li:vt ſ.Reſtitutio.iij.§.ix.in fi.quod patet ex ſua ratione:quia
loquitur de lucro nõ vendibili: cuiuſmodi eſt,quod eſt poſsi
bile tantùm,nõ autẽ de probabili,quod ſecundum iura vẽdi
poteſt,vt probatum eſt.¶ Et ideo cõclude quòd vera eſt iſta
opinio concurrẽtibus iſtis.primò quòd mutuãs malit lucra-
ri alia via:ſed ad hoc moueatur gratia amici , vt dictum eſt.
Secundò quòd computum habeat de periculis, laboribus &
expenſis:quia lucrum intelligitur deductis expẽnſis, labori-
bus & periculis.l.j.C.de fruc.& lit.exp.& l.fructus.ff.ſol.ma
tri.Tertiò ꝙ pactum non contrahatur ad ſemper,ſed ad tẽ-
pus quantum ad præſumptionem humanam:quia aliter vi-
deretur malè lucrari per iſtã viã quàm per aliã. Quartò ꝙ
nõ ſit obligatus mutuare.de quo ſ.Eleemoſyna.j.§.v. Quin
tò quòd id,quod accipit,ſit intereſſe lucri veri & probabilis.
20 ¶†Viceſimò,poſito quòd is qui mutuũ accepit ab vſurario,
mutuet & ipſe ſocio ſuo idem mutuũ cum pacto quòd reſti-
tuat vſurario ſortem &vſuram:quæritur vtrum ſit vſurarius?
Et dicit Mo.quòd ſic.Arch.verò in c.de vſura.xiiij.q.iij.tenet
ſimpliciter ꝙ non:quia non ſit ſtipulatio vt vſurarum,ſed vt
damnum euitetur.quod videtur licere.ar. c.cõſtitutus.de fi-
de inſtrum.ſed Io.Cal.in c.nauiganti.eod tit. diſtinguit quia
aut facit vt ſatisfaciat vſurario, & ſe indemnẽ conſeruet : &
licet,per rationem Arch.nec tenetur ſuo damno alteri ſub-
uenire.ff.de preſcrip.ver.l.qui ſeruandarũ.xxiij.q.v.ſi non li-
cet.aut facit alio reſpectu:& ſic verũ dicit Mona . vt quia li-
cet non mutuaſſet amico:tamen non propterea volebat ſol
uere vſurario.& cõcor.Pet. de Anch.poſt.Io.And. in c.j.eo.
21 tit.li.vj.¶†Viceſimoprimò quæritur,de eo qui volebat mer
ces deferre ad aliũ locum vbi plus valebãt,vtrum hic ad in-
ſtantiã alicuius poſsit eas plus vendere quàm hic valeant?Et
tenent Inno.& Ray.quòd ſic,ſecundũ lucrũ quod veriſimili
ter erat facturus cõputato labore & periculis:quia ſicut ra-
tione tẽporis excuſatur vendens rem plus quàm valet:extra
eo.c.ſi.ita ratione loci.Hoſ.verò dicit quòd hęc opinio Inn.
&Ray.multos deduxit ad infernũ. Et mouetur,quia nõ ſine
magna neceſsitate ille mouetur ad emẽdum.Sed Io.And.di
ſtinguẽdo cõcordat,quia verũ dicit Inn.ſi pretiũ ſtatim ſol-
uitur, & ceſſat ratio Hoſt.Si verò non ſtatim ſoluitur, verũ
dicit Hoſt.quam diſtinctionem ſequitur Io. Cal. Pet.de An-
cha.& Henri.Bohic ſuper c.in ciuitate.eo.tit. & Lau. de Ri-
dol.in ſuis contractibus.Sed do.Anto.in d.c.in ciuitate. dicit
eſſe licitum,etiã ſi pretiũ nõ ſtatim ſoluatur,quando proba-
biliter eſt certus de lucro.& Hoſ.ac Io.And.loqui prẹſumpti
uè:ſed præſumptio,inquit,cedit veritati, quando certum eſt
nullam interuenire fraudem.& idem Panorm. ibi. & ita te-
ne in conſciencia ratione intereſſe:& quia licet vendere rem
quantum valet venditori:limitando tamen vt concurrant il
22 la quinque,de quibus ſuprà §.xix.¶†Viceſimoſecundò quę-
ritur , quid cùm vellem emere poſſeſsionem reddentem
quotannis libras decem,& ad inſtantiam tuã ceſſaui,mutua-
turus tibi hoc pacto vt ſingulis annis reddas mihi vltra ſor-
tem decem libras? Et dicit Mona.quòd non eſt vſura,ſi em
ptio fuiſſet licita : aliàs ſecus, deductis tamen ſumptibus &
labore &periculo ſi quod eſſet,ſicut licet ratione intereſſe.

¶†Viceſimotertiò quæritur , quid cùm habens pecuniam 23
vellem adire nundinas merces empturus,& ad inſtantiã tuã
mutuaui tibi cum pacto quòd vltra ſortem reſtituas etiam
lucrũ quod eram veriſimiliter facturus?Et dicit Inno.in c.ſi.
hic eſſe vſurã:nec ſcire ſe hoc excuſare.ſequitur Io. And. &
Io.Cal.moti,qa paratur via ad fœnora: & quod aliqui dicũt
hoc licere ratione intereſſe,dicũt eſſe verũ poſt moram de-
bitoris,& nõ à principio cõtractus.Sed Hoſt.in cap.ſalubri-
ter.eo.tit.tenet oppoſitũ.& idẽ Io.de Lig.& do.Anto. Et ra-
tio iſtorũ eſt:qa ceſſante omni fraude videtur ille mihi obli
gari ad lucrũ quod eram veriſimiliter facturus.Lau.autẽ de
Ridol.diſtinguit ante factũ & poſt.Ego autẽ dico quòd hoc
eſt licitũ,vt patet ex dictis ſuprà,§ xix.ſemper tamen limitã
do vt ſuprà.§.xxj.præcipuè quòd hoc fiat ad ſeruiẽdũ amico.
Nec paratur via ad fœnora niſi volentibus fœnerari, quibus
etiã nõ paratur via,ſed palliũ ad cooperiẽda fœnora:ſed pro
pter hoc nõ eſt veritas reticẽda.Et hãc viã ſequitur Ray.Ver
uec.Piſ.& omnes Sũmiſtæ,&Archi.qui licet in ij.parte.tit.j.
c.j.§.xvj.dicat hoc fieri nõ debere,tamen tenet hoc licitũ:vt
patet ibidem.§.xxvij. Quod etiam dicit idem eſſe vſuram:ſi
hoc fiat precibus amici extra caſum neceſsitatis,verũ eſt prę
ſumptiuè,non autem verè:modò fiat ad ſeruiendum amico
principaliter:vt qa fortè in duplo plus lucrabitur quàm ego
lucraturus eram.¶†Viceſimoquartò quæritur,quid ſi com- 24
munitas vel officiales pro cõmunitate accipiãt pecunias pu
pillorum reddentes eis quinque pro centũ ? Et dicit Arch.ꝙ
licitè percipiunt illa quinq; ſi fiat inuitis eis vel his ad quos
pertinet:quia per hoc prouidetur indemnitati eorũ : ex quo
poterunt & debuerunt per tutorem ex pecunia emere præ-
dia vel eam tradere iuſtę negotiationi:& nõ fecerũt , vt pro
curarent bonum communitatis,ſuprà Tutela.¶†Viceſimo- 25
quintò quæritur,vtrum ſit vſura ſi creditor adueniente ter-
mino ſolutionis nolit eum prolongare niſi accepta pecunia
vel alio æquiualenti?Et dico quòd talis eſt vſurarius, etiã ſi
expreſsè non exigat. extra eod.conſuluit. ſcilicet ſi hoc agit
ſolùm ratione termini prolongati, & non ad euitãdum ali-
quod ſuum damnũ:ſed ſi hoc agit ad ſui indemnitatẽ , puta
quia oportet eum accipere ad vſuram,aut rem propriam vi-
lius iuſto diſtrahere,nõ eſt vſura illud damnũ à debitore exi
gere:quia ſecundũ Ray.ex ſeruitio impenſo grauari nõ de-
bet.Et idẽ ſecundũ Pet.de Anch.ſuper cle. ex graui.de vſur.
ſi hoc fecit ratione lucri ceſſantis, ſi erat mercator qui cum
pecunijs conſueuit negotiari:& idem ſi non erat mercator,
ſed tamẽ intẽdebat illã pecuniã exponere negotiationi:ad-
de vel alteri exercitio lucratiuo.Secus ſi erat talis,qui pecu-
niã retinuiſſet in arca.Et remittit ad no.xij.q.ij.ſi quis.de cle
ricis.& in c.cõqueſtus.eo.tit Et idem videtur ſentire.S.Tho.
ij.ij.q.lxij.ar.iiij.in corpore.cum hac tamẽ moderatiõe:quia
exigere nõ poteſt totum lucrum quod ſperabatur,quia pote
rat impediri:ſed tantũ quantum illud lucrum valebat in illo
dubio.¶†Viceſimoſextò quęritur,vtrũ licitum ſit ex mutuo 26
aliquid accipere ratione moræ?Et dicit Ray.quòd ſic : puta
debuiſti mihi cẽtum:& quia in termino nõ ſoluiſti,oportuit
me pecuniã accipere ſub vſuris:tu mihi de illis vſuris teneris
aut me ab illa obligatiõe liberare.de fideiu.peruenit.c.cõſti
tutus.quia hoc nõ exigitur vt vſura,ſed vt intereſſe:nec cau-
ſa lucri,ſed cauſa damni euitandi.Et idẽ Hoſt.& cõcor.Goſ.
Et hoc etiam quantum ad lucrum ceſſans,ſecundũ Pan.in d.
cap.conqueſtus.& eſt mens S.Tho.ij.ij.q.lxij.ar.iiij . cum li-
mitatione de qua §.priore . & hoc non ſolùm in contractu
emptionis aut venditionis,ſed etiam mutui,ſi creditor veriſi-
militer erat lucraturus,ſecundum Panor.ibi.de quo dic eſſe
tex.quaſi expreſſum in l.ij.in fi.ff. de eo quod cer.lo.& idem
ſent



ſentit Inno.in c.ſacro.de ſent.exc.& gl.in l.curabit.C.de act.
emp.Quod tamẽ ſemper intellige de lucro probabili quod
aliquò modo eſt:vt ſ.§.xix.Quidam tamẽ limitant prædicta
quãtum ad intereſſe damni:vt liceat cõcurrentibus duobus.
Primò quòd monuerit debitorẽ quòd oportebat eum acci-
pere ſub vſuris.ſecundò quòd aliter mutuũ inuenire nõ po-
tuerit niſi ſub vſuris,ſecundũ Alex.de Ales.& facit cap.quo-
niam.xiiij.q.iiij.&.c.ſi quis de clericis.xij.q. ij . quod videtur
æquũ:licet dici poſsit quòd ad ſecũdum nõ tenetur: quia nõ
27 tenetur ſe obligare alteri gratis mutuũ petendo.¶†Viceſi-
moſeptimò quæritur;vtrũ is,à quo emi lapides,ligna,& hu-
iuſmodi,ex quibus fructus non percipitur,teneatur mihi ſol
uere vſuras quas ſolui vt ſibi ſatisfacerem,ſi ipſe nõ tradidit
mihi prædicta in termino,ſed fuit in mora?Et dicit Bal.in l.
vſuras.C.de vſur.quòd ſic,tanquam intereſſe.& facit text.in
l.Lucius Titius.ſecundũ vnam lect.ff.de act.emp.& vendi.&
idem dicit Inn.tenendum eſſe in ſimilibus cõtractibus:puta
locationis,vẽditionis,& huiuſmodi.& cõcor. Lau.de Ridol.
ſed Sali.in d.l.vſuras.Bald.reprobat,dicẽs quòd intereſſe vſu
rarum quas ſolui,nõ debet imputari debitori ante moram.
Sed ego diſtinguo:quia ſi paſſus eſt intereſſe damni emergẽ
tis vel etiã lucri ceſſantis æquale dictis vſuris, ad quod eui-
tandũ accepit mutuũ ſub vſuris:eſt vera prima opinio,vt pa-
tet ex dictis:&idem puto ſi paſſus priuationẽ alicuius cõmo
ditatis vel cõplacentię quàm tanti vel pluris ęſtimabat:aliàs
28 ſecus.¶† Viceſimooctauò quæritur, vtrũ licitũ ſit accipere
vſuras ratione pœnæ appoſitę ? Et dico ſecundũ Arch. poſt
Ray.quòd ſi pœna eſt appoſita nõ ſoluenti in termino : ſine
vſura exigitur,ſi eſt iudicialis,id eſt,impoſita à iudice.arg.c.
quanquã.xxiij.diſt.& ff.de iudi.l.qui authoritate . & ff.ſi quis
ius dic.non obtemp.l.j.& cõcord.Inno.in c.ſuam . de pœnis.
Similiter ſi pœna ſit legalis,id eſt impoſita à lege vel ſtatuto
authen.contra qui propriam. C.de nõ nume.pecu. Similiter
etiam ſi pœna ſit conuẽtionalis,id eſt, ex partiũ cõuentione
ſiue cõſenſu impoſita:niſi à principio fuerit intentio corru-
pta:arg.d.c.quãquam.& de arbi.c.dilecti Sed circa hoc ſcien
dum eſt primò quòd in foro animæ ſecundũ Sco.in iiij.diſt.
xv.ſi creditor mallet debitorem incurrere pœnam quàm ſi-
bi ſoluere,eſt vſura: & ſimiliter ſecundum aliquos ſi credit
quòd debitor ex impotentia pœnã incurret.& generaliter ſi
apponatur in fraudẽ.xij.q.ij.fraternitas.& de arbi.c. dilecti.
& quod ibi not.Quod ſi aliter conſtare nõ poterit , recurre-
tur ad coniecturas infrà dicẽdas.Si verò apponatur ſolùm vt
debitor ſoluat,& hoc magis vult creditor quàm pœnæ cõ-
miſsionem , & veriſimiliter credit quando apponitur pœna
quòd eam debitor non incurret,ſecundum Roden.eam exi-
gere poterit ſine vſura,etiam ſi excedat intereſſe,quia inter
eſt publicæ vtilitatis vt pacta ſeruentur:adde & leges ac ſen
tentiæ.Sciendum eſt ſecundò quòd ſi pœna ſit iudicialis, &
multò fortius ſi ſit legalis,nõ præſumitur in fraudem,etiam
ſi apponatur ſingulis annis aut menſibus : quia præſumitur
iuſtè factum quod à iudice ſit.ff.de acquirẽda poſſeſ. l.iuſtè.
quod tamen fallit primò ſi iudex eam exponat de conſenſu
partium:quia tunc eſt magis cõuentionalis quàm iudicialis:
cùm in hoc iudex magis ſequatur volũtatem partium quàm
ſuam.ff.de re iudi.l.ſi conuenerit.& ſecundò ſi in iudicio fiat
colluſio:quia plus debet valere quod agitur, quàm quod ſi-
mulatè cõcipitur.C plus vale.quod agi.per totũ. vnde habe-
bitur recurſus ad coniecturas,de quibus ſtatim.Si verò ſit cõ
uentionalis, præſumitur appoſita in fraudem.Primò ſi cre-
ditor aliàs conſueuit fœnerari.l.Iulianus.ff.de emp. & vend.
l.vel vniuerſorum.ff.de pig.act.ſecundò ſecundum aliquos ſi
pœna excedat intereſſe.Tertiò quando per ſingulos annos

vel menſes dicitur committi.authen.ad hæc.C.de vſur.ſum-
pta de corpore.auth.vt nullus mut.agri . Quartò quãdo ap
poſita eſt ſuper promiſsione quantitatis.l. cùm allegas.C.de
vſur.& ibi per Doct.& l.Iulianus.§.idẽ Papinianus.ff.de act.
emp.& ven.& Bart.in l.rogaſti.§.j.ff.ſi cer.pet.ſecundũ Ca-
noniſtas in c.dilecti.de arbit.vt ſi promittit quis ſoluere cen
tum ſub pœna ſoluendi decẽ.Secus autẽ ſi apponeretur ſup
facto ſecundum prędicta iura: vt ſi promittit quis fabricare
domum ſub certa pœna:ſimiliter ſecus ſi promittitur quãti-
tas,& poſtea factũ,& vltimò pœna ſecundũ,do.Anto.in d.c.
dilecti. quæ allegat But.in d.l.cùm allegas.& Bar.in d.§.j.vt
ſi promittit quis ſoluere cẽtum in tali termino,& venire ad
iudicem recepturus præceptum de ſoluendo,vel dãdi pigno
ra:& hoc ſub certa pœna:& credo verum niſi creditor eſſet
vſurarius.quamuis Io.And.in addit.ad Spe. teneat quòd prę-
ſumitur in fraudem.alleg.dicta in l.cùm ſeruus.ff.de cõdi.&
demonſtra.¶ Sciendũ eſt tertiò quòd ſi creditor nõ ſoluit in
termino ex impotentia vel ſine culpa,pœna exigi nõ poteſt
ſine vſura : quia vbi non eſt culpa,nõ debet eſſe pœna.C.de
pœn.l.ſancimus. & cõſequenter exigeretur ratiõe excreſcen
tiæ,quę vſuram facit.d.c.ſi fœneraueris.xiiij.q.iij.quãdo etiã
partẽ ſoluit,nõ põt pœna exigi tota.de quo dic vt ſ.Pœna.§.
xix.¶†Viceſimononò quæritur,quid ſi mandet ſtatutum ꝙ 29
tutor teneatur pecunias pupilli inueſtire , vt exponere iuſtis
negotiationibus ſub pœna ſoluendi quinq; pro centenario
ipſi pupillo?Et dicit Arch. quòd eſt iuſtum tenebitur tutor
ſi committat,etiam ſi nihil lucretur,quando ſuo nomine eis
vtitur.ſi verò exponat eas iuxta ſtatutum fideliter,lucrum &
damnum erit pupilli:ſi verò exponat vſuris,tenebitur de re-
ſtitutione pupillus,& ſimiliter tutor,vbi pupillus reſtituere
aut nollet aut nequiret:iuxta dicenda infrà de cooperãtibus
in vſura.vide etiam ſuprà Tutela.§.iiij.¶†Triceſimò quæri 30
tur,quid de ſtatuto vel cõſuetudine ciuitatis, quibus miſſus
in poſſeſsionem lucratur fructus poſſeſsionis ad rationem
quinq; pro cẽtenario donec ſibi fuerit ſatisfactum: vel quod
ſibi detur in ſolutũ pro tribus id quod valet quinq; ? Et dicit
Bal.in l.acceptã.C.de vſur.q.xviij.& Io.de Imo.in l.ſi finita.
§.ſi plures.ff.de dam.infect.quòd licitè ſine vſura illud acci-
pitur ratione intereſſe.& dicit notari in gloſ.ſuper §.ſi verò.
in auth.de exhi re.Bart.verò in d.l.ſi finita.§. Iulianus.& Io.
de Ana.in cap.ſalubriter.de vſur.& Laur.de Ridol.dicunt ꝙ
talis conſuetudo vel ſtatutum eſt contra ius diuinum , & in
fraudem vſurarum.¶ Sed ego diſtinguo. Nam ſi tale ſtatu-
tum vel cõſuetudo emanauit in pœnam, vt debitores ad ſa-
tisfactionem arctentur,& debitor ex ſua culpa non ſatisfece
rit:verum dicit Bal.modò concurrat recta intẽtio. Nec mi-
rum,cùm authoritas prætoris propter nimiam contumaciã
hoc facere poſsit.l.Fulcinius.§.fin.ff.quib.ex cau.in poſ.mit.
& in dubio præſumetur ita fuiſſe propter authoritatem prin
cipis aut vniuerſitatis requiſitam in ſtatuto vel cõſuetudine:
quia ſi quod facit iudex præſumitur rectè factum. ff. de ac-
quir.poſſeſ.l.iuſtè.à fortiori id quod facit princeps vel vniuer
ſitas habens locum principis. Si verò fuit fraus ex parte ſta-
tuentis vel inducentis cõſuetudinem,aut creditor malit pœ-
nam quàm ſatisfactionem,vera erit opinio Bart.Ad hoc er-
go quòd hoc liceat,requiritur primò vt quis iuſtè ſit miſſus
in poſſeſsionem,non tantùm ex ordine, ſed etiam ex cauſa:
hoc eſt,quòd in veritate ſit creditor: & ſecundò propter in-
tereſſe illud accipiat:puta quia quãdo cõtrahit,potius vellet
ſua,puta centum,quàm domum valentem centũ & viginti:
aliter illud plus tenetur reſtituere:vt dicimus de pignore in
l.ſi.§.ſin autem bienniũ.C.de iure domi.impe. vel ad puniẽn
dam contumaciam debitoris.¶†Triceſimoprimò quæritur, 31

quid ſi quis ratione adminiſtrationis tenetur pecuniam alte
rius collocare in prædia vel aliud fructuoſum,& non facit?
Et dico quòd dominus pecuniæ vltra principale tantùm po-
teſt accipere quantum lucri veriſimiliter habuiſſet, ſi vt de
buit collocaſſet.l.tutor qui repertorium. §.ſi poſt depoſitio-
nem.ff.de adminiſt.tuto. Et facit cõtra prælatos qui poſſent
acquirere eccleſiæ,& non faciunt.xij.q.ij.quiſquis epiſcopus.
32 ¶† Triceſimoſecundò quæritur, vtrum ſit licitum accipere
vſuram ratione laboris in mutuando? Et dico ſecundũ Hoſt.
quòd is qui occaſione mutuandi laborem ſubijt,fructus pi-
gnoris in recompenſationem facit ſuos vſq; ad conueniens
præmiũ,aut aliquid pro labore licitè recipit.de rebus eccle.
33 non alien. ad noſtram.¶† Triceſimotertiò quæritur,vtrum
gerentes negotia ſtipendiariorum,ſcilicet recipiendo pagas
eorum,& faciendo alia obſequia,& cum hoc mutuãdo ei in
neceſsitatibus occurrentibus, recipiendo certum ſalarium,
ſint vſurarij? Et dicit Lau.quòd ſic , quantum ad præceptum
ratione mutui .xiiij.q.iij. vſura.non quantum ad perceptum
ratione laboris,Quod Arch. limitat,ſi bellum ſit iuſtũ:quia
ſi ſit manifeſtè illicitum,cooperantur malo.diſtin.lxxxvj.fa-
cientis.Et idem dic de collectoribus dominorum qui à com
munitatibus aliquid accipiunt,vt mitius cum eis agant expe
ctando:quia ſi quid accipiũt ratione expectationis,eſt vſura.
Et idem in quibuſdam facientibus pro communitatibus ſol-
uentes aliquando datia ſalis vel huiuſmodi pro eis in termi-
no,donec à ſingulis colligatur:quia ſi quid vltra ſortem ac-
cipiunt gratia huius ſolutionis,eſt vſura formaliter: ſicut &
34 mutuum cum excreſcentia.¶† Triceſimoquartò quæritur,
vtrum ſit licitum accipere aliquid vltra ſortẽ ratiõe pericu
li.in quo ſcilicet eſt res aut pecunia, quæ reſtituenda eſt? Et
dicit Alex.Lon.quòd ſic,recompenſato periculo per ſuper-
abundandiam.Res enim extra periculum exiſtẽtes plus va-
lent,quàm res eiuſdem ſpeciei in periculo.Et ſic recompen-
ſatio hæc reducitur ad naturã rei,quæ propter periculũ æſti
matur plus aut minus valere.Et in hoc cõcor.Lau.de Ridol.
Mon.Franc.de Ampoli.Pet.de Ancha.Card.Ioan.de Ana. in
c.nauigãti.eo.tit.& cõmuniter omnes.& eſt caſus in l.in na-
35 ue.ff.locati.¶† Triceſimoquintò quæritur,quid ſi quis mu-
tuet nauigãti vel nundinas adeunti,recepturus aliquid vltra
ſortẽ pro eo quod ſuſcepit in ſe periculũ pecuniæ aut mer-
cium ſi ſaluæ redierint? Et diſtinguit Archi.poſt Lau. Ioan.
de Neap.& Io.Cal.& Sum.Piſ.quia eſt vſura,ſi recipit vltra
ſortẽ ratiõe mutui tãtùm,nõ obſtãte ſuſceptiõe periculi.Et
eſt caſus in d.c.nauigãti.& ſimiliter ſi ratione mutui & peri-
culi ſimul ea ratione qua recipit ratione mutui, nõ autẽ eſt
vſura ſi recipit ratione periculi tãtùm vt pretiũ periculi:quia
etiam ſi nõ mutuaret,& periculum nauigãtis vellet in ſe ſu-
ſcipere,licitè perciperet pretiũ, nec efficitur deterioris con
ditionis per hoc quòd ei ſeruit mutuando.Et concord.etiam
Lau.de Ridol.& ita etiã tenet Sum.Ang.& Roſ.Suppl. autẽ
vult indiſtinctè quòd ſit vſura,primò per d.c nauigãti.quod
vult eſſe vſurã,etiam ſi quid recipitur ratione periculi. vnde
ibi ſic dicitur,Nauiganti vel eunti ad nũdinas certã mutuãs
pecuniæ quãtitatem eò quòd ſuſcipit in ſe periculum, rece-
pturus aliquid vltra ſortem,vſurarius eſt cenſendus.Secũdò,
quia ſi haberetur reſpectus ad mutuũ,nullum fuiſſet dubiũ,
& ſic lex ſuper indubitabili poſita foret:quod eſſe nõ debet,
cùm foret ſuperflua. Sed ad vtrunq; ſimul dico quòd iſte nõ
bene intellexit text.vbi ly eò quòd, non dicit cauſam rece-
ptionis lucri vltra ſortem,ſed cauſam mutuandi. Vnde capi-
tuli caſus eſt quòd iſte mutuans erat mutuans eò quòd ſuſci
peret in ſe periculũ , lucraturus per aſſecurationem pericu-
li, aliàs nõ mutuaturus.& ſic ex mutuo volebat conſequi lu-
crum , non *immediatè , ſed mediante aſſecuratione*:ſicut ſi
artifex mutuaret alicui vt ille ab artifice emeret aliquid , in
qua emptione daret lucrum artifici . De fideiuſſore autem
infrà Vſura.vij.§.vj.Secus vbi liberaliter mutuaret, & dein-
de vt aſſecurator ſuſciperet periculum cum pretio. ¶† Tri- 36
ceſimoſextò quæritur,vtrum mutuans alicui pecuniam vſq;
ad decem annos,eo pacto quòd ſi interim alter eorum mo-
riatur , debitor ſit liber : ſi verò ambo ſuperuixerint , dabit
aliquid vltra ſortem, ſit vſurarius ? Et dicit Alex.Lon.quòd
ſic:quia periculum nõ excuſat, vbi cauſa temporis non pro-
prij aliquid plus accipitur . Vel dic quòd ideo eſt vſurarius,
quia ex mutuo exigit obligationem alicuius vltra ſortem,li-
cet ſub periculo.dicto cap.nauiganti eodem.tit.¶† Triceſi- 37
moſeptimò quæritur,vtrum ciuis mutuans ſeptuaginta du-
catos communitati habenti ſtatutum quòd quicunq; habens
filiam vnius anni dederit ſeptuaginta habeat quingẽtos pro
ipſa maritanda ſi vixerit vſq; ad viceſimumquintum annum:
ſi verò interim mortua fuerit,amittat:ſit vſurarius? Et dico
quòd ſic:quia in mutuis veris vel interpretatis ſpe lucri prin
cipaliter factis periculum vel dubium non excuſat à fœnore.
dicto cap.nauiganti.Nec obſtat dictum Rich.in iiij.diſtinc.
xv.quòd quando capitale & lucrum ſtat periculo mutuãtis,
licitè recipitur vltra ſortem:quia illud verum eſt , ſi pericu-
lum ſit ex natura rei,quia ſcilicet res eſt ſub dominio mutuã
tis:non autem ſi ex lapſu temporis,vt in propoſito , vbi mu-
tuans non habet dominium. ¶† Triceſimooctauò quęritur, 38
vtrum ſit licitũ accipere vſuras ratione pacti? Et dico quòd
in his quæ de ſui natura illicita nõ ſunt , verũ eſt illud quòd
contractus ex conuentione legem accipiunt:quia licitè quis
accipit quod ſibi voluntariè datur.xviij.diſtnict.de eulogijs.
ſed ea quæ de ſui natura ſunt illicita, fieri non poſſunt licita
ratione pacti vel contractus:vt in vſuris:arg.cap.ſi diligenti.
de foro competen. ¶† Triceſimononò quæritur , vtrum ſit 39
licitum accipere vſuras ratione fideiuſsionis : vt ſi fideiuſſor
ſoluit vſurario capitale & vſuras,quia iurauerat,vel compel-
litur accipere ſub vſuris? Et dico quòd ſic , & omnia damna
quæ occaſione debiti habuit:quia ſeruari debet indemnis,de
fideiuſ.cap.ij.de foro cõpeten.c.fin.lib.vj.ff.de actio. emp. &
vendi.l.ſi ſterilis.§.cùm per venditorem.ff.manda.l.ſi mãda-
to.§.ſi fideiuſſor.ff.de adminiſt.tuto.l.ij.§.vlti.& ſecundum
domi.Anto.extenditur hoc etiã ad intereſſe lucri ceſſantis.
Et eſt communis opinio , licet contradicat Ala.de vſuris ſo-
lutis.Sed dic ſecundum diſtinctionem,de qua ſuprà Fideiuſ-
ſor.§.xiij.¶† Quadrageſimò quæritur, vtrum licitum ſit eas 40
accipere ratione belli , quod quis habet iuſtum cum aliquo?
Et dico quòd ſic : quia ab eo quem poſſum gladio perſequi
& ſpoliare bonis,poſſum & vſuras extorquere.xiiij.q.iiij.ab
illo.nõ tamen vt vſuras,ſecundum Laurent.de Ridol.ſed iu
re dominij quod habetur in hoſtem, & recuperãdi rẽ ſuam.
Quod verum intellige *aut accedente* publica authoritate:
aut bello actualiter bandito ſeu moto, per dicta ſuprà,Infi-
delitas.§.vij.Et eadem etiam ratione ſecundũ Alex. Lon.li-
cet mutuare ſub vſuris detinenti noſtra , quæ aliter habere
non poſſumus:quia ſic non recipimus alienum,ſed noſtrum.
arg.d.c.ab illo. quod limita niſi ſibi vel alij ſcandalũ immi-
neret.¶† Quadrageſimoprimò quęritur,vtrum exigere poſ 41
ſimus vſuras à Iudæis inimicis noſtris? Et dicit Archid.quòd
non:quia non ſunt inimici noſtri in ciuili conuerſatione: &
parati ſunt ſeruire,vt dicitur xxiij.q.viij.diſpar.ſed tamen eo
caſu quo quis poteſt eos rebus ſpoliare : vt ſuprà Iudæus.§.
vij.non video quare non poſsit & vſuras ab eis accipere , niſi
ſcandalum obſtet : ſed nec ipſi exigere poſſunt à nobis ſine
mortali,ſecundũ Rayn.& poteſt eos eccleſia compellere ad
reſti-



*reſtitutionem,iuxta ea quæ dicta* ſunt *ſuprà Iudæus . §.iiij.*
42 ¶† Quadrageſimoſecundò quæritur,vtrum eas exigere poſ
ſimus à Saracenis omnibus? Et dicunt quidam quòd ſic:quia
omnia quæ habent ſunt Chriſtianorũ:cũ vbiq; fuerit lauda-
tum nomen Chriſti,iuxta illud Pſa.In oẽm terrã,&c.Vñ di
ctũ Hoſ.in c.quod ſuper his.de vo.ſcilicet ꝙ apud Saracenos
nõ poſsit eſſe dominiũ neq; iuriſdictio,dicũt verius quã di-
ctũ Inno.ibi tenentis cõtrariũ.Sed viſo S.Tho.ij.ij.q.lxvj.ar.
viij.ad ſcdm.& q.x.ar.x.in corpore.vt ſ.in verbo, Iudæus.§.
iiij.recitatũ eſt, dico ꝙ licet nõ poſsint habere dominiũ no-
uum ſuper fideles,& ſi habent antiquũ poſsit ab eis auferri:
dominiũ tñ quod habent ſuper alios infideles aut alias res
põt eſſe iuſtũ : nec eſt mortale tenere terras aut poſſeſsiões
vt ſuas:nec eccleſia , quæ in totũ mundũ habet poteſtatem,
habet hanc ꝙ poſsit infideles omni iure ſpoliare:vt ſ. dictũ
eſt in verbo Papa.§.vij.Vñ dico ꝙ ſolùm in duobus caſibus
poſſunt rebus ſpoliari.primò ſi ſubripuerũt aliqñ illa vel a-
lia à Chriſtianis,ſicut ſubripuerũt terras Romani Imperij,
quod ceſsit papæ:& alias quas aliqñ poſſederũt Chriſtiani:
& ſecũdò ſi ſunt per Chriſtianos principes mulctati ſenten
tialiter priuatiõe bonorũ:vt ſ.Fidelitas.§.vij. ¶† Quadrage-
43 ſimotertiò quærit̃,quid de cõmunitatibus dãtibus ad vſurã?
Et dicit Ray.vſurarios eſſe omẽs, quorũ authoritate & cõſi
lio fit:& idem recipitur pignus , & nõ cõputantur fructus in
ſortem.extra eo.cõqueſtus.arg.vij.q.j . ſicut vir.xxiiij.q.iij.ſi
habes.ff.quod met.cau.l.metum.§.cùm animaduertendũ.&
idem de nõ prohibentibus cùm poſsint.de ſen.exc.quãtæ.&
concor.Hoſ.Non tamen tenentur ad reſtitutionem omnes
conſentientes,ſecundum Veruec. niſi quantum ad eos per-
uenit:vel releuati ſunt ab expenſis quas de ſuo feciſſent: qui
tamen authoritatem vel præceptũ præſtiterũt , ita ꝙ aliàs
ciues non feciſſent,tenentur in ſolidum . Vtrum autem do-
minus vſuram exigere poſsit à vaſallo,ſuprà Feudum.§.xxix.

## Rurſus de Vſura ſecundò vbi ſit quantum ad emptiones & venditiones.

1 *Vendere an liceat plus iuſto ratione dilationis temporis.*
2 *Vendens carius, aut emens vilius quando ſit vſurarius. & nu. ſeq. vſque ad nu. 9.*
3 *Emens reditus à ciuitate, quando ſit vſurarius.*
10 *Emere an liceat ſegetes vel fructus prouenturos.*
11 *Vſura an ſit accipere fructus poſſeſsionis venditæ ob pretium non ſolutum.*
12 *Emere an liceat annuum reditum.*
13 *Pecuniam dare vt ad vitam tuam quid accipias, an ſit vſura.*
14 *Emere debitum minori ſumma an ſit vſura.*
15 *Pactum de retro vendendo an ſit vſurarium.*
16 *Penſio quando dicatur iuſta vel iniuſta.*

VSVRA ſecundò conſiderari põt ſpecialiter qũo inue-
niatur in emptionibus & venditiõibus, dũ in eis eſt vir-
tualiter mutuũ,& interdum cum lucro,dum excedũtur limi
tes iuſti pretij in plus vel in minus,id eſt, ſummũ vel infimũ.
Cùm enĩ pretium iuſtũ ſit indiuiſibile ſecundum S. Tho.in
eo ſunt tres gradus,ſecundũ Sco.in iiij.ſcilicet vnus medius,
& duo extremi:& ſic diſtinguũtur vnius rei tria pretia iuſta,
ſummũ, infimũ, & mediũ : ſicut eandem petiã panni trium
æſtimatorũ vnus poſsibiliter æſtimabit xlix.aureis vendendã,
1 alius xlix.cũ dimidio,alius 50.¶† Primò ergo quærit̃,vtrum
liceat vendere rem plus iuſto pretio rõne dilationis tempo
ris? Et dico multa.¶ Primum. Pro fundamento in iſta qõne
habenda eſt iuſtitia pretij,de qua ſ. Emptio.§.vj. dictum eſt.
Et,vt ibi patet,pretium iuſtum eſt quod ſecundum commu
nem æſtimationem currit in foro in loco & tempore vendi-
tionis : intellige ad numeratum , & quando res traditur de
præſenti in eodem loco,in quo ſoluitur pretium,vel in alio:
niſi res plus valeat venditori quàm habeat communis æſti-
matio:vel niſi adſit fraus minorantiũ vel augẽtiũ cõem æſti
mationem fraudulenter.Et idem eſt ſcdm Arch. poſt Laur.
de Ridol.ſi aliqui mercatores pecunioſi vendãt res ſuas ad
terminũ vt plus lucrent̃,& boni cõſequenter nõ poſſunt ven
dere ſuas iuſto pretio ad numeratũ.Et idem eſt ſi aliquis do
minus tyrãnicè ſine rationabili cauſa ſtatuat pretia iniuſta.
Et idem videt̃ aliquibus, qñ alicubi ꝓpter pecuniarũ pauci-
tatem mala cõſuetudo eſt ꝙ penè omẽs vendãt ad tempus:
& ſic ad numeratũ nõ inuenit̃ illud pretiũ,quod ceſſante ta-
li cõſuetudine eſſet iuſtũ & cõiter currens . Et ita ſeu ſit Ge-
rar.Odo.&,vt videt̃,rõnabiliter:quia maleficijs nõ eſt indul
gendũ.ff.de rei ven.l.in fundo.& de cogna.ſpi.c.ij.Nõ habẽt
tñ locũ iſta , vbi quis nõ põt vendendo mediocriter lucrari:
non propter aliquã malitiã vel malã cõſuetudinem: ſed pro
pter aliã irreprehenſibilem cauſam:puta ex abũdantia taliũ
merciũ,vel hmõi:quia ſicut mercator põt augere pretiũ ex
varietate temporũ & locorũ:ita & minuere debet: quia re-
ſpectu locorũ & temporũ cõſideranda ſunt pretia,nõ ſolùm
in augmentatione,ſed etiã in minutione.ff.ſi cert.peta.l.vi-
num.& de reg.iu.l.ſecundum naturam. Et quod dicit magi-
ſter Raph.de Pornaſio,qui in iſto caſu periculosè conſuluit
quòd vendens ad tempus poteſt habere rationem de ſuo in-
tereſſe:puta quia de ſua pecunia fuiſſet lucratus : eſt verum
qñ eã poterat de præſenti habere ab alio: ſed vendit ad cre
dentiã vt ſeruiat:alioquin non eſt verum:quia pauper qui e-
mit,non debet emendare intereſſe,cuius ipſe non eſt cauſa.
Si autem res non tradatur his de preſenti,ſed tradatur in po
ſterum,iuſtum pretium eſt illud quod curret ad numeratũ
tempore redditionis rei verè vel communi exiſtimatione,
vt patet habenti oculos:extra eo.c.vlti.& pen.Quod tamen
fallit ſi res tradenda in futurum ſubſit periculis vel expenſis:
quia talibus qualitatibus affecta minus valet,in quo boniui-
ri arbitrabuntur . Si verò tradatur quidem ſiue cõſignetur
de præſenti,ſed non hic: vt ſi Mediolani quis emat aromata
quæ ſunt Genuę:iuſtum pretium eſt quod ad numeratũ cur
rit Mediolani,vbi celebratur contractus. ¶ Secundum.Quã
do adeſt prædicta fraus & alia impedimenta iuſti pretij, iu-
ſtum pretium rei non eſt illud quod habet communis æſti-
matio ad numeratum,vt dictum eſt,ſed Arch.videtur velle
quòd ſit illud, quo res diſtraheretur ſi talis fraus abeſſet. Et
hoc videtur eſſe illud quo ſolui poteſt materia rei & manu-
factura ac labores rationabiliter facti:ita ſcilicet quòd pru-
dens mercator aut artifex moderatum lucrum arbitrio bo-
ni viri reportet.¶ Tertium.S.Tho.ij.ij.q.lxxviij.ar.ij.ad ſepti
mum.dat regulam cognoſcendi vſurã in venditione ad tem
pus,& in ſolutione ante tempus,dicens. Si quis carius vendit
iuſto pretio,vt de pecunia ſoluẽda emptorem expectet,ma
nifeſtè vſura cõmittitur : quia huiuſmodi expectatio pretij
ſoluendi habet rationem mutui . Vnde quicquid vltra iuſtũ
pretium pro huiuſmodi expectatione exigitur,eſt quaſi pre
tium mutui,quod pertinet ad rationem vſuræ . Similiter ſi
quis emat vilius iuſto pretio eo quòd pecuniam antè ſoluit
quàm poſsit ei res tradi,eſt peccatum vſuræ:quia etiam iſta
anticipatio ſolutionis pecunię habet mutui rationem,cuius
quoddam pretium eſt quod minuitur,de iuſto pretio rei em
ptæ.Si verò aliquis de iuſto pretio velit minuere,vt pecuniã
prius habeat,non peccat peccato vſuræ : intellige ex parte
venditoris minus accipientis : licet videatur eſſe ex parte
emptoris:vt idem dicit ad lectorem Florentinum . Hæc ex
illo. qui qualiter accipiat iuſtũ pretium,non determinat,ſed
poteſt

poteſt intelligi iuxta prædicta. Et ſi quis vendat ad tempus
vltra pretium currens ad extorquendum iuſtum pretium
quod curreret ſi dicta impedimenta non eſſent, non peccat,
ſi nõ reſpicit ad tempus, ſed ad rationabile lucrũ. ¶ Quartũ.
Ex his patet primò ꝙ ſemper vſura eſt vendere ad tempus
rõne dilationis vltra iuſtũ pretiũ, niſi qñ venditor vendit ad
ſerui ẽdũ amico, rem ſuã in aliud tempus ſeruaturus. de quo
j. §. ſeq. Eſt, inquã, vſura, nõ ex forma: vt in c. in ciuitate. eo. ti.
ſed virtualiter in iudicio animæ ſuæ quo ad Deũ. ſcḋm gl. in
c. cõſuluit. eo. tit. Imò & ſcḋm text. bene intellectũ eccleſia
hoc expreſsè determinauit. Qui tñ ad tempus vendit pretio
ſummo, ſed ad numeratũ vendit mediocri vel infimo, nõ pec
cat. ¶ Quintũ. Nõ obſtat aũt prædictis primò ꝙ res tm̃ va-
let quantum vendi poteſt. ff. ad Trebel. l. j. §. ſi hæres. & ff. ad
l. fal. l. quærebatur. & l. pretia. & ff. de fur. l. ſi quis vxoris. §. vl.
quia hoc verũ eſt cùm res venditur ſecundũ æſtimationem
cõmunem ſeu currentem. quod nõ eſt hic: & qñ ceſſat fraus
& coactio & ignorãtia, de quibus ſ. Emptio. §. ix. ita tamen
quòd coactionem intelligamus non ſolũ quando quis cogi-
tur emere ad euitandum damnum corporis vel rerum, ſed e-
tiam ad lucrandum: ſicut aliqui malunt emere ad tempus
pretio iniuſto, quàm iuſto ad numeratũ: quia interim de pe-
cunia plus lucrãtur quàm ſit illa iniuſtitia pretij. Nõ obſtat
ſecũdò ſi dicatur quòd hoc ſit ratione indemnitatis, ne quis
dãnificetur ex abſentia ſuæ pecuniæ: quia nõ licet alicui ſe
indemnem ſeruare cũ dãno iniuſto alterius: quia nemo de-
bet cum alterius iactura locupletari, ſcḋm re. iu. in vj. Et qui
dem ſi pateretur gratia emptoris, vt quia nũc põt ad nume
ratũ habere pretium iuſtum, & recuſat vt ſeruiat emptori,
rectè poſſet habere rationem de ſuo intereſſe, etiã lucri ceſ
ſantis, vt tit. priore. §. xix. Si autem pecuniã nũc de ſua re ha-
bere nõ poteſt, & tamen patitur damnũ, non eſt æquum vt
emptor faciat eum indemnem, ex quo propter eum nõ pati
tur: quia nõ tenetur de dãno, quod eius cauſa nõ ſit. Non ob
ſtat tertiò quòd hoc ſit cõſuetum: quia cõtra ius naturale
nulla valet conſuetudo: tamen conſuetudo vendentium iniu
ſtè excuſat vendentem iuſtè, licet vltra æſtimationem com
munem, quia facit pretiũ aliquod eſſe iuſtum, quod tñ non
currit ad numeratum. ¶ Non obſtat quartò ꝙ aliquando cre
ditor facit expenſas in exigendo: & conſequenter videtur ꝙ
liceat ei ratione intereſſe futuri plus vendere cũ intentione
nihil plus exigẽdi, ſi ſuo tempore ſibi ſoluatur: quia hoc eſt
exponere ſe tentationi: quia mutari poteſt & obliuiſci iuſtũ
pretiũ & mori, libris tñ nõ morientibus, in quibus pauper eſt
debitor. Vñ ſi facit expenſas, per viã iuris ſibi recompenſet.
2 ¶ † Secundò quæritur, vtrum vendens rem ad tempus maio-
ri, vel econtrario, emens minori pretio quàm habeat com-
munis æſtimatio, quia nolebat tunc vendere aut emere, ſed
hoc facit vt ſeruiat amico, ſit vſurarius? Et dico multa. ¶ Pri-
mum. Vendens merces ſuas ad inſtantiã alterius nũc, qñ pa-
rum valent, eo precio quo cõmuniter dubitatur an plus vel
minus ſint valituræ tempore futuro, in quod eas ſeruare vo-
lebat, nõ eſt vſurarius, nec peccat, vt patet per c. in ciuitate.
eod. tit. Secus ſi nõ erat eas ſeruaturus. Item ſecus ſi nõ erat
dubium ꝙ eo tempore, quo vendere volebat, eſſent plus aut
minus valituræ: quia eſſet vſura, cùm habeatur reſpectus ad
terminũ. Et idem ſecundũ Archi. eſt ſi erat probabile quòd
tunc tm̃ valerent, quantum modò vendit. quod tamen ex d.
c. in ciuitate. vel, nauiganti. non habetur. Et intellige dedu-
cto periculo, ſi quod erat in ſeruando, & expenſis & detrimen
tis, & huiuſmodi. Nec enim excuſatur iſte ſolùm ratione du-
bij vel periculi: vt in d. c. nauiganti. ſed etiam ratione ſui in-
tereſſe lucri ceſſantis quod ſibi vendicat. Nec diſtinguo v-
trum nunc pretium recipiat nécne: quia etiam ſi nunc reci-
piat, eſt licitum: ſed tamen ſi eo tempore pretium fuerit ma
ius vel minus, non creſcet, nec decreſcet. Si autem iſte vende
ret decrementa quæ facere ſolent interim aliquæ merces, vt
oleũ, & frumentũ, & huiuſmodi eſſet vſura: ſimiliter ſi nõ de
traheret expenſas interim neceſſariò faciendas, ſcilicet ex rei
natura requiſitas: vt in frumento excuſſo: ſecus ſi domus, in
qua eſt, indiget reparatione: quia eſt vitatio dãni non iuſti.
¶ Secundũ. Emens rem minori pretio quã valeat tempore
emptionis, ex hoc quòd tẽpore quo eſt eas recepturus veri-
ſimiliter dubiũ eſt vtrũ plus aut minus ſint valituræ quàm
eas ſoluat, nõ eſt vſurarius. d. c. in ciuitate. & c. nauigãti. eod.
tit. cũ ibi no. & idem ſcḋm Arch. ſi erat probabile ꝙ tm̃ va-
lerent: ſecus ſi nõ eſſet dubium aut veriſimile, ſed hoc fieret
propter anticipationem ſoluentis. Eſſet aũt vſura ſi tã paruo
pretio emeret rem, ꝙ veriſimiliter minus valere non poſſet
vel quid modicum, ſed bene multum plus: quia non accipi-
pitur hic intereſſe probabile. Et idem ſuo modo dicendum
eſt de venditore, ſi venderet tã magno ꝙ veriſimiliter nihil
aut parũ plus valere poſſet. Vnde intelligitur qñ eſt dubium
vtrũ ſit plus aut minus valitura æqualiter hincinde tantùm,
ſcilicet in plus quàm in minus. ¶ Tertium. Si prędicta licent,
à fortiori licitũ eſt mercatori volẽti merces ſeruare vende-
re ſub hac lege, vt qñ voluerit ponat pretium currens: ita tñ
quòd eo poſito non poſsit variare, etiam ſi pretium varietur,
vel etiã ſoluatur pretium quod curret tali die: quia ſi licitum
eſt nunc vendere eo pretio quod valebũt tempore quo eas
intendit exponere ſecundũ cõmunem æſtimationem homi-
num: multò magis eo, quod valebit in veritate: ita tamen ꝙ
ſi eadem die pretium fuerit varium, accipiatur mediocre: ar.
in auth. de conſulibus. §. quoniam etiam nos. eodem modo
cum iſta mediocritate licet, ſi terminus pretij non ſtatuatur
dies, ſed ſeptimana aut menſis: vel ſi non ſtatur in mediocri-
tate, ſtetur in eo pretio quod longiori tempore durauit in
illa ſeptimana vel menſe: quia etiam hoc licet, ſecundũ San
ctum Bern. ¶ Quartum. Prædicti contractus ſunt periculo-
ſi, & ab eis textus in d. cap. in ciuitate. conſuluit abſtinendum:
quia plerunque homines malunt ſic expedire, quàm ſuo peri
culo in tempus ſeruare: & vt plurimum ſunt incerti, ſi in tem
pus illud erant ſeruaturi, cùm ſæpe propter emergentia pro
poſitum mutent. ¶ Quintum. Si communis ſeu probabilis
æſtimatio ſit quòd aliqua merces tempore futuro ſit minus
valitura quàm modò, & tamen emptor credit eam plus va-
lituram, eſt vſurarius minus emendo propter præuentio-
nem ſolutionis, ſecundum Inno. & do. Anto. d. cap. in ciuita-
te. quod verum eſt quantum ad peccatum: & ſimiliter quan
tum ad reſtitutionem, ſi ex probabili coniectura credidit:
non autem ſi ex leui. argu. l. cùm quidam. §. quid ergo. ff. de
acquir. hære. & de ſent. excom. inquiſitioni. In dubio autem
ſi non apparet vtrum dubium fuerit communiter veriſimi-
le: vel vtrum ęſtimatio emptoris fuerit rationabilis aut non:
puto quòd tenebitur: quia in dubijs via tutior eſt eligen-
da. de ſpon. iuuenis. Et idem ſuo modo dicendum eſt de ven-
ditore. ¶ Sextum. Ad prædictorum limitationem facit diſtin
ctio Scoti in iiij. diſt. xv. dicentis. Si vendens frumentum in
natiuitate, non venditurus, ſed ſeruaturus vſque ad Maium,
ad inſtantiam alicuius requirentis vendit: ſi quidem ponit
pretium tale quod veriſimiliter poteſt plus valere vel minus,
non erit vſura, per dictum caput, nauiganti. Si verò ponat ta
le pretium quod ponat ſe in tuto vt in pluribus, & illum,
cum quo contrahit, in periculo vt in pluribus, puta quia ra-
rò poteſt plus valere, ſed minus communiter, ſic eſt vſura.
¶ † Tertiò quæritur, vtrum emens modico pretio reditus à 3
ciuit



ciuitate anguſtiata bello, & demum facta pace lucratur de-
cem pro vno, ſit vſurius? Et dico ſecundum Hoſt. & Archid.
quòd non ratione dubij. l. cum hæreditate. & l. ſeq. ff. de hæ-
red. vel act. vend. conſulunt tamen vt inde largas faciat elee-
4 moſynas. ¶ † Quartò quæritur, quid de ſtocholis barocholis,
vt cùm indigenti pecunia venditur res, vt ſtatim ab eodem
minori pretio reematur? Et dico iſtum cõtractum eſſe vſu
rarium: quia perinde eſt ac ſi pecunia mutuaretur: & peſsimũ
eſt pauperem duplici gladio iugulari: vno dum cõmuniter
emit plus iuſto, alio dum vendit minus. Si tamen quis ſimpli
citer vendidiſſet iuſto pretio, de reemptione nõ cogitans, &
emptor non inueniens emptorem, vellet venditori vendere
pretio minori: non eſſet vſura minus emendo, ſed iniuſtitia:
imò poſſet etiam non eſſe iniuſtitia propter latitudinẽ pre-
tij iuſti: vt ſi vendidit ſummo pretio rei, & emit mediocri vel
5 infimo. ¶ † Quintò quęritur vtrũ vendens aliquid pretio cur
renti cum pacto, ꝙ ſi plus valebit vſq; ad Paſcha, illud plus
ſibi ſoluatur: ſi verò minus, pretiũ nõ minuatur, ſit vſurarius?
Et dicit Hoſt. in Sum. & Arch. xiiij. q. iiij. §. j. quòd ſic, facit. C.
de ſol. l. penul. & ff. de dam. infect. l. qui bona. §. ſi quis. ff. pro
ſolu. l. ſi non fuerint. §. Ariſto. Quod intellige quãdo tale pa
ctum facit ratione dilationis ſolutionis: aliàs nõ eſſet vſura,
6 ſed iniquitas: quia non eſſet mutuũ vel ęquipollens. ¶ † Sextò
quæritur, quid de his qui emunt oues aut boues vel huiuſmo
di à pauperibus vel alijs qui ea non habent, & eis locant pro
annua penſione? Et dico ſecundũ Veruec. quòd ſi hoc ſciunt
& credunt, vſura eſt, vel ſaltẽ ſit in fraudem vſuræ: & omni-
no reſtituere tenẽtur, cùm mercedem ſine cauſa receperint,
ſcilicet ex eo quod non eſt. ff. de cõdi. ſine cau. per totum. Si
verò credentes eos habere bona fide ſine fraude emerũt, nõ
eſt vſura, nec peccatum quandiu durat bona fides. Et idem
inquit de emẽtibus fructus terrarum à nõ habẽtibus. & con-
cord. Roden. Et adde quòd durante bona fide etiam reſtitue
re non tenetur conſumpta, ſed tenetur de extantibus, vel in-
quantum factus eſt quis locupletior. ff. de peti. hæred. l. vtrũ.
eo ſcilicet caſu quo quis ab alio nõ emiſſet: ſecus ſi erat em-
pturus, quia non tenetur ratione intereſſe. Si autem ſunt in
probabili dubio vtrum pauperes iſta habeant, nõ habent ſe
exponere diſcrimini: ſed aut certificentur, aut ceſſent à con
7 tractu. ¶ † Septimò, quid de emẽte equos vel huiuſmodi ſibi
reddendos à venditore in certis nundinis? Et dicit Veruec.
quòd ſi emantur minori pretio quàm æſtimatur eos ibi tũc
valituros, vſura eſt: intellige ſi interuenit pręmatura ſolutio:
aliàs non. eod. tit. c. nauiganti. licet poſſet eſſe alia iniquitas.
Si verò, inquit, de valore dubitatur veriſimiliter, nõ eſt vſu
ra. Concord. Rod. No. tamen quod iſti Doct. loquuntur de
nundinis futuris loco contractus: aliter pretium non debet
eſſe quod currit in loco nundinarum, ſed in loco cõtractus:
vt patuit ſuprà Emptio. §. vbi agebatur de iuſtitia pretij. Si
verò loquatur de nundinis futuris alibi, quod dicunt verum
eſt, conſiderata diſtantia temporis, nõ autẽ loci: quia diſtan
tia à loco non emuntur pretio currente in loco vbi ſunt, niſi
etiam ibi ſit pecunia, vt quaſi pro loco illo fiat cõtractus: ſed
pretio currente in loco cõtractus. vide infrà Vſura. iiij. §. iij.
8 & §. xj. ¶ † Octauò quæritur, vtrum emẽs granum tempore
meſsium, aut vinum tempore vindemiarum pretio tunc cur
renti, cum pacto quòd tot menſurę ſibi reddantur tempore
paſchali, ſit vſurarius? Et dicit Hoſt. in Sum. & Io. And. in c.
fin. eod. tit. quòd ſic. xiiij. q. iij. Vſura. non obſtante quòd ali-
quando eo tẽpore ſint viliora: quia ad ea, quæ raro eueniunt
leges non conſiderant. l. nam ad ea. ff. de legi. in authen. vt ſi-
ne proh. § quia verò poſt multã. & cõmunis curſus, quo ſci-
licet ſunt cariora, æſtimandus eſt. de ſepul. c. certificari. & l. j.
§. j. ff. de flu. Intellige tamen iſta eo caſu, quo iſte modò no-
lebat emere iſta: ſed in paſchate. Nam ſi nunc volebat eme
re, ſed ad inſtantiam amici petentis pecuniam ſibi dari mu-
tuo: dic vt ſuprà Vſura. j. §. xxiij. ¶ † Nonò quæritur, quid de 9
iſto caſu, Vendit quis bladum alteri dandum tempore meſ-
ſis pro viginti, cùm tamen ſecundum cõmunem æſtimatio-
nem tunc ſit valiturum quindecim ſolùm, ſed deinde venit
cariſtia, & emptor illud vendit pro vigintiquinq;. Quęritur,
vtrum primus venditor teneatur emptori in aliquo? Et vide-
tur quòd nõ: quia ille emptor nõ eſt paſſus damnũ, ſed lucra
tus eſt. tamen Aſtẽ. poſt Mo. dicit quòd tenetur ei de quinq;:
quia licet ille nõ fuerit damnificatus, fuit per euentum rei,
qui nõ excuſat ab vſura: imò damnificatus eſt: quia emit plu
ris quàm valeret in termino ſecundũ ęſtimationẽ boni viri.
Ex parte tamen primi venditoris vſurã nõ video, ſed iniuſti-
tiam. ¶ † Decimò quæritur, quid ſi quis emat ſegetes vel fru 10
ctus prouenturos hoc anno de agro? Et dico ſecundũ Mon.
& Veruec. quòd ex forma cõtractus nõ eſt vſura: poteſt ta-
men fieri in fraudẽ vſurarũ: vt ſi veriſimile ſit quod fructus
colligendi etiam cõputatò dubio quòd poſſunt impediri, va
leãt tunc plus eo quod nũc datur, maximè ſi eſt perſona quę
vſuras aliàs conſueuerit exercere. quod intellige ſi præceſsit
præmatura ſolutio: aliàs eſſet iniuſtitia tantùm. Sed ſi ſit du
bium vtrũ illi fructus plus vel minus debęant valere, non eſt
vſura. & idem Hoſt. & Vl. Et eodem modo dicendum eſt, ſi
emantur fructus prouenturi vſq; ad tres annos vel plures. Et
addit Ray. quòd in foro iudiciali proceditur per cõiecturas:
in pœnitentiali verò ſtatur partium aſſertioni. Quod intel-
lige niſi ex aliqua coniectura ſcãdalum oriretur: quia omni-
no oporteret contra ſcandalum ſatisfacere: de homi. c. ex li-
teris. el j. de purg. cano. per totum. ¶ Bald. verò in rubri. C. de
vſur. dicit quòd in hoc caſu ſi cauſa damni vẽditoris eſt præ-
ſens numeratio, vſura eſt. d. c. in ciuitate. eod. tit. Si verò eſt ſo
la conuentio, quia ſcilicet pretium non ſoluitur de præſenti:
ſic licet contractus non ſit vſurarius, eſt tamẽ illicitus. Si ve
rò neutrùm eſt cauſa damni, quia non plus valet frumẽtum
aut vinum ſub tali qualitate propter periculũ cui ſubiacet,
ſic licet. l. fiſtulas. §. frumẽta. ff. de cõtrahẽ. emp. Quod intel-
lige quando emitur non in genere, ſed determinatè, ſcilicet
frumentum iſtius agri, aut vinum iſtius vineæ. ¶ † Vndecimò 11
quæritur, ſi vendatur poſſeſsio, & non ſoluitur pretiũ, vtrum
ſit vſura accipere fructus? Et dico duo. ¶ Primum. Si ſtatua-
tur terminus ſolutionis, & emptor pretiũ nõ ſoluit in termi-
no tranſacto termino poteſt eam venditor in pignus accipe
re, & fructus facere ſuos, ſecundũ Gloſ. in c. conqueſtus. eod.
tit. & C. de vſur. l. vſuras. & habet actionem ex contractu, vel
officio iudicis ad intereſſe, ſecundum Hoſt. C. de act. emp. &
vendit. l. ij. ff. de act. emp. l. ij. Et quod liceat, habes gloſ. in l.
ij. C. de vſur. & in l. curabit. C. de actio. emp. & vendi. Sed ta-
men limito ſi vẽditor petit verum intereſſe damni vel lucri.
¶ Secundum. Si autem à principio venditionis pactum fiat
quòd donec reddatur pretium, vẽditor percipiet fructus poſ
ſeſsionis vel penſionem domus: ſic licet. & eſt tex. in l. cura-
bit. C. de act. emp. & vend. & ſecundum Azo. in gloſ. & Bart.
& Bal. ibidem. & Salic. & Ang. in l. Iulianus. ff. de act. emp. &
vend. & Io. de Ana. in c. conqueſtus. de vſur. dũmodo ſecundũ
ratam pretij ſoluti emptor partem accipiat fructuum, vt me
dietatem ſi ſoluitur medietas, & ſic de alijs: quia non eſt
æquum vt emptor habeat fructus, & vẽditor pecunia vti nõ
poſsit. Quam quidem opinionẽ Sum. Ang. dicit veram etiã
de iure canonico, per gloſ. in cap. conqueſtus non obſt. quòd
loquatur de exiſtente in mora: quia ſic in mora conſtitui po
teſt à principio. Et licet, inquit, aliqui Theologi & Legiſtę, vt
Butri.

Butri. in d.l.curabit.dicant verum eſſe,quando venditor fuiſ
ſet de pecunia lucratus,tamen mihi, inquit,videtur ſimplici-
ter vera,etiam ſi pretium ſeruare volebat in arca. Sed dico
quòd nec ſimpliciter nec cum dicta limitatiõe eſt vera : quia
dare aliena,cuiuſmodi eſt poſſeſsio vendita , non licet acci-
pere fructũ:ſimiliter nec de pecunia licet accipere intereſſe
lucri ceſſantis,niſi poſt moram,vel quando conceditur ami
co ad eius vtilitatẽ cum proprio intereſſe: vt patet ex dictis
tit.priore. quorum neutrum eſt hic, ſed accipitur lucrum ſo-
lùm ratione expectationis,ſecũdum opinionem huius Sum.
quod eſt vſurariũ.Vnde cõtra Ang.tenet Franci.de Mayro.
in iiij.diſt.xv. & ſanctus Bern.& Roſ. Vſura.j.§.xlvij.& Ar-
chid.dicens Theologos non approbare iſtum contractum:
quia illi fructus videntur haberi ratione dilationis temporis:
quod ſapere videtur vſuram,per dictum cap.in ciuitate.Ego
autem dico quòd venditor poteſt recipere fructus ſolùm
quando poſſeſsio eſt ſua:& non aliàs ante moram,id eſt,ter-
minum ſolutionis : niſi fortè ratione intereſſe eo caſu quo
vendidiſſet principaliter ad ſeruiendum amico. quod nõ eſt
in caſu.Igitur ſi venditio fiat à menũc abſolutè, & nunc de-
tur mihi medietas pretij:ſi percipio fructus reliquę medie-
tatis,percipio fructus rei non meæ.Et ſic intellige Theolo-
gos.Si verò fiat vẽditio conditionata,id eſt,vt ſtatuatur qui-
dem pretiũ quo ego ſpondeo me prædiũ venditurũ quando
exhibebit pecuniam:ſed tamẽ nõ intelligitur facta actualis
venditio,niſi actu exhibeas pecuniam: & interim pretiũ ſtat
periculo meo,ſic quòd ſi raperetur à flumine,vel deteriora-
retur,damnum eſſet meum:ſic verum eſt dictum Legiſtarũ:
& ſic videtur tenere Bal.in d.l.curabit.& videtur probari per
l.in initio.C de pac.int.emp.& vandi.& ſic debet intelligi d.
l.curabit.Aliud enim eſt vendere nunc,atq; aliud nunc ſpon-
dere,& obligare me venditurum tali pretio intra annũ:quia
in primo caſu apud me non ſtat dominium,ſicut in ſecundo.
Nec eſt verũ quòd hoc caſu poſsit quis à principio conſtitui
in mora ſalua iuſtitia,ſi poſſeſsio abſolutè vendatur : ſed ſo-
lùm ſi vendatur conditionatè.quod tamen quidam dicũt fie
ri eo ipſo quo fit pactum de affictu: quod non eſt verum,niſi
ſtet periculo vẽditoris. ¶ † Duodecimò quæritur,vtrũ licitũ
12 ſit emere annuũ reditum,maximè nouiter inſtitutũ? Et dico
multa. ¶ Primum exemplum huius quæſtionis eſt. Si Titius
indigens pecunia Mæuio vẽdat quinquaginta florenos auri
annui reditus ſuper fundo B. vel ſuper omnibus bonis ſuis,
obligans omnia bona ſua,& fiat contractus pretio cõpeten-
ti arbitrio boni viri cõſiderata qualitate regionis , quantum
ad id quod reddere ſolent pecuniæ inueſtitæ,vt in pluribus:
puta florenorum mille auri,cum pacto quòd eodem pretio
poſsit in totum vel in partem redimere. ¶ Secundum.Innoc.
in c.in ciuitate.de vſuris.pertractat iſtam quæſtionẽ quo ad
emptionem,nihil dicens de facultate redimẽdi.& diſtinguit.
Mam ſi talis reditus iam ſit inſtitutus ſuper rebus mobilibus
vel immobilibus ante contractum aut venditam actionem:
ſecundum eum & Io.And.& Hoſ.& omnes Canoniſtas,con
tractus eſt licitus : & hoc,vt dicit Laur.de Ridol.ſiue fuerit
conſtitutus in re,puta in vino,& poſſeſsione, & huiuſmodi:
ſiue in perſona,puta ſerui,liberti,vel ruſtici:vel actione, vel
nomine,ſiue ſit reditus certus,puta quia redduntur quinqua-
ginta:ſiue incertus , puta quia redditur quarta pars fructuũ
de aliqua domo vel operibus alicuius perſonæ: ſiue contra-
ctus ſit perpetuus,puta quia extẽditur ad hæredes cõtrahen
tium:ſiue ſit ad vitã hominis , ſiue ad certum tẽpus, puta ad
quinq; annos:quia eſt vera venditio , cùm ibi ſit pretium &
merces,id eſt,annuus reditus.C. de ſacroſan.eccl.l.iubemus.
¶ Tertium.Si verò reditus non eſt adhuc cõſtitutus,ſed con-
ſtituitur de nouo in rebus vel perſonis : dicit ſecundum ali-
quos,contractum eſſe illicitum:quia ibi nõ videtur eſſe vera
venditio,cùm merces non ſit in rerum natura: emptio autẽ
& venditio ſine re,quæ veneat,intelligi non poteſt.ff.de cõ-
trahen.emp.l.nec emptio.ideo cõſuluit abſtinendum.Et cõ-
ſentit Io.And.addens contractũ eſſe illicitũ : & vix ſe videre
quomodo ſine fraude fieri poſsit.Sed Veruec.non gl.Rayn.
ſed alius & Alex.Lon. dicunt contractũ eſſe licitũ : nec eſſe
aliquã cauſam dubitandi,& eſſe purã venditionẽ : quia cùm
habeamus tria bona,ſcilicet mobilia & immobilia, & ius in
vtriſq;,hoc tertiũ eſt quod hic vẽditur.Vnde falſum aſſumit
Inn.in ſua ratione,quòd ibi nõ ſit res vendita:quia eſt vtriq;,
ſcilicet certus reditus,ſiue ius exigendi certũ reditũ:imò da-
to quòd hęc nõ eſſent,& emptio ſine re nõ fiat:tamẽ dico ꝙ
fit ſine re præſenti:modò ſit res futura & ſperata,ſicut emun
tur fructus prouẽturi ex agro,& partus ancillæ vel pecudis.
ff.de cõtrah.emp.l.nec emptio.& ſimiliter iactus retis.l.ſi ia
ctum.ff.eo.& ſi captura duplo valeret,quàm pretium nihilo
minus tenet cõtractus,quia ſpei emptio eſt.Circa hoc mul-
ta alia proſequitur idẽ Veruec.ſoluẽs omnia obiecta, vt dif-
fusè recitat Archi.ij.parte,titu.j.c.viij.Et videtur mihi quòd
iſti bene dicãt:nec ſit ratio dubitãdi, modò ceſſet fraus:licet
Archi.dicat quòd nõ videatur clarũ.Et hoc tenet etiã Rich.
& cõiter Doct. Pariſini , & Canoniſtæ in d.c.in ciuitate.Et
ita videtur mihi res clara:quia non video differentiã inter af
fictum antiquũ & nouum quo ad hoc : tum quia nõ directè
& immediatè emitur affictus ſiue reditus , ſed ius exigendi
& percipiẽdi illum:tum quia ſi affictus antiquus,quem,ſecũ-
dum omnes,emere licet,fuit licitè inſtitutus: quare non põt
etiam nunc alius inſtitui & vẽdi.Si verò fuit inſtitutus illici-
tè,quaſi res de ſe iniuſta,licitè emi nõ poſſet per regulã, nõ
firmatur.de reg.iur. lib.vj.vbi nõ firmatur tractu temporis,
quod ab initio iure nõ ſubſiſtit. ¶ Quartũ. Per. tamẽ de An-
cha dicit quòd ſi reditus nouiter inſtitutus ſit pecunialis : qa
habet magnã vicinitatẽ cum mutuo:potiùs talis emptio di-
citur contractus vſurarius.& verum eſt quo ad præſumptio-
nem aliquando:ſecus vbi in veritate ceſſaret fraus. Et eſt dif
ferentia inter iſtam ſolutionẽ & mutuũ:quia mutuũ neceſſa
riò eſt reſtituendũ,nõ autẽ pretiũ hic acceptũ,licet aliquãdo
poſsit reſtitui:vt ſi fiat pactũ quod affictus redimi poſsit:quo
caſu nihilo minus vẽditor nõ eſt obligatus redimere,ſi non
vult:alioquin ſi eſſet obligatus,vſura eſſet.Io.etiã de Lig.di
cit ꝙ quãdo cenſus cõſtituatur nõ habita relatione ad rem:
vt quia obligo me tibi ad vnũ florenũ,quia das decẽ,& ven-
do tibi hoc ius percipiẽdi nõ relatũ ad rem,tunc licita eſt vẽ
ditio,quia nõ venditur ius:imò de nouo oritur cõtractus fœ
neratorius.xiiij.q.iij.pleriq;.& ita tenet Sũ. Roſ. cõtra Ang.
quæ tenet iuxta prædicta.Sed ego dico per rationẽ Veruec.
& Alex.quòd hic eſt vera vẽditio:nec obligatio eſt perſona-
lis ſed realis,cùm obligentur omnia bona venditoris. & qđ
Io.de Li.dicit,habet locũ vbi cenſus cõſtituitur ſuper re cer
ta:& cõſequenter taxatur ſecundũ quãtitatẽ pecuniæ , licet
ipſa tantũ reddere non poſsit: vt ſi centũ aureis ematur affi-
ctus quinq; aureorũ ſup domo quæ non locať niſi pro qua-
tuor:eſſet enĩ tũc vſura.Sed Sum.Ang.quod nõ eſt propriè
verum ſuppoſita veritate venditionis:quia ceſſat mutuum:
eſſet tñ iniuſtitia,& illud plus eſſet obnoxiũ reſtitutioni.Vñ
dicit idẽ Ioan.de Lig.quòd vbi cenſus conſtituitur tempore
venditionis,& nõ poteſt haberi de re:vt quia cõſtituitur cen-
ſus vt decẽ in domo quæ locari non poteſt niſi pro quinque,
& eſt fraudulosus contractus. ¶ Quintum.Secũdum Roden.
tamen quãdo emitur reditus ad vitam emptoris, nõ eſt tutũ
ne vendens deſideret mortẽ emptoris. & placet: quia pactũ
quod



quod inducit votum captandæ mortis,non valet.C.de pac.l.
ſi.& ff.de ver.obli.l.ſtipulatio hoc modo . Vnde prohibetur
promiſsio præbendæ non vacantis.de con.præb.c.ij.lib.vj.&
hoc,quia eſt cõtra bonos mores:vnde nec debet admitti.C.
de pac.l.pacta.Quod tamen ſi fiat,non dico eſſe mortale,ſci
licet emere vel vendere ad vitam,ſecundum ſe:quia non inue
nitur prohibitum, ſi circunſtantiæ debitæ ſeruentur : aliter
vſusfructus nunquam poſſet conſtitui:qui finituř morte.In-
ſti.de vſufru.§.finitur. Vnde ſi quis conſtituat alicui certam
penſionem ad vitam pro certo pretio,non videtur illicitum.
Emere autem vel vendere ad vitam venditoris, magis licet:
quia tale votum interuenire non poteſt. ¶ Sextum. Contra-
ctus,quo quis emit reditus poſſeſsionum aut domorum,cõ-
muniter fit ſub contractu emphyteutico ſiue liuellario , &
cum pacto redimendi ſeu affrancandi.Vnde vult Sum.Ang.
quòd non poſsit inſtitui penſio ita magna ſicut in locatione:
13 ſed de hoc j.§.vltim. ¶ † Decimotertiò quæritur,quid de his
qui dant monaſterio vel eccleſiæ certam quantitatem pecu
niæ vt ab eis recipiat certas poſſeſsiones tenendas toto tem
pore vitæ ipſorum,ita quòd poſt mortem eorum redeant ad
eccleſias? Et dico Ray.& Goſ.iudicaſſe contractum vſurariũ
eo quòd homines multum ſperarent viuere : & ſic amplius
percipere de prouentibus quàm eſſet pecunia data : & ſola
ſpe contrahitur vſura.Si tamen quis daret vnã poſſeſsionem
& reciperet æquiualentem aut duplo plus valentẽ vſufruitu-
tus vtranq; in vita ſua:& vtraq; poſt mortem ad eccleſiam
pleno dñio regreſſura,eſſet licitũ. Sed Rich.in ij.quoli.q.ij.
quem refert & ſequitur Sum.Ange.dicit licitum eſſe cõtra-
ctum,etiã quãdo datur pecunia,modò ſeruetur æqualitas iu
ris naturalis:quia nõ eſt cõtractus mutui veri vel apparentis:
ſed cõtractus innominatus, qui magis aſsimilatur emptioni
& venditioni.Hoſt.verò,quem refert ac ſequitur Sum.Ro.di
cit quòd eſt contractus emptionis & venditionis licitus & ex
cuſatus ratione incertitudinis.C.eo.l.ij.Laur.autẽ de Ridol.
ponit ſimilem caſum ſub aliqua forma,ſcilicet ꝙ tales dent
cẽtum monaſterio recepturi in vita ſua annuatim ſexdecim
hoc pacto ꝙ monaſterium ad libitum poſſet reddere centũ
& liberari ab annua ſolutiõe: & ob hoc monaſteriũ obligat
bona ſua:& dicit reditum nõ cõſtitui in re,nec ad rem habe
ri relationem,ſed ad perſonã,licet bona obligenť. Et ſic ibi
nõ eſt venditio iuris,ſed pecuniæ inuendibilis.Imò,inquit,ve
rius eſt cõtractus innominatus,ſcilicet do vt facias:in quo vi-
detur interuenire fraus,maximè attenta maximi lucri quãti
tate,& pacto de reſtituendo cùm voluerit ſcilicet monaſte-
rium.Ex quibus videtur in effectu ac ſi mutuũ cõtraxiſſent.
Ego verò dico ſibi nõ poſſe eſſe mutuũ:quia dãs pecuniam
nõ poteſt eam quouis tempore repetere:& cõſequenter nec
vſuram : ſed tñ eſt ibi iniuſtitia, & eſt emptio iuris exigendi
ſingulis annis ſexdecim,celebrata pretio iniuſto:& cõſequen
ter decidendus eſt iſte caſus ſcđm regulas datas ſ̃. Emptio,
14 per totũ. ¶ † Decimoquartò quæriť,quid ſi quis emat actio-
nem alicuius,vel ſummã certã minori pretio,quia ſoluit an-
te tempus:ſicut ſi quis emat creditum Petri, quod ei ſoluen
dum eſt ad tres annos aut pagas, ſeu reditus montiũ imma-
turos,aut ſcriptas banchi,vel actiones,& huiuſmodi? Et dico
multa. ¶ Primum. Quando litigiũ imminet,an poſsit actio
emi pretio minore quàm ſint ipſa iura.Bar.in l.per diuerſas.
C.mandati.dicit cõpetens pretium eſſe quod remanet dedu
ctis expenſis & labore pro recuperãda re factis.& idem Bal.
in l.ij.C.ne li.pen.& cõſequenter videntur iſti ſentire quòd
nõ poteſt quis actionem emere pro minori pretio quàm ſint
iura,niſi habito reſpectu ad prædicta,ſcilicet laborem & ex-
penſas faciendas.Quod Panor.in cap. ex parte.de alie.iudi.
mu.cau.fa.dicit ex toto non approbari : quia minus valet a-
ctio quàm res ad quam datur, tum propter dubium euen-
tum litis,cùm poſsit quis perdere cauſam etiam iuſtam pro
pter iudicis defectum:tum quia debitor poſſet interim effici
inops.Vnde dicit tex.no.in l.minus.ff.de reg.iu. quòd minus
eſt habere actionem quàm rem:vnde cùm nihil aliud emant
quàm ſpem in euentu iudicij futuri : ridiculum eſt dicere
quòd pretium de neceſsitate debeat eſſe tantum quantum
eſt in actione.Pro quo eſt Inno.in c.in ciuitate.eod. titu.vbi
concludit quòd poteſt quis conſcientia bona emere actio-
nem iam ortam tempore contractus , etiam pretio minore:
quia exponit ſe periculo.Et idem dicendum in trãſactione.
& eſt textus notabilis ad hoc in l.Lucius. ad Trebel. Vnde
concluderem quòd modicitas pretij dicitur habito reſpectu
ad valorem actionis:qui valor debet conſiderari habito re-
ſpectu ad dubium euentum litis , ſecundum quod cauſa eſt
clara vel dubia.Aduertendum eſt tamen quòd debitum liti-
gioſum aliquando emere non licet.de quo dic vt ſuprà, Lis.
§.viij. ¶ Secundum.Si quis emat à Ioanne centum , quæ de-
bet habere à Petro ex legato vel actu quocunq; modo pro
xcv.diſtinguendum eſt.Nam ſi hoc facit ad inſtãtiam ipſius
Petri,hoc eſt licitum ſi emit minoris quàm æſtimat ſuum
intereſſe, etiam lucri ceſſantis probabilis , deductis labori-
bus,&c.Et ſimiliter ſi quantum æſtimat laborem & pericu-
la rehabendi:quia noſtra intereſt litibus & ſumptibus non ve
xari:vt in l.minoribus.ff.de mino. Si verò ſponte facit pro-
pter lucrum,aut minuitur pretium ſolùm ratione ſumptuũ,
laborum,& periculorum, ſcilicet quia eſt emptio iuſto pre-
tio facta, cùm res in periculo cæteris paribus minus valeat
quàm extra periculum.Aut minuitur pretium ſolùm ratio-
ne anticipatæ ſolutionis:& tunc eſt vſura:vt in cap.fina.eod.
titu.& conſentit Ioan.And.in additio.ad Specul. & S.Tho.
ij.ij.quæſt.lxxviij.Nec obſtat illud. Plus ſoluit,qui antè tem
pus ſoluit.Inſtitutio.de actionib.§.plus.& de plus petitioni.
capite primo.quia illud eſt verum in eo qui obligatus ſolue
re,ante tempus ſoluendo patitur intereſſe : ideoque cogens
eum plus petit.Iſta autem plus petitio ſiue ſit reſpectu tem
poris:vt cùm obligatus ſolùm ad annum,nunc cogitur.Siue
reſpectu rei:vt cùm res debita tempore meſsis petitur tem
pore anteriori,in quo plus valet.Siue reſpectu cauſæ:vt cùm
debitum alternatiuè pẽtitur determinatè:poteſt diminuere
ſolùm tantùm,quantum quis æſtimat intereſſe ſuum veriſi
liter,& ſiue damni emergentis,ſiue lucri ceſſantis. Non au-
tem hoc habet locum in ſolutione anticipata pretij rei ven-
ditæ. Similiter ſi eſſet mutuum vel commodatum factum
alicui vſque ad tres annos , & ſuperueniente caſu mutuans
vel commodans indigeret,& vellet ſibi reſtitui : non liceret
commodatario vel mutuum recipienti minuere pro inter-
eſſe ſuo , quando ſimile intereſſe incurrit mutuans & com-
modans : nec aliunde prouidiſſet vt ipſum euaderet , ſi talis
commodator vel mutuans non ſubueniſſet. Et ſic intellige
& limita l.in rebus.ff.commodati. ¶ Tertium.Si debitor cen
tum aureorum ad inſtantiam creditoris ſoluit ante tempus
minus quàm debeat,puta xc.Ioannes de Ridol.ordi.mino.
dicit indiſtinctè eſſe licitum,aſſerens quòd poteſt vendi tem
pus proprium,licet non commune.de quo per Arch.iij.par-
te.tit.j.cap.viij.ſed Sanctus Thomas ad lectorem Florenti-
num,dicit hoc eſſe vſuram. Quod limita etiam, ſecundum
eum,niſi debitor antè ſoluat vt ſeruiat creditori,& patiatur
intereſſe:quia tunc licet. & habetur ratio eo caſu etiam in-
tereſſe lucri ceſſantis:puta quia volebat de illa ſumma mer-
cari,ſecundum Hoſtienſ.& Ioan.de Ligna. licet Innocen. &
Ioannes Andr.ſint in contrarium.de quo dic vt ſuprà, Vſu-
ra.j.

ra.j.§.xxiij. ¶ Quartum. Circa emptionem pagarum eſt controuerſia, quibuſdã dicentibus ꝙ licitè emuntur pretio minore. quos ſequitur Sum.Roſ. adducens multa valde confusè & præter propoſitũ, non diſtinguens inter emere loca & affictus, quorũ fructus eſt incertus, & emere pagas quarũ ſumma eſt certa. Sum. verò Ang. dicit quòd nõ licet. Ego verò dico ſic, Emere pagas dupliciter contingit: primò quando nõ ſunt certæ quantũ ad ſuam quantitatem: vt ſi quis emat reditus decem locorũ ad decem vel quinq; annos quicquid reddiderint: ſic licet & ſic ꝓcedũt penè omnia quæ adducit Sum. Roſ. Secundò quãdo ſcitur certa ſumma, puta quòd loca tali anno reddent tantũ, puta xl. ſolidos, & iſti xl. ſolidi qui exigi non poſſunt vſq; ad tres annos, emuntur pro xxx. ad rationem xv. ſolidorum pro libra: & idẽ eſt ac ſi tota ſumma neſciatur, & tamen certa ſumma ematur: puta libræ centũ ad rationẽ xv. ſolidorũ pro libra. Et ſic eſt in vſu Genuæ emere pagas. Igitur emere pagas Genuæ, id eſt, ꝓuentus ex locis certos, qui nõdum ſunt maturi, pro minori pretio quàm ipſę ſint: puta ad xv. ſolidos ꝑ libra, vel huiuſmodi: eſt emere creditum alicuius. Vnde diſtinguendũ eſt ſecundum aliquos vt s. §. eod. part. ij. Si enim emat quis ad inſtantiã amici, malens ſuis pecunijs nogotiari, vel aliud licitum quærere lucrũ, poterit minori emere pretio ſecundum quod veriſimiliter æſtimat ſuum intereſſe etiã lucri ceſſantis. Si verò hoc facit volens per hanc viã lucrari, vſurarius eſt non formaliter, ſed ęquiualenter: quia ſolutio anticipata habet rationem mutui. Sicut in ſimili dicitur in c. in ciuitate. eo. ti. ita quòd emptione & venditione eſt mutuum, quando ſoluitur ante vel poſt dationẽ rei. Si tamen in exigendo eſſent pericula & labores notabiles & expẽſæ: & hac ratione pretium minueretur, nõ eſſet illicitum: vt ſuprà particula ſecunda: ſed non eſt ita ſemper in propoſito; & multò minus in ſcriptis banchi, quæ dantur & accipiũtur in ſolutum. Nec obſtat ſi dicatur ineſſe periculum aut labor in rehabendo: quia aliquando non eſt veriſimile quin habebit tempore ſuo totum, & ſine labore vel periculo notabili. Vnde minutio pretij fit ſolùm ratiõe temporis. quod etiam patet: quia quando pagæ longius diſtant, tantò magis de pretio minuitur. Nõ obſtat etiã quòd communis æſtimatio plus eas non æſtimat valere: quia cõmunis æſtimatio nõ facit iuſtum pretium, niſi ad numeratũ, quando eodem tempore & loco exhibetur pretium & recipitur merces, alias eſt corruptela. Non obſtat etiam quòd fructus agreſtis minoris ſit pretij quàm maturus: quia hoc verũ eſt ratione qualitatis quam habet fructus in ſe non ratione dilationis tẽporis. Et ita in ꝓpoſito ſi ſumma immatura habeat in ſe pericula & labores, quę nõ habeat matura, minus valet, aliter nõ, ſed eſt vſura, per textum apertum à contrario in c. nauiganti. eo. tit. Non obſtat etiã quòd ſi radix bona eſt, id eſt, loca & fructus: quia fructus locorum ſunt quidem pagę, quæ ſunt bonæ: non autem iniuſta emptio pagarum, quæ eſt mala. Nõ obſtat etiã quòd emere pagas ſit emere iura quæ minus valent, ſi magis diſtant quaſi minus vtilia: quia ius ad certam ſummam nõ valet ea minus, niſi ratione periculi vel laboris, & huiuſmodi: ſicut etiam nec ius exigẽdi certã rem certo tempore valet minus quàm pretiũ rei tempore redditionis: quæ ſi emeretur minoris ratiõe anticipatæ ſolutiõis, eſſet vſura: vt per c. in ciuitate. de vſur. Nõ obſtat etiã quòd melior ſit res quàm ſpes: quia verum eſt, quando ſpes nõ eſt probabiliter certa. quo caſu dico licitè pagas emi pretio minore. Non obſtat etiam, ſi dicatur quòd Calixtus tertius & Xyſtus quartus cõceſſerunt eas emi poſſe ſine ſcrupulo: ille quidem ſemel tantùm, iſte verò toties, quoties: quia, vt in eorum literis patet, hoc conceſſerunt ſolùm quando protectores comperarum ſancti Georgij hoc æſtimãt cedere in vtilitatem dictarũ comperarum vel communis Genuæ: quo caſu papa tãquã princeps liberè remittere intelligitur emptoribus qui ab ipſis protectoribus emunt. Vnde in eis locũ habet conceſſio papę, non autem in alijs ementibus à priuatis. Magiſter autẽ Raph. de Porna. in hoc caſu conſuluit pagas emi poſſe pretio minore. Et ſic tenuit veram concluſionem: ſed ex rationibus falſis: quæ ſi valerent, probarent vniuerſaliter ac ſemper licere talem emptionẽ. quod papa nõ dicit. Et ſic ſtando principijs moralis philoſophię, iſta emptio indubitanter eſſet vſuraria. Quæ tamẽ eſt licita ex licentiãte ſtatuto. quod ſic declaro: Genua enim ex tãto tẽpore cuius initij memoria non extat in contrariũ, non recognouit ſuperiorẽ, & condidi ſtatuta & leges de facto: nõ obſtante ꝙ habuerit aliquos dominos, quia fuit ſub certis regibus quibus ſemper ſibi ſeruatũ eſt ius cõdendi leges, & ſuperioritatis cõuenientis ciuitati nõ recognoſcẽti ſuperiorẽ. Ciuitas autẽ & dominus ſuperiorẽ in temporalibus nõ recognoſcẽs habet in ſuo territorio iuriſdictionẽ, quam in toto orbe de iure habet Imperator, ſecundũ Bal. in c. j. de po. te. Doct. in l. imperiũ. ff. de iuriſdi. om. iud. igitur ſicut Imperator ex cauſa poteſt de iuribus & rebus vnius auferre & dare alteri ſine dubio, vt l. Lucius. ff. de euictio. Alex. in j. con. C. in ij. col. in addi. ad Bar. & Abb. in c. quæ in eccleſiarũ. de cõſtitu. ita & hæc ciuitas hoc facere poteſt ex cauſa iuſta, quæ eſt fauor publicus: vt tenẽt Doct. in d. c. quę in eccleſiarũ. & ꝓbatur in l. itẽ ſi verberatũ. ff. de rei ven. Bar. in proœ. ff. ꝑ tex. in l. vẽditor. §. ſi cõſtat. ff. cõmunia prædio. Hæc autem ciuitas virtualiter fecit legẽ quòd pagæ iſto modo vendantur: quia de hoc eſt conſuetudo obtenta in iudicio. Et hoc fecit ex cauſa iuſta, quæ eſt fauor publicus: quia expedit toti ciuitati iſta venditio: vt patet omnibus expertis circa hoc: imò expedit illis qui vendunt librã pro xv. ſolidis: quia ſi non venderentur pagæ niſi ad numeratum, gabellæ ciuitatis minus valerent, adeo quòd vbi habentur xv. ſolidi, nõ haberentur xij. nec fortè x. vt patet expertis. Et iſta opinio eſt verior & tenẽda, maximè poſt factũ. Et ſic papa intelligitur, non quidem donaſſe emptoribus reſiduũ iuſti pretij in dicta bulla, ſed declaraſſe veritatẽ. Quod etiã hinc colligitur: quia Xyſtus hoc conceſſurus dixit, Nos de huiuſmodi plenam notitiam habentes concedimus &c. ¶ Quintum. Si quis ſcripturã banchi, ſeu creditum quod quis habet in bancho accipiendi in futurum aliquam ſummã, puta centum, emat pretio minore, ſecundum Alex. de Ales, eſt illicitum. Sed intellige quando minuitur ſolùm ratione temporis: vnde dicendum eſt vt in caſu priore: quia non eſſet illicitũ ſi minueretur ratione laborum & periculorum & ſumptuum veriſimilium: quæ tamẽ rarò inſunt talibus ſcriptis, quæ, vt dictum eſt, dantur & accipiuntur in ſolutum.

¶ † Decimoquintò quæritur, quid iuris de emptione & ven- 15
ditione cum pacto retrouendendi? Et dico multa. ¶ Primũ. In hac quæſtione frequenter ſum pro veritate fatigatus, propter quoſdam confeſſores tenentes contra ſuos & aliorum Doctores: quo fine autem, ipſi viderint, & tamen veritas eſt clara ex ratione & authoritate, intelligendo tamen ſemper quòd emptio fiat iuſto pretio, & cũ alijs requiſitis: & ſimiliter locatio, ſeu etiã datio ad liuellum. Quod enim licitè quis emat & faciat fructus ſuos cum pacto reaffrancãdi ſiue redimendi intra tot annos, vel perpetuò quando pretium eſt iuſtũ, & intentio ſiue fides bona, ita quòd in veritate vult emere, & mallet emere abſolutè quàm cũ tali pacto. patet ratione: quia hoc fit ad commoditatẽ venditoris. Patet etiam authoritate: nã ita explicitè & formaliter tenuit ex ordine minorum Alexan. de Ales, iij. parte. Sum. & Mo. in Sum. & ſan. Bernar. Bern. in ſuis contractibus. & frater Ber. de Buſt. & Sum. Ang. ac Roſ. & ex ordine Prædi. Ray. Piſ. Arch. & omnes & Hug. vt refert ac ſequitur Arch. xiiij. q. iij. pleriq;. & Aſten. & Inno. Hoſ. & Io. Andr. & cõmuniter Canoniſtæ in c. ad noſtrã. de emptio. & vendi. & in c. conqueſtus. de vſur. ſicut & Theologi in iiij. di. xv. & Legiſtæ in l. ſi fundũ. & l. ſi à te. C. de pactis inter emp. & vend. & ſpecialiter Bar. Cepolla Veronenſis ſuper hoc vltimatè conficiens penè volumen, & tandẽ in meã ſententiã & cõcluſionem ſe reſoluẽs, vt patet ij. caſu ſuo. col. j. Hæc etiã concluſio eſt formaliter & explicitè tradita per iura ciuilia: vt d. l. ſi fundum. & l. ſi à te. & per Canones intellectos ad ſenſum gl. & Doc. vt patet per glo. in c. conqueſtus. de vſur. & in d. c. ad noſtram. vbi nec tex. obſtat: quia ibi reprobatur contractus ratione doli, non ratione pacti de retrouendendo, vt patet intuenti: & ſimiliter per ſacram ſcripturam, dicente dño Leui. xxv. quòd omnis terra Iſraëlitici populi ſub redemptionis conditione venderetur. ¶ Secundũ. Emere etiam cum pacto de retrouendendo, & locare venditori pro certo affictu, nõ eſt vſura, ſi fiat ſine fraude: quia rẽ ſuam põt quiſq; ſicut illi, ita & iſti, puta venditori locare, & cuilibet alij, ſaluis his quæ s. loco ſuo dicta ſunt. Eſſet tamen illicitum, ſi ex pacto cõmodum & incõmodum pertineret ad venditorem, excepto cõſtituto affictu, quia eſt contra naturam emptionis: cùm rei emptæ cõmodum vel incõmodum pertineat ad emptorem. l. illud. ff. de peri. & com. rei vẽdi. niſi affictus eſſet ita modicus, quòd venditor releuaretur in eo, in quo grauatur cõtra naturam contractus. Eſſet etiã illicitum, quando venditor non ſe poſſet, quando vellet ab huiuſmodi conductione liberare: quia cùm talis obligatio vendicet partem pretij. d. l. fundi partem. & emptor ſolũ iuſtum pretiũ rei ſoluat, ſic ſupra iuſtum pretium habebit iſtã obligationem. Et idem eſt ſi vellet emptor ꝙ venditor obligaret ſe ad conducendum, niſi in aliquo alleuiaretur cõductor. Præſumitur autem vſura ex dicendis parti. ſequenti. & iterum qñ emptor venderet proprios fundos ad huiuſmodi contractus faciendos: quia non præſumitur incontinenti velle cõtraria agere. l. nõ ad ea. ff. de cõdi. & demonſt. ¶ Tertium. Si aũt quis emeret in fraudem, puta quia intendit mutuare, non emere: nec vellet rem ſibi remanere, ſed redimi, & ſi crederet venditorem non redempturum, non emeret, vſura eſſet venditione palliata. Hoc autem ſecundum Doc. in d. c. ad noſtram, in foro contentioſo pręſumitur ex tribus. Primò quando pretium eſt modicum reſpectu rei: intellige vltra dimidium. & facit l. quanuis. §. ſi cùm eſſem. ff. ad Velle. & hoc maximè quando poſuit pactum quòd niſi redimatur intra certum tempus, poſtea redimi non poſsit: quia videtur pactum legis commiſſoriæ, ſcilicet mutuaſſe, puta centum, & recepiſſe pignus de cxxv. ita quòd niſi redimatur intra tale tempus, ſit amiſſum: verum eſt tamen quòd res non tñ valet vendita ſub tali conditione quòd ſemper poſſet redimi, quãtum ſi venderetur ſimpliciter, ar. l. fundi partem. ff. de contrahen. emp. Secundò quãdo ſit pactũ vt reſtituatur aliquid plus quã fuerit pretiũ: vt no. in c. illo vos. de pig. & do. Ant. in c. cũ in diœceſi. de vſur. Tertiò ſi emptor cõſueuit exercere vſuras. l. quod ſi nolit. §. qui aſsidua. ff. de ædil. edic. Quartò ſcdm Io. And. in d. c. ad noſtram. in nouel. & Hoſt. ſi apponatur clauſula ꝙ redimi nõ poſsit ante quinquennium vel decennium: ſed tamen in rei veritate non eſſet illicitum ſi fieret bona fide: vt quia vult facere aliqua temporalia melioramenta, puta impinguãdo, quorum effectu ipſe vult frui. Non autem faciunt pręſumptionem de vſura iſta tria ſimul, ſcilicet pactum de retrouendendo, modicitas pretij ſcilicet quòd non ſit vltra vel prope dimidiam, & datio in emphyteuſim: quia iſta iure permiſſa ſunt, nec reperitur contrarium eſſe cautum. & tex. in d. c. illo vos. de pignori. & in c. ad noſtram. de emptione & venditione. loquuntur vel quando aderat alia coniectura vltra iſta, videlicet quia emptor erat ſolitus fœnerari, vel fiebat aliquod pactum contra naturam contractus. ¶ Quartum. Ad pleniorem autem prædictorum notitiã colligendo ex quodã meo cõſilio regiſtrato in Auro. caſu xxxj. dico ꝙ iſte cõtractus fit primò ſic: Petrus emit ab Henrico fundum B. pretio iuſto, id eſt, mille aureis, & ſpõdet ſe ei reuenditurum intra certum tempus, puta x. annos, vel quoties ſumma fuerit oblata: interim aũt Petrus percipit fructus ex fundo, vel dat Henrico fundum ad officium penſione iuſta & æqua, iuxta dicenda §. ſequenti. Verbi gratia, ad ſex vel quinq; pro centum. Et dico ꝙ licet, iuxta dicta in hoc §. Secundò fit ſic: Petrus eñ emit cum prædicto pacto dimidium ipſius B. fundi pro indiuiſo florenis quingentis, & dat Henrico ad affictũ ſecundum rationem prædictã. Et dico quòd licet, vt prius, cùm ſit eadem ratio, vt patet. Si tamen in vtroq; caſu pretium non eſſet æquum, teneretur emptor pretium augere aut venditor minuere: ſed tamen cõtractus teneret, niſi eſſet error vltra dimidiã: teneretur etiã emptor, ſecundum aliquos, reſtituere fructus perceptos pro rata diminutionis pretij. Quod tamen non eſt verum: quia ſi contractus tenet, res eſt Petri, & conſequenter omnes fructus: vnde tenetur ſolùm de reſiduo pretij, & de intereſſe, ſi quod paſſus eſt venditor ratione illius reſidui. Tertiò fit ſic: Petrus emit cum prædicto pacto retrouendendi totum B. quingentis florenis, & dat Henrico ad affictum ſecundum rationem prædictã, ita tñ quòd in tali affictu nõ conſideratur valor fundi, id eſt, mille, ſed quantitas pretij, id eſt, ccccc. ita ꝙ ccccc. reddunt ei xxx. vel xxv. præcisè, ac ſi emeret directũ dominium fundi valens quinquaginta, nõ empto vtili, quod tantundem valet. Et dico ꝙ tunc eſt difficultas magna: & facio vnum fundamentũ, ſcilicet quòd fundum B. diuidatur in duas medietates, quæ ſint C. & deinde dico quòd pars C. tripliciter vendi poteſt: primò ſcilicet abſolutè, ſiue per diuiſum, ſiue per indiuiſum, & ſecundò cum obligatione retrouenditiõis: & ſic minus valet quàm abſolutè ſumpta: & tertiò cũ hypothecatione reliquę partis, ſcilicet D. ita ꝙ D. vendi nõ poteſt ſine cõſenſu eius qui emit C. vel ita ꝙ ſi emphyteuta ſeu liuellarius cadat à C. cadat etiã à D. vel huiuſmodi: & ſic valet plus quã abſolutè ſumpta tñ, quantũ æſtimatur illa obligatio. Ad caſum dico ꝙ ſi emptor intendit emere abſolutè totũ B. quingentis aureis, eſt iniuſtitia: & ſcdm iura reſcinderetur cõtractus, ſi iniquitas ſit vltra dimidiã, iuxta dicta s. in verbo Emptio: nec ſi detur poſtea ad affictum ſecundum rõnem dati pretij & nõ valoris, iuſtificatur cõtractus, quia poſterius nõ iuſtificat prius. Si verò intendit emere totum B. non abſolutè, ſed cum obligatione reuendendi, & reaffictãdi ſcdm rõnem pretij dati, & nõ valoris, videtur velle Sum. Roſ. ꝙ ſit licitum: quia cum tali obligatiõe nõ valet niſi quingentos aureos: quod verũ credere fortè quis poſſet ſi cõſideratis dicẽdis ſeq. §. & cõditiõibus regtõis arbitrio boni viri neutra pars nimis grauaret: quia perinde eſt ac ſi ematur dominiũ & ius directũ valẽs quinquaginta, & reddẽs penſionem regularem, id eſt, quinq; pro centũ, relicto tãtundem de vtili apud venditorem. Si verò intendit emere vnam medietatem B. abſolutè, id eſt, ſine hypothecatiõe alterius partis, & eã det ad affictũ ſcdm ꝓportionem totius B. nulla eſt iniuſtitia. Si verò intendit emere vnã partem cum hypothecatione reliquæ, & locare pro rata, quod eſt quaſi emere directum dominium ſine vtili, eſt licitum: ſed tamen oportet quòd illa hypothecatio ſoluatur, niſi recompenſetur

per obligationem retrouendendi, quæ & ipſa aliquid valet. & in his bonus vir arbitrabitur. Quartò fit ſic: Henricus em̃ egens pecunia vendit affictum nouum vel antiquum Petro ſuper omnibus bonis ſuis in genere, vel ſuper aliquibus in ſpecie: de quo dic vt ſ̃. §. xij. & adde ꝙ ſi ille contractus eſt licitus & eſt ibi vera venditio, poterit deinde fieri pactum de retrouendendo, & locare etiã ipſi venditori ſcd̃m quendam Veruec. & videtur expreſſum ſecundum eum. ff. de in diem addict. in l. ij. & in l. vbi aũt. Quintò etiã fit apparenter iſte cõtractus aliqñ vbi eſt vera impignoratio. de quo ĩ. Vſura. iij. per totum. ¶ Quintum. Sed cõtra prædicta arguitur primò: quia Dominus Leuit. xxv. in hoc caſu retrouenditionis iubet fructus computari in ſortem, & cõſequenter emens cum tali pacto non facit eos ſuos. Solutio. Dico primò quòd illa iuſsio eſt iudicialis, ſeu pertinet ad præcepta iudicialia: & cõſequenter nõ obligat, niſi denuò ſtatuatur, vt patet per S. Thom. j. ij. q. ciij. Dico ſecundò ꝙ hoc fuit ſpeciale in terra Promiſsionis, quã Dominus noluit poſſe vendi, niſi ſub cõditione vel pacto de redimendo, ꝙ fructus cõputarentur in ſortem, non abſolutè, ſed proportionaliter. Voluit enim quòd omnis poſſeſsio vendita in anno 50. libera ſine pretio rediret ad venditorem. Et interim poſſet redimi: ſed quantò pluribus annis emptor perceperat fructus, tantò minus pretium reſtituebatur ꝓportionaliter: ſicut, verbi gratia, poſſeſsio vendita aureis 50. in anno primo, in ſecundo valebat ſolùm xlix. in tertio, xlviij. & ſic de alijs: ita ꝙ quãtò minus reſtabat tẽpus vſq; ad quinquageſimũ annũ tãtò minus valebat. Et quòd iſte ſit ſenſus patet: quia ſi abſolutè fructus in ſortem debebant cõputari, & nõ ſecundum proportionem, etiã ante annum xxx. vel quadrageſimum, quælibet poſſeſſio maximè bene fructifera, fuiſſet libera, & nõ ſolùm in anno 50. ¶ Secundò arguitur. Nã in hoc cõtractu venditor nõ habet intentionem vendendi, ſed pignorãdi multoties. Sed dico ꝙ ſimpliciter vult vendere: licet ſcd̃m quid, id eſt, ſi aliter facere poſſet, nollet vendere. Et quicquid ſit de ſua intentione, ſufficit ꝙ dicat ſe velle vendere, & emptori nõ cõſtet de oppoſito probabiliter: quia ad contractum eſſe ſimulatum oportet cõcurrere animum vtriuſq;, ſcilicet ementis & vendentis, vt l. emptione. C. plus vale. quod agi. imò ſecundũ Bar. Cepo. de iure hoc ſufficit, etiã ſi emptor ſciret venditorem ſingere: licet nõ in cõſcientia. Imò ſcd̃m aliquos ſufficit in cõſcientia: ſi tamen emptor intenderet mutuare ſuper pi-
16 gnore, indubitatè eſſet vſura. ¶ † Decimoſextò quæritur, qũo cognoſcetur iuſtitia penſionis? Et dico ꝙ ad cognoſcendum qñ penſio in hoc cõtractu & in alijs ſit iuſta, ſciendum eſt ſecundum quoſdã, quos ſequitur Sum. Ang. quòd licet locatio fieri poſsit pro pretio totius reditus, quem domus aut poſſeſſio reddit: non tamen ſic fieri poteſt in iſto contractu liuellario: quia talis tenetur manutenere ſuis expenſis. l. ij. C. de iur. emphyteu. & ſoluere penſionem, licet pars rei pereat caſu fortuito. Secus in conductore: quia nõ tenetur ſuis ſumptibus manutenere: vt l. colonus. ff. loca. nec tenetur caſu re pereunte ſine ſui culpa, de locato. propter. Vñ ſi emptor tm̃ vult de cenſu, quantum ſolueret ſimplex cõductor, contractus eſt iniuſtus, & in fraudem vſurarum intellige præſumptiuè. Et ꝓpterea debet haberi reſpectus nõ ad fructus ſi excedunt: ſed ad quantitatẽ pecuniæ ſolutæ ꝓ pretio: ita ꝙ talis penſio multiplicata per xx. annos aſcẽdat ad totalem æſtimationem rei ſic locatæ, & ſic erũt v. ꝓ centenario, vt eſt tex. in auth. de nõ alie. §. quia verò. & in auth. perpetua. C. de ſacroſan. eccl. & ibi no. gl. Vnde ſi locaretur ſimpliciter pro ſex, nõ poteſt dari ad liuellum, niſi pro quinq;. Et quia communiter grauatur talis in cenſu: ideo talis cõtractus videtur illicitus & in fraudem vſurarum: intellige præſumptiuè. Sed de hoc ſ̃. §. priore. ¶ Alij verò, quos ſequitur Sum. Roſ. dicunt & verius, quòd licet plus accipiat dando in emphyteuſim, quàm ſimpliciter locando, per hoc non cenſetur cõtractus vſurarius nec illicitus. quod ꝓbatur per d. auth. perpetua. iuncta gl. de qua x. q. ij. perpetua. quia rei dandæ in emphyteuſim, etiã ſi locãdo ſit parui aut nullius reditus, penſio iuſta eſt, quæ in xx. annis adunata rei æſtimationem cõtinet, vt habetur in §. ſi verò alicuius. in auth. de nõ ali. & ideo plus ſoluitur, quia in locatiõe habet reſpectus ad fructus: in emphyteuſi nõ, ſed ad rei valorem: nec id quod ſoluitur ꝓpter fructus, intellige præciſè & ſemper, ſed in recognitionem directi dominij: intellige aliqñ, vt voluit Bar. in l. j. C. de iur. emphy. ¶ Et ꝓ maiori declaratiõe nota ꝙ in hoc caſu ſi fundus emptus locatur, penſio iuſta eſt habito reſpectu ad fructus & reditum ex eo perceptibilem. Si verò liuellatur ſeu datur in emphyteuſim, quæ duo, ſecundum Bar. & Sali. in l. j. C. de iu. emphy. ſunt eiuſdem naturę ſolo nomine diſcrepãtia, tũc aut fundus reddit fructus cões: puta v. pro centenario, aut multò plus, puta x. vel xij. vt cõmuniter in molendino publici fluminis: aut multò minus, puta duo vel tria pro centenario, vt in domibus maximè pretioſis, quæ multum valent, & parum reddunt, eò ꝙ modica penſione locentur habito reſpectu valoris: vt eſt tex. in l. fi. §. ſi autem. C. de bo. quæ libe. vbi dicit Bal. ꝙ domus pretioſæ ſunt quodam modo ſteriles. Et ſi quidem reddit cõmunes, iuſta penſio eſt habito reſpectu ad valorem rei, qui eſt ſecundum pecuniam ſolutam ad rationem v. pro 100. Si verò nõ reddit cõmunes, tunc in locatione eſſet iuſta habito reſpectu fructus vel reditus: ſed in liuellatione, in molendino quidem iuſta penſio videbitur quinq; pro centum, vt habetur in d. §. quia verò. quia in rei veritate etiã ipſe dominus deducta æſtimatione magni periculi & magnis expenſis cõſeruandi nõ perciperet niſi hoc vel circa: & cõſequenter cùm in liuellatione omne periculum & omnis expenſa tranſeat in accipientem, vt l. j. cum ibi no. C. de iur. emphy. videtur ꝙ modica penſione debeat locari: ſicut etiã propter prædicta venderetur pretio modico reſpectu fructuum. In domo autem credo penſionem eſſe iuſtã, ſi ſit ea quæ liuellaretur alteri qui eam nõ vendidiſſet: & alicubi eſt de more quinq; ꝓ centenario vel quatuor cũ dimidio: & ſi ſit pretioſa, erit poſsibiliter penſio maior quàm in ſimplici locatione: quia in liuellatione nõ datur penſio principaliter per reſpectum ad fructus, ſed in recognitionem dominij: vt no. Bar. in l. j. C. de iu. emphy. Et ſic patet quòd dãdo in emphyteuſim iuſta penſio aliqñ eſt maior quàm locãdo: cùm illa ſit iuſta, quæ in xx. annis collecta reddit æſtimationem: vt d. §. quia verò. Nec obſtat ꝙ emphyteuta ſentit incõmodum reparatiõis, d. l. j. & cõſequenter videt̃ ꝙ debeat ſentire cõmodũ minoris ſolutiõis: quia habet cõmodũ iuris maioris quã habeat cõductor: quia habet vtile dominiũ: nec põt expelli per dominũ, etiã ſi vellet rem in ꝓprios vſus habere. quod ſecus eſt in colono. C. loca. l. ædem. & ſi tẽporis curſu res melioratur, ſibi melioraẗ. Nõ obſtat etiã quòd ſi res eccleſiaſtica datur in emphyteuſim, fit diminutio ſextæ partis: vt in d. authen. perpetua. regiſtrata. x. q. ij. cap. perpetua. quia verum eſt in re eccleſiaſtica non pretioſa: nec dicitur quòd ſine illa diminutione dari non poſsit: quinimo ſecundum glo. ibi in verbo, ſextam. poteſt dari ſine diminutione: imò plus accipi poteſt in liuellatione quàm in ſimplici locatione, vt per eandem auth. probatum eſt. Non obſtat etiam quòd colono fit remiſsio propter ſterilitatem, non autem emphyteutæ. C. loca. l. licet. Nec ex hoc ſequitur quòd debeat in emphyteuta neceſſariò pẽſio eſſe minor: quia habet plura



plura commoda quàm colonus, vt dictum eſt: imò quando emphyteuta ſoluit magnam penſionem, quòd ſcilicet aliquãdo eſt poſsibile, licet dicat Bar. ꝙ communiter eſt modica: tunc videtur ſentire idem Bart. in d. l. j. quòd remiſsio fiat emphyteutæ, ſicut & colono. de quo vide ſ̃. Emphyteuſis. §. j. vbi diſtinguitur de emphyteuſi propria & impropria. Non obſtat, etiã ſi dicatur ꝙ ſi emphyteuta plus ſolueret quàm perciperet, nõ eſſet pœna cadere per trienniũ non ſoluenti: quia hoc eſt ei pœna quando eſt vtile domino quòd cadat: quãdo autem nõ eſt vtile domino poteſt inuitus retinere in emphyteuſi: vt probatur in l. ij. C. de iur. emphy. in verbo, ſi voluerit. Nõ obſtat, etiã ſi dicatur ꝙ iam pauper nõ poſſet accipere in emphyteuſim ſi plus ſolueret quàm perciperet: quia obligatio perſonalis, cuiuſmodi eſt emphyteuta, ita ſequitur pauperem ſicut diuitem: quia ſequitur perſonam quocunq; vadat ſiue ſit in emphyteuſi, ſiue in ſimplici locatione. l. quis ergo caſus. ff. de pecu.

## Rurſus de Vſura tertiò, vbi ſit quantum ad pignorationes.

1 *Pignus ea lege datum, vt ſolutione in termino non facta ſit venditum, an ſit licitum.*
2 *Poſſeſsio an computetur in ſortem à marito.*
3 *Maritus accipiens ſex pro centum de dote non ſoluta an ſit vſurarius.*
4 *Gener lucrifaciens fructus, ſi accipiat pecuniam dotis ab alio an ille quoque lucretur fructus. & num. 5.*
6 *Hæredes mariti an lucrentur fructus, ſicut maritus ipſe. & quid ſi poſſeſsio redeat ad vxorem. & nu. 7. 8. & 9.*
10 *Fructus pignoris eccleſiæ an computet clericus in ſortem.*

VSVRA tertiò conſiderari poteſt ſpecialiter quomodo inueniatur in pignorationibus, in quibus vſura eſt vti pignore obligato, & non cõputare fructus in ſor-
1 tem iuxta dicta ſuprà, Pignus. §. j. per totum. ¶ † Primò verò quæritur, quid ſi Petrus det Henrico in pignus pro centum mutuatis domum valentem centum & decem, hoc pacto ꝙ ſi in termino ſtatuto non ſoluerit, impignoratio ſit vẽditio. Et dico quòd Archi. diſtinguit. Nam ſi Petrus eo anno non computauit fructũ domus in ſortẽ, elapſo termino tenetur de domo & de vſufructu: quia contractus non tenuit, ſed fuit vſurarius. Si verò cõputauit: tenet cõtractus, licet domus plus valeat: quia pœna cõuentionalis appoſita eſt, nõ obſtãte pacto legis cõmiſſoriæ: de quo ſ̃. Pactum. §. xiiij. Et hoc niſi feciſſet in fraudem vſurarum: puta quia mutuãs exiſtimabat in termino non poſſe fieri reſtitutionem, & inde ſe lucraturũ illa decem quæ domus plus valebat: ſecus ſi ad coërcendam
2 moram debitoris. ¶ † Secundò quæritur vtrum maritus recipiens poſſeſsionem computare debeat in ſortem? Et dicit c. ſalubriter. eod. titul. quòd non, ſi ſuſtinet onera matrimonij: puta quia vxorem nutrit. & idem l. pater. ff. de doli exc. Pro quo aduerte quòd ad iuſtitiam huius cõtractus multa requiruntur. Primò, vt dictum eſt quòd maritus ſiue gener ſuſtineat onera matrimonij. Secundò quòd dos ſit promiſſa ſimpliciter: quia ſi terminum ad ſoluendum eam dediſſet, nihil poſſet percipere: quia ante morã nihil ei debetur, cùm etiã potuerit vxorem accipere ſine dote: vt §. ſeq. quod Summa Ang. tenet indiſtinctè. Sed tu limita, niſi interueniſſet cõuentio de aliquo interim dando, ſecundum Panormit. poſt Cal. Quod autem dicit Panor. in dicto cap. ſalubriter. quòd ſi gener accepit pignus, & poſtea terminum dedit ſocero de dote ſoluenda, nihilo minus poterit bona conſcientia tenere fructus pignoris. Verum putat Sum. Ang. ſi dedit terminum ad redimendum pignus: non autem aliter ſi dedit ad ſoluendam dotem. Sed nõ oportet limitare: quia eo caſu maritus eſt in vero intereſſe: & ratione eius põt aliquid accipere, etiã ante terminũ luendi pignoris, etiã ſine pacto, qñ mallet ſibi ſolui, iuxta dicta ſuprà, Vſura. j. §. xix. vbi de intereſſe agebatur. Tertiò requirit̃ ꝙ fructus onera nõ excedant: vel ſi excedãt, habeat̃ de illo pluri, ſicut de obnoxio reſtitutioni: quia cauſa ceſſante ceſſat effectus. de appel. cùm ceſſante. quæ tñ onera cõmuniter æſtimãtur ſecundũ quãtitatem dotis: quia ſecundũ dotis quãtitatẽ mulier alimẽtanda eſt. l. ſi cũ dotẽ. §. ſin autẽ. ff. ſolu. matri. & de don. inter vir. & vxo. ꝑ veſtras. Quartò requiritur ſecundũ Ioan. Andr. & do. Anto. & Ioan. de Lig. in d. cap. ſalubriter. & Laur. de Ridol. in ſuis cõtract. quòd illi fructus ſubijciãtur fortunæ, id eſt, ſint fructus poſſeſsionis, qui ſunt incerti: nõ autẽ certa quãtitas pecunię. Sed
de hoc dic vt in §. ſequen. ¶ † Tertiò quæritur, quid ſi gener 3
nõ recipiat pignus, ſed cautionẽ de dote numerãda: & interim à ſocero percipiat aliquos certos denarios ex pacto: puta ſex pro centũ? Et dico de hoc doctor. ſcripſiſſe contraria. Nam Ioan. And. in dicto c. ſalubriter. cũ aliquibus alijs dicit quòd nõ licet: tũ quia papa cõſultus ſuꝑ hoc reſpõdit de poſſeſsione, nõ de pecunia: tum quia pecunia de ſe non fructificat. Et cũ eo ſentit Anto. de Butrio, Ioann. de Ligna. & Laurent. de Ridol. Sed Paul. de Elea. Ioan. Cal. Pet. de Ancha. & Panorm. in dicto cap. ſalubriter. contrarium tenent. & dicit Panormit. quòd papa idem reſpondiſſet de pecunia ſi fuiſſet interrogatus. Dicit etiam quòd pecunia fructificat hominis induſtria, ſicut & terra: imò dici poteſt quòd eſto ꝙ pecunia non fructificet, quòd nihilo minus vxor manducat & veſtitur: & conſequenter neceſſe eſt ex pecunia emere poſſeſsionem, vel ex ea negotiari, vt habeat vnde viuat, aut ſubleuare damnum. Et hæc opinio eſt verior: cùm vtrobiq; ſit eadem ratio, id eſt, onera ſiue intereſſe: & ſic idem eſt de pignore & cautione cum pacto. Concludit autem Panorm. bene iſtam materiam iam dicẽs ꝙ ſi à principio datus eſt terminus ad ſoluendam dotẽ ſine pacto interuentionis pignoris, licet ex ex poſt facto pignus traditũ fuerit, nihil põt cõſequi gener: quia ſicut poteſt vxorem ducere ſine dote, & de proprio alere tenetur: vt in dicto cap. per veſtras. ita & traducere potuit dato termino ad dotem ſoluendam. Si verò à principio interuenit datio pignoris, non procedit opinio domi. Antonij. ſed quòd nihil poſsit accipere, quia gener recipiẽdo pignus, videtur cõfiſus authoritate dicti cap. ſalubriter. & recepiſſe pignus vt lucraretur fructus in cõpenſationem dilatæ dotis. Quod intellige prę̃ſumptiuè & in foro cõtentioſo, & in conſcientia, etiã poſt aliquod tẽpus arbitrio boni viri deſignandum ad ſoluẽdam dotem ſine termino promiſſam: quia ſocer tunc eſt in mora. Poteſt etiam, ſecundum Panormitan. à principio gener conuenire cum ſocero de aliquo ſoluendo annuatim vſque ad ſolutionem dotis: dũmodo ſit homo ſolitus mercari vel deponere pecuniã apud mercatorem. Sed omnia prædicta intellige ſi gener ex dote ſoluta fuerat fructũ reportaturus ꝓbabiliter, aliàs nõ, cùm nullũ patiatur intereſſe. Et ex dictis patet q̃d ſi gener antequã ſuſtineat onera matrimonij percipiat fructus rei dotalis: quia nõ cedũt lucro mariti, ſed accreſcunt doti vel dotanti. ff. de vſur. l. videamus. la ij. ſecundũ gloſ. in dicto c. ſalubriter. debent reſtitui
mulieri. ¶ † Quartò quæritur, vtrum ſi quis mutuet genero 4
ſummã debitã pro dote, & accipiat ab eodem genero poſſeſſionẽ quam habebat in pignus, poſsit talis mutuans lucrifacere fructus poſſeſsiõis vt gener faciebat? Et dicit Bal. in rubrica. C. de vſur. ꝙ non, quia mutata perſona mutatur priuilegium, quoties perſona eſt immediata cauſa priuilegij. l. j. C. de impo. lucra. deſcrip. & l. locatio. aliàs incipit, licitatio. §.

ſtina.ff.de publ.ſed quia hoc non eſt priuilegium propter do
tem,ſed ius commune propter intereſſe: ideo ratio eſt:quia
cùm iſte mutuans non propter intereſſe,ſed propter lucrum
mutuet,& accipiat,vſurarius eſt. Dicit tamen Rod. quòd ſi
liberaliter mutuaſſet, & gener liberaliter in eum tranſtuliſ
ſet omne ſuum ius in dicta poſſeſsione,licitè acciperet illos
fructus non ratione mutui,ſed donationis.Concor.Mo.
5 ¶†Quintò quæritur, quid ſi quis emat à genero ius præfa-
tæ poſſeſsionis? Et dico quòd talis licitè faciet fructus ſuos:
nec poteſt ibi eſſe vſura,niſi contrahat fraudulenter, & fin-
gat ſe emere,cùm intendat mutuare.
6 ¶†Sextò quæritur, vtrum hæredes mariti poſsint ſimiliter
facere ſuos fructus dictæ poſſeſsionis alimentando vxorem
eo anno quo dotem reſtituere non tenentur , ſi ſit in rebus
mobilibus , per l.vnicam. C. de rei vxoriæ actione. Et dicit
Panormit.poſt Ioan.Andr.& Hoſt.in d.cap.ſalubriter.quòd
non:quia ſtatim poſſent ſe expedire de muliere reddendo ei
pignus vel rem obligatam pro dote: quod non poterat ma-
ritus.de iureiur.tua nos. el ij. imò etiam non lucrantur fru-
ctus dictarum rerum mobilium , ſi quid acceperunt:quia li-
cet quo ad illas res mobiles non ſint in mora niſi poſt annũ:
tamen earum fructus quos habuerunt intra annum,poſt an-
num cum ipſis rebus reſtituere tenentur, ſecundum Salice.
& Ang.in d.l.vnica.§.exactio.Et intellige primò ſi nõ alũt
relictam,nõ aliter:vt ſuprà Dos.§.vltim.Secũdò de proue-
nientibus ex illis,non ex induſtria:quia ſi cum pecunia ſunt
lucrati,non tenentur de lucro.
7 ¶†Septimò quæritur,quid ſi hæredes vxori relictę aſsignẽt
poſſeſsionem in pignus? Et dicit Ioan.de Ligna. poſt Ioan.
Andr.Hoſtien.& Innocen.in dicto cap.ſalubriter.quòd non
lucratur fructus,ſed tenetur computare in ſortem. Vnde ſit
cauta,inquiũt,ne recipiat rem obligatam pignore, ſed eam
vendi faciat: vel recipiat in ſolutum. ff.de re iudicata.l.à di-
uo Pio.aliàs fructus computabuntur in ſortem,& dotem ex-
tenuabunt:vt in cap.illo vos.de pignor.Summa autem An-
gel.dicit ſe tenere contrariũ,& ꝙ facit fructus ſuos,ſi aliun-
de non habet vnde viuat.Quod non bene indiſtinctè dicitur
niſi intra annum non reſtituendæ dotis,vbi alimenta deben
tur relictę. Alioquin extra illum annum ſiue habeat vnde vi
uat ſiue non,vſuraria eſt:ſi ſponte ita facit,malens ſic lucrari
quàm habere dotem:quia cum dilatio ſolutionis ſit mutuũ
implicitè,ſecũdum omnes ibi eſt mutuum cum lucro.Si au-
tem dotem habere non poteſt,ſed violẽter ei detinetur:nec
poſſet ſe iuuare eo quòd non fieret ei iuſtitia propter poten
tiam hæredum:ſecundum Archiep. licitè recipit dictos fru-
ctus,vel pecuniam ſine dotis extenuatione.Et idem ſecundũ
eundum eſt quãdo illi ſine magno detrimento dotem reſti-
tuere non poſſunt:& illa cõpatiens eam dimittit penes eos
ad tempus,interim,cùm non habeat vnde viuat,recipiens ali
quid ratione intereſſe: ſecus autem,inquit, ſi fieret propter
vtilitatem vtriuſque , vt ſcilicet illi magis lucrentur:& illa
ex integro capitali lucrum habeat.Intellige autem quòd ſi
aliunde haberet victũ,hoc fieri non poſſet:quia illi non te-
nerentur nec ad dotem nec ad intereſſe ſiue alimenta intra
annum, quo iure tenent dotem,vt ſ.Dos.§. xxj.poſt annum
verò ſecus.Vnde ſi ad eorum vtilitatem ſolùm eam illis di-
mitteret,veniret etiã intereſſe lucri ceſſantis , iuxta dicta ſ.
8 Vſura.j. §.xix.xxv.xxvj. ¶†Octauò quæritur, vtrum valeat
ſtatutum quòd ſoluto matrimonio quandiu hæredes mari-
ti perſtiterint in dote ſoluenda , teneãtur certum quid dare
vxori relictæ vnde ſe inde poſsit alere? Et dicit Sum. Ange.
in verbo,Dos.§.vlt.quòd Panorm.in cap.de prudentia.extra
de do.poſt diuor.reſtitu.refert Ioan.de Lig. in cle. ex graui
de vſur.tenere quòd valet.ſed limitat ipſe Panor. in ea quæ
non habet vnde viuat aliunde. Sed iſtam limitationem dicit
ſibi non placere.Ego autem dico primò quòd Panorm. ibi
non refert illud,ſed oppoſitum, ſcilicet quòd ſecundum Io.
de Lig.ſtatutum non valet.& ita tenet ipſe Io.& Imol.in di-
cta cle.& multi alij,& Matth.ibi dicens quòd taliter ſtatuen
tes incidunt in pœnam dictę cle.& ſecundò quòd Panormit.
illud dictum Io.de Lig.non limitat:ſed in cap. ſalubriter. de
vſur.limitat dictum contrariæ opinionis tenentis quòd tale
ſtatutum valet, vt patebit. Et tertiò dico quòd dicta limita-
tio licet non conuenienter limitet iſtud dictũ quòd relicta
facit fructus pignoris ſuos:vt §.priore.conuenientiſsimè ta-
men limitat valorẽ dicti ſtatuti facti in pœnam moroſi, vel
ratione intereſſe ante moram,vt patet ex ſua doctrina, quæ
vbi ſ.eſt virtualiter hæc.Pro deciſione, inquit, huius quæ-
ſtionis an valeat tale ſtatutum,examinanda eſt alia , ſcilicet
an teneantur hæredes alere relictam donec perſoluerint do
tem:& placet,inquit,plus mihi illa opinio,quę dicit quòd ſic,
ſi illa non habet alia bona,etiam intra annum datum hære-
di ad dotem perſoluendam, vt tenet gloſ.& Bartol.in §.exa
ctio.l.vnica.C.de rei vxor.actione.& Specul. in titu.qui filij
ſint legiti.Quo præſuppoſito dicit ad præmiſſam quæſtio-
nem quòd ſtatutũ valet in caſu quo hæres tenetur alere re-
lictam,loco alimẽtorum decernens certam quãtitatẽ: cùm
honeſtius ſit hoc recipere,quàm alimẽta minutatim.Et Car
di.in dicta cle.tenet quòd tale ſtatutum vel conſuetudo põt
tolerari , dicens ſe ita conſuluiſſe, & referens hoc ſtatutum
eſſe Paduæ.Hæc ex illo.Et ita patent omnia prædicta: quia
quæ ſponte mulier accipiebat ex pignore , erant lucrum ex
mutuo:quæ verò accipit ex ſtatuto,ſunt pœna legalis vel in-
tereſſe lege determinatum. Adde tamen ex Arch.quòd etiã
poſtquã hæres eſt in mora ſoluendæ dotis,idem eſt ſecundũ
Card. quod Arch. limitat licere relictæ quando mallet do-
tem:aut ſi poteſt, nõ vult mota pietate hæredum:vt §.prio-
re.¶†Nonò quæritur , quid ſi lucretur relicta aliquos fru- 9
ctus ex pacto dotali? Et dicit Archi.poſt Laurent. de Ridol.
quòd licitè eos percipit ex eo quòd ratiõe intereſſe cõuenti
proueniat ex mora debitoris dotem non reſtituentis, vel ra-
tione pœnæ cõuentionalis quod tamen limitat,niſi percipe
ret fructus ex poſſeſsione longè plus dote valente : maximè
ſi debitor impotens ſit ad reſtituendam dotem.
¶†Decimò quæritur,quid ſi clericus accipiat in pignus rem 10
ſiue poſſeſsionem eccleſiæ? Et dico quòd fructus non tenebi
tur computare in ſortem:quia eos percipit quaſi de ſuo.ex-
tra eod.cap.j.& cap. conqueſtus . & idem in decimis iniuſtè
detentis.de deci.cap.fin. & ſecundum Ray. idem eſſet de o-
mni alia poſſeſsione iniuſtè detenta,ſiue ſit eccleſiæ ſiue lai
ci,ſecundum gl.& doct.in dicto c.j .& idem ſecundum Ray.
de omni poſſeſsione empta ex fructibus iniuſtè perceptis.

## Rurſus de Vſura iiij.quo ad cambia.


1 *Cambium aut ars campſoria quid ſit.*
2 *Pecunia an poſsit cum pecunia permutari aut vendi, & qua-
liter.nu.4.& 5.*
3 *Numiſma an & qualiter vendi poſsit.*
6 *Cambiorum quot ſint genera,& quibus modis exerceantur.*
7 *Cambium ad minutum an ſit licitum.*
8 *Cambium reale per literas an ſit licitum.*
9 *Cambium ſiccum an ſit licitum ſecundum varios eius modos.
& num.ſeq.*


VSVRA quartò conſiderari poteſt , vt ſciatur quando
fit in cambijs,& quando non. Eſt autem in iſta materia
difficultas magna intelligentibus veritatem illam explicare
taliter,vt intelligatur ab alijs,maximè rudioribus , propter
intricationem contractuum : eſſet etiam difficultas maior
intelligere quomodo cambia celebrentur,propter ſubtilita-
tes mercatorum temporis noſtri : eſt verò maxima in his
determinare veritatem , quod opinionũ varietas atteſtatur.
Igitur operis ordine neceſsitatus diuino auxilio inuocato
1 aggredior in re tã ardua determinare veritatem.¶†Primò
aũt quærit,quid ſit ars cãpſoria & cãbium? Et dico multa ꝓ
reſponſione.¶ Primũ.Sicut dictũ eſt ſ.in verbo,Negotiũ,du
plex eſt cõmutatio,diſtinguendo ex parte finis : vt etiã dicit
Philoſophus j.Poli.vna ſcilicet quaſi naturalis& neceſſaria,
ſcilicet rerum ad res vel pecunias,propter neceſsitatem vitę,
quæ propriè non ad mercatores,ſed ad œconomos & politi
cos pertinet , qui habent prouidere familiæ aut ciuitati de
neceſſarijs,alia denariorum ad denarios , adde vel ad res,nõ
ad neceſsitatem vitæ,ſed ad lucrum conſequendum:quæ ꝓ-
priè dicitur negotiatio,& ex bono fine honeſtari poteſt.¶ Se
cundum.Pecunia conſiderari poteſt dupliciter. primò mate
rialiter vt res quædam,puta aurum , argentum & æs : & ſe-
cundò formaliter,vt pecunia,id eſt,inquantum monetata:&
primo modo ſicut locari poteſt,vt ſecundum Doc.ad oſten-
tationem,ita etiã poteſt vendi : ſed ſecũdo modo nec locari
nec vendi poteſt,cùm nõ habeat vſum à ꝓprietate diſtinctũ,
ſed ſuo vſu diſtrahatur. Et ſic intelligo opi.S.Tho.& Arc.&
aliorum dicentium quòd nõ eſt vendibilis,ſed regula & mẽ
ſura venaliũ,ſcilicet formaliter ſumpta.¶ Tertium.Pecuniæ
formaliter ſumptæ duplex eſt vſus,ſecundũ Philoſophũ ibi.
Duplex eſt enĩ aliarum rerum vſus per ſe, ſcilicet proprius
ac principalis, qui tam in naturalibus quàm in artificialibus
eſt ille,ad quẽ rei natura primò ordinatur:vt panis ad eſum,
& veſtimentum ad veſtiendum,& ſic de alijs: & cõmunis ac
ſecundarius,ſcilicet alius à primo,cui tamen res,inquantum
talis,applicatur:ſicut reſpectu veſtimenti cõmutatio,quia ve
ſtis applicatur venditioni & cõmutationi,inquantũ veſtis:nec
venditur vel commutatur pro ſimplici panno.Et ſic pecunię
ſecundum Philoſophum primarius vſus eſt cõmutatio pro
venalibus neceſſarijs ad vitam:puta cibo,potu,veſtitu, & hu
iuſmodi:propter quæ habenda inuentum eſt numiſma : vt
quæ vni patriæ vel perſonæ deſunt,aliunde habeantur dato
numiſmate. Secũdarius verò eſt cõmutatio pro alio numiſ-
mate:vt aurei pro carlenis : quæ cõmutatio orta eſt ex inæ-
qualitate numiſmatũ,dum habenti numiſma magnũ cõmo
dius erat paruum,non inquantũ talis materia, ſed inquantũ
talis valoris erat: & ſic etiã hic moneta formaliter ſumitur.
¶ Quartum .Lucrum autem ex commutatione numiſmatũ,
ſecundum Philoſophum vbi ſ.ortum habuit,primò quidem
à caſu dum accidit aliquod numiſma,puta aureorum alicubi
plus æſtimari:ſicq; ibi plura ærea pro eo dari quàm alicubi:
ſed deinde humana induſtria adinuenit artificioſè vias lucrã
di circa huiuſmodi numiſmatum cõmutationes . ¶ Quintũ.
Igitur ars campſoria eſt negotiatio in commutatione nu-
miſmatum:cambium verò ſecundum vſum loquentium eſt
actus huius artis,id eſt,commutatio numiſmatum: ſecundũ
vocabulum autem eſt omnis commutatio ſiue rerum ad res
ſiue rerum ad pecunias , ſiue pecuniarum ad pecunias , quæ
vulgò dicitur baracto.Sciendum tamen quòd commutatio
ſumitur largè,vt etiam conuenit venditioni , & ſtrictè vt ab
ea diſtinguitur:& ſic eſt cambium propriè:nõ autem primo
modo.ſed largè eſt cambium differens à venditione ſola ma
2 teria:quia non eſt niſi circa pecunias. ¶†Secundò quæritur,
vtrum ſalua æqualitate iuſtitiæ pecunia poſsit cum pecunia
permutari ſolùm ſalua æqualitate pretij legalis hincinde:
ita ſcilicet quòd vna tanto pretio diſtrahatur, quanto diſtra
hitur alia:aut certè data inæqualitate huius pretij poſsit ali-
ter ſeruari æqualitas.Et dico quòd ſolutio huius quæſtionis
pendet ex alia an pecunia vendi poſsit.Ad quod dico quòd ſi
pecunia conſideretur formaliter & abſolutè,id eſt,ſi conſide
retur ipſe valor pecuniæ ſecundum ſe,quem habet ex ſtatu
to legis eſt inuendibilis:quia ſicut albedo non poteſt eſſe al-
ba,ſed eſt illud quo quid formaliter eſt album:ita valor ſeu
pretium non poteſt appretiari, ſed eſt illud quo alia appre-
tiantur,ſeu regula appretiandi.Si verò conſideretur ipſe va-
lor vt eſt in tali materia,puta auro vel argento,vendi poteſt
& appretiari per accidens gratia materiæ . quod patet pri-
mò,quia locari poteſt,ſecundũ Doc.Secũdò , quia ſecũdũ S.
Tho.& Philoſophum j.Poli. ſuppoſita honeſtate finis licitũ
eſt lucrari permutãdo pecuniã cum pecunia: quod ſub eodẽ
principe eſſe non poſſet, ſi ſemper daretur & acciperetur ſe
cundum valorem legalem:& ſic oportet quòd ex altera par
te habeat rationem venalis,ex altera pretij:quia expreſsè S.
Tho.ij.de regi.prin.vult quòd poſsit quis vti numiſmate ali
ter quàm vt pretio rerum venalium:& per conſequens quis
eo vtitur vt re venali:quia omnis res corporalis vtilis homi-
ni eſt aut pretium,aut quid appretiabile : & tamen iſte vſus
eſt vſus pecuniæ inquantũ pecunia,ſed nõ principalis. Verba
autem S.Tho.ij.de regi.princ.c.xiiij. vbi probato per vnam
rationem quòd pondus & menſura ſunt magis neceſſaria
quàm numiſma,ſubiungit aliam, ſunt iſta : Amplius autem
pondus & menſura,inquantum talia , ſemper ordinantur ad
menſuranda & ponderanda: aliter per ſe nihil ſunt : ſed nu-
miſma,quãuis ſit menſura & inſtrumentũ,in permutationi-
bus tamen per ſe aliquid eſſe poteſt:puta ſi cõfletur erit ali-
quid,videlicet aurũ vel argentũ : ergo nõ ſemper ordinatur
ad permutationes:& hoc etiã habet veritatem in alijs ſpecie
bus pecuniarũ,imò amplius,vt in cãpſoria,quæ nõ ꝓpriè or
dinatur vt ſit menſura, rerũ venaliũ,ſed magis ad permuta-
tiones numiſmatis.hæc illæ . Ex quibus patet quòd pecunia
vti poſſumus tripliciter.Primò vt menſura venaliũ , qui eſt
per ſe & principalis vſus eius.Secũdò vt eſt pecunia permutã
do eã cũ alia pecunia , vt in cãbijs,qui eſt vſus eius per ſe, ſed
non principalis:quo caſu eſt venalis per accidens,id eſt,gra-
tia materiæ. Tertiò,vt re quadam,quo caſu eſt venalis per ſe
eo modo quo venditur pro argento facto ſeu monetato ad
pondus.¶†Tertiò quæritur,vtrũ numiſma poſsit materiali 3
ter vendi vel emi pretio maiore vel minore quàm ſit legale,
id eſt,illud quod habet ex ſtatuto cõmunitatis aut principis
ratione ſuæ qualitatis ? Et dico quòd ſic dupliciter . Primò
ꝓpter qualitatem numiſmatis facientem illud eſſe carius
poſſeſſori:quia ſicut habens equum valentem x.cõmuni æſti
matione,poteſt illum vendere xij.ſecundum S.Tho.& alios
Doc.ita habens monetã ex ſtatuto valentem lx . puta aureũ
bonum,poſſet illam vendere lxij.ſi ſibi ſic valet aut eſt cara.
Secundò propter qualitatem numiſmatis facientem illud
plus aut minus valere in ſe quàm valeat aliud numiſma eiuſ
dem pretij legalis.Mille enĩ libræ in auro materialiter va-
lent aut valere poſſunt plus quã mille in pecunia ærea vel
argẽtea: & in vna argẽtea vel ęrea quã in alia:aut rõne põde
ris,quia illa eſt cõpleta,iſta defectiua ex ſua origine vel attõ
ſione: aut rõne deportationis,quia illa eſt cõmodior ad por
tandum quàm iſta:aut ratione vniuerſalis diſtractionis,quia
illa in pluribus locis diſtrahitur ſuo legali pretio non iſta:
aut ratione periculi exbãnitionis, cui plus ſubiacet ærea vel
argentea moneta quàm aurea , & vna argentea quàm alia:
aut ratione cõmoditatis, quia illa eſt aptior alicui vſui quàm
alia : vt aurea ad ponendum in medicina , non autem ar-
gentea : & aurei Genuenſes ad deaurandum magis quàm

Veneti:aut ratione inexpendibilitatis,puta quia aliquã pecu
nia alicubi venditur vbi non expenditur:cuius pretium, in-
quantum eſt res,minus eſt pretio legali quo alibi diſtrahit̃.
Nec obſtat ſi habebat valorem determinatum à lege: quia
verum eſt in ordine ad cõmutationes rerum, nõ autem pe-
4 cuniarũ:ſed tũc taxatur arbitrio bonorũ. ❡†Quartò quæri
tur,vtrum pecunia vendi vel emi poſsit alio pretio quàm le
gali rõne diſtãtiæ localis? Et dico quòd emptio & venditio
& alij cõtractus permutationis, qui fiũt de re aut circa rem
variantur tripliciter.Nã aliqñ fiunt in vno loco pro eodem
loco totaliter:vt quia res permutatæ ambæ ibi ſunt, & ibi
ſunt aſsignãdæ:ſicut ſi quis manualiter tradat vinũ accipiẽs
oleum,aut aurũ accipiens argentum vel æs,& ecõuerſo: &
tunc res permutantur ſecundũ pretium ibi cum rebus. Ali-
quando verò fiunt in vno loco pro alio totaliter:vt quia am
bæ res permutãdæ ſunt in alio loco , ſicut ſi duo exiſtentes
Mediolani permutent res quas vterq; habet Venetijs , aſsi-
gnante quolibet eorũ rem ſuã Venetijs:& tũc permutantur
res ſecundum pretium quod habent Venetijs : quia perinde
eſt ac ſi Venetijs fieret permutatio.Aliquando verò fiunt in
vno loco,partim pro illo,& partim pro alio : vt quia altera
rerum permutandarũ eſt invno loco,& reliqua in alio:ſicut
ſi duo Mediolanenſes cõtrahant ſuper aromatibus quæ al-
ter habet Genuæ,& alter exhibet Mediolani pretiũ vel aliã
rem,puta frumentũ: & tunc oportet fieri æqualitatem pen
ſatis pretijs vtriuſq; loci,& periculorum ac expenſarum,quæ
ex altera parte,ſcilicet aromatũ accidunt.Vnde illa aroma
ta non æſtimabuntur pretio quo venderentur Mediolani,
vt patet:nec quo venderentur Genuæ , quia licet quæ ſunt
Genuæ vendãtur pretio ibi currente,eodem tamen nõ ven-
duntur Mediolani,licet plus ibi valerent ſi ibi eſſent:ſed exi
ſtentia Genuæ vendunt̃ Mediolani pretio quod de exiſtenti
bus Genuæ inuenitur Mediolani:quia res iuſtè emunt̃ &ven
duntur pretio currente tunc in loco vbi fit cõtractus,etiã ſi
ibi venderetur minori pretio quàm in loco vnde cum expen
ſis & periculis ſunt allata . Res itaque diſtans conſiderata
ſub tali diſtantia minus valet quàm præſens.Et quod de alijs
dixi:dico etiã idem de pecunia inquantum eſt vendibilis: qa
nõ eſt differentiæ ratio.❡†Quintò quæritur,vtrũ numiſma
5 vendi vel emi poſsit pretio maiore vel minore quàm ſit le-
gale ratione diſtantiæ temporis? Et dico quòd quando res
permutandæ nõ aſsignantur vel traduntur eodem tempore
non poteſt eſſe niſi duobus modis,ſcilicet vel quia iſta exhi-
betur ante illã,vel illa ante iſtã.Et quidem ſi pretium exhi-
beatur ante rem venditã,ratione anticipatæ ſolutionis non
licet emere rem minus pretio iuſto,ſecundum omnes Doc.
præcipuè S.Tho.ſimiliter nec vendere plus quando res an-
tè traditur,niſi in caſibus,de quibus s̃. Vſura.ij. §.ij .ſcilicet
quando venditor erat rem ſeruaturus in tempus aliud:vel ſi
emptor non ſit recepturus rem, niſi in tempore , de quo eſt
veriſimiliter dubium de rei valore,vt ibi s̃.dictum eſt.Et idẽ
6 dico de emptione & venditione pecuniarum.❡†Sextò quæ
ritur,quot ſunt genera cambiorum , & quibus modis exer-
ceantur?Et dico quòd omnia reducuntur ad tria.❡Primum
dicitur reale tantùm,quod etiam dicitur cambium ad minu
tum: vt cùm Petro habenti aurum campſor dat argentum
vel econtrario:aut habenti vnius generis monetam:puta car
lenos,dat monetã generis alterius puta quatrinos:accipiens
tamen pretium certum pro ſuo labore,puta quatrinum pro
libra.❡Secundum dicitur reale per literas,quod fit duobus
modis.Primò quando campſor,Petro danti ſibi Mediolani
certam ſummam , puta centum , dat literas quibus certa,
ſumma,de qua conueniunt , redditur ibi Romæ aut Vene-
tijs:puta xcv.& reliquum campſor lucratur pro ſuo labore.
Secundò cùm Petrus Mediolani habet certam ſummam a-
libi plus valentem,& quam vellet illuc deferre, puta Vene
tias,vt illud plus lucretur : vel ecõtrario habet Venetijs , &
vellet habere Mediolani,& dat eã cãpſori,qui dat ei literas,
per quas dicta pecunia reſtituit̃ ei vbi vult:& ille aliquid ſol-
uit cãpſori pro ſuo labore.Et ſic in hoc genere ſemper cam
pſor prius accipit quàm det . ❡Tertiũ dicitur ſiccum ad in-
ſtar arboris carentis humore vitali,& cõſequenter habentis
apparentiã arboris,ſed nõ exiſtentiã : quia ſcilicet hoc cãbij
genus ſecundum cõmunem opinionem & ſecundũ quod cõ
muniter eſt in vſu,non habet propriè naturã cambij,ſed mu
tui & vſuræ:licet etiam aliquando ab aliquibus licitè cele-
bretur:quo caſu iã nõ eſt ſiccũ,ſed reale & verum cambium
differens à priori genere : quia in hoc ſemper cãpſor primò
dat,& deinde accipit . Habet autem hoc genus multas ſpe-
cies diuerſis nominibus nominatas, ſcilicet per Venetias ad
libras groſſorũ,per Lugdunum,per Londres,per Bruges,&
huiuſmodi:& fiunt etiã multis modis.❡Primò fit ſic : Nam
Petrus recipit Mediolani vel Florentiæ à cãpſore decem li-
bras groſſorũ tunc valentes centũ florenos ſeu centũ aureos
eo pacto quòd in capite vnius menſis teneatur tñ cãpſori
Mediolani reſtituere quantum poſt decem dies à celebratio
ne cõtractus valebunt Venetijs decem libræ groſſorũ,quæ
aliquãdo Venetijs valent plus,aliquãdo minus: & ſic cãpſor
aliquãdo perdit,aliquãdo lucratur :licet ſemper ſperet lucra
ri,& lucretur vt plurimum.Et ſi Petrus plus vult pecuniam
tenere,de menſe in menſem renouatur cõtractus,modo prę
dicto.Et in hoc cãbio lucrũ expectatur in excremento pro-
babili alicuius monetæ.❡Secũdò fit ſic:Petro indigenti Me
diolani marcha auri,quæ valet lx.ſcuta,dat campſor nõ qui-
dem lx.ſcuta in propria forma ſcutorũ,ſed valorem lx.ſcuto
rum nõ ſecundũ valorem ſcuti in Lugduno , vbi cõmuniter
valet xxx.groſſos:ſed ſecundũ valorem ſcuti in Mediolano
vbi cõmuniter valet xxviij.hoc pacto quòd Petrus tempore
feriarum Lugdunenſiũ reddat campſori Lugduni lx . ſcuta:
& ſperat lucrari duos groſſos pro ſcuto.Et ita cõmuniter fit:
licet aliquando perdat,aliquãdo ſtet in capitali. Et iſto mo-
do lucrum expectatur ex hoc quòd campſor illud,cuius va-
lorem dat,minus æſtimat,vbi illud dat,quam vbi illud reci-
peret.❡Tertiò fit ſic:Petro dat campſor Mediolani centum
aureos vt in fine trium menſium reſponderi faciat in ciuita
te Londrenſi aut Brugenſi alterius generis monetam, puta
tot libras ſterlingorum,quam monetam credit eo tempore
aſcendere ad ſummam maiorem data. Et in hoc modo ſtat
lucrum in hoc quòd illa pecunia aut plus valet de præſenti,
aut plus creditur valitura in poſterum.❡Quartò fit ſic: Pe-
tro dat campſor Mediolani centum aureos ſecundum valo-
rem aurei in Mediolano,vbi,verbi gratia,valet groſſos xxx-
ij.hoc pacto vt tempore feriarũ reddat ſibi centũ aureos ſe-
cundum valorem auri in Londres aut Bruges,vbi valet groſ
ſos xxx . & ſic lucratur groſſos duos pro ducato in eo quòd
plus ęſtimat ducatum quando eum dat,quàm quando illum
accipit: vel etiam hoc pacto vt in tali termino reſtituat ſibi
ſecundum rationem cambiorum de Londres aut Bruges,li-
cet neuter habeat banchum in Bruges,nec ſic illic pecuniã
allaturus aut recepturus:& in hoc conſiſtit lucrum vt in mo
do ſuperiori.❡Quintò fit ſic:Petro dat campſor Mediolani
centum aureos hoc pacto quòd in fine vnius menſis reſpon-
deri faciat totidem Romæ:vbi ſcilicet credit eos veriſimili-
ter plus valituros.Et in hoc lucrum conſiſtit:quia plus valet
aureus vbi accipitur,quàm vbi datur. ❡Sextò fit peſsimè,&
dicitur cambium recambium ſic : Petro enim Mediolani





dat campſor centum aureos mutuo ad rationem cambio-
rũm de Londres cum pacto quòd ſcribat literas,licet eas nõ
mittat:& ſecundũ quod lucrãtur cambia in eundo& redeun
do ita accipit vltra ſortẽ.❡Septimò fit ſpecialiter in Roma-
na curia:ſic Clericus cõſequutus beneficium & habens ſol-
uere annatam,id eſt,primos fructus beneficij,vt dicitur, pro
medietate cameræ apoſtolicæ accipit centum à campſore,
obligans ſe illa reſtituere in partibus vbi eſt beneficiatus de
moneta ibi currente,& vltra lucrũ conſequẽs varietatẽ mo-
netarum daturus quinq; pro centenario,vel ſex,aut ſecundũ
quod cõueniunt plus aut minus aut iuxta prolixitatẽ & bre
uitatem moræ in reſtituenda pecunia:& fit inſtrumẽtum de
mutuo & de vſura,tanquam totum ſit de capitali,ita quòd ſi
mutuum eſt centum,& vſura quinque,inſtrumentum conti-
net centũ & quinq; mutuata tali tempore reſtituenda.❡Pro
notitia autem dictorum modorum aduerte primò quòd ſi
Mediolani plus valet aureus vel ſcutum quàm Brugis, aut
Lugduni:quia ſcilicet Mediolani groſſos xxxij.ibi verò xxx.
valet campſor dando facit computum ſuper valore, & obli-
gat Petrum ad reddẽdum ſibi tot groſſos in auro:quo ſit vt
campſor dans aureũ pro groſsis xxxij.recipiat eum pro groſ
ſis xxx.& lucratur aureos aliquos.ſi autem valet Mediolani
minus,fundat computũ ſuum ſuper ducatos, & obligat Pe-
trum ad reddendum ſibi tot ducatos ſecundum valorẽ quẽ
habent alibi. ❡Aduerte ſecundò quòd mercatores in curſu
& vſu cambiorum non ſemper vtuntur moneta ſecundum
valores quo vtuntur alij homines negotiantes, ſed inſtituũt
alium: imò aliquando commutãt veram monetam in fictã:
ſicut ſi campſor dando aureos Mediolani emat à Petro flo-
renos Valẽtiæ pretio decem ſolidorum pro ſingulis,qui flo
reni valent in curſu cambiorum Valentiæ ſolidos xij. & ta-
men ibi nulla eſt moneta talis. quo caſu ſumma quædã eſt
7 quæ emitur pretio minore.❡†Septimò quæritur,vtrum lici
tum ſit cambium ad minutũ cum aliquali lucro retinendo,
ſcilicet aliquid de vero pecuniarũ valore: puta quatrinũ pro
libra?Et dico multa.❡Primũ.Hoc cambiũ eſt verè cambiũ,
& in eo eſt poſsibiliter cõtractus permutationis verus:vnde
datur aurum pro argẽto,vel ecõtrario:aut vna moneta pro
alia diſsimili in ſubſtãtia,puta argẽtea pro ærea:aut diſsimi-
li in quãtitate,puta attõſa pro cõpleta:aut in qualitate,puta
quatrini veteres pro nouis.Poteſt etiã ibi eſſe emptio & ven
ditio vna pecunia tenẽte locũ rei venalis,alia pretij:qđ tunc
accidere põt quãdo valor vnius pecunię eſt maior vel minor
quàm valor legalis ratiõe ſuæ bonitatis aut malitiæ iuxta
dicta s̃.§.iij.❡Secundũ.Quãtũ ad cãpſorẽ in hoc cãbio dicit
Io.de Lig.in c.ſi.de vſur.poſt multa ꝙ nõ videtur bñ excuſa-
bilis,niſi attẽto intereſſe: qa attẽto ſubiecto pecunia eſt in-
uẽdibilis,cùm omniũ rerũ æſtimatio ſit.ff.de fideiuſ.l. ſi ita.
Vnde vbi plus recipit,nõ eſt bene tutus.Lauren.autẽ de Ri-
dol.dicit hoc eſſe licitũ fraude ceſſante:nec ibi eſſe vſurã,ſi-
cut nec mutuũ,nec venditionẽ pecuniæ , que eſt inuẽdibilis,
ſecũdũ Arch.xiij.q.iiij.c.j.nec ad pecuniã haberi reſpectũ ad
intereſſe laboris operarũ,penſionũ,ſalariorũ, periculorum.
& huiuſmodi. Et idem in veritate ſenſit Io.de Lign.ſi verba
eius conſiderentur,ſcilicet quòd ſit licitum moderatè lucra-
ri ratione intereſſe,& idem Bald.dicẽs talem cõtractum li-
citum eſſe iure gentium & neceſſarium,ac naturali ratione
munitum propter pericula & damna campſoris,vt ff.de nau
tico fœn.l.periculi.ff.de actio.& oblig.l.traiectitię.§.de illo.
& idem Alexander de Al.& eſt opinio communis. Cui addo
quòd in omni arte licita commutãdo habetur ratio proprij
intereſſe : & quod poteſt lucrari etiam ratione venditionis
pecuniæ aliquãdo,ſcilicet quãdo dat bonam pro mala: quia
pecunia eſt vendibilis gratia materię,vt dictũ eſt.Sum.autẽ
Ang.& Roſ.adducit pro ratione quòd ſit licitum: quia mi-
nuere ſortem non poteſt eſſe vſura,ſed bene ſortem augere.
ff.ſi certum pet.l.rogaſti.§.ſi tibi dedero. Sed iſta ratio locũ
habet in Petro dãte campſori:non autem in campſore:quia
& ſi minuat ſortem ſocij,ſuam tamen ſemper auget,cùm lu
cretur.Et ſi det aureum pro pecunia,vult valorem aurei , &
aliquid vltra.Si verò dat pecuniam pro aureo, vult valorem
pecuniæ,id eſt aureum,& aliquid vltra , quod ſibi retinet de
pecunia valente aureum.Et ideo conclude ibi non eſſe vſu-
ram,ſicut nec mutuum:ſed licitum lucrum eſt duplici ratio
ne,ſcilicet intereſſe & venditionis:licet poſsit ibi eſſe iniuſti
tia immoderatè accipiendo, in quo bonus vir arbitrabitur.
❡Tertium.Quantum verò ad eum qui nõ eſt campſor, nec
artem iſtam exercet,vtrum ex huiuſmodi cambio poſsit ali-
quid lucrari,ſunt opiniones,quibuſdam dicentibus quòd nõ
indiſtinctè , etiam ratione laboris in numerando : quia iſte
actus nõ eſt propriè mercenarius,ſed ſolitus gratis concedi:
quibuſdã etiam dicentibus quòd ſic . Sed innixus rationibus
iam tactis diſtinguo:quia ſi nullum patitur intereſſe vel pe-
riculum notabile,nec dat monetam meliorẽ quàm accipiat,
nihil lucrari poteſt,cùm ſolùm his rationibus dictum ſit hoc
licere campſori . Si verò aliquod patitur intereſſe notabile,
puta magnã iacturam tẽporis numerando vel aliquid huiuſ
modi , quod non ſoleat gratis concedi : vel ſi det pecuniam
bonam pro mala,licitè aliquid lucrabitur arbitrio boni vi-
ri.❡Quartum.Quantum etiam ad ipſum campſorem & nõ
campſorem licitum eſt aliquando vendere monetam, vt di-
ctum eſt:& aliquando accipere ad pondus, & aliam dare ad
numerum,& vltra hoc aliquid lucrari ratione intereſſe dicẽ
te Alex.de Al. quòd pecunia duplicem habet commutatio-
nem:vnam ex natura rei,ſiue ex pondere & materia : aliam
ex determinatione legis poſitiuę , qua ſtatutum eſt vt talis
moneta tantum valeat:& quòd licitum eſt campſori vnam
monetam accipere ad pondus,& aliam dare ſecũdum legis
inſtitutionem:quod intellige quãdo ſuſcepta ad pondus ibi
exponi non poteſt vbi ſuſcipitur ratione exbannitionis aut
attõſuræ vel huiuſmodi:aliàs eſt iniuſtitia:quia non ſuſcipe-
retur ſecundum quod valet.Et ſi deinde campſor eam tranſ
ferat ad locũ vbi expẽditur,& ibi plus valet quàm ad põdus,
hoc lucratur ex loci mutatiõe,ſcùm nulli faciat iniuſtitiam.
❡Quintũ.Quantũ etiã ad campſorẽ & non campſorẽ in hac
manuali permutatione monetarũ multiplex poteſt interue-
nire peccatũ iniuſtitiæ,& ſi nõ vſuræ:vt dẽtur monetæ falſæ
vel miſtæ,vel attõſæ,vel pretio maiore quàm currãt, & hu-
iuſmodi:aut etiã ſi exceſsiuũ pretiũ ꝓprij intereſſe accipia-
tur:circa quod generalis regula dari non poteſt,ſed arbitrio
bonorum dijudicabitur.❡†Octauò quæritur, vtrũ licitũ ſit 8
cãpſori aliquid lucrari ex cãbio reali per literas?Et dico mul
ta.❡Primũ. In iſto cambio nõ eſt cõtractus mutui ex parte
cãpſoris quia nõ dat primò & poſtea recipit,vt ſit in mutuo:
ſed ecõtrario:quia primò recipit,& poſtea dat:ſimiliter etiã
non eſt mutuũ ex parte Petri primò dantis, poſtea recipien
tis:quia in mutuo ſecũda acceptio ſit poſt primã rationẽ tẽ-
poris,in quo accipiens mutuum indiget illo: hic fit ratione
diſtantiæ locorũ, & nõ tẽporis:quia niſi talis diſtantia impe
diret cãpſor redderet ſtatim, id eſt, ſtatim inciperet de red
ditione tractare, nec differret niſi pauco tẽpore arbitrio bo
ni viri ad talẽ actum exercẽdũ neceſſariò requiſito: ſicut &
in cambio manuali ad minutũ qui recipit aureum nõ dat in
eodẽ inſtãti monetã:ſed mittit manũ ad capſam & numerat,
& huiuſmodi facit quæ tẽpus requirũt, ſed modicũ. Verùm
autẽ ſit ibi venditio? quidam dicunt quòd non:quia neceſſa-

riò alia res eſſet quæ daretur,& quæ acciperetur,ſcilicet res & pretium:quod non eſt,cùm aliquando eadem ſpecie moneta detur & recipiatur. Vtrum etiam ſit ibi locatio operarum vel pecuniæ ad alium locum ducendæ: quidam etiam dicunt quòd non,quia eſſet res eadem numero quæ daretur & redderetur.quod non eſt.Sed ego dico quòd ibi poteſt eſſe emptio & venditio eo modo quo pecunia vẽdi poteſt,non obſtante quòd ſit eadẽ moneta:quia eadẽ poteſt eſſe pretiũ ſibi ipſius quando eſt in diuerſis locis:quia Mediolani minus valet,quando ab eo diſtat quàm quando eſt præſens. Poteſt etiam ibi eſſe permutatio aliquando in genere:vt quãdo datur tantum,puta cẽtum libræ, vt accipiatur tantum de quacunq; moneta. Aliquãdo in ſpecie:vt cùm datur tantũ de iſta moneta ſpeciali,vt tantũ de illa alia accipiatur:puta quia dat Petrus aureos Mediolanẽſes Mediolani,vt Venetos accipiat Venetijs. Eſt etiã ibi locatio operarũ ad conducendũ iſtã numero pecuniã formaliter vel æquiualẽter. Eſt enim propriũ monetæ quòd quantũ ad valorẽ legalẽ iſta nõ differt ab illa eiuſdẽ valoris,ſed ſola materia. Eſt inquam locatio ſaltẽ reductiuè.quod volũt dicere qui dicũt ibi eſſe contractũ innominatũ ſcilicet do vt des vel vt facies. ¶ Secundũ. Cũ hoc cãbiũ,vt dictũ eſt,fiat dupliciter: ſi ſit primo modo puta quia Petrus dat Mediolani cẽtũ,recepturus Venetijs ſolùm xcv. ſi ibi eſſet venditio vel permutatio,nõ eſſet differẽtia in licere & non licere:quia in vtroq; cõtractu oportet eſſe ęqualitatẽ dati & accepti & eſſet illicitũ cãpſori lucrari illa quinq;: quia qđ ipſe dat Venetijs minus valet Mediolani, quàm qđ ibi accipit. Vnde potius deberet lucrari Petrus. Si verò ſit ibi locatio operarũ,vt cõmuniter eſt licitè illa qnq; lucratur,ſecundũ oẽs. quod præcipuè Bal. intendit in c.j. de plus pe. vbi dicit cõtractũ eſſe licitũ & neceſſariũ,& iure gentiũ ac naturali ratiõe munitũ:quia cãpſor ſubijt pericula viarũ,& nuntiorũ damna,pẽſiones operarũ ,& ſalaria factorũ: vt not. in l. periculi. ff. de nau. fœno. & l. traiectitiæ. ff. de actio. & obli. & l. qui Romæ. §. j. ff. de verb. oblig. Vnde ſi quid lucratur, iuſtum eſt,cùm induſtria accedat rei licitæ. l. ſi hæres. ff. ad l. Falcid. Sed intellige ꝙ campſor hic ex duplici ratione lucrari poteſt. Primò ratione ſui intereſſe accipiendo certum qđ. Et ſic loquitur Bal. Secundò ratione valoris monetarũ: quia ſcilicet per iſtum modum aliquando pecunias ſuas reportat ad locũ vbi erunt ei cõmodiores,aut plus valent vel valebũt quod licitum eſt,vt patebit:nec oportet ſi ſecundò modo lucratur,quòd minuat de lucro ratione ſui intereſſe: quia ſuũ intereſſe meretur primum lucrũ:quod autẽ accedat ſecundum,nõ eſt ex conditione Petri, cui nulla ſit iniuſtitia: ſed ex cõditione campſoris. Et ſi obijciatur contra prædicta ꝙ intereſſe campſoris aliquãdo nullũ eſt quia campſor habet illic amicos aut factores ex alia cauſa & monetas: & ſic non oportet quòd monetã illuc deducat. Et dico ꝙ iſta per accidens ſe habent ad caſum,& ſunt cõmoditates veniẽtes ex cõditione campſoris,& non ex natura cõtractus,quas campſor gratis exhibere nõ tenetur. ¶ Tertiũ. Si autem hoc cambiũ per literas fiat ſecũdo modo, ita ſcilicet ꝙ Petrus dat Mediolani aureos Venetos vt eos vel eorum pretiũ ad rationem cambij Venetiarum habeat in Venetijs vbi plus valet:vterque lucratur,ſcilicet campſor & Petrus. Cãpſor quidẽ quia accipit pretiũ ſui intereſſe,cùm teneat locũ tranſlatoris pecuniarũ,vt in priori modo dicebatur:& ſimiliter Petrus propter maiorem valorem ſuæ monetæ in Venetijs:quòd licet ſecundum Laur. de Ridol. & Archid. & omnes Summiſtas. Et intellige quòd poteſt eſſe licitum ex duplici capite. Primò ſi hic ſit locatio operarũ, vt in priori modo: quia campſor lucratur ratiõe ſui intereſſe,& Petrus ex mutatione locali ſuæ rei,quæ plus valet ibi quàm hic. Secundò ſi ſit permutatio aut venditio:quia poterit eſſe æqualitas iuſtitiæ arbitrio boni viri:quia licet illud quod cãpſor dat , plus valeat Venetijs quàm Mediolani quod accipit:tamen quod dat Venetijs,Mediolani,vbi ſit permutatio,non plus valet. Hoc tamen caſu nihil amplius poſſet accipere:quia ſi permutat aut vendit,nõ poteſt habere rationem de ſuo intereſſe locatiõis operarũ. Si tamẽ Petrus ex hoc vellet lucrari quòd prius dat & deinde accipit,id eſt,ratiõe temporis interiacẽtis,eſſet ibi mutuũ & vſura formaliter. ¶ Quartũ. Si autẽ iſtud cambium per literas dicatur fieri etiam alio modo tertio , vt quia Petrus Mediolani dat teſtones,vbi plus valent, vt eos recipiat Venetijs,vbi minus valent:ſi quidẽ interueniat venditio aut permutatio , campſor multiplicẽ iniuſtitiam facere poſſet: quia non licet ei aliquid accipere ratione ſui intereſſe, quod nullum eſt,cùm non teneat locum tranſlatoris ſeu locatoris operarum:nec licet ei ſimpliciter iſta permutatio vel venditio:qa habet inæqualitatẽ:cùm teſtones, quos reddit,minus valeant Mediolani,vbi cõtrahitur,quàm accepti ratione diſtãtię localis. Si verò interueniat locatio,licitè campſor percipit totum ſuum intereſſe ſi paciſcantur quòd reddãtur teſtoni in ſpecie,vt patet:quia vtrobiq; dantur ſecũdum quod valẽt:nec in aliquod damnificatur Petrus plus quàm ſi nihil cum campſore contraxiſſet,licet ipſe ſuos teſtones Venetias detuliſſet :& ſi campſor inde ex teſtonibus lucretur , eſt ex conditione ſua:quia eos habet exponere Mediolani: & proficiat ſibi. Si verò non paciſcantur quòd reddantur teſtoni, ſed ſumma accepta,nõ poteſt campſor capere totum ſuum intereſſe niſi ſummam integram reddat Venetijs: ſed tenetur de illo minuere quãtum ex alia parte lucratur: quia hoc caſu ſumma eſt quæ ſuſcipitur deferenda Venetijs: ideo debet integra reddi. Vñ iniuſtũ eſſet ſi acceptis duobus teſtonibus) Mediolani vbi valẽt xlviij. ſolidos,vellet reddere Venetijs ſolùm xlv. quos ibi valent,& cùm hoc ſibi ſuum intereſſe totum perſolui:quia duplici fauce manducaret.

¶ † Nonò quæritur,quid ſentiendum ſit in genere de cam- 9
bijs ſiccis ex parte campſoris, qui ſemper dat primò,deinde recipit? Et dico multa. ¶ Primum. Loquendo ex parte campſoris in huiuſmodi cambijs non poteſt eſſe cõtractus locationis operarum:quia non ſuſcipit aliquã ſummam tranſuehendam, ſed potius tranſuehit Petrus, qui accipit Mediolani,& reddit Lugduni: ideoq; lucrari nõ poteſt ratione intereſſe. Nec ſimiliter contractus permutationis propriè, niſi quando vtraq; pecunia danda ſcilicet & reddenda,iam eſt in eſſe: quia præſentis ad futurum, ſicut & certi ad incertum non eſt permutatio propriè. C. de rerum permu. l. j. in gl. quę allegat l. quoniam. eodem tit. vbi hoc ſentiunt Bart. & Bal. poteſt autem ibi eſſe mutuũ & emptio & venditio : vt patet ex dictis . Et ſic poſſunt ibi eſſe tres contractus,ſcilicet mutui,venditionis & permutationis aliquando: verùm quia rarò eſt ibi permutatio,ſicut & præſentia vtriuſq; pecuniæ, & quando ibi eſt eodem modo eſt licita vel illicita,ſicut & venditio:quia vtrobique oportet æqualitatem extremorum ſeruare:ideo dicamus quòd ibi ſunt ſolùm duo contractus,nec apparent alij , ſcilicet mutui & emptionis ſeu venditionis. ¶ Secundum . Paucis verbis poſſet viris doctis materia iſta tota decidi vnica breuiſſima regula,hac ſcilicet: Quoties arbitrio bonorum & peritorum in arte campſoria pars capiens cambium non grauatur,& diſtantia temporis nihil lucri affert, nunquam eſt ibi peccatum:ſi verò pars nimis grauetur, vel diſtantia temporis lucrum affert : ſemper eſt ibi peccatum,id eſt,iniuſtitia,vel vſura. Nam cùm ſit ibi mutuum vel emptio in mutuo,ſi ratio temporis nihil lucri affert,non eſt

pecca



peccatum:ſi quid verò affert, eſt vſura. In emptione verò ſi interuenit pretium iuſtum,non eſt peccatum:ſi verò ſit iniuſtum,ſi quidem ſit ad numeratum,eſt iniuſtitia:ſi ad tempus eſt vſura:quia & mutuum cum lucro:vt patet ex dictis ſuprà Vſura. ij. Si autẽ lucrum veniret partim ex tẽpore,partim ex alio,puta diſtantia locali:eſt iniuſtum, & reſtitutioni obnoxium ſolùm ex ea parte qua venit ex tẽpore : quia eſſet iniuſta venditio:quæ tamẽ tenet,niſi eſſet iniuſta vltra dimidiã: & cõſequenter ſufficit pretium reducere ad æqualitatẽ reſtituto eo quo pecunia diſtans minus iuſto emitur: quia ſoluitur ante tempus. Sed aduerte quòd lucrum non venit hic ex tempore eo ipſo quòd conſideratur tempus, ſed ex eo quòd cãpſor plus vult lucrari cum eo qui accepta nõ reſtituit niſi poſt tempus,quàm cum eo qui reſtituit ſtatum in tempore cõſueto pro cambijs dari ad arbitriũ boni viri: vt poſsint cõmodè literæ mitti & pecuniæ coadunari & reddi. ¶ Tertiũ. Cùm huiuſmodi cambia ſemper ſint cum lucro vel ſpe lucri,nunquam licitè fiunt per contractũ mutui: quia eſſet ibi vſura formaliter ex vſuræ diffinitione:& conſequenter ſunt licita ſolùm per contractũ permutatiõis aut emptionis:cùm hi ſoli cõtractus hic accidãt: & cõſequenter oportet ſeruare ibi leges permutatiõis & emptionis:& cõſequenter quòd numiſma datum & acceptum iuſtè appretietur, & hincinde ſit æqualitas,quam cõtractus iſti requirunt, cùm ſpectẽt ad iuſtitiam cõmutatiuam:& ſi pecunia quę emitur à campſore ematur minus eo quod nunc æſtimatur ratione incerti valoris futuri,oportet ꝙ ſit probabiliter dubium an tempore redditiõis vel ſolutionis plus aut minus ſit valitura. extra eo. c. ſi. iuxta dicta etiam s̄. Vſura. iij. §. ij. ¶ Quartum. Ad iuſtè appretiandũ pecuniam venalem cùm hac arte diffiniri non poſsit,oportet vt arbitrio boni viri,id eſt, iuſti & ſapientis,penſatis cõditionibus ex qualitate numiſmatũ & diſtãtia locali & alijs ad rem facientibus. de quo ſuprà, §. iij. ¶ Quintum. Quoties cambia ſicca nõ fiunt verè ſed fictè, vt quia in eodem loco,puta Mediolani,pecunia datur à campſore, & recipitur:licet cõtractus fiat ad rationẽ cambij per Venetias aut Lugdunũ,ſemper præſumitur vſura,& ſemper eſt vſura, quia eſt mutuũ cum lucro nomine cãbij palliatũ. Poſſet tamen ibi eſſe contractus emptiõis pecuniæ futuræ licitus eo modo quo dictum eſt s̄. parti. iij. ſed hoc in practica non ſeruatur. ¶ Sextum. Quãdo etiã fiunt verè, vt quia pecunia datur Mediolani recipienda Lugduni,ſi hoc fiat non quia Petrus habeat aut habiturũ ſe ſperet ſine ſimili intereſſe tẽpore reſtitutionis pecuniam Lugduni,quam vult per cambium habere Mediolani:ſed ideo fiat quia Petrus indiget Mediolani pecunia quam gratis habere non poteſt , ſed ſolùm ſub ſpe lucri per cambia: ſecundum aliquos ſi hoc conſtat campſori,aut credit probabiliter vel eſt paratus facere,etiã ſi ſciret,eſt vſura nomine cambij palliata,quia ſit in fraudẽ vſurarũ: ſicut cùm à pauperibus emũtur boues quos non habẽt, de quo s̄. Vſura ij. §. vlt. nec eſt ibi venditio, aut permutatio, cùm nõ ſit res venalis aut permutabilis nec in ſe nec in ſua cauſa: ſed eſt ibi mutuum cum lucro ex intentione. Si verò probabiliter dubitat,tenetur ceſſare à contractu donec certificetur: alioquin exponeret ſe diſcrimini,cõtra c. iuuenis. de ſpon. Notanter dicitur,ſine cõſimili intereſſe: quia ſi Petrus haberet Lugduni aliquẽ mutuantẽ pecuniã gratis:licet oporteret eum ſoluere aliquid ei qui laborem ſumeret accipiẽdi pecuniam & reſpondendi cãpſori eo modo quo alijs factoribus ſoluitur certũ quid pro centenario,nõ eſſet illicitũ:quia illa pecunia reſtituẽda habetur in fide amici. Sed iſta opinio non videtur vera:quia emptori & permutanti ſufficit emere vel permutare iuſtè,id eſt,ſecundũ æqualitatem abſolutam iuſtitię,ab eo vel cum eo qui poterat licitè vendere aut permutare:nec tenetur quærere vtrũ habeat rem venditam vel permutatã ſine intereſſe:mòdo licitè habeat. Nec eſt ſimile de emente boues à paupere:quia ille nec habet nec eſt habiturus boues:iſte autem eſt habiturus pecunias quas vẽdit aut
permutat. ¶ † Decimò quæritur,quid dicendum ſit in ſpecie 10
de ſingulis modis cambiorũ ſiccorũ ex parte campſoris, & primò quantum ad cambium per Venetias? Et dico multa. ¶ Primum. Cambium factum primo modo,id eſt, ad libras groſſorum ſiue per Venetias:nõ poteſt eſſe locatio operarũ, ſicut nec generaliter in cambijs ſiccis , vt dictũ eſt:nec permutatio,quę ſemper eſt certæ ſpeciei ad certam ſpeciẽ:quia licet hic ſit certa ſumma quæ datur:quæ tamẽ reddẽda eſt, incerta eſt: poteſt autem hic eſſe mutuũ formaliter:poteſt etiã eſſe venditio pecuniæ futuræ in tali valore:ſed erit venditio formaliter,id eſt,ſecundũ formã exteriorẽ,& mutuum virtualiter:quia ſecundum mentẽ S. Tho. quoties prius tempore traditur res vendita quàm pretiũ:vt in vẽditione ad tẽpus vel econtrario,vt in anticipata ſolutione, eſt virtualiter mutuũ : venditio autẽ pura ſine mutuo nõ eſt, niſi vbi res & pretium eodẽ tẽpore exhibentur. Cognoſcetur autẽ ibi eſſe mutuum formaliter aut venditio ex verbis quibus vtuntur contrahentes:vt ſi dicit campſor,Mutuo tibi hoc pacto, vel emo à te tale quid. vel dicat idem alijs verbis æquipollentibus. Et ſi de intentione nõ conſtat,& verba ſunt cõmunia ad licitum & illicitum contractum,vt da mihi ſic dabo tibi ſic: debet interpretari iuxta licitum:quia cæteris paribus potius voluerũt licitè cõtrahere. Vnde & ſecũdum aliquos Iuriſtas ſi natura verborum non habet repugnantiã ad naturam cõtractus. ſupple,etiã virtualiter intẽti,debẽt ei adaptari. ff. de dam. infec. l. damni infecti. ff. de vſur. l. ſi ſtipulatus. §. verum. no. C. de loca. l. locationes. & ff. de condi. ob cauſ. l. fin. Facit etiam quia omnis contractus præſumitur licitus,niſi probetur illicitus C. de vſur. l. ſi ea. & l. oleo. ff. de probat. l. ab ea parte. & in dubio præſumitur abeſſe dolus & culpa,niſi probetur. ff. de proba. l. quęſtione. §. qui dolo. Vtrum autem liceat hoc cambium,quod non eſt cambium in veritate. Lauren. de Ridol. vt recitat Arch. laborat in ſaluando: & poſt multa tandẽ potius conſuluit abſtinendum quàm ſoluat: ſed ex dictis patet reſponſio certa:quia ſi contractus fiat ſub forma mutui, eſt formaliter vſura:quia & mutuũ eſt cum ſpe principaliter lucri:& ſi nõ ſemper cum lucro: excuſari tamẽ poſſet cãpſor ratione intereſſe eo modo quo & lucrum in mutuo: vt quia aliter volebat campſor de ſuis pecunijs lucrari, vel huiuſmodi. Si verò fiat ſub forma vẽditionis,eſt licitũ , ſi dubiũ probabile ſit vtrum tempore reſtitutionis decẽ libræ groſſorũ plus aut minus ſint valituræ quàm ſit id,quod nũc pro eis ſoluitur: vt patet in c. ſi. eo. tit. & intellige ſeruatis omnibus quæ ſunt de ratione iuſtæ venditionis. ¶ Secũdum. Non obſtat autẽ ei quod dictum eſt hic eſſe mutuũ , ſi arguatur primò quia in mutuo eſt obligatio ad reſtitutionem eiuſdẽ in eodem genere,puta ducatorũ pro ducatis,& monetæ pro moneta. ff. de ſol. l. Paulus. quod nõ eſt hic. Vnde ſi conuentio ſit vt reſtitutio fiat in alio genere,puta reſtituendo vinũ pro tritico,aut carlenos pro ducatis,nõ eſt mutuũ , ſed contractus innominatus. ff. ſi certum peta. l. v. in princ. Dico enĩ quòd ſi hic non ſit venditio,& cõſequenter ſit mutuũ, obligatio ad reſtitutionem tanti in eodem genere, quantum ad menſurã pecuniæ quæ eſt valor eius legalis : vt ſi datæ ſunt decẽ libræ,reſtituantur decem,licet non quãtum ad pecunię materiam:quia ſi data eſt moneta,poteſt reddi aurũ, modò æquipolleat,& ecõtrario:quia aurum & argentũ monetatũ quantum ad valorem legalem ſunt eiuſdem generis : quia

decem libræ in auro,& decem in argento ſunt idem pretiũ
ſpecie.Et ſi fiat pactũ de reſtituẽda certa moneta aut erit
emptio,aut aliàs erit ratione mutationis eius in valore lega
li:&ſic ſtabit ratio mutui.Et ſi quid iſta argumentatio vale
ret,cõcluderet ꝙ Iudæi publicè fœnerantes nõ mutuent:qa
nõ exigũt aurũ pro auro,ſed ſolùm æquiualentẽ ſummã: &
cõſequenter nõ eſſent vſurarij.¶Tertiũ. Nõ obſt.etiã ſi ar-
guatur ſecũdò quòd mutuũ ſit ad preces rogantis. ff.ſi cert.
pet.l.rogaſti.&cõſequẽter ſolùm contẽplatione accipientis:
vt in §.creditor.Inſti.quib.mo.re cõtrah.obli.& in l.ſi vt cer
to.§.cõmodatũ ff.cõmo.hic autẽ & in alijs cambijs ſiccis nõ
eſt ſic:cùm aliquãdo pecunia detur ad beneficiũ vtriuſq;: vt
cùm vnus eget pecunia Mediolani,alius Lugduni.Dico eñ
quòd dictæ leges & ſimiles loquuntur quãdo mutuũ datur
eo modo quo dari debet:nõ autẽ quãdo datur ad vſurã:alio-
quin nõ mutuarent publici fœneratores:qa quod dat,eſt ad
vtilitatem eorum cùm inde lucrentur:& ſimiliter accipien-
tis aliquãdo,cùm inde rem ſuã ꝓcuret & augeat plus quàm
vſura ſit ſolita.¶Quartũ.Nõ ob.etiã ſi arguatur tertiò:quia
nõ eſt mutuũ vbi is qui dat,ſubſtat periculo dati vt hic: quia
ſi libræ groſſorũ minus valebũt,perdet campſor.Dico enim
eſſe mutuum vbi dãs ſubſtat periculo dati ex hoc quòd non
transfert eius proprietatẽ in accipientem: ſecus vbi ſubſtat
periculo lucri ſolùm,aut lucri cum parte modica capitalis,
quod caſu fortuito incumberet accipiẽti,nõ dãti,vt hic : vbi
ſaltẽ ſalua eſt pars capitalis,quam valet moneta reſtituẽda:
11 ſaltẽ vt eſt talis ac tãta materia.¶†Vndecimò quæritur,qd
ſpecialiter de cambio ſecũdo modo ſcilicet per Lugdunũ,
in quo campſor dat Mediolani ſexaginta ſcuta valentia xx-
viij groſſos,pro ſingulis recepturus ſexaginta Lugduni vbi
valent groſſos triginta.Et dico multa.¶Primũ.In hoc cam-
bio nõ poteſt eſſe locatio operarũ ex parte cãpſoris vt loq-
mur,ſicut nec in aliquo cãbio ſicco:põt autẽ ibi eſſe mutuũ,
vt patet:& ſimiliter vẽditio ſiue pecunia reſtituẽda ſit tẽpo
re & loco diſtãs,ſiue ſit diſtãs loco & tẽpore,id eſt,futura,vt
patet ex dictis.Poteſt etiam ibi eſſe permutatio,ſi vtraq; pe
cunia ſit præſens tempore,etiã ſi eſſet omnino eiuſdẽ ratio-
nis,quæ datur & redditur,puta ſcuta:imò ſi eſſet eadẽ nume
ro:quia ea quæ redditur eſt affecta qualitate diſtantiæ loca
lis:& ſic eſt aliquo modo alia.vnde & minus valet ſeipſa nõ
diſtãte nõ autẽ põt eſſe permutatio ſi pecunia reddẽda ſit
futura,quia valor erit incertus.¶Secũdũ.Si in cambio iſto ſit
mutuũ,erit ibi formaliter vſura:quia mutuũ eſt cùm ſpe prin
cipali lucri,licet nõ ſemper cum lucro.Si verò ſit ibi vendi-
tio marchę pręſentis tẽpore aut futurę,erit licitus cõtractus
ſi ſeruẽtur ea quæ pertinẽt ad iuſtã venditionẽ , puta æqua-
litas iuſti pretij arbitrio bonorũ virorũ, cõſideratis quæ ha-
bẽt rẽ facere maioris vel minoris pretij,& huiuſmodi.Et idẽ
ſuo modo dic ſi ſit ibi permutatio.¶Tertiũ.Tẽpus autẽ me-
diũ inter dationẽ & receptionẽ in hoc cõtractu tripliciter ſe
poteſt habere.Primò vt neceſſariò cõſequitur diſtantiã loca
lẽ,ſecundũ quam nihil in tẽpore moueri poteſt.Secundò vt
in eo ſit rerũ varietas,ita ꝙ in principio alicuius tẽporis res
vna venalis poteſt habere vnũ pretium,& in medio aliud, &
in fine aliud propter rerũ mutationes & euẽtus.Tertiò vt in
eo pecunia campſoris manet otioſa ipſi cãpſori , licet alteri
fortè fructuoſa.Igitur ſi campſor vult dare minorẽ ſummã
pro recipienda aut pro data recipere maiore ratione maio-
ris tẽporis primo modo cõſiderati nõ eſt illicitũ:quia hoc nõ
eſt gratia tẽporis,ſed gratia diſtantię localis,etiã ſi tẽpus ſit
aliquãtulũ maius quàm hæc diſtantia requirat : quia datur
ad debitã & honeſtã cõmoditatẽ reſtituentis ſecundũ arbi-
trium bonorũ:quia non poteſt habitis literis ſemper ſtatim
reddere ſummã.Si vult dare minus aut recipere plus ratiõe
tẽporis cõſiderati ſecũdo modo,etiã eſt licitũ aliquãdo,quia
hoc nõ eſt gratia temporis,ſed rei in tẽpore, quæ aliquãdo
plus aliquãdo minus valet:ſicut marcha venalis Lugduni va
let aliquãdo plus aliquãdo minus ſecũdũ penuriã & abũdan
tiã vẽditorũ vel emptorũ.Sed in hoc aduerte ꝙ nõ ſit varia-
tio iuſti pretij ſolùm ex hoc ꝙ mercatores plus aut minus
exiſtimẽt aliquid valere ex eo ꝙ citius aut tardius tardetur
quaſi ſit vtilius vel minus vtile,vt videt̃ exiſtimaſſe do.Pau.
de Mo.in ſuo tract.de cauſa.& magiſter Raph.de Porna.in
tract.de pagis.tum quia ſic nunquã eſſet iniuſtũ ſoluere mi-
nus ratione anticipatæ ſolutionis.quod reprobatur ab omni
bus,maximè S.Th.tum etiã quia hoc eſſet cõſiderare otioſi-
tatem ſuæ pecunię,quã vterq; illorũ damnat.Et ſi obijciatur
ꝙ res loco diſtans minus valet:ergo & diſtãs tẽpore:dico ꝙ
res diſtans loco minus valet:quia nõ reducitur ad præſentẽ
locũ ſine labore & expẽſis & periculis:ad præſens autẽ tem
pus reducitur ſine duobus primis,non ſine tertio,id eſt, peri
culo: & hac ratione minus valet:nõ autẽ ex eo quòd pecunia
ementis ſit otioſa.Si autẽ vult minus dare aut plus accipere
ratione tẽporis tertio modo,ſecundũ omnes,eſt vſura: ſicut
ſi campſor emit ad primas nũdinas, & eis aduenientibus pro-
longat terminũ ad ſcdas accepto alio lucro: ſecus ſi cõmu-
ni æſtimatione in ſecundis nũdinis marcha eſſet plus valitu
ra.¶Quartũ.Si gratia tẽporis tertio modo cõſiderati cam-
pſor aliquid accipit,ſicut ferè ſemper contingit,vẽditio erit
iniuſta,ſed nõ reſcindẽda:niſi iniuſtitia eſſet vltra dimidiam
partẽ iuſti pretij.Vnde nõ oportet campſorẽ lucrũ totũ re-
ſtituere:ſed pro ea parte,quam tẽpus ſibi attulit.¶†Duode- 12
cimò quæritur,quid de alijs cambijs tertio & quarto modo,
id eſt,per Londres & Bruges:aut etiã quinto modo, quando
ſcilicet dãtur aurei Mediolani,vt reſtituãtur Romę vbi plus
valent?Et dico multa.¶Primũ.Omnes iſti modi cõueniunt
in vna ratione:quia in omnibus ſperatur lucrũ ex vario pecu
niarum valore,vt dictũ eſt.¶Secundum . In his cambijs non
poteſt eſſe locatio , vt patet ex dictis : poteſt autem ibi eſſe
mutuũ & permutatio,ſi pecuniæ ſunt tẽpore præſentes , vt
tunc valor certus ſit & vẽditio,ſiue vtraq; ſint præſentia,ſiue
data tãtũ:vt patet ex dictis.¶Tertiũ.Erit autẽ vſura ſi ſit mu
tuũ & permutatio iuſta:& ſimiliter venditio ſi ſeruẽtur req-
ſita ad hos cõtractus,id eſt, æqualitas pretij ad rem arbitrio
bonorum,&c.De ſexto autẽ modo iam patet ex dictis. Hoc
notato quòd non dicitur recambiũ,niſi eadẽ ſit perſona,cui
primò datum eſt cambiũ: quia qua ratione dicitur cambiũ,
quãdo Mediolani datur pecunia pro Lugduno, dicitur etiã
cambiũ quãdo datur Lugduni pro Mediolano. ¶†Decimo- 13
tertiò quæritur,quid de illo cõtractu,qui ſit in curia Roma
na?Et dico ꝙ Arch.illud damnat tanquã magnã & manife-
ſtam vſurã:ſi tamẽ reduceretur ille contractus ad iuſtũ con
tractũ,puta emptionis & vẽditionis,poſſet licitè fieri:ſed ita
de facto nõ ſit.¶†Decimoquartò quæritur,quid dicendũ ſit 14
de cambijs ex parte Petri cambium accipientis? Et dico re-
ducendo omnes cõcluſiones in ſuũ principiũ, ꝙ ſicut quãdo
Petrus primò accipit à campſore, & ſecũdò dat,cambiũ eſt
ſiccum ex parte cãpſoris:ita & quãdo ipſe petrus primò dat,
& ſecundò accipit,eſt ſiccum ex parte Petri:& de eo,vt de cã
pſore,iudicandum,eſt ex dictis.Circa cambia multa dici poſ
ſent propter mercatorũ varios modos & ſubtilitates : ſed ex
dictis poſſunt omnia decidi,& reſponderi ad varia argumen
ta quæ ſiũt,& ad varios caſus circa iſtam materiam acciden
tes,qui omnes per prædicta decidi poſſunt.Ex quibus etiam
dictis patet quòd malè Sum.Arg.omnia cambia ſicca indi-
ſtinctè damnat:& peius Sum.Roſ. indiſtinctè comprobat.





## Rurſus de Vſura v. vbi ſit quo ad montes ſeu impræſtita vel loca communitatum.

1 *Ciuitas an compellere poſsit ciues ad ſibi mutuandum.*
2 *Ciuitati quando detur ſub fœnore. & an talis prouentus vendatur. nume. ſeq.*

VSVRA quintò cõſiderari poteſt quantũ ad montes
impręſtita & loca. Pro quo aduerte ꝙ cõmunitas ha
bens reditus prædiorũ vel gabellarũ põt vendere eo-
rum ꝓprietatem cũ pacto reaffrancãdi, interim accipiendo
hmõi ad affictũ:põt etiã vendere ius exigendi prouentus in-
certos:poteſt etiã aliquãdo cõſtituere nouas gabellas & ven
dere : & in hoc cõſiſtit conſtitutio & venditio locorum Ge-
nuæ & impræſtitarũ & montium.Specialiter aũt loquendo
de locis Genuæ,vt refert do.Bart.de Boſco Doctor clariſſi-
mus & cõſcientiatus,factũ eſt tale:Cõmunitas eñ indigẽs cẽ
tum millibus aureorum cogit aliquos ciues ad eos exhiben
dum diuiſa tota ſumma per centenarium librarũ quæ appel
lat loca:& pro ſatisfactione aſsignauit gabellã nouã vel an
tiquam annuatim vendendam . Ex cuius reditibus reſpon-
deatur dictis ciuibus ad rationem vij.vel viij.pro ſingulo cẽ
tenario librarũ:cùm hoc ꝙ ipſi aliud petere nequeãt, & cõ-
munitas poſsit reddere pecunias & rehabere gabellã:& ſi di
cti prouentus nõ aſcenderint ad dicta vij.vel viij.dãnũ ſit ci-
uium.Si verò trãſcenderent,vtilitas ſit cõmunitatis:ita ꝙ di
cti ciues ſubſtẽt periculo capitalis: vt ſi ciuitas deſtrueretur:
& proue ntuum inquantũ gabella malè fructificat . Deinde
probat dictus Doctor ꝙ iſte cõtractus eſt emptionis & ven
ditionis aut dationis in ſolutum , quæ ei ſimilis eſt eiuſque
vicẽ obtinet.C.de euict.l.ſi prædiũ.& l.ob cauſam.ff. de pig.
actio.l.elegãter.in prin.& ff.de euic.l.ſi plus.ita quod de vno
dicitur,intelligitur de alio. Et intellige ꝙ interuenit etiam
1 conditio de reaffrancando,ita volente cõmunitate. ¶†Pri-
mò ergo quæritur, vtrum cõmunitas poſsit cõpellere ciues
ad ſibi mutuandũ?Et dico ꝙ ſic:quia cõpellere poteſt ad dã
dum,quod eſt fortius:de quo dic vt s̃.Gabella.iiij.per totum.
& conſequenter poteſt cõpellere ſubditos ad emendum poſ
ſeſsionem & reditum ab ipſa cõmunitate à fortiori : ſiue e-
matur proprietas,& detur cõmunitati ad affictũ: ſiue ema-
tur ius exigendi reditus incertos quo ad ſummã.quod etiam
colligitur ex dictis s̃.Emptio.§.v . ¶Secundò quæritur,vtrũ
ciuis coactus exhibere pecuniã cõmunitati,licitè poſsit per-
cipere certũ quid:puta quinq; pro centenario ſibi à cõmuni-
tate taxata annuatim? Et dico circa hoc & circa totam ma-
teriã huius tituli multos multa & cõtraria ſcripſiſſe:de qui-
bus diffuſiſsimè & ad ſaturitatem vel nauſeã:vide Archi.in
ij.parte.tit.j.c.xj.Ego autem ſequens Doctores famoſiores
& rationes meliores,& ea quæ ſuperius in multis locis de-
terminata ſunt,ſic diſtinguo.Nam aut cõmunitas habet re-
ditus,puta gabellarũ vel poſſeſsionũ,aut nõ.Et quidem ſi ha
bet,poteſt pro cõmuni bono cogere ciues ad emendũ pro-
prietatem,vt dictũ eſt:& dare eis tales reditus in totũ vel ſe-
cundum aliquã partem pro indiuiſo cũ pacto reaffrancandi
ſiue redimendi proprietatem interim certũ affictũ redden-
do ſcd̃m quantitatem datæ pecuniæ & redditionem ſeu fru
ctificationem gabellarũ,vel poſſeſsionũ datarũ in ſolutum,
vel etiã ad emendũ ius exigendi reditus . Sic eñ eſt emptio
& venditio,nõ obſtante ꝙ ſubditi nõ intendãt fortè emere:
quia cõitas ſic potuit eos ad hoc cogere:vel eſt datio in ſolu
tum.quod idem eſt.Et ſcd̃m hãc viã intelligo Io.de Saxo.Io.
And.do.Ant.& communiter modernos in d.c.in ciuitate.vo
lentes quòd tales ſubditi licitè tale lucrum percipiunt:& ſe-
cundum hoc licita ſunt loca Genuæ , impræſtitæ Venetia-
rum,& mons Florẽtiæ.Et vltra communem doctrinam ad-
do quòd ſi intentio ſit recta,& conſcientia non vacillet, poſ
ſent ciues etiam ſponte emere tales reditus:quia ſicut priua
tus,ita & cõmunitas poteſt vendere ſua iura,& ab ea emi po
teſt.& ſic verè licitè emerent ſubditi,qui vellent ꝙ dicta iu-
ra ſibi perpetuò manerent.Si verò cõmunitas nõ habet redi
tus,vel ſi habet,iam exhauſit:Sum. Ang.dicit duo.Primũ,ꝙ
talis ciuis nihil põt accipere vltra ſortem ſine vſura.Secundũ,
quòd rõne veri intereſſe poteſt aliquid accipere , ſecundum
S.Th.ij.ij.q.lxij.ar.iiij.Sed ego cõtra primũ dico quòd imò
poteſt,ſi intentio,ſit recta,& cõſcientia ſana,etiam ſecundũ
fundamentum d.Summæ , quãdo cõmunitas poteſt nouam
gabellã ponere:quia vendi & emi poteſt affictus nouiter in-
ſtitutus:vt s̃.vſura.ij.§.xij.Et contra ſcd̃m dico quòd eſt ve-
rum ſolùm quòd cõmunitas huiuſmodi onera aliquibus par
ticulariter imponit,ſiue habeat reditus,ſiue nõ habeat:non
autem quãdo omnibus proportionaliter eo modo quo licitè
põt:quia tũc nullũ eſt intereſſe.nec hoc caſu loquitur S.Th.
¶†Secundò quæritur,vtrum aliquid poſsint ſponte dare cõ-
munitati vt tale quid annuatim habeant ? Et dicit Laur.de 2
Rido.quòd ſic,ſi quinq; cõcurrant.Primò quòd reditus non
ſit exceſsiuus ſed cõueniens . Secundò quòd reditus fiat de,
& ſuper bonis cõmunitatis: quia ſi fieret relatio tñ ad cõi-
tatis perſonã eſſet illicitũ.Tertiò ꝙ nulla detur facultas re
ſoluendi contractũ pro maiori vel minori pretio.Quartò ꝙ
tempus ſit incertũ,puta ad vitã ementis,vel alterius, vel ad
aliud tempus incertũ.Quintò ꝙ tales ementes nõ cõſueue-
rint fœnerari.Vel poteſt breuius dici ꝙ hoc licet,ſi interue-
niat emptio & venditio:ſi ſeruentur cõditiones iuſtæ emptio
nis & venditionis.Et ſimiliter licet,ſi hoc ſit per viã mutui:&
dãs mouetur pietate & neceſsitate cõitatis,aliquid accipiens
ſolùm rõne ſuæ indemnitatis vel ſui intereſſe,ar. dictorũ s̃.
Vſura.j.§.xxiiij.Si verò hoc facit,vt ſic mutuando lucretur,
vſura eſt.¶†Tertiò quæritur , vtrũ poſsit quis licitè emere
iura eorũ qui licitè à cõitate percipiũt aliquid annuatim?Et 3
dicit Io.de Saxo.in ſua Sum.& do.Ant.quòd ſic:quia emit re
ditum iam in pecunia conſtitutum : & ſtat periculo empto-
ris:& propter multa alia,de quibus Pe.de Anch.in c.vſura-
rum.eo.ti.lib.vj.Quod limita niſi aliquid fiat in fraudem:pu
ta quia non intendit quis emere, ſed interim ex ſua pecunia
lucrari.Limitanda ſunt etiam omnia prædicta eſſe vera,niſi
communitas ipſa notabiliter læderetur : quia cùm pupillo
comparetur,vt l.rem publicam.C.de iur .reip.adminiſtrato
res eius poſſent eam damnificare: nec valeret factum eorũ
in damnum eius:vt l.ordinis.C.de decre.decu.& l.præſes.C.
de tranſact.& l.ambitioſa.C.de decre.ab or.fac.De pagis &
ſcriptis banchorum,vide s̃.Vſura.ij.§.xiiij.parti vlt.& penul.
¶†Quartò quæritur,quid de monte pietatis ? Et dico quòd
res in ſe eſt dubia:quod probat varietas opinionum:& conſe 4
quenter papa eſſet conſulendus : & interim eſſet abſtinen-
dum,ne quis exponat ſe diſcrimini: & ad hoc rogatus aliàs
feci conſilium quòd nõ liceat. Dico etiam quòd valde bene
facerent communitates ſoluere officialibus ex publico : &
valde malè faciunt qui communitates volentes hoc facere
peruertunt:& multò nequius qui eas auertunt malo fine:pu
ta propter ſuperbiam,vt videantur viciſſe pugnam,aut pro
pter cupiditatem,vt de excreſcentijs participent.

## Rurſus de Vſura ſextò quantum ad reſtitutionem eius in genere.

1 *Vſuræ ſolutio an transferat dominium.*
2 *Vſurarius an teneatur reſtituere, quomodo , & cui.& nume. 3.4.6.7.& 8.*

5 *Vſurarij bona an ſint tacitè obligata pro reſtitutione.*
9 *Iurans ſoluere vſuras qualiter relaxetur.*
10 *Vſurarij hæredu ſi alter ſit nō ſoluēdo an alter reſtituat totū*

VSVRA ſextò conſiderari poteſt quantū ad obligatio-
1 nem reſtituendi in genere.¶† Primò ergo quæritur,ꝓ
fundamento multorum dicendorum, vtrum in vſura ſoluta
dominium transferatur?Et dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxviij.art.iij.
in ſi.cor.quòd non,ſi id quod per vſurariū extortū eſt,ſit res,
cuius vſus non ſit conſumptio.& idem videtur ſentire ibi ad
tertium,etiam ſi eius vſus ſit conſumptio.quod intellige niſi
eſſet alijs ſui generis commiſta.vnde malè Sum.Roſ.aſſcri-
bit S.Thom.quòd teneat vſura dominium transferri.Quod
autem idē dicit in iiij.diſt.xv.q.ij.ar.iiij.q.ij.quòd trāsfertur,
loquitur ſecundum opinionem aliorum, vt ibi patet . Et eſt
verum ſi res ſubrepta ſit ſuō vſu conſumptibilis, & alijs cō-
miſta.Ad quorū notitiam ſic diſtinguo.Nam aut res per vſu
ram ſubrepta,eſt ſuo vſu conſumptibilis,cōſiſtens ſcilicet in
numero,pondere,& menſura,vt pecunia,granū,vinū, & hu-
iuſmodi:& ſic cùm iſta recipiant functionem in genere ſuo.
l.ij.§.j.ff.ſi cer.peta.abſq; dubio in iſtis dominium transfert,
ſi permiſta ſunt vel conſumpta.l.ſi alieni numi.ff.de ſol.& l.
nam & ſi fur.ff.ſi cer.peta.& l.ſi frumentū.ff.de rei ven.Aut
tale ſolutum ſunt res mobiles,quę ſeruādo ſeruari poſſunt,
ſcilicet ipſo vſu nō cōſumptibiles,vel res immobiles : & in
his an tranſeat dominium nécne,ſunt opiniones. Nā glo.&
Inno.in c.Michaël.de vſur.tenet vſurarium teneri ad reſtitu
tionem ex quaſi cōtractu per condictionem indebiti, vel ſi-
ne cauſa,quaſi non debitum acceperit.Et conſequenter do
minium eſſet trāſlatum:cùm omnis condictio ſit perſonalis
actio,& non detur pro re propria niſi contra furem : ſed tm̄
pro re nō ſua,ſed ſibi debita.l.ſi.in ſi.ff.de vſufr. quemad.ca-
ue.& Inſti.de act.§.ſic itaq;.Et idem videtur tenere gl.in c.ſi
quis vſurā.xiiij.q.iij.& in c.ſi epiſcopū.xvj.q.vj.& in c.ex trāſ
miſſa.de deci.& in c.debitores.de iureiu.Et poteſt eſſe ratio:
quia quādo traditio habet cōſenſum domini tradentis, trāſ-
fert dominium.l.contractus.& ibi per gloſ.C.de fid. inſtr.&
in l.multum.C.ſi quis al.vel ſib.&no.in l.traditionibus.C.de
pac.Et licet tradat voluntate coacta, tamen voluntas eſt ſuf
ficiens ad trāſlationē dominij.l.ſi mulier.ff.quod me.cau.xv.
q.j.merito.Et hanc opinionē ſequitur Sum.Roſ.cōtra Ang.
& eam falsò aſſcribit S.Tho.Sed prædictis non obſtantibus
dico cum S.Tho.vbi ſ.quòd nullo modo transfertur domi-
nium. Nam ex nuda traditione dominium nō transfertur.l.
nunquàm nuda.& ibi per gl.ff.de acquir.re.domi.& d.l.tradi
tionibus.Solutum autem pro vſura nudè traditur:vt patet ſi
inſpiciantur omnes tituli,ex quibus res acquiritur quo ad do
minium:de quibus ſ.aliqualiter dictum eſt in verbo, Vſuca-
pio.§.iiij.quorum nulla veſtitur:niſi dicatur quòd veſtitur ti
tulo pro ſoluto ratiōe pacti ſeu promiſsionis.Sed dico quòd
tale pactum ſeu promiſsio eſt nulla, nec inde oritur aliqua
obligatio naturalis vel ciuilis:vt patet in c.debitores.de iure
iur.vbi hoc tenet prima glo.& Io.de Imo. & Pan . Et ratio:
quia cùm lex reſiſtit,non oritur obligatio , etiam naturalis,
etiam ſi alteri contrahentium tantùm reſiſtat. l. cùm lex.&
ibi Bar.ff.de fideiuſ.Vſura autem prohibetur pagina vtriuſq;
Teſtamenti.de vſur.ſuper eō.& eſt contra naturam, vt pro-
bat Ariſto.in lib.Poli.Vnde pactum vel promiſsio ſoluendi
vſuras non inducit obligationem: & conſequenter dici non
poteſt quòd veſtiatur pro ſoluto.Si dicatur quòd ſoluit,ſaltē
credens ſe debere,& ſic per errorē,quod ſufficit ad trāſlatio
nem dominij:vt not.in c.ſi.de ſolu.hoc negatur: quia cōiter
tales ſciūt ſe nō obligatos : maximè quia eſſet ignorātia dā-
nabiles. Si verò recapituletur quòd ex conſequenti ſoluunt
ſcienter indebitum:& ſic transfertur dominium,cùm dona-
re præſumantur.l.cuius per errorem.ff.de reg.iu. reſpondet
Hoſt.verum eſſe,ſi ſolutio non ſit improbata à iure: ſecus ſi
ſit improbata: vt in caſu noſtro . Sequitur ergo quòd nō eſt
donatio vera:quia nemo ſic intendit.nec præſumpta:quia im
probatur à iure:nec ſolutio debiti veri vel putatiuè veri : &
cōſequenter eſt traditio nuda : & ſic dominiū nō trāsfertur.
Hoc idem probatur per gl.in d.l. traditionibus.quæ vult ꝙ
ad hoc vt traditio trāsferat dominiū , requiritur quòd ſit fa-
cta cum cauſa:vt d.l.nūquàm.& quòd cauſa ſit idonea.§.per
traditionem:Inſt.de re.diui.& à domino.l.traditio. ff.de ac-
qui.re.do.quod nō eſt in ſoluto pro vſuris:quia & ſi ſit cauſa,
nō tn̄ idonea.Probat̄ etiā idem hac rōne:Ex cōtractu nullo
& cui lex reſiſtit,nūquàm dominiū trāsfertur.l. nō dubiū.C.
de legi.& tenet Bar.& cōiter Doc.l.j.§.ſi vir vxori. ff.de ac-
qui.poſ.cōtractus aūt vſurarius eſt huiuſmodi: vt patet in c.
ij.& iij.& in c.cōſuluit.eo.ti.Vn̄ per eū dominiū nō trāsfert̄.
Et hāc opinionem tenent cōiter Doc.in c.in literis.& ibi Io.
And.& do.Ant.in c.quāquàm.de vſur.li.vj.& ibi Io.And.Ge.
& Fed.in ſuo cōſi.xxj.& Ang.in ſua diſputatiōe q̄ incipit,Aſtē
ſis miles.circa ſi.qui dicūt ꝙ vſurarius ad reſtitutionē tene-
tur ex delicto damnato ac reprobato pagina vtriuſq; Teſta-
menti.eo.tit.tua nos.ibi,in crimine.& cōſequenter nō acqui-
ritur dominium: quia obligatus ex delicto ad rē aliquā reſti
tuendā,nō eſt dominus , vt patet in fure.l.in re furtiua. & l.ſi
nō manifeſtus.ff.de cōdi.fur.Hāc etiā tenet S.Tho.vt patuit
& ſequūtur cōiter Theologi:& tenenda eſt,p̄ſertim in foro
cōſciētiæ:quia ſicut dicit Arch.in c.ſi quis vſurā.xiiij.q.iiij.ſi-
cut vi cōpulſiua rē alienā rapiēs fictiōe iuris ciuilis efficitur
dominus rei , tn̄ iure prætorio penes priorē dominū manet
rei dominiū.l.metū autē præſentē.§. Iulianus.ff. quod met.
cau.ſic ſaltē dicendū eſt in ſoluto pro vſuris. Nec obſtāt gl.
in contrariū adductæ,cùm poſsit dici quòd ibi non ſigūt pe
des.quod patet:quia voluerūt etiā inducere hypothecam ſu
per omnibus bonis pro vſuris reſtituendis.Vel dicendū quòd
verè ſunt in rebus vſu cōſumptibilibus cōmiſtis.Non obſtat
etiam ratio adducta in cōtrariū : quia non ſolùm requiritur
traditio & conſenſus tradentis,ſed etiā titulus verus,aut pu-
tatiuè verus,vt probatū eſt.Et ſi quis velit contendere quòd
fictione iuris ciuilis efficitur dominus: tamen iure diuino &
canonico oportet dicere quòd rei dominiū remaneat apud
ſoluentem,niſi aliud ex eius voluntate diſponatur:& ſic per-
inde eſt in cōſcientia quo ad omnem effectū, ac ſi non eſſet
dominium tranſlatum.Quod etiam patet: quia ſi res extat,
ſemper vſurarius tenetur eam reſtituere cū fructibus , vt di-
cetur.Nec pōt dare tantundem ſine æſtimatione contra vo-
luntatem domini: cùm iura adſtringant eum ad reſtituendū
quod tam prauè accipit.de vſur.c.cùm tu.& facit l.ij.in prin.
ff.ſi cer.pet.& eſt text.clarus in c.ſi res.xiiij.quæſtione vj. Si
verò alienauerit,tunc de æquitate canonica tertius poſsidēs
conueniri poteſt,& ab eo dicta res iudicis officio auocari, vt
notabiliter tenet Bald. in l.rem quam. C.de iure dot . nulla
habita ratione an poſsideat titulo oneroſo vel lucratiuo.Li-
cet hæc diſtinctio fiat in re empta ex pecunia vſuraria , per
gloſſ.in d.capite,cùm tu.in fine. In re autem ipſa formaliter
data pro vſuris , dicta diſtinctio non cadit : ſed peti poteſt à
poſsidente,etiā titulo oneroſo,ex quo res affecta eſt illo vi-
tio.Ad quod facit .l.ſi cùm exceptione.§.aliquando. & l.me-
tum.§.Iulianus.ff.quod me.cau.iuncta æquiparatione Arch.
in d.capite,ſi quis vſuram.Quidam tamen,vt Supple.diſtin-
guunt prędicta eſſe vera in re,quam vſurarius lucratus eſt ex
pacto legis commiſſoriæ:de quo ſuprà, Pactum §.xij.nō in
alijs.Sed iuxta prædicta dico verū eſſe indiſtinctè. Nec vo-
luntas



luntas coacta,eſt voluntas ſufficiens ad tranſlationem domi
nij:nec iura ad hoc allegata hoc probant , ſed potius oppo-
ſitum,vt patet in dicta.l. ſi mulier. ſufficit tamen ad pecca-
tum, vt probat d.c.merito. vnde nec vſurarius tenetur per
2 condictionem indebiti.¶†Secundò quæritur, vtrum vſura-
rius teneatur reſtituere,& quid?Et dico multa.¶Primū. Vſu
rarius tenetur reſtituere vſuras:quia cōtra iuſtitiam ſubtra-
hūtur:vt probat Philoſophus primo Poli. & ſimiliter fructus
rei per vſuram ſubreptæ,ſi erat lucroſa . de quo dic vt ſuprà
Reſtitutio.iij.§.ix.¶Secundū.Secūdum aliquos etiā tenetur
reſtituere lucrum factum ex pecunia vſuraria.Sed verius dic
ſecundum Ray.quòd ſi ex pecunia vſuraria negotiando lu-
cratus eſt,vel emens prædiū fructus percepit,hoc reſtituere
non tenetur.Et concord.Vl.& S.Tho.ij.ij.q.lxxviij.quia tale
lucrum nō eſt fructus pecunię,ſed humanę induſtriæ:& poſ
ſeſsio empta ex tali pecunia eſt res ementis.¶Tertium.Te-
netur etiam,ſecundum Ray.& Alex.Lon.ad omnia damna,
quæ alius propter ſolutionem vſuræ paſſus eſt:vt ſi propter
hoc domum ſuam vēdidit vilius:& ſi aliam conduxit,aut ab
alio ſibi ſub vſura quęſiuit.¶Quartum.Non autem tenetur
ad intereſſe lucri ceſſantis:quod Alex.Lon. extendere vide
tur,vt imponit ei Sum.Roſ. quòd non ſolùm ad lucrum fa-
ctibile ex pecunia,ſed etiam ex re lucroſa,dicens quòd vſu-
rarius iniuriam paſſo dat damnum dupliciter,ſcilicet per ſe
& directè,vt cùm inde patitur damnum:& per accidens , ac
indirectè,ſcilicet quia non cōſequitur lucrum intentum ex
pecunia:& tale damnum reſtituere nō tenetur. Et hæc etiā
diſtinctio fieri poteſt in omnibus habitis per vſuram:ſiue ſint
res ex ſe fructificantes,ſiue non.Sanctus autem Bern.vt ea-
dem Summa eidem imponit,videtur tenere quòd etiam nō
teneatur de damno ratione voluntariæ ſolutionis & tranſla
tionis dominij.Sed quia iſta non cogunt,vt patuit ſuprà eo.
§.j.in fine.ideo dico de mente S. Tho.& Ray.& cōmuniter
Doct.quòd tenetur de damno emergente & lucro ceſſante
rei lucroſæ,quæ non tranſit in eis dominium. de quo dic vt
ſuprà Reſtitutio.iij.§.ix.& ſuprà,§.priore.non autem rei nō
lucroſę,quę tranſit in eius dominium alijs commiſta:& con
ſequenter eſt in eius libertate quòd trāſeat: quia poteſt eam
3 cōmiſcere.¶†Tertiò quæritur, vtrum vſurarius mentaliter,
id eſt,ſine pacto,ſed ex ſola intentione, reſtituere teneatur,
& cui?Et dico quòd ſunt opiniones circa hoc.Nam Rich. in
iiij.diſt.xv.& Sco.ibi.& Alex.Lon.& Car.in c.conſuluit.& in
clem.ex graui.de vſur.tenent quòd non tenetur reſtituere.
ſed Inno.Hoſti.& Panor.in c.conſuluit.eod.tit.& Ioan.And.
in reg. peccatum.dicunt quòd tenetur. quod etiam videtur
velle dictum c.conſuluit.Ego autem de mente Arch. noſtri
in ij.parte,tit.ij.c.v.§.penul.ſic diſtinguo.Nam ſi dans dat li
beraliter per modum doni,credēs mutuantē hoc nolle exi-
gere,non tenetur neceſſariò reſtituere qui accipit:nec tunc
propriè quod accipitur eſt vſura, quia nec datur gratia mu-
tui:ſicut etiam,ſecūdum Aegidium,nō tenetur reſtituere is
qui non erat paratus reſtituere,cui ſit remiſsio liberalis ſine
vi & fraude:& ſic procedit prima opinio. & facit tex.in l.in-
ter omnes.§.rectè.ff.de fur. vbi contrectans rem credendo
inuitum dominum,cōmittit furtum: ſed furti nō eſt obliga-
tus,ſi dominus erat volens.Et ad idē Inſtit.de obli.quæ qua-
ſi ex delic.naſc.§.placet.in fin.Panor.tamen in d.c. voluit ꝙ
etiam iſto caſu teneatur in foro animæ. ſed primum eſt ve-
rius ſecūdum diffinitionem vſuræ ſuprà poſitam.Nec obſt.
l.ſi ego.la j.ff.ſi cert. pet.vbi dicitur quòd ſi volui tibi rem
donare,& tu credebas eam tibi mutuo dari, nō efficitur tua
ante conſumptionem:quia hoc caſu intentio concedentis &
recipientis diſcordant:in noſtro verò concordant,quia ille li-
beraliter dat,& iſte credit liberaliter datum recipere. Non
obſt.etiam ratio Ioan.And.in merc.in dicta reg. peccatum.
quia ſcilicet contractus à principio fuit vitioſus:& conſequē
ter effectus procederet à dicto contractu . quod non eſt ve-
rum,cùm procedat ab alio,id eſt,libera donatione , qua ille
donat,& iſte donatū liberaliter recipit. Si verò dans non dat
liberaliter,ſed gratia mutui: quia per ſigna videt mutuantē
ſic velle aut ne reputetur ingratus,& alia vice mutuum non
inueniat:tunc reſtituere tenetur neceſſariò . & ſic procedit
& limitatur ſecunda opinio,& d.cap.conſuluit.quod vult ꝙ
talis iudicandus eſt malè agere,& ſic ad accepta reſtituenda
in foro animæ efficaciter inducendus.¶Cui autem talis reſti
tuere teneatur:quidam dicunt quòd pauperibus,& no ei qui
dedit:quia à ſe voluntariè abdicauit:ſed quia eo caſu quo te-
netur reſtituere non abdicauit dans à ſe voluntariè volun-
tate libera:ideo dic quòd tenetur eidē:quia regulariter vſu-
ra reſtituitur ſpoliato.Vide etiam §.ſequen.in fin.¶†Quar- 4
tò quæritur,vtrum reſtituere teneatur is qui liberaliter ſine
intētione lucri mutuauit,ſi debitor ei aliquid det gratia mu-
tui:vt quia credebat creditorem ſic velle:vel vt mutuū plus
teneret : aut aliàs libētius mutuaret, & huiuſmodi?Et dicit
Veruec.quòd non tenetur,ſi probabiliter credit datum ſola
dilectione.quod intellige primò,etiam ſi gratis illa non de-
dit:quia,vt dicitur j.q.ij.nulla obligatio ſuſcipiēti culpæ ma
culam ingerit,quæ non ex ambientis petitione procedat: &
obligatio antidororū iuſtam parit receptionem per errorē
ſoluti.l.ſi teſtis.§.j.ff.de fideiuſ. niſi eſſet error facti alieni:
puta putabat per ſuum procuratorem eſſe promiſſum,cùm
tamen eſſet quia ſic teneretur. Et ſecūdò intellige ſecūdum
Roſ.& Aſten.eum nō teneri quādiu bona fides durat:nec de
conſumptis in ea.ff.de peti.hæred.l.vtrum.Si verò probabi-
liter credit datum propter mutuū,tenetur,ſecundū Veruec.
ſcilicet inquantum factus eſt locupletior, vel de extantibus.
quod Lau.de Ridol.limitat niſi pręſcriptiōe ſua facta eſſent,
dicens ſibi ſemper placuiſſe gloſ.in c.vigilanti.& in c.ſin. de
præſcrip.ſcilicet quòd mala ſides ſuperueniens præſcriptio-
ni completæ non facit aliquem obnoxiū reſtitutioni. Et idē
intellige de vſucapione.Non eſt autem, ſecundum Veruec.
in bona fide,qui credit vel dubitat probabiliter, nō propter
merā dilectionem,ſed propter dictas cauſas aliquid eſſe da-
tum.Circa hoc autem talis regula ſeruatur: Niſi aliud appa
reat ex manifeſtis cōiecturis pręſumitur mutuum accipiens
ea intentione dare qua mutuans mutuauit.vnde ſi mutuauit
ex charitate,præſumitur alius ex charitate dare: quia quiſq;
præſumitur aliquid dare eo modo quo accipit.ff. manda.l.ſi
verò non remunerādi.§.inde Papinianus.¶†Quintò quęri- 5
tur,vtrum bona vſurarij ſint tacitè obligata pro vſuris reſti
tuendis?Et videtur velle gloſ. in c.tua.eod.tit.quòd ſic.& ibi
dicit Pan.ꝙ fuit cōmunis opinio antiquorū : ſed modernio-
res cōmuniter tenent oppoſitū:quia Ioan.And.in c.ij.eo.tit.
lib.vj.& Hoſt.in d.c.tua.dicunt hoc nullo iure probari.& idē
Fed.nec in aliquo facit tex.in c. cùm tu.eo.tit. ſuper quo illi
ſe fundarunt:quia ibi non dicitur quòd agatur hypothecaria
ſeu reali actione ſuper illis poſſeſsionibus,ſed ꝙ debent ven
di.Vnde ibi dicit Pan.quòd vbi bona vſurariorum peruene-
runt ad aliquem ex titulo oneroſo , nō poſſunt vēdicari per
debentem recipere vſuras:ſed ſi poſſeſsiones emptę ex pecu
nia fœnebri peruenerunt ad tertiū ex cauſa lucratiua : tunc
per officium iudicis poterunt vendi: non autem eo reſpectu
quòd poſſeſsiones ſint obligatæ:ſed ex quadā æquitate:quia
ex quo res mea vel mihi debita peruenit ad te ex cauſa lu-
cratiua,tu teneris reſtituere.l.ſi me & Titium.ff.ſi certū pet.
Et ſic poteſt ſaluari glo.in d.c.cùm tu.inquantum diſtinguit
inter

inter cauſam lucratiuam & oneroſam. Et ideo cõcludit Hoſtien.in d.cap.tua.quòd is, ad quem bona vſurariorum peruenerunt titulo ſingulari,ſiue ex cauſa lucratiua,ſiue oneroſa,non poteſt moleſtari ſuper illis bonis,etiam pro vſuris reſtituendis:aliàs multi illaquearentur: ſed in bonis emptis ex pecunia vſuraria procedere poteſt illa diſtinctio an ex cauſa lucratiua vel ne.Et hæc opinio,vt refert do.Anto. aliàs in facto fuit ſeruata.Ex quo no.etiam Panor.licitè iudicari poſſe contra opinionem communem Doct.& etiam gloſ.
6 quando iure non probatur. ¶† Sextò quæritur, qualiter vſurarius cogitur reſtituere? Et dicit Ray.quòd ſi eſt publicus,cogitur per diuerſas pœnas,quas habes infrà Vſura vlti. ferè per totum:& omnis vſurarius ad reſtitutionem cogi poteſt per excommunicationem.extra eod.c.quoniam.& tertiò cogitur: quia ſi vſurarius repetat ab aliquo vſuras, repellitur per exceptionem,donec & ipſe eas reſtituat,vel fecerit poſſe ſuum. extra eod.quia fruſtra.Et eiſdem modis compelluntur hære-
7 des:extra eod.tua.& cap. Michaël. Vide etiam §.ſeq. ¶† Septimò quæritur , ſi quis repetat vſuras, & accipiatur contra eum quòd ipſe non ſoluit eas quas extorſit: & ille reſpõdeat ſe paratum reſtituere,ſi ſit qui petat:quomodo debeat procedere iudex eccleſiaſticus? Et dicit Goſ.quòd faciet præconizari vt quicunq; ſoluit vſuras tali veniat,& ei ſatisfiet:& ſi non venerit aliquis , procedet prior petitio:ſi autem veniat & probet,fiet ei reſtitutio :nec ſufficiunt hoc caſu pignora vel cautiones.de ſenten.& re iudic.c.cum aliquibus. ff.de pigno.act.l.quod ſi non ſoluere.quod intellige niſi magna forſan cauſa interueniat:vt dicit Hoſt.& Inno.in c.quia fruſtra. eod.tit.Quod ſi is,à quo acceperat vſuras, non ſit ſuperſtes, nec eius hæres , mandabit iudex pauperibus erogari .extra eod.c.cùm tu.& poſtquam hoc factum fuerit,petitio procedet:aliàs nõ.Et idem ſi viuit quidem,ſed neſcitur vbi ſit:aut ſi ſcitur,ad eum mitti non poteſt . de Iudæ.cap.cùm ſit . niſi ſperetur eius aduentus:quia tunc pecunia conſignabitur , & deponetur.Et hæc ſecundum Hoſt.intellige de vſurario no-
8 torio. ¶† Octauò quæritur,quomodo cogitur reſtituere clericus , ſi fortè fuerit vſurarius vel hæres vſurarij? Et dicit Ray.quòd ſi reſtituere non vult ſuſpendi debet ab officio & beneficio:extra eo.præterea.& ſi non emendetur, debet deponi.d.c.prèterea.& diſt.xlvij.epiſcopus.& poſtea ſi eſt incorrigibilis,cogendus eſt per potentiam laicalem.de iudic.cap. cùm non ab homine.diſt.xvij. non licuit.Nec debet reſtituere de rebus eccleſiæ niſi quatenus de pecunia illa expenderit in vtilitatem eccleſiæ,ſecundum eundem Ray.ſed de ſuis,ſi habet:& ſi non habet,reſtituere poteſt de fructibus,quos le-
9 gitimè percipit.facit capit.ij. de fideiuſ. ¶† Nonò quæritur, quid ſi debitor iurauit ſoluere vſuras? Et dicit Ray.quòd denuntiare poteſt eccleſiæ monitione præmiſſa,vt compellat illum ad relaxandum iuramẽtum:vel ſi vult, ſoluat vt ſatiſfaciat Deo de iuramento:& poſtea poterit repetere.de iureiuran.ex adminiſtrationis.& cap.debitores. & ſi iurauit non repetere,non repetet directè propter iuramentum,ſed indirectè denuntiando eccleſiæ crimen illius,vt ſic eum ad ſatiſfaciendum compellat : & ſi iurauit non denuntiare,non tenet iuramentum , cùm ſit illicitum,vtpote contra proximi ſalutem : vnde hoc non obſtante poterit denuntiare.extra eod.tuas.& de iureiuran.quemadmodum. Et idem Hoſtien. addens quòd ſi etiam iurauit debitor non repetere & non recipere vſuras,nihilo minus debet cogi ad reſtitutionem,
10 & pecunia erit pauperibus eroganda. ¶† Decimò quæritur, quid ſi ex duobus hæredibus vſurarij alter fiat impotens,aut hæreditas tota non ſufficiat? Et dico multa. ¶ Primum.Si hęreditas non ſufficit ad omnes vſuras,dubium eſt an ſatisfieri debeat per hæredes primò venientibus , vel certè cuilibet pro ſua rata eum tangente.Et tenuit Gul.quòd pro rata. gl. verò in c.ij.eo.tit.li.vj.dicit quòd habenda eſt temporis conſideratio:vt ſcilicet qui prius ſoluit vſuras,recipiat quod ſuũ eſt integraliter:& ſic de ſingulis ſacceſsiuè ſecũdum regulã, qui prior.Sed Lau.de Ridol.dicit totam vim huius quæſtionis pendere ex illa,an bona vſurariorũ ſint tacitè obligata: quia tenendo quòd ſic,vt voluit illa gl. habẽda eſt temporis conſideratio,vt ſic priori prius ſatisfiat.Si verò nõ ſunt tacitè obligata ,tunc fiet ſatisfactio pro rata.De hoc autem ſ̃.§. v. ¶ Secundum. Ex his patet quòd hæredes vſurarij tenentur ad reſtitutionẽ vſurarum,non in ſolidum,ſed ſecundũ hæreditarias portiones:vt ſi vnus habet duas partes hæreditatis, teneatur ad duas partes vſurarũ,& tertius ad tertiam. quod tamen eſt ſpeciale in hæredibus vſurarij: ſed idẽ eſt regulariter de quibuſcunq; hæredibus:quia actiones competentes contra defunctũ diuiſæ ſunt in hæredes pro portionibus hæreditarijs.l.j.& ij.C.de acquir.hæred. ¶ Tertiũ.Si alter hęredum efficiatur non ſoluendo, dicit Pet.de Anch.in reg.peccati venia.de reg.iur.lib.vj.quòd licet diuiſa hæreditate obligatio hęreditaria diuidatur ipſo iure.l.j.C.ſi certum peta.& l.pro hæreditarijs.C. de hæred.vel act . vendit.& ſic ſi vnus efficiatur nõ ſoluendo in foro ciuili,alter non teneatur.l.legatorum.ff.de leg.ij.tamen in foro canonico tenentur hæredes in ſolidum,per d.c.tua. Vnde ſecundũ Gl.in d.c.tua.alter conueniri poteſt in totum.Et communiter ita tenetur:& ſecundum do.Anto.ita practicãdũ eſt in fauorem animæ defuncti,vt citius liberetur ex integra ſatisfactiõe.Sed Panor. dicit iſtam opinionem eſſe falſam,& fundatã ſuper alia opinione damnata, ſcilicet quòd bona vſurarij ſint obligata.Et conſentit do.Ant.Quod limita,niſi quo ad hæredẽ,& omnẽ alium reſpectu rerum ex vſura acquiſitarum,aut ex pecunia fœnebri titulo lucratiuo:qa tenẽtur,ſiue vſurarius,ſiue eius hæreditas efficiatur nõ ſoluendo, ſecũdum Io.in Sum.& vt patet ex dictis:ſed in alijs rebus ſecus:cùm bona vſurariorũ nõ ſint hypothecata,vt dictum eſt. ¶ Quartum.Si bona defuncti non ſufficiunt ad reſtituendas vſuras:licet hæres in foro contentioſo teneatur de ſuo,ſi nõ fecit inuentarium,ſecũdum Panor.in d.c.tua.de mente Hoſt.in foro tamen animæ non tenetur vltra vires hęreditatis:quia talis lex eſt fundata ſuper præſumptione:in foro autem animæ de omnibus creditur cõfitenti . Nec obſtat quòd leges humanæ ſeruandæ ſunt in foro animæ:quia verum eſt, ſi in eo non ceſſat ratio legis. ¶ Quintum. Si quis autẽ ſpõte ſe obligauit ad reſtitutionem vſurarum credẽs bona vſurarij ad iſta ſufficere,cùm nõ ſufficiant,ſecundum S.Bern.tenetur ad omnia:quia fortè alius ſe obligaſſet pro toto,niſi ipſe fuiſſet:& ſic dedit damnum creditoribus,quod non incurriſſent ſine ſuo facto.Sed Lapus & quidã alij,vt refert Lau.de Ridol.dicunt fideiuſſorem vltra vires hæreditarias non teneri, etiã ſi ſe principalẽ cõſtituiſſet:& hoc habita ratione à tẽpore præſtitæ cautionis:quia ſi tunc principalis erat ſoluendo , etiã ſi poſtea eius facultates ſint exhauſtæ aliter quàm per reſtitutionẽ vſurarum,nihilo minus remanebit fideiuſſor obligatus ad omnia. Sed Laur.de Ridol.& Pau.de Elea.diſtinguũt.Nam ſi fideiuſsit pro ſe obligãte ad reſtitutionem vſurarum ſecundum formam in c.quanquam.de vſur.lib.vj. vt euadat canonicas pœnas,nõ tenetur vltra vires:quia nec vltra vires reſtituere aut cauere tenebatur principalis:vt d.c.quãquam ſed ſi fideiuſsit pro ſe obligãte ad reſtitutionẽ vſurarum ex alia cauſa, ſecus:quia principalis obligatus eſt in ſolidum, licet habeat exceptionem inopiæ vel ſimilem:quæ quidem exceptio, vtpote perſonalis , non porrigitur ad fideiuſſorem.Et hæc eſt opti-



optima diſtinctio.Qui etiam ſe obligaſſet ad reſtitutionem vſurarum,teneretur quantum portant ſuæ facultates , licet vſurarius ſit non ſoluendo:ſecus ſi fideiuſsit pro ſe obligãte.
11 ¶† Vndecimò quæritur , ſi vſurarius ex pecunia fœnebri emit equũ vel prædiũ,& donauit,& deinde factus eſt nõ ſoluendo: vtrũ is,qui ſoluit vſuras,petere poſsit rem illã? Et dicit Ray. ꝙ ſic.& ille reddere tenet.extra eo.cùm tu.quia ſuccedit hic res loco pretij,ſicut ecõuerſo pretiũ loco rei.ff.de pe.hære.l.ſi rem.quod Veruec.limitat qñ talem rem ille habuit ex cauſa lucratiua:ſecus ſi emiſſet,vel ex alia cauſa nõ lucratiua bona fide habuiſſet? Et cõcor.Hoſt.& Goſ.addens ꝙ ſi res illa ex cauſa lucratiua proueniat,& poſtea ad alium ex ſimili cauſa:& iſte vltimus fuit ille qui potuit petere vſuras,liberatus eſt is, cui primò data erat , vt contra eum agi non poſsit.ff.de act.& obli.l.omnes debitores.& idem Hoſ. ¶† Duodecimò quæritur,cui reſtituenda ſit vſura? Et dico ſe-
12 cundũ Hoſt.quòd generaliter ei,à quo quis extorſit,vel eius hæredibus:& ſi non inueniantur , pauperibus eroganda eſt. extra eo.cùm tu.Et ſi is,cui reſtitui debet,diſtat,cuius expenſis ei mittatur,vide ſuprà Reſtitutio.iiij.§.iiij.

## Rurſus de Vſura vij . quãtũ ad reſtitutionẽ ſpecialiter quo ad cooperãtes & participãtes in ea.

1 *Vſuram patiens an peccet.*
2 *Vſuram conſulens an teneatur reſtituere.*
3 *Vſurariorum proxenetæ an teneantur ad reſtitutionem.*
4 *Vſuras accipiens nomine alieno,vt tutor,vel procurator,an teneatur.*
5 *Pupillus an teneatur reſtituere vſuras,à tutore quæſitas.*
6 *Fideiuſſor in vſuris an teneatur.*
7 *Notarius conficiens inſtrumentum ſuper vſuris an teneatur.*
8 *Prælatus ſigillans literas vſurarias an teneatur.*
9 *Vſurariorum teſtes , aduocati & alij patrocinatores an teneantur, & nume.ſeq.*

VSVRA ſeptimò cõſiderari poteſt quãtũ ad hoc vt ſciat' qũo peccent vel teneãtur reſtituere cooperãtes in eo. Pro fundamento autem huius ſumenda eſt regula iuris,quę etiã habetur in c.ſi culpa.de iniu.& dam.dato. vbi dicitur ꝙ qui occaſionem dãni dat,damnũ quoq; dediſſe videtur. Vbi ſciendum eſt ꝙ propriè occaſio eſt cauſa inefficax effectus: ſicut occaſio ſubmerſionis nauis eſt nauta , ducens eã ad locum vbi ſubmergitur tempeſtate,quæ ꝓbabiliter præuideri non potuit:& ſic dans occaſionem, videtur dare damnũ, ſed realiter nõ dat : ſed ſolùm ſi dat occaſionem impropriè, id eſt,cauſam ſufficientem:ſicut occaſio ſubmerſiõis nauis eſt qui ad hoc facit in ea foramen.Et dicitur occaſio directa qñ hoc intenditur:indirecta verò ſi nõ intendatur:ſed tamen nõ impeditur ab eo qui poteſt & debet. Et ſic dans occaſionem damni in furto,rapina,vſura,& huiuſmodi,tenetur in ſolidũ. Quod tamen Veruec.dicit verum in vſurpationibus violentis nõ in vſura , quæ nõ eſt omnino inuoluntaria:tamen alij verius dicunt hoc verũ, etiã in vſura quãtũ ad dãna,licet nõ
1 quãtum ad intereſſe lucri ceſſantis in nõ lucroſis . ¶† Primò verò quæritur,vtrum peccet qui mutuum accipit ſub vſura? Et dicit S.Tho.ij.ij.q.lxxviij.quòd non licet inducere aliquẽ ad mutuandum ſub vſura.quod intellige , niſi ad hoc vt ille deſineret à maiori peccato,ſecundum Inno. licet tamen,inquit,ab eo qui paratus eſt facere,vt qui exercet vſuras, mutuo accipere propter aliquod bonum , vt eſt ſubuentio ſuæ neceſsitatis vel alterius: ſicut etiam licet ei qui incidit in latrones manifeſtare bona , quæ habet ad hoc vt non occidatur,qui tamen latrones diripiendo peccant. Hæc ex illo.qui per bonum intelligit etiam commoditatem temporalem, vt patet ibi in ſolutione ſecundi argumenti . Super his autem licet multi multa dicant, tamen quantum colligitur ex Rich.in iiij.diſt.xv.& S.Tho.vbi ſ̃.& Inno.ac Io.And.in c.dilectus.de ſimo.& Pan.poſt Hoſ.in c.ſuper eo.de vſur. Hu.& Arch.in c.mouet.xxij.q.j.iſta eſt veritas.Si enim hoc fiat pro opere illicito,puta luxuria,ludo,vel huiuſmodi , ſemper eſt mortale.Similiter ſi fiat pro licito,ſed non neceſſario, ſicut ſecundum Pet.de Pal.ſi hoc fiat ad negotiandum ex cupiditate lucri & augendæ pecuniæ , cùm tamen negotiator habet vnde viuat decenter: quia peccatum eſt abſq; neceſsitate non ſolùm inducere ad peccandum,ſed etiam proponere alicui materiam peccãdi: ſicut ſi mulier ſine neceſsitate exhibeat ſe aſpectibus eius quem ſcit malè affectũ.Si verò fiat pro licito neceſſario,licet non abſolutè vel extremè,puta vt decenter negotiando quis viuat:ſic licet ſecundum mentem S.Tho.vt dixi:& ſic eum intellexit Veruec.& Pe.de Pa.quos ſequuntur Arc.& Summiſtæ.& idem ſi fiat pro tali neceſsitate alterius,ſecundum Sanct.Thom . Sed ſi fiat pro licito & neceſſario abſolutè,puta quia aliter non poſſet quis viuere:nõ ſolùm eſt licitũ ſic accipere,ſed etiã licet inducere ad mutuandũ ſub vſuris eũ,cui ſuaderi nõ põt mutuatio gratuita,ſcđm Inno.in d.c.ſuper eo.ſcilicet vt maius peccatũ vitet. Quod intellige,quia ille vult eſſe homicida meus negãdo ſubſidium,& ego ſuadeo vt ſit vſurarius,quod eſt leuius. Volenti eñ peccare licet ſuadere vt ſaltem minus peccet .diſt. xiij.duo. ¶† Secũdò quęritur,vtrũ reſtituere teneatur qui in- 2
ducit ad fœnerandum,vel impedit volentem gratis mutuare.Et dico quòd inducens cõſulendo,vel pecuniã mutuando vel cõtrahendo ſocietatem ad fœnerandũ , ſecundũ aliquos tenetur in ſolidum,ſi aliàs nõ erãt fœneraturi : aliàs quantũ ad eum peruenit.Sed verius Alex.Lomb.& Mo.tenent indiſtinctè quòd nõ tenetur , niſi in quantum ad eum peruenit: quia in dando mutuum pro vſuris,nõ dãnificatur proximus, ſed in exigendo vſuras.Et idem Veruec.dicens ſe credere,ꝙ in neutro caſu,id eſt,ſiue erant aliàs fœneraturi ſiue nõ,eum non teneri niſi in quantũ ad eum peruenit:& ſic quantum ad hoc melior eſt eius conditio , quàm præſtantis fauorem in rapina vel furto:qui tenetur , etiã ſi nihil ad eum peruenit: quia furtũ & rapina ſunt ſimpliciter contra voluntatem domini : ſed vſura venit ad creditorem de domini voluntate. Nec inuenio,inquit,iura dicere actionem dari cõtra huiuſmodi inductores vel fautores ad repetendas vſuras,ſicut dãt contra illos,quorum ope vel cõſilio fiunt rapinæ, vel furta, licet nihil ad eos peruenerit.Prima tamen opinio videtur tutior:& eam ſequitur Pet.de Pal.ſed ſecunda verior,imò vera,maximè vbi accipitur mutuum ad vtilitatem potius quàm ad arduam neceſsitatem.Et hanc videtur S.Tho.tenere.ij.ij. vbi ſ̃.ar.vlt.ad vltimum.vbi eum qui dat pecuniam vſurario non habenti aliàs vnde vſuras exerceat , vel hac intentione vt per vſuras lucretur,dicit participem culpæ : & de reſtitutione tacet. Qui verò impediuit volentem gratis mutuare, ſecundum Veruec.tenetur,quia indebitè vtilitatem proximi impediuit,& ei damnum adduxit.Et idem intellige de impediente contractum licitum,reducendo illum ad vſurarium. Concor.Mo.Et idem dic de cõfeſſoribus qui abſoluunt vſurarios,aut recipiunt ad ſacramenta vel ſepulturam:quia tenentur reſtituere ſi ex denegatione talium fuiſſet facta re-
ſtitutio. ¶† Tertiò quæritur,vtrum proxenetæ ſiue mediato- 3
res in fœnore peccent,& reſtituere teneantur? Et dicit Arc. poſt Girar . Odo.quòd conſiderando opus iſtorum ex parte accipientium mutuum, dupliciter peccare poſſunt , ſcilicet quærendo pro his qui non indigent:& eſt mortale:quia cooperantur peccantibus mortaliter.xj.quæſt.iij.qui conſentit.

iuxta.

iuxta dicta ſ.§.j.& ij.etiam in neceſsitate inducendo ad mu
tuandum ſub vſura renitentem.ar.de homi.ſicut dignum.Et
lucrum inde perceptum pauperibus erogandum eſt, ſcđm
eos.quod intellige de cōſilio:quia eſt turpiter datum& acce
ptum,iuxta dicta ſ.Reſtitutio.iiij.§.j. Cōſiderando verò ex
parte mutuātium,ſi quidem mediāt pro vtilitate accipien-
tium mutuum,nō peccāt,& multò minus reſtituere tenent:
quia vtunt malo vſurarij ad bonum indigentis: & lucrū ſuū
licitè retinent,ſicut etiā & mercatores ſe exercentes ꝓ alijs
aliquid ſcđm morem mercatorum retinent licitè pro labo-
re,niſi oſtenderent ſe gratis velle ſeruire:quia tūc eſſet fraus
aliquid retinere. Si verò hoc faciunt pro vtilitate vſurarij,
peccāt mortaliter cooperando ad vſurā: & ſi aliter nō fuiſ-
ſet vſura ſequuta,ſunt opiniones.Nā tenētur in ſolidū,ſcđm
dictū Girar.& gl. in l.ſi ſciente.ff.ad l.Pomp.de parri.&Bar.
& Ang.ibidem.& facit l.is cuius ope.in prin.ff.de adul.Bald.
autem in tit.de controuer.feu.ter.§.ſimiliter.dicit ꝙ non:&
idem Veruec.& gl.in c.Michaël.de vſur.& eſt verius,loquen
do de proxenetis ſolùm cooperantibus ad mutui dationem,
iuxta dicta §.priore.Si autem cooperātur in exigendo vſuras
vt factores,vera eſt prima opinio diſtinguendo vt §.ſeq. Et
idem ſi inueniunt cautas fictiones, quibus vſuræ ſoluātur:
4 quia dant cauſam damni efficacem.¶† Quartò quæritur,v-
trum teneatur is qui vſuras accepit nomine alieno,vt tutor,
curator vel procurator? Et dico ꝙ exigens nomine alieno
eſt duplex.quidā ſcilicet apud quem reſidet quaſi principalis
authoritas domini, vt quia cùm eo cōtrahitur, & ipſe taxat
pretium, & cogit ſoluere.quidam verò eſt miniſter tm̄ ſiue
merus exequutor:puta quia nō taxat pretium, nec cùm eo
contrahitur,ſed ſolùm pecuniā manualiter tradit,& recipit
pignus ac pecuniam. Primus mortaliter peccat,& reſtituere
tenetur in ſubſidium,id eſt,ſi principalis, in cuius vtilitatem
verſum eſt, non ſoluit, quia non poteſt, aut quia non vult:
quia iſte dat cauſam efficacem dāni,quæ eſt in exactione v-
ſurarum,& nō in mutuatione.de iniu.c.ſi.Secundus mortali-
ter peccat,ſed reſtituere nō tenetur. Quod intelligendū eſt
niſi aliquid ad eum peruenerit,vel cooperatus ſit ad exactio
nem:quia teneretur ꝓpter cauſam dāni datā.de iniu.c.ſi.Ita
tenet Ray.Gira.Odo.Veruec.Pe.de Pal.Bar.Brixi.in c.ſicut
nō ſuo.di.xlvj.vt illi imponit Sum Conf.&,vt videtur,bene
per verbum quod addit in Sum.ſua,dicens ꝙ ille,in cuius vti-
litatem verſum eſt,tenetur principaliter,alter verò in ſubſi
dium.l.ex hoc edicto.§.j.ff.de eo per quem fac.erit.& l.ele-
gāter.§.pen.ff.de dolo.Pan.autē in c.Michaël.eod.titu.poſt
Gof.& aliquos alios tenet ꝙ etiā in primo caſu teneat quis
ſi principalis nō ſit ſoluendo:quaſi velit dicere ꝙ nō tenetur
ſi principalis poſsit ſoluere,etiā ſi nō velit.Si aūt ſoluit is cu
ius nomine acceptæ ſunt vſuræ, cæteri liberātur, niſi quid
peruenerit ad eos:quia de eo tenebunt principali. Et idem
dicendū eſt de extorquente noīe alieno & partiario in quo
ta:quia tenet,ſcđm Io.de Lig.& intellige in ſolidum:ſed tñ
in ſubſidium reſpectu partis eum nō cōtingentis.Et idem de
cōſulibus alicuius artis exercentibus vſuras nomine artis.Et
idem qñ tutor vel curator exigit vſuras pro pupillis ex cō-
tractibus vſurarijs factis à patre pupilli: & ſic de ſimilibus.
Adde tñ prædictis ꝙ ſingulariter no.Monal.in Sum.ſcilicet
quòd dantes pecuniā domini ſui ad vſurā de eius mandato
generali,tenentur reſtiture,dño nō reſtituente,tanquā prin
cipales in hoc:quia in eorum optione erat mutuare, & non
mutuare.Adde item quia cooperantur in exactione vſura-
rum. Sed ſi tales de ſpeciali mandato domini dicentis, mu-
tuare Petro decem libras ad vſuram nomine meo,mutuent,
licet peccent,tamen reſtituere non tenentur. Et hoc ſequi-
tur Io.de Lign.& Lap.Pœnæ tamen negligentium in reſti-
tutione vſurarum non ligant iſtos:puta quòd eorum confeſ
ſiones non audiantur:& quòd non valeant eorum teſtamen
ta,nec ſepeliātur,ſecundum Gemi.Adde etiā ſecundum Ver
uec.ꝙ is qui gerendo negotium alterius ſine eius mandato
fœneratur ad opus eius, reſtituere tenetur,licet nihil perue-
nerit ad eum:quia fuit author & miniſter cōtractus vſurarij.
¶† Quintò quæritur,vtrū pupillus,pro quo tutor multos cō 5
tractus vſurarios fecit,teneatur reſtituere? Et dico ꝙ ſi pu-
pillus dicat tutori,Tanto tempore habuiſti pecuniā meam:
& propterea iſta retineo pro lucro quod ex ipſa debeo ha-
bere:non tenetur reſtituere,licet ſit verſum in ſuā vtilitatē,
ſed ſolùm tutor:niſi vſuræ excederent moderatum lucrum:
ſi in poſſeſsiones vel aliā iuſtā negotiationem,vt debebat,ip-
ſam expoſuiſſet.quod limita vt ſ.Tutela.§.iiij. Vide etiā ſ.
Vſura.j.§.xxix.¶† Sextò quæritur,quid de fideiuſſore? Et di 6
co duo.¶ Primum.Si quis fideiuſsit pro aliquo,& ex defectu
debitoris cōpulſus eſt ſoluere capitale & vſuras.vide ſ. Vſu-
ra.j.§.xxxix.¶ Secūdum.An verò poſsit aliquid accipere pro
fideiuſsione.Arc.diſtinguit. Si enī eſt fideiuſſor fictus,ſed in
veritate ipſe eſt mutuator, fingens mutuum dari ab alio: ſi
quid pro fideiuſsione accipit,vſura eſt.xiiij.q.iij. per totum.
Si autem eſt verè fideiuſſor,recitat Laur. arguentem pro &
cōtra & cōcludentem tutius fore abſtinere.S.autem Bern.di
cit cōtractum omnino illicitum:quia ibi eſt mutuum indire
ctè,cùm fideiuſſor ſtet loco mutuātis. Alij verò dicunt,ꝙ
eſt illicitum,quia vendit creditum ſuum.quod Sum.Roſ.di-
cit tolerabile poſt factum.Ego verò dico ꝙ ſi ſubeſt pericu
lum deperditionis ſortis aut laboris vel expenſarum in exi-
gendo,licitè aliquid percipit rōne ſuæ indēnitatis:aliter nō.
¶† Septimò quæritur,quid de notarijs conficientibus inſtru 7
menta ſuper debito vſurarum? Et dico quòd non tenentur
reſtituere pecuniam quam pro opere ſuo etiam illicito reci
piunt,liceat videatur eroganda pauperibus.arg.xiiij.q.v.nō
ſanè.Et hoc de cōſilio,iuxta dicta ſ.Reſtitutio.iiij.§.j.Quā-
tum verò ad reſtitutionem vſurarum,diſtinguit Girar.Odo.
Nā ſi palliant vſuras, ponendo in inſtrumento contractum
vſurarium ſub forma liciti contractus,vt quia ſcitur eſſe pi-
gnoratio,& dicitur eſſe venditio:vel quia ſcitur ꝙ ſunt cen-
tum,& dicitur quòd ſunt xc.ita quòd iuſtificatur contractus
iniuſtus,tenentur in ſolidum: quia efficaciter cooperantur
ad damnum.Sed intellige in ſubſidium, ſi nolit aut nequeat
is, in cuius vtilitatem vſuræ venerunt.Quod limita,niſi fa-
cerent in fauorem accipientis mutuum:puta quia indiget,&
alius aliter non vult mutuare:quia licet peccarent mortali-
ter,tamen reſtituere non tenentur.Si verò non palliant vſu-
ras,ſed apertè patent per inſtrumentum,non tenentur:quia
cooperantur efficaciter ad damnum:cùm ille poſsit in iudi-
cio ſe iuuare.Quod limita, niſi in loco eſſet iniqua conſue-
tudo vel ſtatutum iniuſtum, quibus per talia inſtrumenta
cogerentur debitores:quia tunc tenentur, ſecundum Archi.
¶† Octauò quæritur,quid de prælatis qui ſubſcribunt & ſi- 8
gillant ſchedulas vſurarias?Et dicit Hoſti. quòd ſi prælatus
non legit tenorem,vel legit quidem, ſed vſura non appare-
bat,quia fortè maior quātitas ibi poſita eſt quàm fuerit mu
tuata:& ipſe prælatus non diligenter conſiderat: licet agat
fatuè,tamen ſecundū veritatem nō cōſentit.Si verò legit,&
veritatem percepit,particeps eſt peccati,& ſi non commodi
vſurarum: quia ſubſcriptio in multis approbationem indu-
cit.de ſen.& re iu.cùm inter vos.& idē Gofr.Sed addo quòd
reſtituere tenentur,ſi efficaciter cooperati ſunt: vt quia ex
hoc ſolutæ ſunt vſuræ,quæ aliàs nō fuiſſent ſolutæ:non ali-
ter.Vnde idem videtur de eis dicendum, quod de notarijs.
¶† Nonò



9 ¶† Nonò quæritur, quid de teſtibus talium inſtrumento-
rum? Et dico quòd tenentur, ſicut & notarij, ſecundum di-
ctā diſtinctionem:quia inſtrumenta ſine teſtibus nō valent.
10 ¶† Decimò quæritur,vtrum aduocati,procuratores,iudices
ſtatutarij,& alij,quorum fauore & patrocinio vſuræ in iudi-
cio vel extra ſcienter exigūtur,vel nō reſtituunt cùm repe-
tuntur,teneant reſtituere? Et dico ꝙ ſic in ſolidū:nec excu-
ſantur,ſi fortè ſcripturæ eis porrectè apparebāt iuſtæ,ſi cō-
ſcientia eis dictabat ꝙ erāt de cōtractibus vſurarū, ſecūdū
Hoſ.& Inno.in c.Michaël.eo.ti.& Arch.in c. ſi quis oblitus.
xiiij.q.iiij.Sed intellige ꝙ tenent in ſolidū ſi principalis no-
lit,aut nequeat ſoluere.Et idem Scot.addens ꝙ ſcienter de-
fendens cauſam iniuſtā,nō ſolū tenetur parti læſæ de inter-
eſſe,ſed etiā alteri de ſalario.quod verū eſt,ſi partem nō mo
nuit:vt ſ.Aduocatus.§.x.Si aūt monuit,tenet illud dare pau-
11 peribus,licet de cōſilio:vt ſ.Reſtitutio.iiij.§.j.¶† Vndecimò
quæritur,quid de dominis,qui in ſuis terris permittūt vſura-
rios morari,nec cogūt reſtituere? Et dicit Ro.ꝙ tenentur in
ſolidū ſi poſſunt,& nō faciūt,etiā ſi nihil peruenit ad eos.Sed
Ale.Lom.dicit ꝙ peccāt quidem mortaliter, tñ reſtituere
nō tenentur,niſi in quantū peruenerit ad eos de vſuris. Cui
opinioni videt adhærere Aſten.&Ber.dicens de mente dicti
Alex.nō eſſe ſimile de authoribus malis, qui ſunt cauſa per
ſe eiuſdem mali: & de iſtis qui ſunt magis cauſa per accidēs
mali:puta ꝙ tale malū cōſeruetur in prima, vel liberè fiat.
& ita tenet Sum.Roſ.Ego aūt dico ꝙ ceſſante iure poſitiuo
poſſunt ſine peccato tolerare vſurarios moderatè exigentes:
quia pōt expedire bono cōmuni:nec tenentur reſtituere ipſi
niſi repetantur vſuræ,& iuſtitiā negent:ſed quia c.poſt miſe
rabilem.præcipit eis vt Iudæos cogant reſtituere: ideo pec-
cant eos tolerando,& tenentur in ſolidum reſtituere: ſecus
quo ad Chriſtianos,de quibus non præcipitur. & ita melius
12 tenuit Sum.Ange.¶† Duodecimò quæritur,vtrum ciuitate
vel cōmunitate aut collegio recipiente vſurarium cōmodū,
ſinguli reſtituere teneantur in ſolidum? Et dico ſecundum
Ray.&Hoſ.quòd om̄es cōſentientes reſtituere tenentur ſin
gulariter,nō tanquam vniuerſitas,ſed tanquam ſinguli. vij.
q.j.ſicut vir.xxiiij.q.iij.ſi habes.Io.aūt de Lig.dicit hoc nō eſ-
ſe dubium de regentibus prohibere valentibus:ſecus de alijs
nō principalibus gubernatoribus,vel aliàs ignorātibus, nec
inhibere valentibus. Quod limita,niſi & iſti cōmodū parti-
cipauerint burſale,vel ex hoc fuerint ab aliquibus expenſis
releuati.Et ita limitat Mo.& concor.Aſten.& Pet.de Pal.in
iiij.diſt.xv.& Io.And.in c.conqueſtus.de vſur. & id eſſe Ver-
uec.adhuc limitās dicens eos teneri in ſolidum, qui præce-
ptum vel authoritatem præſtiterūt ſuper hoc,ita ꝙ ſine hoc
alij ciues,nō feciſſent:alij verò cōſentientes peccāt morta-
13 liter:tamen nō tenentur, niſi vt dictū eſt. ¶† Decimotertiò
quæritur,vtrū lucrū factum ex pecunia,quā famulus accepit
mutuo nomine domini ſui,ſit famuli aut domini? Et dico ſe
cundum Sco. quòd eſt domini, ſcilicet ſi famulus eſt adeò
pauper quòd reſtituere nō potuiſſet pecuniā ſi perdita fuiſ-
ſet:teneretur tamen ei dominus prouidere de cōpetenti ſa-
lario pro induſtria. Secus ſi eſſet diues, & nō intendiſſet do-
minum ſuū dānificare ex amiſsione pecuniæ: quia hoc caſu
14 pecunia ſtat periculo ſuo.¶† Decimoquartò quæritur, vtrū
ſocij vſurariorū,famuli,ſerui,ſeruitores,filij, & huiuſmodi,
qui alieno nomine exercuerūt vſuras, poſſunt illis inuitis ad
quātitatem acquiſitæ vſuræ pecuniā ſurripere,& reſtituere?
Et dicit S.Ber.quòd ſic,ſecundū quoſdā:quia videtur iuſtū,vt
quæ illorū cauſa iniuſtè ablata ſunt de lege naturæ poſsint
illa ſatisfacere,ne ipſi de proprio ſatisfacere teneātur.Quod
intellige in foro conſcientiæ,modò nullum ſequatur de illis
inconuenientibus,de quibus ſ.Furtum.§.xij. Et facit quod
no.Bal.in l.etiam.C.de fideicom.vbi tenet quòd tutor & exe
cutor teſtamenti poſſent reſtituere vſuram vel alia malè ab
lata ſine ſpeciali mandato:quia dicuntur facere ex neceſsita
te.& alleg.gloſſam,quam dicit ſingularem,in l.præſes.C.de
tranſac.quia intereſt pupilli talem pecuniam non habere.

## Rurſus de Vſura.viij.quantum ad participantes aliquid de ea.

1 *Vſurarij bona aliqua an liceat dono accipere.*
2 *Vſurarij vxor an teneatur,& filij. & nume.5.*
3 *Filij & familia vſurarij an ad vſurā reſtitutionē teneantur.*
4 *Filia vſurarij dotata,an ad vſurarum reſtitutionē obligetur.*
6 *Vſurarij ſeruus an licitè accipiat ab eo ſalarium.*
7 *Vſurarij creditor an iuſtè recipiat ab eo pecuniam mutuatam,& quid de alijs miniſtris. & nume. ſeq.*

VSVRA.octauò conſiderari poteſt quantū ad partici-
pantes de ea ſcilicet comedendo,veſtiendo,imburſan-
do,vel aliter accipiendo.¶† Primò aūt quæritur,vtrū liceat 1
accipere ſeu acceptare aliquid de bonis vſurarij per donum,
vel comedendo,aut emendo,vel hmōi? Et diſtinguo. Nā ſi
accipitur in ſpecie res data pro vſuris,quæ nō tranſiuit in do
miniū vſurarij,iuxta dicta ſ.Vſura.vj.§.j.indiſtinctè reſtitue
re tenet qui accipit,ſi extat,vt not.Bar. in l.rem quā.in ſi.C.
de iur.do.nec pōt æſtimationem dare cōtra volūtatē dñi.l.
ij.in prin.ff.ſi cer.pet.& tex.eſt clarus xiiij.q.vj.ſi res.& in c.
cùm tu.de vſur.Si verò nō accipit talem rem, ſed aliā diſtin-
guo.Nā ſi vſurarius,cùm talia qs accipit, eſt nō ſoluendo:ſi
hoc ſcit,reſtituere tenet:quia dat dāni cauſam efficacem. Si
verò dubitat an ſit nō ſoluendo:ſi res adhuc extat,tenet, ne
pro re temporali animā ponat in diſcrimine,ſcđm Alex.iiij.
parte.Si verò ignorat, & ꝓbabiliter credit eū de bonis ſuis
dare,nō tenetur de cōſumptis bona fide durāte, ſed ſolū de
extantibus ea recedente,niſi in quantū factus eſt fortè locu-
pletior.Si verò cùm talia accipit,vſurarius erat ſoluendo,nō
tenet etiā ſi poſtea ex alia cauſa factus eſt nō ſoluendo: niſi
eſſet res habita vel empta ex pecunia vſuraria:quā ſi habuit
titulo lucratiuo,pōt ille,ex cuius pecunijs empta eſt,de æqui
tate canonica ab eo auocare officio iudicis,vt patet per gl.&
Doc.in d.c.cùm tu.l.ſi.addito tñ quod dicit Hoſ.& Gof.ꝙ ſi
talis res,etiā ex cauſa lucratiua,peruenit ad illū, qui ſolue-
rat vſuras,liberatus eſt is,cui prius fuerat dotata.l.om̄es de-
bitores.ff.de act.& obl.& etiā vſurarius.Si verò habuit titu-
lo oneroſo,nō tenetur reſtituere,quāuis poſtea efficiatur nō
ſoluendo.Ex his patet reſpōſio ad multas quæſtiones ſequē
tes.¶ Secundò quæritur,quid de vxore vſurarij vel raptoris, 2
quæ comedit de vſuris,vel rapinis,vel malè acquiſitis,aut re
ſtitutioni obnoxijs, quæ omnia quantū ad hoc quo ad Deū
æquipollent? Et dico ſcđm Arch.poſt Ray.in Sum.quòd te-
netur de omnibus quæ ſic cōſumit.Quod limita primò,niſi
vtiliter gerat negotium ſpoliatorum mouendo vſurarium
ad reſtitutionem:quia quandiu huic correctioni inſiſtit con
tinuè opportunis horis,licitè recipit expenſas,ſecundū Rod.
ff.de neg.geſ.l.ij.& l.Pomponius.Quod videtur verum,ſi ſit
aliqua ſpes emendationis:imò,ſecundum aliquos,licet videa
tur deſperatus, nunquam eſt deſperandum de correctione:
non tamen poſſet pro vna correctione vel duabus toto an-
no de talibus viuere,ſecundum eum.Et concor. Vide.Ver-
uec.&Hoſt.Scđò limita Ray. niſi ibi eſſent aliqua de iuſto
ex quibus viueret,etiam ſi talia diſcerni non poſſent: vel ſi
poſſent,maritus non permitrit,ſecundum Arch.Limita ter-
tiò,niſi quandiu maritus eſt ſoluendo,ſecundum Alex.Lom.
& Rod. iuxta dicta in §. priore. Si autem ceſſent omnia

prædicta habet remedia multa. ¶ Primum, vt dictum ſibi
aliunde quærat. ¶ Secundum, vt interpellet epiſcopum coge
re maritum ad ſe paſcendum de iuſto, aut de licentia eius vi-
uere de incertis, ſi qua ſunt. di. lxxxviij. epiſcopus. quod intel-
lige ſi maritus eſt ſoluendo certa. ¶ Tertium eſt, vt ſi aliter
facere non poteſt, viuat de rapto: quia neceſsitas non habet
legem. de conſe. di. v. diſcipulos. ſed tamen tenetur parcè vi-
uere, & cùm animo reſtituendi poterit. ¶ Quartum, vt reha
beat dotem & paraphernalia: & dando honeſtæ perſonæ in-
de ex iuſto lucro viuat. de do. inter vi. & vxo. per veſtras. In
omnibus tamen prædictis tenetur debitum reddere viro, niſi
3 aliud ſubſit impedimentum. ar. xxxiij. q. v. ſi dicat. ¶ † Tertiò
quæritur, quid de filijs & familia vſurarij? Et dico quòd Arc.
poſt Gerar. Odo. diſtinguit. Nam ſi vſurarius eſt ſoluendo, &
aliqua habet vltra obligata ad reſtitutionem, de illis viuere
poſſunt: ſed ſi non eſt ſoluendo, quicquid pro victu vel aliter
accipiunt, reſtituere obligantur: quia efficaciter faciunt eum
impotentem reſtituere. ¶ Excuſari tamen tales & conſimi-
les poſſunt propter quinq;. ¶ Primò, propter procurationē,
ſcilicet ſi cauſam ſpoliatorum agunt: vt §. priore. ¶ Secundò,
propter recompenſationem, ſcilicet quia tātum ei reſtituūt
quantum accipiunt, vt emptor, & cōmutator, & ſeruiens in
mercātijs, & huiuſmodi licitis augēdo ſubſtantiā eius. ¶ Ter
tiò, propter reſtitutionem, id eſt, ſi ſe reſtituturos proponāt,
& ad hoc ſe habituros facultatē probabiliter ſperāt. ¶ Quar
tò, propter ignorantiam, ſcilicet neſciendo rem eſſe vſura-
riam, nec habendo cauſam hoc ſciendi. ¶ Quintò, ꝑpter ne-
ceſsitatem: vt quia filij & filiæ in tali ſunt ætate, quòd aliter
4 viuere nō poſſent. ¶ † Quartò quæritur, quid de filia vſurarij
dotata? Et dico iuxta prædicta, maximè §. j. quòd ſi rem ha-
buit datam in ſpecie pro vſuris, tenetur indiſtinctè reſtitue-
re ſecūdū modificationem dandā j. §. vlt. de pignorib. emptis.
Si verò habuit alia, non tenetur, niſi per hoc pater ſit factus
nō ſoluendo. & hoc ſecundū Rod. ſi gener ſciebat: qa ſi igno
rabat, nihilo minus, ſecundū eū, & Veruec. poterit dotem ꝓ-
miſſam accipere, & retinere, etiā ſi poſtea ſciat quòd ſit non
ſoluendo. Quod ſequitur Sup. & Sum. Conf. ac Piſ. ſed verius
Sum. Ange. dicit ſibi non placere: quia nullo iure probatur,
niſi ſcilicet in bona fide dotem conſumpſiſſet, & non eſt fa-
ctus locupletior. Si verò per hoc non eſt factus non ſoluen-
do, ſed poſtea ex alia cauſa, non tenetur gener: quia dotem
habet ex titulo oneroſo: nec ſoluto matrimonio tenebitur
filia, ſecundum Fede. conſi. xlj. quia licet tunc habeat dotem
ex cauſa lucratiua: quia tamen illa non eſt pecunia quæ trāſ
iuit in bonis mariti, ideo non tenet. & ita tenet Sū. Ang. Et li-
cet do. Anto. & Pan. & Pet. de Anch. videantur tenere quòd
imò tenetur: quia licet non ſit illa pecunia data, tamen ſuc-
cedit loco eius: quia dos eſt quid vniuerſale: vt no. Bar. in l. j.
ff. ſolut. matr. & in vniuerſali vna res ſuccedit loco alterius.
l. Imperator. ff. de leg. ij. Item quia mulier non habet quar-
tam ſuam, id eſt, legitimam niſi deducto ære alieno l. Papi-
nianus. § iiij. de inoffi. teſta. tamen iſta procedit de æquita-
te. Sed opin. Fede. quæ loquitur quando filia non eſt hæres,
videtur vera de rigore iuris. Et ita ſentit Sum. Roſ. niſi eſſet
poſſeſsio empta ex pecunia vſuraria & data pro dote, per d.
c. cùm tu. Quam qui vult ſuſtinere, faciat tria præſuppoſita,
quæ & ipſe Fede. facit. Primum, quòd iſta filia non erat hæ-
res. Secundum, quòd pater eius dotem non dedit in fraudem
creditorum. Tertium, quòd hæc filia non recipit pecuniam
vſurariam ab hæredibus mariti, ſed maritus eam accepit,
ideoq; ſibi imputet ſi pecuniam alijs debitam ipſe accepit:
de ſua propria fuit dos mulieri reſtituta, maximè cùm pe-
cuniæ vſurariæ dominium tranſeat in accipientem, licet
competat repetitio, maximè, ſi eſt permiſta alteri: quia mi-
ſtione dicitur conſumi. ff. de ſolut. l. ſi alieni. ideoq; mulier
non tenetur. Nec obſtat c. tua. de vſur. nec c. ſi. de ſepul. quia
ibi intelligitur de filijs & extraneis, qui ſunt hæredes. Non
obſtat, etiam ſi dicatur quòd mulier recipit pecuniam cum
onere ſuo: quia pecuniam, quam recipit ab hæredibus mari-
ti, non eſt onerata nec debita his, qui patri eius ſoluerunt v-
ſuras, licet perſona patris eſſet obligata. Et poſito quòd bo-
na vſurarij eſſent tacitè obligata, non tñ bona generi, maxi
mè poſt miſtionem pecuniæ: quia ex hoc facta eſt ſua, poſito
quòd eſſet perſonaliter obligatus creditoribus ſoceri. Nec
obſt. d. c. cùm tu. de vſur. quod loquitur de poſſeſsionibus em
ptis ex pecunia vſuraria: quia iſta non recipit pecuniam vſu-
rariam, nec rem emptam ex illa: & præterea illa decretalis,
non dicit bona vſurarij eſſe tacitè obligata, ſed quòd ſi non
habet vnde reſtituat, vendantur poſſeſsiones emptæ ex pe-
cunia vſuraria, vt de pretio ſatisfiat. quod certè idem eſſet, &
ſi fuiſſent aliàs ex licita pecunia emptæ. Hæc ex Fed. qui e-
tiam videtur tenere quòd licet gener fuerit in fraudem: ta-
men ſecus eſt in eo, qui ab ipſo bona fide accipit. ¶ † Quintò 5
quæritur, quid faciet gener aut filia qui dotem habuerunt,
aut de rebus in ſpem datis pro vſuris, aut cùm ſocer eſſet nō
ſoluendo? Et dicit Gerar. Odo. quòd ille, per quem non ſtat
quin reſtituatur, excuſatur in conſcientia: quia vnus ſine al-
tero reſtituere non poteſt durante matrimonio: & ſi mulier
præmoriatur proteſtetur viro & filijs de reſtitutione. Reme
dium tamen eſſet, vt etiam patet ex dictis, ſi pater eſt ſoluen
do pro certis, & habet multa alia incerta, quòd epiſcopus ei
dotem tanquam pauperi concedat, ſi non eſt in rebus in ſpe-
cie habitis pro vſuris: aut componat cum creditoribus. ¶ † Se 6
xtò quæritur, quid de famulis vſurarij, an ſcilicet licitè viuāt
de bonis eius, & ſalarium recipiant? Et dico quòd ſi propter
hæc non ſit impotens ad ſoluendum, nihil eſt dubij quòd
poſſunt: ſed ſi ille non ſit ſoluendo, diſtinguit. Nam ſi ſerui-
unt ei ad menſam vel ad aſſociandum, aut generaliter ad ali
quid, ex quo vſurario lucrum non reſultat, idem eſt iudicium
ſicut de vxore: nec poſſunt talia percipere, ſed reſtituere te-
nentur. Quod limita niſi ſalarium præfuiſſet vſuris: & mul-
tò magis ſi ſeruiunt inutiliter, ſicut circa canes & accipitres,
& idem eſt de vendentibus eis res ad guloſitatem vel pom-
pam ſpectantes: quia dant cauſam efficacem non reſtituen-
di. & facit l. ait prætor. ff. de his quæ in fraudem credi. & l. ſi.
ff. de eo per quem fac. erit. Si verò ſeruiūt ei vtiliter: puta
colendo agrum, ædificando domum, habendo rerum cu-
ram: & generaliter in eo, ex quo vtilitas reſultat vſurario: tūc
ſi talis vtilitas eſt æqualis prædictis quæ percipiūt, licitè per
cipiunt: quia per hoc non ſit impotens ad ſoluendum: ſi ta-
men acciperent rem in ſpecie habitam pro vſuris, tenentur.
¶ † Septimò quæritur, vtrum liceat creditori recipere ab v- 7
ſurario pecuniam quam illi mutuauit? Et dicit Veruec. quòd
ſic, ſi bona fide mutuauit, vt ex illa commodum ſuum face-
ret, & lucrando fortè ſe liberaret, etiam ſi aliàs non ſit ſol-
uendo: & ſimiliter ſi ignorabat probabiliter quòd vellet
eam inutiliter conſumere, ſecundum Pet. de Pal. & Aſten. &
Ro. ſed ſi alia cauſa ſcienter credidit: puta ad ludum in alea,
vel ad dandum meretrici, non poteſt eam recipere, & ſi reci
pit, reſtituere tenetur. ¶ † Octauò quæritur, vtrum creditor 8
vſurarij ex contractu vel quaſi, aut ex maleficio vel quaſi,
poſsit ab eo recipere quod ei debetur? Et dicit Veruec. &
Alexand. Lomb. quòd ſic, dum tamen rem vſurariam furti-
uam raptam non recipiat in propria ſpecie. Intellige etiam
ſi vſurarius non ſit ſoluendo: quia loquuntur indiſtinctè: &
ſi eſſet ſoluendo: non eſſet dubium.





9 ¶ † Nonò quæritur, vtrū miniſtrantes vſurario neceſſaria ad
vitam poſsint recipere mercedem, ſi ille non ſit ſoluēdo? Et
dico quòd quicquid ſit quantum ad forum contentioſum, de
quo glo. in cap. quia in omnibus. de vſur. tamen in cōſciētia
poſſunt, niſi ſint tales, qui ex præcepto tunc eleemoſynam
facere teneantur: quia & ipſe vſurarius ex vſuris poteſt ne-
ceſſaria ꝑcipere, licet parcè, & cū timore, ſi aliter viuere nō
10 poteſt. ¶ † Decimò quæritur, vtrum locātes domos vſurario
ad fœnus exercendum, poſsint recipere penſionem? Et dico
quòd licet ſint participes omnium peccatorū, quę in eis ex
fœnore perpetrātur: nihilo minus ratione cōtractus locatio
nis, in quo lucrū transfertur in locantem, poſſent tale lucrū
retinere. Quod Sum. Roſel. limitat, niſi ſit non ſoluēdo. Sed
verius de mēte Veruec. & Alex. Lom. etiam ſi nō ſit ſoluen
11 do: vt ſuprà, §. viij. ¶ † Vndecimò quæritur, vtrum prædica-
tores euntes ad raptores, vt eos ad pœnitentiā & reſtitutio-
nem inducāt, poſsint comedere de rapina? Et dicit Ray. ꝙ
ſic, ſiue indicant prædicatione generali, ſiue ſuaſione ſpecia-
li, maximè ſi commodè inuenire nō poſſunt apud alios. de
ſent. excō. cum voluntate. Quod intellige cum moderami-
ne, & ſi correctio probabiliter ſperetur, & ſi propter hoc nō
ſubtrahatur facultas reſtituēdi in totū vel pro parte magna.
12 ¶ † Duodecimò quæritur, quid de dominis ſciētibus Iudæos
nihil habere præter vſuras, & ad reſtitutionē eorū bona non
ſufficere accipiūt multa ab eis? Et dico ſecundū eundem ꝙ
tenētur ad reſtitutionē ſi ex cauſa lucratiua ꝑcipiūt: poſſunt
tamē accipere ab eis quod ſibi debēt, ſicut & alij creditores.
13 ¶ † Decimotertiò quæritur, vtrū reſtiuere teneātur qui elee
moſynas ſuſcipiūt ab vſurarijs? Et dico ꝙ nō, ſi ſunt ſoluēdo
quo ad certa, niſi accepiſſent rē datā in ſpecie pro vſuris: a-
liàs tenent, niſi eſſent in caſu quo creditores eis dare tenerē
tur: quia quæ accipiūt, ſūt creditorū. Et idē dic de tyrānis, qui
14 habēt multa reſtituere. ¶ † Decimoquartò quæritur, vtrū li-
ceat emere pignora ꝑdita apud vſurariū? Et dico de hoc me
diffuſè recitaſſe in Au. roſa, caſu xix. nihil concludēdo niſi ꝙ
ratione debietatis omnibus talis emptio diſſuadēda eſt: ſed
tamē nolēti deſiſtere nō eſſe denegandam abſolutionē: nec
poſt tactū reſtitutionē imponēdā. Nūc autē dico quòd opi-
nio quæ ibi adſcribitur San. Tho. ſecūdum aliquos, quòd in
vſura dominiū transfertur, nō eſt S. Tho. vt ſuprà Vſura. vj. §
j. nec eſt vera, vt ibi patuit, maximè quo ad pignora: qa hoc
caſu videtur perdi ex pacto legis cōmiſſoriæ, quod pactum
reprobatur in pignore. C. de pact. pig. l. ſi. Nūc igitur deter-
minans dico quòd ea emere nō licet, ſed tenētur emētes, ſi-
cut & emēs rem furtiuā aut raptā: & ſecundum eandē diſtin
ctionem, de qua ſuprà, Emptio. §. iiij. excepto quòd retinere
poterunt id quod veriſimiliter vſurarius ſuper illo pignore
mutuauit: & ſi dominus pignoris non extat, vel nō poteſt in-
ueniri, non eſt neceſſe dare pauperibus, niſi illud plus quod
valet vltra pretium quo ab vſurario empta eſt, ſecundum
Sum. Ang. aut verius illud plus quod valet vltra mutuum ſu
per eo datum. Ad motiua autem quæ in Aur. roſa, vbi ſuprà,
tanguntur, patet ex dictis ſuprà, Vſura. vj. §. j.

## Rurſus de Vſura ix. quantum ad manifeſtos vſurarios & pœnas eorum.


1 *Vſurarius manifeſtus quis dicatur.*
2 *Vſurarius an ſit quis velit plus ad credētiā quā pro numerato*
3 *Vſurarius an poſſit quis publicari poſt mortem.*
4 *Vſurariorum manifeſtorum quæ ſint pœnæ.*
6 *Vſurarij teſtamentum quando valeat. & num. ſeq.*
15 *Vſurarius an exhumari debeat.*
18 *Vſurarium abſoluens in confeſſione an teneatur.*
12 *Vſuras Iudæorum permittētes domini terrarum an teneantur.*


VSVRA nonò cōſiderari poteſt quantum ad vſurarios
manifeſtos & eorū pœnas, ad quas infligendas quis ſit
iudex, ſunt opiniones. Nam Arch. in c. quid dicā xiiij.
q. iiij. ponit diuerſas opiniones, & approbat eā quæ eſt Lau.
Hug. & Gofr. ſcilicet quòd cōtra laicum laicus iudex, & cō-
tra clericū eccleſiaſticus. Quod etiā tenet Io. Cal. pro quo vi
de Pan. in c. poſt miſerabilem. eo. tit. vbi not. iudice laicū ali-
quādo ſe intromittere de vſuris. gloſ. verò in c. diſpendioſam.
de iud. videtur ſentire quòd ſolus iudex eccleſiaſticus habet
iudicare. Pau. autē in cle. j. de vſur. diſtinguit dicēs primā opi
nionē procedere vbi non refertur quæſtio an id, quod petitur,
ſit vſura: ſed eſt quæſtio de ſoluto vel nō ſoluto: ſecundā ve-
rò vbi eſt quæſtio an id, quod petitur, ſit vſura vel non. & idē
Io. de Li. & Fede. & vt videtur Bald. vt refert Arch. ¶ † Primò 1
autē quæritur, quis ſit manifeſtus vſurarius? Et dico quantū
colligitur ex Io. And. & Panor. in c. quia in omnibus. eod. tit.
& Io. And. & Arch. in c. j. de vſur. lib. vj. quòd eſt primò is, qui
eſt vſurarius notorius de iure: puta quia cōuictus vel condē-
natus de vſuris, ſeu corā iudice ſponte cōfeſſus c. cùm olim.
& c. ſuper quibuſdā. de verb. ſignific. ¶ Secundò, qui eſt noto
rius de facto notorietate facti: puta quia tenet altare paratū
vel mutuat in camera omnibus volentibus, ſicut meretrix in
proſtibulo patet cuilibet: arg. de cohab. cle. & mulie. tua. & c.
ſi. & ita dicit Bart. in l. ij. ff. de furt. & Bal. in l. hæredes palam.
ff. de teſta. ¶ Tertiò, ſecundum glo. in c. ij. de vſur. lib. vj. quan
do quis coram ſacerdote & teſtibus confeſſus eſt in articulo
mortis ſe eſſe vſurarium: & mādauit reſtitui vſuras & libros
reſignauit. quam gloſ. Fede. conſil. viij. dicit veram quādo ſi-
mul concurrunt omnia cōtenta in ea: aliàs ſola cōfeſsio ex-
traiudicialis non facit aliquem eſſe manifeſtum vſurarium.
de ſentētia excommunicatio. c. venerabilibus. §. ſecus. lib. vj.
nec ſolùm mandatū de vſuris reſtituendis in genere, vel illis
perſonis quæ probauerint ſe illas ſoluiſſe: quia tunc nō ſim-
pliciter fatetur ſe vſurarium, ſed mandat vſuras reſtitui ſi ap
paruerint. Et ita tenet Ang. de Peru. in conſilio quod incipit,
Aſtenſis miles. imò plus dicit, ſcilicet quòd ſi quis confeſſus
fuerit publicè ſe eſſe vſurarium manifeſtum in teſtamento:
tamen illa confeſsio nō inducit notorium iuris aut facti: nec
poteſt dici quòd illo tunc cùm teſtatur aut ſepelitur, fuerit
vſurarius manifeſtus ex illa confeſsione: vnde oportet quòd
concurrant omnia cōtenta in illa gl. Aliàs autem manifeſti,
ſed non aliquo aliorum trium modorum, ſed aut per famā
tantùm, aut alio modo à prædictis, non incurrunt ipſo iure
pœnas infrà poſitas, ſecundum communiter doct. niſi publi-
centur per ordinarium loci: ad quam publicationem facien-
dam ſufficiunt certa argumenta cum fama. d. c. tua. & licet
nullus appareat accuſator, nihilo minus ordinarius procede-
re poteſt ex officio. ¶ † Secundò quęritur, vtrum ſit publicus 2
vſurarius qui publicè vēdit rem ad tēpus plus quàm ad nu-
meratū vēdi poſsit pretio rigido & ſummo? Et dico ꝙ ſic: qa
dicit Pan. in c. ad noſtram. de emp. & vēdit. quòd ſi eſt publi-
cum & indubitatū quòd plus quis vēdit ad credētiam quàm
pro pretio ſtatim ſoluēdo, teſtamētū eius nullū eſt ipſo iure
propter diſpoſitionē c. quanquā. de vſur. lib. vj. quia tales ſunt
vſurarij: vt patet in ſimili in c. nauigāti. eod. tit. & ſunt publi-
ci ex quo publicè hoc exercent: vt patet in libris eorū. Nec
obſtat, quòd ſunt ficti: quia in dicto cap. ad noſtram. pœna
contra vſurarios ſtatuta exercetur etiam contra fictos vſura
rios: quoniam in veritate ſunt vſurarij. & facit l. nō dubium.
C. de legi. ¶ † Tertiò quæritur, vtrum poſsit aliquis publica 3
ri vſurarius poſt mortem? Et dico quòd ſic. Nam Fede. in cō
ſil. viij. & ſequitur Panorm. in cap. cùm in diœceſi. de vſur.

dicit quòd licet quis in vita non fuerit declaratus vſurarius,
& fecerit teſtamentum:nihilo minus poſt mortem poterunt
fieri probationes ad declarandum quòd erat manifeſtus. Et
ita tenet Ioan.Andr.in cap.j.de vſur.lib.vj.in nouel.& Gem.
ibidem.& omnes iſtæ erunt bonæ probationes: puta ſi diffe
rebat ſolutionem vt plus vẽderet:vt in c.in ciuitate. de vſur.
Item ſi emit poſſeſsiones cum pacto retrouendẽdi maiori
pretio.vel ſecundũ Bald.in cap.j.de feu.da.in vi.le.com.quan
do emit cum pacto de retrouendẽdo poſt quinquennium,&
non ante:ſi eſt conſuetus ſimiles contractus facere,præſumi
tur vſurarius.ar.c.illo vos.de pigno.Item quãdo facit confeſ
ſionem coràm epiſcopo quòd inſtrumẽtum eſt de vero & pu
ro capitali:quia cenſetur colluſio in fraudem vſurarum pręſ
ſumptione præfati cap.illo vos.ſecũdum Bald.in l.j.C.de col
lu.dete.quod cap.in hoc articulo præualet confeſsioni. & ſic
fuit obtentum coram epiſcopo Tedertino contra vnum qui
multas tales confeſsiones fecerat fieri.Itẽ quando pars dicit
in inſtrumento quòd non per ſimulationem, ſed per veram
veritatem talem contractum facit,oritur præſumptio vehe-
mentiſsima,ſecũdum Bal.in l.iij.C.plus va.quod agi.& facit
glo.in l.ſi quis ſub conditione.ff.de cõdi.inſtitu. & quod no.
gl.in l.cùm allegas.C.de vſur.& dictum Ang.in l.ſicut.§. ſu-
peruacuum.ff.quibus modis pig.vel hypo. ſol. Itẽ probatur
vſurarius ex libris ſuis vel per inſtrumenta,ſecundum Arch.
in cap. q ſyncera.diſtinct. xlv.& probat per arg.d.c.Itẽ dicit
Bal.in d.l.donatio.C.de don.quòd manifeſtus vſurarius pro
batur eſſe per priuatam ſcripturam.Item quando eſt cõmu
nis opinio quòd ſit vſurarius:vt dicit Bal.in l.j.C.de ſac.ſanc.
eccle.Item quando tot & toties fœneratus fuit quòd nõ poſ
ſit niſi eſſe liquidum in populo:vt dicit Bal.in d.l.j.C.de fal.
cau.adie.lega.Item quando ex cõiecturis apparet vſurarius
& indicijs:vt dicit Bal.in l.cùm proponebatur.ff.de leg.ij. &
in l.ciues.C.de appellat.Et breuiter dic quòd iudex habet ar
bitrari ex additis cohærentijs quòd ſit manifeſtus. de quo vi
de per Bald.in additio.ad Specul.in titu.de appel.in verſic.an
4 autem ſit manifeſtus.¶†Quartò quæritur,quę ſit prima pœ
na vſurariorum manifeſtorũ? Et dico quòd prima eſt quòd
ſunt infames infamia iuris.C. ex quibus cauſis irro.infa.l.im
probum.quod verum eſt etiã de iure ciuili: vt dicit do.Ant.
in cap.Raynutius.de teſta.& ita dicit not.Bar.in d.l. impro-
bum.& per hoc fuiſſe determinatum,quòd ſi frater meus cõ
ſtituit vſurarium hæredem,poſſum rumpere teſtamentum
per querelam inofficioſi.C.de inoffi.teſt.l.fratres.& ſic de fa
cto obtinuit.de multo magis ſunt infames de iure canonico
vt in cap.infames. xiij.q.vij.& vj.quæſt.j. infames. ¶Secũda
eſt quòd ad communionem altaris non ſunt admittendi. de
vſur.quia in omnibus,& intelligit Abbas & ſequitur Panor.
ibidẽ quòd non debẽt admitti ad cõmunionem,id eſt,eccle-
ſiam quando diuina celebrantur: quia aſsiſtentes tunc in ec-
cleſia dicuntur admitti ad communionem altaris, & placet
Sum.Ang.vt cõfuſi reſipiſcant.ſicut dicimus de excõmuni-
catis.c.pia.de excep.lib.vj.Sed quia ſtatutũ eſt pœnale nõ pu
to verũ.Vnde dico cum Innoc.ad cõmunionem,id eſt,ſuſce-
ptionem corporis Chriſti:vt quo ad hoc non ſit æquè malæ
conditionis vt excommunicatus.¶Tertia, quia non admit-
tuntur ad oblationem offerẽdam.de vſur. quia in omnibus.
&:qui eam receperit ſuſpẽſus ab officio manere debet do-
nec ad arbitriũ epiſcopi ſatisfaciat.d.c. quia in omnibus.vbi
tamen ſecundum Hoſt.Bern. & Ioan.And. Innoc.eſt canon
ferendæ,& non latæ ſententiæ.de quo infrà.§.eo. & compel
litur ſacerdos reſtituere,dicto cap.quia in omnibus.Et licet
ſint opiniones cui reſtituere debeat,tamen placet diſtinctio
Io.And.quia reſtituetur vſurario,ſi iam reſtituere inchoauit,
vel eſt paratus vt reddat ſpoliatis.Alioquin ſecundum Goſ.
& Inn.& Hoſt.reſtituet epiſcopo vt reſtituat ſpoliatis.Quod
intellige quando talis eſt epiſcopus quòd hoc faciet. poteſt
tamen ab eis recipi eleemoſyna,ſi aliàs ſunt ſoluendo.Hug.
autem videtur velle idem eſſe de quolibet manifeſto pecca-
tore:ſed gl.in cap. oblationes. diſt.xl. cõcludere videtur qđ
non,niſi in caſibus expreſsis.quod Panor. vbi ſuprà, dicit æ-
quius.¶ Quarta eſt,quòd niſi ſatisfecerint, vt infrà, non ſe-
peliantur in eccleſiaſtica ſepultura,dicto cap.quia in omni-
bus.& additur quòd clericus cõtraueniens,ſcilicet in hac pœ
na & priori eſt ſuſpenſus ipſo facto ab executione ſui officij,
ſecundum Panor.in dicto cap.quia in omnibus.& verius,vt
ibi patet,licet aliter ſenſerint Hoſt.& Bern.& Io.And.Et ſi-
militer ipſo iure prædictas pœnas incurrunt vſurarij:nec re-
quiritur hominis ſententia,ſecũdum eundum Pano.ibi.Imò
hodie ſepelientes tales ſunt excommunicati ipſo facto,vt in
cle.eos.de ſepultu.niſi ipſi cauerint,vt infrà dicam.vel ſi non
potuerunt,& ſigna contritionis oſtẽderint hæredes eorum
inquantum hæreditas ſufficit:vt not.in cap.quanquã.de vſur.
lib.vj. ¶Quinta eſt quòd recipi non poſsint ad confeſsionẽ
ſuorum peccatorum,donec de vſuris fuerit ſecundum facul
tatem eorum plenius ſatisfactum,vel idoneè cautum his,qui
bus reſtituendum eſt,ſi ſunt præſentes: vel alijs qui poſſent
eis acquirere:vel,eis abſentibus,loci ordinario vel eius vica-
rio, vel presbytero parochiæ, in qua habitat præſentibus
aliquibus fide dignis:vel tabellioni de mãdato ordinarij:ita
quòd certa quantitate exprimatur in cautione,ſi eſt manife-
ſta,& apparet:vel ſi nõ apparet manifeſta, exprimatur ad ar
bitriũ recipiẽtis cautionẽ:qui ſi receperit ſcienter minorem
de ſuo ipſe tenebitur:multo magis ſi nullã:aliàs nullus debet
eſſe teſtis in eorum teſtamẽtis:nec recipere cõfeſsionem vel
impẽdere abſolutionem,vel ad ſepulturã recipere: & teſta-
menta eorũ ſunt irrita ipſo facto.Hæc omnia in c.quanquã.
de vſur.lib.vj.Si tamẽ quis in præſentia cõfeſſus eſt ſacerdo-
ti ſe vſuras extorſiſſe, ſed eſt occultum: hæredibus ad dictũ
eius nolentibus ſatisfacere non debet tamen ſacerdos nega
re ſepulturam,ſecundum Geminia. & Gul.quia non debet
illum publicare.Adde quòd nec etiam debet reuelare con-
feſsionem:debuit tamen ſacerdos illum inducere,vt coram
teſtibus confiteretur,& caueret.Et habet locum hoc cap.ſe-
cundum Gem.etiam in vſurario,qui non eſt ciuis vel incola:
per verbum,habitat,ita ꝙ tex.ponderat ſolam habitationẽ.
Sed de hac pœna vide etiã infrà,§.v. ¶Sexta eſt quòd nullus
debet intereſſe eorum teſtamentis,niſi ſatisfaciant,vt §.prio
re.d.cap.quãquam.¶Septima,quia teſtamẽta eorũ ſunt nul-
la ipſo iure ſi non ſatisfecerint,vt ibidem:& idem eſt de codi
cillis ſecundũ Bart.& Io.And.ibidem:ſed vide de hac pœna
etiã infrà,§.vj.& vij. ¶Octaua pœna eſt quòd nulla vniuer-
ſitas vel collegium vel ſingularis perſona vſurarios nõ oriũ-
dos de terris ipſorum exercentes vel exercere volentes pecu
niam fœnebrem permittat habitare in terris ipſorũ,ſed eos
expellant nunquam de cętero eos admiſſuri:vt in cap. vſura
rum.de vſur.lib.vj.& incurrunt pœnam interdicti vniuerſitas
vel collegium:epiſcopi verò & ſuperiores ſuſpenſionis,infe
riores verò eccleſiaſtici ſententiam excõmunicationis ipſo
facto, ſi non expulerint de terris ſuis intra tres mẽſes:vel ſi
eis domos ad exercendum fœnus locauerint, aut ſub quocũ
que alio titulo cõceſſerint,etiã venditionis, ſecundum Ioan.
And.quam pœnam ſi per menſem ſuſtinuerint indurato ani
mo terræ eorum,quandiu in ipſis morantur, ſunt ipſo facto
interdictæ.Alij laici debent per excõmunicationem ad hoc
idẽ cõpelli,non obſtã te quocũq; eorũ priuilegio. Et de hoc
vide ſ.Excõmunicatio. ix.§.xxxj.& ĩ.§.vlt.¶Nona pœna eſt,
quia



quia ſi vſurarius ſoluit alteri vſuras,repetere non poteſt,ni-
ſi prius ipſe reſtituat quas extorſit,vel ille,cuius hæres eſt:vt
in c.Michaël.eo.tit. quod tamen fallit in clerico vel procu-
ratore,qui nomine eccleſiæ repetunt vſuras quas ſoluerunt:
nec eis poteſt opponi, quanuis ipſi ſint vſurarij, ſecundum
Pan.ibi.¶Decima eſt,quia quanuis vſurarius cedat bonis,nõ
habetur ei reſpectus ne egeat, vt habetur in alijs debitori-
bus.de ſol.Odoardus.& de pig.c.ij.& ita no.gl.in d.c.quia in
omnibus.¶Vndecima eſt, quia ad modum raptorum & fu-
rum tenentur reſtituere non ſolùm rem acceptam pro vſu-
ris:in c.cùm tu.de vſur.ſed & fructus perceptos & qui perci-
pi potuerunt à vero domino,ſecundum omnes Doc. qui eſt
5 malæ fidei poſſeſſor ſine titulo,vt patet ex dictis.¶†Quin-
tò quæritur,de intellectu verborum poſitorum ſ.§. priore.
in quinta pœna? Et dico quòd nomine idoneæ cautionis in-
telliguntur pignora vel fideiuſſores.l.ſi mandato Titij.§.fi.
ff.man.quam ſi dare nequeunt,ſecundum Bar.& Io.And.iu-
rabunt ſe hãc dare nõ poſſe,& facturos quod promittunt.de
ſen.exc.c.fi.§.illis.lib.vj.Illi etiã qui poſſunt nobis acquirere
ſunt filij,quos habemus in noſtra poteſtate,& ſerui proprij.
Item ſerui,in quibus habemus vſumfructum.Item ſerui alie
ni,quos bona fide poſsidemus tãquã ſeruos:vt Inſt. per quas
perſo.no.acq.§.j.Procurator aũt domino abſenti hãc perſo-
nalem obligationem non acquiret.per l.quemadmodũ.ff.de
acqui.poſ.& l.gene aliter.& l.quod meo.eo.ti.ſecundũ Bar.
& Io.And.in d.c.quanquã. Per ordinarium autem ſecũdum
Io.And.vbi ſ.intelligitur epiſcopus de iure.& idẽ de decano,
archipresbytero,vel abbate,qui aliàs de conſuetudine iuriſ-
dictionem haberet in ſpiritualibus in loco,in quo vſurarius
degit.quod etiã dicitur de rectore parochię,in qua vſurarius
habitat.multò fortius intellige de rectore parochiæ debito
ris læſi,cùm ſit quaſi iudex eius,ſecundũ Bar.& Io.And.& fa
cit l.eum pro quo.ff de in ius vo.¶Vtrũ autem ſufficiat qui-
cunq; alius ſacerdos? Io.Cal.dicit quòd ſic:& ex hoc robora-
bitur teſtamentum.quod Lap.concedit ad ſacerdotem ordi
nis mendicantium audientem confeſsionem taliũ:nõ de alio
non parochiali:quia ille de ordine mendicantiũ expoſitus ad
confeſsiones,eſt iudex ſibi confitentis per priuilegium clau
ſum ĩ corpore iuris.in cle.dudũ.de ſepul.Lau. aũt ante factũ
cõſulit cum Lapo.poſt factum non audet condemnare Cal.
cùm ex hoc nihil depereat ſpoliatis.Per hoc etiam quod di-
citur de mandato ordinarij,arguit Io.And. quòd tabellio in
hoc caſu non acquirit actionem extraneo ex ſua ſtipulatio-
6 ne,niſi hoc faciat de mandato ordinarij.¶†Sextò quæritur,
ſi vſurarius prius facit teſtamentum,poſtea cauet idoneè,v-
trum valebit? Et tenuit Bar.& Io.Mon.quòd non,per regulã
non firmatur.de reg.iu.lib.vj.quia ab initio nullum fuit.Sed
melius Io. Andr.tenet ſufficere quòd ante mortem idoneè
cauerit.Et ratio eſt:quia teſtamentum confirmatur morte.
Item quia omnia iura fauent teſtamentis.l.j.C.de ſacroſan.
ecc.& facit in arg.l.j.§.ij.ff.de leg.iij.vbi legata ad pias cau-
ſas relicta facta à filiofamiliàs & à ſeruo, licet tempore te-
ſtamenti inſpecto non valeant:ſi tamen emancipatus vel
manumiſſus perſeuerat in eadem voluntate,valebunt.Præ-
fata autem regula,nõ firmatur,de ſolo tractu temporis lo-
7 quitur.vide ĩ.§.x.& xj.¶†Septimò quæritur,vtrum non va-
lente teſtamento vſurarij valeat codicillus aut donatio cau
ſa mortis aut teſtamentum quo ad legata ad pias cauſas? Et
dicit gl in d.c.quanquam.quòd licet teſtamentum & codicil
lus videantur diuerſa,& conſtitutio ſit pœnalis:tamen ſecun
dum Gul.& Gar.etiam codicillus forma prædicta non ſerua
ta non tenet,per text.in princ.qui dicit in vltima voluntate:
& quia largè codicillus eſt teſtamentum:quia mentis teſta-
tio:aliàs facilè eſſet illam conſtitutionem in hoc eludere.Et
idem Bart.& Io.And.in d.c.quanquam. & idem dicit glo.in
qualibet vltima voluntate. ¶Quantum verò ad legata ad
pias cauſas,ſecundum Gemi.in d.c.quanquam.& do. Ant.&
Pet.de Anch.& Lap.ſi vſurarius manifeſtus deceſsit pœni-
tens,quia in eo apparuerũt ſigna contritionis, licet non ca-
uerit,nec cõſequenter valuerit teſtamentum, valebunt ta-
men relicta ad pias cauſas.Et ita intellige & limita Bar.in l.
j.C.de ſacroſan.ecc.dicentem non valere etiã ad pias cauſas
ſcilicet ſi deceſsit impœnitens.& idem dicit Bar.de quocũq;
quem conſtaret in mortali deceſsiſſe.xxiij.q.v.placuit.Quã-
tum autem ad donationem cauſa mortis dicit Lap.Paulum
hic tenere quòd non valet ſi fiat in teſtamento vel codicil-
lo,quæ ſcilicet ſunt vltimæ voluntates:ſi verò fieret in actu
ſeparato ab ipſo teſtamento, ita quòd tranſiſſet in ſpeciem
contractus,forſitan valeret non ſeruata forma d.c.quanquã.
quod loquitur de vltima volũtate. nã & donatio cauſa mor-
tis in multis accedit cõtractui:vt l.ij.ff.de leg.j. in quo tamẽ
eſſet aduertendũ an eſſet facta de omnibus bonis vel maio-
ri parte:quia præſumeretur facta in fraudem dictæ cõſtitu-
tiõis.¶†Octauò quæritur,an teſtamentũ Iudæi vſurarij ma 8
nifeſti ſit nullũ ipſo iure ex diſpoſitione d.c.quanquã.Et di-
cit Fran.de Are.in conſ.clviij.quòd nõ:quia canon generali
ter loquens nõ videt cõprehendere Iudęos:licet poſſet papa
pro crimine eccleſiaſtico vel miſto pœnã ſpiritualem vel tẽ
poralem imponere infideli.quod tamen facere nõ videtur in
dubio faciendo conſtitutionem generalem: quia de his qui
ſunt foris,nihil ad nos,ſecundum Apoſtolum.¶†Nonò quæ 9
ritur,an in eo qui mutuauit ad vſuras,& tamen vſuras nõ re
cepit,habeat locũ pœna d.c.quanquam.Et dicit Gemi.ibi ꝙ
non,per tex.ibi dicentem de vſuris quas receperãt. ¶†Deci- 10
mò quæritur,quid ſi vſurarius iuſsit ſatisfieri, nõ tamen ca-
uit,ſed poſt mortem cauetur? Et dicit gl.in cle.eos. de ſepul.
ſufficere quo ad ſepulturã, ſed non quo ad validandũ teſta-
mentum.Vide in §.ſeq.¶†Vndecimò quæritur, quid ſi vſu- 11
rarius dedit procuratorem ſpecialem ad cauendum duratu-
rum poſt mortem,qui mortuo vſurario cauit? Et dico diſpu
tando determinatum ex hoc valere teſtamentum per gl. in
d.c.quanquam. tenentem quòd validetur teſtamentum ex
cautione poſtea præſtita per vſurarium,per hoc quia ibi dici
tur quòd teſtamenta vſurariorum aliter facta,id eſt,cautiõe
non præſtita,non valeant.Et idem Ant.de Bu.Sed opponitur
primò de dicta gloſ.quia videtur quòd oporteat cautionem
præſtari ante conditum teſtamentum. Sed poteſt dici hoc
procedere in eo qui non ſpecificè caueri mandauit:quia quã
do ſpecialiter mandatur,quando cauetur retro fingitur vſu-
rarium cauiſſe tempore quo mandauit: & mandatum durat
poſt mortem:quia confertur poſt mortem.ff.manda.l.ſi ve-
rò.Secundò opponitur,quia videtur teſtamentum eſſe irri-
tum ipſo iure cautione non præſtita d.cap.quanquam.Vnde
cum tempore obitus teſtamentum fuerit inualidum, non
conualeſcit:aliàs poſſet diu pendere an teſtamentum valeat,
ſi diu ſtaretur ad cauendum.Sed tenendo gl.in d.c.quanquã.
dicendum eſt teſtamentum valere,vt ſit æquitas: quia dici
poſſet quòd vſurarius volens cauere in forma d.c. quanquã.
non potuit:quia non habuit cui.& abſonum eſſet non eſſe re
medium.Et hoc videtur verum, quia ſatisfit menti illius c.
quæ eſt vt reſtituantur vſuræ. ¶Sed pro notitia dictorum
in his duobus §.& ſ.§.vj.ſciendum eſt quòd Bartol.in l.filio
præterito.ff.de iniuſt.rup.& irri.teſt.dicit quòd Ioan.Andr.
cùm gloſſaret textum,dixit quòd per cautionem poſtea prę
ſtitam teſtamentum conualeſcit:poſtea videns ſuam opinio
nem reprobari à multis per l.j.§.ſi filius.de leg.iij. & per l.ſi

filius.ff.de teſta,vbi non conualeſcit teſtamentum impube-
ris adueniente pubertate,vel ſi erat ſeruus & efficitur liber:
vel ſi erat captus ab hoſtibus,& reuertitur:quando gloſſauit
Clementinas in cle.j.de ſepul.dicit quòd teſtamentum con
ualeſcit quo ad ſepulturam.& ita intellexit dictum ſuum in
d.c.quanquam.Dominus autem Nic.de Mata.antequam fie
rent iſtæ gloſ.diſputauit hanc quæſtionem,& determinauit
quòd teſtamentum conualeſcit.Et vt contraria tollantur,di
xit ſic:Quandoq; ab initio non valet teſtamentum,quia te-
ſtator eſt inteſtabilis:& tunc ex poſt facto non conualeſcit,
vt d.§.ſi filius.Quandoq; verò non valet propter defectum
hæredis:&tunc idem.Quandoq; ratione ſolennitatis:&tunc
ſimiliter idem:quia vno contextu debent adhiberi ſolenni-
tates.C.de teſta.l.cùm antiquitas.Quandoque verò deficit,
non propter prędicta,ſed propter creditores qui fraudantur.
Ad propoſitum d.c.quanquam.non facit vſurarium inteſta-
bilem,ſed prohibet perſonas intereſſe tali teſtamento,dum
dicit,nullus teſtis vſurariorum,&c.Proteſtatio etiam cautio
nis non eſt de ſolennitate teſtamenti.quod patet,quia præ-
ſtari poteſt ante teſtamentum per plures dies:vt d.c.quan-
quam.Igitur confirmatur teſtamentum cautione poſtea prę
ſtita:quod poſtea Io.And.reperitur poſuiſſe in nouel.in d.c.
quanquam.Hæc Bar.Veruntamen ego dico quòd Io.Andr.
in d.clem.j.non limitauit plus dictum ſuum:quia in c.quan-
quam.dixit conualeſcere teſtamentum ex cautione præſti-
ta poſtea,ſed tamen ante mortem:ita quòd in eadem volun
tate eſſe poterat vſurarius.in cle.verò dixit non conualeſce
re ex præſtita poſt mortem ſine procuratore dato ſpeciali-
ter ad hoc ante mortem:in nouel.verò dixit conualeſcere,
ſi datus ſit procurator.&iſta tria tene.Vnde ſi poſt teſtamen
tum vſurarius ſolùm iuſsit hæredes reſtituere,& illi poſt
mortem eius cauent,nihil valet niſi ad ſepulturam,ſecun-
12 dum Archi.& idem ſentit Io.And.in nouel.¶†Duodecimò
quæritur,quid ſi primò fecit teſtamentum,poſtea fit publi-
cus vſurarius?Et dicit Pau.quòd infirmatur teſtamentum ex
ſequenti delicto.alleg.Inſti.quibus mod.teſta.infir.in princ.
&§.hoc autem.& l.furioſum.C.qui teſta.fac.non pol.& In-
ſti.eo.tit.§.item furioſi.qui loquitur in furioſo,quo fingitur
mortuus,&in eadem voluntate manere.ad quod de bap.ma
13 iores.¶†Decimotertiò quæritur,quid ſi vſurarius manife-
ſtus præſtita ſolenniter cautione condidit teſtamentum:po-
ſtea verò continuauit vitium vſurarum,ſed non manifeſtè:&
ſic deceſsit nulla alia facta cautione?Et dico quòd Fede.de-
terminauit non valere teſtamentum.Sed domin.Io.de Fan.
aliàs diſputans contrarium determinauit:& Laur.dicit ſevi-
diſſe conſilia plurima concludentia cum Pau.& credit hoc
verius.imò dico quòd in foro contentioſo res non eſt dubia.
¶†Decimoquartò quæritur,quid de eo qui cauere voluit,
14 ſed morte præuentus ante horam ſperatam non potuit?Et
dico quòd Bal.de æquitate Canonica putat teſtamentum va
lere.&idem Ang.de Per.Sed contrarium videtur tenere gl.
in d.c.quanquam.qui etiam vult quòd priuetur ſepultura in
pœnam.& eſt verum de rigore iuris.¶†Decimoquintò quæ
15 ritur,quid ſi fęnerator occultus non eſt confeſſus,nec cauit,
& ſepultus eſt in cœmeterio,& poſtea patet quòd erat vſu-
rarius?Et dicit Gem.quòd ſi non fuit confeſſus,& non appa-
ruerunt alia ſigna contritionis,exhumari debet ſi diſcerni
poſſunt oſſa eius:ſi verò eſt confeſſus,& ſigna contritionis
in eo apparuerunt,non exhumabitur,per cap.à nobis.el ij.de
ſent.excom.& hæredes ſatisfacere compellentur.Et ſi in ter
minis huius quæſtionis creditores veniant ante ſepulturam:
ſed hæredes vſurarij negent eum debere,ſecundum Gemi.
& Gul.niſi probatio ſit prompta:nihilo minus ſepelietur,&
lis poſt ſepulturam procedet:aliàs facilè eſſet cuilibet im-
pedire alicuius ſepulturam,& eum vituperare.¶†Decimo- 16
ſextò quæritur,vtrum audiri debeat is,cui reſtituendæ ſunt
vſuræ ſi compareat poſt terminū edicti?Et dicit Gemin.ſe-
cundum Lap.quòd non ſi ſciuit,& non comparuit in termi-
no:ſecus ſi ignorauit.& idem puto ſi fuit legitimè impedi-
tus.¶†Decimoſeptimò quæritur,an teneatur reſtituere ſa- 17
cerdos vel alius qui accepit talem cautionem ab vſurario
manifeſto,& eam poſtea prece vel pretio relaxauit?Et dico
quòd ſic,ſi erat eius ſuperior,ita ſcilicet quòd ſuper eum vel
hæredes habebat poteſtatem coactionis:quia præſtat cau-
ſam efficacem ad non reſtituendum:& ex officio tenebatur
cogere:aliàs non tenetur:quia par in parem non habet im-
perium.de electio.innotuit.¶†Decimooctauò quæritur,v- 18
trum confeſſor recipiens vſurarium publicum & confeſsio-
nem eius,& eum abſoluens contra formam dicti cap.quan-
quam.teneatur ad reſtitutionem?Et dico quòd ſic,ſi vſura-
rius aliter cauiſſet aut ſatisfeciſſet ad confuſionem euitan-
dam,& huiuſmodi:qui præſtat cauſam efficacem non re-
ſtituendi.Secus ſi nullo modo feciſſet.Et idem dico de ſe-
pelientibus contra formam d.cap.quanquam.quia tenentur
ſi hæredes ſatisfeciſſent,aut cauiſſent,ſi non fuiſſet ſepul-
tus,aliàs non.Et dicit Gemi.quòd etiam ſi non ſepeliunt,ſed
fingunt,tamen incurrunt dictas pœnas:quia hæc ſimulatio
eſt in deluſum illius conſtitutionis.In articulo tamen extre
mæ neceſsitatis ſi cautionem facere non poſſet,abſolui poſ
ſet.de pœnitentia.diſtinc.vij.cap.ſi quis.& idem ſi vſurarius
non eſſet ſoluendo,nec inueniret cautionem,tamen cum iu
ramento.de quo ſuprà,§.v.& ad euitandum ſcandalum,bo-
num eſſet hoc fieri de licentia epiſcopi.¶†Decimononò 19
quæritur,quid ſi vſurarius manifeſtus impetret à papa quòd
poſsit liberè teſtari facta mentione quòd ſit vſurarius ma-
nifeſtus?Et dicit Bal.in l.ſi quando.C.de inoffi.teſtam.quòd
teſtari non poterit non ſeruata forma d.c.quanquam.per il-
lum tex.quia non eſt veriſimile quòd papa voluerit tollere
totalem diſpoſitionem iuris communis.& idem Lau.Sed mi
hi videtur contrarium:quia aliàs ille nihil petiuiſſet,& papa
nihil conceſsiſſet.¶†Vigeſimò quæritur,quid de notarijs
qui conficiunt teſtamenta vſurariorum manifeſtorum con- 20
tra formam prædictam?Et dico quòd non tenentur ad reſti
tutionem,licet peccent mortaliter,ſecundum Lau.quia non
præſtant cauſam efficacem ad non reſtituendum,cùm illa
teſtamenta ſint ipſo iure nulla.Et idem de teſtibus.¶†Vice 21
ſimoprimò quæritur,an vſurarius manifeſtus poſsit eſſe te-
ſtis in teſtamento?Et dicit Bal.in l.j.C.de teſta.quòd non,ſe
cus ſi eſt occultus:quia vitium teſtis occultum non vitiat te
ſtamentum.¶†Viceſimoſecundò quæritur,quid de dominis
& communitatibus concedentibus Iudæis vt fœnerentur,& 22
locantibus eis domos,& facientibus conuentiones ſuper vſu-
ris exercendis & ſoluendis per mutuum capientes?Et dico
quòd Barba.& Pau.de Caſtr.conſi.ccclxvj.& Pet.de Ancha.
conſil.ccxxx.& dom.Alexand.de Imol.& quidam alij conati
ſunt tenere quòd licitè hoc poſſunt cum licentia ordinarij:
tum quia cedit ad bonum commune:tum quia eſt conſuetu
do,de cuius initio memoria non extat tolerata per ſummum
pontificem etiam in terris eccleſiæ:tum quia hoc non eſt
nutritiuum peccatorum ex parte Chriſtianorum.de vſur.ſ.
eo.Ex parte verò Iudæorum nihil nobis de his qui foris ſunt.
Vnde ſuperuacuæ rei videtur dare operam,qui arcere niti-
tur Iudæos à peccato.diſt.xlv.qui ſyncera.Hæc ſunt eorum
motiua.Sed dico quòd malè conſuluerunt,& quòd peccant
mortaliter iſti,& ſunt excommunicati,& tenentur ad reſtitu
tionem omnium vſurarum ex tali cōuentione ſolutarum in
ſubſi-



ſubſidium,ſi Iudæi non ſoluerint.& arguo ſic.Nam ſtatuen-
tes vel præſumētes iudicare quòd vſuræ ſoluantur,ſunt ex-
communicati.cle.j.de vſur.& conſequenter peccat mortali-
ter:& conſequenter tenentur reſtituere:quia dant cauſam
efficacem non reſtituendi.Sed iſti ſtatuunt vſuras ſolui:quia
talia pacta vel decreta facta ab his qui habent poteſtatem
condendi leges vel ſtatuta,dicuntur leges vel ſtatuta:vt in l.
pen.§.ille.ff.de donat.inter virū & vxo.& in l.Cæſar.ff.de pu
blic.& vtrobiq; per Bart.per eundem Bart.in l.iiij.§.actor.
ff.de re iud.Et ratio,quia facientes talia pacta,nedum inten-
dunt ſe obligare,imò principaliter volunt obligare omnes
de ciuitate & diſtrictu,etiam eos qui non aſſenſerunt:& cō-
ſequenter ſunt ſtatuta,cùm ex pactis meris non obligentur
niſi conſentientes,vt in l.j.ff.de pact.Vnde & ſecūdum Lau.
& Ioan.de Imo.& Card.& glo.in d.cle.j.ipſa cle.habet locū
etiā in decretis factis cum Iudæis.Ergo vera eſt noſtra con-
cluſio & ſic conſuluit dominus Alex.de Neuo.Vicentinus,
& multi doct.clariores prædictis in ſcientia & conſcientia.
¶Adde quòd in cap.poſt miſerabilem.de vſur.præcipitur do
minus vt compellant Iudęos vſuras reſtituere:& conſequen
ter à fortiori vt cōpellant eos non exigere.¶Adde ſecundò
ſecundum Gemin.in cap.j.de vſur.lib.vj.pœnæ eiuſdem cap.
contra locantes domos vſurarij alienigenis ligant locantes
domos Iudæis.¶Adde tertiò quòd ſecundum Laur.& Pan.
in dicta cle.j.ſi prædicti prohiberent ne maiores vſuras Iu-
dæi exigerent,dum tamen non conſentiant de minoribus,
non incurrerent ſententiam excommunicationis.¶Motiua
autem prædictorum ſunt nulla.Nam epiſcopus diſpenſare
non poteſt contra ius commune editum per concilium,niſi
ex cauſa neceſſaria,& veriſimiliter nō pręcogitata,per illud
quod not.Bal.in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iur.vt ſuprà Diſ
penſatio.§.ix.Nec illa conſuetudo eſt conſuetudo,ſed cor-
ruptela continens in ſe peccatum.xxxij.q.vij.flagitia.Nec
tolerantia papæ facit quòd liceat quod in ſe malum eſt,puta
fœnerari,aut vſuras exigere:quia agentes & conſentientes
digni ſunt morte.Roma.j.Nihil etiam ad nos de his qui fo-
ris ſunt,niſi ſi lędunt Chriſtianos,vel eis iniuriantur:quia ſic
pertinet ad eccleſiam:vt not.Inno.& doct.in cap.ſuper his.
de voto.& Hoſtien.& Ioan.And.& communiter alij in cap.
gaudemus.de diuor.dicunt quòd infideles delinquentes con
tra legem naturæ vel ius diuinum,puniri poſſunt à iudice
eccleſiaſtico.& ita in propoſito eſt:vnde eccleſia ſe impedit
in cap.poſt miſerabilem.Illud igitur verbum,nihil ad nos,ſe
cundum Gloſ.in cap.Iudæi.de Iudæ.intelligitur propriè,vt
ſcilicet eis pœnam ſpiritualem infligamus,vel vt faciamus
eis canones,aut Chriſtianam conuerſationem imponamus
inuitis.diſtinctione quadrageſimaquinta.capitul.de Iudæis.
Nec valet quòd Chriſtiani efficientur vſurarij quod erit ma
ius malum:quia licet cæteris paribus grauius peccent Chri-
ſtiani eodem genere peccati quàm Iudęi,tamen aliquo re-
ſpectu hic grauius peccant Iudæi,& ſunt in maius nocumen
tum Chriſtianitatis:tum quia Chriſtianos ſpoliant non ſo-
lùm ex auaritia:ſed etiam ex odio,& lucrum ſæpe deferunt
ad partes infidelium,& nunquā reſtituunt.Quædam etiam
de materia dicti cap.quanquam.ſpectantia merè ad forum
cauſarum,recitat Arch.ij.parte.titu.j.in cap.x.in fi.¶Ex his
etiam & multis dictis ſuprà elice quòd non licet locare do-
mum alicui principaliter ad hoc conducenti,vt ibi exerceat
vſuras:ſicut nec locare gladium furioſo:quia niſi eſſet de ſe
mortale,iura non appoſuiſſent excommunicationem quo
ad vſurarios publicos aduenas.

¶Vsvs clauiū declaratur ſ.in verbo,Claues.per totum.

¶Vsvs rationis,ſuprà Baptiſmus quartò.§.octauo.

## De Vſu & Vſufructu.

1 *Vſus quod ſit ius.*
2 *Vſusfructus quomodo conſtituatur,& in quibus rebus.*
3 *Vſufructuarius quam cautionem præſtare teneatur.*
4 *Vſufructuarius quam cautionem præſtet.*
5 *Cautio an ſit de ſubſtantia vſusfructus.*
6 *Vſufructuarius non præſtita cautione recipiens fructus an teneatur eos reſtituere.*
7 *Vſufructuarius ſi non poteſt præſtare cautionem quid iuris.*
8 *Teſtator an remittere poſsit ne cautio præſtetur vſufructuario.*
9 *Vſufructuarius ad quas impenſas teneatur.*
10 *Laudare ſeu recipere laudemium an ſit proprietarij vel vſufructuarij.*
11 *Vſusfructus quomodo amittatur.*
12 *Vſufructu legato an grauetur hæres in legitima.*
13 *Vſufructuariam ſi teſtator ita relinquat vxorem ne ab hærede moleſtetur ſub pœna perdendi hæreditatem,qualiter hoc intelligatur.*
14 *Vſusfructus an intelligatur,ſi teſtator dicat,relinquo Titio fundum ad vſufructuandum.*
15 *Legato habitationis vel vſusfructus non derogatur per legatum proprietatis.*

Vsvs eſt ius vtendi rebus alienis ſalua rerum ſubſtan
tia,ſecundum Azo.in Summa.& gloſ.in l.j.ff.de vſu
& hab.Ex qua diffinitione infert gloſ.ibi,quòd vſus
propriè cōſiſtere nō poteſt in rebus quę ſolo vſu cōſumūtur
¶Vſuarius autem eſt,cui re tantùm ad vſum quotidianum
vti licet.Inſtit.de vſu & hab.§.j.Vnde vſuarius poteſt ſume-
re nō ſolùm quantū ſibi expedit:ſed etiā ſibi & familiæ ſuæ.
l.plenū.in fin.ff.de vſu & habit.¶Vſusfructus autem eſt ius
alienis rebus vtendi & fruēdi ſalua rerū ſubſtātia:quia eſt ius
in corpore:quo ſublato,& ipſum tolli neceſſe eſt.ff.de vſufru
ctu.l.j.& Inſtit.eod.tit.in princ.& eſt ſolùm propriè in rebus
quæ vſu non conſumuntur.ff.eod.l.omnium.¶A quo vſu-
fructu dicitur vſufructuarius,qui ab emphyteuta differt:qa
ille habet vtile dominiū,iſte autem ſolùm ius vtēdi,& fruē-
di.Ab vſuario verò differt:quia is cui datur nudus fundi vſus,
nihil habet vlterius in eo,niſi vt oleribus,fœno,pomis,& hu
iuſmodi,vtatur ad vſum quotidianum,nihil alij venditurus
aut daturus,& in eo moretur:ſic tamē vt domino fundi mo-
leſtus nō ſit,neque his per quos opera ruſtica fiunt nec pōt
ius quod habet,alij vendere aut locare,aut gratis concede-
re:ſed vſufructuarius ſic.Inſtit.de vſu & habit.§.j.
¶†Primò autem quęritur,quid iura tradiderint de vſu & 1
vſuario?Et dico multa.¶Primum.Si marito relictus ſit vſus
domus,habitare poterit in ea etiā vxor,parentes,filij,ſerui,
& liberti,& hoſpites recipi,etiam ſi penſionem habeat vnà
cum hoſpite,& nō ſeparatim domum inhabitet.Et idem dic
in muliere,etiam ſi vidua erat,& poſtea nupſit.ff.de vſu &
habit.l.cui vſus.& l.cæterum.& l.nō ſolùm.¶Secundum.Si
habitatio domus conceſſa eſt:non ſolùm ipſe poteſt habita-
re cum prædictis,ſed etiam poteſt alteri locare,etiā ſepara-
tim à ſe.& ſic habitatio eſt ius diſtinctū ab vſu & vſufructu:
& qui habet habitationem,nō habet vſumfructū,nec vſum.
Inſtitut.de vſu & habitatio.§.& ſi cui.¶Tertium.Si pecoris
vſus ſit relictus alicui,neq; lana,neque lacte,neque agnis
vti poterit:ſed ad ſtercorizandum & modico lacte vti pote-
rit.ff.de vſu & habitat.l.plenum.§.ſed & ſi pecoris.¶Quar-
tum.Is cui legatur vſus ſyluæ poteſt incidere & vendere,ſi-
cut & vſufructuarius:quia aliàs nihil habiturus eſſet ex lega
to.ff.de vſu & habitatione.l.diuus.& ibi gloſ.& Inſtitut.de

vſu & ha.in princ.& ita indiſtinctè tenet Sum. Ang.Sed me-
lius Sum.Rol.cum Ang.de Are.limitat hoc verum, quando
ſylua diſtaret,& vectura lignorum plus valeret quàm ſibi li
gna neceſſaria:quia tunc in recompenſationem vecturæ de
lignis poſſet vendere quantum attingit vectura lignorũ ſibi
neceſſariorũ,& non plus : quia vſuarius tantum debet habe
re,quantum ſua neceſſitas expoſcit,& non plus.Et hac ratio
ne idem dici poteſt de frumento & vino quando diſtarent,
ar.l.adigere.§.quanuis.ff.de iure patro.Hæc ex Ang.& ratio
nabiliter.Ex quibus dic etiã vt parti.ſeq.¶Quintum.Si mihi
legatus eſt vſus vnius bouis,ſi aliũ cõmodè non habeo , iun-
gere poſſum cum bouevicini mei,vt alternis diebusvtamur,
aliter nullam commoditatem vſuarius haberet.ar.gl.allega
tæ Inſti.de vſu & hab.& in d.l.diuus. Vide etiã ĩ.§.viij.parti.
iij. ¶Sextum. Si autem legatus eſt mihi vſus magni palatij,
& elegi pro meo vſu certam partẽ eius,nõ poſſum de cæte-
ro variare,& aliã habere.l.diuus.§.licet.ff.de vſu & hab.Hęc
2 Ludo.¶†Secundò quæritur, circa vſumfructum , quomodo
cõſtituatur?Et dico quòd pactionibus,ſtipulationibus,& fa-
miliæ erciſcundæ compoſitione & cõſenſu:itẽ in teſtamen-
to legando:vt ff.de vſufru.l.omnium.& l.vſusfructus pluri-
bus.Item ſi quis legat habitationem in domo ſua , perinde
eſt ac ſi legaret vſumfructũ habitatiõis:vt eſt caſus in l.cum
antiquitas.C.de vſufruct.& ideo poteſt locare vt ibi,& cõmo
3 dare.l.j.§.inter cõmodatum.ff.cõmodati. ¶†Tertiò quæri-
tur,in quibus rebus conſtituatur vſusfructus?Et dico quòd in
omnibus quæ vſu non cõſumuntur propriè,vt d.l. omnium.
ff.eod.In rebus verò quæ vſu cõſumuntur,nõ cõſtituitur ꝓ
priè,ſed vtilitatis cauſa receptum eſt, vt etiã in his conſtitua
tur.Ergo conſtituitur in pecunia,vino, grano,& huiuſmodi:
Inſtitut.eod.§.conſtituitur.Eſt autem not.ꝙ illud quod non
renaſcitur,nõ dicitur in vſufructu.l.diuortium.§ .ſi fundũ.&
§.ſi vir in fundo.ff.ſol.matri.Vnde lapis,qui non renaſcitur,
non eſt in vſufructu,& creta,& huiuſmodi: vnde talia vſufru
ctu legato non veniunt.Arbores autẽ cæduę,vt ſalices,& hu
iuſmodi,ſunt in vſufructu,ſed fructiferæ pro vſufructu cædi
4 non poſſunt. ¶†Quartò quæritur,ad quid teneatur vſufru-
ctuarius quantũ ad cautionem? Et dico ꝙ tenetur præſtare
cautionem quòd rebus,quæ vſu non cõſumũtur,arbitrio bo
ni viri vtetur ſalua eorum ſubſtantia,ſicut quilibet vir bonus
vtitur & fruitur re propria:in rebus verò,quæ vſu cõſumun-
tur,debet præſtare cautionem de his exhibendis in ea æqua
litate:vel ſi vult cõſumare quòd pręſtabit æſtimationem il-
lorum bonorum.de pigno.cap.vlt.in glo.& ff.de vſufruc.ea.
re.quæ vſu conſ.l.j.ij. & iij.& dicto §.conſtituitur.& debent
æſtimari,cùm ſibi traduntur:vt l.j.C. de vſu & hab.Addit ta
men Panor.in cap.cùm conſtet.de pigno.quòd in rebus,quę
vſu non conſumũtur,ſed minuuntur,vt ſunt ſegetes,cauebit
de reſtituendo quod ſupererit finito vſufructu.ff.vſufr.quẽ-
admo.caue.l.j.vbi eſt caſus.& facit l.j.ff.de vſufru. ea.re.,vbi
illa duo ponuntur vt diuerſa,ſcilicet quæ vſu conſumuntur:
& conſequenter iura quæ volunt æſtimationẽ præſtari, lo-
quuntur in his quę vſu conſumũtur:vt in l.ſi tibi vini & olei.
ff.de vſufruct.ea.re.Vnde non debent extendi ad ea quæ vſu
minuũtur:quia eſſet pręiudicium vſufructuario.Et facit pro
hoc exemplum de re cõmodata quę vſu minuitur:vbi dam-
num pertinet ad dominũ, nõ ad cõmodatarium.l. eum qui.
5 ff.commodati.¶†Quintò quęritur, vtrum cautio ſit de ſub
ſtantia vſusfructus?Et dicit Gul.de Cug.vt refert Bald.in l.j.
C.eodem.& Iaco.de Butr.vt refert ibi Bart.& Salic.quòd nõ
reſpectu rerum,quæ vſu non conſumũtur:quia in multis ca-
ſibus conſiſtit vſusfructus ſine cautiõe:vt not.in dicta l.j.ſed
reſpectu rerum quæ vſu conſumuntur,eſt de ſubſtantia,vt l.
hoc ſenatus.§.j.ff.de vſufruct.earum rer.Ex quo infert Ang.
de Aret.quòd licet vſufructuarius vtatur vel fruatur fundo
vel domo teſtatoris nõdum pręſtita cautione, quòd propter
hoc non deſinit fructus facere ſuos.Secus in pecunia & veſti
bus & alijs mobilibus. Vide §.ſequenti. ¶†Sextò quęritur, 6
vtrum vſufructuarius non pręſtans cautionem à principio,&
recipiens fructus teneatur eos reſtituere?Et dicit Panormit.
in cap.cùm conſtet.de pigno.doct. communiter diſtinguere
concordando gloſ.iuris ciuilis ſic. Nam ſi bona fide recipit,
puta quia non fuit exacta cautio nec malitioſè dilata,habet
locum gloſ.in l.vxori.la j.ff.de vſufruct.leg.quæ tenet quòd
reſtituere non tenetur.Siverò exactus non præſtitit cautio-
nem vel fuit in mala fide malitioſè non pręſtans,cùm ſciret
ſe obligatum,tenetur eos reſtituere tanquam indebitè per-
ceptos,quia nõ facit ſuos.& ſic intelligitur gloſ.in l. ſi cuius.
ff.de vſufruct.Et facit l.ſed & ſi.§.ſcire.ff.de peti. hęredi. vbi
errans in iure facit fructus ſuos: non autem malę fidei poſ-
ſeſſor.Latius autem diſtinguit Sali.poſt Old.Cyn.& Bald.in
l.j.C.eodem.Nam ſi quęritur de fructibus perceptis ab alio:
tunc eos non facit ſuos:ſed pręſtita cautione vel oblata,licet
non recepta,abſq; cauſa legitima, debet ei dari licẽtia vt eis
fruatur.dicta l.vxori.Si verò quęritur de perceptis à ſe,ſi cau
tio erat petita,non facit eos ſuos,vt eius mora nõ ſit ſine pœ
na.facit l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecundis nuptijs. Si ve
rò non fuit cautio,petita: tunc ſi percepit ſciente & patiente
proprietario,facit eos ſuos:& ille ſibi imputet quòd cautio-
nem nõ petijt,vt dicto §.his illud.qui loquitur in ſciente ſe
teneri ad cautionem præſtandam per verbum,diſsimulaue-
rat.& ibi eſt caſus ꝙ poſsidens non teneatur cautionẽ offer-
re.Siverò eos percepit proprietario ignorante:tunc ſi poſſeſ
ſionem habebat ſine vitio, eos facit ſuos propter bonã fidẽ.
arg.ff.quibus modis vſusfruc.amit.l.ſi vſufructuarius.Siverò
erat apud eum cum vitio:quia ſua authoritate iuit ad appre
hendendũ,non facit ſuos:quia licet titulum habuerit,tamen
non habuit bonam fidem nec iuſtam poſſeſsionem . Diſtin-
ctio tamen Panormit.eſt ſufficiens in conſcientia.
¶†Septimò quæritur,quid ſi nõ poteſt vſufructuarius præ- 7
ſtare cautionem?Et dico quòd Bal.in l.iiij.C.eodem.concor
dando opiniones concludit quòd ſi eſt clarum eum pręſtare
non poſſe fideiuſſorem:& tũc ſi eſt perſona ſuſpecta,res de-
bet ſequeſtrari,ſecũdum formam l.poſtquam.§. Imperator.
ff.vt leg.no.caue.coniuncta l.ſi fideiuſſor.§. fi. ff.qui ſatiſda.
co.Sed in hoc credo aduertẽdum an eſſet res mobilis,& quę
poſſet deuaſtari : & procedet iſta opinio : aliàs ſecus.Si verò
perſona nõ eſt ſuſpecta ſed fidelis,licet pauper,ſtabitur cau-
tioni.Concordat Panor.in cap.cùm conſtet.de pigno.
¶†Octauò quęritur,vtrum teſtator remittere poſsit ne cau 8
tio præſtetur?Et dicit Petr.in l.j.C.eodem.& in l.ſcire.C.vt
in po.lega.quòd ſic in rebus quę vſu conſumũtur,in alijs nõ:
quia daretur materia delinquendi : nec vti curaret ſicut vir
bonus.Quæ ratio ceſſat in alijs cùm ſolùm teneatur ad æſti
mationem. Sed limita niſi proprietas fuiſſet eidem vſufru-
ctuario legata vſq; ad certam diem,& vſusfructus purè:quia
hoc caſu cautio non eſt præſtanda:vt in l.ſi vſusfructus.§.pla
nè.ff.vſufruct.quemadmo.caue.
¶†Nonò quæritur , ad quid teneatur vſufructuarius quan- 9
tum ad ſolutionem ſiue exburſationẽ?Et dico multa.¶Pri-
mũ.An vſufructuarius teneatur ad impẽſas in re vſufructua
ria reficienda?dicit Lud.de Roma in ſing.& Ang. de Are.In
ſtit.de vſufr.§.finitur.quòd ſic,ſi impẽſa eſt parua:nõ autẽ ſi
eſt magna,ſed pertinet ad proprietarium : vt l.hactenus.ff.
eod.& l.eum ad quẽ.cũ ibi not.per Bal.& Sali.C.eo.nec de-
bet vſufructuarius primò expendere magnam impenſam,&
deinde



deinde repetere à proprietario:quia vſufructuarius habet cu
ram & ſolicitudinem rei ſolùm vt procurator in rem domi
ni,iuxta l.j.in fin.ff.vſufr.quemad.ca.qui procurator ad opus
faciendũ agere poteſt,vt detur ſibi pecunia ante opus factũ.
ff.mand.l.ſi verò nõ remunerandi.§.ſi.cum l.ſeq.Sed limita,
niſi eſſet legatus vſusfructus omniũ bonorũ: quia teneretur
ad omnes expẽſas,vel renũtiare.d.l.hactenus. de fide inſtru.
c.G.perpetuus.in gl.Quæ autẽ impẽſa dicatur magna,eſt in
iudicis arbitrio.¶Secũdum. Tenetur etiã vſufructuarius ad
collectas ſecundũ Lud. de Ro.vt l. quæro.ff.de vſufr.leg.&
l.apud Iulianũ.§.hæres.ff.de leg.j.& l.hactenus.ff.de vſufru.
Quod limita,niſi collecta tanta eſſet quòd æquiualeret fru
ctuũ perceptioni:quia ſolùm teneretur dominus.gl.eſt in l.
qui cõcubinã.§.qui ortos.ff.de leg.iij.quam ſequitur Dyn.&
Bart.in l.his verbis.§.itẽ teſtator.ff.de leg.iij.niſi eſſet lega-
tus vſusfructus omniũ bonorũ,vt de expenſis dictũ eſt. Vide
tamẽ Bar.in l.quęro.ff.de vſufr.leg.quo ad collectas & alias
pręſtationes,volentẽ quòd onera quæ debentur pro habẽdo
iure fructuũ percipiendorũ,nõ pertinẽt ad fructuariũ:illa ve
rò quæ habito iure imponũtur pro fructibus vel prędio,vel
perſonæ pro prædio,pertinẽt ad fructuariũ: vt in d.l.quæro.
& eſt iſta veriſsima ſol.Hæc ex illo.¶Tertium.Vtrum autẽ
idem ſit de vſuario: dicit Ludo.vbi ſuprà,quòd aut dominus
participat in rei commodo,cuius legatus eſt vſus , puta quia
domus eſt ampla:& tũc tenetur dominus tantũ aut nõ parti
cipat,ſed ſolus vſuarius:& ſic tenetur ad expẽſas.l.ſi domus.
ff.de vſu & habi.¶Quartum.Vſufructuarius omniũ bonorũ
ſecundum Direc. de mente Hoſt. tenetur ſoluere æs alienũ
de ipſis bonis : ſecus ſi certarũ rerum ſit ei relictus vſusfru-
ctus.ff.de vſufr.lega.l.ſi.& ibi Bart.Sed Pau.de Caſt.conſilio
ccclxv.dicit proprietariũ teneri principaliter ad vendendum
de bonis pro dicta ſolutione:& ſic vſufructuarius ſecũdariò
participabit in ſolutione,& percipiet minorẽ vſumfructum:
ſed nõ habebit totũ onus,vt Bart.putauit,& hoc eſt text.ex-
preſſus in l.fin.§.ſi autẽ æs alienũ.C.de bonis quæ lib . & eſt
verius:& ſic etiã tenet Matheſila.in ſuis ſingula.Et dicit fuiſ
ſe obſeruatum Bononiæ.¶Quintum.Onus autem legatorũ
an ſequatur vſufructuariũ omniũ bonorũ.Bart.in d.l.ſi.dicit
ꝙ non:& conſequẽter ſequitur proprietariũ. quod intellige
eo modo quo dictum eſt de ære alieno. ¶Sextũ.Si autẽ eſt
legatus vniuerſaliter vſusfructus gregis vel armẽti,ſi moria
tur,tenetur vſufructuarius reficere ex agnis gregum,ſubmit
tendo alia loco mortuorũ capitum. Secus ſi tantùm in ani-
malibus legetur vſusfructus:quia ſi moriãtur ſine ſua culpa:
reficere nõ tenetur.ff eod.l.vetus.Inſtit.de re.diui.§.ſed & ſi
gregis.Et ſimiliter dic quòd debet in vinearũ mortuarũ &
arborũ locũ alias inſtituere & colere:quia quaſi bonus pater
famil.debet vti:vt in d.§.ſed & ſi gregis.Sed tamẽ not.quòd
non extinguitur vſusfructus per mortẽ ciuilẽ,id eſt religio-
nis ingreſſum,ſecũdum Cyn.in l.pen.C.eo.per auth.ingreſ-
10 ſi.C.de ſacroſan.eccl.¶†Decimò quęritur,cuius ſit laudare
vel recipere laudemiũ?Et dico ſecundũ Pet.Heliã,quòd pro
prietarius laudat,& nõ vſufructuarius:ſicut dicimus quòd li-
cet pater habeat vſumfructum in bonis aduentitijs,tamen
filius qui hãc proprietatẽ habet laudare,debet laudare.&ita
11 hic.Vide ſuprà Emphyteuſis.§.xxxj.¶†Vndecimò quæritur,
quomodo amittitur vſusfructus?Et dico quòd quatuor mo-
dis.¶Primò per mortẽ vſufructuarij,de pig.c.fin.in gl.Et ſi
plures ſint vſufructuarij,& moriatur vnus,nõ tamẽ reuerti-
tur vſusfructus ad proprietariũ,ſed tranſit alteri vſufructua-
rio.ff.de vſufr.accreſ.per totum.ff.quib. mod.vſusfru. ami.l.
excepta.& ſolum redit ad proprietariũ ſi omnes moriantur:
Inſtit.eod.§.j.Quòd ſi relinquatur alicui donec filius pupil-
lus ad paupertatem venerit,& ille ante pubertatẽ moriatur
vſusfructus durabit vſq; ad ætatem completã.Sed ſi ſit reli-
ctus ſub certo tẽpore,puta donec talis furioſus reſipuerit, &
antequam reſipiſcat , moriatur,durabit toto tempore vitæ
vſufructuarij : quia potuit toto tempore vitæ eius in furia
perſeuerare: vt l.ambiguitatem.C.eo.Si autem relinquatur
filio exiſtenti in patris poteſtate, non extinguitur per mor-
tem eius.ſecundum Bart.in l.ex literis.C.de vſu & habi.quia
præſumitur legatus cõtemplatione patris: vnde remanebit
patri,qui pater,ſi præmoriatur,præſumetur cõtemplatione
filij legatus,& nõ extinguetur, ſed erit filij aduentitium.Et
ſi legatus fuerit vniuerſitati vel ciuitati,durabit ſpatio centũ
annorum.ff.eod.l.an vſusfructus.niſi in ciuitate aratrum in-
ducatur,ita quòd deſinat eſſe ciuitas vel vniuerſitas.ff.quibus
mod.vſusfru.amit.l.fin.¶Secũdò, per maximam & mediam
capitis diminutionem,non autem per minimam. Et quando
perditur iſto modo , ſi vſufructuarius erat filius,reuertitur
ad patrem:ſi ſeruus,ad dominum:ſi pater vel alius,tranſibit
ad filium aut hæredem eius,nõ ad proprietarium: vt in l.ſi.
C.eod.intellige quandiu viuet ille cui fuerat legatus. arg.d.
l.ambiguitatẽ.Eſt autẽ diminutio capitis maxima, cùm quis
ſimul & libertatem & ciuitatẽ amittit: quod accidit his qui
propter delictum ſuum efficiuntur ſerui pœnæ vel qui pro-
pter ingratitudinem in ſeruitutẽ redigũtur.Media eſt, cùm
ciuitas amittit,& libertas retinetur. quod accidit cùm aqua
& ignis interdicitur:vel quis in inſulam deportatur.Minima
eſt,cùm ciuitas & libertas retinetur , ſed ſtatus mutatur:qđ
accidit his qui ſui iuris erãt,& facti ſunt iuris alieni,vel econ
trario.Inſtit.de capi.diminu.Primæ duę ſunt mortes ciuiles.
ff.pro ſocio.l.ſi ſocietatem.tertia verò non:quia omnia iura
tranſeunt ad patrem,cui arrogatus ſe donat: Inſtit. de adop.
§.ſed hodie.C.de ſacroſan.eccl.authent. ingreſsi.de teſta.qa
ingredientibus.¶Tertiò amittitur,ſi res perierit in qua erat
vſusfructus:Inſtit.eod.§.finitur.ff.quib.mod.vſusfru. amit.l.
j.& per totum. & hoc ſi erat conſtitutus: quia quod non eſt,
amitti non poteſt:vt in gloſ.ibidem.Imò Ange.ex §.finitur.
Inſtit.eod.infert quòd habens vſumfructum vnam domun-
culam mutare non poteſt & facere domũ amplã: quia ſi mu
tat in nouam formã etiam melius, perdit vſumfructũ.& eſt
caſus in l.qui vſumfructũ areæ.vt in l.vſufructuarius.ff.eod.
imò ſi ædificiũ eſſet inchoatũ per defectũ,non poteſt vſufru
ctuarius,etiam ſi eo indigeret,perficere:aliàs perficiendo ca
dit à iure ſuo : vt eſt caſus in d. l. vſufructuarius.¶Quartò
amittitur per nõ vſum,nõ ſimpliciter,ſed eo modo quo etiã
dominium rei perditur,vt per præſcriptionem:vt ſ.Pręſcri-
ptio dictũ eſt:& not.in l.pen.C.eod.Vnde ſecundũ Dir.amit
titur ſpatio decem annorum inter pręſentes,& viginti inter
abſentes.C.eod.l.pen.ſufficit tamen quòd per alium vtatur.
ff.eod.l. arboribus. §.vſufructuarius. ¶†Duodecimò quęri- 12
tur,vtrũ ex vſufructu legato grauari debeat hęres in legiti-
ma?Et dico ꝙ nec quo ad proprietatẽ nec quo ad vſumfru-
ctum.C.de inoffi.teſt.l.qm̃.& auth.nouiſsima.& l.ſcimus.§.
cùm autẽ.Idem dic in Trebellianica quo ad aliũ hęredẽ vel
alios quibus legitima debetur:quia detrahẽt hęredes de tali
vſufructu legato,niſi ſit ipſe hæres,cui vſusfructus eſt lega-
tus:vt in l.vxori.la.j.ff.eo.l.omniũ.& l.ſi mihi & tibi.¶†Deci 13
motertiò quęritur,quid ſi teſtator reliquit vxorẽ ſuam vſu-
fructuariam, & vetuit eam moleſtari per hęredẽ ſub pœna
perdendi hęreditatem ,& non dixit cui applicetur? Et dico
multa. ¶Primũ.Si relicta ſit vſufructuaria omnium bono-
rum teſtatoris,debetur ei frumentũ quod erat teſtatoris, &
alia vſu conſumptibilia cum ſatiſdatione de reddẽda ęſtima
tione eorum.ff.de ęſti.ea.re.l.ſi tibi vini.& ſimiliter vti pote-

rit arnenſibus,& alijs mobilibus,quæ vſu non conſumuntur
cum ſatiſdatione,de qua ſuprà,§.viij.¶Secundum.Intelligi-
tur autem moleſtari ab hærede,ſecũdum Bal.in l.j.C.de his
quæ pœ.no.quãdo aliquid facit malo animo:quia quod ma-
lo animo nõ fit nullam pœnam meretur.Si autem iuris diſ-
poſitione eã moleſtaret,puta quia petit cautionẽ iure debi-
tam,nõ dicitur eam moleſtare.argu.l.quæro. §. inter loca-
torem.ff.locati.Secus ſi malo animo eam turbat coram iu-
dice vel quomodocũq;:vt l.vim facit.& ibi Bart.ff.de vi & vi
ar.¶Tertiũ.Si autẽ malo animo eam moleſtat,ſecũdũ Bart.
in §.hæres l.vxorẽ.de leg.iij.applicatur hęreditas ſubſtituto
vel cohæredi,non autẽ ipſi vxori.quod etiam ſequitur Bal.in
l.j.C.de leg.& Bar.in l.paterfa.teſtamẽto.ff.de hęre.inſtit.&
ibi Ang.Raph.& Imo.& ſi ſubſtitutũ vel cohęredẽ nõ habet,
applicatur venientibus ab inteſtato:vt not.Bart.in d.l.pater-
fa.alleg.auth.cui relictũ.C.de indictavi.tol.¶Quartũ.An au
tẽ hoc caſu quo hæres priuatur hæreditate iam quæſita,pri-
uetur ipſo iure:Bart.in d.l.paterfamiliâs.dicit quòd nõ: quia
ex quo ſemel fuit hęres,nõ põt deſinere : vt l.& ſi ſine.§.ſed
quod Papinianus.ff.de mino.& ſic valet in hoc, vt teneatur
dictã hæreditatẽ reſtituere per fideicõmiſſum,vt d.§.hæres.
Quod not.eſt:quia ſecundum Doct.detrahet quartã Trebel
lianicam.vt l.j.§.j.ff.ad Trebel.Et hoc ſequitur Inno.in d.l.
paterfa.& eſt verius.licet Bald.in d.l.j.C.de leg.teneat quòd
ſit priuatus ipſo iure.Hæc ex Ang.¶Quintum.Si autem re-
liquit eam dominam & vſufructuariã omniũ bonorũ ſuorũ
quandiu vitam vidualem duxerit:vide ſ.Legatum.j.§.v.Po-
terit tamen talis vxor laudare vel laudemium recipere : nec
per hoc videtur cõditio hæredis fieri deterior, ſicut nec ec-
cleſię ſi prælatus beneficia vacãtia cõferat,vel electos cõfir-
met,cùm talia retinere non poſsit ad manus ſuas. de inſtit.
c.fin.de offic.archipre.c.fi.& feuda antiqua cõcedat.de feu.c.
ij.¶Sextum.Sed tamen not.eſt ſecundum Bart.in l. Titia.§.
Titia.ff.de leg.ij.quòd cùm dicitur,relinquo vxorẽ meã do-
minam & vſufructuariam, vidẽtur cõtinere repugnantiam,
cùm non poſsit quis eſſe dominus & vſufructuarius : vt l.vti
frui.ff.ſi vſusfru.pet.tamen dicit quòd illud verbum,domina,
non importat dominiũ bonorũ, ſed præeminentiã quãdam
in domo,ſicut erat præeminẽs ante mortẽ viri:vt l. j.rerum
amo.& in l.j.§.ſi vir.ff.ad Sillan.& hoc tenet Spec.in tit. qui
fil.ſint legi.& colligitur ex cõmuni vſu lequẽdi: quia vxores
dicũtur dominę domus.l.Titia.ff.de annuis leg.& d.l.j.& d.
§.ſi vir.Quod etiam patet:quia teſtator alium hæredẽ facit.
Et ſic tene ſiue inſtituti ſint filij ſiue extranei. Dicit tamen
idem Bar.ꝙ illud verbum,vſufructuaria,fauore filiorum in-
terpretatum eſt cõſuetudine quòd ad ſola alimenta porrigi
gatur:vt not.gl.in.l.j.C.ſi ſecun.nup.mu. aliàs autẽ in extra-
neo de iure debet habere vſumfructum omnium bonorum
deducta Falcidia:vt l.vxori meæ. ff. de vſufruc. leg.& ff.de
vſufru.l.omniũ.Et ſimiliter ſi relinquat vſufructuaria vnius
fundi:quia ceſſat dicta cõſuetudo,& debet habere vſumfru-
ctũ.& ita ſentit Odofre.Si verò teſtator inſtituit ſimul filiũ
& extraneum,ſecundũ Bart.in d.§.Titia.quantum ad filium
illud verbum,vſufructuaria,importat alimenta tantùm:ſed
pro parte extranei habebit vſumfructum.¶Septimum.Si au
tem filius ſit inſtitutus & extraneus ſubſtitutus & vxor reli-
cta domina & vſufructuaria,& hæreditas deueniat ad ſubſti-
tutum,ſecundum Bar.vbi ſuprà,ſi loquamur in ſubſtitutiõe
vulgari,mulier debet habere vſumfructũ , cùm à ſubſtituto
cœperit habere vires:vt l.qui fundum.§.qui filium.ff.ad leg.
Falcid.& in perſona ſubſtituti,qui eſt extraneus,ceſſat inter
pretatio conſuetudinis.& videtur caſus in l.& ſi contra.ff. de
vulg.& pupil.ſed in ſubſtituto pupillariter ,ad quem hæredi
tas deuenit,dubium eſt quid debeat vxor iſta habere: tamen
videtur quòd alimẽta:quia filius fuit hæres patris:& ſic iam
legatum ex perſona filij cœpit vires habere:& conſequẽter
ſubſtitutus nõ põt teneri in plus quàm pupillus.d.§.qui filiũ.
Et idẽ videtur tenere Imol.in d.l.& ſi cõtra. ¶Octauum. Si
autẽ maritus in teſtamẽto omnino exprimeret ſe velle eam
habere vſumfructũ:vt dicẽdo,& quia illud verbũ,vſufructua
ria,habet dubitationẽ:declaro meæ volũtatis eſſe,vt habeat
nõ ſolũ alimẽta etiã extantibus filijs, ſed etiã vſumfructum
omniũ bonorũ meorũ:tũc deducto vſufructu legitimæ filio
rum habebit vſumfructum aliorũ bonorũ . pro quo videtur
text.in authen.de trien.& ſemiſ.§. prohibemus. & in l.vxori
meæ.ff.de vſufru.leg.& idẽ ſi dicat,relinquo vxori meæ verũ
& plenũ vſumfructum:ſicut hodie cauti notarij ſtipulantur.
¶Nonũ.Si autẽ dicat,relinquo vxorẽ meã vſufructuariã om
nium bonorũ extãtibus filijs: ſi filij præmoriantur , habebit
vſumfructum omniũ bonorũ : imò ſecundum Barth.Cepo.
eſt proprietaria.Ad quod allegat in l. ſicut in annos. ff.quib.
mod.vſusfr.amit.¶†Decimoquartò quęritur,quid ſi dicat te 14
ſtator,relinquo Titio fundũ ad vſufructuãdum?Et dicit Bar
thol.Cepo.in tracta.de ſeruitu.ꝙ relicta eſt ꝓprietas. Simi-
liter quãdo dicitur, relinquo fundũ ad gaudimentum. per l.
Proculus.ff.eod.& ibi do.Flor.qui hoc dicit verũ,ſi extranei
ſunt inſtituti:nõ autem ſi filij.& placet,licet alij illud velint
indiſtinctè.¶†Decimoquintò quæritur, vtrũ legans habita- 15
tionẽ ſeu vſumfructum habitationis domus ſuæ vxori,quod
idẽ eſt.l.cũ antiquitas.C.de vſu & habi.& in eodẽ teſtamen-
to legans dictã domũ alteri, ademerit vxori dictũ legatum?
Et dicit Bar.in l.Sempronio.ff.de vſufr.leg.quòd nõ,per tex.
illũ:vbi habetur quòd legato generali habitatiõis vel vſuſ-
fructus nõ derogatur per legatũ proprietatis.Et addit ꝙ in
legato habitationis cõcurrant ambo:vt l.ſi alij.ff.eo. qđ no-
tandum eſt:quia quotidie relinquuntur prædia pluribus: &
poſtea dicit teſtator vxori ſe legare vſumfructũ:quia in vſu-
fructu oẽs cõcurrũt.Hęc ex illo. & idẽ Lud.de Rom. dicens
per d.l.ſi alij.ꝙ ſi teſtator legauit vni fundũ, & alteri vſum-
fructũ fundi, intelligit legaſſe vnicuiq; ipſorũ dimidiũ vſuſ-
fructus dicti fundi:ſecus tñ dicit in iudicis ſententia:vt l.pu-
to.ff.famil.erciſ.quod verũ eſt, ſi aliud de mẽte non conſter.

## De Vxore.

1 *Vxor an ſit in poteſtate mariti.*
2 *Vxor an cedat lucro viri.*
3 *Maritus an habeat in vxorem poteſtatem ordinariam eam pu*
*niendi,verberandi,aut vinculandi.*
4 *Adulterantem vxorem an poſsit vir occidere.*
5 *Vxor an agere poſsit ad reſtitutionem dotis viuente viro.*
6 *Vxor habens virum prodigum an poſsit aliqua bona eo inui-*
*to abſcondere.*
7 *Vxor an poſsit de rebus viri ꝓuidere filijs primi matrimonij.*
8 *Vxor an teneatur virum ſequi quocunque ierit.*

VXOR in fauorabilibus dicitur ea mulier, quæ cõtraxit
per verba de præſenti , licet nondum conſummatum
ſit matrimoniũ: in odioſis verò eſt illa ſola quæ illud con-
ſummauit: vt in l.non ſine.C.de bonis quę lib.& not.Panor.
in c.tertio loco de præſump.Vide ſuprà ſponſalia.¶†Primò 1
verò quæritur,vtrũ vxor ſit in poteſtate mariti?Et dicit Bal.
de conſue. feu. tit.an maritus ſuc.vxo.in bonis.quòd nõ iure
Romano,niſi quo ad debitum carnis,& operandum:vt not.
gl.C.de cõdi.inſer.l.vxore.& not.Inſtit.ad Tertullia.§.j.in fi.
C.de ſer.fugit.l.fin.& adde quod not.Inſtit.de pa.pote.in gl.
ord. & eſt tex. in l.j.§.fi.de iniur.& ibi gl.& in l.is cuius ope.
§.fi.ff.de adulte.vnde erit ſub poteſtate patris.d.l.ſi vxorem.
& l.



& l.ſicut.ff.de oper.lib.Sed iure Lombardo erit ſub poteſta-
te viri:ſed apud nos vacat.Aliqui tamen tenent quòd de iu-
re canonico eſt ſub poteſtate viri,ar.c.mulieres.de ſent.exc.
2 Sed de his vide Pan.in c.literas.de reſti.ſpo.¶†Scđò quæri-
tur,vtrũ vxor cedat lucro viri?Et dicit Pan.vbi ſ.ꝙ ſic quãtũ
ad operãdũ.allegat l.ſicut patronus.ff.de oper.lib. & facit l.
ſed ſi vir.in prin.ff.de do.inter vi.& vxo.Sed quia hoc videtur
contra ea quæ dicta ſunt ſ.Eleemoſyna.§.v.ideo melius alij
diſtinguũt.Nã ſi operatur in bonis viri pro ſuo vſu,puta in la
na,vt ſibi faciat veſtimentũ :vel in lino,vt ſibi faciat lintea-
mina pro vſu,cedit lucro viri:quia nõ minus tale veſtimentũ
erit viri:quã ſi nihil operis in eo feciſſet : nec pretiũ laboris
poterit in hoc caſu petere à viro:& ſic loquitur d.l.ſed ſi vir.
& idem dic de re hæredis viri,apud quem alimentat.Si verò
operatur in rebus viri vt indę lucretur, vel in alijs locis qui-
buſcũq;:puta quia eſt textrix,vel filat,aut negotiat,& hmõi:
nõ cedit lucro viri,ſed acquirit ſibi:niſi in caſu qñ nõ habet
dotem ſufficientem ad alendũ ſe & cões liberos cum mari-
to,vbi maritus nõ habet alia bona ſufficientia : ſed ſi habet
dotem ſufficientem ad alendũ ſe & cões liberos, vel ſaltem
ſe,& maritus habet alia bona ſufficientia,nõ tenetur cedere
lucro mariti:ſed poteſt in eius bonis vel alijs laborare vt lu-
cretur.& hoc videtur ſequi Bar.& ſic limitare gl.in d.l.ſicut
patronus.in l.Caio.ff.de adimen.leg. & facit l.& ſi de pecu-
nia tua.C.de do.inter vir.& vxo.Et probatur etiã, quia vxor
nõ tenetur laborare pro viro,ſi habet ſufficientem dotem ꝓ
parte onerũ ſupportãda:vt patet ar.c.per veſtras.de do.inter
vi.& vxo.& in l.ſi cùm dote.ff.ſo.ma.& no.idem Pan.in c.li
teras.de reſti.ſpol. vbi determinat ꝙ nec etiã cauſatiuè põt
vir eã cõpellere ad laborandũ,ſcilicet ſubtrahendo alimen-
ta:vnde cõſequenter ſi poterit laborare : deductis tñ obſe-
quijs cõmunibus pertinentibus ad gubernationem domus.
Vñ ſcđm Io.Andr.tenetur ad omnia obſequia mariti: puta
cuſtodiendo res eius,parãdo comeſtionem, lauãdo pedes,&
caput,& ſimilia.Quod intellige niſi mulieris cõditioni & no
bilitati repugnent.Si tñ dotem ſic ſufficientem nõ habet,la
borare debet pro oneribus ſupportãdis:& ſi nõ vult, põt illi
vir denegare alimenta.& ſic tene.Nec obſtãt iura,quæ vidẽ
tur dicere ꝙ ſimpliciter cedat lucro viri:quia d.l.ſicut.quæ
dicit ꝙ debet eſſe in officio viri:debet intelligi ad debitum
reddendũ,& operandũ ꝓ gubernatiõe domus: & gl.ibidem
intelligenda eſt,dũ laborat in re viri pro vſu ſuo,ſiue domus
gubernatione:aliàs nõ habet veritatem , nec iure probatur.
Et ſimiliter c.hæc imago.&.c. mulierem . in quibus dicitur
quòd eſt penè famula viri, & de eius dñio : intelligitur non
ſimpliciter,ſed ſecundũ quid , inquantũ eſt ſub eius cura &
regimine,& quo ad debitum coniugale , & cõmunia obſe-
quia:aliàs non:quia nõ tranſit in viri poteſtatem, vt dictum
3 eſt.¶†Tertiò quæritur , vtrum maritus habeat in vxorem
poteſtatem ordinariam,eam puniendi,verberandi , aut vin-
culandi?Et dico multa.¶Primum.Secundum Pan.in capite,
cùm contingat.de fo.compe. maritus non habet in vxorem
poteſtatem ordinariam,ſcilicet puniendi: nec habet eam in
poteſtate,ſicut pater filium:vt in l.ſi vxor.C.de conditio.in-
ſer.¶Secundum . Poteſt tamen eam caſtigare & verberare
moderatè.ſecundum eum,& Doc.in c.quemadmodum . de
iureiu.quod Hoſt & Goſ.ibi limitant ex magna cauſa & ver
beratione leui:arg.in l præceptoris.ff.ad l.Aquil. de homic.
ad audientiam . ſine cauſa autem vel grauiter verberans vir
punitur ad dandum ei tertiam partem donationis propter
nuptias:vt in auth.vt lice . mat.& aui . §.ſi quis autem pro-
priam.& C.de repud.auth.ſed nouo iure . Nec obſtat l.con
ſenſu.C.de repud.verbera ingenuis aliena eſſe : quia debet
intelligi ſine cauſa,vel enormiter facta.¶Tertium.Sicut au
tem patet ex tex.cum gl.in c.placuit.xxxiij.q.ij . laicus vxo-
rem ſuam ligare non poteſt : ſecus de vxore clerici , quam
ipſe cuſtodire & ligare poteſt in domo ſua , præter necem,
ad ieiunia ſalutifera,nõ mortifera eã cogens . Et idem dico
in patre reſpectu filij, ſcilicet ꝙ nõ habet in eo poteſtatem
ordinariã,licet poſsit leuiter corrigere eius delicta,& etiam
tradere iudici.l.iij.C.de pat.pot.& in dño reſpectu mercena
riorũ,licet poſsit eos leuiter caſtigare.vij.q.j . ſicut alterius.
in gl.Et idem in dño reſpectu ſerui quem caſtigare & vincu
lare poteſt,nõ tamen in eũ ſæuire aut iudicialiter cognoſce
re.C.de cri.ſer.l.vnica.¶†Quartò quæritur,vtrũ vir occide- 4
re poſsit vxorem adulterantem?Et dico quòd lex ciuilis pœ
nã nõ imponit,ſi eã inuenit in actu adulterij.l.Gracchus.C.
de adul.xxxiij.q.ij.inter hæc.ſed lex diuina dicit,Nõ occides.
vide ſ.Lex.§.x.¶†Quintò quærit,vtrũ vxor poſsit agere ad 5
reſtitutionem dotis viuente marito?Et dico ſecundũ Pan.in
c.ex literis.de pig.ꝙ ſic,ſi vir exulat ꝓpter maleficiũ ſuũ,ma
ximè cùm peruenitur ad diſtractionem bonorũ , & vbi ma-
trimoniũ venit ſeparandũ quo ad thorum : vt in c.j.de dote
poſt diuor.re.vide ſ.Dos.§.xvj.¶†Sextò quæritur,vtrũ vxor 6
habens virũ prodigũ licitè poſsit aliqua bona eius eo inuito
abſcõdere?Et dico ꝙ ſic bona fide faciendo:nec tenetur obe
dire viro præcipienti in cõtrariũ.De quo ſ.Furtũ.§.x.¶†Se- 7
ptimò quæritur,vtrũ vxor poſsit de rebus viri ꝓuidere filijs
primi matrimonij ? Et dico quòd non , niſi eo modo quo
poteſt eleemoſynã facere.de quo ſ.Eleemoſynã.§.v.De re-
bus verò cõibus dicit Gul.ſimiliter quòd cõtra prohibitionẽ
mariti nihil poteſt eis dare,ſi illi nõ habent aliquã actionem
cõtra matrem.Si verò habent actionem cõtra matrem , vt
quia obligata erat eos alere cùm ſint impuberes , vel ambo
cõiuges poſsident bona eorum,vel ex alia iuſta cauſa:mari-
tus quidem tenetur eos alere:quia mater cùm ſuis oneribus
ad maritum tranſiuit,ſecundũ aliquorũ cõſuetudinem:quia
tamen maritus habet adminiſtrationem, vxor contra illius
prohibitionem non debet eos alere,niſi in extrema neceſsi-
tate:licet poſsit procurare quòd ad hoc maritus per iudicem
compellatur.Hæc ex illo.Vbi tamen non eſſet conſuetudo
quòd maritus habeat communium rerum adminiſtrationẽ
poſſet dare vxor ſicut maritus:cùm in re communi quilibet
habeat ius æquale.ff.pro ſocio.per totum.¶†Octauò quæri 8
tur,vtrum vxor teneatur virum ſequi quocunq; ierit?Et di-
co quantum colligitur ex no.in c.ſi quis neceſsitate. xxxiiij.
q.ij.ꝙ ſi vir trãsfert domiciliũ,tenetur eũ ſequi , niſi fuiſſet
pactũ ꝙ nõ transferret:quia ſic nõ tenetur,niſi poſt pactum
aliqua neceſsitas aduenerit,quæ impediret maritũ ibi mane
re,puta infirmitas vel capitalis inimicitia:quo caſu ſequi te-
netur pacto non obſtante.ar.c.vnaquaq;.xiij.q.ij.Si verò non
transfertur domicilium,ſic eum ſequi non tenetur , ſecun-
dum Hoſti.Similiter non tenetur ſi eſt vagabundus, ſecun-
dum glo.in d.c.vnaquaq;.niſi ſciens eum vagabundum cùm
eo contraxerit:quia ſic tenetur.Hoc tamen totum limitan-
dum eſt quando ex cauſa honeſta transfert domicilium, vel
eſt vagabundus.Secus ſi ex cauſa inhoneſta : vel ſi vellet eã
trahere ad peccatũ:vel immineret ſibi periculum vitæ:quia
ſic eum ſequi non teneretur:vt ſentit gl.in d.c.ſi quis. & fa-
cit l.quod niſi.ff.de ope.lib.quia cùm vagans ſic peccet, non
eſt illi conſentiendum in peccato. Vide in c.de illis.de ſpon.

ZELVS dupliciter ſumitur . Primò pro in-
tenſione amoris . Et ſic eſt amor intenſus
non patiens conſortium in re amata . j.ij.q.
xxviij.art.iiij.& iij.diſt.xxvj.q.j.art.j.& ſic in
ſe non ſonat peccatum mortale : eſt tamen
cauſa

cauſa frequenter mortalium peccatorum. Secundò pro quadam paſsione pertinente ad genus inuidiæ, ſecundum ſcilicet quod quis de bono alterius triſtitiā ſumit: nō quia diſpliceat ei bonū proximi, ſed quia dolet ſe nō habere quod proximus habet. de quo vide ſuprà, in verbo Inuidia. circa princ.

XYSTVS epiſcopus &c. Ad futurā rei memoriam. Et ĵ. Ex præmiſsis & alijs rationabilibus cauſis animum noſtrū mouentibus motu proprio, nō ad alicuius nobis ſuper hoc oblatę petitionis inſtantiā, ſed de noſtra mera voluntate & deliberatione authoritate apoſtolica tenore præſentiū ſtatuimus & ordinamus quòd de cætero prætextu facultatū huiuſmodi conceſſarū à nobis vel authoritate noſtra, & quas concedi quomodolibet cōtinget in poſterum verbo, literis, aut quauis alia ſcriptura, etiā cū clauſula, quòd ſola ſignatura ſufficiat, etiam in fauorem fidei & cruciatæ nullus cōfeſſorum eorundem quempiam cuiuſuis ſtatus, gradus, ordinis vel conditionis exiſtat, & quacunq; eccleſiaſtica etiā epiſcopali vel maiori aut mundana etiam regali & maiori dignitate præfulgeat, qui offenſæ eccleſiaſticæ libertatis, violatiōis interdicti ab eadem ſede impoſiti, ſeu hæreſis, poſtquàm fuerint de ea ſententialiter cōdemnati, delati, ſeu publicè diffamati, conſpirationis in perſonam aut ſtatū Romani pon. ſeu cuiuſuis offenſæ, inobedientiæ aut rebellionis eiuſdem pon. vel dictæ ſedis, mutilationis membrorū, vel occiſionis cuiuſcunq; in ſacris ordinibus cōſtituti, offenſæ perſonalis in epiſcopū ſeu aliū prælatū, inuaſiōis, deprædatiōis, occupatiōis, aut deuaſtationis terrarū Ro. eccle. mediatè vel immediatè ſubiectarū, ac etiā inuaſionis Romipetarū, ſeu quorūcunq; ad Romanam curiam venientium, prohibitionem deuolutionum cauſarum ad dictā curiam, delationis armorū & aliorū prohibitorum ad partes infidelium, impoſitionis nouorum onerum realium vel perſonalium eccleſijs vel eccleſiaſticis perſonis, ſimoniæ ſuper ordinibus vel beneficijs conſequendis in dicta curia vel extra eam contractę criminum quomodolibet reus foret. Et generaliter in caſibus contentis in literis, quæ cōſueuerūt in die cœnæ domini publicari prætextu huiuſmodi facultatum abſoluere, & per eos emiſſa peregrinationis vltramarinæ, & viſitatiōis liminū apoſtolorū Petri & Pauli, Iacobi in compoſtella & caſtitatis ac religiōis vota, niſi ſpeciali licentia & certa ſententia noſtra, de qua demū cōſtare cenſeatur, cū in ſignatura noſtra deſuper manu noſtra ſcriptū, aut in literis noſtris expreſſum fuerit nos ex certa ſcientia & de ſpeciali gratia id cōcedere cum derogatiōe præſentis cōſtitutionis, illius de verbo ad verbū inſerto tenore: nō autem per clauſulas importātes: vel in articulo mortis conſtitutū: & tunc in caſibus in quibus ſatisfactio fuerit impendenda, facta ſatisfactione, vel idonea pręſtita cautiōe cōmutare præſumant. Et ſi aliqui confeſſorum prædictorū contra præſentem conſtitutionem quenquam abſoluere, aut excepta vota prædicta cōmutare attentauerint, abſolutio & cōmutatio huiuſmodi nullius ſit roboris vel momenti. Et cōtra facientes eo ipſo excōicationis ſententiā incurrant: à qua niſi in mortis articulo cōſtituti ab aliquo quàm à Romano pontifice abſolui nō poſsint. Non obſtantibus literis & conſtitutionibus huiuſmodi ac ordinationibus, &c. Et ne aliquis de præſentibus ignorantiam valeat allegare, mandamus eas in cancellaria apoſtolica & audientia literarum contradictarū legi & publicari, ac inter extrauagātes alias apoſtolicas conſtitutiones in quaterno dictæ cancellariæ deſcribi, &c. Nulli ergo &c. Datū Romæ apud Sanctū Petrum anno incarnatiōis dominicæ Milleſimo ccccl xxix. tertio Calen. Ianuarij, pontificatus noſtri, anno nono.

PAVLVS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam. Ambitioſę cupiditati illorum pręcipuè qui diuinis & humanis affectati damnatione poſtpoſita immobilia & pretioſa mobilia Deo dicata, ex quibus eccleſia monaſteria, & pia loca tegūtur illuſtrātur q;, & eorū miniſtri ſibi alimoniā vendicāt, profanis vſibus applicare, aut cum maximo illorū ac diuini cultus detrimento exquiſitis medijs vſurpare præſumūt, occurrere cupientes, omniū rerū & bonorū eccleſiaſticorū alienationem, omneq; pactū per quod ipſorū dominiū, cōceſsionem, hypothecā, locationem, & cōductionem vltra trienniū, necnō infeudationem vel cōtractū emphyteuticū præterquā in caſibus à iure permiſsis, ac de rebus & bonis emphyteuſim ab antiquo cōcedi ſolitis, & tūc eccleſiarū euidenti vtilitate, ac de fructibus & bonis quæ ſeruādo ſeruari nō poſſunt pro inſtātis temporis exigētia hac perpetuò valitura cōſtitutiōe fieri de præſenti prohibemus, prædeceſſorū noſtrorū cōſtitutionibus, prohibitiōibus, & decretis alijs ſuper hoc editis, quæ tenore præſentiū innouamus, in ſuo nihilo minus robore permāſuris. Si quis autem cōtra huius noſtræ prohibitionis ſeriem de bonis & rebus eiuſdem quicquā alienare præſumpſerit, alienatio, hypotheca, cōceſsio, locatio, cōductio, & infeudatio huiuſmodi nullius omnino ſint roboris vel momenti: & tā qui alienat, quàm is, qui alienatas res & bona prædicta receperit, ſententiam excōicationis incurrat: alienāti verò bona eccleſiarū, monaſteriorū, locorūq; piorū quorūlibet incōſulto Romano pontifice, aut cōtra præſentis cōſtitutionis tenorem, ſi pōtificali vel abbatiali præfulgeat dignitatę ingreſſus eccleſię ſit penitus interdictus. Et ſi per ſex menſes immediatè ſequētes ſub interdicto huiuſmodi animo, quod abſit, perſeuerauerit indurato, lapſis menſibus eiuſdem regimine & adminiſtratiōe ſuæ eccleſiæ vel monaſterij, cui præſidet in ſpiritualibus & temporalibus ſit eo ipſo ſuſpenſus. Inferiores verò prælati, commendatarij, & aliarum eccleſiarum rectores, beneficia, vel adminiſtrationem quomodolibet obtinentes, prioratibus, prępoſituris, adminiſtrationibus, officijs, canonicatibus, præbendis, alijsq; eccleſiaſticis, cum cura, & ſine cura, ſecularibus & regularibus beneficijs, quorum res & bona alienarunt duntaxat, ipſo facto priuati exiſtant, illaq; abſq; declaratione aliqua vacare cenſeantur: poſsintq; per locorū ordinarios vel alios, ad quos eorum collatio pertinet, perſonis idoneis, illis exceptis, quæ propterea priuatæ fuerint, liberè de iure conferri, niſi aliàs diſpoſitioni apoſtolicæ ſedis ſint ſpecialiter aut generaliter reſeruata: nihilo minus alienatæ res & bona huiuſmodi ad eccleſias, monaſteria, & loca pia, ad quæ ante alienationem huiuſmodi pertinebant, liberè reuertantur. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ prohibitionis & innouationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum. Anno dominicæ incarnationis, Milleſimo quadringenteſimo ſexageſimooctauo, Calen. Martij, pontificatus noſtri, anno quarto.

¶EXPLICIT Summa Syluestrina, cui titulus eſt Summa Summarum, de caſibus conſcientiæ, à proprio originali excerpta.



# INDEX OMNIVM DICTIONVM, SEV TItulorum, qui in hac ſecunda Summæ SYLVESTRINAE parte tractantur.

IActantia. pag. 3
Ieiunium & abſtinentia. 3
Ignorantia. 9
Illegitimus filius pręcipuè quantū ad ꝓmotionē. 13
Imagines ſanctorum. 14
Immunitas ſeu libertas eccleſiæ primò in ſe, & quo ad loca, res, & perſonas. 15
Immunitas eccleſiæ ſecundò quantum ad eius violationem. 20
Immunitas eccleſiæ tertiò ſpecialiter quātum ad confugientes ad eccleſiam. 23
Impenſæ. 23
Impedimentum quo ad matrimoniū, vide in verbo, Matrimonium. vj. vij. viij. 25
Imperator, vide Papa. §. x. item Electio iij. §. iiij. & v. 25
Imperium. 25
Impoſsibile. 25
Impubes. 25
Inanis gloria, vbi Vana gloria. 25
Incantatio, vbi Sortilegium ſecundò. 25
Incarceratus, vbi Carcer. 25
Incendiarius & Incendium. 25
Incertorum reſtitutio declaratur infrà Reſtitutio. viij. per totum. 26
Inceſtus, vbi Luxuria. 26
Incorrigibilis. 26
Indefinita propoſitio. 26
Indicium. 26
Indignatio. 27
Induciæ. 27
Indulgentia. 28
Inepta lætitia. 34
Infamia. 34
Infidelitas & infidelis. 36
Infirmus. 37
Infrà. 37
Ingenuus. 37
Ingratitudo. 37
In integrum reſtitutio. 37
Iniuria. 38
Iniuſtitia. 39
Inobedientia. 39
Inofficioſum. 40
Inquilinus. 40
Inquietudo mentis. 40
Inquiſitio primò. 40
Inquiſitio ſecundò quo ad religioſos. 45
Inſcriptio ſeu Inſcribere. 46
Inſignia. 46
In ſtirpes ſuccedere. 47
Inſtitor. 47
Inſtitutio ſeu inſtituere. 47
Inſtrumentum infrà Tabellio. 47
Intentio. 47
Interdictum j. quid & quotuplex ſit. 47
Interdictum ij. quando & quos liget. 49
Interdictum tertiò à quo ponatur aut ſuſpendatur vel relaxetur. 51
Interdictū iiij. quando à iure ponatur. 54
Interdictum quintò quantum ad effectum, quid ſcilicet eo tempore liceat, & quid non liceat. 55
Interdictum ſextò quantum ad pœnas violantium illud. 60
Intereſſe. 62
Interloquutoria ſententia. 62
Interpretatio. 62
Inteſtatus. 63
Intruſus. 63
Inuentum. 64
Inuentarium. 65
Inueſtitura. 65
Inuidia. 66
Ira. 66
Ironia. 67
Irregularitas. 67
Irriſio vbi Deriſio. 72
Iudæi. 72
Iudex primò in ſe. 76
Iudex ſecundò quo ad eius officium, id eſt, iudicare. 83
Iudicium. 86
Iuratio & Iuramentum primò in ſe quid & quotuplex ſit. 87
Iuramentum ſecundò an & quando ſit licitum vel illicitum. 89
Iuramentum tertiò quomodo ſit intelligendum & interpretandum. 91
Iuramentum quartò quantum ad obligationem. 94
Iuramentum v. quo ad relaxationē. 102
Iuriſdictio. 105
Ius dictum. 105
Iuſiurandum. 105
Iuſpatronatus & patronus. 106
Iuſtitia. 111
LAicus. 111
Latria & omnis adoratio. 111
Latro publicus. 112
Laudemium. 112
Legatum primò in genere. 112
Legatum ſecundò à quo fieri poſsit aut factum eſſe intelligatur. 115
Legatum iij. quantū ad rem legatā quid ſcilicet poſsit, aut quia intelligatur legari. 118
Legatum quartò ad pias cauſas. 120
Legatus 122
Legitimus & legitimatio. 123
Legitima portio. 127
Leno. 131
Lepra & Leproſus. 131
Lex. 132
Libellus. 147
Liber, libera, & libero. 148
Libertus. 148
Lis. 148
Literæ. 151
Litigator. 151
Liuellarius. 151
Loca. 152
Locatio. 152
Ludus. 157
Luxuria in genere in ſpecie. 162
MAgiſter. 165
Maieſtas. 165
Maior. 165
Maioritas. 165
Maior pars. 166
Maledictio. 166
Malefactor. 166
Maleficium. 166
Malitia. 170
Mandatum. 170
Manifeſtum. 172
Manumiſsio. 172
Martyrium. 173
Maſculinum. 173
Mathematici. 174
Matrimonium primò in ſe. 174
Matrimonium ſecundò quomodo contrahatur quantū ad verba abſolutè. 176
Matrimonium tertiò quomodo contrahatur quantum ad verba ſub conditione vel modo & huiuſmodi. 181
Matrimonium quartò quomodo contrahatur quantum ad intentionem abſolutè vel conditionaliter. 184
Matrimonium quintò à quo & per quem contrahi poteſt. 187
Matrimonium ſextò quantum ad eius impedimenta in genere. 190
Matrimonium vij. quo ad impedimenta quæ impediūt tātū, & nō dirimūt. 192
Matrimonium octauò quo ad impedimenta quæ & impediunt & dirimūt. 196
Matrimonium nonò quo ad accuſationem ad diuortium ordinatam. 220
Matrimonium x. quādo aliquis vel aliqua petitur aut repetitᷓ tāquā cōiūx. 221
Maximè. 222
Medicus & infirmus. 222
Membrum. 225
Mendacium. 226
Mendicantes religioſi. 228
Menſa clericorum. 228
Menſis. 228
Menſura. 228
Mercator. 228
Meretrix. 228
Meritum. 228
Metus. 228
Miles. 230
Minor. 230

Miſerabiles perſonæ. 231
Miſſa j. quantum ad celebrationem. 231
Miſſa ſecundò quo ad auditionem. 238
Miſericordia. 239
Modica. 239
Mollities. 239
Monachus. 239
Monaſterium. 239
Monacha. 239
Moneta. 239
Monitio. 240
Monopolium. 240
Mora. 240
Mors. 240
Mortu articulus. 241
Mulier. 241
Multitudo. 241
Mimus. 241
Murmuratio. 241
Mutilare. 242
Mutus. 242
Mutuum. 242
NAufragium. 243
Nauta. 244
Neceſſitas. 244
Negligentia. 244
Negotiu, negotiator, & negotiatio. 244
Neophytus. 246
Necromantia. 246
Nominatio. 246
Nominatim. 246
Notarius. 246
Notorium. 246
Nouale. 248
Nouitius. 248
Noui operis nuntiatio. 248
Nubere. 248
Nuptiæ. 248
OBedientia. 249
Oblatio. 251
Oblatus. 251
Obligatio. 252
Obſes. 253
Occaſio. 253
Occultum. 254
Odium. 254
Odioſum. 254
Oeconomus. 254
Officium. 254
Oleum ſanctum. 254
Omiſſio. 254
Opinio. 254
Oratio. 256
Oratorium. 258
Ordinarius. 259
Ordo eccleſiaſticus j. in ſe abſolutè. 259
Ordo ſecundò quo ad collationem vel ſuſceptionem. 260
Ordo tertiò quo ad ordinatorem. 263
Ordo quartò quo ad ordinandos. 265
Ordo quintò quo ad iam ordinatum ſictè ſeu veré. 266
Ornatus virorum vel mulierum. 267
Otioſitas, vide Acedia. 271
PActum. 269
Palla. 272
Pallium. 272
Palmarium. 272
Papa. 272
Paraphernum. 277
Parentes. 278
Patricida. 278
Parochia. 278
Participatio. 278
Partus appellatione. 278
Pater. 278
Patientia. 278
Patria poteſtas. 279
Patriarcha. 279
Patronus vbi Ius patronatus. 279
Peccatum. 279
Peculium primò in ſe. 282
Peculium ſecundò quantum ad diuiſionem fratrum & ſociorum. 283
Pecunia. 289
Penſio, ſuprà Gabella. j. §. j. 289
Pedaneus iudex. 289
Pœna. 289
Pœnitentia. 295
Percuſſio. 296
Peregrinus. 296
Periurium. 297
Permiſſio. 398
Permutatio primò in genere. 399
Permutatio ſecundò quo ad beneficia, & res eccleſiaſticas. 399
Perplexitas, vbi dubium. 301
Perſonatus, vbi dignitas in prin. 301
Perſona miſerabilis, vbi Miſerabiles. 301
Pertinax. 301
Petitorium, & poſſeſſorium. 301
Pignus. 301
Pirata. 303
Piſcari. 303
Placere. 304
Pollicitatio. 394
Pollutio nocturna. 304
Populus. 304
Prioio. canonica. 304
Poſſeſſio. 304
Poſſeſſor. 305
Poſſibile. 305
Poſtliminium. 305
Poſtulatio. 305
Poſthumus. 307
Potentia. 307
Præbenda. 307
Precarium. 307
Præcedentia. 308
Præceptum. 308
Preces. 309
Prædia quando dicātur ruſtica & quando vrbana, vide infrà Seruitus. §. j. 309
Prædicatio & Prædicator. 309
Prædo. 311
Præfatio. 311
Præiudicium. 311
Prælatus. 311
Præmium. 312
Præſcriptio primò in ſe. 312
Præſcriptio ſecundò quo ad præſcriptibilia & præſcripta. 319
Præſumptio. 323
Præuentio. 324
Primas. 324
Primitiæ. 324
Princeps. 324
Priuilegium. 324
Probabile. 327
Probatio. 328
Procurationes, vide infrà Viſitatio. 328
Procurator. 328
Proditio. 319
Profeſſio. 319
Promiſſio. 319
Proprietas. 329
Proteſtatio. 329
Prouincia. 329
Proxeneta. 329
Pubes. 329
Publicum. 329
Punitio. 319
Pupillus. 320
Purgatio. 329
Purgatorium. 330
Purificatio poſt partum. 330
Puſillanimitas. 330
QVaſi ſententia. 330
Quarta funeralis. 330
Quæſtuarij. 330
Quæſtus. 331
RAtiocinium. 331
Rapina, Raptor. 331
Ratihabitio. 332
Receptator. 332
Recompenſatio. 332
Reconciliatio eccleſiæ. 332
Recuſare. 332
Recte. 332
Rector. 332
Regularis. 332
Religio primò in ſe. 332
Religio ij. quo ad ingreſſum primū. 336
Religio tertiò quo ad profeſſionem. 339
Religio quartò quo ad tranſitum. 345
Religio quintò quo ad nouitios. 348
Religio vj. quo ad profeſſos in genere. 350
Religio ſeptimò quo ad monachos profeſſos & monachas. 355
Religio octauò quantum ad monaſterium ſeu conuentum. 357
Religioſa loca. 358
Reliquiæ. 358


Renun




Renuntiatio. 359
Repræſaliæ. 361
Reſcriptum. 362
Reſidentia. 365
Res. 366
Reſtitutio j. quid ſit, & quo ordine ſit procedendum vt quiſque facilè poſſit inuenire quod quæritur. 366
Reſtitutio ſecundò quomodo quis ſit obligatus reſtituere in genere. 366
Reſtitutio tertiò qualiter quis ad eam teneatur. 370
Reſtitutio quartò cui quis teneatur reſtituere. 380
Reſtitutio v. quomodo fieri debet. 382
Reſtitutio ſextò quo ad modum & ordinem reſtituendi. 383
Reſtitutio ſeptimò quantum ad modos quibus tollitur obligatio reſarciendæ rei vel iniuriæ. 386
Reſtitutio octauò quo ad incerta. 388
Reſuſcitatus. 390
Reuelatio. 390
Rigor iuris. 390
Rixa. 390
Rumor, vide vbi Fama. 391
SAcerdos. 391
Sacramentale. 391
Sacramentum in genere. 391
Sacrilegium in genere. 392
Sacriſta. 393
Sagittarius. 393
Salarium. 393
Sanctorum corpora. 393
Sanctus. 393
Saraceni. 393
Satisfactio. 393
Scandalum. 395
Scientia. 396
Schiſma. 397
Scrupulus. 399
Scurrilitas. 400
Secretum. 400
Seditio. 400
Sententia. 401
Sepultura. 403
Seruitus & ſeruus. 408
Si quando faciat. 410
Sigillum. 410
Simonia. 410
Simplicitas. 424
Simulatio, hypocriſis. 424
Societas primò in mercantijs. 426
Societas ſecundò in pecudibus. 429
Societas iij. quo ad lucrū ſpirituale. 431
Sodomia, vide vbi Luxuria. §. vij. 431
Solicitudo. 431
Solidum. 432
Solutio. 432
Sors, Sortilegium. 434
Spectaculum. 434
Sponſalia. 434
Statutum. 440
Stellio. 443
Stipulatio. 443
Stola. 443
Studium clericorum. 443
Stultitia. 443
Stuprum. 443
Subdelegare. 443
Subditus. 443
Subornatio. 443
Subſannatio. 443
Subſtitutio. 443
Succeſſio. 443
Succeſſor. 443
Suffragium. 444
Superbia. 445
Superſtitio. 447
Surdus. 450
Suſpenſio. 450
Suſpicio ſ. vbi Iudiciū & Præſūptio. 456
Suſurratio. 456
TAbellio. 456
Tacere. 459
Tallia. 459
Temere. 460
Temeritas. 460
Tempus. 460
Tentare. 460
Tergiuerſator. 460
Teſtamentum primò in ſe. 460
Teſtamentū ij. quo ad executionem. 467
Teſtes. 471
Timor. 476
Tyrannus. 476
Titulus. 476
Torneamentum. 476
Tortura. 476
Traditio. 476
Tranſactio. 476
Treuga. 477
Tributum. 477
Turpe. 477
Tutela Tutor & Curator. 477
VAna gloria. 478
Vaſa ſacra. 479
Vaſallus. 479
Veritas. 479
Vectigal. 479
Velatio virginum. 479
Venatio. 479
Venditio. 480
Veneficium. 480
Veniale peccatum. 480
Verberatio. 480
Veſtis. 480
Vicarius. 480
Vidua. 483
Vindicta. 483
Violentia. 483
Virginitas. 483
Virginum conſecratio. 484
Vis. 484
Viſitatio. 485
Vitiatus corpore. 485
Vitium. 485
Vnanimiter. 486
Vniuerſitas. 486
Vnciæ. 486
Vnctio extrema. 486
Voluntarium. 487
Voluntas. 487
Votum primò in ſe quid ſit. 487
Votum ſecundo quo ad obligationem & interpretationem eius. 489
Votum tertiò quis poſſit vouere. 493
Votum quartò quantum ad irritationem, diſpenſationem, commutationem & redemptionem. 495
Votum quintò quo ad coniuges. 500
Vſucapio. 501
Vſura j. quid ſit & vbi ſit in genere. 502
Vſura ſecundò vbi ſit quantum ad emptiones & venditiones. 509
Vſura tertiò vbi ſit quantum ad pignorationes. 517
Vſura quartò quo ad cambia. 518
Vſura v. vbi ſit quo ad montes, ſeu impræſtita vel loca communitatum. 525
Vſura ſextò quantum ad reſtitutionem eius in genere. 526
Vſura ſeptimò quo ad reſtitutionem ſpecialiter quo ad cooperantes & participantes in ea. 529
Vſura octauò quo ad participantes aliquid de ea. 531
Vſura nonò quo ad manifeſtos vſurarios & pœnas eorum. 533
Vſus clauium. 537
Vſus rationis. 537
Vſus & Vſusfructus. 537
Vxor. 540
Zelus. 541


FINIS.


LVGDVNI,

Excudebat Dominicus Veraarduus,

M. D. LII.